H. a. V
16.

N. 1123
Sala
Scansia
Tabla
329

Del Colegio de la Compª de Jhs. de Granª. Mº de Retorica
R. K.757

# PROCHIRON,

## VVLGO RATIONALE DIVINORVM OFFICIORVM,

Gulielmo Durando, I. V. D. celeberrimo, Mimatenſi Epiſcopo, Authore.

*Opus iam recens diligenti fideliſque opera caſtigatum, Adnotationibus illuſtratum, & ad amuſsim perpolitum.*

Adhæc ſumma rerum & vocum Capita nunc primùm adiecta: cum Indice duplici.



*LVGDVNI,*
APVD HÆREDES IACOBI GIVNTAE.
M. D. L I.

+

*Es del Lic.do Augustin Manrique* 2 R

# Nicolaus Doard, Campanus, Doctrina et Moribvs

Clariſsimo viro, D. Nicolao Doard, fratri lectiſsimo, Marciliacenſis Eccleſiæ apud Sequanos Præfecto vigilantiſsimo, S.

*NAE ſummus ille Orator, ſummus Senator, ſummus denique Imperator M. Cato, ſcitè ac grauiter adſeuerabat non minus negotij, quàm otij rationem reddendam, lectiſsime frater: ratus magnus ille vir, omneis cogitationes commentationésque animi, omneis conatus & labores mortalium, nuſquàm aliò eſſe referendos, quàm ad communē omnium vtilitatē, atq; poſteritatis ornamentū. Lepidū certè, & dignum homine Stoico reſponſum: cuius fides ac induſtria & domi & foris, in Senatu, in acie, in toga, in vniuerſo deniq; orbe terrarū, priuatim ac publicè explorata probatáq; fuit. Cùm enim Natura ipſa canē ad venatum, equum ad curſum, auem ad volatum inſtituerit, hominem autem ipſum, tanquàm diuinum animal, in lucem ediderit, ad laborem, gloriam & imperium compoſitum, ingenui ac liberaliter inſtituti eſt animi, in omnibus vitæ partibus munus idipſum tueri & colere, quod incumbit: diſſoluti autem, peruerſi & immanis, contraria rapere, voluptates ſectari, & hanc Naturæ dignitatem negligere. In quos, veluti inutiles, inanes & procos Penelopes, rectè conuenit illud Horatianum: Nos numerus ſumus, nati conſumere fruges. Quod multò antè eleganter expreſſerat Homerus:* Ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. *Quam quidem ego ignauiæ & ſocordiæ fœdiſsimam notam à me longiſsimè arcendam ſemper exiſtimaui, cùm ipſa Naturæ lege præditus, tum Catonis noſtri exemplo, atq; Alexandri Magni Apophthegmate inſtitutus. Interrogatus enim ille, quid eſset in rerum natura præclariſsimum & maximè regium, reſpondit:* Τὸ μὲν πονεῖν, βασιλικόν· τὸ δὲ τρυφᾶν, δουλικὸν ἐστιν. *Etenim, vt eſt celebre apud Græcos prouerbiū,* Θεοὶ τ᾽ ἀγαθὰ τοῖς πόνοις πωλοῦνται. *Itaq;, lectiſsime frater, cùm poſt ſex plus minus annos, funeſta temporum iniuria, Campania bello flagrante, è medio ſtudiorum meorum curſu reuocatus, Lugdunum diuertiſſem, penè hoſpes, mearum partium eſſe putaui, de ingenij mei cultu vehementius laborare, ne eius acies torpore & ſitu obducta, langueret vel extingueretur. Ad*

quod meum inſtitutum non tam quæſita, quàm nata viſa eſt mihi occaſio in Typographica militia: cuius ſaxum grauiſſimum voluere (vt Siſyphus ille apud Inferos) & laboris eſt multi, & diligentiæ induſtriæq; non vulgaris. Quod quidem munus cùm poſt tot annos ſedulò pro ingenij mei facultate obijſſem, iudicaui non alienum eſſe à mea in te obſeruantia, vt aliquid ſtylo, licet rudi & ineleganti, exigerem, quod tibi fore gratiſſimum meritóq; deuouendũ videretur: cùm, vt me ab illa grauiſſima inſcitiæ vel ignauiæ iniuria vindicarem: tum verò, vt immortalem tuæ virtutis, & multorum atq; adeò ſummorum in me tuorum officiorum memoriam poſteritati relinquerem. Cùm itaq; inter hæc quotidiana mentis curricula, ἰδίως Scriptorum in omni diſciplinarum genere ſeſe offerret, ecce incidit in manus, Gulielmi Durandi, hominis ſanè laudatiſſimi vtriuſq; Iuris Doctoris & Profeſſoris τὸ πρόχειρον, ſeu (vt ille appellat) Rationale diuinorũ officiorum. In quo quidem nihil ἐκ παρέργου καὶ τῆς γνώμης poſitũ eſſe, diuina propè diuini Authoris lectio, pijs lectoribus ijſdemq; Chriſtianis omnibus ſatis oſtendit. Itaq; idipſum Opus caſtigandum & expoliendum eò lubentiùs ſuſcepi, quòd te iam à puero primarum artium facultate, ſcientia & eloquentia præditum, Muſiſque dicatum, iam impenſiùs ſacrarum literarum lectioni incumbentem, eáq; ſtudia & diurna & nocturna verſantem manu viderem. Sicq; mihi conſentaneum viſum eſt, vt Scriptoris pia & Chriſtiana admodùm lectio, ſuo lectori ex omni parte reſponderet vel omnino quadraret. Quod autem ad Gulielmum Durandũ attinet, principiò, quàm argutè, quàm eleganter & expeditè totam Iuris Ciuilis molem in vnum corpus collegerit, collectam in Speculo expreſſa facie, & (quod aiunt) ad viuum effinxerit, neutiquàm eis eſt obſcurum, qui in publicis forenſibúſq; iudicijs quotidie verſantur. À cuius facultatis ſtudio ille paulùm feriatus, mutata fortuna, ad alteram longè celeberrimam ac pijſſimam Iuris partem, quæ θεολογία dicitur, animum conuertit. Quam ita accuratè & perſpicuè tractauit, vt ad eam, quã attigit, rei diuinæ ἰδέαν, nihil poſſit à quoquam iure deſyderari, vel certè debeat. Nos verò tanti Authoris nomine, ſimúlq; rei dignitate adducti, diligenti & fideli opera præſtitimus: primùm, vt loci communes, ſeu rerum inſignium Capita, ſuo ordine progrederentur. Proximè, vt dictio Græca, quæ multos ſuprà annos corrupta & neglecta iacuerat, inſcitia aut certè negligẽtia hoc recognitionis munus factitantiũ, iam tandẽ aliquãdo ſuæ priſtinæ ſedi & integritati redderetur. Prætereà, ne quid ad integrã tanti Operis laudẽ deeſſet, Capita quæque ſummarijs Argumentis illuſtrauimus: quorum Index cùm fidelis tum copioſus

eſt præ



eſt præfixus. Locos inſuper vel ſubobſcuros vel ancipites Adnotationibus aperuimus, ad Authoris mentem & orationem, quam fieri potuit, propiſſimè accedentes. Neq; enim hic Atticos ſales, aut fluentes numeros expectabis: ſed planam, ſimplicem, & pene legibus artis ſolutam orationem. Ita enim vel illa tempora erant dura: vel idipſum ferebat Theologicæ facultatis ratio, propriam & ſingularem ſibi (vt quæq; artes) dicendi methodum ſortita. Cæterùm in eo caſtigando, ornando & ditando ita ſumus verſati, vt nouum potiùs, quàm interpolatum opus videatur. Reliquum eſt, lectiſſime frater, te & æquum Lectorem rogatos velle, vt hoſce noſtros conatus, liberales illos quidem & alacreis, in lucem editos, cùm in communem omnium ſtudioſorum gratiam, tum in teſtimonium meæ erga te obſeruantiæ & amicitiæ, æquis animis excipiatis, maiora in poſterum, Dijs iuuantibus, accepturi. Bene vale, Lugduni, è Typographia, Idibus Februarijs, M. D. L I.

# IOANNES ALOISIVS, TVSCANVS AVDITOR CAMERAE APOSTOLICÆ, Reuerendiſsimo D. Domino Petro Cardinali Tiraſonenſi, Salutem.

INTER omnes libros, quos hominem qui ſacris initiatus ſit habere oportet, hic mihi, Reuerẽdiſſime Pater, uidetur eſſe præcipuus, imò cæteri utiles, iſte neceſſarius. Quippe ex alijs quid agere debeamus, edocemur. Ex hoc uerò, & quid illud ſit: & qua ratione agere debeamus. Cùm ergo fundamentum ſacri cultus, ſit mens & intentio noſtra: profectò qui ignorat, quid agat: fruſtra cultui ſacro ſe ingerit: caret enim fundamento, ſcilicet mente & intentione: quarum partes nequaquam uerſantur circa illa, quæ neſcias. Quot hominum ſingulis diebus dominicam illam electam orationem, Pater noſter &c. ore annuntiant: qui non animaduertunt: quia propè & ſuæ uocis iudicio ſe condemnant? Quot hominum ueſtes & indumenta ſacerdotũ induunt, qui cur ea tam multiplicia, tam uaria inuenta ſunt, penitus ignorant? Quot ſacerdotum annis innumeris miſſam celebrauêre? Quot epiſcoporum annis innumeris conſecrauêre? Quot archiepiſcoporũ ætate diuturna pallio uſi fuêre? Quot deniq; antiſtitũ omnia, quæ paſtoralis officij ſunt, per lõgſſima tẽpora miniſtrauêre: à quibus ſi roges qua ratione id fecerint, ilico muſabũt: nec habebunt quid reſpondeant? Verùm enimuero, ut Iuriſconſultus ille di-



cere ſole

cere ſolebat: turpe eſt uiro id in quo quotidie uerſatur, ignorare. Quare multum & multum in cæteris, tum in hoc uno maximè Gulielmus Durandi publicæ ſaluti & communi utilitati proſpexit, & conſuluit: qui uniuerſi ſacri myſterij figuras, typos, & rationes accuratiſſimè in hunc librum congeſſit: ex quo niſi pigeat laborum facilè dicere poſſumus: quid & qua ratione operemur. Adde iucunditatem, cùm in omnibus incognitis, tum in his maximè, quæ in dies præ manibus ſunt: dum ad eorum cognitionem uel ſtudio uel caſu perueniſſe concipimus, tunc enim rem ipſam in digitis tenere arbitramur, & quod aliâs difficile, ut in memoria teneretur, iudicaueramus, nunc facillimum reputamus: & ad meliora ac maiora, ſublata difficultatis formidine allicimur, & inuitamur. Quid, quòd nunc tantummodò & non prius, quod legimus: quod gerimus: quod operamur, amamus? Quomodo enim fieri, poteſt, ut amemus, quod neſcimus, non intelligimus, non cognoſcimus: quod nõ oculo uel uiſus uel intellectus intuemur? Magnas ergo gratias Gulielmo debemus, quòd in hoc opere conſcribendo, ipſe quæ prius uel ſparſa uel abdita erant repoſuerit, & patefecerit: ut nos onere leuaret, ipſe ſudarit: ut nobis curam & laborem præciperet: ipſe uigilauerit: ut nos quieſceremus. Ego quantum ad me attinet, dudum antè, quàm militiæ clericali me addixiſſem, dum in aduocationis ſeu poſtulationis officio me exercerem, conabar ut omnes ſcirent quantum Gulielmo ob Speculum iuris elucubratũ teneremur. Nunc quando aliud ſtudium me uocauit, & proſpicio quæ ſint in hac militia futuræ partes meæ: & quid ſit officij, & muneris mei, fateor me niſi hic liber foret, dubitaturum ne omnino indocilis, inſcius & cæcus euaderem. Gallicanum fuit Gulielmi ingenium: ſed in Italia tamen enutritum: qui non idcirco minus gratiæ apud nos, quòd extra Italiam nactus fuerit: ſed plus, quòd conſciæ ætatis factus, in Italia uiuere, oppidum ſui nominis in Italia relinquere, & in Italia mori, ac mortuus in loco Italiæ florẽtiſſimo urbe Roma iacere elegit, & uoluit: debet eſſe conſecutus. Operæpretium eſt, ut quod unum defunctis exhiberi poteſt, in manus plurium tranſeant, monumenta ingenij ſui laudentur, legantur & amentur.

## OPERIS TOTIVS SECTIO.

Acceſſerunt huic Libri partiales Octo: quorum
Primus, *Eccleſiam eiuſq; Loca, ac ſacramenta, ornamentáq;:*
Secundus, *eiuſdem Eccleſiæ Miniſtros, Officiáq; diuina:*
Tertius, *Pontificum, cæterorúmq; Eccleſiæ Miniſtrorũ Sacrificorúmq; ornamenta condecentia:*
Quartus, *Miſſam eiuſq; ſacra myſteria:*
Quintus, *diuina cùm nocturna, tum diurna Officia:*
Sextus, *Dominicas, earúmq; Officia, & Quatuor Temporum* Ieiunia, *cæteráſq; feſtiuitates:*
Septimus, *Sanctorum dies feſtos, ſolenneiſq;:*
Octauus, *Computum ſeu Calendarium, eiuſq; Appendices ſuis quiq; locis atq; Capitulis luculentiſſimè complectuntur.*



# ELENCHVS LLbrorum, & Capitum.

### *Capita libri Primi.*

DE Eccleſia, & eius partibus.c.j. fol.3
De altari.cap.ij. fol. 6
De picturis, & cortinis, & ornamentis Eccleſiæ.ca.iij. fol.8
De campanis.cap.iiij. fol.11
De cœmiterijs: & alijs locis ſacris, & religioſis.cap.v. fol.13
De Eccleſiæ dedicatione. cap.vj. fol.15
De altaris conſecratione.cap.vij. fol.20
De conſecrationibus & vnctionibus.ca.viij. fol.23
De Eccleſiaſticis ſacramentis. cap.ix.fol. 26

### *Secundi libri capita.*

De Miniſtris, & Ordinibus Eccleſiaſticis: & de eorum officijs.cap.j. fol.27
De Cantore. cap.ij. fol.32
De Pſalmiſta.cap.iij. fol.33
De Oſtiario.cap.iiij. fol.eod.
De Lectore.cap.v. fol.eod.
De Exorciſta.cap. vj. fol.eod.
De Acolytho. cap.vij. fol.34
De Subdiacono. cap.viij. fol.eod.
De Diacono. cap.ix. fol.eod.
De Sacerdote. cap.x. fol.36
De Epiſcopo.cap.xj. fol.37

### *Tertij libri capita.*

De indumentis, ſeu ornamentis Eccleſiæ Sacerdotum atq; Pontificum, & aliorum Miniſtrorum. cap.j. fol.38
De Amictu.cap.ij. fol.40
De Alba.cap.iij. fol.eod.
De Zona ſeu cingulo. cap.iiij. fol.41
De Stola.cap.v. fol.eod.
De Manipulo. cap.vj. fol.42
De Caſula ſeu Planeta.cap.vij. fol.42
De Caligis, & Sandalijs.cap.viij. fol.43
De Succinctorio, & Orali.cap.ix. fol.44
De Tunica.cap.x. fol.eod.
De Dalmatica.cap.xj. fol.eod.
De Chirotheca.cap.xij. fol.45
De Mitra. cap.xiij. fol.eod.
De Anulo.cap.xiiij. fol.46
De Baculo paſtorali. cap.xv. fol.47
De Sudario.cap.xvj. fol.eod.
De Pallio.cap.xvij. fol.48
De quatuor coloribus, quibus Eccleſia in eccleſiaſticis vtitur indumentis. cap.xviij. fol.49
De indumentis legalibus, ſeu veteris teſtamenti. cap.xix. fol.50

### *Quarti libri capita.*

De Miſſa, & ſingulis, quæ in Miſſa aguntur. cap.j. fol.57
De quinq; Pſalmis, quos Pontifex celebraturus dicit.cap.ij. fol.57
De capitis compoſitione, & manuum lotione. cap.iij. fol.eod.
De aquæ benedictæ cõſecratione, & aſperſione. cap.iiij. fol.58
De officio ſeu introitu Miſſæ.cap.v. fol.eod.
De acceſſu ſacerdotis ac Pontificis ad altare, & de proceſſione.cap.vj. fol.59
De confeſſione facieda in Miſſa.cap.vij. fol.62
De incenſo benedicendo, & in turibulum mittendo.cap. viij. fol.63
De oſculo altaris, & libri.cap.ix. fol.63
De Turificatione. cap.x. fol.64
Qualiter Epiſcopus vel ſacerdos, & miniſtri ad altare ſtare debent.cap.xj. fol.ibid.
De, κύριε ἐλέησον.cap.xij. fol.65
De, Gloria in excelſis.cap.xiij. fol.66
De ſalutatione ad populum.cap.xiiij. fol.66
De oratione ſeu collecta.cap.xv. fol.68
De Epiſtola.cap.xvj. fol.71
De reuerentia poſt lectam Epiſtolam faciendã. cap.xvij. fol.72
De confeſſione ſacerdotis, vel epiſcopi & miniſtrorum.cap.xix. fol.eod.
De Allelu Ia.cap.xx. fol.73
De tractu. cap.xxj. fol.74
De Proſa ſeu ſequentia.cap.xxij. fol.75
De mutatione ſacerdotis.cap.xxiij. fol.eod.
De Euangelio. ca.xxiiij. fol.76
De Symbolo. cap.xxv. fol.80
De prædicatione. cap.xxvj. fol.83
Secũda pars Miſſæ in offertorio.c.xxvij. fo.ibid.
De manuum ablutione. cap.xxviij. fol.84
De pallis, & corporalibus.cap.xxix. fol.84
De oblatione Sacerdotis, & de officio miniſtrorum circa illam, & de platena, & de Oblationibus populi, & Clericorum.cap.xxx. fol.85
De ſecunda Turificatione. cap.xxxj. fol.88
De inclinatione ſacerdotis, & oſculatione, ac oratione.cap.xxxij. fol.89
De præfatione.cap.xxxiij. fol.eod.
De, Sanctus.cap.xxxiiij. fol.91

De ſecreta vel canone miſſæ.c.xxxv. fol.92
De expoſitione Canonis,qui incipit : Te igitur.cap.xxxvj. fol.93
De ſecunda parte Canonis,ſcilicet:Memento Domine.cap.xxxvij. fol.95
De tertia parte Canonis.cap.xxxviij.fol. 96
De quarta parte Canonis.cap.xxxix. fol.97
De quinta Canonis parte.cap.xl. fol.98
De ſexta parte Canonis.cap.xlj. fol.99
De ſeptima parte.Canonis.cap.xlij. fol.104
De octaua parte Canonis.cap.xliij. fol.108
De nona parte Canonis.cap.xliiij. fol.109
De decima parte Canonis.cap.xlv. fol.110
De vndecima parte Canonis.c.xlvj. fol.111
De oratione Dominica, Pater noſter, &c. cap.xlvij. fol.113
De expoſitione dominicę orationis.ca.xlviij. fol.115
Tertia pars miſſæ de ſilentio, poſt dominicam orationem. cap.xlix. fol.117
De reſumptione patenæ. cap.l. fol.118
De fractione hoſtiæ.cap.lj. fol.118
De,Agnus Dei.cap.lij. fol.121
De pacis oſculo. cap.liij. fol.122
Quarta pars Miſſæ.& primò, de cõmunione ſacerdotis.cap.liiij. fol.123
De perfuſione.cap.lv. fol.124
De poſtcommunione.cap.lvj. fol.eod.
De oratione nouiſſima. & de, Ite, miſſa eſt. cap.lvij. fol.125
Quare ſacerdos humerum pontificis oſculatur.cap.lviij. fol.126
De benedictione nouiſſima.cap.lix. fol.ibid.


*Quinti libri capita.*


De diuinis officijs, tã nocturnis,quàm diurnis in genere. cap.j. fol.127
Quid ſit officium, & de eius inſtitutione & partibus.cap.ij. fol.128
De nocturnis.cap.iij. fol.136
De matutinis laudibus.cap.iiij. fol.141
De Prima.cap.v. fol.145
De Tertia.cap.vj. fol.147
De Sexta.cap.vij. fol.148
De Nona. cap.viij. fol.eod.
De veſperis. cap.ix. fol.149
De Completorio. cap.x. fol.150


*Sexti libri capita.*


De officijs dominicarum, ſpecialiter,& quarundam feriarum,& feſtiuitatum Domini: & ieiuniorũ quatuor temporũ.c.j. fol.152
De tempore Aduentus. cap.ij. fol.155
De prima dominica Aduẽtus Domini.c.iij.f.157
De ſecunda dominica Aduentus Domini.cap.iiij. fol.159
De tertia dominica Aduẽtus Domini.c.v.fo.eod.
De quarta feria, & ieiunijs quatuor temporum cap.vj. fol.160
De alijs ieiunijs.cap.vij. fol.161
De officio quartæ feriæ.cap.viij. fol.163
De ſexta feria. cap.ix. fol.eod.
De ſabbato.cap.x. fol.eod.
De dominica quarta Aduentus Domini. cap.xj. fol.164
De vigilia natiuitatis Domini.cap.xij. fol.165
De officio natiuitatis Domini.cap.xiij. fol.167
De dominica infra octauam natalis Domini. cap.xiiij. fol.168
De feſto circunciſionis. cap.xv. fol.169
De feſto Epiphaniæ.cap.xvj. fol.170
De octaua Epiphaniæ.cap.xvij. fol.172
De prima dominica poſt Epiphaniam. cap.xviij. fol.ibid.
De dominica ſecunda,poſt Epiphaniam. cap.xix. fol.173
De dominica tertia poſt Epiphaniã.c.xx. fo.174
De dominica quarta,poſt Epiphaniã.c.xxj.f.175
De dominica quinta poſt Epiphaniã.c.xxij.f.eod.
De dominica ſexta poſt Epiphaniã.c.xxiij. f.ibid.
De dominica ſeptuageſimæ.cap.xxiiij. fol.eod.
De officio Septuageſimæ. cap.xxv. fol.178
De ſexageſima. cap.xxvj. fol.179
De quinquageſima.cap.xxvij. fol.eod.
De feria quarta in capite ieiuniorum. cap. xxviij. fol.181
De quinta feria.cap.xxix. fol.183
De ſexta feria.cap.xxx. fol.eod.
De ſabbato.cap.xxxj. fol.eod.
De prima dominica quadrageſimæ. cap. xxxij. fol.ibid.
De ſecunda feria. cap.xxxiij. fol.184
De tertia feria.cap.xxxiiij. fol.185
De quarta feria.cap.xxxv. fol.eod.
De quinta feria. cap.xxxvj. fol.eod.
De ſexta feria.cap.xxxvij. fol.eod.
De ſabbato.cap.xxxviij. fol.186
De ſecunda dominica quadrageſimæ. cap.xxxix. fol.ibid.
De ſecunda feria.cap.xl. fol.187
De tertia feria.cap.xlj. fol.eod.
De quarta feria.cap.xlij. fol.eod.
De quinta feria.cap.xliij. fol.eod.
De ſexta feria.cap.xliiij. fol.eod.
De ſabbato. cap.xlv. fol.188


De domi




De dominica tertia quadrageſimæ.cap.xlvj. fol.ibidem.
De ſecunda feria.cap.xlvij. fo.189
De tertia feria.cap.xlviij. fo.eodem.
De quarta feria.cap.xlix. fo.eodem.
De quinta feria.cap l. fo.eodem.
De ſexta feria.cap.lj. fo.eodem.
De ſabbato.cap.lij. fo.eodem.
De dominica quarta quadrageſimæ.cap.liij. fo.190
De ſecunda feria cap.liiij. fo.eodem
De tertia feria.cap.lv. fo.eodem.
De quarta feria.cap.lvj. fo.eodem
De quinta feria cap.lvij. fo.194
De ſexta feria.cap.lviij. fo.eodem.
De ſabbato.cap.lix. fo.eodem.
De dominica quinta in paſsione Domini. cap.lx. fo.195
De ſecunda feria.cap.lxj. fo.196
De tertia feria.cap.lxij. fo.eodem.
De quarta feria cap.lxiij. fo.eodem.
De quinta feria.cap.lxiiij. fo.197
De ſexta feria.cap.lxv. fo.197
De ſabbato.cap.lxvj. fo.eodem.
De dominica ſexta in ramis palmarum.cap. lxvij. fo.198
De ſecunda feria.cap.lxviij. fo.199
De tertia feria.cap.lxix. fo.200
De quarta feria.cap.lxx. fo.eodem.
De quinta feria.cap.lxxj. fo.201
De ſexta feria.cap.lxxij. fo.201
De diurno officio.cap.lxxiij. fo.203
De eadem feria.cap.lxxiiij. fo.205
De officio miſſæ ipſius quintæ feriæ. cap. lxxv. fo.207
De denudatione altariũ.cap.lxxvj. fo.209
De die paraſceues.cap.lxxvij. fo.209
De ſabbato paſchæ.cap.lxxviij. fo.213
Per quem,quomodo, & quare agni de cera fiant.cap.lxxix. fo.214
De benedictione cerei.cap.lxxx. fo.eodem.
De lectionibus & tractib⁹.cap.lxxxj. fo.216
De benedictione baptiſmi, ſeu fontium. Vbi etiam agitur de cæteris catechumenorum. cap.lxxxij. fo.218
De baptiſmo,vbi etiam agitur de veſtibus, quas neophyti quarto die deponunt:& de potrinis.cap.lxxxiij. fo.220
De confirmatione.cap.lxxxiiij. fo.223
De miſſa.cap.lxxxv. fol.224
De ſancto die Paſchæ.cap.lxxxvj. fo.226
De die ſancto Paſchæ.cap.lxxxvij. fo.228
De diurno officio paſchæ.cap lxxxviij. fo.229
De ſeptẽ diebus poſt paſcha.cap.lxxxix. fo.231
De ſecunda feria poſt paſcha.cap.xc. fo.235
De tertia feria poſt Paſcha.cap.xcj. fo.eodem.
De quarta feria poſt Paſcha.cap.xcij. fo.236
De quinta feria poſt Paſcha.cap.xciij.fo eodem.
De ſexta feria poſt Paſcha.cap.xciiij. fo.eodem.
De ſabbato in albis.cap.xcv. fo.eodem.
Alia expoſitio dictorũ ſeptem dierum. cap.xcvj. fo.237
De prima dominica poſt Paſcha.cap.xcvij.fo.eo.
De ſecunda dominica poſt Paſcha. cap. xcviij. fo.eodem.
De dominica tertia poſt Paſcha.cap.xcix. fo.eo.
De dominica quarta poſt Paſcha.cap.c. fo.239
De dominica rogationum.cap.cj. fo.eodem.
De rogationibus.cap.cij. fo.eodem.
De vigilia Aſcenſionis.cap.ciij. fo.241
De feſto Aſcenſionis Domini.cap.ciiij. fo.eod.
De dominica poſt aſcenſionem.cap.cv. fo.242
De vigilia Pentecoſtes.cap.cvj. fo.242
De die ſancto Pentecoſtes.cap.cvij. fo.243
De ſecunda feria.cap.cviij. fol.245
De tertia feria.cap.cix. fo.246
De quarta feria.cap.cx. fo.eodem.
De quinta feria.cap.cxj. fo.eodem.
De ſexta feria.cap.cxij. fo.eodem.
De ſabbato.cap.cxiij. fo.247
De die dñca ſanctæ Trinitatis. cap.cxiiij.fo.eo.
De prima dominica poſt Pẽteco.cap.cxv.fo.248
De ſecũda dominica poſt Pente.cap.cxvj.fo.149
De dominica tertia poſt Penteco.cap.cxvij.fo.eo.
De dominica quarta poſt Pẽte.cap.cxviij.fo.250
De quinta dominica poſt Pente.cap.cxix.fo.eod.
De ſexta dominica poſt Pente.cap.cxx. fo.eod.
De ſeptima dominica poſt Pẽte.cap.cxxj.fo.251
De octaua dominica poſt Pente.cap.cxxij. fo.eo.
De dominica nona poſt Pente.cap.cxxiij.fo.eod.
De decima dñica poſt Pente.cap.cxxiiij. fo.252
De vndecima dñica poſt Pente.cap.cxxv.fo.eod.
De xij.dominica poſt Pente.cap.cxxvj. fo.eodẽ.
De xiij.dominica poſt Pente.cap.cxxvij. fo.253
De xiiij.dominica poſt Pente.cap.cxxviij.fo.eod.
De xv.dominica poſt Penteco.cap.cxxix. fo.eod.
De xvj.dominica poſt Penteco.cap.cxxx. fo.254
De xvij.dominica poſt Penteco.cap.cxxxj. fo.eo.
De quarta feria quatuor temporum Septembris. cap cxxxij. fo.eodem.
De ſexta feria quatuor temporum Septembris. cap.cxxxiij. fo.eodem.
De ſabbato quatuor temporum Septembris.cap. cxxxiiij. fo.155


 De dominica

De dominica xviij.poſt Penteco. cap.cxxxv. fol.255
De xix.dñica poſt penteco.cap.cxxxvj.fo.eo.
De dñica xx.poſt Penteco.cap.cxxxvij.fo.eo.
De dñica xxj.poſt Pẽtec.cap.cxxxviij.fo.256
De dñica xxij.poſt Pẽteco.cap.cxxxix. fo.eo.
De xxiij.dñica poſt Penteco.cap.cxl.fo.257
De xxiiij.dñica poſt Penteco.cap.cxlj. fo.eo.
De xxv.dñica poſt Penteco.cap.cxlij.fo.eod.
De xxvj.dñica poſt Pẽteco.cap.cxliij.fo.258

*Septimi libri capita.*

De ſanctorum feſtiuitatibus.cap.j. fo.eo.
De ſanctis Fabiano & Sebaſtiano. cap.ij. fo.264.
De ſancta Agnete.cap.iij. fo.eodem.
De conuerſione ſancti Pauli.cap.iiij. fo.eo.
De ſancto Iuliano.cap.v. fo.eodem.
De beata Agatha.cap.vj. fo.eodem.
De purificatiõe ſanctę Mariæ.cap.vij.fo.265
De cathedra ſancti Petri.cap.viij. fo.266
De Annuntiatione virginis Mariæ. cap.ix. fo.267
De ſanctis Apoſtolis Philippo & Iacobo. cap.x. fo.eodem.
De Inuentione ſanctæ Crucis.cap.xj.fo.268
De reuelatione ſancti Michaëlis. cap. xij. fo.eodem.
De ſanctis, Geruaſio & Prothaſio. cap.xiij. fol.269
De ſancto Ioanne Baptiſta.cap.xiiij. fo.eod.
De ſanctis Petro & Paulo.cap.xv. fo.270
De ſeptem fratribus.cap xvj. fo.eodem.
De ſancto Iacobo.cap.xvij. fo.eodem.
De ſeptem dormientibus.cap.xviij. fo.eod.
De feſto ſancti Petri ad vincula. cap.xix. fo.271
De Machabæis.cap.xx. fo.eodem.
De Inuẽtione ſancti Stephani.cap xxj.fo.eo.
De Trãſfiguratione Domini.cap.xxij. fo.eo.
De ſancto Laurentio.cap.xxiij. fo.272
De Aſſumptione virginisglorioſæ Mariæ. cap.xxiiij. fo.eodem.
De ſancto Barptolomæo Apoſtolo.cap.xxv. fo.273
De decollatione ſancti Ioannis Baptiſtæ.cap. xxvj. fo.eodem.
De ſanctis Felice & Audacto.cap.xxvij. fo.274
De natiuitate beatæ Mariæ.cap.xxviij. fo.eo.
De exaltatione ſanctæ Crucis.cap.xxix. fo.eod.
De feſto ſancti Matthæi Apoſtoli & Euangeliſtæ.cap.xxx. fo.eodem.
De ſancto Mauritio & ſocijs.cap.xxxj. fo.eod.
De feſto ſancti Lucæ Euangeliſtæ. cap.xxxij. fo.275
De feſto Apoſtolorum Simonis & Iudæ. cap. xxxiiij. fo.eodem.
De feſto omnium ſanctorũ.cap.xxxv. fo.eodem.
De officio mortuorum.cap.xxxv. fo.276
De quatuor Coronatis martyribus. cap. xxxvj. fo.279
De beato Martino Epiſcopo & Confeſſore.cap. xxxvij. fo.280
De beato Andræa Apoſtolo.cap.xxxviij. fo.eod.
De beato Nicolao.cap.xxxix. fo.eodem.
De venerabili Beda presbytero.cap.xl. fo.eod.
De ſancto Thoma Apoſtolo.cap.xlj. fo.eod.
De ſanctis Stephano & Ioanne Euangeliſta,& Innocentio.cap.xlij. fo.eodem.
De Apoſtolis.cap.xliij. fo.282
De Euangeliſtis.cap.xliiij. fo.eodem.
De Martyribus.cap.xlv. fo.283
De Confeſſoribus.cap.xlvj. fo.284
De Virginibus.cap.xlvij. fo.eodem.
De feſto & officio dedicationis Eccleſiæ. cap. xlviij. fo.285

*Octaui libri capita.*

De Computo & Calendario:& pertinentibus ad illa.cap.j. fo.286
De anno ſolari.cap.ij. fo.eodem.
Quid ſit annus ſolaris.cap.iij. fo.286
De menſe.cap.iiij. fo.288
De ſeptimana.cap.v. fo.290
De die.cap.vj. fo.291
De anno lunari.cap.vij. fo.292
De regularibus lunaribus.cap.viij. fo.eodem.
De epacta.cap ix. fo.eodem.
De emboliſmo.cap.x. fo.293
De aureo numero.cap.xj. fo.294
De termino Paſchali.cap.xij. fo.eodem.
De cyclo.cap.xiij. fo.295



# INDEX LOCVPLES ET FIDELIS RERVM AC VOCVM MAXIMÈ INSIGNIUM in hocce Prochiron Diuinorum Officiorum.

De litera A.

ABba,& eius varia ſignificatio, & vſus,patet in adnotatione in lib.iiij.cap.xlviij. fo.117
Abrahæ ſacrificium, gratum Deo. Itẽ Melchiſedech.lib. iiij.cap.xliij.nu.12.& 13 fo.109
Acolythi,qui.& vnde initium duxerint.lib.ij. cap.vij.nu.1 fo.34
Acolythi imitãtur carminum ſcriptores, vel emunctores.lib.ij.cap.vij.nu.3 fo.34
Acolythi cum turibulo & incenſo præcedũt diaconum dicturũ Euangelium. Et quibus id de cauſis.lib.iiij.cap.xxiiij.nu 13 fo.77
Acolythorũ inſtitutio.lib.ij.c.vij.nu.4 fo.34
Acolythorũ officiũ.lib.ij.c.vij.nu.2.& 5.f.34
Adæ & Euæ nomen naſcentes hodie exprimunt,quãuis fuerit mutatum. lib.v.cap.ij. nume.34 fo.131
Adorandi quomodo ſint pater,filius,& ſpiritus ſanctus.lib.v.cap.ij.nu.59 fo.135
Adoratio,ſoli Deo competit:nõ imaginibus. lib.iiij.cap.xxxix.nu.3 fo.97
Adorationis duæ ſpẽs. lib.v.c.ij.nu.61.f.135
Aduentus,eſt initium officij Eccleſiaſtici. lib. vj.cap.ij.nu.1 fo.155
Aduentus primus Chriſti quid adtulerit homini.quid ſecundus.quid tertius.quid quartus.lib.vj.cap.ij.nu.3 fo.155
Aduẽt⁹ꝑ quot ſeptimanas celebretur.ibi.n.4
Aduentus,quo tempore incipiat.Et quot diebus conſtet.lib.v.cap.ij.nu.9.& 10 fo.156
Aduentus prima dominica vnde inchoetur. lib.vj.cap.ij.nu.11 fo.156
Aduentus intitulatio cur duplex, & cur duplex,inchoatio.Rationem vide,ibidem.nu. 12.13.14.& 15
Aduentus dominica quarta,& Miſſæ introitus.lib.vj.cap.xj.nu.1.& 3 fo.164
Aduentus ieiuniũ,eſt exultationis partim,partim & mœroris.lib.vj.cap.ij.nu.6 fo.155
Aduentus dominica ſecunda.& quo officio conſtet.lib.vj.cap.iiij.nu.1.2.& 3 fo.159
Aduentus dominica tertia & eius officium. lib.vj.cap.v.nume.1 fo.159
Aduentu Chriſti liberatus eſt homo à ſeptem morbis:quos penè referunt ſeptem antiphonæ, incipiẽtes ab ô.lib.vj cap.xj.nu.5 fo.164
Per treis Aduẽtus hebdomadas,accipimus trium temporum partes.lib.vj.cap.ij.nu.5 fo.155
Adſperſio aquæ benedictę,quid ſignificet.Et quis eam inſtituerit.nu.2.Et quo cõſilio.lib.iiij.cap. iiij.nu.1.& 3 fo.58
Adſperſio trina aquæ luſtralis,in eccleſię cõſecratioe,qd notet.Et quorſũ fiat.li.j.c.vj.n.11.f.16
Adſperſiones ſeptem altaris,quid notet.lib.j.cap. vij.nu.18 fo.21
Agathæ feſtũ:& officiũ.lib.vij.ca.vj.nu.1 fo.265
Agnetis feſtum,caret octauis inſtitutionis.& eius diei officium.lib.vij.cap.iij.nu.1 fo.264
Agnus Dei,cur dicatur.lib.iiij.ca.lij.nu.1 fo.121
Agnus quid ſignificet. Et quare ter dicatur.ibidem.nume.2
Agni cerei qui fiunt Romæ in paraſceue Paſchatis,quid notẽt. Et eorũ virtus. lib.vj.cap.lxxix. nu.1.2.& 3 fo.214
Alba ſubſequitur amictum.Et quid ea ſignificet. lib.iij.cap.iij.nu.1.& 6 fo.40.& 41
Albæ cõpoſitio,& forma,cùm in veteri,tum nouo teſtamento.lib.iij.cap.iij.nu.3.& 4 fo.41
Alchuinus,Caroli pręceptor,Eccleſiaſticũ officiũ ab Attilla Rege confeſſum reſtituit.lib.vj.cap. cxiiij.nume.6 fo.249
Allegoria quid.lib.1.in procœmio.nu.10 fo.1
Allelu Ia,quid ſignificet. & vnde profecta vox. lib.iiij.cap.xx.nu.1.& 2 fo.73
Allelu Ia,cur iteretur ſabbato ante ſeptuageſimam.lib.vj.cap.xxiiij.nu.18 fo.177
Allelu Ia quid differat à verſu illo:Laus tibi Domine.lib.vj.cap.xxiiij.nu.19 fo.177
Allelu Ia verbum Hebraicum,& eius interpretatio.variè.lib.iiij.cap.xx.nu.3.& 4 fo.73
Allelu Ia,quòd cantetur in Eccleſia,vnde tractũ. lib.iiij.cap.xx.nu.5 fo.74
Allelu Ia,quando cantetur,quandóve intermittatur.lib.v.cap.iiij.nu.5.& 6 fo.141
Allelu Ia duplex,cur in octaua Paſchæ,& deinceps cantatur.lib.vj.cap.lxxxix.nu.21 fo.233
Allelu Ia duplex in dominicis diebus poſt octauas Paſchatis.lib.vj.ca.lxxxix.nu.25 fo.233

Allelu Ia,cur obmittitur inter conſecrationem altaris,aut Eccleſię,cõſecratione verò facta,adhibetur.lib.j.cap.vij.nu.6 fo.20

Alphabetum baculo,paſtorali ſcriptũ,in modum crucis, tria notat. lib.j.cap.vj.nu.22.23.& 24 fo.17

Altare quid.Et quid notet.lib.j.cap.ij.nu.11.13.& 15 fo.7

Altaria quarta feria denudentur.Et quid illa denudatio notet. lib. vj. cap.lxxvj.nu.1.2.3.& 4 fo.209

Altaria cur lauentur vino & aqua. Et quid ſignẽt rami illi,quibus fricãtur.ibi.nu.5.& 6

Altare qui primùm extruxerint.Et vnde fluxerit hodiernus vſus. lib j.cap.ij.nu.1 fo.6

Altare,& ara,quid differant.ibidem.nu.2

Altare multiplex,multiplicem efficit ſignificationem.lib.j.cap.ij.nu.3.& 4 fo.6

Altare ſemel cõſecratũ,an iterũ ſit cõſecrandum : & quo caſu.lib.j.cap.vj.nu.32.&.34 fo.18

Altare quibus ornamentis tegatur Paſchate. lib.j.cap.iij.nu.41 fo.11

Altare,quibus de cauſis conſecretur.Et vnde duxerit ortũ.lib.j.cap.vij.nu.1.2.& 3 fo.19

Altare , debet eſſe lapideum.libro j.cap.vij. nume.28 fo.22

Altare cur incenſetur . lib.iiij.cap.v.nume.5 fo.64

Altaris frons,quo pacto ornanda. Et quid idipſum notet.lib.j.cap.iij.nu.32 fo.10

Altaris conſecratio,qua forma fiat.lib.j.cap. vij.nume.4.5.21.29.34.& 35 fo.19.20.21.& 22

Altaris miniſtri, quid ſignificent.lib.iiij.cap. vj.nume.4 fo.60

Altaris vltima benedictio,quid ſignificet.lib. j.cap.vij.nu.38 fo.22

Altare maiore conſecrato , an alia inferiora cẽſeantur conſecrata.lib.j.cap.vj.nume.33 fo.18

Altaria cur cooperiantur ſabbato ſancto.lib. vj.cap.lxxxv.nu.1 fo.224

Ambo, ambonis , quidque notet.lib.iiij.cap. xxiiij.nume.17 fo.77

Amen,omnes ferè orationes claudit. Et quid ſignificet.Et qualiter accipiatur in oratione Dominica.& qualiter alibi.Et cur in eadem oratione,proferatur à ſacerdotemet, cùm ſecus fiat aliàs.lib.iiij.cap.xlviij nume. 20.& 21 fo.117

Amen,reſpõſio,quid ſignet.& quomodo accipiatur.lib.iiij.cap.xiiij.nu.6 fo.67

Amen , reſpon. quid ſignificet . libro iiij.cap.xv. nume.9 fo.69

Amicos diligere debemus,vt charitatis ordo ſeruetur.lib.iiij.cap.xxxvij.nu.5 fo.95

Amictus vſus , & ſignificatio. lib.iij.cap.ij.nu.1 fo.40

Amictus inuolutio circa collum,& pectus , quid ſignificet.ibidem.nu.2

Amoris ſumma vis.lib.j.cap.ix.nu.11. fo.26

Ampulla , quid & vnde dicatur.lib.iiij.cap.xxix. nu.24 fo.87

Anacletus Papa,Item , Lucius , ſtatuerunt miniſtros plures Epiſcopo celebranti.Et quibus cauſis ducti.lib.iiij.cap.xj.nu.8 fo.65

Analogium,quid:& vnde ductum.lib.j.cap.j.nume.34 fo.5

Anagôge,quid.lib.j.in procemio.nu.12 fo.2

Andreæ Apoſtoli ſtatura.Et vbi ille prædicauit. lib.vij.cap.xxxviij.nu.1 fo.280

Angelus reſpondit beato Gregorio celebranti. Et cum ſpiritu tuo . libro vj. cap. lxxxviij.nume.1 fo.228

Angelis cur pennæ adpingãtur. lib.iiij.cap.xxxiij. nume.16 fo.90

Angelus adſtat ſacerdoti celebranti.lib.iiij.cap. xliiij.nu.8 fo.110

Angeli variè effingũtur,pro varia eis à Deo collata dignitate,& munere.lib.j.cap.iij.nu.8 fo.8

Angeli,ſemper nobis adſtant:& parati ſunt orationes noſtras ſurſum deferre.lib.vij.cap.xij. nume.6.& 7 fo.268

Angeli orantibus pręſunt.lib.iiij.cap.j.nume.38 fo.56

Angeli quota feria creati . lib. iiij. cap.j.nu.29 fo.55

Angelorum feſtum agit Eccleſia,duplici de cauſa.lib.vj.cap.xij.nu.1 fo.268

Angelorum omnium officia. lib. iiij.cap.xxxiij. nu.21.22.23.24.25.26.27.& 28 fo.91

Angelorum ſex tantùm ordines cur in communi adferantur præfatione,tribus ſilentio præteritis.lib.iiij.cap.xxxiij.nu.30.& 32 fo.91

Angelorum nouem ordines . lib.iiij.cap.xxxiiij. nume.15 fo.90

Anima,templum Dei.lib.j.cap.vj.nu.7 fo.16

Anna,typum Eccleſiæ gerens , tacitè orauit.lib. iiij.cap.xxxv.nu.4 fo.93

Anniuerſarium an celebrari debeat aut poſsit die feſtiuo.lib.vij.cap.xxxv.nu.17 fo.277

Anulus, eſt fidei ſacramentum.Et eius vſus vnde aduectus.lib.iij.cap.xiiij.nu.1.& 2 fo.46.& 47

Anulus





Anulus aureus,& rotundus , quid ſignificet. lib.iij.cap.xiiij.nu.4 fol.47

Anulo literæ antiquitus ſigillabantur.Et qua ſignificatione. lib.iij.cap.xiiij nu.3 fol.47

Annuntiatio Mariæ,& eius diei officium.lib. vij.cap.ix.nu.1 fol.267

Annũtiatio Mariæ,iure accidit tempore Veris.ibid.nu.2 fol.267

Annus,eſt triplex.lib.viij.cap.j.nu.5 fo.286

Annus cõmunis.lib.viij.cap.x.nu.3 fo.293

Annus magnus,Item mundanus.lib.viij.cap. iij.nume.26 fo.288

Annus lunaris, quid.lib.viij.nu.1 fol.292

Annus ſolaris,quatuor temporibus diſtinguitur.lib.vj.nume.1 fol.152

Annus indictionalis, Romanis:Iubileus,Hebræis:Chriſtianis,benignitatis & gratiæ eſt. ibid.lib.viij.cap.iij.nu.30.31.&.32 fo.288

Annus magnus huius mundi,quatuor temporum varietate menſuratur. lib.vj.cap.j.nume.2.3.4.&.5 fol.152

Annus ſolaris,quid.Et nume.4.Et vnde dicatur.lib.viij.cap.iij.nu.1 fol.286

Anni initium,à varijs variè cœptum.lib.viij. cap.iij.nume.2 fol.287

Anni quatuor tempora.Et eorum explicatio. lib.viij.cap.iij.nume.21 fol.287

Anni quatuor temporum qualitas.lib.vj.cap. vj.nume.3 fol.60

Annorum varia nomina. lib. viij.cap.iij.numer.3 fo.287

De anno,vnde dicatur.de eius obſeruatione & ratione,variè vide in adnotatione in lib. viij.cap.iij.in fin. fol.288

Antiphonam ſequũtur pſalmi,in Prima.lib.v. cap.v.nume.3 fol.145

Antiphonæ,vnde ortum habuerint. Et vnde dicantur , & cantentur. lib. v. cap.ij.nu.26. 27.28.29.30.&.31 fol.131

Antiphonæ ſeptem,incipientes ab ô,cur cantentur ante Domini natiuitatem.lib.vj.cap. xj.nume.4 fol.164

Antiphonæ:media vita expoſitio.lib.vj.cap. lij.nume.5 fol.190

Antiphonæ octauæ Epiphaniæ , cur ſint de ſeptimo tono.lib.vj.cap.xvij.nu.2 fo.172

Antiphonæ laudum dominicarum Aduẽtus, quare terminentur per allelu Ia.lib.vj.cap. ij.nume.8 fol.156

Antiphonis cur addantur verſus quarundam feſtiuitatum.lib.vj.cap.cxiiij.nu.2 fo.247.&.248

Antiquorum inſtituta,& ſanctiones, ſunt tutiſsimi vitæ duces.lib.j.cap.iij.nu.18 fol.9

Aedificantibus ſpiritualem Eccleſiam , pugnandum eſt aduerſus hoſtes.Et quibus armis.lib.j.cap.j.nume.11 fol.4

Aegyptiaci dies.Lib.viij.ca.iiij.nu.20 fo.289

Aequinoctium , quid.libro viij.cap.iij.numero.25 fol.288

Aetas,quid. Et quomodo accipiatur.lib.viij. cap.iij.nu.33 fol.288

Aetates mundi.lib.vj.cap.liij.nu.5 fol.196

Apocalypſis & Epiſtolæ canonicæ,legũtur à reſurrectione : idque iure. lib.vj.cap.xcvij. nume.3 fol.238

Apoſtolus,quis dicatur.Et qualiter officium Apoſtolorum exequatur Eccleſia. lib.vij. cap.xliij.nume.1 fol.282

Apoſtoli,variè pro ſuo cuiuſque munere,pinguntur.lib.j.cap.iij.nu.10.& 16 fol.9

Apoſtoli tres tantùm Romæ:& tres Euangeliſtæ.lib.vij.cap.xliij.nume.6 fol.282

Apoſtoli & Pontifices miſſam à Deo primũ inſtitutam , ampliarunt. libro iiij.cap.j.nume.4 fol.53

Apoſtoli ſymbolum ediderunt . lib.iiij.cap. xxv.nume.7 fol.80

Apoſtolorum officium.lib.vij.cap.xliij.nu.2. 3.4.& 5 fol.282

Aqua benedicenda,cur ſale condiatur:& forma benedictionis.lib.iij.cap.iiij.nu.8 fo.58

Aqua poſita cum vino in calice,an conuertatur in ſanguinẽ.lib.iij.cap.xlij.nu.6 fo.105

Aqua prætermiſſa,an quod geſtum eſt in calice,ſit irritum.lib.iiij.cap.xlij.nu.9 fo.105

Aqua cur benedicatur qualibet die dominica.lib.iiij.cap.iiij.nu.4 fol.58

Aqua benedicitur,vinum minùs. Et quid ita. lib.iiij.cap.xxx.nume.21 fol.86

Aquæ benedictio,quot requirat. Et quid notet.lib.j.cap.vij.nu.7.9.10.&.11 fol.20

Aquæ luſtralis,qua Eccleſia conſecratur,quæ & quanta ſit vis. Et quæ eius ſignificatio. lib.j.cap.iiij.nume.9 fol.16

Aquæ mutatio in vinum,quid notet myſticè. lib.vj.cap.xix.nume.7 fol.173

Aquæ aſperſio , variè fit. lib.iiij.cap.iiij.numero 5 fol.58

Aquæ benedictæ genera quatuor.lib.iiij.cap. iiij.nume.10 fol.58

Aquã cũ vino miſcere in calice,inferiori Epiſcopo non licet.Et quid cõmiſtio deſignet. Et id ex cuius inſtitutione . Et quorſum. lib.iiij.

lib.iiij.cap.xxx.nu.18.& 19 fol.86
Aquilæ ſuperimponitur liber euangeliorum. Et qua ſignificatione. lib.iiij.cap.xxiiij.nume.20 fol.78
Ara,quid.lib.viij.cap.iij.nu.27 fol.288
Arca,vnde dicatur.Et quid notet. Et quibus conſtet.lib.j.cap.ij.nu.10 fol.7
Arca fœderis.lib.j.cap.vij.nu.24 fol.21
Arca teſtamenti, quibus ſit ornata.lib.j.cap.ij.nume.5.& 16 fol.6.& 7
Archiepiſcopus,quis & vnde dictus.lib.ij.cap.j.nume.19 fol.29
Arnaldiſtæ ſunt in ea hæreſi,vt putent malos miniſtros nõ poſſe miniſtrare ſacramenta. Falsò id quidem & temerè. lib.iiij.cap.j.nume.19 fol.54
Arnaldiſtarum falſa opinio de baptiſmo.lib.j.cap.viij.nu.12 fol.24
Arundinetum, quid. libro vij. cap. xlv.nume.7 fo.284
Artem ſuam quiſque diligenter curat & colit.lib.j.in procemio.nu.4 fol.1
Aſcenſio Domini,habet proceſsionẽ. Et cur idipſum.lib.vj.cap.ciiij.nu.1 fol.241
Aſcenſionis octaua, quando terminetur.lib.vj.cap.cv.nu.8 fol.242
Aſcenſionis vigiliæ,quod habeat officiũ.lib.vj.cap.ciij.nu.1.2.3.& 4. fol.240
Aſcenſionis Dominicæ Miſſa:& eius expoſitio.lib.vj. cap. ciiij.nu.2.3.4.& 5 fo.241.& 242
Aſſumptio Mariæ celebratur æſtiuo tempore,idque congruè. libro vij. cap.xxiiij. nume.4 fol.272
Aſſumptio Mariæ, habet ieiunium,& octauas.ibidem.nu.9 fol.273
Aſſumptionis Mariæ officium. lib. vij. cap. xxiiij.nu.3.& 5 fol.272.& 273
Aſſumptionis die cur euangelium legatur de Maria, & Martha. Et quid illæ duæ ſorores deſignent. ibidem. numero. 6.& 7 fol.273
Aſſumptionis die cur colligantur herbæ & benedicantur ibidem.nu.10
Athanaſij Symbolum. lib. iiij. cap. xxv. nume.8 fol.80
Atrium Eccleſiæ, quid denotet. lib.j. cap.j. nume.20 fol.4
Auguſtus Imperator,ex glebis terræ,ab vniuerſo orbe allatis,iuſsit monticulum fieri Romæ, ſuper quo tandem Eccleſia quædam ſtructa eſt. libro vj. cap.xix.nume.4 fol.173

B

BAbylonicæ captiuitatis deſcriptio,atque etiam myſticè. libro vj. cap.xxiiij.nume.11 fol.177
Baculus paſtoralis,quid ſignificet.Et vnde habuerit ortũ. lib.iij.cap.xv.nu.1.& 2 fol.47
Baculus paſtoralis,cur ſit curuus:& qua ſignificatione.& de eius varia forma & compoſitione.ibidem.nu.3
Baculus paſtoralis,eſt acutus in calce,in medio rectus:in apice retortus.Et qua ſignificatione.ibidem.nu.4
Balteus ſacerdotis, quid ſignaret.lib.iij.cap.xix nu.19 fol.51
Balſami odor, & ſignificatio. lib.j. cap. vij. nume.33 fol.22
Baptiſma ac cõſecratio Eccleſiæ, quibus myſticis conficiantur. quæ omnia neceſſariò adhibentur.lib.j.cap.vij.nu.12 fol.20
Baptizandi extra tempus neceſsitas quadruplex.lib.vj.cap.lxxxiij.nu.4 fol.220
Baptizari poteſt infans,qui non poteſt naſci, ſed ſolùm caput emittit.lib.vj.cap.lxxxiij. nume.33 fol.222
Baptizatus bis vngitur chriſmate.Et quare. lib.vj.cap.lxxxiiij.nu.3 fol.223
In baptizandi faciem ter exſufflat ſacerdos.Et cur ita.libro vj.cap.lxxxiij.nume.7 fol.220
Baptizandi interrogandi,an renuntient Satanæ,& eius operibus. Et vnde is mos aduectus.lib.vj.cap.lxxxiij.nu.5 fol.220
Baptizandis nomen imponitur. lib. vj. cap. lxxxiij.nume.13 fol.221
Baptizatis datur veſtis candida. Et qua id ſignificatione, aut exẽplo.lib.vj.cap.lxxxiij, nume.16 fol.221
Baptizato veſtis candida data,quando exuatur.lib.vj.cap.lxxxiij.nu.20 fol.221
Baptiſmus, quid. Et vnde dictus. lib.vj. cap. lxxxiij.nu.1 fol.220
Baptiſmus cur fiat potiùs in aqua, quàm in alia re.Et qua aqua fiat.ibidem.nu.2
Baptiſmus quotuplici tempore fieri poſsit. ibidem.nu.7
Baptiſmus cur deſyderet trinam immerſionem.ibidem.nu.8.

Baptiſmus,



Baptiſmus,an deleat peccatum originale.lib.vj.cap lxxxiij.nu.26 fol.222
Baptiſmus habet in benedictione ſex cæremonias.ibidem.nu.3.8.& 9 fol.217
Baptiſmus ſit ſabbato Paſchatis. Et cur ita. lib.vj.cap.lxxxij.nu.1.& 2 fol.217
Baptiſmus,qua hora celebrandus. lib.vj.cap. cvj.nume.2 fol.242
Baptiſmi ſeptem dona.Et quædam variè dantur baptizando. lib.vj. cap.lxxxiij.nume.9.10.11.14.15.21.& 22 fol.221.& 222
Baptiſmi forma, quæ ſit hodie obſeruanda. Et vetus Apoſtolorũ baptizandi mos.lib.vj.cap.lxxxiij.nu. 27. 28.29.30.31.& 32. fol.222
In baptiſmi aquam cur ſacerdos inſufflet.& quoties id faciat. lib. vj. cap.lxxxij.nu.11. fol.219
In baptiſmo ſabbati Paſchalis, ſacerdos tangit & diuidit aquas. Et quibus id de cauſis. lib.vj.cap.lxxxij.nu.4.5.& 6 fol.218
Baptiſmum,quæ ſequantur.lib.vj.cap.lxxxiij. nume.39 fol.223
Baptiſterium, an neceſſariò ſit lapideum.lib.vj.cap.lxxxiij.nu.25. fol.222
Barptolomęi feſtum,variè celebratur.lib.vij. cap.xv.nu.1 fol.273
Barptolomęi ſtatura.ibidem.nu.2 fo.273
Beatorum tres ordines. lib.iiij.cap.lj.nume.9 fol.119
Beda, cur dictus venerabilis. lib.vij. cap.xl. nume.1 fo.280
Benedicamus Domino,dicitur finita oratione.& vnde ſumptũ.Et quid ſignificet.Item, Deo gratias. lib.v. cap.ij. nume. 62. & 63 fol.135
Benedictio ſuper populum quorſum fiat.Et qualiter.Et vnde ea profecta ratio benedictionis. lib. iiij. cap. lix.nume.1.2.3.4.& 5 fol.126
Benedictio à quo regulariter fiat. ibidem. nume.6
Benedictio Epiſcopi, qualiter fiat. ibidem. nume.7
Benedictio ſolennis cur detur ab Epiſcopo. In miſſa verò pro defunctis, minus.lib.iiij. cap.lj.nu.23.& 24 fol.121
Benedictionem petens ante lectiones,cur dicat donne,potius,quàm Domine.lib.v.cap. ij nu.44 fol.133
Benedicti inſtitutio,circa diuinum officium. lib.v.cap.iij.nu.32 fol.140
Beneuolentia captatur à tribus. lib. iiij.cap. xlviij.nume.3 fol.115
Bethlemitani Epiſcopi priuilegium. lib.iiij. cap.xiij.nu.7 fo.66
Bethphania, tertia adparitio. Quarta.lib.vj. cap.xvj.nu.7.& 8 fo.171
Bigamus,ineptus eſt ad clericatum. Et quid ita.lib.j.cap.ix.nu.13 fol.17
Biſſextus quid.Et vnde,& quando contingat. lib.viij.cap.iij.nu.18.& 19 fol.287
Biſſextus quomodo dignoſcatur.lib.viij.cap. iij.nume.20 fol.287
Bona hominis tria: pro quibus ſacerdos offert Deo.lib.iiij.cap.xxxvij.nu.6 fo.95
Bona cœleſtis patriæ, quatuor.lib.vj.cap.liij. nume.7 fo.191
Boſra,ciuitas.lib.vj.cap.lxx.nu.4 fo.200
Byſſus quid.lib.iij.cap.iij.nu.2 fo.40
Buſtum,quid.lib.j.cap.v.nu.10 fo.14

C

CAlciamentũ Epiſcopi,quo inuitet,quóve prohibeat. libro iij. cap. viij. nume.3 fol.43
Calendæ vnde dictæ. Et cur inſtitutæ.lib. viij.cap.iiij.nu.15 fo.289
Calix aureus, quid notet, quid argenteus, quid ſtanneus.lib.j.cap.iij.nume.45 fol.11
Calix cooperitur:hoſtia non. Et quid ita.lib. iiij.cap.xlvj.nu.11 fol.112
Calix conſecratus ſi deauretur, an ſit conſecrandus iterum. libro j.cap.vj.numero 35 fol.18
Calicis ferendi mos, variè. Et cur maximè læua.lib.iiij.cap.xxx.nu.25.& 26 fo.87
Calicis & patinæ conſecratio. lib.j.cap.viij. nume.24 fo.25
Calicis nomen, vnde tractum. lib.j.cap.iij. nume.44 fol.11
Campana ad quid pulſetur, & benedicatur. lib.j.cap.iiij.nume.2 fol.12
Campanula,cur pulſetur in eleuatione ſacramenti. lib.iiij.cap.xlj nume.52 fo.104
Campanæ pulſatio,quid notet. lib.iiij.cap.vj. nume.19 fo.62
Campanæ,quid.& vbi inuentæ primùm.lib.j. cap.iiij.nume.1 fol.12
Campanæ,prædicatores ſignant.lib.j.cap.iiij. nume.4 fo.12

Campanæ

Campanæ cur pulſentur, quoquam moriente. Et quare in ſupplicationibus. lib.j.cap. iiij.nu.1 3.14 fol.13
Campanæ cur pulſentur concitata tempeſtate.ibidem.nume.15
Campanæ cur pulſentur dum cantatur:Gloria in excelſis, ſabbato ſancto. lib.vj.cap. lxxxv.nu.3 fol.225
Campanæ ad diuina officia,quoties interdiu pulſentur.Et quoties noctu.lib.j.cap.iiij.nume.9.& 10 fol.12.& 13
Cãpanæ cur ſileãt Dominica in ramis,tribus diebus.lib.vj.cap.lxxij.nu.3 & 5 fol.201
Campanæ pulſantur,vbi cantatur:Te Deum laudamus.Et quid idipſum,Et quinã hymnum illum compoſuerint.lib.v.cap.iij.nume.30.& 31 fol.140
Campanis quot diebus quadrageſimæ ſit otium.lib.j.cap.iiij.nu.12 fol.13
Candela accenſa, quid ſignificet.lib.vij.cap. vij.nume.13 fol.266
Candelæ in tenebris dominicæ quadrageſimalis,cur extinguantur.Et quot accendantur.Et quid illæ ſignificent diſsimili etiam numero. Et quid earum extinctio. Et quid de ea,quæ remanet,cæteris extinctis.lib.vj. cap.lxxij. nu. 15.16.17.18.19.20.21.22. 23.24.25.& 26 fol.202.& 203
Candelabrum exterius illuminans,quid.lib.j. cap.ij.nume.9 fol.7
Candelabra in vtroque altaris cornu, quid notent. Quid emunctoria ſiue forcipes. Quid ſcutra. lib.j. cap.iij.nume.27.28.29. & 30 fol.10
Canon expeditè dici debet.& cur ita.lib.iiij. cap.xxxv.nu.9 fol.93
Canon,quid & vnde dicatur.& cur cum ſilentio fiat.ibidem.nu.2.& 6 fo.92.& 93
Canon, quot contineat partes.variè.lib.iiij. cap.xxxvj.nu.1.2.3.& 4 fol.93.& 94
Canon vnde incipiat.libro iiij.cap. xxxv. nume.11 fol.93
Canon Miſſæ,à pluribus compoſitus fuit:& cum triplici ſanctorum commemoratione. lib.iiij.cap.xxxviij.nu.2 fol.96
Canon commemorationem beatæ Mariæ,& aliorum ſanctorum continet. Confeſſorũ tamen,non.ibidem.nu.3.5.6.& 7 fol.96
Canon quòd ſublata fuiſſet voce dictus, oſtentum quoddam & prodigium emerſit. ibidem.nu.7
Canon primus,ſiue ſecretella, quid ſignet. lib.iiij.cap.xxxv.nu.5 fol.93
Canon Miſſæ, in quot partes diuidatur.lib. iiij.cap.xxvij.nu.1 fol.83
Canon Miſſæ ſoli ſacerdoti conuenit.& eſt ſummum Miſſæ. Et quàm ſecretè fiat.lib. iiij.cap.xxxv.nu.1.& 3 fol.92
Canon memoriam viuorum cõtinere debet. lib.iiij.cap.xxxvij.nu.1 fol.95
Canonis miſſæ ſubſtantia,eſt quædam paſsionis dominicæ imago. lib.iiij.cap.xxxv.nume.10 fol.93
Canonis expoſitio, primæ partis, ſcilicet:Te igitur.lib.iiij.cap.xxxvj.nu.5.& 6 fol.94
Canonis ſecunda pars,cum expoſitione.lib. iiij.cap.xxxvj.nu.13 fol.94
Canonis tertia pars:Cõmunicãtes. Et quis eã addiderit.lib.iiij.cap.xxxviij.nu.1 fo.96
Canonis quarta pars. Et eius expoſitio. lib. iiij.cap.xxxix.nu 1 fol.96
Canonis quinta pars. Quam oblationem.& eius expoſitio. lib. iiij. cap.xl.nu.1.7.8.10. 11.& 13. fol.98
Canonis ſexta pars:Qui pridiè,quàm pateretur,ab Alexandro Papa adiecta.Et eius partium interpretatio. lib.iij.cap. xlj.nu.1.12. 14.30.44.& 45 fol.99.100.102.& 103
Canonis pars octaua. Et eius interpretatio. lib.iiij.cap.xliij.nu.1.4.9.& 10 fol.108
Canonis octauæ partis interpretatio,& ſumma. lib.iiij. cap. xlvj.nu.8.9.10.12.14.16. 17.18.21.& 22 fol.111.& 112
Canonis interpretatio, in octaua parte.lib. iiij.cap.xliiij.nu.7.& 9 fol.110
Canonis decima pars. Et interpretatio. lib. iiij.cap.xlv.nu.1.& 4 fol.110
Canonem Gelaſius Papa, à Petro ordinauit. lib.iiij.cap.xxxv.nu.12 fol.93
In canone Miſſæ ſedentes,quid notent.Item, quid ſtantes.lib.iiij.cap.xxxv.nu.13 fo.93
Cantandi vſus,quorſum inſtitutus.lib.ij.cap. ij.nume.4 fol.32
Cantandi vſum vnde accepit Eccleſia.lib.v. cap.ij nu.65 fol.135
Cantus Eccleſiaſticus,cœleſtem lætitiam ſignificat.lib.v.cap.ij.nu.68 fol.136
Cantoris munus:& eius diffinitio.lib.ij.cap. ij.nume.1 fo.32
Cantoris nomine,qui intelligantur.lib.ij.cap. ij.nume.5 fol 33
Cantoris primi officium, Item ſecundi.lib. iiij.cap.xxx.nu.27.& 28. fol.87
Cantores, baculos geſtant. lib. ij.cap.ij.numero.6 fol. 32
Cantores vocibus cõſonis cantare debẽt. lib.ij. cap.ij.num.3 fol. 32
Cantorum varia differentia. lib. iiij. capit.xx. num.8 fol.74
Canticum,quid.lib.vj.cap.lxxxj.nu.13 fo.218
Canticum, an & in quo differat à pſalmo. Et quis primus cantica inſtituerit.lib. v. cap. iiij. num.20 fol.142
Cantica:Benedictus, &, Magnificat. cantanda ſunt ſtando.lib.v.cap.iiij.num.28 fol.144
Cantica,vnde dicantur. quid. Et quot habeant verſus.lib.v.cap.ij.num.54 fol.134
Cantica ſex, quæ in ſex ferijs dicuntur loco Pſalmi:Benedicite.lib.v.c.iiij.nu.19. fo.142
Capellæ initium vnde.& inde capellam. lib. ij. cap.x.num.8 fol.36
Capitulum ſequitur antiphonã.Et quare.lib.v. cap.iiij.num.27 fol.144
Capitula cur dicantur in officijs. lib. v. cap.ij. num.51 fol.134
Cappa,ſiue pluuiale.& eius forma:atq; ſignificatio.lib.iij.cap.j.num.13 fol.40
Caſula quid.vnde dicatur. & quid notet.lib. iij. cap. vij.num.1 fol.42
Caſula tripliciter plicatur.Et quid idipſum notet.lib.iij.cap.vij. num.3 fol.43
Caſula vndiq; clauſa, integráq;, quid notet. ibid.num.5
De catalogo,quid ſit,vnde ducat originẽ, fusè videris in adnotatione in lib.vij.ca.j.fol.164
Cathecuminorum Miſſa, quæ ſit.lib. iiij. cap.j. num.46 fol.56
Catholicorum quidam perfecti,quidam imperfecti.lib.vj.cap.cxxvj.num.5 fol.253
Cœleſtinus Papa,Miſſę introitũ addidit.lib.iiij. cap.j.num.6 fol.53
Cœmentum ex quibus componatur. Et quid eorum vnumquodque denotet. lib. j. cap. j. num.10 fol.4
Cereus cur mittatur in aquã in baptiſmi & fontiũ benedictione.lib.vj.c.lxxxiij.nu.10.f.219
Cereus Paſchalis à [illegible]diacono benedicitur. Et cur non potius à ſuperiori. lib. vj. cap. lxxx. num.3 fol.215
Cereus paſchalis, quid ſignificet. ibid. numero 4 fo.215
Cereus ſuper colũna,ſignificat Chriſtum. ibid. nume.6
Cerei benedictio,qualiter fiat. Et an vnus tantùm benedicatur,an duo lib.vj.cap.lxxx.nu.7 & 11 fol.215
Cerei benedictio,fit in paraſceue paſchalis.lib. vj.cap.lxxx.num.1 fol.214
Sub cerei benedictionem, cur ignis antiquus extinguatur,& nouus è petra excutiatur.ibid. nume.2
Cereo paſchali infixa tabula,qd ſignet, quídq; cõtineat.lib.vj.cap.lxxx.num.10 fol.215
Cerei, quid ſignificent.lib. iiij. cap. xxiiij. numero 14.15 fol.77
Charitas,maxima virtutum.lib.j.ca.ij.num.12. fol.7.& lib.iij.cap.xix.num.13 fol.52
Charitas,legis eſt implementum.lib.iij.cap.vij. num.2 fol.43
Charitatem habens, nihil timet.lib.ij. cap.xxj. num.2 fol.175
Charitatis quindecim gradus.lib. vj. cap. xxvij. num.11 fol.181
Cherubin & Seraphin,in cœlo eminẽtia, & ſedes.lib.iiij.cap.xxxiij.num.29 fol.91
Chiroteca, quo conſilio vtatur Epiſcopus. Et eius ſignificatio.lib.iij.cap.xij.num.1. fol.45
Chiroteca cur manus interdum velẽtur, interdum ſpolientur.ibid.num.2
Chirotecæ,quid notent.lib.iij.c.xij.nu.3 f.45
Chriſma confici præcepit Dominus.lib.j.c.viij. num.1 fol.23
Chriſma ex quibus conficiatur. Et qualiter, quáque ſolennitate.Et quid myſticè ſonet illa celebritas tanto apparatu.libro ſexto cap. lxxiiij.nume.10.11.12.13.14.15.16.17.& 18 fol.207
De chriſmate,de eius Authore,de vſu & dignitate,vide amplè in adnotatione in lib.vj.cap. lxxiiij.in fi. fol.207
Chorus clericorum,quid.& vnde dicatur.lib.j. cap.j.num.18 fol.14
Chriſtus, vnde dictus,vnde itidem Chriſtiani. lib.j.cap.viij.num.7 fol.23
Chriſtus,lapis angularis, & abſciſſus.lib. j. cap. vij.num.27 fo.22
Chriſtus,idem & totus in cœlo : idem & totus hîc,& vbiq; eſt.lib.iiij.cap.xlij. fol.105
Chriſtus non ſinit nos tentari, vltra vires noſtras.ibid.num.4 fol.105
Chriſtus in cruce decantauit pſalmos decem. lib.vj.cap.lxxvij num.11 fol.209
Chriſtus in cruce orauit pro tribus.ibidem.nume.12
Chriſtus concifixus eſt tribus clauis. Quid illi claui deſignent.ibid.num.25 fol.212
Chriſtus, cur pati voluerit. Et quoto ætatis anno.ibid.num.27. & 28. fo.213

Christ⁹ quos ſua paſsione redemerit.ibi.nu.31
Christus fuit vnctus oleo inuiſibili. Et oleum, quid ſignificet lib.primo capi.vij.numer. 30 fo.22
Christus,poſt reſurrectionem ſuam, matri primò apparuit:quod falsò tamen Magdalenæ tribuitur.lib.iiij.cap.vj.nu.23 fo.62
Christus fuit à tribus traditus.lib.iiij.cap.xxxvj. num.7 fo.94
Christus ad tria venit.lib. iiij.cap. lij. numer.3 fo.121
Christus,quomodo intelligatur primogenitus Marię.lib.vj.cap.xiij.num.25 fo.168
Christus diſſoluit triplicem inimicitiam, quæ interceſſerat ante ſuum aduentum.lib.iiij.ca. xiij.num.2 fo.66
Christus,poſitus eſt in ſignum tripliciter.lib.vj. cap.xiiij.num.5 fo.169
Christus variè pictus, variùm quid notat. ibid. num 7 fo.8
Christus qua, & quotuplici forma pingendus. lib.j.cap.iij.num.6.& 12 fol.8.& 9.
Christus paſcha typicum celebrauit cum Apoſtolis,lunam primi menſis, ad veſperã.lib.iiij. cap.xlij.num.2 fo.104
Christus, quotuplici corona depingatur. lib.j. cap.iij.num.19 fo.9
Christus omnes orationes non exaudit.lib.iiij. cap.viij num.2. fo.63
Christus lauit pedes Apoſtolorum, tribus potiſsimùm de cauſis.lib. vj.capit.lxxv. nume.3 fol.207
Christus reſurgens,an totum ſanguinem ſuum reſumpſerit effuſum in cruce. lib.iiij.cap.xlij. num.7 fol.105
Christus, an poſt reſurrectionem fuerit aliquibus veſtibus vſus.lib. vij.cap. xxxv.nume.42 fol.279
Christus crucifixus ſexta feria.lib. iiij.cap. xlvj. num.13 fol.112
Christus manu ſua communicauit Apoſtolis. lib.iiij.cap.xlj.num.40 fo.102
Christus,paſſus eſt,ſexta feria. lib iiij. cap. xlj. num.2 fo.99
Christus quomodo ſanguinem ſuum adſpergit.lib.iiij.cap.xliiij.num.1 fo.109
Christus fuit lanceatus, in latere læuo. lib.iiij. cap.iiij num.7 fo.58
Christus,ſacerdotes inſtituit.lib.ij. ca.x. num.4 fol.36
Christus, quale corpus ſuum dedit in cœna, mortale,an immortale: paſsibile, an impaſſibile.lib.iiij.cap.xlj.nu.34.& 35 f.101.102
Christus, cur in fine anni naſci voluit. lib.vj. cap.xiij.num.2 fo.166
Christi nomina,& eorundẽ interpretatio.lib.ij. cap j.num.6.& 8 fo.28
Christi nomina, quædam dicuntur de ipſo relatiuè,quædam non.ibid.num.7
Christi genealogia,variè tradita per Matthæũ, & Lucam.lib.vj.cap.xvj.num.12 fo.171
Christi præputium,adſeruari in Lateranen. Baſilica.lib.iiij.cap.xlij. num.8 fo.105
Christi corpus cur nõ cõſecretur in paraſceue. ca.lxxvij.nu.32.33.34.35.36.37.38.& 39. fo.213
Christi corpore, vnde miracula conſiderantur quæ percurrit Author.lib.iiij.ca.xlj.num. 16 17.18.19.20.21.22.23.24.25.26.& 27 fo.100.& 101
Christi ſeptem viæ lib.j.c. vij.num.17 fo.21
Christi paſsione quatuor impetramus. Et quot digitos ſacerdos calici leuando adhibeat. quidq; illud notet.li.iiij.c.xlvj.nu.23 f.113
Christi corona,fuit ex iuncis marinis.lib.vj.ca. lxxvj.num.17 fo.211
Christi corpus, cur diſponatur in vitro & aqua die paraſceues.ibid.num.26 fo.212
Christi reſurrectio,ter nunciata eſt. lib.vj.cap. lxxxix.num.17 fo.233
Christiani in primitiua Eccleſia, quotidie communicabant. paulò pòſt, omni Dominica: tandem aliquando rarius. lib.iiij.c.liij.num.2 fo.122
Christiani omnes ante baptiſmũ,bis oleo vngũtur.Et varia vnctio, varium quid notat. lib.j. cap.viij.num.6.& 8 fo.23
Christianorum nomen,vbi primùm inuentum. lib.ij.cap.j.num.5 fo.28
Circuitus ſeptenarius pontificis, circa altare conſecrandum, quid denotet. lib.j. capit.vij. num.15.16.& 19 fo.21
Cineres, cur imponantur capitibus, in capite ieiunij.Et vnde is mos ortus.lib.vj.cap.xxviij. num.18 fo.182
Circuncidi cur voluerit Christus.cauſas adfert. lib.ſexto.capit.xv. numer. 6.7.8.9.10. & 11 fo.169
Circunciſio cui primùm fuerit iniuncta. Et an eius nomine feſtum indicatur falso; aut temerè.lib. ſexto.capit. xv.numero 1.13. & 14 fol.169 & 170
Circunciſio,quibus de cauſis inſtituta. ibidem, num.2 fo.169







Circunciſio,quando, & qualiter fiebat.ibidem, num.4
Circunciſio, cur fiebat in præputio. ibidem, num.3
Circunciſio, quid conferret.ibidem, num.5
Circunciſio, quibus de cauſis fuerit mutata in baptiſmum. lib. ſexto.capit. xv. nume. 12 fol.169
Circunciſionis dies, quinq; de cauſis, eſt ſolennis.lib.vj.cap.xv.num.16 fo.170
Circunciſionis diebus, multa ſuperſtitiosè olim gentiles & pagani agebant. ibidem, num.17
Clamor & benedictio, poſt Benedictus in tenebris,quid ſignificet.lib.vj.cap.lxxij.num.27 fo.203
Clauium ſedes,vbi inueniatur. lib.viij.capi. xij. num.3 fo.294
Clauſtrum, quid: vnde dictum. & eius variæ partes, varium ſortitæ officium.lib. j.capi.j. num.42 fo.5
Clericales,qui dicantur.& vnde. lib.ij.num. 11 & 26 fo.28 & 29
Clerici, ſunt ſacerdotes & reges. lib.ij.capit.j. num.30 fo.30
Clerici ad quid inſtituãtur.Et quare in quatuor temporibus.lib.ij.cap.j.num.33.& 34 fo.30
Clerici cur maximè ordinentur diebus, ſabbatorum.ibid.nu.35
Clerici cur patentibus auribus incedant. lib.ij. cap.j.num.27 fo.29
Clerici,veſtimentis lineis cur vtantur.lib.iij.c.j. num.15 fo.40
Clerici & monachi, an & quando offerant. lib. iiij.cap.xxx.num.36 fo.88
Cogitationes Domini,quales.lib.vj.cap.xxxiiij. num.2 fo.185
Collecta cur nulla dirigatur ad ſpiritum ſanctum.lib.iiij.cap.xv.num.11 fo.69
Collectę,quomodo terminentur. variè per diſcurſum.lib.iiij.cap.xv.num.10 fo.69
Collectarum quinam fuerint authores.lib.iiij. cap.xv.num.14 fo.70
Colores miſti omnes, ad quatuor genera referuntur.lib.iij.ca[illegible]viij.nu[illegible]8 fo.50
Coloribus quot, & quibus vtatur Eccleſia.lib. iij.cap.[illegible]ij.num.1 fo 49.
Columnæ Eccleſiæ, quid notent. Quid pauimentum.Quid trabes.Quid ligna,laquearia. Quid reclinatoria.lib.j.cap.j.num.27.28.29 & 30 fol.5
Commercium, quid. lib.vj. capi.xv.nume. 15. fol.170
Communicandi corporis & ſanguinis Domini legitimum tempus. lib.iiij. cap. liiij.num.11 fo.124
Communicaturus, debet eſſe ieiunus. Et cur ita.lib.iiij.cap.liiij.num.15 fo.124
Communione facta,cur ſacerdos lauet digitos. & in quo altaris cornu.lib.iiij. cap. lv.num.1 & 3 fo.124
Communione peracta, ſacerdos oſculatur altare.lib.iij.cap. lvij.num.1 fo.125
Completorium,cur,aut qua ſignificatione admonitionéve inſtitutum. Item,vnde dicatur. lib.v.cap.x num.1 fo.150
Completorium,quatuor pſalmis conſtat.lib.v. cap.x.num.3 fo.150
Completorij officium,incipit à Pſalmo: Conuerte nos.& cur ita.lib.v.ca.x.num.2. fo.156
Computus,quid.& vnde dicatur. lib.viij. cap.j. num.2.& 3 fo.286
Computi rationem tenere debent ſacerdotes. lib.viij.cap.j.num.1 fo.286
Concilij Aurelianenſ. decretum, circa nuptiarum ornarum.lib.j.cap.iij.num.47 fo.12
Confeſsio,quotuplex ſit.lib.vj.cap. xxxvj. nu.2. fo.185.& eod.lib.cap.xlvj.num.2 fo.188
Confeſsio cur ante miſſam,à ſacerdote ineũda lib.iiij.cap.vij.num.1.& 2 fo.62
Confeſsio,qualis eſſe debeat.lib. vj. cap. xlvj. num.4 fo.188
Confeſſores, dicuntur laudatores. quod verbum commune etiam eſt & martyribus, & virginibus,& veris ſanctis.lib. vij. capit. xlvj. num.1 fo.284
Confeſſores diſtinguuntur in Epiſcopos & presbyteros. Et vtrorumq; aliquando idem officium:ſæpe diuerſum vide.lib.vij.cap.xlvj. ibidem,nume.2
Confeſſores,qua forma purgantur: qua Doctores:qua deniq; virgines. Vbi & varietatis ſubdita ratio.lib.j.cap.iij.num.15 fo.9
Confirmari aut baptizari bis non debet quis. lib.vj.cap.lxxxiiij.num.5. fo.224
Confirmatio non debet dari ante ſeptimum diem,poſt baptiſma.lib.vj.cap.lxxxiiij.num.1 fo.223
In confirmatione quid agat Epiſcopus. lib.vj. cap.lxxxiiij.num.7.& 8 fo.224
Confirmatum cur percutiat in faciem Epiſcopus.lib.vj.ca.lxxxiiij.num.6 fo.224

Conſecrantis mens quò ferri debeat. lib. iiij. cap.xxxv. num.8 fo.93
Conſecrari vna ſpecies tantùm & ſeorſum, an poſsit.lib.iiij.cap.xlj num.48 fol.103
Cōſecratio & ſanctificatio, quid differāt.lib.vj. cap.lxxv.num.12 fol.288
Conſecrationis forma cur alia vtatur Eccleſia, quàm fuerit tradita ab Euangeliſtis. lib. iiij. cap.xlj num.13 fo.100
Conſtantinus Imperator, conſtituit in Baſilica arcam teſtamenti, allatam Hyeroſolimis à Tito Imperatore.lib.j.cap.ij.num.6 fol.6
Codex altari imponitur.& id quare. lib.j.ca.iij. num.33 fol.10
Corona benignitatis Domini, vbi conſiſtat. lib.v.cap.iiij.num.24 fol.143
Corona ſanctorum,qua ſpecie, & forma effingatur.lib.j.cap iij.num.2 fo.9
Corona clericorum, cur inſtituta. Item, vnde originem duxerit.lib.ij.cap.j.nume.26.& 31 fol.29.& 30
Coronæ clericorum forma.lib.ij.ca.j. num.28 fol.30
Corporale, quid ſignificet. lib. iiij. cap. xxix. num.84 fo.84
Corporale, qualiter complicetur,& ſternatur ſuper altari. Et quàm variè idipſum ſignificet ibidem num.4
Corporale, quandiu maneat ſuper altari. ibidem,num.5 fo.85
Corpus Chriſti, cur eleuetur, poſt conſecrationem latè.& maximè. lib. iiij. cap. xlj. numero 51.& 52 fo.104
Corpus Chriſti non violatur in ſeceſſu, nec vomitu.lib.iiij.cap.xlj.num.42 fo.102
Corpus Chriſti ſub alia ſpecie ſumitur: quinq; potiſsimùm de cauſis.lib.iiij.cap.xlj.num.30 fol.101
Corpus Chriſti, ſumptum & comeſtum, quid. lib.iiij.cap.xlj.num.41 fol.102
Corpus Chriſti, ſumptum à reis, illos non defendit.lib.j.cap.j.num.50 fo.6
Corporis & ſanguinis Chriſti ſubſtantia, eſt ſacramentum & res.lib.iiij. cap.xlij. num. 22 fo.106
Corpora bonorum,dicuntur æqui. lib.j.ca.viij. num.23 fo.25
Cortinarum varius color, varium quid ſignificat.lib.j.cap.ij.num.30 fo.11
Cœlum,vnde dicatur. lib.iiij.cap.xlviij. num.4 fo.115
Cœmeterium,quid:& vnde ductum.lib j.ca .v. num.4 fo.13
Cœmeterium vnde duxerit initium. lib.j.ca.v. num.11 fo.14
Cœmeterium,ad quid benedicatur.lib.j.ca.viij. num.26 fo.25
Cœmeterium, quibus caſibus ſic reconciliandum.lib.j.cap.vj. num.45 fo.19
Cœmeterij vel Eccleſiæ parte vna violata, an omne cenſeatur violatum :& ſic in qualibet parte reconciliationem deſiderare.lib.j.c. vj. num.46 fo.19
De cœmeterio, quid ſit, & vnde ductum ſit, pete fuſiſsimè ex adnotatione in lib.j.cap. v. in fine fol. 14. Vbi & de σαρκοφάγω, eiúſq; generibus nonnulla adferuntur,ex probatiſſimis excerpta Authoribus.
Cœna Domini, quæ tractanda habeat. lib.vj. cap.lxvj. num.1 fo.201
Crux Chriſti, multipliciter & variè præfigurata in veteri teſtamento.lib.v.ca.ij. num.10 fo.129
Crux,eſt vexillum triumphi & gloriæ. lib.iiij. cap.vj.num.18 fo.61
Crux ante pectus Pontificis maximi poſita, quid deſignet.lib.iij.cap.ix.num.2 fo.44
Crux antecedit diaconum, in euangelij lectione.lib.iiij.cap.xxiiij.num.16 fo.77
Crux,eſt quadripartita.& quid notet ea forma. lib.v.cap.ij.num.16 fo.130
Crux cur adoretur die paraſceue. Et qualiter id. lib. vj. capit. lxxvij. nume. 20. 21. & 22. fo.211
Crux altari ſuperponitur.lib.j.cap.iij. num.31 fo.10
Crux in medio Eccleſiæ, quid denotet. Et cur in ſublime feratur.lib.j.cap.primo.nume. 41 fol.5
Crucis ſigno armatur Eccleſia: confunditur ciuitas diaboli.lib.v.cap. ij.num.11 fo.130
Crucis ſignum, tribus digitis eſt imprimendum.lib.v.capit.ij.nume.12 fo.130
Crucis ſignum, quàm variè fiat. Et vbi ſit faciendum.ibidem.num.13.14.& 15
Crucis priuilegium,& eius inuentionis officium Eccleſiaſticum. lib.vij.capit. xj. numero 1.2. fo.268
Crucis duplex feſtum. ibidem numero. 3 fol.268
Crucis exaltatio, vnde ortum duxerit. lib.vij. cap.xxix.num.1 fo.274





Crucis inuentio, ſuperior eſt exaltatione.ibid. num.2
Crucis exaltatio, quod habeat officium. ibid. num.3 fo.274
Crucis denudatio in paraſceue,quid notet. lib. vj.cap.lxxvij.num.16 fo.211
Crucis myſterium profundum. ibid. nume.24 fo.212
Crucem inuenit Iudas. lib.vij. cap.xj. nume 4 fol.268
Crucem cum incenſo facere, quid.lib.j.cap.vij. num.36 fo.22
Cruces quinq; facit ſacerdos,in quinta Canonis parte. Et quid ille deſignent. lib.iiij.capit.xl. num.3.4.5.& 6 fo.98
Cruces tres factæ à ſacerdote, ſuper oblata, quid ſignificent.lib.iiij.c.xliiij.nu.3 fo.110
Cruces quinq; ſuper hoſtia, quid ſignificent. lib.iiij.cap.xliij.num.6 fo.168
Cruces quando velentur:& velum ante altare ſuſpendatur.lib.vj.cap.xxxij.num.12 fo.184
Cruces quinq; ex oleo,quid notent.lib.j.ca.vij. num.31 fo.22
Cruces in Eccleſia xij. depictæ, quid ſignent. lib.j.cap.vj.num.27.& 29 fo.17
Cruces treis cur faciat ſacerdos ſuper oblatione,quidve notent.lib.iiij.cap.xxxvj.num.8 fol.94
Cruces quatuor, quas fecit Pontifex in altaris conſecratione,quid notent. lib.j.ca.vij.nu.14 fol.20
Cyclus,quid.lib.viij.cap.xiij.num.1 fo.295
Cycli ſex numero:ſolaris,decemnonalis,lunaris,epactalis,magnus,& indictionalis. lib.viij. cap.xiij.num.2.3.4.5.6.& 7
κύριε, ἐλέησον, quid ſignificet. Et cur nouies dicatur. nume.2. lib.iiij. cap.xij.nume.1.& 2 fo.65
κύριε ἐλέησον, in Prima. lib.v. capit. v. nume.9 fo.146

## D

DAlmatica cur intermittatur aduentus dominici tempore à diacono:à ſubdiacono verò tunica.lib.iij.ca.xj.num.9 fo.45
Dalmaticæ Epiſcopi,vnde ortum habuerit. Et vnde dicta.lib.iij.cap.xj.num.1.& 2 fo.44
Dalmatica,quales habeat manicas.Et quid notent.ibid.num.3 fo.45
Dalmaticæ forma,& compoſito. Et eius ſignificatio.lib.iij.cap.xj.num.5.6.7.& 8 fo.45
Damaſi Papę inſtitutio,circa Miſſæ introitum. lib.iiij.cap.v.num.2 fo.59
Daniel induxit primus horas treis canonicas cantari,tertiam,ſextam,& nonam.lib.v.cap.j. num.7 fo.128
Dauid, cantores inſtituit. lib.ij. cap.ij. nume.2 fol.32
Dauid vigintiquatuor ſacerdotes inſtituit. lib. ij.cap.x.num.3 fol.36
Dauid nobis in hac militia proponitur in exemplum & typum virtutis. lib.vj.ca. cxv.num.3 fo.249
Dauid funda,quid ſignificet.ibid.num.5
Dauid triplex vnctio. lib.vj. capit. cv. nume.5 fol.242
Dauidis, Pauli, & Matthæi ſcriptura, cur frequentius vtatur Eccleſia.lib.vj.cap.j.num.33 fol.154
Dæmones, creditores & exactores noſtrûm. lib.vj.cap.xlviij.num.2 fo.189
Dæmones non ſecus timent ſignum crucis, quàm baculum, quo percuſsi fuerunt. lib.v. cap.ij.num.9 fo.129
Debitorum veniæ petendæ diuerſus modus, perfecti hominis, & imperfecti.lib. iiij. cap. xlviij.num.10 fo.116
Dedicatio Eccleſiæ,vnde duxit initium.lib.vij. cap.xlviij.num.2. fo.285
Dedicatio Eccleſiæ, cur octo diebus celebretur.lib.vij.cap.xlviij.nu.3 fol.285
Dedicationis Eccleſiæ feſtum reſpondet feſto encœniorum.lib.vij.c.xlviij.num.1 fo.285
Dedicationis Eccleſiæ officium:& eius expoſitio.lib.vij.cap.xlviij.num.4.5.& 6 fo.285
Dedicationis Eccleſiæ feſtum, differri & reijci an poſsit.lib.vij.cap.xlviij.num.7 fo.286
Defuncti an loqui poſsint. lib.vij.capit. xxxv. num.44 fo.279
Deus,verb.attribuitur trinitati,ęqualiter.lib.ij. cap.j.num.9 fo.28
Deus qualiter ſit adorandus.lib.v.cap.ij.nu.60 fo.135
Deus, propter nos,proprio filio non pepercit. lib.iiij. cap.xliij. nume.2 fo.108
Deus, angelicam & humanam creaturam edidit,in laudem & gloriam. lib.iiij. cap.xxxiij. num.33 fo.91
Deus multa operatus eſt die xxv. Martij. lib. vij.cap.ix.num.3 fo.267
Deus ſcit eos, quos approbat: obliuiſcitur, quos reprobat. lib.iiij. capit. xxxvij. nume.2 fo.95

Dei notitia, confirmatio & perfectio eſt omnium bonorum. lib. j. capite. vij. nume. 26 fo.22
Dei thronus vt ſimus, tria neceſſariò requiruntur. lib.vj.cap.xviij.num.3 fo.172
Dei facies, intelligitur diuina cognitio. lib.vj. cap.iij.num.16 fo.158
Deo credere, Deum credere, & in Deum credere, quid & in quo differant. lib.iiij.cap.xxv. num.16 fo.81
Diabolus, quatuor modis nos affligit. lib.vj. cap.liij.num.4 fo.190
Diaconatus ordo, vnde initium duxerit. lib. ij. cap.ix.num.9. fo.35
Diaconiſſarum inſtitutio antiquitus. lib.ij ca.j. num.48 fo.32
Diaconus vnus in quibuſdam Eccleſijs, incenſat, quinta feria Aduentus. Et quare. lib.vj. cap.viij.num.4 fo.163
Diaconus & ſubdiaconus ſtant poſt ſacerdotem, in principio canonis. Et quid ita. lib.iiij. cap.xxxiij.num.11 fo.92
Diaconus, librum euangelij oſculatur. lib.iiij. cap.xxiiij.num.30 fo.79
Diaconus lecturus epiſtolam, à quibus & quot comitetur. lib.iiij.cap.xvj.num.4 fo.71
Diaconus cur oſculetur humerum ſacerdotis, in vltima parte canonis. lib.iiij.ca.xlvj.nu.24 fo.113
Diaconus lecturus euangelium, benedictionẽ perit. Et quorſum idipſum. lib.iiij.ca.xxiij. num.1.& 7 fo.76
Diaconus, cur principio euangelij, ſubijciat: ſequentia ſancti euangelij. lib.iiij. cap.xxiij. num.26 fo.78
Diaconus, initio euangelij, luſtrat os frontem, & cor, ſigno ſanctæ crucis. Item populus. Et quid ita. ibid.num.27.& 28
Diaconus, quibus diebus dalmaticam portet. lib.ij.cap.ix.num.3 fo.35
Diaconus, qualiter inſtituatur. lib.ij. capit.ix. num.14 fo.35
Diaconus, induens caſulam, quid notet. lib.ij. cap.ix. num.7 fo.35
Diaconus, quare ad horas, non dicat, dominus vobiſcum. lib.iiij.cap.xiiij.num.8 fo.67
Diaconus cur manus, in nona parte canonis lauet. lib.iiij.cap.xliiij.num.5 fo.110
Diaconus qualem debeat ſe præſtare. lib.iiij. cap.xxiiij. num.9 fo.77
Diaconus & ſubdiaconus eadémne via in pulpitum aſcendant: atq; redeant. lib.iiij.ca.xxiiij. num.10 fo.77
Diaconus librum euangeliorum ab vtra ſumat potius altaris parte. lib. iiij. capit. xxiiij. num.6 fo.76
Diaconus patenam cum hoſtia, offert ſacerdoti. & qua ſignificatione. lib.iiij. capit. xxx. num.17. fol.86
Diaconus, cingitur planeta. lib.ij.cap.ix.num.5 fo.35
Diaconus, cur præmittat ante euangelium, turibulum cum incenſo. lib.iiij.cap.xxiiij.nu.12 fo.77
Diaconus, lecturus euangelium, populum ſalutat. lib.iiij.cap.xxiiij.nume.22 fo.78
Diaconus caſulam induens ieiuniorum tempore, gladium vibrat contra hoſtem. lib.ij. cap.ix.num.8 fo.35
Diaconus, manum Pontificis quare oſculetur. lib.iiij. cap.xxiiij.num.4 fo.76
Diaconus, qua ſignificatione, dalmatica vtatur. lib.ij. cap.ix.num.18 fo.36
Diaconi duplex officium. & num. 10.11.12. lib.ij.cap.ix.num.6.10.11.& 12 fo.35
Diaconi benedictio, vnde cœperit. lib.iiij.cap. xxiiij.num.8 fo.76
Diaconi, qui: & vnde dicantur. lib.ij. cap.ix. num.1 fo.34
Diaconi, Leuitarum ſubſunt imperio. Et eorũ officium, fusè. ibid.num.2 fo.35
Diaconi duo Pontificem deducentes, quid ſignificent. lib.iiij.cap.vj.num.10. fo.60
Diaconorum inſtitutio, quibus conſtet. lib.ij. cap.ix.num.19 fo.36
Diaconorum officium, inter ieiunia. lib.ij.ca.ix. num.4 fo.35
Dies eſt duplex. lib.viij.cap.vj.num.1 fo.291
Diei partes. lib.viij.cap.vj.num.2 fo.291
Dies felices & infelices. lib. viij.ca.iiij.num.21 fo.290
Dies ſinguli à quo denominentur. lib.viij.ca.v. num.2 fo.290
Dies cur ita non ordinentur in ſeptimana, ſicut planetæ in cœlo. lib.viij. cap.v. num.3 fo.290
Dies tripliciter denominantur. & diei dominicæ excellentia. lib.vij.capit.j. num. 13.14 fo.259
Dies quidã priuilegiati, in quadrageſima. ibid. num.15 fo.259
Dies variè incipit, iuxta variam regionis & loci conſuetudinem. ibidem numero 16. folio 260
Dierum alia differentia. lib.viij.cap.vj. nume.3 fol. 292
Dierum ſeptem à Paſchate, ſecunda expoſitio. Et intellectus. lib.vj.cap.xcvj. nume.1.3.4.5. 6.7.8.9.& 10 fo.237
Digiti conſecrati, à ſacerdote conſtringuntur, in octaua parte canonis, tribus de cauſis. lib. iiij.cap.xliij.nume.5 fo.108
Diuina officia colere debemus, exemplo & typo Hieruſalem cœleſtis ducti. lib.v.cap j.nume.1 fo.127
Diuinarum perſonarum diſtinctio. lib.iiij. cap. xxv.nume.17 fo.82
Dominica prima ab Epiphania. Et eius Miſſæ introitus. Item totius officij ſumma ratio. libro vj.cap.xviij.nume.1.& 2. fo.172
Dominica xv. poſt Pentecoſten, in quo conueniat cum antecedenti. Miſſa item eiuſdem diei. libro ſexto. capit.cxxix. nume.1.2.& 3. fol. 253
Dominica xxj. poſt Pentecoſten, quid moneat. Eiúſque diei officium. lib.vj. cap cxxxiij.nume.1.2.& 3 fo.256
Dominica xxij. poſt Pentecoſten, hortatur ad charitatem. Et quod ſit eius diei officium. libro quinto. capit.cxxxix. nume. 1.2.3.4.& 5. fo. 256
Dominica ſexta ab Epiphania, nihil habet proprium: mutuatum tamen à duabus præcedentibus. libro ſexto. capit. xxiij. numero 1. fol. 175
Dominica poſt Aſcenſionem, eiúſque diei officium. libro ſexto. capit.cv. nume.1.2.3.4. & 6. fo.242
Dominica ſecunda quadrageſimæ, non habet proprium officium. Et quare idipſum. Et eius graduale, & tractus. lib.vj.cap.xxxix.nume.1. & 3. fo.186
Dominica in ramis, Hieremias legitur, duplici id ratione. Et eius diei celebre officium. libro ſexto.cap.lxvij.nume.1.4.5.7.13.14.15. & 16. fo.197.& 198
Dominica infra octauam natalis Domini, quod fiat officium. & eius expoſitio. lib.vj.cap.xiiij. nume.1.3.& 4. fo.168.& 169
Dominica in ramis palmarum, cur hoc nomen ſortita, & quam variè appelletur. lib.vj.capi. lxvij.nume.17.& 18. fo.198.& 199
Dominica vacans, quæ: & cur ſic dicta. libro vj. cap.xj.nume.7. fo.165
Dominica tertia quadrageſimæ, eſt confeſsionis. Et eius officium. lib.vj. cap.xlvj.nume.1. & 5. fo.188
Dominica tertia à Paſchate, quid hortetur, aut quò vocet. libro ſexto.cap.xcix.nume. 1.& 2. fol. 238
Dominica quarta à Paſchate, inuitat ad Iubilum. Et eius officium. lib.vj.cap.c. nume.1.2. 3.& 4. fo.238.& 239
Dominica xvij. poſt Pentecoſten, quid moneat. lib.vj.cap.cxxxij.nume.1.2.& 3. fo.254
Dominica xviij. poſt Pentecoſt. quid agat, moneátq;. lib.vj.cap.cxxxv.nu.1.2.& 3. fo.255
Dominica decima poſt Penteco. quid moneat. lib.vj.cap.cxxiiij.nu.1.& 2. fo.252
Dominica quarta poſt Penteco. quid moneat. Et eius officium. libro vj.cap.cxviij.num.1.& 2.fo. 250
Dominica ſecunda à Paſchate, quid moneat. Et eius officium. lib.vj.cap.xcvij nu.1. fo.238
Dominica quarta, poſt Epiphaniam. lib.vj.capi. xxj.nume.1. fo.175
Dominica quarta quadrageſimæ, quid agat. Et qui libri in ea legantur. lib.vj.cap.liij.num.1. 2.& 3. fo.190
Dominica tertia poſt Epiphaniam, & eius officium triplex. libro vj.cap.xx. nume.1.3.& 4. fol. 174
Dominica xx. poſt Pentecoſt. quid legat. lib.vj. cap.cxxxvij.nume.1. fo.255
Dominica quinta poſt Pentecoſten, adfert rete Petri. Et quid illud ſignificet. lib.vj. cap.cxix. nume.1. fo.250
Dominica ſecunda poſt Epiphaniam, & eius officium. lib.vj.cap.xix.nume.1. fo.173
Dominica octaua, poſt Penteco. quid moneat. lib.vj.cap.cxxij.nu.1.2.& 3. fo.251
Dominica xix. poſt Pentecoſt. quid referat, aut moneat. lib.vj.cap.cxxxvj.nu 1.& 2. fo.255
Dominica de paſsione. & eius officium. lib.vj. cap.lx.nume.1. fo.195
Dominicæ transfigurationis die conſecratur vinum nouum: & primæ fruges, atque fabæ. libro vij.cap.xxij.nume.2.& 3. fo.272
Dominicæ diei obſeruatio, antiquitus nihilò minus religioſa, quàm hodie. lib.quarto.cap. vj.nume.21. fo.62
Dominicæ primæ Aduentus officium. libro vj. cap.iij.nume.1. fo.157
Dominicæ quintæ poſt Epiphaniam euangelium, & officium. libro vj. capi.xxij.nume.1. fo. 175
Dominicæ primæ à Paſchate officium. lib.vj. cap.xcvij.nu.1.2.4.& 6. fol.237.& 238

Dominicæ ſecundæ poſt Pentecoſten, Miſſa, officiúmq; : & eius expoſitio.lib.vj.cap.cxvj. num.1.2.& 4. fo.249
Dominicæ ſextæ poſt Pentecoſt. Miſſa:& eius expoſitio.lib.vj.c.cxx.num. 1.& 2 fo.250
Dominicæ nonæ poſt Pent.Miſſa:eiúsq; expoſitio.lib.vj.ca.cxxiij num.1.2. & 3 fo.257
Dominicæ xxiij. poſt Pentec. officium. lib. vj. cap.cxl.num.1 fo.257
Item Dominicæ xxiiij.ibid.ca.cxlj. num.1.& 2
Item Dominicæ xxv.ibid.cap.cxlij.num.1.& 2 fo.257
Item Dominicæ xxvj. ibid. c.cxliij.nu.1.2.& 4 fo.257
Dominicæ xvj.poſt Pentecoſt.officium,ex Machabeis ſumptum. lib.vj.cap.cxxx.nu.1.2.3. & 4 fo.254
Dominica die celebrantur miniſteria ſacerdotalium benedictionum. lib.ij.cap.j.nume.36 fo.30
Dominicæ ſex quadrageſimæ, quid denotent. lib.j.cap.iij.num.37 fo.11
Dominicæ quatuor ſequentes Pentecoſten, quatuor libris Regum adaptantur.lib.vj.cap. cxviij.num.3 fo.250
Dominicæ xx.poſt Pent.Miſſa.lib.vj.c.cxxxvij. num.2.& 4 fo.255.& 256
Dominus cur præceperit puerum xl.die offerri in templo.lib.vij.ca.vij.num.8 fo.266
Dominus vobiſcum,ſalutatio,vnde ortum habuerit. & vbi habeat locum. Et quomodo intelligatur. lib. iiij. cap. xiiij. num.1.2.& 4 fo.66.& 67
Domini nomen,eſt τετραγράμματον.lib. iij.ca. xix.num.16 fo.52
Domini transfiguratio, cur die ſancti Sixti celebretur.lib.vij.cap.xxij.num.1 fo.271
Dona ſeptem. Virtutes ſeptem. Beatitudines ſeptem.lib.iiij.c.xlvij num.9.& 11 fo.114
Dona quæ dicantur illibata.eod.lib. cap.xxxvj. num.11 fo.94
Dormientes,hoc eſt mortui,reſurgent. lib.iiij. cap xlv.num.3 fo.111
Dormitorium vnde dictum. Vnde tumulus. vnde ergaſtulum.lib.j.cap.v.num.8 fo.13

E

ECcleſia,eſt duplex.lib.j. cap.j.num.1 fo.3
Eccleſia, quid. Et quàm variè appelletur. per diſcurſum.ibid.num.2
Eccleſia,materiale templum,ſi polluta, reconcilianda eſt.Et quomodo.lib.j. cap.vj.nu. 38 fo.18
Eccleſia reconcilianda eſt,propter adulterium in ea commiſſum: aut alium congreſſum, aliâs etiam licitum.ibid. num.39
Eccleſia reconcilianda eſt, propter homicidiũ in ea patratum: ac etiam ſanguinis effuſionem violentum.ibid. num.40
Eccleſia an ſit reconcilianda, propter furtum in ea admiſſum,aut rapinam, vel quid ſimile. ibid.num.41 fo.19
Eccleſia, quæ habet ſepultum infidelem, vel publicè excommunicatum,reconcilianda eſt. ibid.num.42 fo.19
Eccleſia orans pro Iudæis, non flectit genua. Et cur idipſum.lib.vj.c.lxxvij.nu.13 fo.211
Eccleſia tribus linguis vtitur in crucis denudatione.ibid.num.14
Eccleſia tantùm vtitur lingua græca & latina cur non itidem hebraica.ibid.num.15
Eccleſia non debet dedicari, niſi dotata prius, ídq; ex iuſte acquiſitis. Et quæ impediant eius dedicationem.lib.j. cap.vj. nume.3.& 4 fo.15
Eccleſia conſecratur,quinq; de cauſis.lib.j.c.vj. num.5 fo.15
Eccleſia dicitur conſecrari in ſanguine alicuius. lib.j.cap.vj.num.30 fo.17
Eccleſia quid adhibeat circa ſcrutatos. lib.vj. cap.lvj.num.9 fo.193
Eccleſia ſemel conſecrata, an debeat vel poſsit iterum conſecrari.lib.j.cap.vj.num.31.& 36 fol.17.& 18
Eccleſiæ quatuor ſunt ſtatus. Et vnde illi producantur.lib.vj.cap.lxxxix.num.22 fo.233
Eccleſia ſpiritualis quibus & quot partibus conſtet.lib.j.cap.j.num.15 fo.4
Eccleſia,domus orationis. Et an alibi ita meritò orari poſsit.fuſiſsimè.lib.v. cap.ij.num.58 fo.135
Eccleſia, cur triplici lingua vtatur, in Miſſæ officio. lib.iiij.cap.j.num.36 fo.55
Eccleſia cur hodie vtatur & vaſis & ornamentis pretioſis.lib.j.cap.iij.num.46 fo.11
Eccleſia cùm [illegible] os inuitet ad iubilandum illo pſalmo: Iubilate Deo, &c. lib.v. cap.iiij.num.16 fo.142
Eccleſia treis natiuitates celebrat: quæ deſignant treis natiuitates ſpirituales.lib.vij.cap. xxviij.num.4 fo.274
Eccleſia luget tribus diebus paſsionis. Et cur ita.lib.vj.cap.lxxij.num.1 fo.201





Eccleſia,pro quatuor obtinẽdis orat.lib.v.cap. v.nu.13 fo.146
Eccleſia,ex multis conſtat.lib.iiij.capit.xxxviij. nume.4 fo.96
Eccleſia noſtra vnde formam acceperit.libro j. cap.j.nume.5 fo.3
Eccleſia orat in miſſa,pro defunctis.lib.iiij.cap. xlv.nume.2 fo.110
Eccleſię fundamentũ qualiter, & à quibus iaciendum.lib.j.cap.j.nu.7 fo.3
Eccleſiæ caput,cur orientem ſpectare debeat. ibidem.nume.8
Eccleſia ſpiritualis ædificatio, qualis.ibidem. nume.9
Eccleſiæ ſpiritualis quę ſint fundamenta.lib.j. cap.j.nu.16 fo.4
Eccleſiæ parietes laterales,quid notẽt.ibidem. nume.17
Eccleſiæ ornatus,in quibus conſiſtat.Et in quibus altaris.lib.j.cap.iij.nume.23 fo.9
Eccleſię miniſtri,in primitiua Eccleſia, ter noctu interpollatim ſurgebant ad diuinum officium.lib.v.cap.iij.nu.3 fo.137
Eccleſię conſecrandę forma. Et quid eorum quodque ſignet. lib.j.cap.vj.nu.6.12.13.15. 17.18.19.20.25.26 fo.16.& 17
Eccleſię ſummitas eminens & rotunda,quid ſignet.lib.j.cap.j.nu.23 fo.4
De Eccleſię dedicatione,vulgò encænijs,plura vide in adnotatione in lib.j.cap.vj.in fine. fol.19
Eccleſię immunitas pro reis ad eam confugientibus.lib.j.cap.j.nu.49 fo.6
Eccleſię forma, humani corporis portionibus reſpondet.lib.j.cap.j.nu.14 fo.4
Eccleſię conſecratio, duo efficit. lib.j.cap.iiij. nume.8 fo.16
Eccleſię dedicatio, vnde initium duxerit.lib.j. cap.vj.nu.1 fo.15
Eccleſię officium. lib.vj.cap.lxxij.nu.6.7.8.9. & 10 fo.201.& 202
Eccleſiam ingredientes, cur ad altare noſmet inclinemus.lib.v.cap.iij.nu.8 fo.137
Eccleſiam cur adeamus vnà.lib.j.cap.j.nu.45 fol.5
Eccleſię, quot de cauſis loco mutentur.lib.j. cap.j.nu.51 fo.6
Eccleſias & altaria,ſolus Pontifex poteſt dedicare.lib j.cap.vj.nu.2 fo.15
Eccleſiaſticarum perſonarum duo genera.& vnde ortũ habuerint. lib.ij.cap.j.nu.14.& 15 fo.28
Eleemoſyna facta vnius nomine, vnius ſpecialis defuncti,an plus proſit quàm communis. lib.vij.cap.xxxv.nu.21 fo.277
Emboliſmus,quid.libro octauo.capit.x.nume.1 fo.293
Emboliſmus duplex.libro iiij.cap.xlix.nume.2 fo.117
Emboliſmalis annus.libro octauo.capit.x.nu.2 fol.293
Emboliſmorum & prȩfationum conſuetudo. lib.iiij.cap.xlix.nume.3 fo.117
Encœnium,quid.lib.vj.cap.lxiij.nu.2 fo.196
Encœnia ab Hebrȩis ortum habuerũt. Et quid. lib.vij.cap.j.nu.27 fo.261
Energumini,qui.& vnde dicti.lib.ij.cap.vj.nu.5 fo.34
Epacta,quid.Et qualiter deſignetur,& inueniatur.libro viij.cap.ix.nume.1.2.& 3 fo.292. & 293
Epacta,vbi fallat.lib.viij.cap.x.nu.4 fo.293
Ephod,ſuperhumerale ſacerdotis.& eius compoſitio, atque ſignificatio.lib.iij.cap.xix.nume.11 fo.51
Epiphania quid.Et eius diei officium.lib.vj.cap. xvj.nu.1.10.11.& 16 fo.170.171.& 172
Epiphanię Miſſę expoſitio. Et quid ea populo nuntiet,in Italia.libro ſexto. capit.xvj.nu.15. & 17 fo.172
Epiphanię tria euangelia.libro ſexto.cap.xvj. nume.13 fo.171
Epiphanię die non debet quis baptizari, niſi ſumma neceſsitate cogente. lib.vj.cap.xvj. nume.6 fo.171
Epiphanię octaua.Et quid notet.lib.vj.cap.xvij. nume.1 fo.172
Epiſcopalis ordo,quatripartitus eſt.lib.ij.cap.j. nume.16 fo.29
Epiſcopatuum & graduum diuerſitas,vnde fluxerit.lib.ij.cap.j.nu.22 fo.29
Epiſcopus,quis:& vnde dictus.lib.ij.cap.xj nume.1 fo.37
Epiſcopos & prępoſitos Dominus elegit.quis autem diaconos.libro ſecundo.capit.j.nu.24 fo.29
Epiſcopus celebraturus,quare prȩmittat pſalmos.Et qui ſint illi. libro quarto.cap.ij.nu.1 fo.57
Epiſcopus & ſacerdos,an intelligantur nomine presbyteri.libro ſecundo.cap.xj.nume.15 fo.38
Epiſcopus,qua die,& hora conſecretur.Et qua ſolennitate id fiat. libro ſecundo. capit.xj. nu.6

nume.6.7.11.&12 fo.37.&38
Epiſcopus celebraturus,caput pectit.Et quo id conſilio,aut exemplo.lib.iiij.cap.iij.nu.1.&2 fol.57
Epiſcopus,ſolenniter celebrans, quoties oſculetur.& quos.libro quarto.cap.liij. nume.11 fo.122
Epiſcopus, bis Codicem oſculatur. ibidem.numer.12
Epiſcopus,cur plura ornamenta habeat, quàm ſimplex ſacerdos.libro tertio.cap.xj.nume.4 fo.45
Epiſcopus,conſecrandas virgines ter compellat eodem verbo.libro ſecundo.cap.j.nu.41 fol.31
Epiſcopus,quod teſtimonium habere debeat. lib.j.cap.viij.nu.16 fo.24
Epiſcopus,ter exhalat in ampullam olei benedicti.& cur idipſum.libro ſexto. capi.lxxiiij. nume.20 fo.207
Epiſcopus & presbyter,antiquitus,ijdem erant. lib.ij cap.xj.nu.16 fo.38
Epiſcopi conſecrandi capiti cur liber imponatur.lib.ij.cap xj.nu.8 fo.37
Epiſcopi caput, cur balſamo vngatur. Cur itidem manus. Cur pollex.lib.j.cap.viij.nu.17.18.&19 fo.24
Epiſcopi ſedes,in Eccleſia.Et eius ſignificatio. lib.ij.cap.xj.nume.2 fo.37
Epiſcopi conſecrationi, cur tres Epiſcopi debeant intereſſe.lib.ij.cap.xj.nume.9 fo.37
Epiſcopi manus impoſitio, ſuper ordinandis, quid ſignificet. libro ſecũdo.cap.ix.nume.15 fol.36
Epiſcopi trina percuſsio ad ianuam Eccleſiæ, in eius conſecratione,quid notet.lib.j.cap.vj. nume.14.&16 fo.16
Epiſcopi die ſuæ conſecrationis equos albos equitant.Et quid idipſum notet.lib.j.cap.viij. nume.22 fo.25
Epiſcopi & ſuperiores Miſſam auſpicantur,remoti ab altari,ad dextrum latus vergentes. Et quibus id de cauſis.libro quarto.cap.xj. nume.3.4.5.6.&7 fo.65
Epiſcopi & presbyteri,quid differant.lib.ij.cap. xj.nume.13 fo.38
Epiſcoporum vnctio, vnde duxerit initium. Et qualiter vngantur.libro primo.cap.viij.nu.15 fo.24
Epiſcoporum varia nomina.libro ſecundo.cap. xj.nu.3.4.&5 fo.37
De Epiſcopo, eius munere & dignitate, copioſè vide in adnotatione in cap.xj. libro ſecundo.in fine. fo.38
Epiſtola,quid.Vnde dicatur.& quid ſignificet. lib.iiij.cap.xvj.nu.1 fo.71
Epiſtola vbi debeat legi.ibidem.nu.2
Epiſtola cur præmittatur euangelio. ibidem. nume.3
Epiſtola ſumpta ex libro Moſi,vel Salomonis, qualiter terminetur. libro quarto.capit.xvj. nume.6 fo.71
Epiſtolæ allegorica expoſitio. lib.vj.cap.lvij. nume.2 fo.194
Epiſtola Pauli: Hortamur vos, &c. militem Chriſtianum armat quatuor virtutibus cardinalibus.lib.vj.cap.xxxij.nu.7 fo.184
Epiſtolam legens,quò flectere vultum debeat. lib.iiij.cap.xvj.nu.5 fo.71
Epiſtolam legere non poteſt quis, niſi fuerit ſubdiaconus. libro quarto.capit.xvj.nume.7 fo.71
Eſdras populum Iſraëliticum ad Dei laudes erudit.Ibique horæ canonicæ ſubijciuntur. lib.v.cap.j.nu.2 fo.127
Euangeliſtæ qua forma pingantur:& qua ſede locentur.lib j.cap.iij.nu.9 fo.9
Euangeliſtæ quòd ſibi non conuenire videantur ſuper narratione reſurrectionis Dominicæ,tum de angelis,tum de teſtium numero.Et qualiter cocordentur.lib.vj.cap.lxxxix. nume.28.29.30 fo.234
Euangeliſtæ quatuor per quatuor animalia figurantur. Item per quatuor anulos aureos rotundos arcæ.lib.vij.cap. xliiij.nume.4.&6 fol.283
Euangeliſtæ quatuor,deſignant fluuium Paradiſi in quatuor capita deriuatum. Et recta eſt ea comparatio.lib. vij. cap.xliiij.nume.1.2.&5 fo.282
Euangeliſtarum officium eccleſiaſticum.commune.eis variè.& nu.9. Excepto Ioanne habente proprium.lib.vij.cap.xliiij.nume.7.&8 fo.283
Euangeliſtas quatuor,& quatuor doctores tantùm, cur admiſerit Eccleſia.lib.vij.cap.xliiij. nume.3 fo.282
Euangelium,vnde dicatur. Et quid.lib.iiij.cap. xxiiij.nume.2 fo.76
Euangelium,eſt myſteriorum omnium caput. ibidem.nume.3
Euangelium cur dicat nouiter ordinatus:item cur & epiſtolam.libro ſexto. capit.x.nume.6 fol.164

Euangelium



Euangelium in alto & ſublimi loco dicitur.fallit.libro quarto.capit. xxiiij.nume.18.&19 fo.77.&78
Euangelium de aduentu in Hieruſalem,cur hodie legatur.libro ſexto.cap.iij.nu.17 fo.158
Euangelium dominicæ primæ poſt Pentecoſten.Et eius interpretatio.lib.vj.cap.cxv.nu.6 fol.249
Euangelium,quare verſus Aquilonem legatur. lib.iiij.cap.xxiiij.nu.21 fo.78
Euangelium legente diacono, omnes ſtantes audiunt.lib.iiij.cap.xxiiij.nume.23 fo.78
Euangelium,auditur nudato capite.Item poſitis armis,& baculis.libro quarto. capit.xxiiij. nume.24.&25 fo.78
Euangelium dominicæ tertiæ poſt Epiphaniã. lib.vj.cap.xx.nu.5.&7 fo.174
Euangelium, quo conſilio legatur in ſiniſtra parte altaris.lib.iiij.cap.xxij.nu.2 fo.75
Euangelium dominicæ tertiæ poſt Pentecoſten,& expoſitio,etiam myſtica.Tum Miſſa. libro ſexto.cap.cxvij.nu.1.2.3.&4 fo.249.&250
Euangelium dominicæ ſecundæ aduentus.lib. vj.cap.iiij.nume.5 fo.159
Euangelium,Erat quidam,&c.Ioan.xj.ſemper legitur in ſexta feria dominicæ quartæ quadrageſ.lib.vj.cap.lviij.nu.2 fo.194
Euangelia leguntur variè,pro loci,temporis,& rei varietate. libro quarto.capit.xxiiij.nu.37 fo.80
Euangelia,ſunt quatuor de beata Maria.libro ſeptimo.cap.xxiiij.nume.8 fo.273
Euangelia quot dicantur in nocturnali officio natalis Domini. libro vj.capit.xiij. nume.13 fol.167
Euangeliorum,quæ dicuntur hebdomada reſurrectionis, ordinatio myſtica. lib.vj.capit. lxxxix.nume.26 fo.234
Euangeliorum,epiſtolarum, & prophetiarum varia eſt terminatio. libro quarto.capit.xvj. nume.11 fo.71
Euangeliorum librum, vnde ſumat diaconus. lib.iiij.cap.xxiiij.nume.5 fo.76
Euangeliorum præf[illegible].& vtrilibet vbi locus.lib.i[illegible]xxiiij.nume.35 fo.79
Euangeliorum & epiſtolarum varietas,vnde in diuerſis Eccleſijs,quinta feria primæ dominicæ quadrageſimalis, fuerit profecta.lib.vj. cap.xxxvj.nume.4 fo.185
Euangelijs quibuſnam præponatur,In illo tempore,& quibus non.libro quarto. cap.xxiiij. nume.36 fo.79
Euchariſtia datur poſt baptiſma: ſicut olim manna poſt tranſitum maris rubri. & quid Euchariſtia.lib.iiij.cap.xlj.num.3 fo.99
Euchariſtia non eſt danda ægroto vomenti. Item, nec ebrioſo, inſano, hæretico, epileptico,& ſimilibus.Item de alijs accidentibus. lib. iiij. cap. xlij. nume. 13. 14.15.16.&17 fo.106
Euchariſtiam an debeat negare. homini crimino ſo & ſceleſto ſacerdos. diſting.lib.iiij. cap.xlj.num.37 fo.102
Excubiæ treis interpollatæ,in primitiua Eccleſia.lib.v.cap. iij.num.17 fo.138
Exedra,quid.lib.j.cap.j.num.19 fo.4
Exorciſmus,quid.Itẽ, quid catechiſmus.lib.vj. cap.lxxxiij.num.8 fo.210
Exorciſta, qui dicatur. lib.ij. capit.vj. nume.1 fo.33
Exorciſtæ officium. lib. ij. capit. vj. nume.2 fo.33
Exorciſtæ qualis ſit inſtitutio. lib. ij. cap. vj. num.4 fo.33
Ezechias Rex. quo conſilio ſerpentẽ æneum confregerit.lib.j. cap.iij.num.3 fo.8

F

FAbiani & Sebaſtiani, quale officiũ.lib.vij. cap.ij.num.j. fo.264
Felix & Audactus, ſocij in paſsione, & vnde nomen ſortitus Audactus. lib.vij. cap.xxvij. num.1 fo.274
Feneſtræ Eccleſiæ,quid ſignificent. Quid cancelli. Quid oſtium. lib.j. cap.j. nume.24.25.&26 fo.4.&5
Feria, quid.& vnde dicta. & vnde hoc verbum natum inter Chriſtianos.lib.vij.c.j.nu.11.12 fo.259
Feria tertia Dominicæ quintæ in paſsione inuitat ad patientiam. Et quod eius diei officium.lib.vj. cap.lxj.num.1 fo.196
Feria quinta poſt Penteco ſten, non habet proprium officiũ. Et vnde mutuetur.lib.vj.cap. cxj.num.1 fo.246
Feria quinta Dominicæ quintæ in paſsione, quid immolet Deo.Et eius diei officiũ.lib.vj. cap.lxiiij.num.1.2.&3 fo.197
Feria ſexta à Paſchate, quod & quale habeat officium.ibid.num.1.2.3.4.5 fo.236
Feria ſexta Dominicæ quartæ quadrag. lib.vj. cap.lviij.num.1 fo.194

Feria quinta

Feria quinta tertiæ dominicæ,in quadrageſima quid referat.& quòd varium habeat officiũ. lib.vj.cap.l.nu.1.& 2 fo.189

Feria ſexta dominicæ tertiæ in quadrageſima, & quale,quídve portendens habeat officiũ. lib.vj.cap.lj.nu.1 fo.189

Feria tertia Dominicæ quartæ quadrageſimæ de quo agat.tum de Epiſtola.nume.2.cum de Euangelio.lib.vj.cap.lv.nu.1.& 3 fo.192

Feria tertia primæ dominicæ quadrageſimalis. & eius officium.libro vj. cap.xxxiiij. nume.1 fo.185

Feria ſecunda dominicæ in ramis, quid deſignet.Et eius officium.lib.vj.cap.lxviij.nume. 1.3.& 4 fo.199

Feria quinta dominicæ in ramis,& eius officiũ. lib.vj.cap.lxxv.nu.1.3.7.& 14 fo.207

Feria quinta dominicæ ſecundæ quadrageſimalis,Et officium. lib.vj.capit.xliij. nu.1.2.& 3 fo.187

Feria ſexta primæ dominicæ quadrage.Et eius officium,tum euangelium.lib.vj.cap.xxxvij. nume.1.& 2 fo.185

Feria ſexta dominicæ ſecundæ quadrageſimalis,ad patientiam,& manſuetudinem hortatur. Et eius officium.libro vj.capit.xliiij.nume.1.& 2 fo.187.& 188

Feria ſexta dominicæ quintæ in paſsione , quid agat:quódve habeat officium.lib.vj.cap.lxv. nume.1.& 2 fo.197

Feria quinta primæ dominicæ quadrageſimalis,carebat olim proprio officio. Et quid hodie.lib.vj.cap.xxxvj.nume.3 fo.185

Feria ſexta quatuor temporum Septembris, pœnitentiam exprimit ordinandorum.lib.vj. cap.cxxxiij.nu.1 fo.254

Feria quarta dominicæ in ramis Chriſtus venditus fuit à Iuda.Et eius diei tum ſignificatio,tum officium.lib.vj. cap.lxx.nume.1.5.6. 7.9.& 10 fo.200

Feria quarta primæ dominicæ quadrageſimalis,eſt de ieiunio.Eáque ſolennitas geminatur.Et eius officium duobus conſtat verſibus.lib.vj.cap.xxxv.nu.1.2.& 3 fo.185

Feria tertia Dominicæ in ramis , quid agat.& nume.2.3.Et quotupliciter Eccleſia ſalutem ſuam in cruce conſideret. libro vj.capit.lxix. nume.1 fo.200

Feria ſecunda dñicæ quadrag.quid deſignet.Et eius officiũ.lib.vj.ca.xlvij.nu.1.& 2 fo.189

Feria quinta primæ Dominicæ quadrageſimalis,quem habeat miſſæ introitum.lib.vj.cap. xxxvj.nume.1 fo.185

Feria quarta dominicæ tertię in quadrag.& officij ratio.lib.vj.cap.xlix.nume.1 fo.189

Feria tertia,tertiæ dominicæ in quadrag.& eius officium . libro vj. capit.xlviij. nume. 1.& 3 fo.189

Feria tertia ſecundæ dominicæ quadrageſimalis,Et eius officium.libro vj.cap.xlj.nu.1.& 3 fo.187

Feria quarta dominicæ quartæ quadrageſ.quid tractet.libro ſexto.cap.lvj.nume.1 fo.192

Feria quarta dominicæ decimæſeptimæ poſt Pentecoſten quale habeat officium. lib.vj. cap.cxxxij.nume.1 fo.254

Feria quinta quartæ dominicæ quadrageſimalis.Et miſſæ introitus.lib.vj.cap.lvij.nume.1 fo.194

Feria quarta poſt Pentecoſten,habet quatuor tempora.lib.vj.cap.cx.nu.2 fo.246

Feria quarta dominicæ ſecundæ quadrageſimalis , eſt pœnitentiæ dies.Et miſſæ introitus.lib.vj.cap.xlij.nu.1.& 2 fo.186

Feria quinta dominicæ in ramis,matutinas vertit in tenebras.Et de eius diei ſolennitate.lib. vj.cap.lxxij.nu.2.28.& 29 fo.201

Feria ſecunda dominicæ quintæ in paſsione.& officium.lib.vj.cap.lxj.nu.1.2.3.& 4 fo.196

Feria quarta dominicæ quintæ in paſsione,liberationem à ſolo Deo expetit.lib.vj.cap.lxiij. nume.1 fo.196

Feria ſecunda ſecundæ dominicæ quadrageſimalis. Et eius officium. lib.vj.cap.j.nume.1 fo.187

Feriæ tertiæ poſt Paſcha , officium.lib.vj.cap. xcj.nu.1.2.3.4 fo.235

Feriæ quartæ officium à Paſchate.libro vj.cap. xcij.nu.1.2.3 fo.235

Feriæ quintæ à Paſchate , officium.lib.vj.cap. xciij.nu.1.2.3 fo.236

Feriæ quintæ in quadrageſima , olim carebant proprio officio . libro ſexto. capit.xliij.nu.4 fo.187

Feriæ ſextæ paraſceues,ſex priuilegia.libro vj. cap.lxxvij.nu.40 fo.213

Ferię ſecundę in quadrageſima,dominicę ſecundę ratio.lib.vj.cap.liiij.nu.1 fo.192

Ferię ſecundę poſt Paſcha,officium.lib.vj.cap. xc.nu.1.2.& 3 fo.235

Ferię ſextę poſt Pentecoſten miſſa,eiúſq; expoſitio.lib.vj.cap.cxij.nu.1.& 2 fo.246.& 247

De feria,quid ſit,vnde ortum habeat,vide amplè in adnotatione in libro vij.cap.j. fo.164


Feſta




Feſta occurrunt plus quinque millia ſanctorũ, quolibet die,exceptis calendarum diebus : vt reſpondit Euſebius Conſtantino Imperatori. lib.vij.cap.j.nume.28 fo.261

Feſta quæ celebranda,per totũ annum.ibidem. nume.30 fo.261

Feſta omnia,ſunt aut in totũ duplicia,aut ſimpliciter duplicia,aut ſemiduplicia. vnũquodque percurrit.ibidem.nu.31.32.33 fol.261

Feſta omnis generis ſanctorum,cur celebrentur tempore Paſchali,ſub nomine vnius perſonæ.ibidem.nume.39 fol.262

Feſta ſanctorum , qui immediatè cœlum aſcenderunt , celebrantur tempore Paſchali : non autem cæterorum.ibidem.nu.40 fol.263

Feſta ſanctorum veteris teſtamenti, per Græcos & Venetos coluntur.ibidem nume.41

Feſtorum variæ & diſsimiles ſolennitates hierarchiam cœleſtem ſedibus & gratia diſtinctam deſignant.libro vij. cap.j.nume.34.35. 36.37 fol.261

Feſtiuitatum diuerſa nomina . libro vij.cap.j. nume.18.19 fol.260

Ficulnea euangelica,& eius expoſitio.libro v. cap.iij.nume.26 fo.139

Fides & charitas,ſerenitatem gignunt in mente hominis . libro ſexto . capit.xxj.numer.3 fol.175

Fides eſt baptiſmatis condimentum:quæ ſi deficiat , & ſalus deficiet. libro primo.cap.vij. nume.13 fo.20

Figuræ circularis dignitas,& eminentia.lib.ij. cap.j.nu.29 fol.30

Figuræ in diuinis,ſunt virtutum ſigna.libro primo,in procemio.nume.2 fo.1

Filij Eccleſiæ triplices . libro ſexto. capi.xxv. nume.4.5.6 fol.179

Flamines,qui & vnde dicti.libro ſecundo.cap.j. nume.23 fo.29

Ad fletum ſpirituale duo prouocant.lib.vj.cap. lxiij.nume.3 fol.197

Ad fontes fit proceſsio ſeptem diebus à Paſchate . libro ſexto . capi. lxxxix . nume.10 fol.232

Fratres ſeptem.libro vij.cap.xvj.nume.1 fol.270

Fratrum ſeptem dormientium ferè trecentis annis,feſtum,& hiſtoria. libro ſeptimo.cap. xviij.nume.1 fo.270

Friſorium triplex . libro ſexto. cap. lxx.nu.12 fol.200

Frons, ſedes eſt pudoris . libro ſexto. cap.lvj. nume.7 fo.193

Funis à campana pendens,quid ſignificet.lib.j. cap.iiij.nume.8 fo.12


G.


GAbriel, quid ſignificet. & eius munus.lib. iiij.cap.xxxiij.nu.17 fo.90

Gallus in ſummitate Eccleſiæ fixus,quid notet. lib.j.cap.j.nume.22 fo.4

Gelaſius Papa Præfationes communes dictauit primùm.libro quarto.cap.xxxiij.nume.35 fol.91

Geneſis liber cur legatur in ſeptuageſima.lib. vj.cap.xxv.nume.2.& 3 fo.178

Gentilium ſecta. libro ſecundo.cap.j.nume.2 fol.27

Genu flectitur,etiam in priuatis orationibus. lib.v.cap.v.nume.16 fol.147

Genu omne,cur flectatur nomine Ieſu.lib.vj. cap.lxx.nume.2.& 8 fo.200

Genu vtrunque flectendum in Eccleſia.Dominis autem,alterum tantùm.libro quinto.cap. ij.nume.45 fol.133

Genua quare non flectamus ante ſextam orationem, in ſabbato primæ Dominicæ quadrageſimalis . libro vj. cap. xxxviij. nume.3 fol.186

Genua cur flectamus in quadrageſima , ſub illam collectã:Humiliate capita veſtra Deo. lib.vj.cap.xxviij nu.8.9.& 10 fo.181.182

Geruaſij & Prothaſij feſtum,ex inſtitutione Gregorij . libro ſeptimo. capi. xiij . nume.1 fol.269

Gloria,quid.lib.v.cap.ij.nume.22 fo.130

Gloria patri,principio omnium horarum dicendum. Excepto mortuorum officio. Et quid ille verſus portendat.Et quot vicibus dicatur in nocturnis feſtiuitatum.lib.v.cap.ij.nu.17. 18.19.20.& 21 fo.130

Gloria patri &c.cur tempore paſsionis.intermittatur.lib.vj.cap.lx.nu.4 fo.195

Gloria in excelſis,hymnus,à quo,& quo loco dicatur . Et eius hymni excellentia. lib.iiij. cap.xiij.nume.1.& 13 fo.66

Gloria in excelſis non cantatur quinta feria dominicæ in ramis,niſi Epiſcopo præſente.lib. vj.cap.lxxv.nume.2. fol.207

Graduale ſequitur epiſtolam.limit.nume.2.Et quid ſignificet. ibidem.& 7.& vnde dicatur. lib.iiij.cap.xix.nume.1.3.& 5 fol.72.& 73

Graduale,qua voce offerendum.ibidem.nu.4


Gradualia

Gradualia, qui compoſuerint. lib.iiij. cap.xix. nume.10 fo.73

Graduarius liber, quid. Quid trophonarius. lib. vj.cap.j.nu.25.& 26 fo.154

Græci temerè ſpiritum ſanctum à filio procedere negant.lib.iiij.cap.xxv.nu.12 fo.81

Græci ſacrificant ex fermentato pane, falſo dicti errore. libro quarto. capit.xlj. numer.10 fol.100

Græci quomodo vtantur imaginibus & picturis dimidiatis. Et quo id faciant conſilio. lib.j. cap.iij.nume.2 fol.8

Græcorum error, de proceſsione ſpiritus ſancti.lib.iiij.cap.xxv.nu.11 fo.81

Gregorius, ieiunium inſtituit, & officium quintæ feriæ quadrageſimalis. libro vj. cap.xliij. nume.5 fo.187

Gregorius Papa, cum miniſtraret hoſtiam matronæ ridenti & incredulæ, orauit pro ea. lib. iiij.cap.xlj.nume.28 fo.101

Gulielmus Durandus, origine fuit prouincialis. lib.vj.cap.xxviij.nu.5 fol.181

Gulielmus Durandus communem Eccleſiæ formam inſtituit, non ſingularem. libro j.in procemio.nume.16 fo.2


H


HAEreticorum de Miſſę augmẽto, ac cæterorum ſacramentorum & inſtitutionũ Eccleſiaſticarum, grauis cauillatio. lib. iiij. cap.j.nume.8.9.& 10 fol.53

Hebdomada proxima natiuitati, præparatio meritò nuncupatur. Et cur ſex diebus ante natiuitatem dicantur laudes propriè. lib.vj. cap.xj.nume.6 fo.165

Hebraicarum literarum interpretatio. lib.vj. cap.lxxij.nume.14 fol.202

Hebræorum ſecta.lib ij.cap.j.nu.4 fo.27

Herodes, tres fuere. lib.vij.cap. xxvj. nume.2 fol.273

Hierarchia quotuplex, & vnde dicatur.lib.iiij. cap.xxxiij.nume.31 fo.91

Hieruſalem decima luna venit Chriſtus: & cur ita.lib.vj.cap.lxvij.nu.12 fo.198

Hilarius Pictauieñ. quid addiderit ad hymnũ, Gloria in excelſis Deo. libro quarto.cap.xiij. nume.4 fo.66

Hiſtoria, quid ſit, & vnde dicatur, eiúſq; verbi quàm varia ſit ſignificatio, ampliſsimè ſupra. Authoris mentem, vide in adnotatione reiecta ad calcem procemij.lib.j. fo.2

Holocauſtum quid. libro quarto.cap.xxx.numer.13 fol.86

Hœdi pellis figura, & ſignificatio.lib.iij.cap. xij.nume.4 fo.45

Homo, templum ſpirituale, interdum pollicitur.lib.j.cap.vj.nume.37 fo.18

Homo quorum debeat miſereri.lib.j.cap.vij. nume.32 fol.22

Homo ſanctus, arcui comparatur cœleſti.lib. vj.cap.xxvij.nu.9 fol.180

Homo vt ſit templum Dei quæ ſecum habere debeat.lib j.cap.ij.nume.7 fol.6

Hominis magna ignorantia. libro vj.capit.iij. nume.3 fo.157

Homines an erunt nudi, poſt diem iudicij, an verò amicti. libro ſeptimo. cap. xxxv.nu.43 fol.279

Hominum tria genera per Chriſtum ſaluata. lib.vj.cap.lxxij.nume.11 fol.202

Horæ tribus modis incipiuntur, eò quòd tribus modis contingit peccare.libro v.cap.ij. nume.8 fo.129

Horæ ſingulæ canonicæ, reſpondent ſingulis actibus paſsionis Chriſti.libro quinto.cap.j. nume.6 fol.127

Horæ ſeptem canonicæ, repræſentant ſeptem hominis ætates.libro quinto.capit.j.nume.4 fol.127

Horarum canonicarum partes omnes. lib.v. cap.x.nu.8 fo.151

Horarum principia cur obmittãtur feria ſexta dominicæ in ramis. Item aliæ multæ ſolennitates circa legitimũ Eccleſiæ officium.lib. vj.cap.lxxj.nu.7.8.9.10 fo.201

Horarum ſingularum initio cur præponatur, Deus in adiutoriũ meum intende.lib.v.cap. ij.nume.7 fo.129

Horis quatuor diei tantùm cur laudemus Deũ: & non omnibus.libro quinto.capit.j.nume.5 fol.127

Horologium in Eccleſia, quid notet. Quid ſacrarium. Quid Cocleæ. Quid piſcina. Quid regulæ.lib.j.cap.j.nu.35.36.37.38.& 39 fo.5

Hoſtes Eccleſiæ, quatuor.libro quinto.cap.iij. nume.4 fo.137

Hoſtia quid.lib.iiij.cap.xx[illegible] fo.86

Hoſtia, vnde dicatur. libro quarto.cap.xlj.nume.4 fo.99

Hoſtia rotunda cur fiat.lib.iiij.cap.xxx.nume.8 fol.85

Hoſtia, primò per medium frangitur. & quare idipſum.lib.iiij.cap.lj.nume.5 fol.119


Hoſtia

INDEX.


Hoſtia cur diuidatur in treis partes.lib.iiij.cap. lj.nume.20 fo.120

Hoſtia ferè ponitur inter ſacerdotem & calicem.lib.iiij.cap.xxx.nu.23 fo.87

Hoſtia, dicitur ſalutaris, rationalis, acceptabilis, & rata. Et quibus idipſum rationibus.lib. iiij.cap.xl.nu.12 fo.98

Hoſtiæ fractio, quomodo fieri debeat.lib.iiij. cap.lj. nume. 1.2.3.8.10.12.13.15.16.18. & 19 fo.118.119.& 120

Hoſtiæ fractio ad quid fiat. ibidem, numer.4 fol.119

Hoſtiæ tres parteis, quid ſignificent.lib.iiij.cap. lj.nu.21.& 22 fo.120

Hoſtiæ altera dimidietas, cur iterum diuidatur.lib.iiij.cap.lj.nu.6 fo.119

Hoſtiæ particula, poſt ſubdiuiſionem remanens in ſiniſtra, cur coniungatur parti ſuper patenam poſitæ.ibidem.nu.7

Hoſtiæ particula, cur mittatur in ſanguinem. lib.iiij.cap.lj.nu.17 fo.120

Hoſtiam puram &c. illa pars canonis, quàm variè exponatur.lib.iiij.cap.xliij.nu.8 fo.109

Hoſtiarum tabernaculum, quid notet.lib.j.cap. iij.nume.25 fo.10

Hyacinthi lapidis vis. libro tertio. cap.x.nu.3 fo.44

Hymnus, vnde natus primùm. Et quid.lib.v. cap.ij.nu.23 fo.130

Hymnus cur ſequatur inuitatorium. lib.v.cap. iij.nume.13 fo.138

Hymnus, gloria patri non cantatur poſt reſponſorium Miſſæ, poſt horarum autem, ſic. lib.iiij.cap.xix.nume.9 fo.73

Hymnus. pſalmus, & canticum, an & quid differant.lib.v.cap.ij.nume.25 fo.130

Hymnus nunquàm mutatur in Prima. Et quid ita.lib.v.cap.v.nu.2 fo.145

Hymnum: Vexilla regis prodeunt &c. cur Eccleſia cantet dominica quinta in paſsione Domini.lib.vj.cap.lx.nu.3 fo.195

Hymni, an & vbi præcedant pſalmos: aut econtrà.lib.v.cap.ij.nu.24 fo.130

De hymnorum ortu, vſu, & authoritate, ampliſsimè pete ex adnotatione [illegible] lib.v.cap.ij. in fine. fo.126. Vbi & de pſallendi ratione, multa.

Hyſſopum, quid notet. Et eius natura & ſitus. lib.j.cap.vij.nume.20 fo.21

Hugo de ſancto Victore, quid reſponderit fratribus, ſimplicem ſibi offerentibus hoſtiam. libro quarto.capit.xlj.nume.29 fo.101


I


IAcobus maior, filius Zebebæi euangelium docuit in Hiſpanijs. Et eius diei officium. Et quando fiat.libro ſeptimo. capit.xvij.nume.1.2.& 3 fo.270

Iacobus minor & Simon, fratres Domini.lib. vij.cap.xxxiij.nu.1 fo.275

Iacobus minor, cur dictus frater Domini.lib. vij.cap.x.nu.3 fo.267

Iacobi minoris, vita, dignitas, & ſanctitas. Eius deinde interitus.libro ſeptimo.capit.x.nu.5 & 6 fol.267

Ieſus nomen eſt proprium.libro quarto.ca.xv. nume.7 fo.69

Ieſus, vnde dictus Nazarenus.libro ij.capit.j. nume.10 fo.28

Ieiunare qui teneantur. libro ſexto. capit.vij. nume.13 fol.162

Ieiunandum an ſit in vigilijs Apoſtolorum. & quorum. libro vj. capit.vij.nume.16.17.18. & 19 fo.162

Ieiunandum an ſit à tempore Paſchali.lib.vj. cap.cv.nu.7 fol.242

Ieiunandum quarta feria dominicæ in ramis. Et quam ob cauſam.lib.vj.cap.lxx.nume.13 fo.200

Ieiunium, quid. Et vnde dicatur. lib.vj.cap.vij. nu.1.2.& 3 fo.161

Ieiunium, quódnam perfectiſsimum omnium. lib.vj.cap.x.nu.3 fo.164

Ieiunium, primùm inſtituit Petrus Apoſtolus. Et quorum inſtitutum. lib.vj. cap.xxviij.nume.2.& 3 fol.181

Ieiunium aliud, quàm multiplex. & eorum particularis diſcuſsio. libro vj. cap.vij.nu.6.& 7 fol.161

Ieiunium ſoluere ante horam, peccatum.lib.vj. cap.vij.nu.15 fo.162

Ieiuniũ, cur dimenſum quadraginta diebus. Et cuius exemplo.libro vj.capit.xxxij.nu.2 & 3 fol.184

Ieiunium laudabile.lib.vj.cap.xlj.nu.2 fo.187

Ieiunium ſpirituale, Deo placet: non carnale, & ſextæ feriæ officium.libro vj.capit.xxx.nume.1.& 2 fo.183

Ieiuniũ compaſsionis. Et quotupliciter fiat ipſa compaſsio.lib.vj.cap.vij.nu.10 fo.161

Ieiunium, cur inchoetur in quarta feria.lib.vj. cap.xxviij.nu.13.14.15.16.& 17 fo.182

Ieiunium habent inter Martyres ſolus Laurentius: inter Confeſſores, Martinus.lib.vj. cap.vij.nume.20 fo.162


Ieiunium

Ieiunium non ſoluũt ſerui prægustantes cibos. lib.vj.cap.vij.nume.21 fol.162
Ieiunium ſequens, an poſſit transferri in præcedentem hebdomaden. lib.ij. cap.j. nume.38 fol. 31
Ieiunium auſpicari debent clerici à quinquageſima.lib.vj cap.xxvij.nume.7 fol.180
Ieiunium fractum eſt à veteri lege. lib.vj.cap. vj.nume.12.& 13 fol.160
Ieiunij principium, interrumpit ordinem historiarum, in prima Dominica quadrageſimæ. libro vj.cap.xxxij.nume.5 fol.184
Ieiunij commendatio, & vis. lib.vj. cap.vij. nume.5 fo.161
Ieiunij formam Apoſtoli nobis tradiderũt. lib. vj.cap.cx.nume.1 fol.246
Ieiunia, quæ ab Eccleſia instituta. lib.vj.cap.vij. nume.12 fol.162
Ieiunia triplicia, item, primitiarum. lib.vj.cap. vj.nume.10 fol.160
Ieiunia quatuor temporum, in primitiua Eccleſia, ter fiebant in anno. Hodie quater. Et cur ita.lib.vj.ca.vj.nu.1.2.4.5.6.7.8.& 9 f.160
Ieiunia quatuor temporum, cur ſic dicta. Et cur fiant.lib.viij.cap iij.nu.22.& 23 fol.288
Ieiuniorum instituendorum vetus mos, diuerſus ab hodierno. Et eius ratio. lib.vj.c.cxxxv. nume.2.3.4.& 5 fol.255
Ieiuniorum Dies, pridem institutus, mutatus eſt à Leone Papa.lib.vj.cap.vj.nu.11 fol.160
Ieiunijs ineſt authoritas, ex tribus. lib.vj.ca.vij. nume.4 fol.161
De ieiunio eiúſque institutione & authoritate, collige fuſè ex adnotatione in lib.vj.ca.xviij. in fin. fo.183
Idolorum immodicus vſus reprobatur: moderatus probatur.lib.j.cap.iij.nume.4 fo.8
Idus. & cur ſic dicantur. lib.viij. cap.iiij. nume. 17.& 18 fo.289
Ignis neceſſarius, ad omnia ſacrificia.lib.iiij.capi.vj.nume.5 fol.60
Imperatorem debere eſſe ſubdiaconum. lib.ij. cap.viij.nume.6 fol.34
Inclinat ſe Sacerdos, facta turificatione, & deinde oſculatur altare. Et eorum ſignificatio myſtica.lib.iiij.cap.xxxij.nu.1.& 2 fol.88
Inclinationes ſacerdotis, in Miſſa, quid notent. lib.iiij.cap.vij.nume.6 fol.63
Inclinationes Christi, tredecim, in ara paſsionis. ibidem, nume.7
Indictio, quid.lib.viij.cap.v.nume.9 fol.201
Indumenta quatuor, ſecundum legem Moſaicam.lib.iij.cap.xix.nume.1 fol.50
Indumenta quatuor, propria legalis Pontificis: eorúmque compoſitio, textura & forma.ibid. nume.2.& per diſcurſum nu.3.4.5 fo.51
Indumenta legalia, ex quo fabricata.lib.iij.cap. xix.nume.17 fol.52
Indumentis albis vtendum, in conſecratione Eccleſiæ, etiam quocunque die celebretur. lib. iij.cap.xviij.nume.3 fol.49
Indumentis albis, quibus diebus vtatur Eccleſia.lib.iij.cap.xviij.nume.2 fol.49
Infirmi & cathecumini, quare oleo inungantur. lib.j.cap.viij.nume.4 fol.23
Innocentes, tertium martyrium ſuſtinuerunt, quod eſt operę & non voluntate. Et cur illud feſtum celebret Eccleſia. lib.vij. cap.xlij.nume.10.& 14 fo.281
Innocentium feſtum cur non admittat cantica lætitiæ. Et eorum officium. lib.vij.cap.xlij.nume.11.12.& 13 fol.281
Innocentius tertius, quid ſtatuerit in rem ſacrã. lib.iiij.cap.xiij.nume.6 fol.66
Innocentius Papa, ſtatuit corpus Chriſti, ſub ſpecie panis reſeruari, in quinta feria Dominicæ in ramis. Et cur ibidem ſanguinem. lib.vj.cap. lxxv.nume.9.& 10. fol.208
Institutionum Eccleſiaſticarum rarius vſus: vt varius ortus. lib.j.in procemio. nume.14.15 & 17 fol.2
Introitus Miſſæ, forma variè. lib.iiij.cap.v.nume.3 fol.59
Introitus, vnde dicatur. ibidem, nume.4
Introitus, vnde debeat adſumi.ibid.nume.5
Introitus officiorum, variat ſæpe in verſu. lib. vj.cap.lij.nume.2 fol.190
Introitus miſſæ dicendæ in quarta Dominica quadrageſimæ.lib.vj.cap.liij.nu.6 fo.191
Introitus Miſſæ ſignificatio. Et ortus.lib.iiij.capi.v.nume.1 fol.58
Introitum miſſæ adaptatio, à Septuageſima, vſque ad Paſcha.lib.vj.cap.xxiiij.nu.21 fo.178
Inuitatorium, quid ſignificet. Et qua voce dicatur.lib.v.cap.iij.nume.10.& 11 fol.137
Inuitatorium, cur aliquando integrè, aliquando imperfectè reperitur. lib.v. cap.iij. nume. 12 fol.138
Inuitatorium, cur non habea... in die Epiphaniæ.lib.vj.cap.xvj.nu.9 fol.171
Ioannes Baptiſta, cur dictus lucifer. lib.vij.cap. xiiij.nume.2 fol.269
Ioannes Euangeliſta, quo die obierit. ibid.nume.5 fol.269
Ioannes Baptiſta, & beata etiam Maria, fuerunt in peccato originali concepti. ibidem num.6 fo.269
Ioannes Baptiſta, qua forma pingatur. Et qua martyres. lib.j. capit.iij. nume.13.& 14 fol.9
Ioannes Euangeliſta paſſus eſt martyrium: quod eſt voluntate, non opere.lib.vij.ca.xlij. num.6 fo.280
Ioannes Euangeliſta obijt in feſto Ioannis Baptiſtæ.lib. ſeptimo. cap. xlij.nume. 8. & 9 fo.281
Ioannes cur denuò repetatur in vndecima parte canonis: atq; præmittatur Mathiæ & Barnabæ Apoſtolis. lib.iiij. cap. xlvj. num.7 fo.111
Ioannis Baptiſtæ feſtum duplex agit Eccleſia, & cur ita. Et eius miſſa. lib.vij. cap.xiiij. num.1.3.8 fo.269
Ioannis vigilia, habet ieiunium. ibidem num.4
Ioannis Baptiſtæ quadrageſima.ibidem num.8
Ioannis Baptiſtæ vigilia, cur ignes, accendantur, & qua ſignificatione. Et cur oſſa comburantur.& cur rota voluatur.ibidem.nu. 10 11.12.13. fo.269,& 270
Ioannis Baptiſtæ caput, vbi humatum. Et vbi, quando, & à quo inuentum. lib.vij.cap.xxvj. num.3.4 fo.273
Ioannis Baptiſtæ officium eccleſiaſticum in decollatione. ibid.num.5
Ioannis decollatio. lib. vij. cap. xxvj. nume.1 fol.273
Ioannis Euangeliſtæ officium. lib.vij. cap.xlij. num.7 fo.281
Ioannis Euangeliſtæ hymnum diaconus canit voce recuperata, quam prius amiſerat.lib.vij. cap.xiiij num.7 fo.269
Iob legitur Dominica vndecima poſt Pentecoſt. Et quid moneat. Et eius diei officium. lib.vj.cap.cxxv. num.1.2.& 3 fo.252
Iordanis, quid, myſticè.lib.vj.cap.xlvij.num.3 fo.189
Ioſeph, Chriſtum refert. lib.vj.cap.xlvj.num.3 fo.188
Ioſeph potius, quàm Mariæ genealogia, cur computetur lib.... cap.xiij.num.14 fo.167
Item, Miſſa etc periodus Miſſæ. quid ſignificet, aut moneat. lib.iiij.capit. lvij. nume.6 fo.125
Iubilus, quid notet. lib.vj. capit.xiij. nume.11 fo.163
Iudas variè appellatus eſt. lib. vij. cap. xxxiij. num.2 fo.275
Iudas an cum alijs Apoſtolis, corpus Chriſti ſumpſerit. In vtranq; partem rationes probabiles.lib.iiij.cap.xij.num.36 fo.102
Iudas, quarta feria, immanè ſacrilegium perpetrauit. lib.iiij.cap.xl.num.3 fo.98
Iudæ Chriſtus ne dederit ſacramentum, ad bonum, an malum potius eius.lib.iiij.cap.xlj. num.38 fo.102
In Iudæis baptizandi, quid obſeruãdum.lib.vj. cap lxxxiij.num.23 fo.222
Iudicij dies plenus erit gaudio propter dominicam, & noſtram reſurrectionem.lib.vj. cap.xcv.num.3 fo.236
Iudith hiſtoria cur legatur dominica xiiij.poſt Pentecoſt. Et eius diei officium quale. lib. vj.cap.cxxviij.num.1.& 2 fo.253
Iugum, eſt in quolibet ſtatu & gradu, ſuper filios.lib.vj.cap.xxv.num.10 fo.179
Iulianus, Cenomanenſis Epiſcopus. Et quot præterea Iuliani.libro. vij. capit. v. nume. 1 fo.264
Iulianus monachus, diabolo amicus apoſtata, & Chriſtianorum perſecutor. Cuius tumulus ad hunc diem fœtorem intolerabilem emittit lib.vij.cap.xj.num.5 fo.268
Iuſtitiæ beneficium. lib.ſexto. capit.x. nume.2 fo.163

L

Lampades cur accenduntur in veſperis, maximè ſub canticum Mariæ. lib. v. ca. ix. num.9 fo.150
Lateranenſis Eccleſia orationem dominicam dicit loco collectæ, in Miſſa & horis. lib.iiij. cap.xv.num.17 fo.70
Laurentius poſt beatum Stephanum, primatum obtinet inter martyres. Et cur honorificentius præ cæteris colatur.& eius diei vigiliæ officium. lib. vij. cap. xxiij. num.1.2.4 fo.272
Laurentius tria ſingularia habet priuilegia. ibid.num.5
Lectio nona, cur inſtituta nomine trinitatis. lib.v.cap.ij. num.50 fo.133
Lectionis ſecundæ in ſabbatis, expoſitio. Item tertiæ, & quartæ. lib.vj.c.lxxxj.nu.4.5.6.& 8 fo.216.& 217
Lectiones duæ, cur legantur quarta feria quatuor temporum. In Miſſa vna tantùm lib.vj. cap.viij. num.2.& 3 fo.163
Lectiones duæ leguntur in quarta feria quartę Dñicæ quadrageſ.lib.vj.ca.lvj.nu.11 fo.193

Lectiones apoſtolicas & euangelicas, quis primùm ſtatuerit debere dici ante ſacrificium. lib.iiij.cap.xvj.num.10 fo.71
Lectiones matutinales, quid ſignificent. lib.v. cap.ij.num.43 fo.133
Lectiones quotuplici fine terminentur. lib.v. cap.ij.num.49. fo.133
Lectiones cur Romæ legantur græcè & latinè.lib.vj.cap x.num.5 fo.164
Lectionum & canticorum præpoſterus ordo. lib.vj.cap.lxxxj.num.14 fo.218
Lectionum pluralitas, quid notet.lib.v. cap.ij. num.47 fo.133
Lectionum author cur non exprimatur in nocturnalibus, ſiue in diurnalibus. lib.v. cap.ij. num.52 fo.134
Lectionibus finitis dicitur, Tu autē Domine, & cur ita.lib.v.cap.ij.num.46 fo.133
Lector, vnde dictus. Et eius munus. lib.ij.cap.v. num. 1.2.3.& 5 fo.33
Lector, quomodo inſtituatur.ibid. num.4
Leo Papa, quid addiderit canoni Miſſæ. lib.iiij. cap.xxxix.num.4 fo.97
Leo Papa, eodem die nonies celebrauit.lib.iiij. cap.j.num.26 fo.55
Lepræ curatio.lib.iiij.cap.xxv.num.28 fo.82
Leproſi ſanatio, quid ſignificet. Et quotuplex lepra.lib.vj.cap.xx. num.2 fo.174
Leuita, quis.lib.vij.cap.xxiij.num.3 fo.272
Leuitis de mandatum erat negotium ianitorum.lib.ij.cap.iiij.num.3 fo.33
Lex antiqua, quædam habet myſtica, quædam moralia.lib.j. cap.j.num.7 fol.1
Lex an recipiat mutationem. diſting. ibidem num.8
Libare, quid lib.iiij.cap.xxx.num.11 fo.86
Libri Sapientiæ, cur potiſsimùm legantur in Auguſto. Et quid ſeptima Dominica prætereà adhibeat. lib.vj.cap.cxxj. nume.1.& 2 fo.251
Libri Eccleſiaſtici, treis ſunt.lib.vj. cap.j.nu. 24 fo.154
Libri lectionum, plures ſunt quos percurrit. lib.vj. cap. j.nume.27.28. 29. 30. 31.& 32 fo.154
Libri Regum, leguntur poſt octauas Pentecoſtes. Et cur ita.lib.vj. cap.cxv. num.1. & 2 fo.248.& 249
Libri quinam legendi per totū anni circulum, in Eccleſia. vide per diſcurſum. lib.vj. cap.j. num.13. 14.15.16.17.18.& 19 fo.153 & 154
Lignum, in quo pendet campana, quid notet. lib.j.cap.iiij.num.7 fo.12
Lineæ duæ in pallio, quid deſignent. lib. iij. cap.xvij.num.5 fo.48
Linea ſacerdotis, quid notaret. lib.iij. cap.xix. num.8 fo.51
Lingua doloſa palliatorum amicorum.lib.vj. cap.cxvj.num.3 fo.249
Lingulæ duæ, in mitra Epiſcopi, quid notent. lib.iij.cap. xiij.num.3 fo.46
Lingula à corio ſeparata, ſupra pedem conſurgens, quid ſignificet.lib.iij. cap.viij.num.8 fo.43
Linteamina alba, operiunt altare. lib.j.cap.ij. num.14. fo.7
Litania cur fiat circa fontes baptiſmatis.lib.vj. cap. lxxxiij.num.40 fo.223
Litania maior, à quo, & quorſum inſtituta. Et à quo minor. lib.vj. capit. cij. nume.2. & 4 fo.239
Litaniæ ſiue rogationes habent proceſsionem ſeptiformā, Et qua id ſignificatione. Et vnde dicta minor litania. lib.vj. capit.cij. nume. 3 fo.239
Litaniæ qualiter fiant, quídque habeant.ibid. num.6.7.9.10.& 11 fo.240
Litaniarum Miſſa: & eius expoſitio.lib.vj.c.cij. num.12.13.14.& 15 fo.240
Litanias priores cur legant ſeniores in ſabbato ſancto: iuniores vltimas.lib. vj. cap. lxxxiij. num.41 fo.223
Loca ſacra, quæ ſint: quæ ſancta: Et quæ religioſa.lib.j.cap.v.num. 2.& 3 fo.13
Locorum venerabilium quænam ſint neceſsitati humanæ dedicata. lib.j.capit. v. nume.1 fo.13
Lotio manuum, quid notet. Et vnde cœperit. lib.iiij.cap.iij.num.4.& 5 fo.57
Lucas, cuias fuerit. & quando ad fidem noſtram acceſſerit. lib. vij. capit.xxxij. nume.1 fo.275
Lucas à quo acceperit potiſsimùm, quæ ſcripſit.ibid.num.2
Lucas Mariæ expreſsit ſimulachrum. lib. vj. cap.lxxxix. num.3 fo.231
Lumen in Eccleſia, Chriſtum denotat.lib.j.c.j. num.40 fo.5
Lunæ ſaltus.lib.viij.cap.x.num.5 fo.293
Luſtrum, quid.lib.viij.cap.iij.num.29. fo.288


M


MAchabæorum feſtum cur agat Eccleſia. lib.vij.cap.xx.nu.1.2 & infrà fo.271
Magi, qui: vnde dicti.lib.vj.cap. xvj.nume.2 fo.170
Magi, quæ, & cur munera Domino obtulerūt. lib.vj.cap.xvj.num.4 fo.170
Maguntinenſis Concilij ſanctio ſuper inſtitutione Epiſcopi, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi.lib.iij.cap.j.num.16 fo.40
Malū, eſt triplex, à quo petimus liberari.lib.iiij. cap.xlviij.num.5 fo.115
Mane, in ſex diuiditur. lib.v.cap.iiij. nume.22 fo.143
Manicæ albæ, quid moneant. lib.iij. capit.iij. nume.5 fo.41
Manichæorum hæreſis.lib.vj.cap.lxxxj.num.3 fo.216
Manipulus, quo conſilio adhibeatur. lib. iij. cap.vj.num. 1.& 5 fo.42
Manipulus, cur in ſiniſtra geratur.lib.iij.cap.vj. num.2.& 4 fo.42
Manipulus, vnde ſumpſerit initium. ibidem, num.3
Manipuli impoſitio, in brachio Epiſcopi, quid notet.lib.iiij.cap.vij.num.4 fo.62
Manipulis non vtuntur diaconi & ſubdiaconi, ſeruentis pontifici inducti & exeunti ſe à ſacris veſtibus. lib.iij.cap.vj.num.6 fo.42
Manſiones tres in quarum tertia, columna præceſsit populum. lib.vj.cap. lxxx. nume.5 fo.215
Manus oſculum, quid ſignificet.lib.iiij.cap.xxx. num.22 fo.87
Manus impoſitio ſuper ordinandis & conſecrandis, vnde duxerit initium. lib.ij. cap.xj. num.10 fo.38
Manus Epiſcopi cur extendantur, in benedictionibus.lib.ij.cap.ix.num.16 fo.36
Manus quo conſilio eleuentur in orationibus. lib.iiij.cap.xv.num.18 fo.70
Manuū ſacerdotis lotio, quid ſignificet.lib.iiij. cap.lv.num.2 fo.124
Manuum lotio fit ſemper ad dextrum altaris cornu. lib.iiij.cap.xxviij.num.2 fo.84
Manuum iunctio, in confeſsione, quid notet. lib.iiij.cap.vij.num.5 fo.63
Manus lauat ſacerdos denuò, ſtatim ab offertorio, & turificatione. & qua de cauſa. Et qua ſignificatione. lib.iiij.cap. xxviij.nume.1.& 3 fo.84
Manibus Epiſcopi aut ſacerdotis lotis, miniſter quid agere debeat. Item ſubinde Epiſcopi munus. lib. iiij. cap. xxx. nume. 1.& 2 fo.85
Mapula, quam quatuor miniſtri ferunt ſuper Epiſcopum, quid notet.lib.iiij.cap.vj.num.11 & 12 fo.60
Maria virgo an fuerit aſſumpta, vnà cum corpore & quoto ætatis anno. lib.vij. cap.xxiiij. num.1.2 fo.272
Maria primatum obtinet inter ſanctos.lib.vij. cap.vij.num.1 fo.265
Maria fuit in vtero ſanctificata. ibidem, numero.3
Maria virgo, iure laudanda eſt horis canonicis.lib.v.cap.j.num.8 fo.128
Maria ter vnxit corpus Chriſti. lib.iiij. ca.xxxj. num.2 fo.88
Mariæ canticum, promiſſa Dei continet. Et eius expoſitio. Et cur potius in Veſperis cantetur, quàm alijs horis. lib.v.cap.ix. num.6.7. & 8 fo.149.& 150
Mariæ virginis genealogia. lib.vij. cap.x. nu.4 fo.267
Mariæ officium, cur ſabbato fiat. & vnde hoc inductum. lib.iiij.cap.j. nume.31.32.33.34. & 35 fo.55
Mariæ quatuor principalia ſunt feſta. lib.vij. cap.vij.num.2 fo.265
Mariæ conceptio, num approbanda, & ſolennitas celebranda. ibid.num.4. fo.265
Mariæ purificatio, eſt duplex feſtum.ibidem, num.5.6 fo.265
Mariæ purificationis ſolennitas, vbi, & quo tempore, & cur fuerit primùm inſtituta.ibid. num.11 fo.265
Mariæ purificatio, caret octauis.ibid.nume.17 fo.266
Mariæ natiuitas, cur celebretur ab Eccleſia. lib.vij.cap.xxviij.num.1 fo.274
Mariæ natiuitas, antiquitùs non celebrabatur. ibid.nume.2
Mariæ natiuitas, non habet ieiunium inſtitutionis.ibid.nume.3
Mariæ virginis officium, ab Vrbano Papa inſtitutum.lib.v.cap.j.num.9 fo.128
Mariæ & Ioſeph genealogia deſcribitur.lib.vj. cap.xiij.num.15 fo.167
Maſculi corpus, infra xl.dies, fœminæ autem, infra lxxx. diebus animatur. lib. vij. cap.vij. num.7 fol.266
Martinus, dicitur par Apoſtolis. Et qua id ratione.lib.vij.cap.xxxvij.num.1 fo.279
Martinus, ſolus inter confeſſores habet octauas inſtitutionis.lib.vij. capit.xxxvij. nume.2 fo.280

Martyr, id eſt teſtis. Et an habeat octauam & vigiliam.lib.vij.cap.xlv.nume.1. fo.283
Martyrum officium, variè agitur. libro vij.cap. xlv.nume.2.3.4.& 9. fo.283
Martyrum præmium, & eius expoſitio. lib.vij. cap.xlv.nume.5.& 6. fo.284
Martyrium, eſt triplex.lib.vij.cap.xlij.nume.2. fol. 280
Martyrium pręfertur virginitati.lib.iij.ca.xviij. nume.5. fol.50
Matrimonium, eſt ſacramentum voluntatis tantùm. Et quo tempore nuptiæ ſolenniter celebrentur.lib.j.cap.ix.nume.7. fol.26
Matrimonium, triplex quoddam ſacramentum continet.lib.j.cap.ix.nume.12. fo.26
Matthæus, leuita fuit, & Hebræus. lib.vij.cap. xxx.nume.1. fo.274
Matthæus, item alij Euangeliſtæ, quibus temporibus ſcripſerint euangelia. lib.vij.cap.xxx. nume.2. fol.274
Matutinæ laudes, quo conſilio inductæ. Et vnde dictæ laudes. libro quinto. cap.iiij. nume. 1.& 2. fol.141
Mauricij & ſociorum vita & finis. lib.vij. capi. xxxj.nume.1. fo.274
Mauſoleum, à mauſolo dictum. lib.j.cap.v.nume.7. fo.13
Melchiſedech panem & vinum offerens, primus illum ſacrificij ritum exercuit. libro iiij. cap.xlj.nume.5. fo.99
Melchiſedech iuſtus, ſacerdos altiſsimi. lib.ij. cap.x.nume.2. fo.36
Melota, quid. lib.vij.cap.xlv.nume.8. fo.284
Menſa, quid notet.lib.j.cap.ij.nume.8. fo.7
Menſis, quid. Et vnde dicatur. lib.viij.cap.iiij.nume.1. fo.288
Menſis quilibet, qua die ſeptimana intret. libro viij.cap.v.nume.4. fo.290
Menſis quilibet, quot diebus conſtet.lib.viij.capi.iiij.nume.13 fo.289
Menſis quilibet habet tres dies celebres: Calendas, Nonas, & Idus. libro viij.capi.iiij. nume.14 fo.289
Menſes ſinguli, ſingulis adaptantur temporibus.lib.vj.cap.cxliij.nume.3 fol.258
Menſes habet duodecim annus.lib.viij.cap.iiij. nume.2 fo.288
Menſium enumeratio: & etymologia. Primum de Ianuario. vnde dicatur. Inde de ſequentibus, per diſcurſum.lib.viij.cap.iiij. nume.3.4. 5.6.7.8.9.10.11.& 12 fol.289
De menſe, vnde dicatur, & de ratione eius, vide in adnotatione in libro viij. capit.iiij. in fine. fol. 290
Metalli duritia, quid notet. libro j. cap.iiij. nume.5 fo.12
Metropolitanus, vnde nomen ſortitus.lib.ij.capi.j.nume.20 fo.29
Metropolitanus an poteſt actus legitimos exercere ante pallij adſumptionem. lib.iij. cap. xvij.nume.11 fo.49
Michaël, princeps eſt Angelorum, qui mittuntur.lib.vij.cap.xij.nume.2 fo.268
Michaël, quomodo interpretetur, & eius officium.lib.iiij.cap.xxxiij.nume.18 fo.90
Michaëlis feſtum, cur inſtitutum, & cur potiùs ei dicatum, quàm *cæteris angelis*. lib.vij.capi. xij.nume.3.& 4 fo.268
Michaëlis feſtum, quod habeat officium. ibid. nume.5
Miniſterium verbi Dei, eſt triplex. lib.iiij.cap. xvj.nume.8 fol.71
Miniſtrorum officia, circa oblationem ſacerdotis.lib.iiij.cap.xxx.nume.14.& 16 fo.86
Miſericordiæ & miſerationes Domini, magnæ, & multæ.lib.iiij.cap.xlvj.nume.5 fo.111
Miſericordiæ opera, quæ. lib.vj. cap.xix. nume. 6.fol. 173
Miſſa, omnia Chriſti myſteria continet. lib.iiij. cap.j.nume.11 fo.53
Miſſa ſicca, quæ dicatur. lib.iiij.cap.j. nume.23 fol. 55
Miſſa Dominicæ duodecimæ poſt Pentecoſt. & eius officium. libro vj. cap.cxxvj. nume.1 fol. 252
Miſſa defunctorum. libro vij. cap.xxxv. nume. 45 fol.279
Miſſa ſecundà natalis Domini, cur cantetur ſub auroram.lib.vj.cap.xiij.nume.21 fo.268
Miſſa tertia natalis Domini, hora tertia cantanda.ibid.nume.23
Miſſa, quibus horis debeat celebrari.lib.iiij.capi.j.nume.20 fo.54
Miſſa, qua hora ſit celebranda in quadrageſima & aduentu.ibid.nume.21 fol.55
Miſſa cur aliquando admittat vnum ſolum reſponſorium, aliquando ſolùm allelu Ia, aliquando etiam duplex. libro vj.cap.lxxxix.nume.23 fol.233
Miſſa ſequitur proceſsionem die Paſchatis, & introitus expoſitio. lib.vj. cap.lxxxviij.nume. 4.5.6.& 10 fol.230
Miſſa feriæ quartæ poſt Pentecoſten. Et eius expoſitio.lib.vj.cap.cx.nu.4.& 5 fo.246







Miſſa abſoluta, quid agendum, cùm à ſacerdote, tum à populo.lib.iiij.ca.lix.num.8.& 9 fo.126
Miſſa fidelium, vnde dicatur.lib.iiij. cap.j. numero 47. fo.56
Miſſa vnde dicatur.ibid.nume.49
Miſſa feriæ ſecundæ poſt Pentecoſten, & eius expoſitio. lib.ſexto. capit. cviij. nume.1.& 2 fo.245
Miſſa feriæ tertiæ poſt Pentecoſten, & eius expoſitio. lib. ſexto. cap. cix. nume.1.2.& 3 fo.246
Miſſa, in quibus locis debeat celebrari. lib.iiij. cap.j.num.41.& 42 fo.56
Miſſa, quid repræſentet: & imitetur. ibidem, num.43.& 44
Miſſa finitur tribus, diuerſisq; illis periodis. Secundum modum vide Tertium. Et quid ſignificent illi.lib.iiij. cap.lvij. num.5.7.& 8 fo.125.& 126
Miſſa quæ olim inſtituta quoquo die, & quæ hodie.lib.iiij.cap.j.num.28.& 30 fo.55
Miſſæ diuiſio.lib.iiij.cap.j.num.50 fo.56
Miſſæ partes ſingulæ, quid notent. Et quò referantur.lib.iiij.cap.j.num.40 fo.56
Miſſæ officium, quot, & quibus conſtet.lib.iiij. cap.j.num.12 fo.53
Miſſæ officio quot debeant intereſſe, ad minus. lib.iiij.cap.j.num.37.& 39 fo.56
Miſſæ introitus, Dominica quinta in paſsione. Epiſtola. lib.ſexto. capit. lx. nume.7. 8. & 9 fo.196
Miſſæ ſacramentum, ſummum omnium eſt: atque adeò inſtitutum à Chriſto. lib.iiij.ca.j. num.1.2.& 3 fo.53
Miſſæ introitus, in prima feria primæ Dominicæ quadrageſimalis. lib.vj. capit. xxxij. num.11 fo.284
Miſſæ Dominicæ ſeptimæ poſt Pentecoſten. expoſitio.lib.vj.cap.cxxj.num.4 fo.251
Miſſæ tertia pars, vbi incipiat. lib.iiij. cap.xlix. num.1 fo.117
Miſſæ tertia pars. lib. iiij. capit. xlvij. nume.1 fo.113
Miſſæ Aduentus, ſecunda dominica, introitus, atque eius interpretatio. lib.vj. cap.iiij. num.4 fo.159
Miſſæ officium, in ſecunda Dominica, poſt Epiphaniam.lib.vj.cap.xix.num.3 fo.171
Miſſæ officium, quotuplex. lib.iiij.cap.j.nu.45 & 48 fo.56
Miſſæ celebrandæ deteſtabilis conſuetudo. lib. iiij.cap.j.num.24 fo.55
Miſſæ Dominicæ ſecundæ à Paſchate, expoſitio.lib.vj.cap.xcvij.num.5 fo.238
Miſſæ quarta pars: de communione. Et qualiter ea fiat.lib. iiij. capit. liiij. nume.1. 3.4 fo.123
Miſſæ Aduentus, tertia Dominica, introitus. lib.vj.cap.v.num.2 fo.159
Miſſæ tres inſtitutæ in die natiuitatis Dominicæ, quid ſignent.lib.vj.ca.xiij. num.23.24. 26.& 27 fo.168
Miſſæ Aduentus introitus, prima Dominica. lib.vj.cap.iij.num.15 fo.158
Miſſæ plures, quibus diebus poſsint celebrari. lib.iiij.cap.j.num.25 fo.55
Miſſas duas, cum vno, vel vna cum duobus ſacrificijs, celebrare non licet.lib.iij. cap.j.numero 22. fo.55
De Miſſa, eius inſtitutione, ortu, dignitate, & partibus, nonnulla pete in adnotatione in lib.iiij.cap.j.in fi. fo.57
Mitra, quid deſignet.& ibid.num.2.& 5. fo.46
Mitra, quid ſignificet eo nomine, quòd capiti conuenit.lib.iij.cap.xiij.num.9 fo.46
Mitra circulum aureum habet: magna ſignificatione.lib.iij.cap.xiij.num.4 fo.46
Mitra ſolenni quando vtendum: & quando ſimplici.ibid.num.6.& 7
Mitram, an, & quando, & quorſum Epiſcopus deponat.lib. tertio.capit.xiij. nume.10.& 11 fo.46
Momentum, quid. lib. viij. capit. vj. nume. 4 fo.292
Monachi, an & quando nouem lectiones dicant.lib.v.cap.iij.num.33 fo.140
Monachi, cur Dominicam orationem dicant ſublata voce, in diuino officio. ibidem, nume.34
Monachi, cur ſe toto corpore, ab Occidente ad Orientem commouent. ibidem, numero 35.
Monachorum quatuor genera. lib.ij.cap.j.numero 12. fo.28
Monachorum ordo, figuram Cherubin tenent, velatorum ſex alis.lib.v.ca. iij. num.36 fo.140
Monachorum cucula, vnde ſumpta. ibidem, num.37
Mortis vmbra, quid. lib. vj. capit. lij. nume.3 fo.19
Mortuus à quibus ſit portandus ad ſepulturam.lib.vij.cap.xxxv.num.37 fo.278

Mortui cadauer lauare, quid referat. lib. vij. cap.xxxv. num. 36 fo.278
Mortui corpus, qua forma & ſolennitate condatur in ſpelunca. & qualiter ſepeliatur. lib. vij. cap. xxxv. num. 38. & 39. aut quo habitu. num. 40. & 41 fo.278
Mortui corpus non debet eſſe in Eccleſia, quandiu de tempore concurrenti dicitur. lib. vij. cap. xxxv. num. 32 fo.278
Mortui an ſciant ſuffragia quæ eorum nomine fiunt. lib. ſeptimo. cap. xxxv. nume. 24. & 25 fo.277
Mortui an curent viuos. ibidem, nume. 26
Mortuorum officium, dicitur agenda vel exequiæ. Et quare. lib. ſeptimo. cap. xxxv. nume. 1 fo.276
Mortuorum memoria à varijs variè fit. ibid. nume. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13
Mortuorum anniuerſarium obſeruatur triplici de cauſa. ibid. nu. 14. 15. & 16 f.276. & 277
Mortuorum officium quotidie vſurpare an indecens. ibid. num. 18. & 19 fo.277
Mortuorum nomine ſuffragia facta, quid proſint. ibidem, nume. 20
Mortuorum officium, imitatur Chriſti ſepulturam. ibid. num. 27. 28. & 29 fo.278
Mortuorum officium, vnde incipiat. & eius forma. lib. ſeptimo. cap. xxxv. nume. 33. & 34 fo.278
Mortuis cur officium inſtitutum. Et à quibus primùm. lib. ſeptimo. cap. xxxv. num. 2. 3. & 4 fo.276
Mortuis an proſint ſuffragia hominis in peccato iacentis. lib. ſeptimo. cap. xxxv. nume. 22 fo.277
Moſes, quo chriſmate fuerit vnctus. lib. primo. cap. viij. num. 2 fo.23
Moſes iubet ſinẽ imponi oblationibus. lib iiij. cap. xxx. num. 40 fo.88
Mulier vel Abbatiſſa non poteſt legere euangelium in Miſſa. lib. iiij. cap. xxiiij. nume. 38 fo.80
Mulier adquid caput gerat velatum in Eccleſia. lib. j. cap. j. nume. 47 fo.6
Mulier moriens in partu, an ſit in Eccleſia ſepelienda. Quid de partu. lib. j. cap. v. num. 15 & 16 fo.14
Mulieris complexus, quo tempore, ſit fugiendus. lib. j. cap. ix. num. 8 fo.26
Mulieres cur velentur in nuptijs. lib. j. cap. ix. num. 9 fo.26
Mulieres cur à viris diſtinguantur, in Eccleſiæ conuentu. lib. j. cap. j. num. 46 fo.6
Mundi veſpera, duplex. lib. vj. cap. xvj. nume. 14 fo.177
Muſicorum treis ſpecies, in treis partes officij diuiduntur. lib. v. cap. ij. num. 67 fo.136

N

Natalis Domini feſtum, eadem die menſis ſemper occurrit: cætera autem mutantur feſta. lib. vj. cap. xiij. num. 4. & 5 fo.166
Natalis Domini officium nocturnum & eius ſignificatio. ibid. nu. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 16 fo.166. & 167
Natalis Domini vigilia & officium. lib. vj. cap. xij. num. 1 fo.165
Natali Domini, dies ſenſim creſcunt. lib. vj. cap. xiij. num. 3 fo.166
Natalis Domini officij, quã in ſumma. lib. vj. cap. xiij. num. 1 fo.166
Naturam mutare ſolus Deus poteſt. lib. vj. ca. xx. nume. 6 fo.174
Neuma, quid. Et quid differat à dictione pneuma. lib. v. cap. ij. num. 32. 33 fo.131
Neumæ vbi maximè ſit vſus. lib. v. c. ij. num. 35 fo.131
Neophytorum duæ hebdomadæ. lib. vj. cap. lxxxix. num. 7 fo.231
D. Nicolai hiſtoria vnde introductum, vt legitur in Eccleſia. lib. vij. cap. xxxix. nume. 1 fo.280
Nocherius Abbas, ſequẽtiarum author. lib. iiij. cap. xxij. num. 2 fo.75
Nocturnum, cur oratione & benedictione non concludatur. lib. v. cap. ij. num. 56 fo.134
Nocturnum ſecundum Dominicæ, denotat treis ordines ſub lege Moſaica. Et quid in tertio recolamus. lib. v. c. iij. nu. 23. & 24 fo.139
Nocturnum tempus refert tempus tenebrarum, ſcilicet ante aduentum Chriſti. lib. v. cap. j. num. 3 fo.127
Nocturna, quid. lib. v. cap. iij. num. 7 fo.137
Nocturna ferialia & eorum forma. lib. v. ca. iij. num. 27. & 28 fo.139
Nocturnorum diæta. lib. v. cap. iij. nume. 29 fo.139
Nocturnos treis aliquando, aliquando vnum tantùm dicimus. Et quî id fiat. lib. v. cap. iij. num. 16 fo.138
Noë arca, Eccleſiã ſignificat. lib. vj. cap. lxxxj. num. 11 fo.217
Nomen Dei Patris, quatuor modis ſanctificatur. lib. iiij. cap. xlviij. num. 19 fo.117
Nona, quorſum inſtituta. & eius forma. lib. v. cap. viij. num. 1 fo.148
Nonæ. & cur dictæ. lib. viij. capit. iij. nume. 16 fo.289
Nox diémne præcedat, an cõtrà. lib. vj. c. lxxviij. nume. 7 fo.214
Noctis vigiliæ, quatuor. lib. v. cap. iij. num. 5 fo.137
Numerus aureus, vnde formetur. lib. viij. c. xj. num. 2. & 3 fo.293
Numerus aureus, quid. Et cur ſic dictus, & à quo inuentus. lib. viij. cap. xj. num. 1 fo.294
Numerus vndenarius, quid ſignet. lib. v. cap. x. num. 13 fo.151
Nuptiæ tres leguntur in Euangelio. lib. vj. cap. cxxxvij. num. 3 fo.256
Nuptiæ ſpirituales. lib. vj. cap. xix. nu. 5 fo.173

O

Oblatio pro defunctis, cuiuſmodi ſit. lib. iiij. cap. xxx. num. 39. fo.88
Oblationum duo genera: donum quippè, & ſacrificium. lib iiij. cap. xxx. num. 9 fo.85
Obſecratio, quid. lib. v. cap. v. num. 12 fo.146
Octaua ſignificationis, quæ ſit. Et quæ ſupplectionis lib. vij. cap. j. num. 45. 47 fo.264
Octauas inſtitutionis, qui habeant inter martyres, & qui inter confeſſores. lib. vij. cap. j. num. 48 fo.264
Offerre Deo, quid: & qualiter debeamus. Et in quo peccarit Cain, Deo offerendo. lib. iiij. cap. xliij. num. 11 fo.109
Offerre debet populus. & vnde offerendi mos. Et quæ ſignificatio oblatorum. lib. iiij. c. xxx. num. 32. & 34 fo.87
Offerens manum ſacerdotis oſculatur. lib. iiij. cap. xxx. num. 35 fo.88
Offerendi antiquus mos. lib. iiij. cap. xxx. num. 5 fo.85
Offertorium vt cantetur, à patribus receptum eſt, ídque de cauſa. lib. iiij. cap. xxvij. nu. 5. & 6 fo.84
Offertorium, vnde nomen traxerit. ibidem, numero 7.
Offertorium, vbi quandóve fiat. lib. iiij. c. xxvij. nume. 3 fo.83
Offertorium, triplex. Et ex quo illud fieri debeat. lib. iiij. cap. xxx. num. 4 fo.85
Offertorij verſus, hodie ſæpe intermittitur, ídque temerè. lib. quarto. cap. xxvij. nume. 4 fo.84
Offertorio facto, quid faciat ſacerdos. lib. iiij. cap. xxvij. num. 8 fo.84
Officium, quid. lib. v. cap. ij. num. 1 fo.128
Officium Primitiuæ Eccleſiæ, primùm cuilíbet liberum, & vagum fuit ac ſolutum. Tandem poſteà à Hieronymo presbytero, procurante Theodoſio Imperatore, & mandante Damaſio Papæ, ordine, canone, & legibus eſt diſtinctum & ornatum. ibidem, numero. 2. & 3
Officium nocturnum, media nocte celebrandum, quinque de cauſis. lib. v. cap. ij. nume. 2 fo.136
Officium Gregorianum, per vniuerſam Eccleſiam diuulgatum fuit: & Ambroſianum ſolùm Mediolani celebrari conceſſum. ídque poſt multas multorum doctorum, Epiſcoporum, conciliorum, & Imperatoris altercationes: ac tandem miſſas ſortes. lib. v. cap. ij. num. 5 fo.129
Officium ſeptem dierum à Paſchate. lib. vj. ca. lxxxix. num. 1. 2. 4. & 5 fo.230
Officium nocturnum vnde auſpicetur ſacerdos. lib. v. cap. iij. num. 9 fo.137
Officium diei ſequentis, incipit à veſperis. & cur ita. lib. v. cap. ix. num. 2 fo.149
Officium matutinum & veſpertinum, præferuntur alijs, pſalmorum numero. ibid. num. 2
Officium dominicale, in primo nocturno. Et quid primum nocturnum referat. lib. v. ca. iij. num. 18. & 19 fo.138
Officium Eccleſiaſticum, in quibus conſiſtat. lib. vj. cap. j. num. 23 fo.154
Officium veſpertinum in quo ſit dignius matutino. lib. v. cap. iiij. num. 4 fo.141
Officium ſecundæ feriæ, primæ Dominicæ quadrageſimalis. lib. ſexto. cap. xxxiij. nume. 1 fo.184
Officium diurnum feriæ quintæ Dominicæ quadrageſimalis. Et eius forma. lib. vj. cap. lxxiij. nume. 1. & 3 fo.203
Officium quartæ feriæ ieiuniorum Aduentus. lib. vj. cap. viij. num. 1 fo.163
Officium nocturnum, quare in quatuor parteis eſt diuiſum. lib. quinto. capit. iij. nume. 6 fo.137
Officium mortuorum, ad quid careat ſecundis veſperis. lib. v. cap. ix. num. 10 fo.150
Officium qualiter fiat ſeptem diebus poſt paſcha. lib. vj. cap. lxxxix. nume. 14. 15. 16. 19. & 20 fo.232. & 233

Officij celebrandi tempus, quando incipiat. lib.v.cap.iij.num.1 fo.136
Officij diurni intentio. lib.vj. cap. xij. nume.2 fo.165
Officij ratio circa lectiones, à Paſchate vſque ad Trinitatem.lib.vj.cap.lxxxix.nume.6.& 8 fo.231
Officij Eccleſiaſtici compilatores. lib.v.cap.ij. num.4 fo.129
Officia Eccleſiaſtica,nacta diligentem auſcultatorem,magnam gignunt ſuauitatem.lib.j. in prœmio.num.1 fo.1
Officia diuina, an hodie figura careant.lib.j. in prœmio.num.6 fo.1
Officia diurna, in pſalmis non variantur: nocturna ſic. Et cur ita. lib.v. capit.x. nume.11 fo.151
Officia cur Eccleſia inchoet à tempore Veris, ſiue renouationis. lib.ſexto. capit.j.nume.12 fo.153
Officia ſingula ſingulis, non plura vni conferenda.in adnotatione in lib. ij. capit. j. in fi. fo.32
Oleum conſecratur ſexta feria Dominicæ in ramis: idque tripliciter. lib.vj. capit. lxxiiij. nume. 1.& 2 fo.204
Oleum infirmorum, quomodo conſecretur. Et quare.ibid.nu. 3.5.6.7.& 8 fo.204.205 & 206
Oleum chriſmatum. ibid.num.4 fo.205
Oleum benedictum, ſalutatur. Et quoties,& quorſum.ibid.num.19 fo.207
Oleum catechuminorum. Et eius vſus duplex. ibid.nume.21 fo.207
Olympias, quid. lib. viij. capit. iij. nume. 28 fo.288
Orale, ſiue velum, quod ſuo capiti epiſcopus imponit,quid ſignificet. lib.iij. cap.ix. num.1 fo.44
Orare nos vult Chriſtus: licet nihil ſit inſcius eorum, quæ nobis conferunt. Et maximè ob rationes quinque. lib. iiij. cap. xlvij. nume. 5 fo.114
Orandum eſt, verſus orientem, multis de cauſis.lib.v.cap.ij.num. 57 fo.134
Orandum pro omnibus fidelibus. lib.iiij. cap. xxxvij.num. 3 fo.95
Oratio Dominica, poſt verſus, in officio dicitur.Et quæ preces ſequantur illam.& quorſum.lib.v.cap.iij.num.14.& 15 fo.138
Oratio Dominica,eſt ſal noſtra officiorum diuinorum. lib.v.cap.v.num.17 fo.147
Oratio Dominica in principio & fine horarum canonicarum, dicenda eſt.lib.v.cap.ij.num.6. fo.129
Oratio Dominica, duplici ordine diſtincta. lib.iiij.cap.xlvij.num.8 fo.114
Oratio noſtra à Deo incipere, ab eodem terminari debet.lib iiij.cap.xv.num.1 fo.68
Oratio,vnde dicatur.& vnde originem habuerit.lib.iiij. cap.xv.num.4 fo.69
Oratio cur fiat hora tertia. Et quàm variè, pro loci,regionis,& proceſsionis conditione. lib.v.cap.vj.num.1 fo.147
Oratio,obſecratio,& poſtulatio,quid differant. ibid.num.2 fo.148
Oratio & ieiunium, quam vim habeant.lib.iij. cap.iiij.num.3 fo.41
Oratio, cur principium à patre, finem verò à filio ſortiatur.lib.iiij.cap.xv.num.6 fo.69
Oratio Dominica dicitur in horis, ſubmiſsè. Et cur ita. Et cur etiam perinde Symbolum Apoſtolorum. lib.v. capit.v. nume.10. & 11 fo.146
Oratio vnica,in ſummis feſtis, dicitur. Et qua idipſum ratione. lib. iiij. capit. xv. nume. 16 fo.70
Oratio Dominica, tanquàm ſumma & maxima,ſubijcitur à ſacerdote,amplectenda à populo.lib.iiij.cap.xlvij.num.3 fo.114
Oratio habenda eſt breuibus. lib. iiij. cap.xv. num.3 fo.68
Orationis Dominicæ expoſitio.lib.iiij.c.xlviij. num.1 115
Orationis Dominicæ ſeptem petitiones. Et earum diſtributio ibid.num.7.& 8 fo.114
Orationis Dominicæ ſumma.lib.iiij. cap.xlvij. num.6 fo.114
Orationes cui competat dicere. lib.iiij. cap.xv. num.2 fo.68
Orationes pro quibus faciendę.lib.iiij.c.xxxvj. num.17 fo.95
Orationes dicuntur ad dextrum cornu altaris,communione facta.lib.iiij.cap.lvij.num.3 fo.125
Orationes qualiter terminari debeant in exorciſmis.lib.iiij.cap.xv.num.12 fo.70
Orationes,cur dicantur collectæ. lib.iiij.ca.xv. num.13 fo.70
Orationes, flectamus genua, vel, humiliate capita veſtra Deo,cur tantùm præmittantur. lib.iiij.cap.viiij.num.3 fo.66
Orationis Dominicæ vis. Et commendatio à quatuor cauſis. lib. iiij. capit. xlvij. nume.4 fo.114



fol. 114
Orationes dicendæ in templo,quot numero.libro iiij.cap.xv.nume.15 fol.70
Orationes cur dicantur in ſingulis horis. libro quinto.cap.ij.nume.55 fol.134
Orationum verba,qualiter intelligantur. libro iiij.cap.xv.nume.5 fol.69
Ordines celebrantur & conferuntur ſabbato poſt Pentecoſten. libro ſexto. capi. cxiij. nume.3 fo.247
Ordines Eccleſiaſtici, ſpiritualiter, & ſpecialiter in Eccleſia deſignantur. libro ij.cap.j.nume.53 fol.32
Ordines conferuntur ſabbato quartæ Dominicæ quadrageſimalis. Et cur ita. lib.vj.cap.lix. nume.2 fo.195
Ordines duo ſunt in Eccleſia: ac lectionum duo modi,ſiue formæ. lib.v.cap.ij. nume.48 fol. 133
Ordines treis ſub lege Euangelica.libro v.cap. iij.nume.25 fo.139
Ordines Eccleſiaſtici, quot. libro ij. capi.j. nume.50 fol.32
Ordinum quidam ſacri, quidam non. Et vtrorunque enumeratio. libro ſecundo. cap.j.nume.51 fo.32
Organorum vſus,vnde profectus.libro iiij.cap. xxxiiij.nume.10 fol.92
Ornamenta violacea, quo tempore adhibeantur. libro tertio. capit. xviij. numer.9. & 10. fol. 50
Ornamenta varia adhibentur in feſto natiuitatis Dominicæ. libro primo. capit. iij. numer. 40. fol.11
Ornamenta altaris, à Diaconis lauanda. libr.j. cap.iij.nume.49 fol.12
Ornamenta quindecim Pontificibus accommodata, quid moneant. libro tertio.cap.j.nume. 9. fol.39
Ornamenta Eccleſiaſtica,benedicenda ſunt. libro j.cap.viij.nume.27 fo.25
Ornamentis rubeis,quando ſit vtendum. lib.iij. cap.xviij.nume.4 fo.50
Ornamentis viridibus quando ſit locus. libr.iij. cap.xviij.nume.7 fol.50
Oſanna,quid ſignificet. Et cur geminetur.libro iiij.cap.xxxiiij.nume.8.& 9 fo.92
Oſculatur altare Sacerdos,manibus ab ipſo altari remotis.Et quid ita.libro iiij.cap.xxxix.nume.7 fol.97
Oſculatur miniſtros Epiſcopus.Et qua id admonitione.Idque variè. libro iiij.cap.ix.nume.3. 4.& 5. fo.64
Oſculatio altaris,quotuplex. Et quid ſignificet. lib.iiij.cap.xxxix.nume.5 fol.97
Oſculum altaris,quid notet.Item Euangelij.libro iiij.cap.ix.nume.1.& 2. fol.63
Oſculum, quatuor ſacramenta ſignificat. libro iiij.cap.liij.nume.10 fol.122
Oſtiarius,vnde dictus.Et eius officium.libro ij. cap.iiij.nume.1.& 5. fo.33
Oſtiarius,idem,quod ianitor.ibid.nume.2
Oſtiarij inſtitutio,ex Concilio Tholetano. lib. ij.cap iiij.nume.4 fo.33
Oua,quid notent in Eccleſia. libro j.cap.iij.nume.43 fo.11
Oza percuſſu, à Domino,quòd eius arcam temerè tetigiſſet. Item,Bethſamitæ.lib.iiij.cap. xxxij.nume.4 fo.89

P

PAcem petens Sacerdos,quorum precibus innitatur,& ſuffragijs.libro iiij.cap.xlix.nume.4.& 5. fol.117.& 118
Pacificare & adiuuare, an idem. Item,cuſtodire & regere. libro quarto. capit.xxxvj.nume. 15. fo.95
Palla altaris,quid: & vnde dicatur. lib.iiij. cap. xxix.nume.7 fo.85
Pallam ſuper altari diſponit Diaconus, Sacerdote manus abluente. libro quarto.capi.xxix. nume.1 fol.84
Pallium Romanorum Pontificum,quale. libro iij.cap xvij.nume.14 fo.49
Pallium quorum ſit proprium. Et quid ſignificet. libro tertio.cap.xvij.nume.1.& 2. fo.48
Pallij duplicitas,quid ſignet. lib.iij.cap.xvij.nume.6.& 7. fo.48
Pallij quatuor cruces,quid ſignificent. ibidem, nume.8
Pallij tres acus, quid notent. Et quid acus aurea.ibid.nume.9.& 10.
Pallij forma & compoſitio. lib.iij. cap.xvij.nume.3 fo.48
Pallij circulus, eſt timor Domini. ibidem, nume.4
Pallij vſus. libro tertio. capit.xvij. numero 12. fol. 49
Pallio quibus diebus vti licet: quibus non. & vbi. lib.iij.cap.xvij.nume.13 fo.49
Panis in ſacrificio debet eſſe de frumento, & vinum de vite. libro quarto.capit.xlj.nume.6 fol. 99

Panis ſacrificij,debet carere ſale.Et de eius forma.lib.iiij.cap.xlj.nu.7.& 8 fo.99

Panis ſacrificij,non debet eſſe fermentatus,ſed azymus.lib.iiij.cap.xlj.nu.9 fo.100

Panis fractio,in altari. Et eius intellectus. lib. iiij.cap.xlj.nu.31 fo.101

Panis an conſecretur prius,quàm vinum : aut econtrà.aut ſimul & vnà. libro quarto.capit. xlj.nume.43 fo.102

Panis & vini oblatio,quid ſignet:cùm & vnum ſolùm ſacrificium ſint.libro quarto.cap.xxx. nume.15 fo.86

Panem ſuperſubſtantialem quem petamus.lib. iiij.cap.xlviij.nu.13 fo.116

Panes ſacerdotales,item,propoſitionis.lib.iiij. cap.xxx.nu.6.& 7 fo.85

Panes quinque ſunt nobis neceſſarij.lib.iiij.cap. xlviij.nu.12 fo.116

Pantheon,à quo tempore,& cur Romæ ædificatum.lib.vij.cap.xxiiij.nu.1 fo.275

De Pantheo,quid ſit,à quo primùm extructũ: dein inſtauratum,poſtmodùm cui dicatum, & iamiam conſecratum ſit,vide ſuſiſsimè in adnotatione in lib.j.cap.vj.in fine. fo.19

Papa,eſt caput Eccleſiæ:Cardinales, cardines. lib.ij.cap.j.nu.17 fo.29

Papa non vtitur baculo paſtorali : duabus de cauſis.lib.iij.cap.xv.nu.5 fo.47

Papa,in ſeptem locis, oſculum accipit.lib.iiij. cap.liij.nume.13 fo.123

Papa volens communicare, quare accedat ad ſedem ſuam.Et quando communicet in altari.Et qui Euchariſtiam accipiẽtes,ab eo oſculum recipiant. Et de communione,eiúſque forma.latè. libro quarto. cap.liiij.nume.5.6. 7.8.& 9 fo.123

Papæ nomine cur oretur. Et ex cuius inſtitutione.Et pontificis etiam nomine.lib.iiij.cap. xxxvj.nu.16 fo.95

Papæ ritus celebrandi quinta feria dominicæ in ramis.lib.vj.cap.lxxv.nu.13 fo.208

Paradyſus,locus refrigerij. libro quarto.capit. xlv.nume.64 fo.111

Paradyſus adquid pingatur in Eccleſia,adquid Infernus.lib.j.cap.ij.nu.21 fo.9

Paramentis nigris quando ſit vtendum.lib.iij. cap.xviij.nume.6 fo.50

Paraſceue. Et eius diei officium.libro ſexto. capit.lxxvij. nu.1.4.5.6.7.18.& 19 fo.209. 210.& 211

Paraſceues officium, cur ordiatur à lectionibus.Et cur duæ dicatur lectiones.libro ſexto. cap.lxxvij.nu.2.& 3 fo.209

Paraſceues die,cur potius legatur paſsio Domini ſecundum Ioannem, quàm ſecundum cæteros.ibidem,nume.8

Paraſceues die,cur legatur euangelium ſuper pulpito nudo. Item nudis pedibus. ibidem, nume.9.& 10

Paraſceues feſtum cur non agit Eccleſia cum lætitia.ibidem nu.29

Paſcha celebratur in plenilunio.Et quando.lib. vj.cap lxxviij.nume.5.& 6 fo.214

Paſcha annotatiuum, quid.lib.vij.cap.j.nu.38 fol.262

Paſcha,quid.Et vnde dictum.lib.vj.cap.lxxxvj. nume.2 fo.226

Paſcha,cur non admittat hymnos.lib.vj.cap. lxxxvij.nume.2 fo.228

Paſcha,cur potius à græca,quàm hebraica lingua nomen ſortitum.Aut potius latina lib. vj.cap.lxxxvj.nume.3.& 4 fo.226

Paſcha ſemper celebrandum die dominico.Et quorſum ibidem. lib.vj.cap.lxxxvj.nu.11.12. 13.14.& infrà. fo.227

Paſcha triplex fecerunt Iudæi,quod erat figura noſtri Paſchatis.lib.vj.cap.lxxxvj.nume.15 fo.227

Paſcha:vnde ortum ducat.Et quàm varius eius vſus apud Authores,pete ex adnotatione in lib.vj.cap.lxxxvj.in fine. fo.228

Paſcha nos debemus adinuicem ſalutare, & oſculum præbere, ídque Romani pontificis exemplo.lib.vj.cap.lxxxvj.nu.18 fo.228

Paſchalis terminus & Paſchatis claues.lib.viij. cap.xij.nu.1.2.4.5.6.7.8.& 11 fo.294

Paſchale tempus,octauam ætatem,hoc eſt vitam æternam deſignat.lib.vij.cap.x.nume.1 fol.267

Paſchale tempus, quid ſignificet. lib. vj. cap. lxxxvj.nume.1 fo.226

Paſchale tempus dicitur quinquageſima. lib. vj.cap.lxxxvj.nu.11 fo.227

Paſchale tempus habet tantùm vnũ allelu Ia in diebus profeſtis. libro ſexto. capit.lxxxix. nume.24 fo.233

Paſchales feriæ quot celebrandæ. lib.vj.cap. lxxxvj.nume.10 fo.227

Paſchatis diurnum officium : Et proceſsionis forma.libro ſeptimo.capit.lxxxviij.nu.2.& 3 fol.228

Paſchatis tempus, vnde incipit, & quomodo terminetur. libro ſexto.capit.lxxxvj.nume.5 fol.226







Paſchatis ſolennitas, celeberrima omnium.& variè pro varietate regionum. lib. vj.capit. lxxxvj.nu.6.& 9 fo.226.& 227

Paſchatis die nihil comedendum,quod non ſit benedictum à ſacerdote : ac ſigno crucis ſignatum, libro ſexto.cap.lxxxvj.nume.7.& 8 fol.227

Paſchatis feſtum, eſt alijs ſuperius.lib.vij.cap. j.nume.25 fo.260

Paſchatis ſeptimana treis tantùm pſalmos, & treis antiphonas habet. Et amplius.lib.vj.ca. lxxxvij. nume.3.& 4. limita tamen nume.5 fol.228

Paſchatis ſeptem ſeptimanæ.lib.vj.cap.lxxxvj. nume.16 fo.227

Paſchatis ſabbatum. lib.vj.cap.lxxviij.nume.1 fol.213

Paſchatis ſabbatũ,officiũ mutuatur totũ à nocte Paſchæ.ibid.nu.2.& 3 fo.213.& 214

Paſchatis ſabbatum,dicitur dies illuminata,tribus de cauſis.ibid.nume.4 fo.214

Paſchatis epiſtola:eiúſque interpretatio.Et variè. libro ſexto. capit.lxxxviij.nume.7.8.& 9 fo.230

Paſchatis euangelium. Item poſtcõmunio lib. vj.cap.lxxxviij.nume.11.& 12 fo.230

Paſchatis ſabbatum quas lectiones habeat:& quare ſine titulo & tono legantur. Et quot ſint numero. Et primæ interpretatio. lib.vj. cap.lxxxj.nume.1.2.9.10.& 12 fo.216

Paſchatis diuinum officium vnde ordiatur.lib. vj.cap.lxxxvij.nume.1 fo.228

Paſchatis veſperæ, vnde incipiant. lib.vj.cap. lxxxix.nume.9 fo.231

Paſsio Domini, non recipit benedictionem.& cur ita.lib.vj.cap.lxviij.nume.5 fo.199

Paſsionis Chriſti triplex habemus memoriale. lib.iiij.cap.xlij.nume.32 fo.108

Paſsionis officium cur Eccleſia auſpicetur à dominica quinta quadrageſ.libro ſexto cap.lx. nume.2 fo.195

Paſsionem cantantium voces, variè mutantur. lib.vj.cap.lxviij.nume.6.& 7 fo.199

Patena cur ſe ſignet ſacerdos.lib.iiij.cap.l.nu.2 fol.118.

Patenæ abſconſio ſeu velatio, quid ſignificet. lib.iiij.cap.xxx.nu.29.& 30 fo.87

Patenam adquid oſculetur ſacerdos. lib.iiij. cap.l.nume.4 fo.118

Patenam tradit ſacerdoti diaconus, finita oratione dominica.libro quarto.capit.l.nume.1 fo.118

Pater quis dicatur.Et cur Deus dicatur pater noſter. quámque variè. lib. iiij. capit. xlviij. nume.2 fo.115

Patrem,filium,& ſpiritum ſanctum,quomodo debeamus diligere.libro quarto.capit.xlviij. nume.16 fo.116

Patrum veteris teſtamenti adaptatio,cum pſalmo primi nocturni dominicæ. lib.v.cap.iij. nume.20.21.& 22 fo.139

Patriarcha,quis dicatur. libro ſecundo.capit.j. nume.18 fo.29

Patriarchæ,qualiter effingantur.libro primo. cap.iij.nume.11 fo.9

Patrini qui non poſsint eſſe in confirmatione vel baptiſmo. libro ſexto. capit.lxxxiiij.nu.9 fol.224

Patrini neceſſarij síntne ad baptiſmum:qui tanquàm ſponſores ſunt alienæ fidei.lib.vj.cap. lxxxiij.nume.34 fo.222

Patrini obligantur inſtruere ſuos filios ſpirituales.Et quales eſſe debeant.Et quot requirantur.ibidem,nume.35.& 36

Patrini qui non poſsint eſſe.ibidem,nume.38 fo.223

Pauimentum Eccleſiæ cur mundetur quinta feria dominicæ in ramis. Et cur detur ſymbolum competentibus.lib.vj.cap.lxxvj.nume.7 fol.209

Paulus,cur nominetur in collecta ſexageſimæ. lib.vj.cap.xxv.nu.7 fo.179

Paulus conuerſus eſt eodemmet anno, quo Chriſtus paſſus. libro ſeptimo. cap.iiij.nu.1 fo.264

Pauli conuerſio cur potiſsimum celebretur.Et eius diei officium. libro ſeptimo. capit.iiij. nume.2.& 3 fo.264

Pax,eſt quadruplex. libro quarto. cap.lij.nu.4 fol.121

Pax,variè & multipliciter accipitur.lib.iiij.cap. xxxix.nume.5 fo.97

Pax vobis,verſ.cur dicatur ab Epiſcopo in Miſſa.lib.iiij.cap.xiiij.nume.7 fo.67

Pax,quæ datur in Miſſa quid ſignificet.Et vnde id præſignatum.Et cur non in Miſſa pro defunctis.libro quarto.capit.liij.nume.1.2.& 8 fol.122.

Pax dari non debet in Miſſa defunctorum.lib. vij.cap.xxxv.nume.30 fo.278

Peccator, hœdo comparatur. lib.vj.capit.xlv. nume.3 fo.188

Peccatum,in quotuplici ſit differentia.lib.iiij. cap.xij.nume.3 fo.65

Peccatum remittitur:& quo ad culpam, & quo ad pœnam,per ſanguinem Chriſti.lib iiij.cap. xlij.nume.30 fo.107
Peccatum in Deum,vel in proximũ,an debeamus remittere:an verò potius punire.lib.iiij. cap.xlviij.nume.11 fo.116
Peccatum negare in nobis , non poſſumus.lib. iiij.cap.xlvj.nume.4 fo.111
Peccata ſunt debita pœnæ. Et quotuplicia ſint debita,quæ petimus nobis remitti.lib.iiij.cap. xlviij.nume.9 fo.115
Peccata,ſeptem modis remittuntur.lib.vj.cap. xxiiij.nume.8 fo.176
Pectẽn , diſcretionem ſignificat. lib.iiij.cap.iij. nume.3 fo.57
Pectus,quando & cur tondamus. lib.iiij.cap. vij.nume.3 fo.62
Pectus baptizati vngitur,cum inuocatione trinitatis.lib.j.cap.viij.nume.13 fo.24
Pedum lotio , an ſit mandatum potiùs,quàm conſilium.lib.vj.cap.lxxv.nu.4 fo.208
Pentecoſte , quid. Et vnde dicatur. lib.vj.cap. cvij.nume.1 fo.243
Pentecoſtes *vigilia, cur celebretur baptiſmus,* ſicut & ſabbato ſancto. lib.vj.capit.cvj.nu.1 fol.242
Pentecoſtes Miſſa : & eius expoſitio. ibidem, nu.3.4.5.6.7.8.9.& 10 fo.242.& 243
Pentecoſtes feſtum , an habeat octauas.lib.vj. cap.cvij.nu.2 fo.244
Pentecoſtes nocturnum , quot habeat lectiones,quótque pſalmos.ibidem,nume.3.& 4
Pentecoſtes lectiones tres,quid ſignificent.ibidem,nume.6
Pentecoſtes Miſſa.Et eius expoſitio. ibidem, nume.7.& 11 fo.244.& 245
Pentecoſtes feſtum,cur quinquaginta diebus à Paſchate celebretur.ibi.nu.9.& 10 fo.245
Petrus Apoſtolus, Miſſámne primus celebrauit in partibus orientalibus:etiã in Antiochia: an verò Iacobus. lib.iiij.capit.j.nume.5.& 7 fol.53
Petrus,quid ſignet,myſticè.Item,quid rete.lib. vj.cap.lxxxix.nume.27 fo.234
Petrus , Antiochiæ fuit incathedratus. lib.vij. cap.viij.nume.1 fo.266
Petrus Apoſtolus,fuit tripliciter exaltatus.ibidem,nume.2
Petrus compoſtellanus Epiſcopus , author eſt antiphonæ : Salue regina . lib.iiij.capit.xxij. nume.3 fo.75
Petrus Apoſtolus,Aduentum inſtituit,in honorem quadruplicis Dominici aduentus.lib.vj. cap.ij.nume.2 fo.155
Petrus & Paulus eiſdem die & anno paſsi ſunt. lib.vij.cap.xv.nu.1 fo.270
Petri feſtum triplex , propter prærogatiuas treis.lib.vij.cap.viij.nu.3 fo.266
Petri incathedratio,antiquitus feſtum epularũ Petri dicebatur.Et eius diei officium.ibidem, nume.4.& 5 fo.266.& 267
Petri ad vincula feſtum,quomodo inſtitutum. Et quare.eiúſque diei officium . lib.vij.cap. xix.nume.1.2.3.4.& 5 fo.271
Petri & Pauli officia , diſtinxit Gregorius.lib. vij.cap.xv.nu.2 fo.270
Petri & Pauli octauæ,quod habeant officium. ibidem,nume.3 fo.270
Philippi & Iacobi minoris feſtum cur dicatum Calendis Maijs. Et eius diei officium.lib.vij. cap.x.nume.2.& 7 fol.267
Phylacterium,quid.lib.j.cap.iij.nu.26 fo.10
Picturæ ſanctorum , ad quid in Eccleſijs variè inſtitutæ.Et vnde ſit petitũ illud ipſum exemplum.lib.j.cap.iij.nu.17 fo.9
Picturarum & cortinarum vſus in Eccleſia,earúmque varia ſignificatio.libro primo.capit. iij.nume.1 fo.8
Picturarum & imaginum in Eccleſia varia eſt ſedes.lib.j.cap.iij.nume.5 fo.8
Picturarum varietas,varietatem virtutum notat.lib.j.cap.ij.nume.22 fo.9
Pili vnde manent:& quo conſilio reſcindantur maximè viris eccleſiaſticis.libro ſecũdo.cap. j.nume.32 fo.36
Piſcis caro,cur non interdicitur in ieiunio.lib. vj.cap.vij.nu.22 fo.162
Pneuma allelu Ia, quid ſignificet . lib.iiij.cap. xx.nume.6 fo.74
Pœnitentes cur admittãtur in Eccleſiam ſexta feria dominicæ in ramis.lib.vj.cap.lxxiij.nu. 4.5.& 6 fo.204
Pœnitentia, in tribus conſiſtit. lib.vj.cap.xxix. nume.1 fo.183
Pœnitentia,tria neceſſariò requirit.lib.vj.cap. xxvij.nume.12 fo.181
Pœnitentiæ vis ſumma.Et quotuplex ſit.lib. vj.cap.xxviij.nume.19 fo.183
Pœnitentiæ fructus quis.libro ſexto.cap.xxxij. nume.4 fo.184
Polyandrum,quid.lib.j.cap.v.nu.5 fo.13
Pontifex Maximus , cur exterius cappam rubeam gerat.Et cuius conceſsione poſsit gerere chlamydem purpuream ; & coccineam


tunicam




tunicam:atque imperialia ornamenta omnia. lib.iij.cap.xix.nu.18.& 19 fo.52
Pontifex Romanus vtitur regno.lib.iij.cap.xiij. nume.8 fo.46
Pontifex Romanus quot ordines clericorum poſsit adhibere in celebratione. lib.ij.cap.j. nume.49 fo.32
Pontifex Romanus quas oblationes tangat. lib.iiij.cap.xxx.nume.38 fo.88
Pontifex qua de cauſa , aut ſignificatione deoſculetur ſacerdotem iam inſtitutum.lib.ij. cap.x.nume.13 fo.37
Pontifices,quãdo ſandalia & caligas aſſumant. Et eorum ſignificatio. libro tertio. cap.viij. nume.2.3.& 4 fo.43
Populus in Miſſa ſalutatur ſeptem vicibus. Et qua id potiſsimùm ſignificatione.lib.iiij.cap. xiiij.nume.9 fo.67
Populus cur ſe oſculetur in Miſſa,mulieres nõ, Et quid ita.libro iiij.cap.liij.nu.3.5.6.7.& 9 fol.122
Populus Iſraëliticus,treis potiſsimùm ſolennitates colebat.lib.vij.cap.j.nu.26 fo.260
Poſtcõmunio,cur ſic dicta. Et quid.lib.iiij.cap. lvj.nu.1.& 3 fo.124.& 125
Poſtcommunio, quid denotet.ibidem nume.2 fol.124
Poſtcommunio , quæ dicatur menſe Septembri Sabbato quatuor temporum.lib.iiij.cap. lvij.nume.4 fo.125
Poſtcommunio,quæ contineat. lib.iiij.cap.lvij. nume.2 fo.125
Poteſtates duæ ſunt.lib.iiij.cap.xxxvj.nume.18 fol.95
Pranſus an poſsit conficere.libro quarto.cap.j. nume.27 fo.55
Prædicatio,ſublimi loco debet fieri.lib.iiij.cap. xxvj.nume.3 fo.83
Prædicatio,qualis eſſe debeat.ibidem,nu.4
Prædicationis vſus,vnde.libro quarto.cap.xxvj. nume.1 fo.83
Prædicationis officium, cui competat.ibidem, nume.2
Prædicationem quæ ſequãtur.lib.iiij.cap.xxvj. nume.5 fo.83
Prædicatoris officium.libro ſexto.cap.xxxviij. nume.4 fo.186
Prædicatores pro terrenis prædicantes , nihil capiunt.lib.vj.cap.cxix.nu.2 fo.250
Præfatio.quorſum inſtituta.& vnde dicta.lib. iiij.cap.xxxiij.nume.2.& 3 fo.89
Præfationis principium,quibus literis notetur. lib.iiij.cap.xxxiij.nu.1 fo.89
Præfationis declaratio.& nu.6.Et amplius.ibidem. numer.7.8.9.10.11.12.13.14.& 34 fo.90.& 91
Prægnans ſi baptizetur,an partus cenſeatur baptizatus.lib.vj.cap.lxxxiij.nu.24 fo.222
Præces cur dicantur in Completorio.lib.v.cap. x.nume.9 fo.151
Præces quæ dicendæ , in Prima.libro v.cap.v. nume.8 fo.146
Prælatus iners & expers ſcientiæ,eſt quaſi campana ſine plectro.lib.j.cap.iiij.nu.6 fo.12
Prælatus quiſquam non poteſt ſe vniuerſalem appellare.lib.ij.cap.j.nu.21 fo.29
Prælati & ſacerdotes,ſcientia & virtutibus debent eminere.lib.j.in procemio.nu.3 fo.1
Presbyter,quis dicatur.& vnde.Et an à ſapientia,an ab ætate dicatur.libro ſecundo.capit.x. nume.5 fo.36
Presbyteri inſtitutio,quibus conſtet.lib.ij.cap. x.nume.10 fo.37
Presbyteri manus,ab Epiſcopo inunguntur,& qua forma.lib.j.cap.viij.nume.14 fo.24
Presbyterorum inſtitutio,vnde primùm.lib.ij. cap.j.nume.25 fo.29
Pretioſa,antiphona an in matutinis , an potius in Prima locum habeat. libro quinto.cap.v. nume.18 fo.147
Prima,principium diurni officij,quorſum inſtituta.lib.v.cap.v.nu.1 fo.145
Proceſsio,ſiue potius ſupplicatio,ad inſtar caſtrenſis aciei inſtructa,quid notet.Atque noſtræ huius inſtitutionis collatio,cum veteris teſtamenti ritu.lib.iiij.cap.vj.nume.14.& 15 fol.61
Proceſsio , quos cantus poſcat . lib.iiij.cap.vj. nume.22 fo.62
Proceſsionis ſiue ſupplicationis ordo.lib.iiij. cap.vj.nu.17 fo.61
Proceſsionem in ramis palmarum facit Eccleſia,in eáque ſtationes aliquot.Et eius forma. lib.vj.cap.lxvij.nu.2.3.& 10 fo.197
Proceſsiones , vnde ortum habuerint. lib.iiij. cap.vj.nume.16 fo.61
Proceſsiones quatuor,ſolennes . lib.iiij.cap.vj. nume.20 fo.62
Prophetia cur præmittatur Epiſtolæ vigiliæ natalis Domini.lib.vj.cap.xij.nu.3 fo.165
Prophetiæ diei natalis Domini, cur præmittantur Epiſtolis.lib.vj.cap.xiij.nu.20 fo.168
Proſtrationes cur fiant in horis canonicis.Et quando.lib.v.cap.v.nu.14.& 15 fo.147


Propitiatorium,

Propitiatorium,eiuſdem longitudinis & latitudinis,cuius arca.Et quid dicatur propitiatorium.lib.iiij.cap.j.nu.15 fo.54
Pſalmiſta,vnde dictus. Et eius officium.lib.ij.cap.iij.nume.3 fo.33
Pſalmiſta,quàm variè dicatur.Et cur rara de eo mentio in ſacris canonibus.libro ſecũdo.cap.iij.nume.1.&.2 fo.33
Pſalmus ſequens in quadrageſima : Qui habitat.lib.vj.cap.xxviij.nume.11 fo.182
Pſalmus idem,cur in diuerſis ſolennitatibus legatur.lib.v.cap.ij.nume.38 fo.132
Pſalmus:Deus regnauit,cur dicatur dominicis & feſtiuis diebus,& pſalmus Miſerere.ferialibus.lib.v.cap.iiij.nume.17 fo.142
Pſalmus ſextæ feriæ.libro quinto.cap.iiij.numer.25 fo.143
Pſalmus:Qui habitat.dicitur,contra nocturnas tentationes.lib.v.cap.x.nu.4 fo.151
Pſalmi treis in Prima.Et quid ſignificent.lib.v.cap.v.nume.4 fo.145
Pſalmi : Beati immaculati.excellentia.ibidem.nume.5
Pſalmi nouem,quare dicantur die dominica,in Prima.ibidem,nume.6
Pſalmi & Epiſtolæ Pauli, cur maximè legantur ab Epiphania, ad ſeptuageſimam vſque.lib.vj.cap.xix.nume.2 fo.173
Pſalmi : In te Domine ſperaui.quare dicuntur tantùm ſex verſus.libro quinto.capit.x.nu.5 fol.151
Pſalmi duo per dominicas noctes , ad laudes mutantur à Septuageſima,vſque ad Paſcha.lib.vj.cap.xxiiij.nu.20 fo.177
Pſalmi graduales,quot:& vnde dicti.lib.v.cap.ij.nume.39 fo.132
Pſalmi quare dicantur alternatim.lib.v.cap.ij.nume.36 fo.132
Pſalmi dicuntur ſex, in diuinis horis.lib.v.cap.ij.nume.37 fo.132
Pſalmi,qui per ſingulas ferias mutantur,& cantica , quæ in illis dicuntur , quomodo inter ſe conueniant , & temporis gratiæ ſucceſsibus coaptentur.vide latè per diſcurſum.lib.v.cap.iiij.nume.23 fo.143
Pſalmi : Deus meus:& Laudate Dominum de cœlis.cur nunquàm mutentur . lib.v.cap.iiij.nume.21 fo.143
Pſalmi quinque,cur in Prima,& verſus : In manus tuas,&c.in Completorio potius,quàm in alijs horis ponuntur . libro quinto. capit.x.nume.12 fo.151
Pſalmi quinque in matutinis laudibus, quid ſignent.quos ordine ſubijcit,& examinat.lib.v.cap.iiij.nume.7 fo.141
Pſalmi octo,qui dicuntur in Laudibus,reſpondent octo ordinibus Eccleſiæ. lib.v.cap.iiij.nu.8.9.10.11.12.13.& 14 fo.141.& 142
Pſalmi duo : Deus meus.&, Deus miſereatur.cur coniungantur & combinentur.lib.v.cap.iiij.nume.15 fo.142
Pſalmi qui dicantur in veſperis vigilia natiuitatis Domini.lib.vj.cap.xij.nume.4 fo.165
Pſalmi duo circa fontes cantantur.lib.vj.cap.lxxxix.nume.11 fo.232
Pſalmi qui dicantur in officio feriali,myſterialiter,loco illius:Iubilate.libro quinto.capit.iiij.nume.18 fo.142
Pſalmos an debeat hymnus ſequi,in Completorio.lib.v.cap.x.nume.6 fo.151
Pſalterium diuerſimodè portatur à diuerſis.lib.v.cap.iiij.nume.26 fo.144
Pſalterij triplex vſus,& quoties à Hieronymo verſum.lib.vj.cap.j.nu 34 fo.155
Purificationis feſtum , ſequitur feſta natalia, meritò.Et quòd Dominus fuerit in templo præſentatus duplici myſterio.lib.vij.cap.vij.nume.9.& 10 fo.266
Purificationis proceſsio , quid ſignificet , & à quo inſtituta.nume.15. Et cur in ea ferantur cerei ardentes . ibidem , nume.12.14.& 16 fol.266
Puluinar ſuppoſitum libro euangeliorũ,quid notet.lib.iiij.cap.xxiiij.nume.11 fo.77
Puluinar Miſſale,quid notet.libro iiij.capit.xj.nume.9 fo.65

## Q

QVadrageſima,cur ſub Ver inchoetur,& producatur ad Paſcha , præter tamen rationem temporis , quo Chriſtus ieiunauit.lib.vj.cap.xxviij.nume.6 fo.181
Quadrageſima cur in Miſſa dicatur:Humiliate capita veſtra Deo.ibidem,nume.7
Quadrageſima ſequitur quinquageſimam,& eius commendatio : libro ſexto.capit.xxviij.nume.1 .& 2 fo.181
Quadrageſima terminatur ſabbato poſt Pentecoſten.lib.vj.cap.cxiij.nu.3 fo.247
Quadrageſima,offerimus Deo decimas.lib.vj.cap.xxviij.nume.4 fo.181





Quadrageſimæ prima Dominica : quæ dicitur quintana.Et cur dicta quadrageſima. eiúſque introitus. libro vj.cap.xxxij.nume.1 .& 6. fol. 183.& 184
Quadrageſimæ tempore , ornamenta Eccleſiæ vetantur & conteguntur : non ſine magna ſignificatione.lib.j.cap.iij.nume.34 fo.10
Quadrageſimam à natali,vſque ad purificationem,cum lætitia celebrare debemus. libr.vj.cap.xx.nume.8 fo.175
Quadrageſimale tempus,eſt tempus luctus.libro vj.cap.xxviij.nume.12 fo.182
Quieſcentes in Chriſto, qui dicantur. libro iiij.cap.xlv.nume.5 fol.111
Quinquageſima,eſt multiplex. lib.vj,cap.xxvij.nume.1 fo.180
Quinquageſima Pſalmorum, eſt triplex. ibidẽ nume.2
Quinquageſima annorum,annus Iubileus. ibidem,nume.3
Quinquageſima,quid notet.Et vnde dicatur.ibidem,nume.4.& 6
Quinquageſimæ officium matutinum. libr.vj.cap.xxvij.nume.8 fo.180
Quinquageſimæ officium quódnam in miſſa.lib.vj.cap xxvij.nume.10 fo.180
Quotuplex benedictio. libro ſexto. cap.xxxix.nume.2 fo.186

## R

RAmi,cur gerantur virides,Dominica ſexta quadrageſimali . libro vj. cap.lxvij.nume.8.& 9 fol.198
Rami , cur benedicantur ſexta Dominica quadrageſimæ.ibidem,nume.11
Raphaël,quid ſonet Latinè. & cui officio præſit.lib.iiij.cap.xxxiij.nume.19 fo.91
Rationale, vnde, & quò hoc nomen ſortitum.lib.j.in procœmio nume.18 fo.2
Rationale hoc,in octo partes diuiditur.ibidem nume.19
Rationale, ſexto loco adſumebat Sacerdos legalis.Et qua ſignificatione.Simul de eius compoſitione.lib.iij.cap.xix.nume.12 fo.52
Rationale,& rationabile,quid differant.lib.iiij.cap.xl.nume.9 fol.98
Rationalis loco, quid hodie ſucceſſerit. lib.iij.cap.xix.nume.14 fo.52
Rebecca.gratia interpretatur. lib.vj.cap.xxxix.nume.4 fo.186
Reconciliatio fit etiam , ad exemplum & terrorem inducendum. libro j.cap.vj. nume.44 fol. 19
Reges & Prophetæ, etiam in veteri teſtamento vngebantur:aliter tamen,quàm hodie.lib.j.cap.viij.nume.20 fo.24
Regum vnctio, & Principum , quid differat ab vnctione Pontificum. lib.j.cap.viij. nume.21 fol. 25
Regnum Dei,quod petimus aduenire,quod dicatur.Et quàm varia regna. lib.iiij.cap.xlviij.nume.17.& 18 fo.116.& 117
Regularis Lunaris,quid. lib.viij.cap.viij.num.1 & 2. fol.292
Religio,vnde nomen ſortita. libro ij.cap.j. nume.13 fo.28
Religioſi,celebraturi ſe calciare debent: etiam ſi diſcalciati ſoleant ambulare. libr.iiij.cap.ij.nume.2 fo.57
Religioſi collationem Completorio præmittunt.& qua id ratione aut exemplo. lib.v.cap.ix.nume.11 fo.150
Reliquiæ Sanctorum,vbi & quomodo condantur.lib.j.cap.vij.nume.25 fo.21
Reliquiæ Sanctorum , aut Chriſti, an neceſſariæ ad Eccleſiæ conſecrationem. Et quid notent.lib.j.cap.vij.nume.23 fol.21
Remedia duo contra peccatum.lib.vj.ca.lxxiij.nume.2 fo.203
Requies triplex optatur defunctis. lib.iiij. cap.lij.nume.5 fo.121
Reſponſorium Dominicæ primæ Aduentus , & eius expoſitio. libro ſexto. capit.iij. numer.2 fol. 157
Reſurrectionis Dominicæ officium. lib.ſexto.cap.xcvj.nume.2 fo.237
Reſponſio,& cum ſpiritu tuo,vnde orta.lib.iiij.cap.xiiij.nume.4 fo.67
Reſponſorium, vnde dicatur. libro iiij.cap.xix.nume.6.fol.73. & libro quinto.cap.ij.nume.53. fol.134
Reſponſorium,& allelu Ia,dicuntur diebus ſeptem poſt Paſcha. libro ſexto.cap.lxxxviij.nume.13 fo.235
Reſponſorium primum Aduentus , habet treis verſus.& cur. libro ſexto.cap.iij.nume.4.5.6.& 7. fol.157.& 158
Reſponſorium ſecundum Aduentus. Tertium, Quartum,Quintum,Sextum, Septimũ,Octauum & Nonum. lib.vj.capit iij. nume.8.10.11.12.&14. fol.158
Reſponſoriũ,& allelu Ia,dicitur diebus ſeptem poſt Paſcha.lib.vj.ca.lxxxix.nu.13. fo.232

Reſponſorium horæ primæ. lib.v.cap.v.nu.7 fol.145
Reſponſoria dominica, in Tertia, Sexta, & Nona, conuenienter reſpondent reſponſorijs ferialibus.lib.v.cap.viij.nu.3 fo.148
Rhotomagenſe concilium, quid ſtatuerit de turificatione. libro quarto.cap.xxxj.nume.4. fol.88
Rogationes quo tempore fiant:& cur cantentur litaniæ.lib.vj.cap.cij.nu.1 fo.239
Rogationum dominica, quid moneat. lib.vj. cap.cj.nume.1.2.& 3 fo.239
Romanus Pontifex Petri eſt ſucceſſor, Chriſti vicarius.lib.vj.cap.liij.nu.11 fo.191
Roſa aurea Pontificis Maximi, quid ſignificet. lib.vj.cap.liij.nu.8 fo.191
Roſa ſpiritualiter ſignificat Chriſtum.& eiuſdem roſæ ratio. libro ſexto.capit.liij.nume. 9.& 10 fo.191

S

SAbaoth, quomodo interpretetur.lib.iiij.cap. xxxiiij.nume.6 fo.92
Sabbatum quatuor temporũ Septembris, quid moneat.libro ſexto.cap.cxxxiiij.nume.1.& 2 fol.255
Sabbatum vacans. Et vnde hoc nomen ſortitum.lib.vj.cap.lxvj.nume.1 fo.197
Sabbatum vacans, in quo ſit priuilegiatum.ibidem, nume.2
Sabbatum quartæ Dominicæ quadrageſ.quid tractet.lib.vj.cap.lix.nu.1 fo.194
Sabbatum ſecundæ dominicæ quadrageſ.quid agat. Eiúſque officium. libro ſexto.cap.xlv. nume.1.2.& 5 fo.188
Sabbatum primæ dominicæ quadrageſ.& eius officium.libro vj.cap.xxxviij. nume.1.2.& 5 fol.186
Sabbatum dominicæ tertiæ quadrag.iuſtitiam & miſericordiam Domini ad ſalutem ducere oſtendit. Et eius officium.libro ſexto.cap.lij. nume.1.& 4 fo.189.& 190
Sabbatum præcedens primam quadrageſimæ dominicam, non habet quicquam proprium. lib.vj.cap.xxxj.nume.1 fo.183
Sabbatum in albis, quod habeat officium.lib. vj.cap.xcv.nume.1.2.4.5.& 6 fo.236
Sabbatum poſt Pentecoſten, vnde Miſſam auſpicetur. Et eius expoſitio, etiam myſticè. lib. vj.cap.cxiij.nu.1.2.4.5.6.& 7 fo.247
Sabbati Paſchatis priuilegium.lib.vj.cap.lxxxv. nume.9 fo.226
Sabbato ſancto, cur non dicatur graduale: ſed allelu Ia, & tractus. Et cur eodemmet die lumen non portetur ad euangelium: ſed incenſum.lib.vj.cap.lxxxv.nu.4 fo.225
Sabbato Paſchatis, cur obmittatur offertorium. Item poſtcommunio. lib.vj.cap.lxxxv. nume.6.& 7 fo.225
Sabbato Paſchatis, cur breues veſperæ, & vnà cum Miſſa terminentur. lib. vj. capit.lxxxv. nume.8 fo.225
Sabbato quatuor temporum Aduentus, quatuor lectiones tantùm veteris teſtamenti leguntur. Et quid ita.lib.vj.cap.x.nume.1.& 4 fo.163.& 164
Sabbato ſancto Miſſa aliter & præter morem celebratur. Et quorſum. lib.vj. capit.lxxxv. nume.2 fo.224
Sacerdos accinctus, ad altare accedens, quid notet. Et eius proceſsionis ordo, & forma. Et quorumlibet ſignificatio, fuſiſsimè per diſcurſum.lib.iiij.cap.vj.nu.1.2.& 3 fo.59.& 60
Sacerdos oſculatur euangelium:euangelio dicto à diacono. Et qua id ſignificatione.lib. iiij.cap.xxiiij.nume.32.& 33 fo.79
Sacerdos cur turificetur, dicto euangelio.ibidem.nume.34
Sacerdos, qualiter ſe diſponere debet initio Miſſæ.lib.iiij.cap.xj.nu.1 fo.64
Sacerdos, initio Miſſæ cur ad dextram altaris partem primùm deflectat.ibidem, nume.2
Sacerdos, quo conſilio aut intentione oſculetur humerum Epiſcopi. & quid in Romana Eccleſia.lib.iiij.cap.lviij.nu.1.& 2 fo.126
Sacerdos, cur dicit in Miſſa ſub fractione hoſtiæ, Pax Domini ſit ſemper vobiſcũ.lib.iiij. cap.lj.nu.14 fo.120
Sacerdos cur oret voce demiſſa, implorato ſtatim populi ſuffragio.lib. iiij.cap. xxxij.nu.5. 6.7.8.9.& 10 fo.89
Sacerdos cur tollat vocem, incipiẽs: Per omnia ſecula ſeculorum.ibidem.nume.11
Sacerdos cur manum tollat ab altari, incipiẽs: Per omnia ſecula ſeculorum ibidem.nu.12
Sacerdos, quare quinque vicibus ſe vertat ad populum ſalutandum. lib. iiij.cap.xiiij.nu.10 fol.68
Sacerdos cur ſemper voluat ſe ad dextram.lib. iiij.cap.xiiij.nu.11 fo.68
Sacerdos quare brachia extendat in octaua parte canonis.lib.iiij.cap.xliij.nu.3 fo.108
Sacerdos, cur ſe inclinet, cancellatis manibus, ante pectus: in nona parte canonis. lib.iiij. cap.xliiij.num.4 fo.110
Sacerdos mutat locum in altari. Et id qualiter, quáre ſignificatione. lib.iiij.cap.xxij.nume.1 fo.75
Sacerdos quare in communione, non accipit calicem per ſe, ſed à diacono. lib.iiij.cap.liiij. nume.2 fo.123
Sacerdos quid agere, dicere, aut meditari debeat, ante corporis & ſanguinis Dominici ſumptionẽ. Quid poſt. lib.iiij.ca.liiij.num.10. & 14 fo.124
Sacerdos non debet ferre veſtes ſacras, niſi virtutibus ornatus fuerit. lib.iij.cap.j.nume.5 fo.39
Sacerdos benedicens, dicit: hæc dona, hæc munera. Et qua id ſignificatione. Et an, & quatenus illa differant.latè. Et cur dona, potius, quàm, donum, dicat.lib.iiij.cap.xxxvj.nume.9 & 10 fo.94
Sacerdos antè, quàm ad altare accedat, quid agere debeat.lib.iiij.cap.iij.num.6 fo.57
Sacerdos conuerſus ad populum, omnium orationes petit quámq, is orationem adſumat. Et cuius exemplo, aut præcepto. lib.iiij.cap. xxxij.num.3 fo.89
Sacerdos faciens cruces, manus ſuper menſa altaris extẽdit, & qua id ſignificatione.lib.iiij. cap.xlvj.num.15 fo.112
Sacerdos populum precibus lauat. lib. iiij. cap.xlvij.num.2 fo.113
Sacerdos miſſurus aquam in vinum, cur pauxillum in terram fundat.lib.iiij.ca. xxx.nu.20 fo.86
Sacerdos non debet intereſſe ſecundò nubentibus.lib.ij.cap.j.num.47 fo.32
Sacerdos Miſſam defunctorum celebrans, vt eius mortem incurrat, deponatur. lib.vij.cap. xxxv.num.35 fo.278
Sacerdos ſumens ſanguinem, debet tenere calicem, vtraq; manu.lib.iiij. cap.liiij. nume.12 fo.124
Sacerdos quare percutiat pectus ſuum, in vndecima canonis parte. lib.iiij. cap.xlvj.num.1.2. & 3 fo.111
Sacerdos, in Miſſa quare ſedeat.lib.iiij.ca.xviij. num.1.& 2 fo.72
Sacerdos cur ſe inclinet, dicturus: ſupplices, &c. lib.iiij.cap.xliiij.num.2 fo.109
Sacerdos, quis: & vnde dictus. Et qui olim.lib.ij. num.7.& 9 fo.36.& 37
Sacerdotis manum ſeu humerũ dextrum oſculatur Diaconus. Et quare id. lib.iiij. cap.l.numero 3. fo.118
Sacerdoti quæ pœnitentia imponenda, propter ſanguinem fuſum, vel hoſtiam ſacramenti quomodolibet maculatã. Ex decreto Cõcilij Aurelianenſ. lib.quarto. capit. xlij. nume. 18 fo.106
Sacerdote vno deficiente quouis caſu, poſt conſecrationem, an alius debeat totum, vel partem ſupplere. lib.quarto. capit.xlj. nume.47 fo.103
Sacerdotes, vicem Chriſti gerunt. lib.ij. cap.x. num.12 fo.37
Sacerdotes, mediatores inter Deum, & hominem.lib.ij. cap.xj.num.14 fo.38
Sacerdotibus pluribus vni Epiſcopo concelebrantibus, an ille ſolus conficiat, qui primitus pronuntiat verba. lib.iiij. cap. xlj. numero 50. fo.103
Sacerdotibus imperitis non eſt detrahendum. lib.j.in prooemio.num.5 fo.1
Sacerdotalis ordo, vnde duxerit initium.lib.ij. cap.x.num.1 fo.36
Sacerdotalis ordinis dignitas & eminẽtia.lib.ij. cap.x.num.12 fo.37
Sacramentum, quid. quid myſterium. Et quid myſterium differat à miniſteris. lib.j. cap.ix. num.1.& 2 fo.26
Sacramentum, dicitur actiuè & paſsiuè. lib.iiij. cap.xlij.num.27 fo.107
Sacramentum, conſiſtit in tribus. ibidem, numero 28.
Sacramentum corporis Chriſti, quomodo ſit myſterium fidei.lib.quarto.cap.xlij. num.20 fo.106
Sacramentum corporis Chriſti, tria habet.ibidem, num.27
Sacramentum mure corrodente, quid comedatur. Item, quid incineratur.dum ſacramentum crematur.lib.iiij.cap.xlj.num. 32. & 33 fo.101
Sacramentum vnum, dignius alio, quatuor modis.lib.j. cap.ix.num.16 fo.27
Sacramentum, an vnum tantùm, an diuerſa. lib.iiij.cap.xlij.num.23.& 24 fo.107
Sacramentum, quare ſub vtraque ſpecie ſumatur.lib.iiij.cap.xlij.num.1 fo.104
Sacramentum altaris, cur quotidie Eccleſia repetat. libro quarto. capit.xlij. numero 31. fo.108
Sacramentum dignitatis & voluntatis, quid. lib.j.cap.ix.num.6 fo.26

Sacramenti fractio. Et an Chriſtus prius fregerit, quàm conſecrarit: aut contrà. Merè diuina, & paradoxa. lib. iiij. capit.xlj.nume.15 fo.100

Sacramenti formæ nihil eſt addendum, detrahendum, tranſponendum, aut mutandum.lib. iiij.cap.xlj.num.46 fo.103

Sacramenti dignitas & excellentia. lib.iiij.cap. xliiij.num.6 fo.110

Sacramenti diffinitio.lib.primo.cap.ix. nume.3 fo.26

Sacramenta varia ſunt. lib. j. cap. ix. nume. 4 fo.26

Sacramenta ordinis & neceſsitatis, an, & à quando à laico præſtari poſsint. ibidem, numero 5.

Sacramenta legalia, & euangelica differunt. lib.iiij. cap.xlij.num.26 fo.107

Sacramenta, quibus de, cauſis ſint inſtituta. lib.j.cap.ix.num.17 fo.27

Sacramentorum diſpenſatio, quomodo Deo, & quomodo miniſtris competat.lib.ij. cap.ix. num.17 fo.36

Sacrificans in fermentato, an conficiat. lib.iiij. cap.xlj.num.11 fo.100

Sacrificium, quid. lib.iiij. capit. xxx. nume.10 fo.85

Sacrificium Miſſę, quod primum, & maximum. lib.iiij.cap.j.num.17 fo.54

Sacrificium factum à malo ſacerdote, valet perinde ac factum à bono. Et quid ita.lib.iiij. cap.j.num.18 fo.54

Sacrificium ſeptem vicibus ſignatur in canone. & qua idipſum admonitione. lib.iiij. cap.xlvj. num.19 fo.112

Sacrificium altaris, ex quo confici debeat. lib.iiij.cap.xxix.num.2 fo.84

Sacrificium iuge, in veteri teſtamento. lib.v. cap.iiij.num.3 fo.141

Sacrificium laudis. lib. iiij. cap. xxxvij. num.4 fo.95

Sacrificium altaris, pro quibus offerri debeat. lib.iiij.cap.xxxvj.num.14 fo.94

Sacrificium antiquitus quibus vaſis, & cuius generis fiebat.lib.j.cap.iij.num.44 fo.11

Sacrificij faciendi vetus mos: maximè de oratione ſacerdotis inter ſacrificandum. lib.iiij. cap.xxxiij.num.6 fo.90

Sacrificia tria Miſſa offert. lib.iiij.cap.j. nu.16 fo.54

Sacrificia Eccleſiæ, quot.lib.iiij.ca.xxxvj.nu.12 fo.94

Sacrificiorum legalium diuerſa genera. lib.iiij. cap.xxx.num.33 fo.87

Sacrificiorum antiquorum ſignificatio.lib.iiij. cap.j.num.14 fo.54

Sal cur prius benedicatur, quàm aqua. lib.iiij. cap.iiij.num.9 fo.58

Sal cur miſceatur aquæ luſtrali: & quid notet. lib.j.cap.vj.num.10 fo.16

Salomon exorciſmi modos inuenit.lib.ij.ca.vj. nume.3 fo.33

Sanctus, Sanctus, Sanctus, hymnum quis primùm inſtituerit. Et quorum ſit ille hymnus. lib.iiij.cap.xxxiiij.num.1.& 2 fo.91

Sanctus, Sanctus, Sanctus, cur ter cantetúr. & eius explicatio.ibid.num.3.4.5.& 7 fo.92

Sancti coronati, & eorum nomina. lib. vij. cap.xxxvj.num.1 fo.279

Sancti, & eorum reliquiæ, an debeant honorari & venerari.lib.ſeptimo.capit.j.nume.2.3.& 6 fo.263

Sanctorum feſta quibus de cauſis Eccleſia celebret.lib.vij.cap.j.num.1 fo.258

Sanctorum noui Teſtamenti quadruplex differentia.ibid.num.4 fo.259

Sanctorum nulli, latriam vel ſacrificium debemus.ibid.num.5

Sanctorum catalogo nullus adſcribendus, niſi per Romanum Pontificem.ibidem, nume.29 fo.261

Sanctorum octauæ, cur celebrentur: non tamen omnium.ibid.num.42 fo.263

Sanctorum octauæ, varij ſunt generis. ibidem, nume.44 fo.263

Sanctorum ferias quo ordine Author proſequatur.ibid.num.49 fo.263

Sanctorum omnium feſtum, vnde primùm: Et quibus de cauſis inſtitutū.lib.vij.ca.xxxiiij. nume.2.& 4 fo.275

Sanctorum omnium feſtum ieiunium habet inſtitutionis. Et eius diei officium.ibidem, numero 5.6.& 8

Sanctorum omnium die, quo ordine legantur lectiones.ibidem, num.7

Sanctorum ſuffragia, quorſum fiant.lib.v.ca.ij. num.64 fo.135

Sanctorum commemoratio, quare fiat Dominica quinta in paſsione.lib.vj.cap.lx. nume.5. & 6 fo.195

Sanctorum orationes nobis conferunt. lib.vj. cap.cxxvj.num.2 fo.252

Sandalia, vnde dicantur. & eorum forma.lib.iij. cap.viij.num.5 fo.43


Sandalia,




Sandalia, ex corio albo fiunt interdum.libro iij. cap.viij.nume.7 fo.43

Sandalia, eò quod capiti conueniunt, quid deſignent.lib.iij.cap.viij.nume.10 fo.44

Sandaliorum apertura, & clauſura, quid ſignificent lib.iij.cap.viij.nume.6 fo.43

Sandaliorum corrigiæ, quid notent. lib.iij.capi. viij.nume.9 fo.43

Sandalijs vti, quibus licet: & quibus prohibetur.lib.iij.cap.viij.nume.11 fo.44

Sanguis ſi profluat à naſo ſacerdotis, quid agendum.lib.iiij.cap.xlij.nume.19 fo.106

Sanguis Chriſti, pro quibus ſit effuſus.libro iiij. cap.xlij.nume.29 fo.107

Sanguis à Chriſto quinquies exiuit. libr.vj.cap. lxx.nume.11 fo.200

Sarcophagus, quid. quid pyramis.lib.j.cap.v.nume.9 fo.14

Satellitem ſtygium quatuor fugant. lib.j. cap. vij.nume.8 fo.20

Saul nobis eſt exemplo.libro ſexto.cap.cxv.nume.4 fo.249

Scalæ ad altare.lib.j.cap.ij.nume.17 fo.7

Scandalum, quid. libro primo.cap.vj.nume.43 fol.19

Scripturæ ſacræ, quadruplici ſenſu expenduntur.lib.j.in proœmio.nume.5.& 13 fo.1.& 2

Scripturæ, cur dicantur vetus teſtamentum. Et quare ſcriptura, nouum.lib.vj.cap.j.nume.21 & 22 fo.154

Scrutinium, quid.lib.vj.cap.lvj. nume.2 fo.192

Scrutinium, qua ſolennitate fiat. Et nume.6. Et quo tēpore, quáve hebdomada.ibid.nu.3.& 4

Scrutinium, cur fiat quarta feria quartæ Dominicæ quadrageſi.ibid.nume.5 fo.193

Scrutinium, populis annuntiandum. Et qua forma.lib.vj.cap.lvj nume.10 fo.193

Scrutinij cæremoniæ explicantur. libro vj.cap. lvj.nume.8 fo.193

Secreta, in quot partes diuidatur. libro iiij.capi. xxvij.nume.2 fo.83

Sectæ hominum, tres in ſumma.lib.ij.cap.j.nume.1 fo.27

Seculum, quid: & vnde dicatur. libro iiij.cap.xv. nume.8 fo.69

Sedendi vſus, vnde.lib.iiij.cap.xvj.nu.9 fo.71

Sedes Epiſcopales, in ſingulis Eccleſijs, quid notent.lib.j cap.j.nu.44 fo.5

Senarius numerus, perfectus. Item, nouēnarius. lib.iij.cap.j.nume.8 fo.39

Senſus corporis noſtri quinque, quibus æquiparentur.lib.j.cap.vij.nume.34 fo.22

Senſus quinq; exercentur, in Euchariſtiæ ſacramento.lib.iiij.cap.xlvj.nume.20 fo.113

Sepeliri non debent omnes intra Eccleſiam. Et quinam.lib.j.cap.v.nume.12 fo.14

Sepeliri qui debeant in cœmeterio. lib.j. cap. v.nume.14 fo.14

Sepeliendi antiquitus mos. Et inde hodiernus. lib.j.cap.v.nume.13 fo.14

Sepulchrum, quid.lib.j.cap.v.nume.6 fo.13

Septembris hiſtoria, bipartitur.lib.vj.cap.cxxvj. nume.4 fo.252

Septimana, quid. & vnde dicatur. lib.viij. capi.v. nume.1 fo.290

Septimanæ dies qualiter nominentur ab Hebræis. qualiter à Chriſtianis. Item, qualiter à Gentilibus.lib.vij.cap.j.nu.7.8.9.10 fo.259

Septuageſima, vnde dicta. vnde Sexageſima. vnde Quinquageſima. Item, vnde Quadrageſima. Et cur non triceſima dicatur conſequenter.lib.vj.cap.xxiiij.nume.5.& 6 fo.176

Septuageſima, quódnam officium habeat in Miſſa.lib.vj.cap.xxv.nume.4 fo.178

Septuageſima, tempus eſt pœnitentiæ. Et quot de cauſis illa inſtituta. libro vj.capi.xxiiij. nume.1.& 2 fo.175

Septuageſima tempus iudiciale captiuitatis refert.lib.vj.cap.xxiiij.nume.10 fo.177

Septuageſima finitur ſabbato in albis. lib.vj.capi.xxiiij.nume.9 fo.176

Septuageſima, quod habeat euangelium. Et qualiter accipiatur. libro ſexto.cap.xxv.num. 8.& 11 fo.178.& 179

Septuageſimæ officiū.lib.vj.ca.xxv.nu.1.f.178

Septuageſimæ Epiſtola. & ſummarium. lib.vj. cap.xxv.nume.5.& 6 fo.178

Septuageſimæ inueniendæ terminus. Item Pentecoſtes.lib.viij.cap.xij.nume.9 fo.295

Septuageſimæ tempore, cur ſubticeantur cantica lętitiæ.lib.vj.cap.xxiiij.num.12.13.14.15 16.& 17 fo.177

Septuageſimæ quinq; ſunt. lib.vj.cap.xxiiij.nume.4 fo.175

Sequentia ſeu proſa, quid. & quídnam notet. libro iiij.cap.xxij.nume.1 fo.75

Sergius Papa.lib.iiij.cap.lij.num.6 fo.121

Sermo in Eccleſia, qualis eſſe debeat. lib.j.cap. j.nume.48 fo.6

Serpens cum candela, qui defertur ad fontium proceſsionem, quid notet. libr.vj. cap.lxxxix. nume.12 fo.232

Seruitutis duæ ſpecies. libro quarto. cap.xxxix. nume.2 fo.96


D 2 Seſsiò

Seſsiò miniſtrorum in miſſa, quid notet.lib.iiij. cap.xviij.num.2 fo.72
Sethim,quid.lib.j.cap.j.num.13 fo.4
Sexageſima, quorſum inſtituta. Et quid ſonet. lib.vj.cap.xxvj.num.1.& 2 fo.179
Sexageſimæ euangelium. lib. ſexto. cap. xxv. num.3 fo.179
Sexta, adquid inſtituta. lib. quinto. cap. vij. num.1 fo.148
Sextilis antè,iam Auguſtus. lib.vj. cap.cxxj.numero 2 fo.251
Signa cur fiant ſuper euchariſtia.lib.iiij. c.xliij. num.7 fo.108
Signa cur fiant cum tabula, ad tenebras ſextæ feriæ Dominicæ quadrageſimalis. lib.vj.cap. lxxij.nume.4 fo.201
Signorum diuerſitas. lib.iiij. cap.xlij. nume.25 fo.107
Silentium eſt triplex. lib. vj. cap. xiiij. num.2 fo.168
Simacus Papa.lib.iiij.cap.xiij.num.5 fo.66
Simon vbi prædicarit. lib. ſeptimo. cap.xxxiij. nume.3 fo.275
Solennitas, quid.& vnde dicatur. lib.vij. cap.j. num.17 fo.263
Solis regulares,& vnde dicantur. lib.viij.cap.v. num.5 fo.290
Solſtitia duo ſunt in anno ſolari. Et quid ſolſtitium & vnde dictum.lib.viij. cap.iij. nu.24 fo.288
Sother,Papa.lib.iiij.cap.x.num.6 fo.64
Sotheri Papæ edictum,ne mulieres contingant vaſa ſacra.lib.iiij.cap.xxix.num.6 fo.85
Sonorum treis ſpecies. lib.v. cap.ij. nume.66 fo.136
Spirituale certamen quomodo ineundum ab epiſcopo.lib.iij.cap.j.num.6 fo.39
Spiritus ſancti ſeptem dona, correſpondent ſeptem Eccleſiæ ordinibus.lib.ij.cap.j. num.52 fo.32
Spiritus ſanctus in confirmatione, eſt tanquàm tutor populi. lib.ſexto. capit.lxxxiiij. nume.2 fo.223
Spiritus Sanctus, cur dicatur paracletus. lib.vj. cap.cvij.num.8 fo.244
Sponſæ anulus datur, & qua ſignificatione. lib.j.cap.ix. num.10 fo.26
Sponſus & ſponſa, benedicuntur primò à parentibus, deinde à ſacerdote. lib.j. cap.ix. numero 14.& 15 fo.27
Stallus in choro ad ſedendum, quid portendat.Quid pulpitum.lib.primo.cap.j.nume.32 fo.5
Statio, quid & vnde orta. lib. vij. cap.j.numero 20.& 21 fo.260
Stationum duæ ſpecies. lib.vij. cap.j. nume.22 fo.260
Stationum forma, & à quo in orbe inſtitutæ, & quorſum. ibidem,num.23.24 fo.260
Stella,quæ Magis adparuit,quid.lib.vj.cap.xvj. nume.3 fo.170
Stephani officium. lib. vij. cap. xlij. nume.3.4.& 15 fo.281.& 282
Stephani protomartyris feſtum quo die agatur, & cur ſtatim à natali Dominico. lib.vij. cap.xxj.nume.1 fo.271
Stephani & Ioannis Euangel.& Innoc. feſtum cur comitentur natiuitatem Domini. lib.vij. cap.xlij.num.1 fo.280
Stola ſubſequitur cingulum. Et quid ea notet. lib.iij. cap.v.num.1 fo.41
Stola, cur protendatur ad genua. ibidem, numero 2.
Stola,cur collo ſacerdotum, diaconorum verò humero imponatur. lib. tertio. cap.v.nume.4 fo.42
Stola,cur ad lumbos ſuccingatur. ibidem, numero 5.
Stola, eſt velut quoddam orarium:ſine quo nõ licet myſteria Eccleſiaſtica celebrare. ibid. num.6
Stola,collo ſacerdotis incumbens, quid notet. ibidem,num.7
Stola vti, quibus prohibitum. ibidem, numero 8.
Stolæ reflexio in vtrumq; humerum,quid ſignificet.lib.iij.cap.v.num.3 fo.41
Stupa,quæ comburitur in Eccleſia, quid ſignificet.lib.iiij.cap.iiij.num.13 fo.60
Subdiaconatus ordo, ſacer eſt. lib.ij. cap. viij. num.1 fo.34
Subdiaconus,epiſtola lecta, reuerentiam facit ſacerdoti, quáq; id ſignificatione. lib.iiij.cap. xvij num.1.& 3 fo.72
Subdiaconus, librum euangelij, refert, vacuo diacono.lib.iiij.cap.xxiiij.num.31 fo.79
Subdiaconus, cur in miſſa lectiones legat: præter eius ferè officium. lib.ſecundo.ca.viij. num.4 fo.34
Subdiaconus, quo amictu vtatur.ibidem, numero.5
Subdiaconus, vtram manum ſupponat libro euangelij. lib. quarto. capit. xxiiij. nume. 29 fo.79





Subdiaconus,manus ſacerdotis oſculatur,lecta epiſtola.ibid.nume.2 fol.3

T

Subdiaconus qualiter teneat patenam.lib.iiij. cap.xxx.nume.31 fo.87
Subdiaconi inſtitutio, qualiter fiat. lib.ij.cap. viij.nume.3 fol.34
Subdiaconorum ordo.libro ſecundo.capit.viij. nume.2 fo.34
Subdiaconos facere die dominica,an liceat.lib. ij.cap.j.nume.37 fo.30
Succinctorium duplex dependens ex cingulo, in ſiniſtro latere Pontificis, quid ſignet.lib. iij.cap.iiij.nume.2.& 4 fo.41
Sudarium Epiſcopi, quid.libro tertio.cap.xvj. nume.1 fo.47
Sudarium quod nobis conueniat.ibid.nume.2
Superpellicij vſus, & ſignificatio.& vnde fiat. lib.iij.cap.j.nume.10.11.& 12 fo.39.& 40
Symbolum, quid.libro quarto. cap.xxv.num.5 fol.80
Symbolum eſt triplex.& vnde dicatur.ibidem, nume.6
Symbolum Apoſtolorum, cur non dicatur in Miſſa quintæ feriæ, Dominicæ in ramis.lib. vj.cap.lxxv.nume.8 fo.208
Symbolum Apoſtolorum,cur dicatur in Prima & Completorio.lib.v.cap.x.nu.10 fo.151
Symbolum Nicenum. libro quarto.capit.xxv. nume.9 fol.81
Symbolum Apoſtolorum,immediatè ſequitur euangelium.libro quarto.capit.xxv.nume.1 fol.80
Symbolum, dicitur voce ſublata, maximè in Miſſa.In Prima autem & Completorio, demiſſa.ibidem,nume.2.& 3
Symbolum auſpicans ſacerdos,cur manus eleuet.ibidem,nume.4
Symbolum maius, quibus diebus adhibeatur. vide per diſcurſum. libro quarto.capit.xxv. nume.13.& 14 fo.81
Symboli cantandi in Miſſa vſus à Græcis profectus.lib.iiij.cap.xxv.nume.10 fo.81
Symboli expoſitio. lib. iiij. cap.xxv.nu.15.18. 19.20.21.22.23.24.25.27.29.& 30 fol.81.& 82
De Symbolo,quid ſit? quàm variè vſurpetur: Et de teſſeris collybiſticis, plura pete,ex adnotatione in libro quarto.capit.xxv.in fine. fol.82
Symeonis canticum cur cantetur in Completorio.lib.v.cap.x.nume.7 fo.151
Synagôga, quid. libro primo.capit.j.nume.3 fol.3
Tabernaculum quibus conſtet:& vnde dictum. Et adquid in Eccleſiam verſum. lib.j.cap.j.nume.6 fo.3
Tabernaculum veteris teſtamenti, ex quibus fuerit conſtructum.lib.j.cap.j.nu.12 fo.4
Templi antiqui diuiſio:& forma.lib.iiij.cap.j. nume.13 fo.53
Tempus,quid.& eius partes.libro octauo.cap. j.nume.4 fo.286
Tempus Hyemis & deuiationis repræſentat Eccleſia,à ſeptuageſima,vſque ad Paſcha.lib. vj.cap.j.nume.6 fo.152
Tempus Veris & renouationis, in Aduentu Domini.ibidem,nume.7
Tempus Aeſtatis & reconciliationis,in tempore paſchali.ibidem,nume.8
Tempus Autumni,& peregrinationis,à Penteccoſte, vſque ad Aduentum.ibidem,nume.9 fol.153
Tempus Paſcha præcedens, quid notet.Item quid ſequens.libro ſexto. cap.lxxxix. nu.12 fol.233
Temporis ſtatus,inſinuat virtutum ſtatum.lib. v.cap.viij.nu.2 fo.148
Tempora quatuor huius mundi conſiderantur iuxta quatuor diei ſummas partes.Item iuxta quatuor ſummas Chriſti actiones.lib.vj.cap. j.nume.10 fo.153
Tentamur à tribus:Deo,homine, & Sathana: ídque variè.lib.iiij.cap.xlviij.nu.7 fo.115
Tentatio Dei in hominem.libro quarto.cap. xlviij.nume.8 fo.115
Tentatio eſt quadruplex.libro ſexto.cap.xxxij. nume.9 fo.184
Tentator conatur auferre nobis conſiderationem cœleſtium præmiorum, vt facilius in eius retia irrepamus. libro ſexto.cap.xxxiij. nume.2 fo.185
Tentator cum viribus,verſutia & fraude ſit homine ſuperior, quî audeat homo certamen cum eo inire.lib.vj.cap.xxxij.nu.8 fo.184
Tentator, quotupliciter Dominum tentauit. lib.vj.cap.xxxij.nu.10 fo.184
Terra,eſt omnium mater.libro ſexto.cap.xxv. nume.9 fo.179
Teſtamentum,dicitur etiam promiſsio.lib.iiij. cap.xlij.nume.5 fo.105
Teſtamentum duplex,vetus & nouum.Et quid teſtamentum. libro ſexto. capit.j.nume.20 fol.154

Thebæ plures.libro ſeptimo.cap.xxxj.nume.2 fo.275
Theleſphorus Papa,inſtituit treis Miſſas cantari in die natalis Domini. Et quod eius fuerit inſtitutum de Prima.libro ſexto.cap.xiij. nume.17.18.& 19 fo.167
Theophania, ſecunda adparitio.lib.vj.cap.xvj. nume.5 fo.171
Theſauri Eccleſiæ quo conſilio edantur,in ferijs celebrioribus. libro primo.cap.ij.nu.42 fol.11
Thobias legitur xiij.dominica, poſt Pentecoſten.Et eius diei Miſſa:eiúſque expoſitio.lib. vj.cap.cxxvij.nu.1.2.3.& 4 fo.253
Tholetani concilij decretum, de pſallendi & miniſtrandi conſuetudine. libro quinto.cap. ij.nume.69 fo.136
Thomæ Apoſtoli officium Eccleſiaſticum.lib. vij.cap.xlj.nume.1 fo.280
Tiara ſiue cidaris,ſupremum capitis ornamentum legale:quod Pontifex vltimò adſumebat.Et eius ſignificatio. libro tertio.cap.xix. nume.15 fo.52
Thimiama, quid notet.Et à quo offerendum. lib.v.cap.ix.nume.5 fo.149
Timor,quo auertimur à malo, eſt triplex.lib. iiij.cap.xlviij.nume.6 fo.115
Tintinabulorũ genera ſex,quibus vtitur Eccleſia.lib.j.cap.iiij.nu.11 fo.13
Tractus,quid.Et quando & cur adſumatur in Eccleſia.Et vnde.libro quarto.cap.xxj.nu.1. & 3 fo.74
Tractus, & allelu Ia,quàm differant.ibidem, nume.2
Tractus,ſignificat captiuitatem babylonicam. lib.iiij.cap.xxj.nume.6 fo.74
Tractus ſequitur reſponſorium,in ſeptuageſima.lib.vj.cap.xxv.nu.7 fo.178
Tractus, vinea facta eſt, expoſitio.lib.vj.cap. lxxxj.nume.7 fo.217
Tractuum dicendorum ordo. lib.iiij.cap.xxj. nume.4.& 5 fo.74
Treni Hieremiæ, vnde dicantur. lib. vj.cap. lxxij.nume.13 fo.202
Trinitatis feſtiuitas cur ſequatur Paſchatis & Pentecoſtes ferias. lib.vj. cap.cxiiij.nume.1 fol.247
Trinitatis Miſſa:eiúſque diei officium,& illius expoſitio.ibidem,nu.4.5.& 6
Trinitatis feſtiuitas,variè & diuerſimodè celebratur.ibidem,nume.7
Tropologia,quid.lib.j.in prooemio.nu.11 fo.1
Tropus,quid.lib.vj.cap.cxiiij.nu.3 fo.248
Tropus,quid.& vnde dictus.libro quarto.cap. v.nume.6 fo.59
Tubarum vſus olim fuit,loco campanarum. lib.j.cap.iiij.nume.3 fo.12
Tunica talaris ſacerdotis.libro quarto.cap.xix. nume.10 fo.51
Tunica Epiſcopi, quid ſignificet.lib.iij.cap.x. nume.1 fo.44
Tunicæ duæ, in veteri teſtamento, & earum ſignificatio.lib.iij.cap.x.nu.2 fo.44
Tunicam vnam ſuper alia,cur induat Pontifex. lib.iij.cap.x.nume.4 fo.44
Turibuli forma,& ſubſtantia.libro quarto.cap. x.nume.2 fo.64
Turiferarius,cur ceroferarios & alios antecedat.lib.iiij.cap.vj.nu.6 fo.60
Turificatio, quid deſignet. lib.iiij.cap.iiij.nu.6 fo.58.& eod.lib.cap.x.nu.1 fo.64
Turificatio altaris, quid deſignet. lib.iiij.cap. viij.nume.1 fo.63
Turificatio altaris,ſuſcepta oblatione myſtica, quid innuat.Et qualiter, & quando fieri debeat.lib.iiij.cap.xxxj.nu.1.& 3 fo.88
Turres Eccleſiæ,quid ſignent.libro primo.cap. j.nume.21 fo.4
Tus,orationem ſignificat. libro quarto.cap. viij.nume.3 fo.63

## V

Vates,quis dicatur. libro ſecundo.capit.j. nume.3 fo.27
Velum Eccleſiæ,eſt triplex. Et quando tollatur.Et quando eleuetur. libro primo.cap.iij. nume.35.36.& 38 fo.10.& 11
Velum, eſt quintuplex. libro ſecundo. cap.j. nume.45 fo.31
Verba hæc,credo in ſanctã Eccleſiam catholicam,quomodo ſint accipienda.libro ſexto. cap.lxxxiij.nume.6 fo.220
Verba:omnis lingua confiteatur,cur intercerpta fuerint in introitu miſſæ quartæ feriæ dominicæ in ramis.lib.vj.cap.lxx.nu.3 fo.200
Verborum expoſitio, quæ canuntur,dum crux adoratur.lib.vj.cap.lxxvij.nu.23 fo.211
Verſus, quid notet. libro quinto.cap.ij.nu.42 fol.133
Verſus,vnde dicatur.libro quarto.cap.xx.nu.7 fol.74
Verſus reſponſorij,vel gradualis, quid ſignificet.lib.iiij.cap.xix.nu.8 fo.73

Verſus



Verſus ſequentiarum, cur dicantur à duobus. lib.iiij.cap.xxj.nu.7 fo.75
Verſiculi,in diuino officio,cur dicãtur.Et vnde dicantur.lib.v.cap.ij.nu.40 fo.132
Verſiculi,cur dicantur ante lectiones,in nocturnis.lib.v.cap.ij.nu.41 fo.133
Veſperæ adquid inſtitutæ. quid referant. Et quot pſalmis conſtent. libro quinto.cap.ix. nume.1.& 3 fo.149
Veſtimentum pedum,vnde traxerit originem. lib.iij.cap.viij.nu.1 fo.43
Veſtimenta communia Epiſcopis & ſacerdotibus.& eorum numerus, & authoritas.lib.iij. cap.j.nume.7.& 18 fo.39.& 40
Veſtimenta Eccleſiæ deſtinata,ne trahantur in priuatos vſus.lib.j.cap.iij.nu.48 fo.12
Veſtimentorũ legalium ſignificatio,iuxta allegoriam.lib.iij.cap.xix.nu.6 fo.51
Veſtimentorum legalium ſignificatio, ſecundum tropologiam.Et primò de fœminalibus. lib.iij.cap.xix.nu.7 fo.51
Veſtes ſacræ,vnde duxerint initium.lib.iij.cap. j.nume.2 fo.38
Veſtes epiſcopales.ibid.nu.3 fo.39
Veſtes Pontificis,quid ſignent.ibidem,nume.4 fol.39
Veſtium ſacrarum vſus,non debet eſſe quotidianus.lib.iij.cap.j.nu.1 fo.38
Veſtium varia ſignificatio, in ſacerdote euangelico.lib.iij.cap.j.nu.17 fo.40
Veſtium vſus varius cur inductus,præter etiam Chriſti morem.lib.iij.cap.j.nu.14 fo.40
Vexilla,ſunt ditionis & poteſtatis ſigna.lib.j. cap.vj.nu.28 fo.17
Vexilla cur ferantur in proceſsione.lib.vj.cap. cij.nume.8 fo.240
Viduam quid prohibeat velari ab Epiſcopo. lib.ij.cap.j.nume.46 fo.32
Vigiliæ,quid.vnde dictæ.Et cur ſublatæ.lib.vj. cap.vij.nume.8 fo.161
Vinum optimum ſumendum eſt: aliud tamen non violat ſacramentum. libro quarto.cãp. xlij.nume.10 fo.105
Vinum,die paraſceues ſumptum cum Dominico corpore ſeruato à quinta feria,an conſecretur,& ſanguis Chriſti efficiatur per immiſsionem ipſius corporis in calicem, & per eius tactum.lib.vj.cap.lxxv.nu.11 fo.208
Vinum ſi fuerit gelatum in calice,quid agat ſacerdos:Et quid,ſi muſca vel aranea, quídve aliud ceciderit in calicem. ibidem,nume.11. & 12 fo.106
Vino in calice prætermiſſo, quid agendum ſacerdoti.lib.iiij.cap.xlj.nu.49 fo.103
Vir & vxor an eodem ſepulchro ſint condendi.lib.j.cap.v.nu.17 fo.14
Virga Pontificis,quid notet.libro tertio.capit. xv.nume.7 fo.47
Virgines quænam habeant officium. lib.vij. cap.xlvij.nu.2 fo.285
Virgines conſecrandæ deponunt veſtes veteres,& induunt nouas. Et qua id ſignificatione.lib.ij.cap.j.nu.42 fo.31
Virginum officium.lib.vij.cap.xlvij.nume.1.2. 3.& 5 fo.284.& 285
Virginum conſecratio, quo tempore fiat.Et quo loco,quóve apparatu ac ordine. lib.ſecũdo.ca.j.nume.39.40.& 43 fo.31
Virginibus cur velum imponatur.libro ſecundo.cap.j.nume.44 fo.31
Virtutes quatuor,in libro ſapientiæ deſcriptæ. lib.j.cap.vij.nume.22 fo.21
Vita triplex.lib.vj.cap.lij.nu.6 fo.190
Vita æterna.lib.iiij.cap.xxv.nu.31 fo.82
Vita actiua & contemplatiua eſt in Eccleſia. lib.vj.cap.cvij.nume.1 fo.244
Vitia ſeptem capitalia.Cui reſpondent numero ſeptem populi Cananæorum. lib.iiij.cap. xlviij.nume.12 fo.114
Viſio eſt triplex.lib.vj.cap.iij.nume.9 fo.158
Vnctio facta ab Epiſcopo in fronte, quid differt ab ea, quam facit ſacerdos in ceruice, cum chriſmate.libro ſexto.cap.lxxxiiij.nu.4 fol.224
Vnctio exterior,an ſit neceſſaria ad ſalutem. lib.j.cap.viij.nume.5.& 11 fo.23.& 24
Vnctio adquid fiat in vertice.Et à quo inſtituta primùm.libro primo.capit.viij.nume.9.& 10 fol.24
Vnctio extrema,an ſit ſacramentum, quidam diſsident.Et de eius forma. Et quæ ætas requiratur.lib.j.cap.viij.nu.25 fo.25
Vnctionis duæ ſpecies.libro primo.capit.viij. nume.3 fo.23
Vniones in Chriſto treis.libro quarto.capit.x. nume.3 fo.64
Voluntas Dei, dupliciter intelligitur. lib.iiij. cap.xlviij.nu.14 fo.116
Voluntas Dei qualiter fiat,in cœlo & in terra. ibidem,nume.15

Vota,

Vota quæ dicantur. libro quarto. cap.xxxvij. nume.7 fo.95
Votorum multiplex differentia. libro ſexto. cap.vij.nu.9 fol.161
Vrbanus Papa,quid addiderit præfationi communi.lib.iiij.cap.xxxiij.nu.36 fo.91
Vrbanus Papa ſecundus, officium beatæ Mariæ quotidianum inſtituit. libro ſexto.cap.ij. nume.7 fo.156
Vriel,quomodo ſonet latinè.libro quarto.cap. xxxiij.nume.20 fo.91
Vtenſilium Eccleſiæ benedictio, quid notet. lib.j.cap.vij.nume.39 fo.22

Z

ZOdiaci ſigna. Et quid Zodiacus. lib.viij. cap.iij.nume.3 fo.287
Zodiaci ſignorũ explanatio.Primùm de Ariete:proximè de cæteris ordine.lib.viij.cap.iij. nu.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.&17 fol.287
Zona,quid. Et quid deſignet.libro tertio.cap. iiij.nume.1.5.&6 fo.41

Finis Indicis.



# RATIONALE, SEV ENCHIRIDION DIVINORVM OFFICIOrum, Gulielmo Durando, Præſule Mimatenſi, Authore.

## SVMMA.

1 Officia eccleſiaſtica,nacta diligentem auſcultatorẽ,magnam gignunt ſuauitatem.
2 Figuræ in diuinis,ſunt virtutum ſigna.
3 Prælati & ſacerdotes, ſcientia & virtutibus debent eminere.
4 Artẽ ſuã quiſq; diligenter curat & colit.
5 Sacerdotibus imperitis nõ eſt detrahẽdũ.
6 Officia diuina,an hodie figura careant.
7 Lex antiqua,quędam habet myſtica,quędam moralia.
8 Lex an recipiat mutationem. diſting.
9 Scripturæ ſacræ,quadruplici ſenſu expenduntur.& nu.13.
10 Allegoria,quid.
11 Tropologia,quid.
12 Anagôge,quid.
14 Inſtitutionum Eccleſiaſticarũ varius vſus: vt varius ortus.nu.15.& 17.
16 Durandus communem Eccleſiæ formam inſtituit,non ſingularem.
18 Rationale, vnde,& quò hoc nomen ſortitum.
19 Rationale hoc,in octo partes diuiditur.

## PROOEMIVM.

QVAECVNQVE in Eccle
1 ſiaſticis officijs,† rebus ac
ornamentis conſiſtunt, di-
Deut.32 uinis plena ſunt ſignis atq;
Iob 38 myſterijs, ac ſingula ſunt
Prou.25 cęleſti dulcedine redundã-
Ioãnis 4 tia: ſi tamen diligentem habeant inſpecto-
Iacobi 1 rem,qui norit mel de petra ſuggere, oleũq;
pſal.103 de duriſsimo ſaxo.Quis tamen nouit ordinẽ
Eſaię 12 cœli,& rationes ipſius ponet in terra?Scruta-
Apoca.3 tor quippè maieſtatis, opprimetur à gloria.
Cantic.2 Siquidem puteus altus eſt, & in quo aquam
Exod.25 hauriam,nõ habeo: niſi porrigat ille,qui dat
Sapiẽ.10 omnibus affluenter & non improperat: vt
Ioanis 3 inter medium montium tranſeunte hauriam
aquam in gaudio de fontibus Saluatoris.Licet igitur non omnium quę à maioribus tradita ſunt,ratio reddi poſsit.ff.de leg.l.non omniũ.xxiij.q.iiij.Nabuchodonoſor. in princ. quia tamen quod in his ratione caret, extirpandũ eſt.lxviij.di.cor epiſcopi.xij.di.omnia. Idcirco ego Gulielmus Durandi ſanctę Mimateñ.Eccleſię ſola Dei patiẽtia,dictus epiſcopus, pulſans pulſabo ad oſtium,ſi fortè clauis Dauid aperire dignetur: vt me introducat rex in cellam vinariã, in qua mihi ſupernũ demonſtretur exemplar, quod Moyſi fuit in monte monſtratum:quatenus de ſingulis quæ in eccleſiaſticis officijs,rebus aut ornamentis conſiſtunt:quid ſignificent & figurent, eo valeam reuelante clarè & apertè diſſerere:& rationes ponere:qui linguas infantũ facit diſertas: cuius ſpiritus vbi vult, ſpirat: diuidẽs ſingulis, prout vult:extrà de renuntiatio.cap.niſi.ad laudem & gloriã Tri
2 nitatis. ¶†Sanè hîc ſacramenta pro ſignis accipimus ſeu figuris:quæ ſiquidem figuræ nõ ſunt virtutes:ſed virtutum ſigna, quibus tanquam ſcripturis vtentes docentur.Signorum autẽ alia ſunt naturalia:alia poſitiua:de quo, & quid ſit ſacramentũ, dicetur in quarta parte ſub ſeptima particula canonis ſuper ver-
3 bo,myſterium fidei.¶† Sacerdotes igitur & prælati Eccleſiæ quibus datũ eſt noſſe myſteria:prout in Luca viij.habetur:& ſacramẽtorum partitores & diſpenſatores exiſtunt. xliij.diſt.diſpenſatio.ſacramenta intelligere, & virtutibus,quę per illa ſignificantur,fulgere debent,vt ex eorum luce cęteri ſimiliter illuminentur:aliôquin cæci ſunt & duces cæcorum:extrà de renuntiatio.cap.niſi.iuxta il-
lud propheticum: Obſcurentur oculi eorũ, Matt.15
ne videant.xxxvij.diſt.§.itaq;.Sed (proh do- Pſal.68
lor) ipſi hodie,vt plurimùm de his,quæ vſu quotidiano, in eccleſiaſticis contrectant rebus, & proferunt officijs,quid ſignificent,& quare inſtituta ſint, modicum apprehendũt: adeò vt impletum eſſe ad literam illud propheticum videatur:& erit ſicut populus, ſic
ſacerdos.Eſa.xxiiij. ferentes ſiquidem panes Eſaiæ 24
propoſitionis ad menſam Domini: atq; my- Leuit.21
ſteria,qui neq; intelligunt,neq; vident; tantum inde nimirum iuſto Dei iudicio habituri,quantum & iumenta panes ad vſum portantia aliorum.De qua ignorãtia rationem redditurí ſunt in die vindictę & iræ,quandoquidem cedri paradyſi tremebunt:quid ergo

faciet virga deſerti:eis enim per prophetam
Pſal. 94 dicitur:Ipſi verò nõ cognouerũt vias meas,
quibus iuraui in ira mea,ſi introibunt in re-
4 quiem meam. ¶Siquidem † liberalium atq;
quarũlibet artium profeſſores nudè fortè,&
incolorate in illis plerũq; contenta ſatagunt
cauſis & rationibus veſtire,fulcire atq; colo
rare. Pictores quoq; ac quilibet mœchanici
ſeu opifices,in quibuslibet operum ſuorum
varietatibus ſtudent , veriſimiles rationes &
cauſas reddere,& in promptu habere.Sed &
ſecundum ipſas mũdanas leges, turpe eſt pa
tricio & cauſas tractãti ignorare ius , in quo
verſatur.ff.de ori.iur.l.ij.§.poſt has.¶Verum
5 † licet ſacerdotibus ſciẽtia ſit valde neceſſa
ria ad doctrinã.extrà de hęre.cum ex iniun
cto.xxxviij.di.ſedulè.non eſt tamen ſimplici
bus ſacerdotibus etiam à ſcholaſticis detra-
hendum.xxxviij. di.quãuis.iuxta illud Exod.
xxij.Dijs non detrahes.Vnde ſecũdum Aug.
non irridebunt,ſi fortè aduerterint aliquos
antiſtites & miniſtros Eccleſię vel barbariſ-
mis & ſolœciſmis Deum inuocare: vel eadẽ
verba,quæ pronuntiant,nõ intelligere:per-
turbatéq; diſtinguere;ideò, quia talia corri-
genda non ſunt:ſed quia ſunt piè à ſcienti-
bus toleranda.¶Quæ autem ſacerdotes ſci-
re debẽt,in ſecunda parte ſub tractatu de ſa
6 cerdote dicetur. ¶Porrò non videtur, quòd
ea quæ in eccleſiaſticis fiunt rebus,atq; offi
cijs figuraliter fiant.Tum quia figuræ receſ
ſerunt:& eſt tempus hodie veritatis. Tum,
quia non debemus iudaizare. extrà de ſac.
vnct.in fine.Sed licet reuera figurę quarum
hodie veritas apparuit,receſſerint: tamẽ ad-
huc multiplex veritas latet:quam non vide-
mus:ꝓpter quod vtitur Eccleſia figuris:Ver
bi gratia : per veſtimenta candida,intelligi-
mus aliquo modo decorem animarũ noſtra
rum:ſcilicet gloriam immortalitatis noſtrę:
quam videre non poſſumus manifeſtè.xxx.
q.v.fœminæ. & in Miſſa à præfatione in an-
teà Chriſti paſsio repręſentatur:vt tenacius
& fidelius memoriæ teneantur.de conſecra.
7 di.ij.liquido.¶†Notandum autem eſt,quòd
eorum quæ in lege cõtinentur,alia ſunt mo
ralia :alia myſtica.vj.di.his.§.ita. ¶ Moralia
ſunt,quæ mores informant:& ſic intelligen
da ſunt , prout ipſa verba ſonant:vt diliges
Deum:honora patrem:non occides.& huiuſ
modi.¶Myſtica ſunt figuralia,quæ aliud ſi-
gnificant præter id,quod litera ſonat.¶Ho-
rum autem alia ſunt ſacramentalia:alia cæ-
remonialia. ¶Sacramentalia ſunt,de quibus
ratio reddi poteſt. ¶Quare ad literã ſic pręce-
cepta fuerunt:vt de circunciſione & de ob-
ſeruantia ſabbati & huiuſmodi.¶Cæremo-
nialia autem ſunt,de quibus ratio reddi non Deut. 22
poteſt,quare præcepta fuerunt : vt non ara- Ibidem.
bis in Boue & Aſino:non feres veſtẽ lino la
náq; contextam.Non ſeres agrũ diuerſo ſe-
8 mine.& huiuſmodi. ¶ †Siquidẽ quãtum ad
moralia lex non recipit mutatione,ſed quan
tum ad ſacramentalia & cæremonialia muta
ta eſt,quo ad ſuperficiem literæ:myſticus ta
men eorum intellectus mutatus nõ eſt:vn-
de non dicitur lex mutata: quamuis transla-
to in nos ſacerdotio ſit translata.extrà de cõ
9 ſti.translato.¶Sciendum†quoq; eſt,quòd in Hebr.7
diuinis ſcripturis eſt ſenſus hiſtoricus, alle-
goricus,tropologicus , & anagogicus. Vnde
ſecundum Boëtium: Omnis diuina authori-
tas aut ex hiſtoriali , aut allegorico , aut ex
vtroq; poſita intellectu. Et ſecundũ Hiero.
debemus diuinã ſcripturam trifariàm ſcru-
tari.¶Primò,iuxta literam. ¶Secundò,iuxta
allegoriam, id eſt,ſpiritualem intelligentiã.
¶Tertiò,ſecundum futurorũ beatitudinem.
Hiſtoria,eſt ſignificatio vocum ad res,videli
cet.quando res quælibet, quomodo ſecun-
dum literam geſta ſit,plano ſermone refer-
tur . vt quomodo populus Iſraëliticus ex Exod. 36
Aegypto ſaluatus, tabernaculum Domino
feciſſe narratur.Et dicitur hiſtoria ab ἱσορεῖν
quod eſt geſticulari.inde hiſtorici:id eſt ge-
* ſticulatores vocantur,quaſi hiſtriones.*
10 ¶†Allegoria,eſt quãdo aliud ſonat in litera,
& aliud in ſpiritu : vt quando per vnũ factũ,
aliud intelligitur : ꝙ ſi illud ſit viſibile , eſt
ſimpliciter ἀλληγορία:ſi inuiſibile & cœleſte,
tunc dicitur ἀναγωγή. Eſt etiam allegoria,
quando per alienum ſermonem alienus ſta-
tus deſignatur: vt cùm Chriſti pręſentia vel
Eccleſiæ ſacramenta,verbis vel myſticis re-
bus deſignantur. Verbi gratia, vt ibi: Egre- Eſaiæ 11
dietur virga de radice Ieſſe,quod apertè ſo- Exod. 14
nat: Naſcetur virgo Maria de ſtirpe Dauid,
qui fuit filius Ieſſe.Myſticis,virgo.Rebus,vt
populus ab ægyptiaca ſeruitute per agni ſan
guinem liberatus, ſignificat eccleſiã paſsio-
ne Chriſti à dæmoniaca ſeruitute ereptam.
Et dicitur allegoria ab ἄλλο græcè,quod eſt
alienum:& γόρο,quod eſt ſenſus: quaſi alie-
11 nus ſenſus. ¶ † τροπολογία, eſt conuerſio ad
mo-



mores,ſeu moralis locutio:ad correctionem
& morum inſtitutionem,myſticè vel apertè
Eccleſ. 9 reſpiciens.Myſticè,vt ibi:Omni tempore ve
ſtimenta tua ſint candida:& oleum de capi-
te tuo nõ deficiat,id eſt,opera tua ſint mun-
da,& charitas de mente tua nunquam deci-
1.reg.17 dat & ibi:Oportet vt Dauid interficiat in no
bis Goliam, id eſt humilitas ſuperbiã.Aper-
Eſaię 58 tè:vt ibi:Frange eſurienti panem tuũ, & ibi:
1.Ioã. 4 Non diligamus lingua,vel verbo,ſed opere
& veritate.Dicitur autem τροπολογία,à τρό-
πος:quod eſt conuerſio,& λόγος,quod eſt
ſermo:quaſi conuerſus ſermo. ¶ † Αναγωγή,
dicitur ab ἄνω , quod eſt ſurſum , & ἄγω,
quod eſt duco : quaſi ſurſum ductio. Vnde
ſenſus anagogicus, dicitur : qui à viſibilibus
Geneſ. 1 ad inuiſibilia ducit:vt lux prima die facta,ſi-
gnificat rem inuiſibilem:id eſt,angelicã na-
turam in principio factam. Anagoge ergo,
eſt ſenſus locutionem ad ſuperiora ſiue Ec-
cleſiã ducẽs;ſcilicet ad Trinitatem & ad or-
dines angelorum:& de pręmio futuro & de
futura vita,quæ in cœlis eſt:apertis,vel my-
ſticis ſermonibus diſputans. Apertis, vt ibi:
Beati mundo corde:quoniam ipſi Deum vi-
debunt.Myſticis,vt ibi:Beati qui lauant ſto
las ſuas &c.vt illis ſit poteſtas in ligno vitę:
& per portas intrent ciuitatem.quod paten-
ter ſonat: Beati qui mundant cogitationes
Matth. 5 ſuas : vt illis ſit poteſtas videndi Deum : qui
Apoc. 22 eſt via,veritas & vita:& per doctrinã : id eſt,
Ioan. 12 exemplo patrum intrent in regnum cœlo-
rum.Similiter Hieruſalem , intelligitur hi-
ſtoricè,ciuitas illa terreſtris,quam peregrini
petũt,allegoricè , Eccleſia militans:tropolo
gicè,quęlibet fidelis anima:anagogicè,cœle
ſtis Hieruſalem ſiue patria. De his etiã alia
exempla videri poſſunt in lectionibus , quæ
dicũtur in ſabbato ſancto;prout ibi in ſexta
parte dicetur.In hoc autem opere plerunq;
circa idem diuerſi ſenſus adhibentur & de
vno ſenſu ad alium tranſitur:quẽadmodum
13 Lector ſedulus liquidò poterit intueri.† Si-
cut enim nemo prohibetur diuerſis exce-
ptionibus vel defenſionibus vti.ff.de excep.
nemo.extrà de pręſcrip.c.auditis.xxiiij.q.ij§.
j.Sic etiam nec diuerſis in laudẽ Dei expoſi-
14 tionibus,ſalua fide. † ¶ Conſiderari autem
oportet,ꝙ in diuino cultu multiplicis ritus
varietas reperitur.Vnaquęq; ferè nãq; eccle
ſia proprias habet obſeruãtias,& in ſuo ſen
ſu abũdat.lxxvj.diſt,vtinam. nec cenſetur re
prehenſibile vel abſurdum Deũ & ſanctos
eius varijs concentibus ſeu modulationibus
atq; diuerſis obſeruantijs venerari : cùm &
ipſa Eccleſia triumphans ſecũdum Prophe Pſal. 44
tam circundata ſit varietate.pſal.xliiij. & in
ipſorum eccleſiaſticorum ſacramentorũ ad-
miniſtratione de iure conſuetudinis varietas
15 toleretur. † Vnde ſecundũ Aug.xj.di.eccle-
ſiaſticarum.Eccleſiaſticarum inſtitutionum
in diuino officio quaſdam ſcripturis accepi-
mus:quaſdam verò apoſtolica traditione ſi-
ne ſcripturis confirmatas per ſucceſſores:
quaſdam etiã,quarum tamen inſtitutio igno
ratur cõſuetudine roboratas,approbat vſus,
quibus paritus ſeu obſeruãtia debetur. Nõ
16 †igitur Lectoris moueatur animus ſi fortaſ-
ſis in hoc opuſculo legerit quę in ſua nõ no
uerit Eccleſia obſeruari , aut non inuenerit
quicquid ibi ſeruatur. Non enim vniuſcu-
iuſq; loci ſpecialia,ſed cõmunes atq; vſita-
tiores ritus hîc proſequimur,qui cõmunem,
non particularem doctrinã tradere labora-
mus:nec ſit nobis poſsibile quorumlibet lo
corum ſpecialia perſcrutari. ¶Decreuimus
itaq;,pro animæ noſtræ ſalute,atq; legentiũ
vtilitate, ſecreta diuinorũ officiorum my-
ſteria hîc claro ſtylo,prout erit poſsibile ex
arare atq; dirigere.& quæ viris eccleſiaſticis
pro quotidiani vſus intelligentia neceſſaria
viſa ſunt,enucleare,& medulitus explicare:
quemadmodũ & pro illis, qui circa iudicia
verſãtur ſecularia,olim in ſpeculo iudiciali,
fideliter egiſſe dignoſcimur,in ſtatu diſsimi
17 li cõſtituti. ¶ †Verũtamẽ ſedulò pẽſandum
eſt,ꝙ circa ipſa diuina officia plures ſunt
vſuales obſeruantiæ, quæ nec ad moralem
nec ad myſticum ex inſtitutione referantur
intellectum;ſed nonnullæ propter neceſsi-
tatem:quædam propter congruitatem:quæ-
dam propter veteris & nouæ legis differen-
tiam:quædam propter earum conueniẽtiã:
& quædam propter maiorem ipſorum offi-
ciorum celebritatem & reuerentiã inoleuiſſe
cognoſcũtur.xij.diſt.c.omnia. Vnde ſicut ait Exod. 30
beatus Aug.talia diuerſorum locorum diuer
ſis moribus innumerabiliter variantur:ita vt
vix aut nunquam omnino inueniri poſsint
cauſæ quas in eis conſtituẽdis homines ſunt
18 ſecuti.Sanè liber†iſte , Rationalis vocabulo,
deſcribitur.Nam quemadmodum in rationa
li iudicij,quod legalis pontifex ferebat in pe
ctore,ſcriptum erat: manifeſtatio & veritas:

ſic & hîc rationes varietatum in diuinis officijs, & earum veritates deſcribuntur & manifeſtantur: quas in ſcrinio pectoris ſui Eccleſiarum prælati & ſacerdotes debent fideliter conſeruare. xxxix. diſt. §. ecce. Et ſicut in illo erat lapis, in cuius ſplendore filij Iſraël Deum ſibi fore propitium agnoſcebant: ſic & deuotus lector ex huius lectionis ſplendore in diuinorum officiorum myſterijs eruditus, agnoſcit Deum nobis fore propitium, niſi fortè eius indignationem culpæ offendiculo improuidè incurramus. illud quoq; quatuor coloribus auróq; cõtextum erat: & hîc (vt præmiſſum eſt) rationes varietatum in eccleſiaſticis rebus atq; officijs quatuor ſenſibus, videlicet hiſtorico, allegorico, tropologico, & anagogico, fide media colorantur.

19 † Diſtinguitur autẽ in octo partes, quas ſeriatim fauente Domino proſequemur. ¶ In quarum prima, agetur de Eccleſia & eccleſiaſticis locis, & ornamentis, & de conſecrationibus & de ſacramẽtis. In ſecunda, de Eccleſiæ miniſtris, & eorũ officijs. In tertia, de ſacerdotalibus, & alijs indumẽtis. In quarta, de Miſſa & de ſingulis, quę in ea aguntur. In quinta, de alijs diuinis officijs in genere. In ſexta, ſpecialiter de ſingulis Dominicis & ferijs & feſtiuitatibus ad Dominum pertinentibus. In ſeptima, de feſtiuitatibus ſanctorum, & de feſto & officio dedicationis Eccleſię ac mortuorum. In octaua, de computo & Calend.

ADNOTATIO.

* HISTRIONES. *Preſſè & ieiunè ac etiam penè ineptè Author uerbum, hiſtoria, accipit & deducit. ἱστορεῖν enim, ut Budæo placet, eſt τὸ διέρχεσθαι καὶ καταμανθάνειν τόπους, καὶ τοῖς ἄλλοις παραδιδόναι διηγούμενον: intercedere, et perdiſcere locos, eorúmq; expoſitionem alijs conferre, tradere & cõmunicare. Item, inſpicere & cognoſcere, oculis ſubijcere, uiſere: tum etiam memoriæ prodere. unde τὰ ἱστορούμενα Plutarcho, pro rebus memoriæ proditis. Inde ἱστορία, narratio, cognitio et diſciplina. ἱστοριογράφος ſiue λογοποιός, enarrator, expoſitor. Quintilianus enim hiſtoricum, expoſitiuum dixit. Cæterùm quàm præpoſterè reddat uerbum, ἀλληγορίας, tuum fuerit iudicium. Nec uerò nos inſtituimus omnibus immorari nodis, eos potius ſtudioſorum arbitrio ſoluendos relinquentes: & uerentes ne Author noſtris coloribus nimium anxiè ornatus, ſuique omnino diſsimilis, moueat riſum: tanquã illa cornicula alienis induta plumis.* N. Doard.

# *LIBER PRIMVS.*

ARGVMENTVM.

*In hac ergo Prima huius Operis parte, de quibuſdam generalibus tractare præuidimus, videlicet, De Eccleſia & eius partibus. De altari. De picturis & imaginibus & ornamentis Eccleſiæ. De campanis. De cæmeterio, & alijs ſacris locis. De Eccleſiæ dedicatione. De altaris conſecratione. De conſecrationibus & vnctionibus. De ſacramentis Eccleſiaſticis.*

SVMMA.

1 Eccleſia, eſt duplex.
2 Eccleſia, quid. Et quàm variè appelletur. per diſcurſum. nume. 4.
3 Synagôga, quid.
5 Eccleſia noſtra vnde formam acceperit.
6 Tabernaculum, quibus conſtet: & vnde dictum. Et adquid in Eccleſiam verſum.
7 Eccleſiæ fundamentum qualiter, & à quibus iaciendum.
8 Eccleſiæ caput, cur Orientem ſpectare debeat.
9 Eccleſiæ ſpiritualis ædificatio, qualis.
10 Cæmentum ex quibus componatur. Et quid eorum vnumquodque denotet.
11 Aedificantibus ſpiritualem Eccleſiam, pugnandum eſt aduerſus hoſtes. Et quibus armis.
12 Tabernaculum veteris teſtamenti, ex quibus fuerit conſtructum.
13 Sethin, quid.
14 Eccleſiæ forma, humani corporis portionibus reſpondet.
15 Eccleſia ſpiritualis quibus & quot partibus conſtet.
16 Eccleſiæ ſpiritualis quæ ſint fundamenta.
17 Eccleſiæ parietes laterales, quid notent.
18 Chorus clericorum, quid. & vnde dicatur.
19 Exedra, quid.
20 Atrium Eccleſiæ, quid denotet.
21 Turres Eccleſiæ, quid ſignent.

Gallus



22 Gallus in ſummitate Eccleſiæ fixus, quid notet.
23 Eccleſiæ ſummitus eminens & rotunda, quid ſignet.
24 Feneſtræ Eccleſiæ, quid ſignificent. Quid cancelli. nu. 25. Quid oſtium. nu. 26.
27 Columnæ Eccleſiæ, quid notent. Quid pauimentum. nu. 28. Quid trabes. nu. 29. Quid ligna, laquearia. nu. 31. Quid reclinatoria. 30.
32 Stallus in choro ad ſedendum, quid portendat. Quid pulpitum. nu. 33.
34 Analogium, quid: & vnde ductum.
35 Horologiũ in Eccleſia, quid notet. Quid ſacrarium. num. 38. Quid Cocleæ. nu. 37. Quid piſcina. nu. 39. Quid regulæ. 36.
40 Lumen in Eccleſia, Chriſtum denotat.
41 Crux in medio Eccleſiæ, quid denotet. Et cur in ſublime feratur.
42 Clauſtrum, quid: vnde dictum. & eius variæ partes, varium ſortitæ officium. & nume. 43.
44 Sedes Epiſcopales, in ſingulis Eccleſijs, quid notent.
45 Eccleſiam cur adeamus vnà.
46 Mulieres cur à viris diſtinguantur, in Eccleſiæ conuentu.
47 Mulier adquid caput gerat velatum in Eccleſia.
48 Sermo in Eccleſia, qualis eſſe debeat.
49 Eccleſiæ immunitas pro reis ad eam confugientibus.
50 Corpus Chriſti ſumptum à reis, illos non defendit.
51 Eccleſiæ, quot de cauſis loco mutentur.

## *De Eccleſia, & eius partibus.*

CAPVT I.

1 PRius eſt, vt de Eccleſia & eius partibus videamus. † Notandum eſt ergo, quòd Eccleſiarum alia eſt corporalis, in qua videlicet diuina officia celebrantur. Alia ſpiritualis, quæ eſt fidelium collectio. de conſe. diſt. j. Eccleſia. ſiue populus per miniſtros conuocatus, & in vnum congregatus ab eo, qui vnanimes habitare facit in domo. Sicut enim corporalis ex cõgregatis lapidibus conſtruitur: ſic & ſpiritualis ex diuerſis hominibus

2 congregatur. † ἐκκλησία ergo Græcè, dicitur conuocatio Latinè: quia omnes ad ſe vocat. quod nomen magis propriè conuenit Psal. 67
Eccleſiæ ſpirituali, quàm corporali: quoniam homines, non lapides conuocantur, ſæpe tamen nomẽ ſignati attribuitur ſignanti. Eccleſia autem materialis, ſpiritualem deſignat: vt dicetur vbi de eius conſecratione agetur. ¶ Rurſus ἐκκλησία Græcè, dicitur catholica, id eſt, vniuerſalis. xj. diſtin. catholica. quia per totum mundũ eſt conſtituta ſeu diffuſa: quia vniuerſi in Deum credentes, in vna debent eſſe congregatione: vel quia in ea eſt generalis doctrina ad inſtitutionem omnium fide-

3 lium. ¶ † συναγωγὴ quoq; Græcè, congregatio dicitur: quod proprium nomen Iudæorum populus tenuit: ipſorum enim propriè συναγωγὴ dici ſolet: quanuis etiam Eccleſia dicta ſit: Apoſtoli tamen nunquam ſynagôgã dixerunt: ſed ſemper Eccleſiam, fortè diſcernendi

4 cauſa. ¶ † Dicitur etiã præſens Eccleſia, Syon: eò, quòd ab hac peregrinatione longè poſita promiſsionem rerum cœleſtium ſpeculatur: & ideò Syon, id eſt ſpeculatio, nomen accepit. Pro futura verò patria & pace, Hieruſalem vocatur: nam Hieruſalem, pacis viſio interpretatur. ¶ Dicitur etiam Eccleſia, domus Dei, ſic dicta à δώματι. quod Græcè dicitur rectum, quaſi dans manere vnanimes in ſe. ¶ Dicitur etiam quandoq; κυρία, id eſt, Dominicalis. Psal. 68
Quandoque βασιλική. quod verbum Græcè, ſonat Latinè regia ſeu regalis regi, ſcilicet Baſilio. carnalium enim regum palatia ſic dicta ſunt: noſtra autem domus orationis, domus regia dicitur, quia in ea regi regum ſeruitur. ¶ Quandoque templum dicitur quaſi tectum amplum, in quo regi Deo ſacrificia offeruntur. xxvj. q. ix. ſed illud. Et quandoq; Dei tabernaculum. de conſec. diſt. iiij. c. nec quenquam. quia in præſenti vita peregrina eſt: & in itinere ad patriam pergens, vt iam dicetur. vel dicitur tabernaculum, quaſi taberna Dei: prout ſub Eccleſiæ dedicatione dicetur. Quare etiam dictũ eſt tabernaculum, vel arca teſtimonij, ſub altari dicetur. Quandoq; verò martyrium, quando in honorem alicuius martyris fit. Quandoq; capella: prout in ſecũda parte; ſub tractatu de ſacerdote dicetur. Quandoq; cœnobium. Quandoq; ſacrificium. Quandoq; ſacellum. Quandoq; domus orationis. Quandoq; monaſterium. Et quandoq; oratorium. ¶ Generaliter tamẽ quilibet locus ad orandũ ſtatutus, oratorium dici poteſt. Rurſus Eccleſia, quandoq; dicitur corpus

 Chriſti

2. cor. 10 Chriſti.xxvj. quæſt.ij. ſed & illud. Quandoq;
Oſeæ 2 etiã virgo vocatur, iuxta illud: Aemulor enim
vos &c. Quandoq; ſponſa, quam Chriſtus de-
ſponſauit ſibi in fide. De qua in Euangelio:
Ioan. 2 Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. vij. q. j. ſicut.
Pſal. 44 Quandoq; mater: quia quotidie in baptiſmo
ſpirituales, filios Deo parit. xij. q. ij. qui abſtu-
lerit. Quandoque filia. iuxta illud prophetæ:
Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. lxviij. diſt.
Hier. 31 c. quorum. ¶ Item quandoque vocatur vidua:
quia propter preſſuras nigreſcit: & vt Rachel
non cõſolatur. Quandoq; meretrix figuratur,
propter Eccleſiam degentibus congregatam.
& quia nulli claudit gremium redeunti ad ſe.
Quandoq; vocatur ciuitas, propter commu-
nionem ſanctorum ciuium: murata propter
munitionem ſcripturarum, quibus hæretici ar
centur, habens lapides & ligna diuerſi gene-
ris, quia diuerſa ſunt merita ſingulorũ: prout
iam dicetur. Quicquid autem ſynagoga per
legem accepit, hoc nunc Eccleſia à Chriſto
cuius ſponſa eſt, per gratiam recepit: & in me-
Exod. 25 lius commutauit. ¶ Sanè non eſt noua orato-
rij ſiue Eccleſiæ inſtitutio. Præcepit nanque
Dominus Moſi in monte Synai, vt faceret
tabernaculum de cortinis mirificè fabricatis:
diuiſum enim erat interpoſito velo in duas
partes, cuius pars prior ſancta, vbi populus ſa
crificabat: interior verò ſancta ſanctorum,
vbi ſacerdos & Leuitæ miniſtrabant, dice-
batur: vt dicetur in procemio quartæ partis.
5 ¶ † Quod poſtquàm vetuſtate conſumptum
eſt, iuſsit Dominus fieri templum, quod Sa-
lomon ædificauit opere mirifico, duas habens
partes, vt in tabernaculo. iij. Reg. viij. Ab vtro-
que verò ſcilicet à tabernaculo, & à templo
noſtra materialis Eccleſia formã ſumpſit. In
cuius parte anteriori populus audit, & orat.
In ſanctuario verò clerus orat, prædicat, iubi
6 lat, & miniſtrat. Tabernaculum † autem, quia
in itinere factum quandoq; gerit typum mun
1. Ioan. 2 di, qui tranſit, & cõcupiſcentia eius. Vnde con
ſtat ex quatuor cortinarum coloribus: ſicut
& mundus cõpactus eſt ex quatuor elemen-
tis. Deus igitur in tabernaculo: Deus eſt in
hoc mundo, velut in templo Chriſti ſangui-
ne rubricato: expreſsè verò tabernaculum ty
pum gerit Eccleſiæ militantis: quæ non habet
Hebr. 13 hîc manentem ciuitatem, ſed futuram inqui-
rit: ideóq; dicitur tabernaculum: tabernacula
enim militantium ſunt. Deus enim in taberna
culo. Deus eſt in fidelibus ſuo nomine con-
gregatis. Pars prima tabernaculi, in qua popu
lus ſacrificabat, vita eſt actiua, in qua populus
in proximi dilectione laborabat. pars altera,
in qua Leuitæ miniſtrabant, vita eſt contẽpla
tiua, in qua dilectioni & contemplationi Dei
religioſorum virorũ ſyncera conuerſatio va-
cat: tabernaculũ vertitur in templum: quià de
7 militia curritur ad triumphũ. ¶ † Eſt autem
Eccleſia ſic ædificãda. Parato nãq; fundamen
ti loco, iuxta illud: Bene fundata eſt domus Matt. 7
Domini ſuper firmã petram. debet Epiſcopus Pſal. 131
vel ſacerdos de eius licẽtia ibi aquam aſper-
gere benedictã ad abigendas inde dæmonum
phantaſias: & primarium lapidẽ cui impreſſa
ſit Crux, in fundamẽto ponere. de conſe. diſt.
8 j. c. nemo. ¶ † Debet quoq; ſic fundari, vt ca-
put rectè inſpiciat verſus orientem: de quo di
cetur in procemio quintæ partis, videlicet ver
ſus ortũ ſolis equinoctialem ad denotãdum,
ꝙ Eccleſia quæ in terris militat, tẽperare ſe
debet æquanimiter in proſperis, & in aduer-
ſis: & non verſus ſolſticialẽ: vt faciunt quidã.
Cæterùm ſi muri Hieruſalẽ, quæ ædificatur,
vt ciuitas, ædificari per Iudæos iubetur, ſecun
dum Prophetã: quantò magis & nos muros
Eccleſiæ noſtræ ædificare debemus? Siquidẽ
Eccleſia materialis, in qua populus ad laudan
9 dum Deũ conuenit, ſanctam ſignificat † Eccle
ſiam, quæ in cœlis viuis ex lapidibus cõſtrui-
tur. xxj. q. vj. ſed hoc dicimus. Hæc eſt domus
Domini, firmiter ædificata: cuius fundamen-
tum eſt angularis lapis Chriſtus. ſuper quo
fundamento poſitũ eſt fundamentum Apo- Ephe. 2
ſtolorum & Prophetarum: ſicut ſcriptum eſt: Pſal. 76
Fundamenta eius in montibus ſanctis. Super-
ædificati parietes, Iudæi ſunt, & gentiles de
quatuor mũdi partibus ad Chriſtũ venientes:
& qui in ipſum crediderint ſeu credunt, & cre
dent. Fideles autẽ ad vitam prædeſtinati, ſunt
lapides in ſtructura huius muri, qui ſemper
vſq; in finem huius mundi ædificabitur. Lapis
verò ſuper lapidem ponitur, quando magiſtri
Eccleſiæ minores in proprium ſtudium aſſu-
munt, ad docendũ, & ad corrigendum, & ſta-
biliendum. In ſancta verò Eccleſia habet la-
pides ſuper ſe ad ferendum pro ædificio, qui-
cunq; laborem fraternũ portat. Groſsiores ve
rò lapides & politi, ſeu quadrati, qui ponun-
tur foris extrinſecus, in quorũ medio mino-
res lapides iacent, ſunt viri perfectiores, qui
ſuis meritis & orationibus cõtinent infirmio-
10 res in ſancta Eccleſia. † Cœmentum autem,
ſine



ſine quo muri ſtabilitas eſſe non poteſt, fit
ex calce, ſabulo, & aqua. Calx, charitas ſeruẽs
eſt, quæ ſibi coniungit ſabulum, id eſt, terre-
Ephe. 4 num opus: quia vera charitas ſolicitudinem
maximam habet miſtam pro viduis, ſenibus,
pupillis, debilibus. lxxxviij. diſt. de ſolatio. &
ideò ſtudent operari manibus, vt habeant
vnde eis benefaciant. Vt autem calx & terra
ad ædificium muri, ne corruãt, aquæ commi-
ſtione conglutinantur (Si quidem aqua ſpiri
tus eſt) Sicut enim ſine cœmẽto lapides mu
ri nõ ſimul iunguntur ad muri ſtabilitatem:
ſic nec homines ad muri ædificium cœleſtis
Hieruſalẽ poſſunt ſimul ſine charitate iũgi:
quã Spiritus ſanctus operatur. Omnes muri
lapides politi ſunt & quadrati. id eſt, ſancti
mundi: qui videlicet per manus ſummi artifi
cis diſponuntur in Eccleſia permanſuri: quo-
rum quidam feruntur & non ferunt, vt ſim-
pliciores in Eccleſia: alij feruntur & ferunt,
vt medij: alij tantùm ferunt & non ferun-
tur, niſi à ſolo Chriſto qui eſt ſingulare fun-
damentũ, vt perfecti. Omnes quidẽ vna cha-
ritas more cœmenti coniũgit: dum viui lapi-
des pacis compage colligantur. Chriſtus no-
ſter murus fuit in cõuerſatione: & ante mu-
11 rale in paſsione. † Sanè Iudæis muros Hieru
ſalem ædificantibus aderant inimici volẽtes
illorum opus impedire, ita quòd (ſicut in
Nee. 4 Eſdra legitur Neemiæ iiij. adeò ab hoſtibus
Ephe. 6 infeſtabatur, ꝙ vna manu ponebant lapides
in muro: & alia manu cõtra hoſtes pugnabãt
Et nobis muros Eccleſiæ ædificantibus ad
ſunt in circuitu inimici: ſcilicet vitia ſiue per-
uerſi homines opera noſtra impedire volen-
tes. Vnde muros, id eſt, virtutes ædificãdo ho
ſtes impugnemus. & iuxta mortẽ iudaici po-
puli teneamus arma noſtra. id eſt, ſcutũ fidei:
loricã iuſtitiæ: galeã ſalutis: & gladiũ verbi
Dei in manibus noſtris: vt nos cõtra illos de-
fendamus: & opilio ſeu ſacerdos ſit nobiſcũ
vice Chriſti qui doceat nos per electionẽ, &
12 muniat per orationẽ. ¶ † Porrò ex quibus ta-
bernaculũ in veteri teſtamẽto fieret: oſtẽdit
Exo. 35 dominus dicẽs in Exo. ad Moſen: Sume primi
tias. id eſt, pretioſa queq; à populo Iſraël: ſed
ab eo tãtũ qui vltra obtulerit aurũ & argẽtũ
& æs, iacinthũ & purpurã coccũq; bis tinctũ.
id eſt, fœtã iacinthi purpurei & coccinei colo
ris: & biſsini, qđ eſt genus lini ægyptiaci mol
le & cãdidũ: piloſq; caprarũ & pelles arietũ
rubricatas: quas parthicas dicimus: quia Par-
thi ſic colorati eas excogitauerũt: & pelles ia
13 cinthineas & ſigna ſethin. Eſt † autẽ ſethin,
nomẽ mõtis & arboris, quæ ſimilis eſt albæ
ſpinæ in folijs: & eſt leuiſsimũ lignũ & impu
tribile: & incremabile, oleũq; ad luminaria,
& aromata vnguẽta & tymiama boni odoris:
& lapides Onichinos, ita quòd ſardonices &
gemmæ ſanctuariũ faciãt mihi, vt habitẽ in
medio horũ, ne ſit eis labor recurrere ad mõ
tem hunc. Hæc plenè magiſter in hiſtorijs
14 proſequitur ſuper Exod. ¶ Diſpoſitio † autem
Eccleſiæ materialis, modũ humani corporis
tenet. Cãcellus nãq; ſiue locus vbi altare eſt,
caput repręſentat: & Crux ex vtraq; parte bra
chia & manus: reliqua pars ab occidẽte, quic-
quid corpori ſupereſſe videtur. Sacrificiũ al-
taris, votũ ſignificat cordis. Sed & ſecũdũ Ri
chardũ de ſancto Victore, diſpoſitio Eccle-
ſiæ triplicẽ ſtatum in Eccleſia ſaluandorum
ſignificat ordinẽ virginũ: chorus continẽtiũ:
corpus, coniugatorũ. Strictius eſt enim ſan-
ctuariũ, quã chorus: & chorus quàm corpus:
quia pauciores ſunt virgines, quàm conti-
nentes: & iſti, quàm cõiugati. Sanctior quoq;
eſt locus ſanctuarij, quàm chorus: & chorus,
quàm corpus: quia dignior eſt ordo virginũ,
quàm continentium, & illorum, quàm con-
15 iugatorum. ¶ † Adhæc Eccleſia ex quatuor
parietibus conſiſtit. id eſt, ex doctrina qua-
tuor euangeliſtarum longa latáque ſurgit
in altũ. id eſt, in alta virtutum: longitudo cu-
ius, longanimitas eſt: quæ patienter aduerſa
tolerat, donec ad patriã perueniat. latitudo,
charitas eſt, quæ dilatione mentis amicos in
Deo, & inimicos diligit propter Deum: alti-
tudo verò ſpes eſt futuræ retributionis: quæ
proſpera & aduerſa contemnit, donec videat
16 bona Domini in terra viuentiũ. ¶ † Rurſus in
templo Dei ſeu gratiæ eſt fundamentũ, fi-
des: quæ eſt de re non viſa. Tectum, charitas:
quæ operit multitudinẽ peccatorum. j. Pet.
iiij. Oſtiũ, obedientia: de qua Dominus inquit
Mat. xix. Si vis ad vitam ingredi, ſerua man-
data. Pauimentum, humilitas: de qua Pſal.
cxviij. Adhæſit pauimento anima mea. Qua-
17 tuor † laterales parietes, ſunt quatuor prin-
cipales virtutes: iuſtitia, fortitudo, prudentia,
& temperantia. Hæc ſunt in Apocalypſi qua Apoc. 21
tuor latera ciuitatis æqualia. Feneſtræ ſunt,
hoſpitalitas cũ hilaritate, & miſericordia, cũ
largitate. ¶ De hac domo Dominus ait: Ve- Ioan. 14
niemus ad eũ, & mãſionẽ apud eũ faciemus.

¶ Quædam tamen Eccleſiæ in modum Cru-
cis formantur,ad notandum nos mundo cru-
cifigi,ſeu crucifixum ſequi debere : iuxta il-
Matt. 16 lud:Qui vult venire poſt me,abneget ſemet
ipſum & tollat crucem ſuam , & ſequatur
me. Nonnullæ etiam in modum circuli ro-
tundæ formantur,quæ ſignificant Eccleſiam
dilatatam eſſe per circuitum orbis : vnde il-
Pſal. 18 lud: Et in fines orbis terræ verba eorum:ſeu
quòd de circulo orbis, peruenimus ad circu-
18 lum coronæ æternitatis.¶ Sanè† chorus cle-
ricorum,eſt conſenſio cantantium,vel mul-
titudo in ſacris collecta. Dictus eſt autem
chorus, à chorea vel corona. Olim enim in
modum coronæ circum aras ſtabant , & ita
pſalmos concorditer cõcinebant:ſed Flauia
nus & Theodorus alternatim pſallere con-
ſtituerunt,edocti ab Ignatio , qui ſuper hoc
fuit diuinitus edoctus. ¶ Duo ergo chori
pſallentium , deſignant angelos & ſpiritus
iuſtorum , quaſi reciproca voluntate laudã-
tium , & in ſe ad bonam operationem inui-
cem exhortantium.¶ Alij chorum dixerunt
à concordia,quæ in charitate conſiſtit : quia
qui charitatem non habet , conuenienter
cantare non poteſt. Quid autem chorus iſte
ſignificet:& quare in illo maiores ſedent po
ſteriores: dicetur in quarta parte ſub introi-
tu:& ſub titulo de acceſſu pontificis ad alta
re. Et nota , quia cùm vnus cantat , dicitur
Græcè μονῴδια, Latinè tycinium.Cùm verò
duo cãtant,bicinium appellatur: cùm multi,
19 chorus.¶Exedra† eſt abſida ſiue volta,quæ-
dam ſeparata modicùm à templo vel pala-
tio ſic dicta.xiij.q.ij.præcipiendum. quia ex-
traheret muro: Græcè autẽ ἐξέδρα vocatur:
& ſignificat fideles laicos Chriſto & Eccle-
ſiæ inhærentes. ¶Criptę ſiue ſpecus ſubter-
raneæ, quæ in quibuſdam ſiunt Eccleſijs,
ſunt eremitæ, cultores ſiquidem ſecretio-
20 ris vitæ.¶† Atrium Eccleſiæ ſignificat Chri-
ſtum , per quem in cœleſtem Hieruſalem
patet ingreſſus : quod & porticus dicitur,
ſic dicta à porta : vel quòd ſit aperta. xvij.
quæſt.iiij. ſi quis cum .& cap. ſi quis in atrio.
21 ¶ Turres † Eccleſiæ, prædicatores ſunt &
prælati Eccleſiæ , qui ſunt munimen & de-
fenſio eius. Vnde ſponſus ad ſponſam in
canticis amoris ſic loquitur : Collum tuum,
ſicut turris Dauid ædificata cum propugna-
culis. Canti. iiij. ¶ Pinaculum turris , vitam
vel mentem prælati , quæ ad alta tendit,re-
22 præſentat.¶Gallus † ſupra Eccleſiã poſitus,
prædicatores deſignat.Gallus enim profun-
dæ noctis peruigil horas ſuo cantu diuidit:
dormientes excitat:diem appropinquantem
præcinit : ſed prius ſeipſum alarum verbere
ad cantandum excitat. Hæc ſingula myſte-
rio non carent.Nox enim, eſt hoc ſeculum:
dormientes, ſunt filij huius noctis in pecca-
tis iacentes. Gallus prædicatores qui diſtin-
ctè prædicant & dormientes excitant , vt
abijciant opera tenebrarum clamantes : væ
dormientibus. Exurge qui dormis : lucem Ro. 14
venturam prænuntiant , dum diem iudicij & Ephe. 5
futuram gloriam prædicant : & prudenter
antè , quam alijs virtutes prædicent ſe à ſo-
mno peccati excitantes:corpus ſuum caſti-
gant.iij.quęſt.vij.§.idem teſtatur Apoſtolus 1. Cor. 9
vnde caſtigo corpus meum &c. Hi etiam,ſi-
cut & Gallus contra ventum ſe vertunt,quã
do increpando & arguendo contra rebelles
fortiter reſiſtunt : ne lupo veniente fugiſſe
arguantur.extrà de renun.niſi cùm quidem.
¶ Virga ferrea, in qua Gallus ſedet, rectum
repræſentat prædicantis ſermonem : vt non
loquatur ex ſpiritu hominis , ſed Dei : iuxta
illud : Si quis loquitur quaſi ſermones Dei 1. Pet. 4
&c. Quod verò virga ipſa eſt ſupra Crucem Ioan. 19
ſeu ſummitatem Eccleſiæ poſita , innuit ſer-
monem ſcripturarum conſummatum eſſe &
confirmatum. Vnde Dominus in paſsione
ait: Conſummatum eſt : & titulus eius ſuper
23 eum indelebiliter ſcriptus eſt. ¶ † Conus,id
eſt ſummitas templi eminens & rotunda,
ſupra quam crux ponitur propter ſui rotun-
ditatem , ſignificat quam perfectè & inuio-
latè catholica fides prædicanda ſit & tenen-
da : quam niſi quiſq; integram inuiolatámq;
ſeruauerit,abſque dubio in æternum peribit.
24 ¶† Feneſtræ Eccleſiæ vitreæ, ſunt ſcripturæ
diuinæ,quæ ventum & pluuiam repellunt:id
eſt nociua prohibent:& dum claritatem veri
ſolis,id eſt ,Dei in Eccleſiam,id eſt ,in corda
fidelium tranſmittunt, in habitantes illumi-
nant. Hæ intus latiores ſunt , quia myſticus
ſenſus amplior eſt,& præcedit literalem : de
conſe.diſt.iiij.c.nullus autem.Item per fene-
ſtras quinq; ſenſus corporis ſignificantur,qui
extrà ſtricti eſſe debent,ne vanitates hauriãt:
& intus patere ad dona ſpiritualia liberius
25 capienda.¶Per† cancellos verò,qui ſunt ante
feneſtras,prophetas , vel alios doctores ob-
ſcuros intelligimus Eccleſiæ militãtis.in qui
bus



bus ob duo charitatis præcepta , quandoque
duæ columnæ duplicantur : ſecundum quod
Apoſtoli bini ad prædicandum mittuntur.
26 ¶ † Oſtium Eccleſiæ , eſt Chriſtus : vnde in
Lucæ 10 euangelio : Ego ſum oſtium dicit Dominus.
Ioan. 10 Apoſtoli etiam portæ ſunt.dictum eſt autem
oſtium ab obſiſtendo his , qui foris ſunt:vel
ab obſidendo hos,qui foris ſunt:vel ab oſtẽ-
dendo aditum.Valua verò, dicitur à voluen-
do:porta à portando : quia per eam portan-
27 tur quæcunq; offeruntur.¶† Columnæ verò
Eccleſiæ, epiſcopi & doctores ſunt,qui tem-
plum Dei per doctrinam ſicut & euangeli-
ſtæ thronum Dei ſpiritualiter ſuſtinent. Hi
nanq; pro ſonoritate diuini eloquij argẽteæ
Canti. 3 columnæ dicuntur:iuxta illud in canticis cã-
ticorum:Columnas fecit argenteas.Vnde &
Moſes in ingreſſu tabernaculi poſuit quinq;
columnas,& ante oraculum,id eſt,ſancta ſan
ctorum. iiij. quod exponetur in ſexta parte,
ſub tit.de tempore aduentus.Licet autem co
lumnæ plures ſint:tamen ſeptem eſſe dicun-
Prou. 9 tur : iuxta illud:Sapientia ædificauit ſibi do-
mum:& excidit columnas ſeptem :quoniam
epiſcopi eſſe debẽt ſeptiformi gratia ſpiritus
Gala. 2 ſancti repleti &c.Iaco.& Ioannes(vt ait Apo
ſtolus)videbantur columnę.Baſes columna-
rum ſunt Apoſtolici epiſcopi vniuerſalis Ec-
cleſiæ machinam ſupportantes. Capita co-
lumnarum ſunt mentes Epiſcoporum & do-
ctorum. Sicut enim capite membra,ſic mẽte
verba noſtra diriguntur & opere : capitella
quoq; ſunt verba ſacræ ſcripturæ quorũ me-
28 ditationi ſubdimur,& obſeruantiæ.¶† Paui-
mentum Eccleſiæ,eſt fidei noſtræ fundamen
Math. 5 tum. ¶ In Eccleſia verò ſpirituali pauimen-
tum ſunt pauperes Chriſti,ſcilicet pauperes
ſpiritu : qui ſe in omnibus humiliant : quare
propter humilitatẽ pauimento aſsimilantur.
Rurſus pauimentum,quod pedibus calcatur,
vulgus eſt:cuius laboribus Eccleſia ſuſtenta
29 tur. Trabes † quæ domum coniungunt,ſunt
principes vel prædicatores ſeculi:qui Eccle
ſiæ muniunt vnitatem , hi verbo , illi facto.
30 ¶† Reclinatoria in Eccleſia,ſignant contem
platiuos , in quibus Deus ſine offenſa quie-
ſcit, qui per ſummam dignitatem & æternæ
vitæ claritatem contemplantur,auro compa
Canti. 3 rantur.Vnde in canticis dicitur:Reclinatoriũ
31 fecit aureũ.¶Tigna† in Eccleſia ſunt prædi
catores,qui eam ſpiritualiter ſubleuãt. ¶La-
quearia etiã ſiue cęlaturę ſunt prædicatores:
quia eam ornãt vel roborant:de quibus quia
per vitia non putreſcunt,ſponſa gloriatur in
eiſdẽ canticis dicens:Tigna domorũ noſtra- Canti. 1
rũ, cedrina laquearia cipreſsina. Deus enim
Eccleſiam ſibi conſtruit viuis ex lapidibus,&
lignis imputribilibus.iuxta illud:Ferculũ ſibi Canti. 3
fecit rex Salomõ de lignis libani.id eſt, Chri
ſtus de ſanctis caſtitate cãdidatis.De hoc ali
ter ſub titu.de picturis dicetur. Cancellus id
eſt caput Eccleſiæ,humilior reliquo corpore
Eccleſiæ myſticæ,ſignificat, quanta humili-
tas debeat eſſe in clero ſeu pręlato :iuxta il-
lud:Quãtò maior es,humilia te in omnibus. Eccle. 3
Cãcelli verò quibus altare à choro diuiditur
ſeparationẽ cœleſtiũ ſignificant à terrenis.de
cancello ſeu peribulo chorum circuneunte,
32 dicetur ſub titu.de picturis.¶† Stallus ad ſe-
dendũ in choro,deſignat quòd aliquãdo cor
pus recreandum eſt:quia quod caret alterna
33 requie,durabile non eſt.¶Pulpitũ† in Eccle-
ſia,eſt vita perfectorũ.& dicitur quaſi publi-
cum,ſiue in loco publico cõſtitutũ. Nẽpe le 2. Para. 6
gitur:Salomon fecit baſim æneã,ponẽs eam
in medio baſilicæ:ſtetítq; ſuper eam & extẽ-
dens manum ſuam loquebatur populo Dei.
Eſdras quoq; fecit gradũ ligneũ ad loquen- 2. Eſd. 8
dum:in quo ſtans ſuper vniuerſum populum
34 eminebat.¶Analogiũ † etiam dicitur:quia in
eo verbum Dei legitur & enuntiatur :λόγος
enim Græcè, verbũ, vel ratio dicitur. Quod
dicitur etiã ambo,ab ambiẽdo:quia intrantẽ
ambit & cingit.¶De quo in quarta parte ſub
35 tit.de euãgelio dicetur.¶ † Horologiũ , per
quod horę legũtur id eſt,colligũtur,ſignifi-
cat diligentiã quã ſacerdotes in dicẽdis cano
nicis horis debito tempore habere debent:
iuxta illud : Septies in die laudem dixi tibi. pſal. 118
36 ¶ Tegulæ tecti qui imbrẽ à domo pellunt,
ſunt milites,qui Eccleſiã à paganis & ab ho-
37 ſtibus protegũt.¶ † Cocleæ quarũ exẽplar à
tẽplo Salomonis, ſumitur ſunt viæ muris in-
teruolutæ latenter, per quas latenter arcanã
cognitionẽ ſingulorum accipimus : quas ſoli
qui ad cœleſtia gradiũtur,agnoſcũt.¶De gra
dibus, per quos ad altare aſcẽditur in ſeq.tit.
38 dicetur.¶Sacrariũ† ſiue locus,in quo ſacra re
ponuntur,ſiue in quo ſacerdos ſacras veſtes
induit,vterũ ſacratiſsimæ Mariæ ſignificat:in
quo Chriſtus ſe ſacra veſte carnis induit.Sa-
cerdos,à loco,in quo veſtes induit ad publi-
cũ procedit : quia Chriſtus ex vtero virginis
procedẽs,in mundũ venit.¶Locus epiſcopi in
Eccleſia,

Eccleſia,altior eſt,ſicut in ſecunda parte ſub
39 tracta.de Epiſcopo dicetur. ¶† Prope altare
etiã,quod Chriſtũ ſignificat,collocatur piſci
na ſeu lauacrũ:id eſt,Chriſti miſericordia, in
qua manus lauantur:ad notandũ, quòd in ba
ptiſmo & pœnitentia , quæ per illam ſignifi-
cãtur à peccatorũ ſordibus diluimur:quod à
veteri teſtamẽto tractum eſt. Legitur enim
Exod.30 Exod.quòd Moſes fecit labiũ æneũ , cũ baſi
& 40 ſua , in tabernaculũ:in quo Aarõ ſacerdos &
filij lauarentur, acceſſuri ad altare : vt in eo
40 offerẽt tymiama.¶†Lumẽ, quod in Eccleſia
accẽditur, Chriſtũ ſignificat iuxta illud:Ego
ſum lux mũdi:& Ioan.erat lux vera &c. Vel
luminaria Eccleſiæ ſignificant Apoſtolos &
cæteros doctores quorũ doctrina fulget Ec-
cleſia:vt ſol & luna:de quibus Dominus ait:
Math. 5 Vos eſtis lux mũdi:id eſt bonorũ operũ exẽ
pla. Vnde ipſe admonens eos ait:Luceat lux
veſtra corã hominibus.Illuminatur autẽ Ec-
Exod.27 cleſia ex præceptis Domini:vnde ibi Exo.le-
gitur:Præcipe filijs Aarõ,vt offerãt oleũ de
arboribus oliuarũ puriſsimũ, vt ardeat lucer
na ſemper in tabernaculo teſtimonij. De
quo in ſecũda parte de acolyto dicetur.Fecit
quoq; Moſes lucernas ſeptẽ:quæ ſunt ſeptẽ
dona Spiritus ſancti:quæ in nocte huius ſe-
culi, tenebras noſtræ cæcitatis illuſtrãt,quæ
ſuper cãdelabra ponũtur:quia requieuit ſu-
pra Chriſtũ ſpiritus ſapiẽtiæ & intellectus:
ſpiritus cõſilij & fortitudinis:ſpiritus ſciẽtiæ
Eſa. 11 & pietatis : ſpiritus timoris Domini : quibus
Eſa. 61 prædicauit captiuis intelligẽtiã. Pluralitas in
Eccleſia lucernarũ,pluralitatẽ deſignat in fi-
41 delibus gratiarum.¶Crux† triũphalis,in ple-
riſq; locis in medio Eccleſiæ ponitur:ad no-
tandũ quòd de medio corde redemptorẽ no
ſtrũ diligimus : qui iuxta Solomonẽ corpus
ſuũ media charitate cõſtrauit propter filias
Hieruſalẽ:& vt omnes ſignũ victoriæ viden-
tes,dicãt:Aue ſalus totius ſeculi, arbor ſalu-
tifera:& ne vnquã à nobis dilectio Dei obli
uioni tradatur:qui, vt ſeruũ redimeret,tradi-
Canti. 3 dit vnicũ filium,vt crucifixũ imitemur.Crux
autẽ in altũ dirigitur:p quod Chriſti victoria
deſignatur, De hoc dicetur , vbi de Eccleſiæ
cõſecratione agetur.¶Quare Eccelesia intus
& nõ extrà ornetur,ſub tractatu de picturis,
42 dicetur.¶†Clauſtrũ,ſicut ait Richardus epi-
ſcopus Cremonen. in mitrali ab excubijs &
cuſtodijs Leuitarũ circa tabernaculũ : vel ab
atrio ſacerdotũ, vel à porticu Salomonis ad
templũ ſumpſit exordiũ.Præcepit enim Do-
minus Moſi,ne Leuitas cũ plebeia multitudi
ne numeraret;ſed conſtitueret eos ſuper ta-
bernaculũ teſtimonij ad portandũ & cuſto-
diẽdũ.Propter quod Domini præceptũ dum
diuina peraguntur myſteria,clerici debent in
Eccleſia ſtare à laicis ſegregati.Vnde ſtatuit
Conciliũ Magũti. extrà de vi.& ho .cle.c. j.
quòd pars illa quæ cancellis diuiditur ab al
tari , pſallẽtibus tantũ pateat clericis. Porrò
ſicut templũ triũphante deſignat Eccleſiam,
ſic clauſtrũ cœleſtem ſignificat paradiſum:
vbi erit cor vnũ : & idẽ in Dei dilectione &
volũtate,vbi omnia cõmuniter poſsidebũtur
quia quæ quis minus habebit in ſe,in alio ſe
gaudebit habere:quia Deus erit omnia in o-
mnibus.Ideóq; regulares vnanimiter in clau 1.cor.15
ſtro degentes, ad ſeruitiũ Dei ſurgũt.& ſecu
laria relinquẽtes,in omnibus vitã cõmunem
43 ducunt.¶† Diuerſitas autẽ officinarũ & offi-
ciorũ in clauſtro , diuerſitas eſt manſionum
cum diuerſitate premiorũ in regno:quoniam
in domo patris mei manſiones multæ ſunt,
dicit Dominus.de pœ.diſt.iiij.c.domo. Mora
liter verò clauſtrũ, eſt animæ contemplatio:
vbi ſe recipit,à turba cogitationum carnaliũ
ſeparatur , & ſola cœleſtia meditatur. xlvij.
diſtin.cap.omnes. In hoc clauſtro ſunt qua-
tuor latera.ſcilicet,contemptus ſui:contem-
ptus mũdi,amor proximi,& amor Dei. Vnũ-
quodque autem latus ſuum habet ordinem
columnarum. Contemptus ſui , habet men-
tis humiliationem, carnis afflictionem : hu-
milem ſermonem & ſimilia. Baſis omnium
columnarum , eſt patientia. In hoc clauſtro
diuerſitas officinarum,eſt diuerſitas virtutũ.
¶ Capitulum eſt cordis ſecretum. De hoc
aliter tamen dicetur in quinta parte ſub tit.
de prima. Refectorium,dilectio ſanctæ me-
ditationis. Cellarium , ſacra ſcriptura. Dor-
mitorium , munda conſcientia.Oratorium,
vita immaculata. Ortus arborũ & herbarũ,
congeries virtutum. Puteus aquarum viuen-
tium,irrigatio donorum quæ hic ſitim miti-
44 gant:& in futuro penitus extinguẽs. ¶ † Se-
des autem epiſcopales,quæ iuxta beati Petri
diſpoſitionem , ſunt in ſingulis ciuitatibus
antiquitus cõſecratæ:prout dicetur in prooe-
mio ſecundæ partis:non in memoriam con-
feſſorum , ſed ad honorem Apoſtolorum
ac martyrum ac præcipuè beatæ Mariæ vir-
45 ginis,veterum deuotio dedicauit.† Cæterùm
ideò



ideò in Eccleſiã conuenimus : vt ibi delicto-
rum veniam poſtulemus : & diuinis laudibus
inſiſtamus:vt dicetur in procemio quintæ par
tis:& vt ibi bona ſiue mala iudicia audiamus,
& Dei cognitionem diſcamus & accipiamus:
& vt Dominicum corpus ibi manducemus.
46 ¶†In conuentu Eccleſiæ mulieres & viri ſe-
orſum habitant : quod ſecundum Bædam à
veteri conſuetudine deriuatum accepimus,
& inde fuit , quòd Ioſeph & Maria puerum
dereliquerunt : quoniam alter illum , quem
ſecum non cernebat , cum altero eſſe puta-
bat.Cauſa autem diuiſionis eſt: quia caro viri
& mulieris ſi propius acceſſerint , ad libidi-
nem accenduntur. Vnde cùm ibi peccata de-
flere debeamus , neceſſe eſt tunc eorum fo-
mẽta & delectationes carnales vitari. Maſcu
li autem in auſtrali , fœminæ autem in bo-
reali ſiue in aquilonari parte manẽt:vt oſten
datur firmiores ſanctos debere ſtare contra
maiores huius ſeculi tentationes:infirmiores
verò contra minores ſeu minus fortiores,
firmiorémq; ſexum in apertiori loco conſi-
ſtere debere:quoniam ſecũdum Apoſtolum:
1.Corin. Fidelis eſt Deus,qui non patietur vos tentari
ſupra id,quod poteſtis ſuſtinere. Ad hoc etiã
Apoc. 10 pertinet , quia Ioannes vidit Angelum for-
Ephe.5 tem qui poſuit ſuum pedem dextrum ſuper
1.Cor.2 mare:nam & fortiora membra maioribus pe
riculis opponuntur.ſecundum alios verò viri
in parte anteriori,mulieres in poſteriori par-
te manent: quia vir caput eſt mulieris:ideóq;
47 dux eius. ¶†Mulier quoq; velato capite eſſe
debet in Eccleſia.xxxiij.quæſt.v.mulier. quia
non eſt imago Dei : & quia per illa præuari-
catio inchoata eſt: ideóq; in Eccleſia propter
reuerentiam ſacerdotis (qui eſt Chriſti vica-
rius) coram eo tanquam coram Iudice pro-
pter reatus originem,habeat caput velatum,
non liberum : nec propter eandem reueren-
tiam habeat poteſtatem loquendi in Eccle-
ſia coram eo. Olim autem viri & mulieres
comam ſibi nutrientes, adſiſtebant in Eccle-
ſia,nudo capite crinibus gloriantes: quod in-
48 honeſtum erat.¶†Qualis locutio in Eccleſia
Ephe.5 habenda ſit, Apoſtolus oſtendit,dicens : Lo-
quentes vobiſmetipſis in Pſalmis & Hym-
nis, & Canticis ſpiritualibus : vnde ibi à ver-
bis ſuperfluis abſtinendum eſt : extrà de ce-
leb.miſ.c.dolentes. iuxta illud Chryſoſtomi:
In aulã regiam ingreſſurus, habitu & inceſſu
te componas : Angeli enim Domini adſunt:
quia domus Dei , plena eſt virtutibus incor-
poreis.Et Dominus ad Moſen & Angelus ad Exod.3
Ioſuẽ : ſolue calciamentum de pedibus tuis: Ioſuẽ 5
49 locus enim,in quo ſtas ſanctus eſt.¶†Vltimò
notandum eſt, quòd Eccleſia conſecrata reos
ſanguinis ad ſe confugientes qui in illa , vel
contra illam non deliquerunt: defendit ne vi
tam perdant : aut membra.xiij.q.v.reos.extrà
de immu.eccleſ.c.inter. Tamen legitur quòd 3.Reg.2
Ioab in tabernaculum fugit & cornu altaris
apprehendit. Idem etiam priuilegium habet
non cõſecrata:in qua diuina officia celebran-
tur. extrà de immu.eccleſ.c.Eccleſia. Corpus
50 † autem Chriſti à talibus ſumptum, eos non
defendit:nec confugientes ad illud:tum quia
hoc priuilegiũ Eccleſiæ conceſſum eſt, qua-
re non eſt ad alia protrahendum : tum quia
illud eſt cibus animæ, non corporis : de con-
ſecr.diſt.ij.non iſte.vnde animam liberat , &
51 non corpus. ¶†Eccleſiæ tribus de cauſis de
loco, ad locum mutantur:de conſecra.diſt.j.
tribus. & c.ſeq. Primò, propter neceſsitatem
perſecutorum. Secundò , propter difficulta-
tem locorũ:puta propter aëris intemperiem.
Tertiò , cùm malorum ſocietate grauan-
tur: & tunc cum conſilio Papæ vel Epiſcopi.
¶Quare Eccleſiam ingrediens , ſigno Crucis
ſe munit,dicetur in procemio quintæ Partis.

## SVMMA.

1 Altare qui primùm extruxerint : & vnde flu-
xerit hodiernus vſus.
2 Altare,& ara,quid differant.
3 Altare multiplex, multiplicem efficit ſignifi-
cationem.& nu.4.
5 Area teſtamenti, quibus ſit ornata. & nume-
ro 16.
6 Conſtantinus Imperator , conſtituit in Baſi-
lica arcam teſtamenti,allatam Hieroſolymis
à Tito Imperatore.
7 Homo vt ſit templum Dei , quæ ſecum ha-
bere debeat.
8 Menſa,quid notet.
9 Candelabrum exterius illuminans,quid.
10 Arca, vnde dicatur. Et quid notet. Et quibus
conſtet.
11 Altare, quid. Et quid notet. Fusè per diſcur-
ſum nu.13.&15.
12 Charitas,maxima virtutum.
14 Linteamina alba,operiunt altare.
17 Scalæ ad altare.

De alt

## De altari. CAP. II.

1 Altare in † Eccleſia propter tria
fit: prout ſub eius dedicatio-
ne dicetur. ¶Sciendum autem
Gene. 8 eſt, quòd Noë primus: deinde
Ibid. 12 Iſaac, Abraam & Iacob, alta-
Ibid. 33 ria ædificaſſe leguntur, quæ non aliud quàm
lapides erecti intelliguntur, ſuper quos ſacri-
ficia mactabant: quæ ſuppoſito igne crema-
bant. Moſes etiam fecit altare de lignis Se-
thin, & inde altare Tymiamatis: quod veſti-
Exod. 25 uit auro puriſsimo: prout legitur in Exod. vbi
27. & 29 etiam ponitur forma ipſius altaris. Salomon
3. Reg. 8 quoque ſicut legitur Regum prope fin. alta-
re aureum fabricauit. Ab his quidem anti-
quis patribus altaria modernorum ſumpſe-
runt exordium, quæ in cornua quatuor eri-
guntur. quorum quædam vnius ſunt lapidis:
2 quædam ex pluribus componuntur. † Nem-
pe altaria & aræ aliquoties indifferenter in-
ueniuntur: intereſt tamen. Nam altare, quaſi
alta res, vel alta ara dicitur, in quo ſacerdo-
tes incenſum adolebant: ara quaſi area, id eſt,
plana: vel ab ardore dicitur: quia in ea ſacri-
3 ficia ardebant. ¶ † Et nota quòd multiplex in
ſcripturis legitur altare, videlicet ſuperius &
inferius: interius & exterius. quorum etiam
quodlibet eſt duplex. ¶Altare ſuperius, eſt
Deus trinitas. de quo legitur: Non aſcendes
Exod. 20 ad altare meum per gradus. Exod. xx. Eſt &
altare ſuperius Eccleſia triumphans: de quo
dicitur: Tunc imponent ſuper altare tuum vi
tulos. Pſal. l. ¶Altare autem inferius eſt Ec-
cleſia militans: de quo legitur: Si altare lapi-
deum feceris mihi, non ædificabis illud de
ſectis lapidibus. ¶Eſt etiam altare inferius,
pſal. 117 menſa templi: de qua dicitur: Cõſtituite diem
ſolennem in condenſis vſque ad cornu alta-
3. Reg. 8 ris: & in iij. Regum. dicitur quòd Salomon fe
cit altare aureum. Altare verò interius, eſt
cor mundum prout infrà dicetur. ¶Eſt etiam
altare interius fides incarnationis. de qua iu-
Exod. 20 betur in Exod: Altare de terra facietis mihi.
altare autem exterius eſt ara Crucis. Hoc eſt
altare holocauſti, ſuper quo cremabatur ſa-
crificium veſpertinum. Vnde in canone miſſæ
dicitur: Iube hæc in ſublime altare quod tuũ
ferri &c. ¶Altare etiam exterius ſunt Eccle-
ſiaſtica ſacramenta: de quibus dictum eſt:
Pſal. 83 Altaria tua Domine virtutum &c. ¶Rurſus
altare etiam, mortificatio noſtra ſeu cor no-
ſtrum, in quo carnales motus feruore Spiri-
4 tus ſancti conſumuntur. ¶ † Secundò, altare
etiam ſignificat Eccleſiam ſpiritualem: qua-
tuor eius cornua ſignificant quatuor mundi
plagas, per quas Eccleſia dilatatur. ¶Tertiò,
ſignificat Chriſtum, ſine quo munus nullum
acceptabile patri offertur. Vnde Eccleſia ſo-
let orationes ad patrem dirigere per Chri-
ſtum. ¶Quartò, ſignificat corpus Domini: Matt. 26
prout in ſexta parte ſub titu. de Paraſceue
dicetur. ¶Quintò, ſignificat menſam, in qua
cum diſcipulis conuiuatus eſt Chriſtus. Sanè
legitur in Exod. quòd in arca teſtamenti ſiue Exod. 40
5 † teſtimonij repoſita eſt teſtificatio, id eſt,
tabulę in quibus ſcriptum erat teſtimonium.
licet etiam quædam repoſita ibi teſtimonia
dici poſſunt, & hoc in teſtificatione quod le
gem naturalem in cordibus ſcriptam ſuſci-
tauerat in ſcriptis. Repoſita eſt etiam ibi vr- Heb. 9
na aurea plena manna in teſtificationem,
quòd panem dediſſet filijs Iſraël de cœlo: Rom. 13
& virga Aaron: in teſtimonium, quòd omnis
poteſtas à domino Deo eſt. & Deuterono-
mius, in teſtimonium pacti: quo dixerant, o-
mnia quæ dixerit nobis Dominus, faciemus.
Et ob hoc dicta eſt arca teſtimonij vel teſta
menti, ob hoc etiam dictum eſt tabernacu-
lum teſtimonij. Super arcam verò factum Exod. 37
eſt propitiatorium: de quo dicetur in procœ-
mio quartæ partis. In cuius rei imitationem
in quibuſdam Eccleſijs ſuper altare collo-
catur arca ſeu tabernaculum in quo corpus
Domini, & reliquiæ ponũtur. Præcepit etiam Exod. 25
Dominus fieri candelabrum ductile ex au-
ro puriſsimo. Legitur in iij. Regum, quòd 3. Reg. 8
in arca fœderis aliud non eſt, niſi duæ ta-
bulæ lapideæ quas poſuerat in ea Moſes
in Oreb, quando pepigit Dominus fœdus
cum filijs Iſraël cùm egrederentur de ter-
6 ra Aegypti. ¶Et nota † quòd tempore Sil-
ueſtri Papæ Conſtantinus Imperator con-
ſtruxit baſilicam Lateranẽ. in qua poſuit
arcam teſtamenti: quam Titus Imperator
aſportauerat de Hieruſalem, candelabrum
aureum, cum ſeptem infuſorijs lucernis. In
qua arca ſunt hæc: Anuli: & vectes au-
rei: tabulæ teſtimonij, & virga Aaron,
manna, panes ordeacei, vrna aurea, veſtis in-
conſutilis, & arundo: & veſtimentum ſan-
cti Ioannis Baptiſtæ: & forcipes cum qui-
bus tonſus fuit ſanctus Ioannes Euangeli-
7 ſta. ¶Sanè homo † ſi habet altare, menſam,
candelabrum & arcam, templum Dei eſt.
Oportet ſiquidem eum altare habere, vbi
rectè offerat: & rectè diuidat. Altare, eſt cor
noſtrum in quo debemus offerre: vnde Exo.
xx. præcepit Dominus in altare offerri holo-
cauſta: quia de corde debẽt procedere opera
igne charitatis accenſa. ¶Holocauſta dicũ-
tur ab ὅλον, quod eſt totum: & καῦσις, quod
eſt incendium ſiue incẽſio. vnde holocauſta,
quaſi ex toto incenſa. In iſto igitur altari de
bemus rectè offerre & rectè diuidere. Rectè
offerimus, quando bonum quod cogitamus
ad perfectionem perducimus. Sed non rectè
diuidimus, ſi nõ diſcretè illud faciamus: quia
ſæpe putat homo facere bonum, & facit ma
lum: & ſæpe ex vna parte, facit bonum: & ex
alia parte facit malum: & ita ipſe ædificat, &
ipſe deſtruit. Sed tunc rectè diuidimus, quã-
do bonum quod facimus, non nobis, ſed ſoli
Deo attribuimus. Mẽſam quoq; oportet ho-
minem habere, vt inde panes verbi Dei ſu-
8 mat. Per † mẽſam, ſacram ſcripturam intel-
Pſal. 22 ligimus, de qua Pſalmiſta: Paraſti in conſpe-
ctu meo menſam aduerſus eos, qui tribulãt
me. id eſt, dediſti mihi ſcripturã cõtra tẽtatio
nem dæmoniacam. Oportet vt hanc habea-
mus: id eſt, in mẽte reponamus: vt panes ver-
bi Dei inde ſumamus. Pro defectu huius pa
nis dicit Hiere. Paruuli petierunt panem: &
Tre. 4 non erat, qui frangeret eis. Oportet etiã eum
habere candelabrum, vt bonis operibus lu-
9 ceat. Candelabrum † exterius illuminans, eſt
opus bonum, quod alios per bonum exem-
Luc. 11 plum accendit. de quo dicitur: Nemo accen-
dit lucernam: & ponit eam ſub modio: ſed ſu
pra candelabrum. Lucerna iuxta verbum Do
mini, eſt bona intentio, quia Chriſtus dicit:
Lucerna, eſt oculus tuus: oculus verò, eſt
intentio. Non debemus ergo ponere lucer-
nam ſub modio: ſed ſupra candelabrum: quo
niam ſi habemus bonam intentionem, non
debemus abſcondere: ſed bonum opus alijs
10 in lumẽ & exemplũ manifeſtare. ¶ † Opor-
tet eum etiam habere arcam, quę dicitur ab
arcendo. Arca ergo, poteſt dici diſciplina, vel
regularis vita: per quam crimina à nobis arcẽ
tur. In arca autem ſunt virga, tabula & mãna:
quia in regulari vita debet eſſe virga corre-
ctionis, vt caro caſtigetur: & tabula dilectio-
nis, vt Deus diligatur. In tabulis enim ſcripta
ſunt mandata quæ pertinent ad dilectionem
Pſal. 33 Dei. Debet etiam ibi eſſe manna diuinæ prę-
libationis: vt quàm ſuauis eſt Deus, guſte-



mus, & videamus: quia bona eſt negotiatio
eius: iuxta illud Prouerb. de muliere forti: Prou. 31
Guſtauit & vidit: quia bona eſt. Vt ergo Dei
templum ſimus, habeamus in nobis altare
per oblationẽ, ne appareamus in conſpectu
Dei vacui: iuxta illud Eccleſia. Non appare- Eccl. 23
bis in conſpectu Dei tui vacuus. de conſe.
diſt. j. omnes. Menſam per refectionem, ne
deficiamus in via, quaſi ieiuni: iuxta illud euã
gelij: Si dimiſero eos ieiunos, deficient in Marci 8
via. Candelabrum, per bonam operationem,
ne ſimus otioſi: iuxta illud Eccleſia. Multam Eccl. 33
malitiam docuit otioſitas. extrà de renunt. c.
niſi. §. verũ. Arcã, ne ſimus quaſi filij Belial: id
eſt, abſque iugo indiſciplinati: diſciplina enim
neceſſaria eſt: iuxta illud Pſalm. Apprehen- Pſal. 2
dite diſciplinã, ne quando iraſcatur Dominus
&c. De his etiam & alijs altaris ornamentis
11 in ſequen. tit. dicetur. ¶ † Hoc altare ille ædi-
ficat, qui cor ſuum vera humilitate & alijs
virtutibus exornat. vnde Grego. qui virtutes
ſine humilitate congregat, quaſi qui puluе-
rem in ventum portat. Per altare enim cor
noſtrum intelligitur, vt dicetur, vbi de alta-
ris dedicatione agetur: quod eſt in medio
corporis, ſicut altare in medio Eccleſiæ: de
quo altari iubetur à Domino Leuiti. Ignis in Leuiti. 6
12 altari meo ſemper ardebit. Ignis, † eſt cha-
ritas: altare, eſt cor mundum: ignis ſemper
ardebit in altari: quia charitas ſemper ferue-
bit in corde noſtro. vnde Salomon in canticis Canti. 8
canticorum: Aquæ multæ non poſſunt extin-
guere charitatem: quia enim ſemper ardet,
extingui non poteſt. Vos ergo ſecundũ Pro- pſal. 117
phetam, agite diem lætitiæ in frequentatio-
nibus, ſeu in condenſis vſque ad cornu alta-
ris: quia reliquiæ cogitationum diem feſtum
agent tibi. De hac Apoſtol. excellentiorem 1. cor. 12
viam nobis demonſtrat: excellẽtiorem viam Pſal. 75
dixit charitatem: quia ipſa eſt ſuper omnes
virtutes: & quicũque ipſam habet, omnes vir
tutes habet: hoc eſt verbum abbreuiatum,
quod facit Dominus ſuper terrã, quod adeò
breue eſt, vt dicatur: Habe charitatem, & fac Mat. 22
quicquid vis. Ex his nanque duobus man-
13 datis tota lex pendet, & prophetæ. Vel † per
altare, vniuſcuiuſque animam intelligimus,
quæ ædificatur Domino ex lapidibus viuis,
ſcilicet ex virtutibus varijs & diuerſis.
14 ¶ † Porrò linteamina alba quibus operitur
altare, carnẽ ſiue humanitatẽ Saluatoris de-
ſignant, quæ multo labore candidãtur: ſicut
Chriſti

Chriſti caro ex terra, id eſt, ex Maria orta,
per multas tribulationes ad reſurrectionẽ,
& candorem,& lætitiam immortalis perue-
nit : de qua exterius ſunt eccleſiaſtica ſacra-
menta.de quibus dictum eſt:Altaria tua Do
15 mine virtutum &c.¶† Rurſus altare,eſt mor
Pſal. 83 tificatio noſtra ſeu cor noſtrum, in quo car-
nales motus feruore Spiritus ſancti conſu-
muntur.¶ Secundò, altare, etiam ſignificat
Eccleſiam ſpiritualem:quatuor eius cornua
ſignificant quatuor mundi plagas, per quas
Eccleſia dilatatur.¶ Tertiò, ſignificat Chri-
ſtum ſine quo munus nullum acceptabile pa
tri offertur,Vnde Eccleſia ſolet orationes ad
patrem dirigere per Chriſtũ.¶ Quartò,ſigni
ficat corpus Domini:prout in ſexta parte ſub
Matt. 26 titu.de paraſceue dicetur.¶ Quintò, ſignifi-
cat menſam, in qua cum diſcipulis continua-
Exod.40 tus eſt Chriſtus. Sanè legitur Exo. quòd in
16 arca teſtamenti † ſiue teſtimonij repoſita eſt
teſtificatio id eſt,tabulę,in quibus ſcriptũ erat
teſtimonium : licet etiam quædam repoſita
ibi teſtimonia dici poſſunt:& hoc in teſtifica
tione,quòd legem naturalẽ in cordibus ſcri
Hebr. 9 ptam ſuſcitauerat in ſcriptis. Repoſita eſt
etiam ibi vrna aurea plena manna, in teſtifi-
cationem quòd panem dediſſet filijs Iſraël
de cœlo:& virga Aaron:in teſtimoniũ quód
Rom.13 omnis poteſtas à Domino Deo eſt.& Deute
ronomius in teſtimonium pacti:quo dixerãt,
omnia quę dixerit nobis Dominus,faciemus.
Exod. 37 Et ob hoc dicta eſt arca teſtimonij vel teſta
menti:ob hoc etiam dictum eſt tabernaculũ
teſtimonij.Super arcam verò factum eſt pro
pitiatoriũ: de quo dicetur in procœmio quar-
tæ partis. In cuius rei imitationem, in qui-
buſdam Eccleſijs ſuper altare collocatur ar-
ca, ſeu tabernaculum in templum Salomo-
Pſal.83 nis:& à Propheta in xv.pſalmis continuè de-
monſtratur, quas beatus vir aſcenſiones in
17 corde ſuo diſpoſuit. Hanc† ſcalam vidit Ia-
Gene.28 cob:ſummitas eius cœlos tangebat.lxxxviij.
diſtinct.c.j.Per hos gradus,competenter vir-
tutum gradus intelliguntur:quibus ad alta-
re,id eſt,Chriſtũ aſcenditur:iuxta illud Pſal-
Pſal. 83 miſt. Et ambulabunt de virtute in virtu-
tem.de pœnitẽt.diſt. ij.dum ſanctam.in prin
Iob 33 cipio.& Iob:Per ſingulos gradus meos pro-
nuntiabo illum.legitur in Exod.Non aſcen-
des ad altare meum per gradus:ne reuele-
tur turpitudo tua.nondum enim fortè anti-
qui fœmoralibus vtebantur.In cõcilio To-
letano.xxvj.quæſt.vj.quicunq;.cauetur,quòd
clericus cauſa doloris in alterius perniciem
altare vel imaginem euxens veſtibus vel lu
gubri veſte vel ſpinis accingens,vel Eccleſię
luminaria extinguẽs,deponatur. Sed ſi Eccle
ſia ſua iure ſuo indebitè ſpoliatur:hoc cauſa
mœroris facere licet. vel ſecundum quoſ-
dam,quemadmodum & in die paſsionis Do-
mini in ſignum triſtitiæ altaria denudantur.
quod tamen hodie concilium reprobat Lu-
gdunen.extrà de offic. ordi. cap. ſi canonici.
Denique altaria, quæ per ſomnia, & per
inanes quaſi reuelationes hominum conſtru
untur,reprobantur omnino.de conſecra.diſt.
j.placet.

## SVMMA.


1 Picturarum & cortinarum vſus in Eccleſia.
earúmq; varia ſignificatio.
2 Græci quomodo vtantur imaginibus & pi-
cturis dimidiatis. Et quo id faciant con-
ſilio.
3 Ezechias rex, quo conſilio ſerpentem æneũ
confregerit.
4 Idolorum immodicus vſus reprobatur:mo-
deratus probatur.
5 Picturarum & imaginum in Eccleſia varia
eſt ſedes.
6 Chriſtus qua,& quotuplici forma pingendus
& nume.12.
7 Chriſtus variè pictus,varium quid notat.
8 Angeli variè effinguntur, pro varia eis à
Deo collata dignitate,& munere.
9 Euangeliſtæ qua forma pingantur : & qua
ſede locentur.
10 Apoſtoli variè pro ſuo cuiuſq; munere,pin-
guntur.& nume.16.
11 Patriarchæ,qualiter effingantur.
13 Ioãnes Baptiſta qua forma pingatur. Et qua
martyres.nume.14.
15 Confeſſores, qua forma pingantur:qua do-
ctores:qua deniq; virgines. Vbi & varietatis
ſubdita ratio.
17 Picturę ſanctorum,adquid in Eccleſijs variè
inſtitutæ. Et vnde ſit petitum illud ipſum
exemplum.
18 Antiquorum inſtituta & ſanctiones, ſunt tu
tiſsimi vitæ duces.
19 Chriſtus,quotuplici corona depingatur.
20 Corona ſanctorum, qua ſpecie & forma
effingatur.







21 Paradyſus adquid pingatur in Eccleſia:
adquid Infernus.
22 Picturarum varietas,varietatem virtutum
notat.
23 Eccleſiæ ornatus,in quibus conſiſtat.Et in
quibus altaris.num.24.
25 Hoſtiarum tabernaculum,quid notet.
26 Phylacterium,quid.
27 Candelabra in vtroq; altaris cornu, quid
notent. Quid emunctoria ſiue forcipes.
num.28.& 29.Quid ſcutra.num.30.
31 Crux altari ſuperponitur.
32 Altaris frons,quo pacto ornanda. Et quid
idipſum notet.
33 Codex altari imponitur.& id quare.
34 Quadrageſimæ tempore,ornamenta Ec-
cleſiæ velantur & conteguntur: non ſine
magna ſignificatione.
35 Velum Eccleſiæ, eſt triplex. Et quando
tollatur.nu.36.Et quãdo eleuetur.nu.38
37 Dominicæ ſex quadrageſimæ, quid de-
notent.
39 Cortinarum varius color,varium quid ſi-
gnificat.
40 Ornamenta varia adhibentur in feſto Na
tiuitatis dominicæ.
41 Altare quibus ornamentis tegatur in Pa-
ſchate.
42 Theſauri Eccleſiæ quo conſilio edantur,
in ferijs celebrioribus.
43 Oua,quid notent in Eccleſia.
44 Sacrificium antiquitus quibus vaſis,& cu-
ius generis,fiebat.
45 Calicis nomen,vnde tractum.
Calix aureus, quid notet.quid argenteus.
quid ſtanneus.
46 Eccleſia cur hodie vtatur & vaſis & orna
mentis pretioſis.
47 Concilij Aurelianeñ.decretum, circa nu-
ptiarum ornatum.
48 Veſtimenta Eccleſiæ deſtinata, ne trahan
tur in priuatos vſus.
49 Ornamenta altaris,à Diaconis lauanda.


## *De picturis,& cortinis,& ornamentis Eccleſiæ.* CAP. III.

1 PIcturæ † & ornamenta in Ec-
cleſia, ſunt laicorum lectiones
& ſcripturæ : vnde Gregor.de
conſecra. diſtin.iij.c.perlatum.
Aliud eſt picturam adorare:
aliud per picturæ hiſtoriam, quid ſit adoran-
dum,addiſcere: nam quod legentibus ſcriptu
ra, hoc idiotis cernentibus præſtat pictura:
quia in ipſa ignorantes vident quid ſequi de-
beant:in ipſa legunt,qui literas neſciunt.Sanè
Chaldæi ignem adorant,& cogũt alios idem
facere alia idola comburentes. Pagani verò
imagines ſeu icones, & idola adorant : quod
Sarraceni non faciunt, qui imagines nec ha-
bere, nec videre volunt : moti ex verbo illo:
Non facies tibi omnem ſimilitudinem eo-
rum, quæ in cœlo, vel in terra, vel in aquis,
vel ſub terra ſunt. Exod.xx.& alijs authorita Exod.20
tibus,quæ ſtatim ſequuntur: nos valde ſuper
hoc increpantes: ſed nos illas non adoramus:
nec Deos appellamus: nec ſpem ſalutis in eis
ponimus:quia hoc eſſet idolatriæ:ſed ad me-
moriam & recordationem rerum olim ge-
ſtarum,eos veneramur.

Vnde verſus:

*Effigiem Chriſti,qui tranſis,pronus honora.*
*Non tamen effigiem:ſed quod deſignat,adora.*
*Eſſe Deum,ratione caret:cui contulit eſſe*
*Materiale lapis,effigiale manus.*
*Nec Deus eſt, nec homo : præſens quam cernis imago.*
*Sed Deus eſt,& homo,quē ſacra figurat imago.*

Et alibi:

*Nã Deus eſt quod imago docet:ſed nõ Deus ipſa.*
*Hanc videas:ſed mente colas,quod noſcis in ipſa.*

2 ¶Græci † etiam vtuntur imaginibus pingen-
tes illas : vt dicitur ſolùm ab vmbilico ſuprà,
& non inferius : vt omnis ſtultæ cogitationis
occaſio tollatur : nullam etiam faciunt ſcul-
ptilem imaginem, eò, quòd legitur Exod.xx. Canti.26
cap.Non facies ſculptile neq; imagines.Item
Leuit.xxvj. Non facies idolum neque ſculpti Cap.4
le. Item Deut.iiij.cap. Ne fortè decepti, fa- Deute.4
ciatis vobis ſculptam ſimilitudinẽ. Item non
facietis vobis Deos aureos & argẽteos. Item
propheta: Simulachra gentium, argentum,& Pſal.13
aurum,opera manuum hominum. Similes il-
lis fient, qui faciunt ea : & omnes,qui confi-
dunt in eis. Cõfundantur omnes qui adorant
ſculptilia,& qui gloriãtur in ſimulachris ſuis.
Item Moſes ait populo Iſraël : ne fortè er- Numeri
rore deceptus adores ea, quæ creauit Domi- 21
3 nus deus tuus.†Hinc etiam eſt,quòd ſerpen-
tem æneum, quem Moſes erexerat, Eze- 4.Reg.
chias Rex confregit : quia populus ille con- 18
tra legis præceptum turis adolebat incen-
4 ſum. Ex his autem & ſimilibus authori-

tatibus reprobatur nimius imaginum vſus.
1.Cor.8 Ait enim Apoſtolus primæ Corinth. Scimus
enim,quia idolum nihil eſt in mundo:& nul- 6
lus Deus niſi vnus. Poſſent nanque ſimplices
& infirmi per nimium & indiſcretum vſum
Sap.14 facilè ad idolatriam trahi. Vnde Sapientia:
Idolis nationum non erit reſpectus:quoniam
creaturæ Dei in odium factæ ſunt : & in ten-
tationem animæ hominum:& in muſcipulam
pedibus inſipientium. Moderatè verò vti pi-
cturis ad repræſentandum mala vitanda , &
bona imitanda,reprehenſibile non eſt. Vnde
Ezech.8 Dominus ad Ezechielem : Ingredere,& vide
abominationes peſsimas: quas iſti faciunt. Et
ingreſſus, vidit omnem ſimilitudinem repti-
lium & animalium & abominationem: & vni
uerſa idola domus Iſraël depicta in pariete.
Nempe Greg.hoc exponens in paſtorali. lib.
ij.cap.xx.dicit:Dum exteriorum rerum intrin
ſecus ſpecies attrahuntur, quaſi in corde de-
pingitur quicquid fictis imaginibus delibe- 7
Ezech.4 rando cogitatur. Rurſus ad eundem Ezechie
lem dicitur:Sume tibi laterem, & pones eum
coram te: & deſcribes in eo ciuitatem Hieru
ſalem.Ei autem quod dictum eſt,quòd ima-
gines,ſunt laicorū literæ: obuiat illud Euan-
Luc.16 gelij : Habent,inquit,Moyſen & prophetas,
audiant eos. De hoc etiam dicetur in iiij.par-
te ſub iij.particula Canonis ſuper verbo, ſer-
uitutis.Concilium Agatheñ.de conſec.diſtin.
iij.c.placuit.inhibet picturas in Eccleſijs fieri:
& quod colitur & adoratur in parietibus de-
pingi: ſed Grego.de conſec.diſtin.iij.c.perla-
tum. dicit , quòd picturas non licet frangere
ea occaſione,quòd adorari non debent.Pictu
ra nanq; plus videtur mouere animum,quàm
ſcriptura.Per picturam quidem res geſta an-
te oculos ponitur.de conſecra.diſtinc.ij.c.ſe-
mel.ſed per ſcripturam res geſta quaſi per au
ditum,qui minus mouet animum, ad memo-
riam reuocatur. Hinc etiam eſt, quòd in Ec-
cleſia non tantam reuerentiam exhibemus li
5 bris quantā imaginibus & picturis. ¶†Pictu-
rarum ſiue imaginum aliæ ſunt ſupra Eccle-
ſiam,vt Gallus,vel Aquila : aliæ extra Eccle-
ſiam,ſcilicet foris in fronte Eccleſiæ: vt Bos, 8
& Leo. aliæ intra : vt conæ ſtatuæ & diuerſa
ſculpturarum & picturarum genera: quæ vel
in veſtibus vel in parietibus vel in vitrealibus
depingitur: de quorum aliquibus ſub tracta-
tu de Eccleſia dictum eſt, quod à taberna-
culo Moſi & tempore Salomonis ſumptum

eſt. Scripſit enim Moſes ſcripſit ,& pinxit Sa-
lomon:& parietes cælaturis & picturis orna-
uit. ¶†Sciendum autem eſt,quòd Saluatoris
imago tribus modis conuenientius in Eccle-
ſia depingitur,videlicet:Aut reſidens in thro-
no.Aut pendens in crucis patibulo.Aut,vt re-
ſidens in matris gremio : quia verò Ioan.Ba- Ioan.1
ptiſta Chriſtum digito demonſtrauit dicens:
Ecce agnus Dei : ideò quidam depingebant
Chriſtum ſub ſpecie agni. Quia tamen vm-
bra tranſiuit,& Chriſtus verus eſt homo : di-
cit Adrianus Papa de conſecra.diſtin.iij.c.ſe-
xtam. quòd ipſum in forma humana depin-
gere debemus. Non enim agnus Dei in cru-
ce principaliter depingi debet : ſed homine
depicto, non obeſt agnum in parte inferiori,
vel poſteriori depingi : cùm ipſe ſit verus a-
gnus , qui tollit peccata mundi. His quidem
& alijs diuerſis modis Saluatoris imago de-
pingitur : propter diuerſas ſignificationes.
†Nam picta in præſepio, rememorat natiui-
tatem. Depicta in matris gremio , puerilem
ætatem.Depicta vel ſculpta in cruce,paſsio-
nem: & quandoque in ipſa cruce Sol & Luna
quaſi eclypſim patientia depinguntur. Depi-
cta verò in ſcalarum aſcenſu , Aſcenſionem.
Picta,vt reſidens in throno,ſeu in ſolio excel
ſo,præſentem indicat maieſtatem & poteſta-
tem, quaſi dicat: Data eſt ei omnis poteſtas Mat.vlti.
in cœlo & in terra:iuxta illud : Vidi Dominū Eſa.6
ſedentem ſuper ſolium excelſum &c. id eſt,
Dei filium ſuper Angelos regnantem : iuxta
illud:Qui ſedes ſuper Cherubin.¶Quandoq; Exo.24
verò depingitur ſicut viderunt eum Moſes
& Aaron:Nadab & Abiu,ſcilicet ſupra mon-
tem & ſub pedibus eius quaſi opus ſaphiri-
cum : & quaſi cœlum ſerenum. Et quoniam
ſicut ait Lucas : tunc videbunt filium homi- Luc.21
nis venientem in nube cum poteſtate magna
& maieſtate: ideò ei quandoque circumcirca
pinguntur Angeli , qui ei ſemper ſeruiunt &
adſiſtunt:& depinguntur cum ſex alis,ſecun-
dum Eſa.Seraphin ſtabant:iuxta illud:ſex alæ Eſa.6
vni: & ſex alæ alteri : & duabus velabant fa-
ciem eius: duabus pedes:& duabus volabant.
¶†Depinguntur etiam Angeli tanquam in
ætate iuuenili florentes:nunquam enim ſene-
ſcunt. ¶Quandoque etiam circumpingitur
archangelus Michaël , draconē ſuppeditans:
iuxta illud Ioan.in Apoc.Factum eſt prælium Apoc.12
in cœlo. Michaël cū dracone pugnabat: quæ
pugna eſt diſsidium Angelorum:confirmatio
bonor



bonorum:& ruina malorum:aut in præſenti
Apoc.4 Eccleſia perſecutio fidelium. ¶ Quandoque
etiam circum pinguntur xxiiij.ſeniores,ſecū-
dum viſionem ipſius Ioan.in veſtibus albis
& coronis aureis:per quos ſignificatur vete-
ris & nouæ legis doctores : qui ſunt xij.pro-
pter fidem trinitatis , quam annuntiant per
quatuor mundi climata , aut xxiiij. propter
opera & obſeruantiam euangeliſtarum. Si
lampades adduntur , dona Spiritus ſancti re-
præſentātur.Si mare vitreum, baptiſmus in-
9 nuitur.¶†Quandoque etiam circupingūtur,
Ezech.1 quatuor animalia , ſecundum viſionem Eze-
chielis & eiuſdem Ioan. Facies hominis : &
facies leonis à dextris:& facies bouis à ſini-
o Ian.9 ſtris:& facies aquilæ deſuper ipſorum qua-
tuor.Hi ſunt quatuor euangeliſtæ. Vnde pin
guntur cum libris in pedibus : quia quæ ver
bis & ſcriptura docuerant , mente & opere
compleuerunt. Matthæus figuram ſortitur
humanam. Marcus figuram tenet leonis : hi
ponuntur à dextris:quia Chriſti natiuitas &
reſurrectio fuerunt omnium lætitia gene-
Pſal.29 ralis. Vnde in Pſal. Et ad matutinum læ-
titia. Lucas verò vitulus eſt , eò quòd à Za-
charia ſacerdote inchoauit:& Chriſti paſsio
nem & hoſtiam ſpecialius pertractauit. Vi-
tulus enim , eſt animal ſacerdotum ſacrifi-
cijs aptum. Comparatur etiam vitulo pro-
pter duo cornua , quaſi duo continens te-
ſtamenta : & propter quatuor pedum vngu-
las , quaſi quatuor euangeliſtarum ſenten-
tias. Per hunc quoque figuratur Chriſtus,
qui fuit pro nobis vitulus immolatus:ideóq,
ponitur à ſiniſtris : quia mors Chriſti fuit
Apoſtolis triſtis. De hoc & qualiter beatus
Marcus depingi debet, in ſeptima parte ſub
titulo de euāgeliſtis dicetur. Ioannes autem
figuratur aquila:quoniam ad excelſa peruo-
Ioan.1 lat , cum ait: In principio erat verbum. Hoc
Pſal.102 quoque ſignificat Chriſtum: cuius iuuentus,
vt aquila renouatur : quia reſurgens à mor-
tuis floret:& in cœlum ingreditur:hîc tamen
non iuxta,ſed ſuper ſe depingitur : quoniam
aſcenſionē deſignat & verbum apud Deum
pronūtiat. Sed cū quodlibet ipſorū animaliū
haberet quatuor facies,& quatuor alas:qua-
liter poſſent depingi,dicetur in ſeptima par-
te ſub titu.de euāgeliſtis,vbi etiam latius de
10 hoc agetur.¶ Quandoq;† etiam circumpin-
guntur vel potius ſubpingūtur Apoſtoli qui
fuerūt teſtes eius verbo & opere vſq; ad vlti

mū terræ. Et pingūtur criniti ,quaſi Nazarei,
id eſt,ſancti.Lex enim fuit Nazareorū:vt à Num.6
tēpore ſuæ ſeparationis à cōmuni vita homi
num nouacula nō tranſiret ſuper caput eo-
rum. Pinguntur etiam quandoq; ſub forma
duodecim ouiū:quia tāquam bibentes occiſi
ſunt propter Dominū : ſed & duodecim tri-
bus Iſrael:quandoque ſub forma duodecim
ouium pinguntur. Quādoq; tamē plures,vel
pauciores oues circa ſedē maieſtatis pingū-
tur:ſed tunc aliud figurāt,iuxta illud Matth.
xx.in fine:Cū venerit filius hominis in maie- Cap.25
ſtate ſua, tūc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis
ſuæ:ſtatuens oues à dextris,& hœdos à ſini-
ſtris.qualiter Bartholomeus & Andreas Apo
ſtoli depingi debēt in ſeptima parte ſub eo-
11 rum feſtis dicetur. ¶ † Et aduerte , quia pa-
triarchæ & prophæte pinguntur cum rotulis
in manibus : quidam verò Apoſtoli cum li-
bris : & quidam cum rotulis. Nempe quia
ante Chriſti aduentum fides figuratiuè oſtē
debatur : & quo ad multa in ſe implicita
erat. Ad quod oſtendendum patriarchæ &
prophetæ pinguntur cum rotulis , per quas
quaſi quædam imperfecta cognitio deſigna
tur . quia verò Apoſtoli à Chriſto perfectè
edocti ſunt:ideò libris per quos deſignatur
congruè perfecta cognitio, vti poſſunt. Sed
quia quidam illorum , quod didicerunt ad
doctrinam aliorum ſcriptis redigerunt.Ideò
illi congruè tanquam doctores cum libris
in manibus depinguntur, ſicut Paulus,euan-
geliſtæ:Petrus , Iacobus , & Iudas. Alij verò
qui nihil ſtabile ſeu ab Eccleſia approba-
tum ſcripſerunt,non cum libris ſed cum ro-
tulis in ſignum ſuæ prædicationis pingun- Ephe.4
tur.Vnde Apoſtolus ad Epheſios & extrà de
hære . cùm ex iniuncto. Dominus quoſdam
dedit Apoſtolos:quoſdam prophetas , alios
euangeliſtas , alios paſtores , & doctores in
12 opus miniſterij.¶Sed† & diuina maieſtas de-
pingitur quandoq; cum libro clauſo in mani
bus : quia nemo inuentus eſt dignus aperire Apoc.4
illum , niſi Leo de tribu Iuda.& quandoq;,
cū libro aperto:vt in illo quiſq; legat, quòd Ioan.14
ipſe eſt lux mundi,& via, veritas,ac vita:& li
ber vitæ. Quare autem Paulus ad dextrā &
Petrus ad ſiniſtram ſaluatoris depinguntur:
dicetur in vij.parte ſub titulo de euāgeliſtis.
13 † Ioā.verò baptiſta quādoq; depingitur , vt
14 eremita.Martyres cū†aculeis ,vt Laurentius
in craticula.Stephanus cū lapidibus:& quan-


doq;

doq; cum palmis,quæ victoriã ſignant.iuxta
Pſal. 90 illud:Iuſtus vt palma florebit,vt ſicut palma
viret,ſic eorum memoria ſeruetur.Hinc eſt,
quòd qui de Hieroſolymis veniũt,palmas in
manibus ferunt,in ſignum quòd illi regi mi
litarunt, qui Hieroſolymis cum palmis ho-
norificè receptus eſt : & poſtmodum ibidem
cum diabolo pugnans victor extitit:& cœli
palatiũ cum angelis triũphans introiuit.ver.
Iuſti vt palma florebũt:& ſicut ſtellæ fulge
15 bũt. ¶ Confeſſores † pinguntur cũ ſuis inſi-
gnijs:vt epiſcopi mitrati : abbates capuciati:
& quãdoq; cum lilijs,quę caſtitatẽ deſignãt:
doctores cum libris in manibus:virgines(ſe-
16 cundũ euangelium)cum lampadibus.† Pau-
lus cum libro & enſe:cum libro,quia doctor
ſiue propter conuerſionem ſuam:cum enſe:
quia miles.vnde verſus:Mucro,furor,Pauli:
17 liber,eſt cõuerſio Sauli.¶ Generaliter† autẽ
ſanctorum patrum imagines quãdoq; in pa-
rietibus Eccleſiæ:quandoq; in poſteriori alta
ris tabula:quandoq; in veſtibus ſacris & alijs
varijs locis pingũtur , vt illorũ actus & ſan-
ctitatem iugiter non indiſcreta vel inutilia
Cap. 18 meditemur. Vnde in Exod.diuina voce præ-
cipitur , vt in Aarõ pectore rationale iudicij
vittis ligantibus imprimatur,quatenus ſacer
dotale cor nequaquã fluxę cogitationes poſ
ſideãt:ſed ratio ſola conſtringat:in quo etiã
rationali vigilante ſecundũ Greg.duodecim
patriarcharũ nomina deſcribi iubẽtur.¶ Nẽ-
18 pe † adſcriptos patres,ſemper in pectore fer
re,eſt antiquorum vitam ſine intermiſsione
cogitare.Tunc autẽ ſacerdos irreprehẽſibi-
liter graditur,cum exẽpla patrum præcedẽ-
tium indeſinẽter intuetur : cum ſanctorum
veſtigia ſine ceſſatione conſiderat : & illici-
tas cogitationes deprimit, ne extra rationis
19 limitem operis pedem teneat.¶ † Conſiderã
dum quoq; eſt quòd Ieſus ſemper coronatus
depingitur.quaſi dicat egredimini filiæ Hie-
ruſale,& videte regem Salomonem in diade
mate , quo coronauit eum mater ſua.Fuit
enim Chriſtus coronatus tripliciter.¶ Primò
à matre, corona miſericordiæ in die conce-
ptionis:quæ corona duplex eſt propter natu
ralia & gratuita:ideóq; & diadema vocatur,
quod eſt duplex corona.Secundò, à nouerca
corona miſeriæ, in die paſsionis.¶ Tertiò , à
patre , corona gloriæ , in die reſurrectionis:
vnde,gloria & honore coronaſti eum domi-
ne. Demum coronabitur à familia corona
potentiæ,in die vltimæ reuelationis. Veniet
enim cum ſenatoribus terræ, iudicãs orbem
terræ in æquitate.Sic & omnes ſancti pingũ
tur coronati , quaſi dicat filiæ Hieruſalem,
venite , & videte martyres cum coronis au-
reis,quibus coronauit eos Dominus:& in li-
bro ſapientiæ:Iuſti accipient regnum deco- Sapi. 5
ris , & diadema ſpeciei de manu Domini.
20 † Corona autẽ huiuſmodi depingitur in for
ma ſcuti rotundi:quia ſancti Dei protectio-
ne diuina fruũtur.Vnde cantant gratulabun
di:Domine vt ſcuto bonæ voluntatis coro-
naſti nos. Veruntamen Chriſti corona per
Crucis figuram à ſanctorum coronis diſtin-
guitur:quia per Crucis vexillum ſibi carnis
glorificatione : & nobis meruit à captiuitate
liberationẽ , & vitæ fruitionem. Cum verò
aliquis prælatus aut ſanctus viuens pingitur,
non in formã ſcuti rotundi ſed quadrati,co-
rona ipſa depingitur , vt quatuor cardinali-
bus virtutibus vigere monſtretur , prout in
21 legẽda beati Grego.habetur.¶ Rurſus† quã
doq; in eccleſijs paradyſus depingitur,vt aſpi
cietes ad delectationem præmiorũ alliciat:
& quãdoq; infernus:vt eos formidine pœna
rũ à vitijs deterreat:quãdoq; flores & arbo-
res cũ fructibus ad repręſentãdũ fructus bo
norũ operum ex virtutũ radicibus prodeun-
22 tium.¶ † Picturarum autẽ varietas,virtutum 1.cor.12
varietatẽ deſignat.Alij enim datur per ſpiri-
tum ſermo ſapiẽtiæ:alij ſciẽtiæ &c.virtutes
verò in mulieris ſpecie depingũtur quia mul
cẽt & nutriũt.Rurſus , per cælaturas quæ &
laquearia nominantur,quæ ſunt ad decorem
domus,ſimpliciores Chriſti famuli intelligũ
tur:qui Eccleſiã non doctrina,ſed ſolis virtu
tibus ornant.Cæterũ ſculpturæ prominentes
de parietibus,egredientes eſſe videntur:quia
cum virtutes fidelibus in tantã conſuetudinẽ
deueniunt:vt eis naturaliter inſitę videantur,
multifarijs earũ operationibus exercentur.
¶ Synagôga verò qualiter depingitur,dicetur
in quarta parte ſub tit.de reuerentia. Quali-
ter pallium romanorum pontificum pinga-
tur, in tertia parte ſub tit. de pallio dicetur.
Annus verò & duodecim ſigna & mẽſes qua
liter depingãtur,dicetur in princ.octauę par-
tis vbi & de mẽſe agitur. Sed & diuerſę hiſto
riæ tã noui,quàm veteris teſtamẽ.pro volũta
te pictorũ depingũtur:nã pictoribus atq; poë
tis quælibet audẽdi ſemper fuit æqua pote-
23 ſtas.¶ Porrò † ornamenta Eccleſiæ in tribus
conſiſtunt.



conſiſtunt id eſt, in ornatu Eccleſiæ,chori &
altaris. Ornatus Eccleſiæ ,conſiſtit in corti-
nis,& auleis,& palleis,ſericis, & purpureis,&
ſimilibus.Ornatus chori in dorſalibus,tape-
tis,ſubſtratorijs & bãcalibus.Dorſalia , ſunt
panni in choro pendẽtes à dorſo clericorũ.
Subſtratoria,quæ pedibus ſubſternũtur.¶ Ta
peta etiã ſunt panni,qui pedibus ſubſternun-
tur ,quaſi ſtratio pedum,& pręcipuè pedibus
epiſcoporum, qui mundana pedibus calcare
debent.¶ Bancalia ſunt panni,qui ſuper ſedes
24 vel bancas in choro ponuntur.¶ Altaris† ve-
rò ornatus,cõſiſtit in capſis:in palleis:in phy
lacterijs,in candelabris:in crucibus:in aurifri
ſio:in vexillis:in codicibus:in velaminibus &
25 in cortinis.¶ Et † nota, quòd capſa in qua ho
ſtiæ cõſecratæ,ſeruãtur,ſignificat corpus vir
ginis glorioſæ:de qua dicitur in Pſal. Surge
Domine in requiẽ &c.quæ quãdoq; eſt de li
gno:quãdoq; de ebore candido:quandoq; de
argẽto:quãdoq; de auro:& quandoq; de cry
ſtallo:& ſecundũ varias ſuas proprietates va
rias ipſius corporis Chriſti exprimit dignita-
tes.Rurſus capſa ipſa continẽs hoſtias cõſe-
cratas ſiue nõ conſecratas,memoriã deſignat
humanã:debet nãq; homo iugiter recordari
acceptorũ beneficiorũ Dei tam temporaliũ,
quæ per hoſtias nõ conſecratas, quàm ſpiri-
exod. 16 tualiũ,quæ per cõſecra.deſignãtur.Quod fi-
guratũ eſt in vrna in qua Deus iuſsit manna
reponi:quod licet tẽporale eſſet, præfigura-
bat tamen iſtud noſtrũ ſacrificiũ ſpirituale,
præcipiẽs vt eſſet in memoriale ſempiternũ
Cant. 16 in futuras generationes:ſicut legitur in Exo.
Eſai. 49 capſę autẽ poſitę ſuper altare,quod eſt Chri
ſtus , ſunt Apoſtoli & martyres:pallæ & ve-
ſtes ſunt confeſſores & virgines vel omnes
ſancti:de quibus ait Dominus ad prophetã:
His ſicut veſtimẽto veſtieris,& de hoc dictũ
eſt in tit.præcedẽ.Aliud aũt eſt phylacteriũ:
26 aliud philatteria.† Phylacteriũ,eſt chartu-
la in qua decẽ præcepta legis deſcribũtur:hu
iuſmodi chartulã ſolebant Phariſæi ante ſe
in ſignum religionis portare.vnde in euãge-
Matt. 23 lio:Dilatant phylacteria ſua &c. & ſic ſumi
tur xxvj.quæſt.v.non oportet.& dicitur phi-
latterium à φυλάττειν quod eſt cuſtodire &
θώραξ,quod eſt lex.Philatteria verò, eſt va-
ſculũ de argento,vel auro,vel cryſtallo, vel
ebore & huiuſmodi:in quo ſanctorum cine-
res vel reliquiæ reconduntur.Cũ enim Elin-
dius fideles cinericios vocaret , pro eo quod
cineres ipſos ſeruabãt,cõtra eius deciſionem
ſtatutum fuit in Eccleſia , vt honorificè & in
precioſis vaſculis ſeruarentur : quod nomen
eſt comprehenſum à φυλάττειν quod eſt ſer-
uare:& τέρων, quod eſt extremitas : quia ibi
aliquid de extremitate corporis ſanctorum,
puta dens vel digitus, vel aliquid tale ſerua-
tur.¶ Super altare etiam in quibuſdam Eccle
ſijs collocatur tabernaculũ:de quo ſub tit.de
27 altari dictum eſt.¶ † In cornibus altaris duo
ſunt cãdelabra conſtituta : ad ſignificandum
gaudium duorum populorum de Chriſti na
tiuitate lætãtium:quæ candelabra mediante
Cruce faculas ferunt accenſas:angelus enim
inquit paſtoribus:Annumtio vobis gaudium Luc. 22
magnum,quod erit omni populo:quia natus Gen. 18
eſt vobis hodie ſaluator mundi. Hic eſt ve-
rus Iſaac,qui riſus interpretatur. Lumẽ enim
candelabri fides eſt populi : nam ad Iudaicũ
populum inquit propheta:Surge, illuminare
Hieruſalem.quia venit lumen tuum:& glo- Eſai. 49
ria domini ſuper te orta eſt. Ad populum ve
rò gentilẽ dicit Apoſtolus: Eratis aliquando Ephe. 5
tenebræ:nunc autem lux in Domino. Nã & Nu. 34
in ortu Chriſti noua ſtella magis apparuit,ſe Matth. 2
cundum vaticinium Balaam. Orietur inquit
ſtella ex Iacob:& conſurget virga ex Iſraël.
De hoc etiam dictum eſt in titu.de altari.
28 ¶ † Emunctoria ſiue forcipes ad emungen-
dum lychnum,ſunt verba diuina:quibus lite
ras legis amputamus:& lucentẽ ſpiritum re-
uelamus:iuxta illud : Vetuſtiſsima veterum Luc. 26
comedetis:& nouis ſuperuenientibus vetera
abijcietis.Vaſa in quibus emuncti lychni ex
tinguntur ſunt corda fidelium,quæ obſeruã-
29 tiã legalem ad literam admittunt.† Rurſus
forcipes,quorum gemino dente componitur
ignis , ſunt prædicatores : qui nos conſonis
vtriuſq; teſtamenti paginis inſtruunt,& mo-
ribus componentes ad charitatẽ accendunt.
30 ¶ † Scutra verò id eſt,vaſa æqualis amplitudi
nis,in fundo & in ore ad calefaciendum fa-
cta,ſunt illi doctores qui theſaurum cordis
non cęlant , ſed ex eo proferunt noua & ve-
tera.Lucernã quoq; non ponunt ſub modio, Matth. 5
ſed ſuper candelabrum:vt hi,qui ſunt in do-
mo Domini lumen & calorem accipiant ſu-
31 per ſe. ¶ Crux † quoq; ſuper altare ponen-
da eſt:& eam inde tollit baiulus Crucis , in
quo recolitur : quia Crucem de Chriſti hu-
meris ſublatam tulit Simon cyrenæus.In-
ter duo candelabra Crux in altari media

collocatur:quoniã inter duos populos Chri-
Eph. 2 ſtus in Eccleſia mediator exiſtit.Ipſe enim
1.Pet. 2 eſt lapis angularis, qui fecit vtraq; vnum:ad
Eſa. 28 quem paſtores à Iudæa, & Magi ab oriẽte
venerunt. De hoc aliter dicetur in prœmio
iiij.partis ſub tit.de ac.ſac. ad alta. ¶ Rurſus
32 † altaris frons, aurifriſio ornatur, iuxta
illud Exod. xxv.& xxviij.ca. Conſtrues mihi
altare: faciéſq; illi coronam per gyrum ſeu
circuitum alta quatuor digitis. Nempe alta-
re quadoq; ſignificat cor hominis in quo ſa-
crificium verè fidei per cõtritionem offerri
debet: & tunc aurifriſium conceptum bonæ
operationis ſignificat:quo frontem noſtram
ornare debemus, vt cæteris luceamus. Quã-
doq; altare ſignificat Chriſtum: & tunc per
aurifriſium, congruè ornamentum charitatis
deſignatur. Sicut enim aurum preæminet o-
mnibus metallis:ſic & charitas cæteris virtu
tibus.xcvj.diſt.duo.vnde Apoſtolus ad corin.
1.cor.19 j.Maior horum eſt charitas. Frontem enim
noſtrã ſic aurifriſio charitatis debemus or-
nare:vt parati ſimus pro Chriſto animas po-
nere. Vexilla etiã ſuper altare eriguntur: vt
triumphus Chriſti iugiter in Eccleſia me-
moretur:per quẽ & nos de inimico triũpha-
33 re ſperamus.¶ †Codex etiam euangelicus ſu
per illud adaptatur, eò quòd euangelium ab
ipſo ſcilicet Chriſto, ſit editũ: & ipſe perhi-
beat teſtimoniũ.qui quare exterius ornetur
dicetur in iij.parte ſub tit.de lega.indu.¶ De
niq; vaſa & vtẽſilia in domo Domini à Moſe
& Salo.originẽ habuerũt:quę in veteri teſta
mẽto plura & diuerſa fuerũt:prout in Exod.
legitur diuerſa habentia ſignificata: de qui-
34 bus hîc breuitatis cauſa nõ agimus.¶ †Sanè
omnia, quæ ad ornatum pertinent, tempore
quadrageſimę, remoueri vel contegi debẽt,
quod fit ſecundũ aliquos in dominica de paſ
ſione:quia extunc diuinitas fuit abſconſa &
velata in Chriſto:dimiſit enim ſe capi & fla
gellari vt homo tanquã nõ habens in ſe vir-
tutẽ diuinitatis:vnde in euangelio huius diei
Ioan. 8 dicitur:Ieſus autẽ abſcondit ſe & exiuit de
templo:tũc ergo cooperiũtur Cruces.id eſt,
virtus ſuę diuinitatis. Alij hoc faciũt à prima
dominica quadrageſimę quia extunc Eccle-
ſia incipit de eius paſſione agere.vnde eo tẽ
pore Crux per Eccleſiã non niſi cooperta por
tari debet:& ſecundũ morẽ quorũdã locorũ
duo tantùm velamina ſeu cortinæ tunc reti-
nentur:quorum vnum ponitur per circuitum
chori: aliud ſuſpenditur inter altare & cho-
rum, ne appareant quæ ſunt intra ſancta ſan-
ctorũ.quòd ſanctuarium & Crux tunc velã-
tur, ſignificat literam legis.id eſt, eius carna-
lem obſeruantia: ſiue quòd in veteri teſta-
mento ante Chriſti paſsionem intelligẽtia
ſacrarum ſcripturarũ velata, operta & obſcu
ra erat. Et qui tempore illo fuerunt, velamen Luc. 8
id eſt, obſcuram ſcientiam, ante oculos ha-
buerunt: ſignificat etiam rumpheam illam,
quæ fuit ante ianuam paradyſi: & quoniam
huiuſmodi carnalis obſeruãtia & obſcuritas
& rumphea in Chriſti paſsione ſublata ſunt,
ideò cortinę vel velamina huiuſmodi in para
ſceue remouentur. Sed & quia in veteri te-
ſtamento fuerunt animalia ruminantia, &
gulas ſcindentia, vt boues arãtes, id eſt, ſcri-
pturarũ myſteria diſcernentes, & ſpiritualiter
ter intelligentes:ideò in quadrageſima poſt
velum ingrediuntur ſacerdotes pauci:quibus
35 datum eſt noſſe myſteriũ regni Dei.¶ †Cir-
ca hoc autem notandum eſt, quòd triplex
genus veli ſuſpenditur in Eccleſia:videlicet,
Quod ſacra operit. Quod ſacrarium à clero
diuidit. Et quod clerum à populo ſecernit.
¶ Primũ, eſt nota noſtrę legis.¶ Secũdũ, nota
noſtræ dignitatis: quia indigni ſumus imò
impotentes cœleſtia intueri.¶ Tertium, eſt
coërtio noſtræ voluptatis carnalis.¶ Primũ,
videlicet cortinæ quæ ab vtroq; altaris late-
re extenduntur ſacerdote ſecretum intrãte,
prout in.iiij.parte ſub tit.de ſecreta dicetur:
ſignificatum eſt in hoc, quòd ſicut legitur
Exo.xxxiiij.Moſes poſuit velamen ſuper fa- exod. 34
ciem ſuã: quia filij Iſraël claritatem vultus
eius ſuſtinere non poterãt:& ſicut dicit Apo
ſtolus: hoc velamen adhuc hodie eſt ſuper 2. Cor. 3
corda Iudæorum.¶ Secundũ, videlicet corti-
na quæ in quadrageſima in officio Miſſæ
ante altare extẽditur:ſignificatũ eſt in hoc,
quòd velũ infra tabernaculum erat ſuſpen-
ſum:quod diuidebat ſancta ſanctorũ à ſan-
ctis:vt dicetur in procœmio quartę partis:per
quod arca populo velabatur: & erat miro
opere contextũ, & pulchra varietate diſtin-
ctũ:quod in paſsione Domini ſciſſum eſt:&
illius exẽplo hodie cortinę varia pulchritu-
dine texũtur. De præmiſſo velo, & quales de
bẽt eſſe cortinę habetur Exo.xxvj.&xxxvj.c. Matt. 27
¶ Tertiũ inde tũc habuit originẽ:quia in pri
mitiua Eccleſia peribolus id eſt, paries, q cir-
cuit chorũ, nõ eleuabatur, niſi vſq; ad appo-
diatio



diationẽ:quod adhuc in quibuſdam Eccleſijs
obſeruatur:quod ideò fiebat; vt populus vi-
dens clerum pſallentem, inde bonum ſume-
ret exemplum. Veruntamen hoc tempore
quaſi cõmuniter ſuſpenditur:ſiue interponi-
tur velum aut murus inter clerum & popu-
lũ:ne mutuò ſe conſpicere poſsint:quaſi ipſo
36 facto dicatur:Auerte †oculos tuos, ne videãt
pſal. 118 vanitatem &c.In paraſceue verò omne tolli
Matt. 27 tur velũ:quia in paſsione Domini velum tẽ-
pli ſciſſum eſt:& per eam reuelata eſt nobis
legis ſpiritualis intelligentia: quæ anteà la-
tebat:vt præmiſſum eſt: & aperta eſt Regni
cœleſtis ianua: & eſt data nobis fortitudo, vt
vinci, niſi velimus à carnali concupiſcentia
nequeamus. Veruntamen velum, quod diui-
dit Sanctuarium à clero, retrahitur vel ele-
uatur in veſpera cuiuslibet ſabbati quadra-
geſimæ:quando officium diei Dominicæ in-
choatur: vt clerus poſsit in Sanctuarium in-
tueri:quia dominicam recolit reſurrectionẽ.
37 Hoc †etiam ideò fit in ſex diebus dominicis:
quia nulla fuit ætas, in qua non fuerit gau-
dium æternum. Gaudium quidem figuratũ,
quod cœlo velatur: quod per velum illud ſi-
gnificatur: inde eſt quòd diebus dominicis
non ieiunamus:& hoc propter gloriam Do-
minicæ reſurrectionis. Nam prima domini-
ca, ſignificat gaudium, quod habuerũt primi
parẽtes in paradyſo ante peccatum. Secunda
Dominica figurat gaudiũ, quod pauci habue
runt in arca Noë alijs omnibus diluuio ſub-
merſis. Tertia, quod habuerunt filij Iſraël,
alijs ſub Ioſeph fame afflictis. Quarta, quod
habuerunt ſub Salomone, in pace viuentes.
Quinta, quod habuerũt redeuntes de capti-
uitate Babylonis. Sexta, quod diſcipuli habue
runt à reſurrectione vſque ad aſcenſionem:
quando cũ eis præſentialiter fuit ſponſus. In
38 feſtiuitatibus †etiam nouem lectionum qua
drageſimæ velum ipſum eleuatur vel retra-
hitur. Sed hoc non habetur de primaria inſti
tutione Eccleſiæ:quia tunc nullũ feſtum ce-
lebrabatur in quadrageſima ſolenniter. Sed
ſi aliquod feſtũ occurrebat, quacũq; die oc-
curreret, in ſabbato, & in dominica, de eo cõ-
memoratio fiebat:prout in canone Martini
Papæ habetur xxiij. quæſt. iiij.nõ oportet.el
j.& c.nõ licet.& in Bucardo. lib. xiij.& hoc
totũ propter tẽporis illius triſtitiam. Poſteà
vſus in contrariũ obtinuit vt videlicet feſtũ
ix.lectionũ in ſuo die ſolenniter celebretur,
39 & nihilominus ieiunetur.¶ †Rurſus cortinæ
in feſtiuitatibus extendũtur in Eccleſijs, pro
pter ornatũ:vt per viſibiles ornatus ad inuiſi-
biles moueamur:quæ ſunt quadoq; varijs co
loribus coloratæ:vt præmiſſum eſt:vt ex di-
uerſitate colorum ipſorũ notetur, quòd ho-
mo, qui eſt Dei templum, ornatus eſſe debet
varietate ſeu diuerſitate virtutum. Cortina
alba, ſignat vitæ munditiam:rubea, charitate:
viridis, contẽplationem:nigra, carnis mortifi
cationem:liuida, tribulationem. Adhuc ſuper
cortinas candidas ſuſpenduntur quandoque
panni varij coloris, ad notandum, quòd cor
noſtrum purgatũ eſſe debet à vitijs, & in eo
debẽt eſſe cortinæ virtutũ, & varietates bo-
40 norum operũ.¶ †Porrò in feſto natiuitatis Phil. 2
Domini quædam Eccleſiæ nullos ſuſpẽdunt
pannos:quædã viles:& quædam bonos. Quæ
nullos ſuſpendunt, noſtrum figurant ruborẽ.
Et ſi enim maximum ſit nobis gaudiũ de na-
to Saluatore: non tamen eſſe debemus ſine
rubore pro eo, quòd tantũ fuit noſtrum pec
catum, quòd Dei filius ſeipſum propter nos
exinaniuit formam ſerui accipiens, & pro-
pterea etiã in ipſius obitu non cum lætitia ſo
lennizamus:ſed acerrimum ieiuniũ facimus:
cum tamẽ in aliorum ſanctorum obitu læti
ſolennizemus: & aliquantulum lautius in
cibo & potu nobis indulgeamus: prout in
vj.parte ſub paraſceue dicetur. Rubor quip-
pe nobis eſt, quòd Dominus mortuus eſt
propter peccata noſtra:ſancti verò non pro-
pter peccata noſtra, ſed propter Chriſtum
paſsi ſunt.¶ Qui viles ſuſpendunt, figurant
quòd Dominus ſeruilem induit formam: &
quòd vilibus pannis eo die inuolutus fuit.
¶ Qui bonos, gaudiũ de Rege nato habitum
attendunt: & quales eſſe debeamus in rece-
41 ptione tanti hoſpitis oſtendũt.¶ In †quibuſ-
dam Eccleſijs altare in paſchate pretioſis
ornatur pallijs: & ſuperponuntur velamina
trium colorum: rubeum, ſubalbum, & ni-
grum: quæ tria tempora deſignant.¶ Prima
lectione & reſponſorio finitis remouetur
velamen nigrum: quod tempus ante legem
ſignificat.¶ Secunda lectione & reſponſorio
finitis, remouetur ſubalbum: quod tempus
ſub lege deſignat.¶ Tertia finita, remoue-
tur rubeum, quod tempus gratiæ ſignificat:
in quo per Chriſti paſsionem ad ſancta ſan-
ctorum, & ad æternam gloriam nobis adi-
tus patet. De pannis verò & veſtimentis alta

42 ris,in tractatu de altari,dictũ eſt.¶† In præ-
cipuis feſtiuitatibus theſauri Eccleſiæ in pu-
blicũ educuntur,propter tria.Primò.propter
conſiderationem cautelæ:vt videlicet appa-
reat quòd cautus fuerit in ſeruando, qui illũ
ſeruare tenetur. Secundò, propter ſolennita
tis veneratione. Tertiò , propter oblationis
memoriam:videlicet in memoriam illorum,
qui prius ea Eccleſiæ obtulerunt.quòd autẽ
Eccleſia intus & non extra feſtiuè ornatur,
myſterialiter innuit quòd omnis gloria eius
abintus eſt.extrà de ſac.vnc.licet enim exte-
rius deſpicabilis ſit in anima:tamen quæ ſe-
Canti. 1 des Dei eſt,radiat,iuxta illud:Nigra ſum,ſed
Pſal. 25 formoſa &c.& Dominus per prophetam:
Etenim hæreditas in præcla.eſt mi.propheta
etiam conſiderans hoc ait:Domine dilexi de
corem domus tuæ : quam ſpiritualiter fides,
ſpes & charitas exornant. Eccleſia quoq; ma
terialis,& etiam ſpiritualis mũdari debet de
quo,in vij.parte ſub tit.de paſcha & de v.fe-
ria cœnę dicetur.In nonnullis Eccleſijs duo
ſtructionum & huiuſmodi quæ admirationẽ
inducũt,& quæ rarò videntur, conſueuerunt
ſuſpendi:vt per hoc populus ad Eccleſiã tra
43 hatur:& magis afficiatur.† Rurſus aiũt qui-
dã ,quòd ſtructio tanquã auis obliuioſa de-
relinquit in ſabulo oua ſua : demũ quædam
ſtella viſa recordatur,& redit ad illa aſpectu
ſuo fouens ea.oua ergo in Eccleſijs ſuſpen-
duntur ad notandum,quòd ſi homo propter
peccatũ à Deo derelictus ſit, tandem diuino
lumine illuſtratus,recordatus delictorũ ſuo-
rum pœnituerit:& ad ipſum redierit per aſpe
ctũ lumine illius fouetur.per quẽ etiam mo
Luc. 22 dò dicitur in Lu. quòd reſpexit Dominus Pe
trum poſtquã negauit Chriſtũ.l.diſt.fidelior
ſuſpenduntur etiam,vt in illis vnuſquiſq; cõ
templetur,quòd homo facile Deum obliui-
ſcitur , niſi per ſtellam, id eſt, ſpiritus ſancti
gratiã influentẽ illuſtratus ad eũ redire per
bona opera recordetur.¶†Sanè in primitiua
44 Eccleſia ſacrificium fiebat in vaſis ligneis, &
veſtibus cõmunibus:tunc enim erant lignei
calices,& aurei ſacerdotes:nunc verò ecõtrà
eſt.Sed Seuerinus Papa , inſtituit quòd in vi-
treis fieret:quia verò illa fragilia erant, ideò
Vrbanus Papa,& etiã conciliũ Remen.de cõ-
ſe.diſt.j.vt calix. & de cele.miſ. c. ſi. ſtatuit
quòd in argenteis vel aureis vaſis ſacrifice-
tur:vel propter paupertatem in ſtanneis qui
non eruginantur:non tamẽ in ligneis , vel ex
auricalco.Nõ ergo debet eſſet de vitro pro-
pter periculũ effuſionis:nõ de ligno:quia cũ
ſit poroſum & ſpongioſum, corpus ſanguinẽ
abſorberet : non de ære vel auricalco:quo-
niã ob vini virtutem erugitum vel vomitum
45 prouocaret.¶† Et nota,quòd calicis nomen
a veteri & no. teſtamento originem traxit.
Hier. xij. Calix aureus Babylon inebrians
omnẽ terram.& Dauid : Calix in domo Do-
mini vini meri plenus muſto.& alibi:Calicẽ
ſalutaris accipia:& nomẽ Domini inuocabo.
Item in euangelio : Poteſtis bibere calicem
illũ, quẽ ego bibiturus ſum ? Item accipiens
calicẽ,gratias egit.Calix autẽ aureus ſignifi-
cat theſauros ſapientiæ in Chriſto abſcondi
tos:argẽteus,mũdicia culpæ:ſtanneus, innuit
ſimilitudinem culpæ & pœnæ. Stannũ enim
eſt mediũ inter argentum & plumbũ : & ca-
ro Chriſti licet non fuerit plumbũ,id eſt,pec
catrix:fuit tamẽ carni ſimilis peccatrici:& li
cet non fuerit argentũ, id eſt, paſsibilis pro-
pter ſuam culpam : fuit tamẽ paſsibilis pro-
pter noſtrã culpam : quia languores noſtros
ipſe tulit:& do.n.ipſe por.¶ De calice & pa-
tena dicetur ſub tit.de conſe.& vnctionibus.
46 † Nempe ſi quis tenui religione tentus , di-
cat quòd Dominus præcepit Moſi vt cuncta
vaſa tabernaculi in omnes vſus & cæremo-
nias ex ære faceret :vt legitur Exod. xxvij.&
xxxviij.c. Quótque huiuſmodi pretioſa vaſa
& ornamenta poterant venundari , & dari
pauperibus,ſimilis eſt Iudæ:& mulieri vnguẽ
tariæ contrarius:hoc enim agimus, nõ quòd
Deo minus vilia ornamenta delectẽt, quàm
aurea:ſed quia cũ homines id, quod diligũt,
Deo libenter offerũt:per diuinã latriam ſuã,
vincunt auaritiã.Prætereà hæc diuinæ pieta-
tis officia moralia ſunt , & futuræ gloriæ ſi-
gnificatiua.Vnde etiã in veteri lege ex auro
& iacintho purpura cocco diſtincto, & biſſo
retorta,& alijs pretioſis ſuper humerale fie-
ri præcipitur:vt quanta Sacerdos virtutum di
uerſitate clareſcere debeat,demonſtretur: &
altare & propitiatorium ac candelabrum , &
aliavaſa & ornamenta altaris ex auro fieri &
argẽto.Exo.xxv.& xxx.& xxxviij.c.tabernacu
lum quoq; ex diuerſis pretioſis fieri pręceptũ
eſt.prout dictũ eſt ſub tit.de eccleſia.Legalis
enim Põtifex alijs diuerſis pretioſis vtebatur
ornamentis: prout dicetur in tertia parte ſub
titu. de legalibus indumentis. De hoc etiam
ſub titu.de Eccleſiæ dedicatione:prope prin-
cipium



47 cipium dicetur.† Porrò prohibitum eſt in cõ
cilio Aurelian.ea.diſt.ad nuptiarum.ne diui-
na myſteria præſtentur ad nuptiarum or-
natum:ne improborum tactu vel pompa ſe-
cularis luxuriæ polluantur, quo nimirũ oſtẽ
ditur,quòd ex veſte cuiuſcunq; perſonæ fieri
non debet caſula,vel aliquis alius ſacris my-
48 ſterijs deputãdus ornatus.¶†Stephanus quo
que Papa ſtatuit ea.diſt.veſtimenta.ne veſti-
mentis Eccleſiæ in alijs vſibus quis fruatur:
quódq; niſi à ſacratis hominibus tangantur,
ne vltio quę Balthaſar regẽ Babylonię per-
cuſſit,ſuper hoc tranſgrediẽtes veniat.¶Cle
mens etiam Papa ſtatuit.ead.diſtin. nemo.ne
mortui ſepeliantur, vel inuoluantur ſeu ope
riantur vel etiam feretrum cum palla,id eſt,
pannis altaris:aut cũ mappa,qua calix inuol-
uitur :ſeu cum qua ſacerdos manus poſt cõ-
49 ſecrationem tergit. ¶ Quando†verò pallæ,
id eſt,corporalia,& vela,id eſt ornamẽta alta
ris ſeu cortinæ ſuper altare pendentes ſordi
datæ fuerint , diaconi cum miniſtris humili-
bus illa lauent intra ſacrarium , & nõ extra.
Pro velis autẽ lauandis,quæ ad cultum alta-
ris pertinent, noua peluis habeatur.Pallæ ve
rò, id eſt, corporalia in alia pelui lauentur.
Vela quoq; ianuarũ,id eſt , cortinæ quæ ex-
tenduntur in Eccleſijs in feſtis & quadrage-
ſima, in alia pelui lauẽtur.Hinc eſt,quòd ſta
tutum eſt in concilio Ilerden. de conſe.diſt.
iiij. omnis. quòd ad corporale lauandum &
ad pallas altaris propria habeantur vaſa fo-
ris,in quibus nihil aliud lauetur.Sed ſecundũ
eundem Clemẽtem.ea.diſt. altaria.ſi altaris
palla, id eſt , veſtimenta altaris vel cathedra
in qua ſedet ſacerdos ſacris veſtibus indutus
vel candelabrũ vel velum, id eſt, pannus vel
cortina ſuper altare pendẽs fuerint vetuſtate
conſumpta,cremẽtur & cineres,vel in bapti-
ſterio vel in pariete,aut in foſsis pauimento
rũ,vbi non ſit tranſitus iactentur.Et no.quòd
Eccleſiaſtica ornamẽta benedicũtur, vt dice-
tur ſub ti.de cõſecrationibus & vnctionibus.

## SVMMA.

1 Campanæ,quid.& vbi inuentæ primùm.
2 Campana adquid pulſetur , & benedica-
tur.
3 Tubarum vſus, olim fuit loco campa-
narum.
4 Campanæ,prædicatores ſignant.
5 Metalli duritia,quid notet.
6 Prælatus iners & expers ſcientiæ , eſt quaſi
campana ſine plectro.
7 Lignum , in quo pendet campana ,quid no-
tet.
8 Funis à campana pendens, quid ſignificet.
9 Campanæ ad diuina officia , quoties inter-
diu pulſentur.Et quoties noctu.num.10.
11 Tintinabulorum genera ſex , quibus vtitur
Eccleſia.
12 Campanis quot diebus quadrageſimæ ſit
otium.
13 Campanæ cur pulſentur, quoquam moriẽte.
Et quare in ſupplicationibus.num.14.
15 Campanæ cur pulſentur concitata tempe-
ſtate.

## De Campanis.

### CAP. IIII.

1 CAmpanæ ſunt † vaſa ænea , in
Nola ciuitate Cãpanię primò
inuenta:maiora itaq; vaſa cam-
panæ,à Campania regione:mi-
nora verò Nolę,à Nola ciuita
2 te dicuntur.Pulſatur † autem & benedicitur
campana,vt per illius tactum & ſonitum fi-
deles inuicem inuitentur ad præmium : &
creſcat in eis deuotio fidei:fruges,mentes,&
corpora credentium ſeruentur:procul pellã-
tur hoſtiles exercitus : & omnes inſidiæ ini-
mici,fragor grandinum , procella turbinum,
impetus tempeſtatum & fulgurum tempe-
rentur:infeſtáq; tonitrua , & ventorum fla-
mina ſuſpendantur : ſpiritus procellarum &
aërei poteſtates proſternantur:& vt hoc au-
dientes confugiant ad ſanctæ matris Eccle-
ſiæ gremium , ante ſanctæ Crucis vexillum:
cui flectitur omne genu &c. ſicut hæc ſingu
la in benedictionibus campanæ habentur.
3 Sciendum†autem eſt, quòd campanæ quarũ
ſonoritate conuenit populus ad Eccleſiam
ad audiendum , & clerus ad annuntiandum
manè miſericordiam Domini , & virtutem
eius per noctem. extrà de homi. Ioannes.j.
diſt.ius militare.ſignificant tubas argenteas,
quibus in veteri lege populus ad ſacrifican-
dum accerſebatur : de quibus dicetur in vj.
parte ſub Pentec.quemadmodum enim vi-
giles in caſtris tubis : ſic & Eccleſiarum mi-
niſtri campanarum ſonitu ſe excitant, vt cõ-
tra inſidiantẽ diabolum pernoctent.ſigna igi
tur noſtra ænea ſonoriora ſunt tubis veteris
legis:quia tũc notus erat Deus in Iudęa tan-

tum:nunc verò in omni terra. Sunt etiam du-
rabiliora:ſignificant enim prædicationẽ noui
teſtamenti fore amplius duraturã tubis & ſa
crificijs veteris legis:quia vſq; ad mundi finẽ.
4 Siquidem † campanæ prædicatores ſignifi-
cant,qui fideles ad ſimilitudinem cãpanę ad
fidem vocare debent, quod ſignificatum eſt
in eo,quod Dominus præcepit Moſi,vt face
ret veſtem ſummo Pontifici habentẽ lxxij.
tintinabula,quæ ſonarent, cùm Pontifex in
ſancta ſanctorum ingrederetur.xliij.diſt. ſit
rector.Ipſum ergo vas,os prædicatoris deſi-
gnat iuxta illud Apoſtoli: Factus ſum velut
æs ſonans, ſiue cymbalum tinniens. Duritia
5 †metalli fortitudinẽ deſignat in mente præ
dicatoris:vnde Dominus:Dedi frontẽ tuam
duriorẽ frontibus eorum. Plectrũ ſeu ferrũ
quod interius ex vtraq; parte feriens ſonum
reddit,doctoris linguã,quæ ſcientia ornatur,
& quæ vtrunq; teſtamentum reſonare facit,
6 figurat.†Prælatus ergo, abſq; ſcientia prædi
cationis,erit quaſi cãpana ſine plectro: iuxta
illud Grego. Sacerdos ſi prædicationis eſt
inſcius,qua clamoris vocẽ daturus eſt:præco
mutus,eſt etiã quaſi canis mutus,latrare non
valens. Ipſa verò percuſsio, denotat, quòd
prędicator primũ debet per correctionem in
ſe,vt vitia ferire & poſtmodum ad aliena ex
probanda accedere,ne cõtra doctrinam Apo
ſtoli alijs prædicans ipſe reprobus inuenia-
tur.iij.quæſt.vij.quod teſtatur Pſalmiſt.pec-
catori autem dixit Deus:quare tu enarras iu
ſtitias meas ,& aſſumis teſtamentum meum
per os tuum:Sanè nanque actionis exemplo,
plerunq; accendit,quos eruditione ſermonis
mouere nequit.vij.quæſt.j.§.quòd verò.Vin
culum verò quo plectrum vaſi coniungitur
ſeu ligatur,eſt moderatio,qua lingua tępera
tur,qui ad tractum cordis,id eſt, authoritate
ſcripturæ linguam mouet prædicatoris.¶Li-
7 gnum† in quo campana pendet,lignum do-
minicæ crucis, ſignificat quòd ideo quãdoq;
à ſuperioribus continet: quia Crux ab anti-
quis partibus nuntiatur. Inſtrumenta quibus
ipſum lignum alligatum ſeu affixum eſt,ora
cula ſunt prophetarum. Ligatura verò fer-
rea, qua campana ligno coniungitur,charita
tem denotat , per quam prædicator indiſſo-
lubiliter cruci affixus gloriatur dicens:Mihi
abſit gloriari , niſi in cruce Domini no.Ca-
uilla ligno affixa , qua mediante campana
pulſatur,rectam prædicatoris mentem ſigni-
ficat:qua diuinis mandatis inhærens illa fide
lium auribus per frequentem pulſationem
8 inculcat.† Funis autem ab illa pendens,qua
campana pulſatur,eſt humilitas ſeu vita præ
dicatoris:funis etiã ipſe vitæ noſtræ menſu-
ram oſtendit. Adhæc,cum funis initium ha-
beat à ligno,in quo cãpana pendet:per quod
crux dominica intelligitur, rectè ſacram ſcri
pturam à ligno ſanctæ crucis deſcendẽtem,
deſignat:ſicut etiam funis ex tribus eſt funi-
culis:ita & ſcriptura ex Trinitate conſiſtit,ſci
licet ex hiſtoria:ex allegoria & ex moralita-
te,funis ergo deſcendens à ligno in manu ſa
cerdotis, eſt ſcriptura à myſterio Crucis de-
ſcendens in ore prædicatoris.Rurſus ideò fu
nis vſq; ad manus quibus continetur , exten-
ditur : quia ſcriptura vſque ad opera tranſire
debet. Funis quoq; eleuatio & depreſsio in
pulſando , denotat quòd ſacra ſcriptura ali-
quando loquitur de altis,aliquando de infe-
rioribus, ſeu quòd prædicator aliquãdo pro-
pter aliquos alta dicit.viij.quæſtio.j.oportet.
xliiij.diſtin.§.ſi.quandoq; propter alios con-
deſcendit.iuxta illud Apoſtoli : ſiue extendi-
mus propter Deum:ſiue condeſcẽdimus pro-
pter vos. Adhæc Sacerdos deorſum funem
trahit:dum ad actiuam vitam à contempla-
tione deſcendit : ipſe verò ſurſum trahitur,
dum ſcriptura docente in contemplatione
erigitur. Deorſum etiam trahit , dum ſcri-
pturam ad literam , quæ occidit , intelligit.
ſurſum trahitur , dum ſpiritualiter eam ex-
ponit.Rurſus ſecundum Grego.deorſum tra
hitur & ſurſum trahitur , *dum in ea ſe meti-*
tur:quantũ videlicet in imis iaceat,& quantũ
ad bona facienda proficiat. Sed & quãdo ex
tractu funis cãpana reſonat, populus ad ex-
poſitionem ſacræ ſcripturæ adunatur:prædi
cator auditur : & populus in vnitate fidei &
charitatis vnitur. Sacerdos itaq;,qui ſe reco-
gnoſcit prædicationis debitorem, nõ ſe ſub-
trahat à mouendis ſignis : quoniam & filij
Aaron clangebant tubis. Funem ergo mo-
uet,qui fratres aut populum ex officio con-
uocat. Anulus in fune chordæ, per quem in
pleriſque locis chorda trahitur : eſt corona
præmij ſeu perſeuerantia in finem : vel eſt
ipſa diuina ſcriptura. Porrò Sauinianus Pa-
pa ſtatuit vt horæ diei , per Eccleſias pul-
9 ſentur. ¶ Et † nota, quòd ad diuina offi-
cia per duodecim diei horas campanæ com-
muniter xij. pulſantur : videlicet in prima
hora



hora ſemel,& in vltima ſimiliter ſemel: quia
ab vno Deo omnia, & idem vnus erit omnia
in omnibus. In tertia,pulſatur ter pro ſecun-
da,tertia, quarta horis , quæ ſub illis cantan-
tur. Similiter & vj. ter pro tribus , videlicet
pro v.vj.vij. horis. Similiter in ix. ter pro tri-
bus.Ad veſperas verò,quæ eſt ix.hora,non ſo
lùm ſemel ſed multipliciter: quia in tempo-
re gratiæ multiplicata eſt prædicatio Apoſto
lorum. Item in nocte ad matutinum ſæpe:
quia ſæpe exclamandum eſt: Exurge,qui dor
10 mis :& exurge à mortuis. ¶† Communiter ta
men ter pulſatur in nocturnis. Primò cum
ſquilla , quæ ſignificat Paulum acutè prædi-
cantẽ. Secunda pulſatio,ſignificat Barnabam
ſibi aſſociatum. Tertia innuit , quòd Iudæis
repellentibus verbum Dei, apoſtoli conuer-
terunt ſe ad gẽtes,quas in fide Trinitatis qua-
tuor Euangeliorum imbuerunt diſciplinis.
11 vnde & quidam quater pulſant.¶†Et not.ſex
eſſe genera tintinabulorum,quibus in Eccle-
ſia pulſatur,ſcilicet ſquilla: cymbalum:nola:
nolula ſeu dupla campana: & ſignum ſquilla
pulſatur in triclinio:id eſt in refectorio.Cym
balum in clauſtro. Nola in choro. Nolula
ſeu dupla campana , in horologio. Campana
in campanili. Signum in turri. Quodlibet ta-
men horum poteſt generaliter tintinabulum
nuncupari. Varijs ergo deſignantur vocabu-
lis : quia prædicatores per illa deſignati ad
12 multa neceſſarij ſunt.¶†Sanè in tota ſeptua-
geſima ſub qua quadrageſima continetur in
diebus profeſtis , non debet compulſari : nec
depulſari:ſed ſimpulſari,id eſt,ſimpliciter pul
ſari ad horas diei vel matutinas. In Eccleſijs
tamen bene ordinatis bis pulſatur ad pri-
mam:primò ad inuocandum : ſecundò ad in-
choandum: in tertia ter,ſecundum numerum
horarum quæ ſub illo pulſantur: vt præmiſ-
ſum eſt:vna ad inuocandum: alia ad congre-
gandum: tertia ad inchoandum. Similiter fit
in vj.& in ix. & eædem campanæ , & eodem
ordine pulſantur ad matutinas ſimpliciter.
Ad miſſam verò & ad veſperas, duabus dun-
taxat campanis pulſatur. In minoribus verò
Eccleſijs ſimpliciter tantùm pulſandum eſt,
iuxta præmiſſa : & hoc in ferijs.In dominicis
verò & in ſolennibus diebus , prout in alijs
temporibus compulſatur. Quia enim præ-
dicatores, qui per campanas figurantur,tem-
pore gratiæ celebrius abundant, & opportu-
nè & importunè inſtant: idcirco in feſtis,quæ
ad gratiam pertinent, campanæ tumultuo-
ſius tinniunt, & prolixius concrepant: vt dor-
mientes & ebrioſos excitent , ne dormiant
vltra modum. Quid autem ſignificet com-
pulſatio , quando cantatur : Te Deum lau-
damus.in quinta parte ſub titulo de noctur-
13 nis dicetur.¶†Verùm aliquo moriente cam-
panæ debent pulſari: vt populus hoc audiens
oret pro illo:pro muliere quidem bis,pro eo
quòd ipſa inuenit aſperitatem. Primò enim
fecit hominem alienum à Deo : quare ſe-
cunda dies non habuit benedictionem. Pro
viro verò ter pulſatur : quia primò inuenta
eſt in homine Trinitas. Primò enim forma-
tus eſt Adã de terra,deinde mulier ex Adam:
poſteà homo creatus eſt ab vtroque : & ita
eſt ibi Trinitas.Si autem clericus ſit,tot vici-
bus ſimpulſatur , quot ordines habuit ipſe.
Ad vltimum verò compulſari debet cum o-
mnibus campanis : vt ita ſciat populus pro
quo ſit orandum. Debet etiam compulſari,
quando ducimus ad Eccleſiam:& quando de
14 Eccleſia ad tumulum deportatur. ¶†Cæte-
rùm campanæ in proceſsionibus pulſantur:
vt dæmones timentes fugiant:prout in quar-
ta parte ſub titulo de acceſsio. Pontifi.ad al-
ta.dicetur. Timent enim auditis tubis Eccle-
ſiæ militantis,ſcilicet campanis : ſicut aliquis
tyrannus timet audiens in terra ſua tubas ali
15 cuius potentis regis inimici ſui. ¶†Et hæc
etiam eſt cauſa quare Eccleſia videns conci-
tari tempeſtatem , campanas pulſat : ſcilicet
vt dæmones tubas æterni regis , id eſt cam-
panas audientes, territi fugiant, & à tempe-
ſtatis concitatione quieſcant:& vt ad campa-
næ pulſationem fideles admoneantur:&pro-
uocentur pro inſtanti periculo orationi inſi-
ſtere. Silent autem campanæ triduo ante Pa
ſcha : vt dicetur in ſexta parte ſub quinta fe-
ria cœnæ. Rurſus campanæ tempore inter-
dicti ſilent : quia ſæpe ob delictum ſubdito-
rum,impeditur lingua prædicatorum.iuxta il
lud prophetæ : Linguam tuam adhærere fa-
ciam palato tuo :quia domus, id eſt, populus
exaſperans:id eſt inobediens eſt. extra de re-
nuntia.c.niſi. §.propter. Habet etiam Eccle-
ſia organa , de quibus *in* quarta parte ſub *ti-*
tu.de ſanctis,dicetur.

## SVMMA.

1 Locorum venerabilium quæ nam ſint neceſ-
ſitati humanæ dedicata.

2 Loca ſacra, quæ ſint: quæ ſancta. Et quæ religioſa.nu. 3.
4 Cœmeterium, quid: & vnde ductum.
5 Polyandrum, quid.
6 Sepulchrum, quid.
7 Mauſoleum, à Mauſolo, dictum.
8 Dormitorium vnde dictum. Vnde tumulus, vnde ergaſtalum.
9 Sarcophagus, quid. quid Pyramis.
10 Buſtum, quid.
11 Cœmeterium vnde duxerit initium.
12 Sepeliri non debent omnes intra Eccleſiam. Et quinam.
13 Sepeliendi antiquitus mos. Et inde hodiernus.
14 Sepeliri qui debeant in cœmeterio.
15 Mulier moriens in partu, an ſit in Eccleſia ſepelienda. Quid de partu. nu. 16.
17 Vir & vxor an eodem ſepulchro ſint condendi.

## De *cœmeterio: & alijs locis ſacris, & religioſis.* CAP. V.

NVnc de cœmeterio & alijs lo-
cis ſacris ac religioſis dicamus.
Sanè venerabiliũ locorum alia
ſunt humanæ neceſsitati de-
putata: alia orationi dedicata.
1 †Loca humanæ neceſsitati deputata ſunt ze-
nodochium, zenoſtoriũ, quod idem eſt, vaſo-
choniũ, jerontochoniũ, orphanotrophium, &
belphotrophiũ. Sancti etenim patres & reli-
gioſi principes huiuſmodi inſtituerunt loca,
in quibus pauperes, peregrini, ſenes, orphani,
infantes, eremitæ, infirmi, imbecilles, & ſau-
cij reciperentur & fouerentur. Et not. quòd
γέρων, Græcè, dicitur ſenex, Latinè. Locorum
autem orationi dicatorũ alia ſunt ſacra, alia
2 ſunt ſancta, alia religioſa. Sacra† ſunt quæ per
manus Pontificum rite dedicata & Deo ſan-
ctificata ſunt. quæ varijs nominibus appellan
tur. prout ſub titu. de Eccleſia præmiſſum eſt.
Sancta ſunt loca immunitatis ſiue priuilegia
ſeruitoribus & miniſtris Eccleſiarum depu-
tata: de quibus videlicet ſub interminatio-
ne certæ pœnæ, vel à iure, vel per ſpeciale
priuilegium interdicitur, ne quis illa viola-
re præſumat: ſicut ſunt atria Eccleſiarum.
xxvij. quæſt. iiij. ſi quis in atrio. & in quibuſ-
dam locis clauſtra, intra quæ ſunt domus ca-
nonicorum. in quibus reis cuiuſcunque ſcele-
ris confugientibus ſi ſe ibi receperint, ſecu-
ritas præſtatur, & ſecundum ſtatuta regalia.
inſtitu. de rerum diuiſione. §. ſanctæ portæ. &
3 theatra ciuitatum. Religioſa † ſunt, vbi cada-
uer hominis integrum, vel etiam caput tan-
tùm ſepelitur: quia nemo poteſt duas ſepul-
turas habere. Corpus verò vel aliquod aliud
membrum abſque capite ſepultum, non fa-
cit locum religioſum. ff. de relig. & ſum. fu.
cum in diuerſis. Sed & ſecundum legalia in-
ſtituta cadauer Iudæi, vel gentilis, vel infan-
tis nondum baptizati, locum in quo ſepul-
tum eſt, facit religioſum. ſecundum religio-
nem tamen chriſtianam & canonicam do-
ctrinam, ſolum Chriſtiani cadauer locum fa-
cit religioſum. Et not. quòd quicquid eſt ſa-
crũ, eſt religioſum: & non econtrà. Cæterùm,
locus iſte, locus religioſus diuerſimodè ap-
pellatur: videlicet cœmeteriũ, polyandrum,
ſiue andropolis, quod idem eſt. Item ſepul-
chrum Mauſoleum, quod etiam idem eſt. dor
mitorium: tumulus, monumentum, ergaſtu-
lum, ſarcophagus, pyramis, buſtum, vrna, &
4 ſpelunca. † Cœmeteriũ dicitur, à cimen, quod
eſt dulce: & ſterion. quod eſt ſtatio: ibi enim
dulciter defunctorum oſſa quieſcunt: & Sal-
uatoris aduentũ expectant. Vel quia ibi ſunt
cimices, id eſt, vermes vltra modum fœten-
* tes: * πολυάνδρον †dicitur, quaſi pollutum an-
5 trum, propter cadauera hominum ibi ſepul-
torum. Vel πολυάνδρον, interpretatur mul-
titudo virorum: à πολύ, quod eſt pluralitas:
& ἄνδρος, quod eſt viri: & ſecundum hoc pro-
priè dicitur cœmeterium propter multitudi-
nem hominum ibi ſepultorum. Similiter, &
6 andropolis, quod idem eſt.† Sepulchrum di-
citur, quaſi ſine pulſu: quia qui ibi ſepelitur,
pulſu caret: vel eſt locus, vbi oſſa conduntur.
7 Mauſoleum, dictum † eſt à quodam, qui di-
ctus eſt Mauſolus, qui fuit diues & potens:
& ab Artemeſia eius vxore valde dilectus:
adeò quòd eo defuncto ipſa glorioſum con-
ſtruxit ei ſepulchrum, quod vocauit Mauſo-
leum, à nomine viri ſui. Et inde igitur mos
inoleuit: vt quælibet pretioſa ſepultura,
Mauſoleum nuncuparetur. xcvj. diſtinct. be-
8 ne quidem. prope princip. ¶ †Dormitorium,
dicitur à dormiendo: quia ibi corpora ſan-
ctorum, quieſcunt qui in Domino moriun-
tur. Tumulus dicitur, quaſi tumens tellus:
quoniam homine in terra ſepulto: terra ali-
quantulum eleuatur. Monumentum dicitur:
quia



quia mouet mentem cuiuslibet inſpicientis:
vt recordetur, quòd cinis eſt, & in cinerem
reuertetur. Ergaſtulum dicitur ab ἔργον, quod
eſt fructus, rus. Vel ab ἐργασία, quod eſt opifi
ciũ, opera, labor, lucrũ, & ſterion, quod eſt ſta
tio, ibi enim requieſcunt corpora eorũ, qui in
Domino moriuntur: vnde Beati mortui qui
in Domino moriuntur: amodo iam dicit illi
9 ſpiritus &c. † Σαρκοφάγος dicitur à σάρξ, σαρ-
κὸς, quod eſt caro: & φάγειν, quod eſt co-
medere: quia ibi caro comeditur: id eſt cõſu-
mitur. Pyramis dicitur à πῦρ, quod eſt, ignis:
quia corpora igne cremata & incinerata ibi
recondebantur: vel quia ſicut ignis à lato in-
cipit, & tendit in acutum: ſic & pyramis: & eſt
genus altiſsimæ ſepulturæ: tale eſt Romæ, in
quo fuerunt cineres Iulij Cæſaris collocati.
Et corrupto vocabulo vulgariter vocatur
* acus ſancti Petri: * quæ tamen Iulia dici de-
beret. Similem pyramidem fieri fecit Cæſar
iuxta Turonum prope ripam Ligeris, & re-
cluſit ibi cineres cuiuſdam militis amici ſui
10 interfecti. Buſtum † verò, à nomine conten-
ti, nomen traxit, continentis locus, videlicet
in quo buſta ſiue humana corpora ſepelie-
bantur. Vrna dicta eſt eò, quòd antiquitus
moris fuit humana corpora Rogo combure-
re & cineres in terreis vrnis collocatos ſer-
uare. Spelunca quandoque dicitur duplex, vt
11 iam dicetur. † Cœmeterium initium habuiſ-
ſe dicitur ab Abraham, qui emit agrum ab
Ebron, in quo erat duplex ſpelunca: vbi ipſe
ſepultus eſt & Sarra, & Iſaac, & Iacob, &
Adam, & Eua: propterea enim emit vt ſibi &
ſuis ſepultura eſſet. Duplex ſpelunca ideò ibi
erat, quoniam duo ibi ſepeliebantur conti-
guè: ſcilicet vir & vxor, vel in vna viri, & in
altera mulieres: vel vnicuique illic ſepelien-
do duplex ſpelunca in modum cathedræ fie-
bat. vnde dicit Hier. quòd tres patriarchæ ſe-
pulti ſunt in ciuitate Ebron in ſpelunca du-
plici, cum tribus vxoribus ſuis. Sepelieban-
tur autem quaſi ſedentes: & ſuperior pars ſpe
luncæ, quæ truncum capiebat à natibus ſu-
prà dicebatur vna ſpelunca: pars verò infe-
rior, quæ capiebat pedes, crura, & fœmora, di-
12 cebatur alia ſpelunca. ¶ †Sanè non debent
paſsim omnes intra Eccleſiam ſepeliri: vide-
tur enim quòd locus ſepulturæ non proſit.
extrà de ſepulturis ſacris. Lucifer nanque de
cœlo fuit proſtratus, & Adam de paradyſo
eiectus, & quæ loca his meliora ſunt. Item
Ioab in tabernaculo interfectus eſt. & Iob in
ſterquilinio triumphauit. Imò obeſſe vide-
tur ſi quis indignus peccator in Eccleſia ſe-
peliatur. xiij. quæſtione. cùm grauia. Legitur
enim in dialogo beati Gregorij libro quar-
to. c. lvj. quòd cũ quidam flagitioſus in Eccle-
ſia beati Fauſtini Brixienſis ſepultus fuiſſet:
eadem nocte beatus Fauſtinus apparuit cu-
ſtodi eiuſdem Eccleſiæ dicens: Dic epiſco-
po, vt proijciat hinc carnes fœtentes, quas
hîc poſuit: aliòquin ipſo die triginta morien-
tur. Cuſtos verò timuit hæc dicere Epiſcopo.
& Epiſcop. die triceſimo ſubitò mortuus eſt.
Legitur etiam ibidem, cap. lvij. de quodam
alio, qui ſepultus fuit in Eccleſia, quòd ca-
dauer eius poſteà intentum fuit extra Eccle-
ſiam: & linteamina remanſerunt in loco ſuo.
& Auguſtinus inquit. xij. quæſtio. ij. & cap. ſe-
quen. Quos peccata grauiora deprimunt, ſi
in locis ſacris ſepelire ſe faciunt, reſtat vt de
ſua præſumptione iudicentur: quia eos ſa-
cra loca non liberant: ſed culpa temerita-
tis accuſat. Nullum ergo corpus debet in Ec-
cleſia aut prope altare, vbi corpus Domini
& ſanguis conficitur, ſepeliri: & niſi corpo-
ra ſanctorum patrum, qui dicuntur patroni:
id eſt defenſores, qui meritis ſuis totam de-
fendunt patriam, & Epiſcopi, Abbates, & di-
gni presbyteri & laici ſummæ ſanctitatis. xiij.
quæſt. ij. præcipiendum. & cap. nullus. ſed cun
cti debent circa Eccleſiam ſepeliri: puta in
atrio aut in porticu, aut exedris, ſiue voltis
Eccleſiæ exterius adhærentibus: aut in cœ-
meterio: vt in cap. præcipimus. & in eodem
cap. non æſtimemus. Dicunt enim quidam,
quòd locus triginta pedum circa Eccleſiam
debet ad hoc conſecrari: alij verò ſolùm cir-
cuitionem quam facit Epiſcopus dedicans Ec
cleſiam, ad hoc ſufficere dicunt. Auguſtinus
dicit in libro de cura pro mortuis agenda,
in fine, quòd ſepelire apud martyrum me-
morias, in hoc defuncto prodeſt: vt commen
dans eum etiam in martyrũ patrocinio affe-
13 ctus pro illo ſupplicationis augeatur. † An-
tiquitus ſolebant homines in proprijs domi-
bus ſepeliri: ſed propter cadauerum fœtorem
ſtatutum fuit: vt extra ciuitatem ſepelirentur:
& quendam locum cõmunem ſanctificatum
ad hoc deputabant. Nobiles verò ſepelieban
tur ſuper montes, & in medio montium, & in
radicibus eorum. & in proprijs. ¶ Cæterùm
ſi quis in obſidione interficiatur, nec poſſit
cœme

cœmeterium haberi, ſepeliatur in loco, vbi
poteſt. Si verò negotiator vel peregrinus mo
riatur in equore, & fuerit terra vicina, ſepelia-
tur ibi: quòd ſi portus remotus ſit, in aliqua
inſula propinqua ſepeliatur. Si autem terram
non videant, fiat ei domūcula de lignis, ſi ha
14 beri poſſunt & proijciatur in mare. † In cœ-
meterio autē Chriſtianorum non niſi Chri-
ſtianus baptizatus ſepeliri debet. de hoc in c.
ex parte. de ſepul. nec tamen omnis, quoniam
nullus ex maleficio interfectus, ſi maleficiū
ſit mortale peccatum, vt ſi ſit interfectus in
adulterio, vel latrocinio: vel in ludis gentiliū:
extrà de tornea. cap. & nullus. & laici ſummæ
ſanctitatis. xiij. q. ij. Et ideò vbi quis inuenitur
mortuus, ibi ſepeliatur propter dubiū cauſæ
mortis eius. Si verò quis ſubitò moriatur in
ludis conſuetis, vt in ludo pilæ, ſepeliri poteſt
in cœmeterio: quia nemini nocere intende-
bat. Sed quia mundalibus occupabatur, aiunt,
quidam quòd ſepeliri debet ſine Pſalmis &
ſine cæteris mortuorū exequijs. Sed & ſi quis
impetēs alium in rixa vel tumultu, impœni-
tens moriatur, nec ſacerdotem petijt: non de-
bet ſepeliri in cœmeterio, vt quidam dicunt:
ſicut nec is qui manu propria mortē ſibi con-
ſciuit, xxiij. q. v. ſi non licet. & c. cum homo. de
pœ. diſt. iij. Iudas. ſecus ſi vim ad tutelam ſui,
vel ſuorum repellebat, & aliâs in pœnitentia
remanebat. Si verò non propter aliquam ma
nifeſtam cauſam, ſed ſolo Dei iudicio quis
ſubitò moritur, poteſt in cœmeterio ſepeliri.
Iuſtus enim in quacunque hora moritur, ſal-
uatur, præſertim ſi dabat operam alicui rei
licitæ. Defenſori iuſtitiæ, & pugnanti in præ-
lio iuſto occiſis cœmeteriū & officium liberè
conceduntur. interfecti tamē in Eccleſia non
portentur: pauimentum ſanguine polluatur.
Sed ſi aliquis rediens de lupanari vel de ali-
quo loco, vbi fornicatus ſit in via occidatur:
vel aliquo caſu conſiſtens moriatur: non ſe-
peliatur in communi cœmeterio & hoc ſi le
gitimè probari poteſt eum fornicatum fuiſ-
ſe: nec cōſtat eum poſteà confeſſum, vel con
tritum fuiſſe. de pœ. diſtin. v. c. j. aliòquin ſe-
15 peliri debet. Rurſus † mulier moriens in par-
tu, non debet in Eccleſia poni, vt quidam di-
cunt: ne pauimentum Eccleſiæ ſanguine pol-
luatur: ſed extra Eccleſiam ei dicatur obſe-
quium: & in cœmeterio ſepeliatur: quod non
placet. aliòquin pœna ſibi verteretur in cul-
pam. v. diſtinct. baptizari. Vnde licitè in Ec-
cleſiam fertur: ita tamen quòd Eccleſia à ma
culis corporis ne polluatur, diligenter cauea-
16 tur. ¶ † Partus tamen de ventre ipſius extra-
ctus mortuus, & non baptizatus extra cœme
terium ſepeliatur. Sunt tamen quidam, qui
dicunt, quòd partus debet vnà cum muliere
in cœmeterio ſepeliri: eò quòd pars viſce-
rum eſſe cenſetur. de conſe. diſtin. iiij. ſi quic-
17 quid. Sanè † vir & vxor in eodem ſepulchro
ponendi ſunt. xiij. q. ij. vnaquæq;. extrà de ſe-
pul. de vxore, exemplo Abrahæ & Sarræ, vbi
ſpecialem non elegerint ſepulturam: vnde
& Thobias præcepit filio: vt cū mater ipſius
compleuiſſet dies ſuos, locaret eam in eo-
dem ſepulchro cum eo. xiij. q. ij. Ebron. Item
quilibet in ſepulchro parentum tumulandus
eſt, niſi ex deuotione alibi elegerit ſepeli-
ri. ead. quæſt. ſoror. xiij. quæſt. ij. c. fina. Cæte-
rùm in concilio Magun. de conſecr. diſtin. vlt.
c. fin. ſtatutum eſt, quòd ſuſpenſi, qui pro ſuis
peccatis pœnam extremam perſoluunt: ex
quo confeſsi ſunt vel confiteri deſiderauc-
runt: & communicauerunt, in cœmeterijs ſe-
peliri poſſunt: & oblationes & miſſæ fieri pro
eis. diſtin. vlti. c. fina. Qualiter humanum cor
pus ſepeliendum ſit, dicetur in vij. parte ſub
titu. de offic. mortuorum.

ADNOTATIO.

* FOETENTES.) *Verbi etymologiã unde duxerit Author, nõ ſatis cõſtat. Sed fortè id criminis irrepſit Typographi aut inſcitia, aut certè negligētia. Κοιμητήριον enim ductū eſt à κοιμάω, quod latinè ſonat ſopio, dormio, obdormio. Inde etiã κοίμησις, dormitio & κοιμητήριον dormitorium. Athenæus enim ſcribit domū in qua hoſpites dormiebant, hoc nomine appellatum. Non abſurdè igitur locum ſepulturæ deſtinatum, Cœmeterium appellamus: ibi enim mortui dormire dicuntur. Religioſum illum locum ueteres dicebant.* N. DOARD.

ADNOTATIO.

* PETRI.) *Vide nũ potius arcula, in qua corpus cõditur: Græcis σαρκοφάγος, quaſi carnem uorans. Vnde Serapim dictum putat Varro ex ſentētia Augu. de ciui. Dei lib. 18. cap. 5. qui cùm Rex eſſet Argiuorū, Apis dictus eſt. Nauibus enim is trāſuectus in Aegyptum, cùm ibi mortuus fuiſſet, factus eſt omnium maximus Aegyptiorū Deus: non quidem in uita, ſed poſt mortem: quia non uiuum, ſed mortuum demum ipſum uenerari cœperunt. Inde Serapis appellatus eſt, ab arca uidelicet, in qua poſitus & ſepultus. Eſt enim σορὸς, μνῆμα, θήκη, monumentum, arca, loculus, conditorium, quaſi Soroſapis, uel Sorapis. deinde una litera, ut ferè fit, mutata, Serapis. Sarcophagus itaq; dicitur, quaſi carnem conſumens: aliàs τάφος appellatur. Quod item prætexuit de pyramide, potius pyra legendum: ἀπὸ τοῦ πυρός, hoc eſt igne.* N. DOARD.



SVMMA.

1 Eccleſiæ dedicatio, vnde initium duxerit.
2 Eccleſias & altaria, ſolus Pontifex poteſt dedicare.
3 Eccleſia non debet dedicari, niſi dotata prius, idq; ex iuſtè acquiſitis. Et quæ impediant eius dedicationem. 4.
5 Eccleſia conſecratur, quinque de cauſis.
6 Eccleſiæ conſecrandæ forma. Et quid eorum quodq; ſignet. nu. 12. 13. 15. 17. 18. 19. 20. 25. 26.
7 Anima, templum Dei.
8 Eccleſiæ conſecratio, duo efficit.
9 Aquæ luſtralis, qua Eccleſia conſecratur, quæ & quanta ſit vis. Et quæ eius ſignificatio.
10 Sal cur miſceatur aquæ luſtrali: & quid notet.
11 Aſperſio trina aquæ luſtralis, in Eccleſiæ conſecratione, quid notet. & quorſum fiat.
14 Epiſcopi trina percuſsio ad ianuam Eccleſiæ, in eius conſecratione, quid notet. & nume. 16.
21 Alphabetum baculo paſtorali ſcriptum in modum Crucis, tria notat. & nume. 22. 23. 24.
27 Cruces in Eccleſia duodecim depictæ, quid ſignent. & num. 29.
28 Vexilla, ſunt ditionis & poteſtatis ſigna.
30 Eccleſia dicitur conſecrari in ſanguine alicuius.
31 Eccleſia ſemel conſecrata, an debeat vel poſſit iterum conſecrari. & nu. 36.
32 Altare ſemel conſecratum, an iterum ſit conſecrandum, & quo caſu. Et nu. 34.
33 Altari maiore cōſecrato, an alia inferiora cenſeantur conſecrata.
35 Calix conſecratus ſi deauretur: an ſit conſecrandus iterum.
37 Homo, templum ſpirituale, interdum polluitur.
38 Eccleſia, materiale templum, ſi polluta, reconcilianda eſt. Et quomodo.
39 Eccleſia reconcilianda eſt, propter adulterium in ea commiſſum: aut alium congreſſum, aliâs etiam licitum.
40 Eccleſia reconcilianda eſt, propter homicidium in ea patratum: ac etiam ſanguinis effuſionem violentam.
41 Eccleſia an ſit reconcilianda, propter furtum in ea admiſſum, aut rapinam, vel quid ſimile.
42 Eccleſia, quæ habet ſepultum infidelem, vel publicè excommunicatum, reconcilianda eſt.
43 Scandalum, quid.
44 Reconciliatio fit etiam, ad exemplum & terrorem inducendum.
45 Cœmeterium, quibus caſibus ſit reconciliandum.
46 Cœmeterij vel Eccleſiæ parte vna violata, an omne cenſeatur violatum: & ſic in qualibet parte reconciliationem deſiderare.

## *De Eccleſiæ dedicatione.*

### CAP. VI.

QVia de Eccleſia & altari, in ſu-
perioribus mentio facta eſt,
conſequens eſt, vt aliqua de il
lorū dedicatione ſubijciamus,
dicentes primò, vnde conſecra
tio Eccleſiæ ortū habuit. Secundò, per quos.
Tertiò, quare. Quartò, qualiter Eccleſia de-
dicetur: & quid ſignificet tam ipſa dedicatio,
quàm ſingula, quæ in ea aguntur: de officio
verò feſti dedicationis Eccleſiæ, in vij. parte
1 dicetur. ¶ Primò igitur † dicendum eſt, vnde
dedicatio Eccleſiæ initium habuit. Super quo
no. quòd Moſes Domino præcipiente fecit
templum & ſacrauit illud cum menſa & alta
ri eius, & æreis vaſis, & vtēſilibus ad diuinum
cultum

cultum explendum: & non ſolùm diuinis pre
cibus ea ſacrauit:verùm etiam ſancti olei vn-
ctione Domino iubente liniuit. de conſecra.
diſt.j.§.j.Legitur enim Dominum præcepiſſe
ipſi Moſi, vt chriſma conficeret,quo vngeret
tabernaculum in dedicatione,& arcam teſta-
menti.Salomon quoque,filius Dauid, iuben-
te Domino perfecit templum cum altari, &
reliqua ad diuinum cultum peragendum con
ſecrauit , ſicut in lib.Reg. habetur.iij.Reg.c.
vj. Nabuchodonoſor etiam Rex vocauit o-
mnes ſatrapas, optimates,& tyrannos ad de-
dicationem ſtatuæ aureæ quam fecerat. Iu-
dæi ergo ſicut legitur in Bucardo in liij.c.j.
Iudæi loca in quibus Domino ſacrificabant,
diuinis habebant ſupplicationibus conſecra-
ta: nec in alijs,quàm Deo dedicatis locis mu-
nera Domino offerebant.Si igitur illi,qui vm
bræ legis deſeruiebant,hoc faciebant:quantò
magis nos,quibus veritas patefacta eſt, gratia
& veritas per Ieſum Chriſtum data eſt, tem-
pla Domino ædificare, & prout melius poſſu
mus ornare: atque ea diuinis precibus & ſan-
ctis vnctionibus cum altaribus,& vaſis,veſti-
bus quoque , & reliquis ad diuinum cultum
implendum vtenſilibus, deuotè & ſolenniter
* ex inſtitutione Felicis * Papæ iij.ſacrare de-
bemus.Rurſum cũ in Syria in ciuitate Baruth,
Iudæi quandam imaginem crucifixi pedibus
conculcarent, & latus eius perforarent, mox
inde ſanguis & aqua exiuit. Iudæi autem hoc
viſo , mirati ſunt , & infirmi eorum hoc ſan-
guine deliniti,ab omnibus infirmitatibus ſuis
liberati ſunt:propter quod omnes Chriſti fi-
de ſuſcepta baptizati ſunt, & Synagôgas eo-
rum in Eccleſias conſecrauerunt.Et inde mos
inoleuit,vt Eccleſiæ cõſecrentur,cũ prius tan
tùm altaria conſecrarentur: propter hoc etiã
miraculum ordinauit Eccleſia fieri memo-
riam dominicæ paſsionis.v. Calend. Decem-
bris,& eadem ratione conſecrata eſt Eccleſia
in honorem Saluatoris,vbi quædam ampula,
cum illo ſanguine reſeruatur , & ſolenne fe-
2 ſtum tunc agitur¶.†Secundò notãdum quòd
ſolus pontifex poteſt Eccleſias & altaria de-
dicare.xxvj.q.v.miniſtrare. de conſec.diſtin.j.
nemo.extrà de conſec.Eccleſ.quòd in dubijs.
quoniam gerit imaginem & figuram ſummi
Pontificis Chriſti ſpiritualiter dedicantis, ſi-
ne quo nihil poſſumus in Eccleſia ſtabilire:
vnde ipſe ait : Sine me nihil poteſtis facere.
& Pſal. Niſi dominus ædificauerit domum.

vnde Concilium Carthag.cxvj.q.vj.c.iij.pro-
hibet hoc facere ſacerdotem,nec poteſt hoc
alicui inferioris ordinis demandari. extrà eo.
3 aqua.¶Sanè Eccleſia†vt ſacri edocent Cano-
nes,de conſec.diſtin.j.nemo.extrà de conſec.
Eccleſ.vel alta.cum ſimil.dedicanda non eſt,
niſi prius dotata ſit , & ex licitè acquiſitis.j.q.
j.non eſt putanda. Legitur enim , quòd dum
quidam Epiſcopus Eccleſiam de vſuris & ra-
pinis conſtructam, conſecraret, vidit poſt al-
tare Diabolum ſtantem in cathedra,in habi-
tu pontificali,qui dixit Epiſcopo: Ceſſa Eccle
ſiam conſecrare. Ad meam enim iuriſdictio-
nem pertinet, cùm ſit ex vſuris & rapinis fa-
cta.Epiſcopo verò & clero territis,& inde fu
gientibus Diabolus continuò ipſam Eccle-
4 ſiam cum grandi ſtrepitu deſtruxit. † Rurſus
Eccleſia, quæ pro quæſtu cupiditatis conſtru
cta eſt,ead.diſt.ſi quis baſilicam.conſecranda
non eſt, & cui dos ſufficiẽs aſsignata non eſt:
extrà eo.ſicut. & in qua paganus vel infidelis
ſepultus eſt.ead.diſtinc. Eccleſia.j.& ij.donec
inde fuerit eiectus , & Eccleſia , abraſis prius
parietibus,vel tignis reconciliata.Idem etiam
eſt de excommunicato. extrà de ſepul.ſacris.
Si verò mulier prægnans illic ſepulta ſit ea
non eiecta poterit conſecrari licet partus ba-
ptizatus non ſit.ff.de vent.inſpic.§.j.ff. de ſta.
homi.qui in vtero. de conſe.diſt.iiij.ſi ad ma-
tris. & c.ſeq. Quanquàm quidam aliter ſcri-
pſerint ſapientes: poteſt etiam cõſecrari die-
bus Dominicis & priuatis. extrà eo.c.ij.& plu
res Epiſcopi & plura altaria poſſunt ſimul ab
eodem in vna Eccleſia conſecrari. extrà eod.
5 cum ſuis. ¶Tertiò,dicendum † eſt,quare Ec-
cleſia dedicatur. & quidem propter v.cauſas.
Primò, vt Diabolus & eius poteſtas inde pe-
nitus expellatur. vnde refert Grego.in dialo-
go lib.iij.c.xxj. quòd cum quædam Eccleſia
Arrianorum fidelibus reddita conſecraretur,
& reliquiæ ſancti Sebaſtiani & beatæ Aga-
thæ illuc delatæ fuiſſent, populus ibi congre
gatus porcum repentè inter pedes huc illuc
diſcurrere ſenſerunt,qui fores Eccleſiæ repe-
tens à nullo videri potuit: omnéſque in admi
ratione commouit. Quod idcirco Dominus
oſtendit, vt cunctis pateſieret, quòd de loco
eodem immundus habitator exiret. Sequenti
autem nocte magnus in eiuſdem Eccleſię te-
ctis ſtrepitus factus eſt, acſi in eis aliquis er-
rando diſcurreret. Secunda verò nocte , gra-
uior ſonus increpuit. Tertia quoque nocte,
tantus



tantus ſtrepitus inſonuit , ac ſi omnis illa Ec-
cleſia fundamentis fuiſſet euerſa : ſtatimque
receſsit , nec vlterius apud illam antiqui ho-
ſtis inquietudo apparuit. ¶ Secundò , vt ad
eam confugientes,ſaluentur.prout legitur in
Canon. Grego.xxiij.quæſt.v.reus. Et ob hoc
Ioab in tabernaculum fugit, & altaris cornua
apprehendit. ¶Tertiò, vt ibi orationes exau-
diantur. Vnde in oratione ad miſſam dicitur:
Concede, vt omnes, qui huc deprecaturi con
ueniunt, ex quacunque tribulatione , conſo-
lationis tuæ beneficia cõſequantur. Sic etiam
orauit Salomon in templi dedicatione: prout
legitur iij.Regũ.viij.c. ¶Quartò , vt ibi Deo
laudes ſoluantur,prout ſub tit.de Eccleſia di-
ctum eſt. ¶Quintò , vt ibi ſacramenta eccle-
ſiaſtica miniſtrentur. Vnde ipſa Eccleſia dici-
tur tabernaculum , quaſi taberna Dei, in qua
ſacramenta diuina continentur & miniſtran-
6 tur. ¶†Quartò,dicendum eſt qualiter Eccle-
ſia conſecratur.Et quidem omnibus de Eccle
ſia eiectis,ſolo Diacono ibi remanente reclu
ſo, Epiſcopus cum clero ante fores Eccleſiæ
aquam non ſine ſale benedicit. interim intrin
ſecus ardent duodecim luminaria ante duo-
decim cruces in Eccleſiæ parietibus depictas .
Poſtmodum verò clero & populo inſequen-
te circumeundo Eccleſiam exterius cũ faſci-
culo yſopi parietes cũ aqua benedicta aſper
git , & quãlibet vice ad ianuam Eccleſiæ ve-
niens percutit ſuperliminare cum baculo pa
ſtorali,dicens : Attollite portas principes ve-
ſtras&c. Diaconus deintus reſpondet : Quis
eſt iſte rex gloriæ ? Cui pontifex : Dominus
fortis &c.Tertia verò vice,reſerato oſtio,in-
greditur Pontifex Eccleſiam , cum paucis ex
miniſtris, clero & populo foris manente , di-
cens : Pax huic domui.& dicit litanias. Dein-
de in pauimento Eccleſiæ fiat crux de cine-
re, & ſabulo, vbi literis Græcis & Latinis to-
tum deſcribitur alphabetum.Et iterum aliam
aquam ſanctificat cum ſale,& cinere,& vino,
& altare conſecrat. Deinde duodecim cru-
ces in parietibus depictas chriſmate inungit.
7 ¶†Sanè quæcunq; hîc viſibiliter fiunt, Deus
per inuiſibilem virtutem in anima operatur,
quæ veri Dei templũ eſt, vbi fides facit fun-
damentum : ſpes eligit:charitas conſummat.
ipſa enim Eccleſia catholica ex viuis multis
lapidibus adunata,Dei templũ eſt: quia mul-
ta templa , vnum templum:quorum vnus eſt
verus Deus & vna fides. Domus igitur de-

8 dicanda eſt,anima ſanctificanda.¶†Et eſt no
tandum , quòd conſecratio duo efficit. nam
ipſam Eccleſiam materiale Deo appropriat:
& noſtram ſcilicet tam Eccleſiæ, quàm fide-
lis animæ deſponſationem inſinuat. Domus
nanque non conſecrata , eſt ſicut puella viro
alicui deſtinata : non tamen dotata : nec ma-
trimoniali commercio in vnione carnis vni-
ta. Sed in conſecratione dotatur, & tranſit in
propriam Ieſu Chriſti ſponſam , quam ſacri-
legium eſt per adulterium vlterius violari.
Deſinit enim lupanar eſſe dæmonum: vt pa-
tet in conſecratione illius templi , quod an-
* teà πάνθεον vocabatur. * Primò itaq; †dicen-
9 dum eſt de aquæ benedictione.ſuper quo di-
cit Dominus : Niſi quis renatus fuerit ex a-
qua,& Spiritu ſancto,non intrabit in regnum
cœlorum. Aqua enim,quæ lauandis corpori-
bus idonea eſt,tantam diuinitus virtutem ac-
cipere meruit,quòd ſicut corpora lauat à ſor
dibus,ita & animas mundat à peccatis. Mani-
feſtum quidem eſt, quòd hæc aqua, cuius a-
ſperſione Eccleſia conſecratur , baptiſmum
ſignificat : quia quodammodo ipſa Eccleſia
baptizatur. ipſa verò Eccleſia illam vtiq; Ec-
cleſiam deſignat, quæ in ea continetur,ſcili-
cet fidelium multitudinẽ.vnde etiam Eccle-
ſia vocatur,eò quod Eccleſia contineat con-
10 tinens , videlicet pro contento. ¶†Quæren-
dum eſt , autem quare huic aquæ ſal admi-
ſceatur, cùm Saluator noſter de baptiſmo lo
quens , nullam de ſale fecerit mentionem:
Non enim dicit : Niſi quis renatus fuerit ex
aqua ſalſa , vel ſale miſta , vel aliquid huiuſ-
modi : ſed dixit : Niſi quis renatus fuerit ex
aqua & Spiritu ſancto &c.Et idipſum de oleo
& chriſmate quęri poteſt.Sed notandũ,quòd
ſal,in diuino eloquio ſæpe pro ſapientia po-
nitur.iuxta illud:Sermo veſter ſit ſale condi-
tus. Et Dominus inquit diſcipulis ſuis:Habe-
te ſal in vobis , & pacem inter vos. Itémque
vos eſtis ſal terræ,quòd ſi ſal infatuatum fue
rit,in quo condietur.iij.q.vij.§.item in Euan-
gelio. hinc etiam eſt,quòd ſecundum legem
nulla hoſtia ſine ſale offerebatur:ſed in omni
ſacrificio ponebatur.ex quibus omnibus con
uincitur , quòd ſal pro ſapientia ponitur. eſt
enim ſapientia, condimentum omnium virtu
tum , ſicut ſal omnium ciborum. Hinc ergo
eſt, quòd nullus baptizatur prius, quàm ſalè
cibetur : etiam infantes,vt quod actu habere
non poſſunt,habeant ſalem ſignificatione ſa-
cramen

cramenti: nec ſine ſale benedicetur aqua.
¶De alterius aquæ benedictione in ſequenti
11 tractatu dicetur. ¶†Trina autem interius &
exterius cum yſopo & aqua benedicta aſper
ſio, trinam baptizandi immerſionem ſignifi-
cat. Et fit propter tria. Primò, propter dæmo
num expulſionē. Nam aqua benedicta, pro-
priè de ſui virtute habet dæmones expelle-
re. Vnde in exorciſmo eius dicitur: vt fiat a-
qua exorcizata ad effugandam omnem po-
teſtatem inimici, & ipſum inimicum eradica-
re &c. Secundò, propter ipſius Eccleſiæ pur-
gationem, & expiationem: omnia namq; ter-
rena propter peccatum corrupta ſunt & fœ-
data. Hinc etiam, quòd in lege omnia penè
mundabantur per aquam. Tertiò, propter re-
mouendam omnem maledictionem, & in-
troducendam benedictionem. Terra enim
ab initio, cum fructu ſuo maledictionem ac-
cepit, eò quòd ex eius fructu deceptio facta
fuit. Aqua verò nullę maledictioni ſubiacuit.
Hinc eſt quòd Dominus piſcem comedit: ſed
carnem non legitur nominatim comediſſe,
niſi de agno paſchali: & hoc propter legis
præceptum: in exemplum, ſcilicet abſtinendi
aliquando à licitis, aliquando eadem come-
dendi. Rurſus aſperſio in circuitu facta, ſignat
quòd Dominus curam ſuorum habens, mit-
tit Angelum ſuum in circuitu timentium ſe.
12 ¶†Tria verò reſponſoria, quæ interim de-
cantantur, eſt hilaritas trium ordinum fidem
ſuſcipientium, ſcilicet Noë, Daniel, & Iob. Et
quoniam ad hanc inuocationem gratia fidei,
ſpei & charitatis infunditur: ideò ad pedem
& ad medium, vt ad partem parietis ſuperio-
rem aſpergitur. De interiori etiam aſperſio-
ne iam dicetur. De virtute yſopi in ſequenti
13 titu. dicetur. ¶†Triplex verò circuitus quem
Epiſcopus aſpergendo facit, triplicem circui-
tum, quem Chriſtus fecit, propter Eccleſiæ
ſanctificationem, deſignat. Primus fuit, quo
venit de cœlo in mundum. Secundus, quo de
mundo deſcendit in lymbum. Tertius, quo
de lymbo rediens, & reſurgens, aſcendit in
cœlum. Triplex quoque circuitus oſtendit,
quòd Eccleſia illa ad honorem trinitatis de-
dicatur. Oſtendit etiam triplicem ſtatum ſal-
uandorum de Eccleſia: qui ſunt virgines, con
tinentes, & coniugati: quod etiam diſpoſitio
ipſius Eccleſiæ materialis oſtendit, prout ſub
14 titu. de Eccleſia dictum eſt. ¶†Porrò trina ad
ſuperliminare oſtij percuſsio, ſignat triplex
ius, quod Chriſtus habet in Eccleſia ſua pro-
pter quod ſibi debet aperiri. Eſt enim ſub
ſua creatione, redemptione, & glorificationis
promiſſione. Nam pontifex Chriſtum, virga
eius poteſtatem figurat. Rurſus per triplicem
percuſſionem Ianuæ cum virga paſtorali,
prædicatio Euāgelica intelligitur. Quid enim
eſt virga paſtoralis, niſi ſermo diuinus: iuxta
illud Eſa. xj. Percutiet terram virga, id eſt, ſer
mone oris ſui &c. Virga igitur ianuas percu-
tere, eſt aures audientium prædicationis vo-
ce pulſare. Aures enim portæ ſunt, per quas
ad corda audientium ſanctæ prædicationis
verba introducimus: vnde Pſal. Qui exaltas
me de portis, vt annuntiem omnes laudes
tuas in portis filiæ Syon. Quid enim ſunt por
tæ filiæ Syon, niſi aures & auditus fidelium?
Tertiò triplex cum virga percuſsio, & ia-
nuarum apertio, ſignificat, quòd per prædica-
tionem paſtorum, infideles venient ad fidei
conſenſum. Per illam enim portę iuſtitiæ ape
riuntur: & illas ingreſsi, Fidem confitentur:
vnde Pſal. Aperite mihi portas Iuſtitiæ & in-
greſſus in eas confitebor Domino: hæc por-
ta Domini: iuſti intrabunt per eam. Percutit
igitur Epiſcopus in ſuperliminari, ſcilicet ora
tionis, dicens: Supplico vos principes: id eſt
dæmones, ſeu potius homines: tollite, id eſt
auferte portas: id eſt, ignorantias veſtras, ſci-
15 licet à cordibus veſtris. ¶†Interrogatio verò
Diaconi incluſi reſpondentis in perſonam po
puli: Quis eſt iſte rex gloriæ? eſt ignorantia
populi neſcientis, quis eſt iſte, qui debet in-
16 trare. ¶†Apertio oſtij, euacuatio eſt peccati.
rectè ergo Epiſcopus ter percutit: quia nume
rus iſte notiſsimus & ſacratiſsimus eſt: & in
omni dedicatione Epiſcopus ter ianuas per-
cutere debet, quia ſine inuocatione Trinita-
tis, nullum fit in Eccleſia ſacramentum. Tri-
17 na † verò proclamatio: Attollite portas &c.
ſignificat triplicem poteſtatem Chriſti: vide-
licet, quam habet in cœlo, & in mundo, & in
inferno. Vnde in hymno Aſcenſionis dicitur:
Vt trina rerum machina cœleſtium, terre-
ſtrium, & infernorum condita, flectant genu,
18 iam ſubdita. ¶Conſequenter oſtio † aperto
intrat Epiſcopus: ad notandum, quòd ſi debi-
tè vtatur officio ſuo, nil ei reſiſtere poteſt:
iuxta illud: Domine quis reſiſtet potentatui
tuo? Ingreditur autem cum duobus, vel tri-
bus: vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet
omne conſecrationis verbum. Vel quòd pau-
cis.



cis præſentibus Dominus ſe transfigurās pro
Eccleſia orauit. Et ingrediens dicit: Pax huic
domui & omnibus habitantibus in ea: quia
Chriſtus mundum ingrediens, pacem inter
Deū & hominem fecit, Venit enim, vt nos
19 Deo patri reconciliaret. ¶ Poſt† hoc cum di
citur litania, proſtratus orat pro ſanctifica-
tione domus. Nam & Chriſtus humiliatus
ante paſsionem pro diſcipulis ei credituris
omnibus, orabat dicens: Pater ſanctifica eos
in nomine tuo. Poſtquam verò ſurrexit, orat
ſine ſalutatione, quoniam non dicit: Domi-
nus vobiſcū, cùm Eccleſia nondū ſit quaſi ba
ptizata: & quia catechumini tantum nō ſunt
digni, vt eis fiat applauſus: cùm nondum ſint
ſanctificati: eſt tamen pro eis orandum. ¶Cle
20 rus† orans & litaniam concinens, Apoſtolos
repræſentat, qui pro Eccleſiæ & animarum
ſanctificatione ad Deū intercedebant. In pa-
uimēto Eccleſiæ ſcribitur alphabetum hoc
modo: Fit enim Crux de cinere & ſabulo,
ex tranſuerſo Eccleſiæ: ſuper quā Crucē pul
ueris ſcribitur alphabetū in modum Crucis,
literis græcis & latinis: non autem hebraicis:
quia Iudæi receſſerunt à fide, & ſcribitur cū
21 baculo paſtorali. ¶Sanè alphabetum † ſuper
Crucem ſcriptū tria repræſentat. Primò qui-
dē, ſcriptura ex græcis & latinis literis in mo
dum Crucis facta, repræſentat coniunctionē
ſeu vnionem in fide vtriuſq; populi, Iudæi vi
delicet & gentilis, per Crucem Chriſti factā:
iuxta illud Iacob: cancellatis manibus filijs
benedixit. Ipſa verò Crux ſiue verſus ex trāſ
uerſo Eccleſiæ directus: videlicet vnus à ſi-
niſtro angulo orientis, in dextrum occidētis:
& alter à dextro orientis in ſiniſtrum occidē
tis, ſignificat, quòd populus ille, qui prius
erat dexter, factus eſt ſiniſter: & qui erat in
capite, factus eſt in cauda, & econuerſo: &
hoc propter Crucis virtutem. Chriſtus enim
ab oriente tranſiens, reliquit Iudæos in ſini-
ſtra: quia infideles: & venit ad gentiles, qui-
bus licet in occidente fuiſſent, dat eſſe in
dextera, & tandem à gentilibus in dextra
orientis poſitis viſitabit Iudæos in ſiniſtro
angulo occidentis: quos conſtat deteriores
eſſe, quàm prius inuenerit gentiles. Ideò au-
tem in obliquum & in modum Crucis, &
non in directum hæ literæ ſcribuntur: quia
ad hanc ſanctam intelligentiam pertingere
non valet, qui Crucis myſterium nō recipit,
& Chriſti paſsione non ſe credit eſſe ſeruā-
dum: in maliuolam animam non introibit ſa
pientia: & vbi Chriſtus fundamentum non
eſt, ſuperędificari non poteſt. j. quæſt. j. cùm
22 Paulus. ¶†Secūdò, ſcriptura alphabeti, reprę
ſentat paginam vtriuſq; teſtamēti, quod per
Crucem Chriſti adimpletum eſt. In paſsione
namq; eius velum templi ſciſſum eſt: quia
tunc ſcripturæ apertæ ſunt, & reuelata ſunt
ſancta ſanctorum. Vnde ipſe moriens dixit:
Conſummatum eſt. In his quidem paucis li-
teris omnis ſcientia continetur, & tunc Crux
ex tranſuerſo ducitur: quia vnum teſtamen-
tum in alio continetur. Rota enim erat in
23 rota. ¶ Tertiò repræſentat † articulos fidei.
Eccleſiæ enim pauimentum, eſt noſtræ fidei
fundamentum. Elementa ibi ſcripta, ſunt fi-
dei articuli, quibus rudes atque neophyti in
vtroq; populo in Eccleſia erudiuntur, qui ſe
debent puluerem & cinerem reputare. Iuxta
illud quod dicit Abraham Geneſis xviij. Lo-
quar ad Dominum meum, cum ſim puluis
& cinis. Scriptura ergo alphabeti in pauimē-
to, eſt ſimplex doctrina fidei in corde huma
24 no. ¶ Sambuca † ſeu baculus, quo alphabe-
tum ſcribitur, monſtrat Apoſtolorum do-
ctrinam, vel doctorū myſterium, quo facta
eſt conuerſio gentilium, & perfidia Iudæo-
rum. Conſequenter Chriſtus ad altare acce-
dens incipit, ſtans: Deus in adiutorium meū
intende: quia tunc demum incipit, quod eſt
in hoc officio principale, & dicitur verſus:
25 Gloria patri &c. quia hæc benedictio† fit ad
exhibēdam gloriam trinitati: non tamen di-
citur allelu Ia: prout in ſeq. tit. dicetur. & cō-
ſecrat altare in qua quidem conſecratione
alia aqua benedicitur, prout in ſeq. titu. dice-
tur. ex qua poſtquam altare ſepties aſperſum
fuerit, aſpergitur etiam ter interius tota
Eccleſia, ſicut prius abſq; aliqua differentia
maiorum lapidum vel minorum: quoniam
apud Deum non eſt acceptio perſonarum.
extrà de Iudæis. nouit. §. j. de ſta. mo. ea quæ.
in princi. Ideò interius, ad notandum, quòd
exterior ablutio ſine interiore nil prodeſt.
extrà de ſac. vnc. ca. j. Ideò ter, quoniam vt
præmiſſum eſt, aſperſio illa ſignificat aſper-
ſionem & mundationem baptiſmi, quæ da-
tur beneficio trinitatis: iuxta illud: Ite doce-
te omnes gentes, baptizantes eos in nomi- Matt. 8
ne patris, & filij & ſpiritus ſancti: quia enim
Eccleſia non poteſt in aqua immergi, ſicut
immergitur baptizandus: ideò ter aſpergi-
c tur

26 tur aqua,quaſi loco trinę immerſionis.†Rur
ſus aſpergitur procedendo ab oriente in oc-
cidentem, & per medium ſemel in formam
Crucis: quia Chriſtus totam Iudæam, &
omnes gentes baptizare præcepit in nomi-
ne Trinitatis, cui baptiſmo tribuit efficaciã
in miniſterio paſsionis,incipiens à Iudæis, de
quibus ortus eſt: & reſiduum aquæ ad ba-
ſim altaris funditur, prout in ſequenti titulo
dicetur. Quidam tamen aliam aquam non
benedicunt: ſed cum prius benedicta totum
officium implent.Interim autem cantat cho
rus pſalmum illum: Exurgat Deus, & diſsi-
Pſal. 67 pentur inimici eius &c.& illum: Qui habitat
& 90. & in adiu. &c. in quibus fit mentio de Eccleſia
67 & eius conſecratione:vt patet ibi. Qui habi-
tare facit vnius moris in domo. Epiſcopus
verò dicit: Domus mea, domus orationis
vocabitur: quia eius officium eſt facere, vt
Eccleſia domus Dei ſit, non negotiationis.
27 j.quæſt.iij.ex multis.Sanè† chriſmato altari
xij. Cruces in parietibus Eccleſiæ depictæ
chriſmantur. Depinguntur autem ipſe cru-
ces: Primò propter dæmonum terrorem:vt
ſcilicet dæmones,qui inde expulſi ſunt, vi-
dentes ſignum Crucis, terreantur, & illuc
ingredi non præſumant. Secundò, propter
triumphi oſtenſionem. Cruces nanq; ſunt ve
xilla Chriſti & ſigna triumphi ſui. Meritò
ergo, vt oſtendatur, quòd locus ille Chriſti
Dominio ſubiugatus eſt, ibidem Cruces de-
28 pinguntur.¶Nam† & apud imperialem ma-
gnificentiam obſeruatur, vt aliqua ciuitate
ſibi tradita, imperiale vexillum in ea eriga-
tur.Et in huiuſmodi figuratione dicitur,Ge-
ne.xxviij.quòd Iacob lapidem,quem ſuppo-
ſuerat capiti ſuo,erexit in titulum, videlicet
in titulum præconialem, memorialem, &
29 triumphalem. Tertiò, vt earum† inſpecto-
res,Chriſti paſsionem qua ſuam Eccleſiam
cõſecrauit & paſsionis fidem ad memoriam
reducãt,vnde in canticis: Pone me vt ſigna-
culum ſuper brachium &c. ¶ Duodecim ve-
rò luminaria ante Cruces ipſas poſita, ſigni-
ficant xij.Apoſtolos, qui per fidem Crucifixi
totum mundũ illuminauerũt,& quorum do
1.Cor. 2 ctrina tenebras ſuſtulit.vnde dicit Ber. To-
ta prophetia vera eſt in fide Crucifixi. &
Apoſt. Nil me iudico ſcire inter vos,niſi Ie-
ſum Chriſtum & hunc crucifixum. Cruces
igitur per quatuor Eccleſiæ parietes illumi-
nantur & chriſmate inunguntur, quoniam
Apoſtoli Crucis myſterium prædicantes,fide
paſsionis Chriſti quatuor mundi climata il-
luminauerunt:ad cognitionem inflammaue
runt: ad amorem vnxerunt: ad conſcientiæ
nitorem,quod per oleum, & ad bonæ famæ
odorem,quod per balſamum deſignatur.Ad
hęc poſt chriſmationem altaris, ipſum alta-
re & Eccleſia ornantur:lãpades accendũtur.
Miſſa dicitur:in qua pontifex alijs veſtibus
vtitur,quàm fuerit in aſperſione vſus:prout
30 in ſequenti dicetur.¶ † Poſtremò notandum
eſt,quòd Eccleſia dicitur in ſanguine alicu-
ius conſecrari.vnde ſecundum Pelagium &
Nico.pap. in martyrio Apoſtolorũ Petri &
Pauli, Eccleſia Romana conſecrata eſt:xxj.
diſt.quanuis. xvj.diſt.ſacro. Cõſecratur itaq;
Eccleſia,vt præmiſſum eſt & altare prout in
tit.ſe,& cœmeterium ac alia,prout ſub tit.de
conſe.dicitur.Et quanquàm legatur in vete.
teſt.templum ter fuiſſe conſecratũ. Primò,
in Septembri:de conſe.diſt.j.ca.j.Secundò,in
Martio,ſub Dario.arg.j.quæſt.j.prophetiza-
uit. Tertiò, in Decembri, ſub Iuda Macha
31 bæo.de conſe.diſt.j.ſolennitates. † Eccleſia
tamen ſemel conſecrata, non eſt interum
reconſecranda. ea.diſt.Eccleſijs.de ſacra.non
ite.ca.j. & ij. de apoſta. ca. j. niſi fuerit exe-
crata:quod contingit tripliciter.¶ Primò, ſi
fuerit combuſta: ita quòd parietes omnes
(vel eorum maior pars) fuerint decruſtati.
vt d. ca. Eccleſijs.ff. de contrahen. empti.l.
demũ. Leui. ca.xiiij. prope finem.ſi enim ſo-
lummodo tectum, vel aliqua eius pars pa-
rietibus integris manentibus, vel ſaltem in
modica parte deſtructis cõbuſta fuerit, re-
conſecranda non eſt:extrà de conſe. Ecc. vel
alta.ligneis. ¶ Secundò,ſi tota Eccleſia aut
maior eius pars ſimul funditus corruerit, &
ex toto,ſiue ex alijs fuerit lapidibus repara-
ta:ea.diſt.de fabrica. Cõſecratio etenim Ec-
cleſiæ maximè in exteriori vnctione, & in
lapidũ coniũctione & diſpoſitione conſiſtit:
vt in dict.c.Eccleſijs.Si verò nõ ſimul ſed ſuc
ceſsiuè parietes omnes ruerint, & reparati
fuerint, eadem cenſetur Eccleſia. ideóq; non
recõſecranda:ſed duntaxat cũ aqua exorciza
ta,& miſſæ ſolennitate eſt reconcilianda:de
conſe.diſt.j.de fabrica.& c. ſi motũ.ff.de leg.
j.quod in rerũ.quanquàm eam recõſecrandã
quidã ſcripſerint ſapientes.¶Tertiò reconſe
crãda eſt Eccleſia,ſi dubiũ ſit, vtrũ aliquãdo
fuerit conſecrata, eò quòd ſuper hoc nulla
ſcriptura,



ſcriptura,vel pictura,aut ſculptura, nullúsq;
etiã vnicus teſtis de viſu, vel etiã de auditu:
qui(vt quidã dicunt)ſufficeret:extrà de con-
ſe.diſt.j.Eccleſiæ.& ca.ſolẽnitatis.xxiij.quęſt.
ij.ſanè.xxij.quæſtione v.hoc videtur.de cõſe.
32 diſt.iij.paruulos.¶† Altare quoq; ſemel cõ-
ſecratũ reconſecrandũ non eſt,niſi illud exe-
crari contingat. de conſe.diſtin. j. ſi motum.
extrà eo.c.j.& ca.quod in dubijs. ¶ Quod fit
primò,ſi mẽſa,id eſt, ſuperior tabula in qua
fit principaliter conſecratio, mota vel in ſui
forma mutata,vel enormiter, puta vltra me
dietatẽ fracta ſit. Enormitas tamẽ huiuſmo-
di iure valet ad Epiſcopi arbitrium referri.
¶Idẽ quoq; maximè eſt, ſi tota altaris ſtru-
ctura mota & reparata fuerit. Eccleſia tamẽ
propter altaris vel ſtructuræ motionem vel
fractionẽ,reconſecrãda non eſt extrà eo.c.j.
quia alia eſt altaris cõſecratio, & alia Eccle
ſiæ.Sic econuerſò ſi Eccleſia totaliter deſtru
cta,altare non læditur,Eccleſia ipſa reparata
ſolùm, & nõ altare reconſecratur: quanuis
tunc decẽs ſit illud aqua exorcitata lauari.de
33 conſe.diſt.j.ſi motũ.Cõſecrato†tamẽ maiori
altari,nihilominus alia minora altaria Eccle
ſiæ conſecranda ſunt:extrà eo.c.cũ ſis.quãuis
quidã dixerint ſufficere in illius cõſecratione
alia digito demonſtrari.arg.ff.de acquir.poſ.
quod in eo.§.ſi vẽditionẽ.C.de natu.li.auth.
34 item ſi quis.¶Si verò altare† modicam exte-
rius patiatur læſionem,non ob hoc eſt recõ-
ſecrandum:extra eo.c.j. Secundò recõſecra-
tur altare, ſi altaris ſigillũ,id eſt, paruus la-
pis, cum quo ſepulchrũ ſiue foramẽ in quo
reliquiæ reconduntur, clauditur, ſeu ſigilla-
tur,motum aut fractũ ſit:extrà eo. lignis. Et
fit foramen ipſum quãdoq; in ſummitate ſti
pitis & quandoq; aliud ſigillum non apponi
tur, ſed principalis menſa ſuperpoſita loco
ſigilli habetur. Quandoq, verò fit in parte
poſteriori.& quãdoq; in anteriori.in quo etiã
foramine in teſtimoniũ conſecrationis cautè
includi ſolent literæ conſecrationis epiſcopi,
continentes nomẽ eius,& aliorum epiſcopo-
rum in conſecratione præſentium:& in cuius
ſancti honorem conſecratur altare:& etiam
ipſa Eccleſia, quando ſimul conſecratur
vtrunq;, annũ quoq; & diem conſecrationis.
¶Tertiò recõſecratur altare, ſi iũctura qua
ſigillum foramini,vel etiã qua menſa ſtipiti,
vbi aliud ſigillum, quòd menſa ipſa non eſt
mota, adhæret,vel aliquis ex lapidibus ipſius
iuncturæ ſeu ſtipitis, menſam vel ſigillum
tangẽs,motus vel fractus ſit.In cõiunctione
etenim ſigilli & foraminis,atq; menſæ,& ſti
pitis ſeu ſtructuræ inferioris,præcipuè cõſe-
cratio intelligitur. ¶ Quartò reconſecratur
altare,ſi ei vel coniunctioni menſæ, & ſtru-
cturæ inferioris tantũ fiat augmentũ, quòd
priſtinam forma amittat: quoniã forma dat
eſſe rei:arg.x.quæſt.ij.hoc ius.xxxij.quæſt.ij.
quod vnde eſt.ar.de ope.no.nun.l.j. §. ſi quis
ædificium. Propter modicum tamẽ addita-
mentũ,non execratur:ſed tunc ſacrũ, trahit
ad ſe non ſacrum.extrà eo.quod in dubijs.li-
mita, dumtamẽ coniunctio menſę & ſtructu
ræ inferioris,nõ multũ immutetur.¶Quintò
altare,ſicut & Eccleſia propter dubiũ recõſe
cratur.e.diſt. Eccleſia.¶Sextò altare viaticũ,
ſi lapis de ligno in quo inſertus eſt,qui quo-
dammodo ſigillũ repræſentat, remoueatur,
& in eodẽ vel in alio ligno iterũ reponatur,
nonnulli recõſecrandũ, alij verò ſolũmodo
reconciliandũ autumãt. Quãuis autem illud
ſæpe iuſſu epiſcopi de loco ad locum tranſ-
feratur, & per viam portetur,(propter quod
portabile,vel viaticũ appellatur:ea.diſt.cõce
dimus.extrà de pri.)in his non tamẽ ob hęc
35 recõſecratur aut recõciliatur.¶† Quid ſi ca-
lix cõſecratus,deauratur,nũquid eſt reconſe
crãdus?Et videtur quòd ſic: quoniam nouus
calix eſſe videtur.nouũ enim opus videtur fa
cere,qui priſtinam operis faciem innouat.ff.
de op.noui nun.l.j.§.opus nouum.& reficit,
qui rei iam factæ remediũ facit. ff. de iti.ac.
priu.l.iij.§.pen.ff.de vſufru.l.vſufructuarius.
extrà de Iudęis.ca.cõſuluit. Siquidẽ cõſecra-
tio in ſuperficie conſiſtit. Et hinc eſt quòd
Eccleſiã, muris decruſtatis, reconſecrandam
36 eſſe prædixi.† Contrariũ tamẽ verũ eſt,quia
nec propter murorũ dealbationem, aut pro-
pter picturã, aut propter modicũ additamẽ-
tũ,Eccleſia recõſecranda eſt:vt iã dixi. Cùm
enim propter hoc calicis forma nõ mutetur,
idẽ calix manet: quare reconſecrandus non
eſt,ſicut & eccleſia reparata:quoniã eadẽ ma
nent,id eſt,conſecranda nõ eſſe præmiſſum
eſt.Si verò forma prior immutaretur,ſec9 eſ
ſet:quoniã forma dat eſſe rei: vt dixi.hone-
ſtũ tamẽ eſt,quòd tã propter pollutarũ ma-
nuũ cõtractũ,q̃ etiã propter prophanę mate
rię appoſitionẽ calix aqua exorcizata, lauetur
prius,quàm ibi ſacroſanctũ corpus & ſanguis
Domini immoletur.de conſe.diſt.j. ſi motũ.

Præmiſſo de conſecratione, aliqua de recō-
37 ciliatione dicamus.¶†Circa quod notandum
eſt templum ſpirituale, quod eſt homo, quā-
doq; polluitur.xxxij.quæſt.iiij.in eo.& quęſt.
nō ſolùm. Vnde in Leuiti.xx. Vir qui fluxum
ſeminis patitur, immūdus erit.xliiij.diſt. ſit re
ctor, prope fi.& idē in muliere fluxū ſangui-
nis meſtrui, vel alterius patiente: vt ibidem
in eodē & diſt.v.ad eius. Et ideò ibi pollutus
Eccleſiam ingredi prohibebatur, donec aqua
lauaretur & purificaretur. & Numeri xix.ca.
Qui cadauer mortui tetigerit, immūdus eſt.
Vnde aſpergatur aqua & ſic mūdabitur &c.
& Propheta: Aſperges me Domine hyſopo,
38 & mū.¶†Materiale etiā templū, quod eſt Ec
cleſia teſtāte Papa Greg.& leui.c.xv. pollui-
tur. Vnde propheta: Polluerūt templum ſan-
ctum tuū &c. Et hoc ſimiliter hodie aqua la
uatur, & reconciliatur, extrà eo.c.propoſuiſti.
& ca.cōſuluiſti.& ca.vlt.& fi. Fit enim recōci
liatio cum miſſæ celebratione, & aquæ cum
vino, ſale, & cinere ſolēniter benedictę aſper
ſione.ca.diſt.de fabrica.& ca.propoſuiſti. Nē
pe per ſalē diſcretio, per aquam populus: ex-
trà de cel.miſ. cum Marthæ.§. quæſiuiſti.ad
finē.per vinū, diuinitas: per cinerem, paſsionis
Chriſti memoria: per vinū aquæ immiſtum,
vnio deitatis & humanitatis ſignificatur. Hęc
ergo ſimul ponūtur ad notandum, quòd po-
pulus, diſcreta memoria paſsionis Chriſti mū
datus, Chriſto adunatur. Fit etiam per epiſco
pum tantū ſi ſit Eccleſia conſecrata. Et quā-
quam ipſe alteri coepiſcopo poſsit ſimul to-
tum, ſcilicet aquæ benedictionē & reconci-
liationem, vel ſolùm aquæ benedictionem,
vel etiam tantùm recōciliationē aqua prius
per ipſum benedicta committere: ſimplici ta
men ſacerdoti neutrum committi valet: ex-
trà eodem c.aqua.& ca.conſuluiſti.niſi fortè
hoc ex priuilegio ſibi competat ſpeciali. Si
verò Eccleſia conſecrata non ſit, debet ſtatim
ſecundū conſtitutionē Grego.ix.extrà eo.ca.
fi.aqua exorcizata lauari, quam lotionē qui-
dam fieri poſſe aſtruunt iuſſu tamen epiſco-
pi, per ſimplicē ſacerdotem, cùm fieri habeat
cū aqua exorcizata, quę fieri poteſt per quēli
bet ſacerdotē. Nonnulli verò eximiæ autho
ritatis periti, ſcripſerunt quòd tutius eſt hoc
duntaxat per epiſcopum fieri: nec per eū ſa-
cerdoti poſſe cōmitti: nam canones.de cōſe.
diſt.ſi motum &c.de fabrica.aquam exorci-
zatam vocāt, aquam cū vino & cinere ſolē-
niter benedictā, quod quidē verū eſt de Ec-
cleſia: non conſecrandū. tamen Deo dedica-
ta.extrà de immū.Eccle.Eccleſia. Secus enim
eſt in ſimplici oratorio, quod nec ſacer nec
religioſus locus eſt: vtpote quòd vnuſquiſq;
pro velle vt placet ordinat, ſaltem ad odo-
randum: de conſe.diſt.vnicuiq;.extrà de ſen.c.
fi. licet fortè non ſine diœceſani licentia.ad
celebrandū.& pro velle ad alium vſum de-
putat locū ipſum: in authē.col.v.vt nullus fa
bri.ora.do.§.j. in aut. col.ix. de Eccle. ti.§.ſi
verò. Eſt autem Eccleſia reconcilianda in
39 præmiſſo caſu. ¶Itē † propter adulteriū ibi
cōmiſſum, & propter fornicationē.ca.diſt. ſi
motū.& generaliter cuiuſcūq; ſemine: extrà
de adul.c.ſignificaſti. ſcilicet maris & fœmi-
næ.clerici, vel laici: hæretici vel pagani, na-
turaliter, ſiue innaturaliter, ſtudioſè, & pec-
candi libidine ibi emiſſo fuerit polluta: etiā
ſi vir ibi vxorem cognoſcat, quoniā licet ta-
lis cōcubitus ſit aliàs legitimus & conceſſus:
non tamen quolibet tēpore, ſiue loco: extrà
eo.ca.fi. Quanquàm multi de hoc cōtrarium
ſentiāt ſapientes: ſecus autem eſſe dicimus, ſi
quis fortè ibi in ſomnis polluatur: nam tunc
animus magis pertuliſſe, quàm ſeciſſe dolē-
dus eſt. xxj.diſt. quoniā & non in cuiuſcunq;
animalis ſemine ibi emiſſo, cùm ratione ca-
reat, neque peccat.vj.diſtinct. teſtamentum.
40 ¶†Reconciliatur etiam Eccleſia propter ho
micidiū.ff.ſi quadr.pau.ſe.dicatur.li.xv. quæ-
ſtio.j.§.ex eo.ſiue cū ſanguinis effuſione, ſiue
ſine.ibi: quocunq; modo ſtudioſè cōmiſſum,
& etiā citra homicidium propter quamlibet
violētiā & iniurioſam humani ſanguinis effu
ſionem.ea.diſt. ſi Motū. ſiue ex vulnere ſiue
abſq; vulnere, ex naſo vel ore: nam in vete.
teſta.Leuiti.xiiij.& xv.ca.prohibitū fuit ſan-
guinem in templum fundi, & ſemen emitti:
& talia agentē & patientem, illud ingredi. Si
autem abſq; violentia vel iniuria ex naſo,
vel ore, cicatrice, vel imminutione: aut etiam
ex emorroidis, vel menſtruis, vel aliter natu-
raliterin Eccleſia fluxerit: aut fortè ludo, aut
caſu fortuito eliciatur: ea. diſt. Eccleſijs. ex-
trà eo.c.fi. Aut ſi quodcunq; animal ibi occi-
ditur: vel ſi quis ſubitò per ſe ibi moritur: aut
lapide vel ligno cadente, aut fulgure, occidi-
tur. propter hæc quidē & ſimilia non recon-
ciliatur. Nec etiā ſi alibi vulneratur, ad Ec-
cleſiā confugiēs illic ſanguine multo effuſo
moritur quoniā tūc nō fuit homicidiū in Ec
cleſia



cleſia perpetratū.xv. quæſt.j.§. itaq;. Si verò
econuerſò in Eccleſia vulneratus, extrà mo-
ritur, vel etiā extrà ſanguis ex vulnere fluxe
rit, ſecus eſt: etiā ſi intra Eccleſiā ex vulnere
ſanguis minimè fluxerit: quoniā ictus vulne
rū attendūtur.ff.ad legē Aquil.l.itē mela.§.
ſed ſi plures.ff.ad lege Cor.de ſic. vltimum.
extrà de cle.percu. ca.ij. Sed & ſi ſupra tectū
Eccleſiæ ſanguis effunditur, aut ſemē huma
nū emittitur, quia per hoc extra Eccleſiā cō-
41 mittitur, nō recōciliatur.¶Cæterū† ſi furtum
aut rapina in Eccleſia cōmittitur, de cōſuetu
dine, quæ in talibus attēditur, reconciliatur:
extrà de cele.miſ. pernicioſis. Idēq; in quali-
bet violētia, ſine ſanguinis effuſione, ibi cō-
miſſa, fieri debere quidam affirmāt: cùm illa
fornicationi æquiparetur in iure. xvij.quæſt.
iiij.ſicut qui Eccleſia.vt ſi ad eam confugiēs,
inde per violētiā extrahatur.xvij. quæſt. iiij.
re.extrà de immu.Eccle. inter. Vel ibi effra-
ctio cōmittatur: vel etiam præter ſanguinis
effuſionē, rixa tumultuoſè agatur, vel ſi quis
fracto oſſe vel liuore ſecuto, abſq; ſangui-
ne, ibi grauiter verberetur: vel ad mortē vel
ad mutilationē ibi præſentialiter condēna-
tus, inde extrahatur, vt ad locum executionis
ducatur.extrà de reli.do.c.decet.& de immu.
Eccle.ca.cùm in Eccleſia.& de ap.ca.qua frō
te. Sed cùm caſus iſti nō ſint in iure expreſsi,
neceſſe nō eſt Eccleſiā per epiſcopū ſolēni-
ter recōciliari. Honeſtū tamē fore putamus,
& ſacerdotē cū aqua exorcizata epiſcopi iuſ-
ſu lauari. Idēq; dicēdū videtur, ſi Eccleſia diu
abſq; tecto & ianuis, plena foret ſtramine,
aliiſq; ſpurcitijs, animalibus, & naturali ho-
minū vſui, quaſi diuerſorij locus paſsim pa-
tuerit: nec eſſet fortè malū eā in tali caſu ſo
lenniter per epiſcopū recōciliari. Si autē ali-
quis extra Eccleſiam occiſus, mox intra Ec-
cleſiā infertur, occiſor vel alius moriturum
fore nō credēs, corpori adhuc calido plagā
infligit, ex qua ſanguis fluit, recōcilianda eſt,
tū propter horrorē & abominationē: tū pro-
pter violentiā, & peccādi volūtatē: quamuis
enim homo mortuus nō ſit homo: humanus
tamē ſanguis eius per violentiā eſt ibi effu-
ſus. Nā & ipſi cadaueri violētia, horror, & in-
iuria irrogātur.ff.de ſepul.vio.l.ij.§.nō ꝑpe.
& §.aduerſarius.& l.ſepulchri.ff.de re.ne.cor
pora.extrà de Iudęis.ſi ſit Iudæus. Secus autē
eſt ſi naturaliter mortuus in corporis obſe-
quiū & honorē in Eccleſia demēbretur vel
euiſceretur: vt fortè pars ibi, & pars alibi ſe-
42 peliatur.¶†Recōciliatur etiā Eccleſia, in qua
infidelis, vel etiā publicè excōmunicatus ſe-
pultus eſt: & tunc parietes ſunt abradendi.de
conſe.diſt.j.Eccleſia.j.& ij. Sanè in præmiſsis
caſibus, in quibus Eccleſia recōciliatur, requi
ritur vt factū recōciliationē inducēs publicū
ſaltē per famā exiſtat.extrà de adulter.ſigni
43 ficaſti.& de accu.§.inquiſitionis.† Scādalum
enim, eſt horror atq; abominatio de turpitu-
dine, & peccato, atq; violentia, in ſacro loco
ſiue in Eccleſia cōmiſsis, vbi delictorū venia
poſtulatur, vbi eſſe debet tutela refugij, vbi
immolatur ſalutaris hoſtia pro peccatis. Leu.
xiiij.c.vbi etiā confugientes ſaluātur, & Deo
laudes exoluūtur, recōciliationē inducūt: &
etiā propoſitū, vt volūtas mortaliter ibi pec-
cantis. extrà eo.conſuluiſti. extrà de ſenten.
excō.cum volūtate.xvij.q.j.§.ſi ergo. Si verò
occultū ſit, reconciliari neceſſe non eſt: quo-
niā Eccleſia cū ſancta ſit, coinquinari nō po
teſt.extrà de coha.cle. & mul. ca. veſtra.xv.
q.vlt.ca. ſi.xxiiij. quæſt.j. §.j. imò ipſius loci
ſanctitas infamiā loci adolet, quāuis quidam
in hoc contrarium ſentiant: vt ſaltē occultè,
ita vt delinquētes nō probentur, ſit reconci-
44 lianda. Fit enim † recōciliatio ad exēplum &
terrorē: vt videlicet vidētes Eccleſiā, quæ in
nullo peccauit, propter peccatū alterius la-
uari & purificari, exiſtimēt quantum propter
ſuorū delictorū expiationē ſit laborandū.ff.
ad legē Iu.repe.l.j.¶Cœmeterium quoq;, in
45 † quo paganus vel infidelis aut excomunica
tus ſepultus eſt, reconciliandū eſt, extrà eo.
ca.cōſuluiſti.de cōſe.di.j.& ij.extrà de ſepul.
Sacris oſsibus tamē ſepultis, ſi ab oſsibus fi-
deliū diſcerni poterūt inde prius abiectis. Re
conciliatur etiā in præmiſsis caſibus, in qui-
bus Eccleſia recōciliatur. Cœmeteriū enim
eiſdē priuilegijs, quibus & Eccleſia gaudet.
prout ſub tit.de ſacr. vnc. dicetur: nā ex quo
benedictū eſt, ſacer locus eſt. ff.de re.diui.l.
ſacra.in fi.& recōciliatur per Epiſcopū, ſicut
Eccleſia per aſperſionē aquæ ſolēniter, cum
vino & cinere benedicto.extrà eo.ca.cōſului
46 ſti.¶ † Illud autē notandū eſt, quòd in qua-
cūq; parte Eccleſiæ vel cœmeterij violentia
vel pollutio cōmittatur, vtrūq; & etiā quæli
bet ipſorū partes propter cōnexitatē violatę
intelligūtur: extrà de cōſti.ca.trāſmiſſa. Hoc
hodie in parte correctū eſt per Dominū Bo-
nifaciū de cōſecra.Eccle.ca.j.in.vj. Etſi enim

cõſecrationes Eccleſiæ, altaris, & cœmeterij ſunt diuerſę: omniũ tñ vna & eadẽ eſt immunitas. xvij. q. iiij. ſicut antiquitus. & ca. miror. quę non eſt ad alterũ eorũ tantũ, vel ad alterius angulũ reſtringẽda. quod verũ eſt, ſi Eccleſia vel cœmeteriũ ſunt cõiuncta. Si enim vnũ à reliquo diſtet, bene poteſt vnũ ſine reliquo violari. Si igitur altero eorũ violato ſiue polluto, etiã aliud violatũ & pollutũ eſt: pari ratione altero tantũ eorũ reconciliato, vtrũq; intelligitur reconciliatum. argu. extrà eodẽ. ca. conſuluiſti. extrà eo. de immuni. Eccleſi. in rubrica: quoniã nihil tã naturale eſt, quàm vnũquodq; eo genere diſſolui, quo ligatũ eſt: & par eſt ius ligandi atq; ſoluẽdi. ff. de reg. iur. nihil. extrà eo. c. j. & ſic violato vel polluto cœmeterio, ſufficit Eccleſiã recõciliari. Nõnulli tamen ſimpliciter aſſerunt per vnius violationẽ, nequaquam alterũ violari: & per cõſequẽs quodlibet eorũ debere ſpecialiter recõciliari. Quibus tñ pontificalis libri obuiat authoritas: in qua ſpecialis forma recõciliationis cœmeterij habetur. Deniq;, ſi Eccleſia vel cœmeteriũ, aut aliud quodcũq; per Epiſcopũ excomunicatũ cõſecretur, ſeu benedicatur, tali recõciliatione nõ egẽt: quoniã ſacramenta à talibus: in forma Eccleſiæ, collata vera ſunt, ix. q. j. ordinationes. j. q. j. c. multi. prope finẽ. extrà de ſacramẽ. nõ ite. c. j. & ij. & de coha. clerico & mul. ca. veſtra. vt dicetur in procœmio tertiæ partis. Verũ, cũ (ſicut pręmiſſum eſt) excõmunicatus vel excomunicati, cœmeteriũ & Eccleſiã prophanẽt, multò quidẽ magis exteriora ſacramenta & benedictiones, quæ per manus & os excõmunicati trãſeũt & proficiſcũtur, quantũ ad eorũ merita pertinẽt, cõtaminari, & corã Deo fœtere videntur. j. q. j. §. quod autẽ ſacramẽta. & c. ſeq. & c. odit Deus. & c. illi offerũt. extrà de ſchiſma. ca. j. ideò honeſtũ eſt, ꝙ recõcilientur, prius quàm fideles talibus ſacramẽtis vtãtur, prout ſacrorũ canonũ lectio edocet euidẽter. lxxxj. diſt. ſi qui ſunt. Ait enim Dominus per prophetã: Maledicã benedictionibus veſtris. de conſe. diſt. j. altaria. j. & ij.

ADNOTATIO.

*FELICIS. *Hanc etiam inſtitutionem ſanxit* Felix Papa, IIII. *in epiſtola ad* Epiſcopos *per diuerſas prouincias cõſtitutos, c. j. hiſce uerbis: Solennitates uerò dedicationum* Eccleſiarũ *&* Sacerdotum *per ſingulos annos ſolẽniter ſunt celebrandæ, ipſo* Domino *exemplum dante, qui ad feſtum dedicationis templi, omnibus id faciendi dans formam, cum reliquis populis eandem feſtiuitatem celebraturus: ſicut ſcriptũ eſt* Ioan. x. *Facta ſunt* Encænia *in* Hieroſolymis, *&* hyems erat: *&* ambulabat Ieſus *in templo in porticu* Salomonis. *Quòd autem octo dierum encænia ſint celebranda, in lib. iij. Reg. viij. peracta dedicatione tẽpli, reperies.* N. DOARD.

ADNOTATIO.

*VOCABATVR. Πάνθεον, *templũ* Romæ, *primò à* M. Agrippa *extructum & inſtauratum, cuius cognomen fuit ex laminis argenteis, quas ſuſtulit* Conſtantinus *nepos* Heraclij, *ueniens ad urbem. Illud autem* Ioui Vltori *dicatum: eoq; nomine* Syracuſana *capita in eo poſita. Quod poſtmodùm* Bonifacius Põtifex *maximus quartus à* Gregorio, *dono accipiens à* Phoca Cæſare, *in templum omnium* Deorum *conuertit, ut uerbi etymo reſponderet,* πᾶν, *&* θεός. *Ibi thermæ* Agrippinæ, *ab ipſo* Agrippa *dictæ.* Prope *thermas ſitum eſt* πάνθεον, *templum antiquiſſimum, & inter urbis uetuſta templa longè nobiliſſimũ, nuncdum etiam ferè integrũ. In ipſius templi pronao* Auguſti *&* Agrippæ *ſimulachra fuere:* Martis *quoque &* Veneris. *In* Veneris *ſimulachri auricula,* Cleopatræ *unio pretioſus erat.* Mineruæ *item ſimulachrum,* Phidiæ *opus.* Hercules *inſuper, ad cuius ſimulachrũ* Pœni *humanis uictimis quotannis olim ſacrificabant. In templum hoc multis gradibus (ſicut & in cætera) aſcendebatur: à ueteribus enim templa in ſublimi extruebantur, & unico tantum aditu.* Porticum *huic templo adiecit* Agrippa, *opus ſumma admiratione dignum: quæ à quibuſdam* πρόθυρον *appellatur,* ἀπὸ τοῦ πρὸ, καὶ τῆς θύρας: *id eſt, ornamentum ac ueſtibulum.* Hodie *illud ipſum dicatum* S. Mariæ Rotundæ. N. DOARD.



SVMMA.


1 Altare, quibus de cauſis conſecretur. & num. 2. 3. Et vnde duxerit ortum.
4 Altaris conſecratio, qua forma fiat. & num. 5. 21. 29. 35. 37.
6 Allel a Ia, cur obmittitur inter conſecrationem altaris, aut Eccleſiæ: conſecratione verò facta adhibetur.
7 Aquæ benedictio, quot requirat. Et quid notet. num. 9. 10. 11.
8 Satellitem ſtygium quatuor fugant.
12 Baptiſma ac conſecratio Eccleſiæ, quibus myſticis conficiantur. quæ omnia neceſſariò adhibentur.
13 Fides eſt baptiſmatis condimentum: quę ſi deficiat, & ſalus deficiet.
14 Cruces quatuor, quas facit Pontifex in altaris conſecratione, quid notent.
15 Circuitus ſeptenarius Pontificis, circa altare conſecrandum, quid denotet. & num. 16. 19.
17 Chriſti ſeptem viæ.
18 Aſperſiones ſeptem altaris, quid notent.
20 Hyſſopum quid notet. Et eius natura & ſitus.
22 Virtutes quatuor, in libro Sapientiæ deſcriptę.
23 Reliquiæ ſanctorum, aut Chriſti, an neceſſariæ ad Eccleſiæ conſecrationem. Et quid notent.
24 Arca fœderis.
25 Reliquiæ ſanctorum, vbi & quomodo condantur.
26 Dei notitia, confirmatio & perfectio eſt omnium bonorum.
27 Chriſtus lapis angularis, & abſciſſus.
28 Altare, debet eſſe lapideum.
30 Chriſtus fuit vnctus oleo inuiſibili. Et oleum, quid ſignificet.
31 Cruces quinq; ex oleo, quid notent.
32 Homo quorum debeat miſereri.
33 Balſami odor, & ſignificatio.
34 Senſus corporis noſtri quinq;, quibus æquiparentur.
36 Crucem cum incenſo facere, quid.
38 Altaris vltima benedictio, quid ſignificet.
39 Vtẽſiliũ Eccleſiæ benedictio, quid notet.


## De Altaris conſecratione.

### CAP. VII.

1 NOn † ſolùm Eccleſia, verum etiam altare conſecratur. de cõſe. diſt. j. c. altaria. j. & ij. hoc propter tria. Primò, ad ſacramentũ Deo ibi offerendum. Gen. viij. ædificauit Noë altare Domino: & tollens de cunctis volucribus & pecoribus mũdis, obtulit ſuper altare. Hoc autẽ ſacramentũ eſt corpus & ſanguis Chriſti, quod in memoriam paſsionis dominicæ immolatus: iuxta illud: Hoc facite in meã cõmemora-
2 tionẽ. ¶Secundò, ad † nomẽ Dei ibi inuocãdum. vnde Gen. xij. ædificauit Abrahã altare Deo, qui apparuit ei & inuocauit ibi nomen Domini. Hæc autẽ inuocatio, quæ fit ſupra
3 altare, propriè dicitur Miſſa. ¶ † Tertiò ad cantãdũ. Eccle. xlvij. Dedit illi contra inimicos patientiã, & ſtare fecit contra altare cãtores: & in ſono eorũ fecit dulces modulos.
4 ¶Sanè hoc † modo & ordine cõſecratio altaris fit. in primis nanq; põtifex incipit: Deus in adiutoriũ meũ intende. poſtmodũ benedicit aquã: deinde in quatuor cornibus altaris cõfigurat quatuor Cruces, cũ aqua benedicta. Conſequẽter circuit altare ſepties: & ſepties menſam altaris, cum aſperſorio de hyſſopo aqua benedicta aſpergit. Eccleſia quoq; iterũ aſpergitur, & aquæ reſiduũ ad baſim altaris funditur: deinde in quatuor angulis ſepulchri, in quo reliquiæ recõdi debent, quatuor cum chriſmate fiũt Cruces: & ponũtur reliquiæ in capſella cũ tribus granis turis: & ſic recondũtur in ſepulchro. Deinde ſupponitur eius tabula cum ſigno Crucis facta, in medio cõfirmata: poſtmodũ lapis (qui mẽſa dicitur) ſuper altare adaptatur: & adaptatus vngitur cũ oleo, in quinq; locis, & eodẽ modo inungitur poſteà chriſmate. ſicut de oleo dictum eſt. Cõfirmatur etiã altare in fronte Crucis chriſmatis: & adoletur incẽſum in quinq; locis. Poſt hoc, altare tegitur & mundis pannis induitur, & demum ſuper altare ſacrificium celebratur. Nunc ſeriatim ſingula præmiſſa
5 proſequamur. † Primò igitur notandum eſt, quòd altare chriſmatis vnctione & benedictione interueniente, conſecratur, & lapideum totum, ſolum de conſe. diſtin. j. altaria. j. & ij. Vnde pontifex ſtans incipit: Deus in adiu. meum intend. quia ipſe Dominus ait:

6 Sine me nihil poteſtis facere.¶ Et †quia hęc
dedicatio,ſignificat baptizandos , qui perce-
pta fide ad pugnā ſe præparāt : & qui adhuc
ſunt inter ſuſpiria & certamina huius vitæ
cōſtituti,ideò non dicitur allelu Ia.qui enim
baptizati nō ſunt,laudibus angelorum digni
nō ſunt:vnde Tho.pe.& in plateis eius alle-
lu Ia cātabitur. Poſt cōpletā verò Eccleſiæ
vel altaris cōſecrationem cantatur allelu Ia:
quoniā excluſa dæmonū phantaſia Deus ibi
laudabitur.Nā & Chriſtus ad arā Crucis ac-
cedēs ad æternitatis gloriam manifeſtādam
mortē ſoluit:ſed allelu Ia duntaxat poſt re-
7 ſurrectionē cātauit. ¶ † Secundò circa aquæ
benedictionē,notādum eſt, quòd huiuſmodi
aquæ exorcizatio fit ad effugandū inde ini-
micum. In qua benedictione quatuor neceſ-
ſaria ſunt,videlicet aqua,vinū,ſal, & cinis. Et
8 hoc ꝓpter tria. ¶ †Primò,qm̄ quatuor ſunt,
quę inimicū expellunt.Primū, eſt lacrymarū
effuſio:quę ꝑ aquā.Secūdū,eſt ſpiritualis ex-
ultatio,quæ per vinū.Tertiò naturalis diſcre
tio,quæ per ſal.Quartū,profunda humilitas,
quæ per cinerē ſignificatur. Aqua igitur, eſt
pœnitentia:vinū, mentis exultatio:ſal, ſapia:
ſicut in præcedēti tit.probatum eſt, cinis pœ
nitētiæ humilitas.Vnde de Niniuitis dicitur:
quia rex ipſe ſurrexit de ſolio ſuo , & indu-
tus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Hinc & Da-
uid inquit:Quia cinerem tanquàm panē mā-
ducabā &c. Hinc & Abraam : Loquar inquit
ad Dominū meū,cū ſim puluis & cinis.¶ Se-
9 cundo† modo,aqua eſt populus ſeu humani
tas : quia aquæ multæ, populi multi, vinum
deitas:ſal doctrina diuinæ legis , quæ eſt ſal
fœderis:cinis, qui conſignat memoriā Domi
nicæ paſsionis.Vinum , aquæ miſtū,Chriſtus
Deus & homo.Per fidē enim dominicę paſ-
ſionis , quæ per doctrinā diuinæ legis habe-
tur:Populus,per aquā ſignatus per fidei vnio
nem coniungitur, capiti ſuo Deo & hòmini.
10 ¶†Tertio modo poteſt dici,quòd hæc aqua
benedicta ſpiritū ſanctū ſignificat :ſine cuius
flatione , nihil vnquam ſanctificatur , & ſine
cuius gratia , non fit remiſsio peccatorum:
Quòd ſpiritus ſanctus aqua, vocetur ipſa ve
ritas, oſtendit dicens : Qui credit in me, flu-
mina de ventre eius fluēt , aquæ viuæ.quod
euangeliſta exponēs dixit : hoc autē dixit de
ſpiritu ſancto,quem accepturi erāt.credentes
11 in eū.¶Et†no.ordinem ſacramēti,exterius a-
qua, interius ſpiritu eccleſia cōſecratur.Hoc
eſt enī quod Dn̄s ait:Niſi quis renatus fuerit
ex aqua,& ſpiritu ſancto &c.Ecce aqua.Ecce
ſpiritus.In baptiſmatis enim ſacramento,nec
aqua ſine ſpiritu : nec ſpiritus eſt ſine aqua:
quod quidē ipſe ſpiritus ſanctificabat , qui in
prima mūdi creatione ferebatur ſuper aquas.
Hac ergo aqua & ipſum altare & totū inte-
rius templū,quando illud ſimul & altare de-
12 dicātur,aſpergitur.¶†Licet igitur ſpiritus &
aqua ad baptiſmi & conſecrationis Eccleſiæ
perfectionē ſufficerent:tamē ſancti patres,
qui hoc conſtituerunt voluerūt nobis ſatisfa
cere,non ſolùm in his, quæ ad virtutem, ve-
rumetiam, in his,quæ ad ſanctificationē per
tinēt ſacramenti : ideóq; adpoſuerūt ſalem,
vinū,oleū,cinerē, & chriſma.Nō enim chri-
ſma vel oleū habuit Philippus,quando eunu
chū baptizauit.Act.viij.ca.Alterū ergo horū
deeſſe non debet,& ſimul cōmiſceri debent:
quia populus Dei (qui eſt Eccleſia) ſine his
ſimul iūctis neq; ſanctificatur,neq; à peccatis
ſoluitur.De hoc etiā tāgetur ſub tit.de cōſe.
De aqua quidē manifeſtum eſt:quia niſi quis
13 renatus fuerit &c. ¶De† ſale etiā,quia ſine
fidei condimento , quod in ſale ſignificatur,
nemo vnquam ſaluari poterit, quantuncunq;
aqua baptiſmatis aſpergatur. De vino quo-
que,per quod ſpiritualis diuinæ legis intelli
gentia deſignatur. Vnde Dominus in nuptijs
aquā in vinū conuertit. Si quis verò aſperſus
nō fuerit, id eſt,quicunq; de eo non biberit:
vel propinātibus nō crediderit, ad vitæ æter
næ beatitudinē non perueniet.Cineris etiam
aſperſio per quā pœnitentiæ humilitas intel-
ligitur,tā neceſſaria eſt , vt ſine ea nō fiat in
adultis remiſsio peccatorū . per ipſam enim
venitur ad baptiſmū, & ipſa eſt ſingulare re-
fugiū peccatoribus poſt baptiſmum.Vnde &
non immeritò baptiſmus vocatur , dicente
Domino in euāgelio de Io.quia venit in vni
uerſam regionē Galileę prædicans baptiſmū
pœnitētiæ in remiſsionem peccatorū.Et no-
ta quatuor genera eſſe aquæ benedictæ , de
qua in quarta parte dicetur , ſub tit.de aquæ
14 benedictæ aſperſione.¶ His † omnibus per-
miſtis pōtifex quatuor Cruces cū aqua ipſa,
in quatuor cornibus altaris , & vnā in medio
facit.Quatuor Cruces repræſentāt quadru-
plicē charitatem, quam hi, qui ad altare ac-
cedunt, habere debent : ſcilicet vt diligant
Deum, ſeipſos, amicos, & inimicos. De qui-
bus quatuor cornibus charitatis dicitur Gen.
xxvij.



xxvij.Dilataberis ad orientem & occidētem,
ſeptentrionem,& meridiem . & ideò quatuor
Cruces in quatuor cornibus fiūt,ad deſignan
dum,quòd Chriſtus per Crucē quatuor mun
di partes ſaluauit.Secundò fiunt,ad deſignan
dum quòd quatuor modis crucē Domini por
tare debemus , ſcilicet in corde , per medita-
tionem:in ore,per confeſsionem: in corpore,
per carnis mortificationē: in facie,per aſsiduā
impreſsionem. Crux in medio altari: ſignifi-
cat paſsionem, quam Chriſtus in medio ter-
ræ ſubijt , per quam operatus eſt ſalutem in
15 medio terræ,id eſt in Hieruſalem.¶†Deinde
ſepties altare Pontifex circuit. Primò, ad ſi-
gnificandum , quòd ipſe debet pro omnibus
curam impendere , & vigilantiā habere, quæ
per circuitum deſignatur. Vnde tūc cantatur:
Inuenerunt me vigiles,quæ circumibant ciui
tatem. debet enim ſolicitè vigilare ſuper gre
ges ſibi cōmiſſos:nam (vt ait Gilbertus) Ri-
diculoſa res eſt ſpeculator cæcus, præcurſor
claudus, Prælatus negligens, Doctor inſipi-
16 dus & præco mutus. Secūdò† ſeptenus circui
tus circa altare, ſignificat ſeptē meditationes
quas circa ſeptēplicem virtutem humilitatis
Chriſti habere debemus: & per ipſas circuire
frequenter. Prima virtus eſt , quòd de diuite
factus eſt pauper. Secunda,quòd in præſepio
poſitus eſt.Tertia,quòd parentibus ſubditus.
Quarta, quòd ſub manu ſerui caput inclina-
uit.Quinta,quòd diſcipulū furem & prodito-
rem ſuſtinuit. Sexta,quòd ante iniquum iudi-
cem manſuetus ſtetit. Septima,quòd pro cru
17 cifigentibus clementer orauit. ¶†Tertiò per
ſeptem circuitus, ſeptē viæ Chriſti ſignifican
tur.Prima fuit,de cœlo in vterum. Secunda,
de vtero in præſepium.Tertia,de pręſepio in
mundum. Quarta , de mundo in patibulum.
Quinta,de patibulo in ſepulchrum. Sexta,de
ſepulchro in lymbum. Septima, de lymbo in
cœlum. Conſequenter Epiſcopus aſpergit al-
18 tare.¶†Quid autem altare in templo ſignifi-
cet,Apoſtolus dicit: Templum enim Dei,ſan
ctum eſt, quod eſtis vos. Si ergo tēplum Dei
ſumus, altare habemus . Altare noſtrum, eſt
cor noſtrum : hoc enim eſt cor in homine,
quod altare in templo.In hoc altari fit ſacri-
ficium laudis,& iubilationis,iuxta illud Pſal-
miſtæ:Sacrificium Deo ſpiritus,&c. In hoc al
tari fit commemoratio corporis & ſanguinis
Chriſti.Hinc preces ad cœlum aſcendūt:quia
ad cor reſpexit Deus.iiij.q.v.ſi quod.Hoc igi-
tur altare,aqua aſpergitur,quando corda ho-
minum per Euangelicā prædicationem à pec
catis mundantur. Nam prædicatio , aqua eſt,
iuxta illud : Omnes ſitientes venire ad aquas.
Hac igitur aqua, id eſt prædicatione Euange
lica,& ſancti Spiritus ſanctificatione,& altare
cordis , & totus homo mundatur & ſanctifi-
catur.Cōſecratur etiam altare cordis,per con
ceptum timoris,vt inuitetur ad bonum,& per
effectum amoris , vt confirmetur in melius:
19 nam initium ſapientiæ,timor Domini. ¶†Se-
pties autem altare aſpergitur aqua,ad notan-
dum, quòd in baptiſmo ſeptem dona Spiritus
ſancti tribuuntur. Per hoc etiam figuratur,
quòd habere debemus memoriā Dominicæ
paſsionis. ¶Septem nanq; aquæ aſperſiones,
ſunt ſeptem ſanguinis Chriſti effuſiones.Pri-
ma,fuit in circūciſione. Secunda,in oratione,
quando ſudor eius fuit,ſicut guttæ ſanguinis.
Tertia, in corporis flagellatione. Quarta, in
capitis coronatione. Quinta,in manuū perfo-
ratione. Sexta,in pedum Cruci affixione. Se-
ptima, in lateris apertione. Quidam verò ter
aſpergunt: quia in ſanctæ Trinitatis nomine
baptizatur: vel quia Eccleſia à peccatis cogi-
tationis,locutionis,& operis emundatur: vn-
20 de & tunc,miſerere mei dicitur.¶†Fiunt inſu
per huiuſmodi aſperſiones,& cum aſperſorio
de hyſſopo facto : per quā herbam quia hu-
milis eſt, Chriſti humilitas congruè deſigna-
tur : quoniam prædictæ ſanguinis effuſiones
factæ fuerunt cum hyſſopo humilitatis Chri
ſti & inextinguibilis charitatis , quo aſperſa
Eccleſia catholica mundatur. Hæc etiā her-
ba naturaliter creſcit in petra:& humilitas na
turæ creuit in Chriſto petra.Nam iuxta Apo
ſtolum:Petra autem, erat Chriſtus. Calidæ
etiam naturæ eſt : & Chriſti humilitas corda
frigida ad exercenda opera charitatis accen-
dit.Item eius radices ſaxa penetrant, & humi
litas duritias abſtinenti confringit. Valet ad
pectus, & contra tumorem : & hic tumorem
ſuperbiæ ſanat. Item illa naſcitur & radica-
tur in terra. Vnde ſuper ea tota fidelium mul
titudo intelligi poſsit , præcipuè tamen illi,
per hyſſopum figurantur, qui in Chriſti fide
radicati & fundati,ab eius amore euelli & ſe-
parari non poſſunt. Per quos quid melius,
quàm Epiſcopos & presbyteros intelligere
poſſumus : qui quantò maiorem in Eccleſia
obtinent dignitatem : tantò firmius Chriſti
fidei inhærere debent?Per hos ſiquidē aſper-

gitur aqua: per hos & ab his baptizätur Chri
ſti fideles: his datum eſt perficere baptiſma-
21 tis ſacramenta. †Dum verò altare aqua aſper
gitur, Epiſcopus cantat: Domus mea, domus
orationis eſt &c. Et iterum, narrabo nomen
tuum fratribus meis. Et quia ſine Deo nullū
opus perficitur, in conſummatione, orat, vt
exaudiantur ingredientes ibi beneficia peti-
turi. Conſequenter quando Eccleſia ſimul &
altare conſecrantur, tota Eccleſia aqua illa
aſpergitur, prout in præcedenti titu. tactum
fuit. quo facto Pontifex ad altare cum Pſal.
accedit, & reſiduum aquæ infunditur ad ba-
ſim altaris, ſicut in veteri teſtamento reſiduū
ſanguinis fundebatur in crepitudinem, quod
idem eſt, quod baſis: per quod ſignificatur, ꝙ
reſiduum quod excedit vires humanas, in tan
to ſacramento, Deo commendatur, qui eſt
ſummus ſacerdos: cuius eſt aliorum ſacerdo-
tum ſupplere defectum. Sepulchrum verò ſi-
ue foramen, in quo reliquiæ recondi debent,
ſignificat vrnam auream plenam manna, quæ
in arca teſtimonij poſita erat: prout ſub titu.
de altari dictum eſt. Siquidē ſepulchrum hu-
iuſmodi, quod à quibuſdam confeſsio nuncu
patur, eſt cor noſtrum, quod quatuor Cruci-
bus de chriſmate factis cōſecratur: quia qua-
22 tuor ſunt virtutes † in libro ſapientiæ deſcri-
ptæ, ſcilicet prudētia, fortitudo, temperantia,
& Iuſtitia: quibus cor noſtrū quaſi inungitur,
dum ad ſuſcipienda ſecretorū cœleſtium my
ſteria per donū ſancti Spiritus præparatur. Fit
autem ſepulchrū hoc quandoq; ex ſuperiori
parte altaris: & quandoq; ex latere anteriori.
23 ¶† Sanè ſine ſanctorū reliquijs, aut vbi illi ha
beri nō poſſunt, ſine corpore Chriſti non fit
cōſecratio altaris fixi. de conſe. diſt. j. de fabri.
& c. placuit. ſed viatici vel portatilis ſic: ea. di.
concedimus. Reliquiæ ſiquidē ſunt exempla
vtriuſq; teſta. authores paſsionis martyrum,
& vita confeſſorū, quæ nobis ſunt ad imita-
tionem relicta. Hæc in capſa recōdimus, cùm
ad imitandum ea in corde retinemus: quod ſi
audimus & intelligimus, & opera nō facimus,
magis eſt ad dānationem, quàm ad ſalutem:
quia nō auditores legis, iuſti ſunt apud Deū:
ſed factores tantū: vnde Apoſtolus dicit: Imi-
tatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Solen
nis verò reliquiarum deportatio fit ad imita-
tionem eius: quod ſicut legitur in Exod. xxv.
24 †In arca teſtamenti erant duo circuli aurei,
totum lignum penetrantes. xxxvj. diſt. §. ecce.

& per eos vectes de lignis Sethin deaurati im
mittebantur quibus arca ferebatur. Et prius,
quàm Pontifex intraret in Eccleſiā circumit
eam cū reliquijs, vt ſint illius Eccleſiæ prote
ctores. Legitur quoq; iij. Reg. viij. ca. quòd in
templi dedicatione congregati ſunt omnes
maiores natu Iſraël, cū principibus tribuum,
& duces familiarum ad Regem Salomonem
in Hieruſalē, vt deferrent arcam fœderis Do
mini: veneruntq; cuncti ſenes de Iſraël. Sacer
dotes autem intulerunt arcam fœderis Domi
ni in locum ſuum, & in oraculum templi in
ſancta ſanctorum ſubter alas cherubin. Si-
quidem cherubin extendebant alas ſuper lo-
cum arcæ, & protegebant illam vectes eius.
Rex autem Salomon & omnis multitudo Iſ-
raël quæ ad eum conuenerat, gradiebatur
cum illo ante arcam. In cuius quidem rei te-
ſtimoniū, prælati, magnates, & Apoſtoli pro-
uinciæ, hodie conueniunt ad dedicationem
Eccleſiarum & ſequuntur proceſsionaliter
conſecrantem: & reliquiæ per ſacerdotes ſub
papilione ſeu vmbraculo ſolenniter depor-
tantur. Deinde Pontifex prius, quàm Eccle-
ſiam cum illis ingrediatur, ſermonem facit
ad populum. Nam & Salomon arca deporta-
ta conuertit faciem ſuam, & benedixit omni
Eccleſiæ Iſraël: & pro orantibus in Eccleſia
orauit. Omnis enim Eccleſia Iſraël ſtabat, &
ait Salomon: Benedictus dominus Deus Iſ-
25 raël &c. prout legitur ibidē. ¶† Reconduntur
autem reliquiæ ſanctorum, cum tribus granis
turis, in capſula: quia exempla ſanctorū cum
fide Trinitatis, id eſt patris, & filij, & Spiritus
ſancti, debemus in memoria retinere. Nā de-
bemus credere vnum Deum, vnam fidem, &
vnum baptiſma: quia iuſtus ex fide viuit: ſine
qua, ſicut dixit Apoſtolus, impoſsibile eſt pla
cere Deo. Supponitur & aptatur ipſi ſepul-
chro quædam tabula ſigno Crucis ex chriſ-
mate roborata. Siquidē per chriſma intelligi-
tur Spiritus ſancti donum, quo tabula, id eſt
charitas ſuperungitur: quia cor noſtrū ad ob-
ſeruanda ſecreta cœleſtia Spiritus ſancti gra-
tia roboratur. Tabula ergo hoc ſigno robo-
rata, reliquijs ſupponitur: quia per exēpla ſan
ctorum charitas accenditur, quæ operit mul
titudinem peccatorum: ſicut & tabula reli-
quias operit. vnde Apoſtolus: Charitas Dei,
diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum
ſanctum, qui datus eſt nobis. Hæc autem ta-
bula, ſiue lapis, continet ſiue dicitur ſigillum
ſepul



ſepulchri: ſicut ait Alexander Papa. iij. extrà
de conſec. Eccl. vel alta. c. j. Poſtea verò lapis,
qui menſa altaris dicitur, ſuper altare adapta-
tur, per quem, perfectionē & ſoliditatem no-
titiæ Dei poſſumus intelligere, quæ nō pro-
pter duritiem: ſed propter ſoliditatē fidei la-
pidea eſſe debet. de conſec. diſt. j. altaria. ſicut
Dominus ait Petro: Tu es Petrus: & ſuper
hanc petra, ſcilicet hanc fidei firmitatē, ædifi
26 cabo Eccleſiā meam. l. diſt. fidelior. ¶† Sicut
enim menſa confirmatio & perfectio altaris
eſt: ita notitia Dei cōfirmatio & perfectio eſt
omnium bonorū. Vnde dicitur in ſapiētia, ad
Deū: Noſcere enim te cōfirmata iuſtitia eſt:
& noſcere iuſtitiam tuā, & virtutem tuam, ra
dix eſt immortalitatis. Et Dominus per Hie-
re. In hoc glorietur, qui gloriatur ſcire, & no
27 ſcere me. ¶† Vel per ipſum lapidē, Chriſtus
intelligitur: de quo dicit Apoſtolus: Ipſo ſum
mo angulari lapide Chriſto Ieſu. per lapidem
quidē, Chriſti humanitas deſignatur. De quo
in Daniele legitur, quòd lapis abſciſſus eſt de
monte ſine manibus: quia Chriſtus de beata
virgine (quæ propter eminentiam virtutum
mōs dicitur) ſine virili ſemine mirabiliter eſt
natus: & factus in montē magnum, totū re-
pleuit orbē terrarum. de quo etiā per Pſalmi
ſtam dicitur: Lapidē quem reprobauerūt ædi
ficantes, hic factus eſt in caput anguli. quoniā
Chriſtus quē ædificantes, id eſt Iudæi repro-
bauerunt, dicētes: Nolumus hunc regnare ſu
per nos. hic factus eſt in caput anguli. quia ſi-
cut ait Apoſt. Exaltauit illū Deus & dedit il-
li &c. vel per lapidem, charitas intelligitur, vt
præmiſſum eſt, qui debet eſſe magnus, & la-
tus: quoniā latū eſt mandatū charitatis, quod
etiam ad inimicos extenditur, iuxta præceptū
Domini: Diligite inquit inimicos veſtros. Nō
28 †ergo vngūtur altaria niſi lapidea: quia Chri
ſtus per altare ſignificatus eſt lapis excreſcēs
in montē, vt dictū eſt. Ipſe eſt mons pinguis
oleo lætitiæ præ cōſortibus vnctus. Verunta
mē in Exod. legitur Dominū præcepiſſe fieri
altaria de lignis ſethin, quæ ſunt imputreſci-
bilia, & altare laterū, ligneum eſt. Salomon
quoq; fecit altare aureū: prout legitur iij. Re
gum viij. c. ſed illa facta ſunt in figura. Et in
comitatu prouinciæ in caſtro ſanctæ Mariæ
de mari eſt altare terreum, quod ibi fecerunt
Maria Magdalena, & Martha, & Maria Iaco-
bi, & Maria Salome. Poſt hoc aſperſo altari,
& cū aqua baptizato, reſtat vt oleo & chriſ-

mate liniatur. Epiſcopus enim ſuperinfundit
oleum & chriſma, & cantat: Erexit Iacob la-
pidem in ti. fundens oleū deſuper. Illa enim
Eccleſia fuit titulus aliarū: quia de Syon exi-
29 uit lex, & verbū Domini de Hieruſalē. † Fa-
ciens primò ſuper illo quinq; Cruces ex oleo
infirmorum, ſecundū ordinem Romanū: ſe-
cundū quaſdā verò alias Eccleſias, de vtroq;
oleo, vnā in medio, & quatuor in cornibus,
poſteà modò totidem & chriſmate. Sanè per
oleū Spiritus ſancti gratia intelligitur, de quo
dicit Eſa. propheta: Cōputreſcet iugum à fa-
cie olei: quia ſicut Epiſcopus oleū infundit ſu
per altare: ita Chriſtus, qui eſt ſummus Pon-
tifex infundit gratiam ſuper altare noſtrum,
quod eſt cor noſtrū: quia ipſe eſt diſtributor
omniū gratiarū per ſpiritū ſanctū: ſicut dicit
Apoſt. Alij datur ſermo ſapientiæ: alij ſermo
ſciētiæ: alij fides: alij gratia ſanitatū &c. Et ſi-
cut per oleū Epiſcopus purificat mēſam alta
ris: ita & Spūs ſanctus purificat cor noſtrū ab
30 omnibus vitijs & peccatis. ¶† Chriſtus quoq;
oleo fuit vnctus, non quidē viſibili, ſed inuiſi-
bili, id eſt gratia Spūs ſancti. Vnde Dauid, Vn
xit te Deus deus tuus, oleo lætitiæ præ cōſor
tibus tuis, id eſt plus, q̄ omnes ſanctos qui fue
rūt participes gratiæ eius, id eſt Chriſti: vñ vn
ctio expreſsius cōuenit Chriſto q̄ alijs: quia
præ omnibus alijs vnxit eū Deus ad habendū
plenitudinē bonorū: ideóq; interpretatur vn-
ctus. Vnctio quoq; ex oleo, miſericordiā ſigni
ficat, iuxta illud Euangelij: Vnge oleo caput
tuum: & faciem tuā laua: quia ſicut oleū in li-
quoribus, ita miſericordia in bonis operibus
ſuperior eſt: quęcunq; enim liquorē oleo ſu-
perinfundas, illud ſemper deſuper notat. De
miſericordia verò ſcriptū eſt: Suauis Dn̄s vni-
uerſis, & miſerationes eius ſup omnia ꝯpera
eius, & miſericordia ſuperexaltat iudiciū. Hoc
igitur oleo liniatur altare cordis noſtri: vt ſem
per miſericordiæ memores, aſperſionis aquæ
& regenerationis & baptiſmi affectū nō amit
31 tamus. ¶† Quinq; cruces de oleo ſignificāt, ꝙ
memoriā quinq; plagarū Chriſti, quas pro no
bis in cruce ſuſtinuit, ſemp habere debemus.
Ipſe nanq; quinq; plagas ſuſtinuit: ſcilicet in
manibus, in pedibus, & in latere. Deſignāt etiā
quinq; paſsiones miſericordiæ, quę nobis ſunt
32 neceſſariæ. ¶† Neceſſe eñ eſt, vt homo miſe
reatur Chriſto, paſsioni eius cōpatiendo. vn-
de Iob in perſona Chriſti: Miſeremini mei,
miſeremini mei &c. Oportet etiam, vt homo
miſer

miſereatur proximo, cuius mala videt. vn-
de in Eccleſiaſtico: Miſeratio hominis circa
proximũ ſuum. Et ſibijpſi. Et hoc tripliciter,
ſcilicet pro commiſsis, plangendo illa. Vnde
Hie. Nullus eſt, qui agat pœnitentiam ſuper
peccato ſuo, dicẽs: Quid feci. Pro obmiſsis. vn
de Eſa. væ mihi, quia tacui, id eſt quia nõ ſum
locut⁹: quaſi dicat: quia obmiſi bonũ quod fa
cere potui: & pro bonis minus purè factis. vn
de Luc. Cũ bona omnia fecerimus, dicamus
quòd ſerui inutiles ſumus, &c. quaſi dicat bo-
na fecimus, nõ bene: non purè: & ideò inutili-
ter fecimus: ſicut faciens eleemoſynã ad va-
nam gloriã: bonum facit: ſed non bene, non
purè. De hac triplici miſeratione dicitur Ec-
cle. Miſerere animæ tuæ placẽs Deo: quia ve
ra compaſsio mentis, debet eſſe cum exhibi-
tione operis: ideò bis fiunt Cruces. Primò de
oleo: poſtmodũ de chriſmate. vnde Pſal. Bea
tus, qui miſeretur, & cõmodat. qui mente mi-
ſeretur: & commodat opere. Et quoniam non
ſufficit habere cõpaſsionem in mente, cũ bo
ni operis exhibitione: abſq; odore bonæ fa-
mæ. iuxta illud Euangelij: Sic luceant opera
veſtra, vt glorificetur Deus: & ideò fiũt Cru-
ces de chriſmate, quod cõſtat ex balſamo, &
33 oleo. ¶† Balſamũ quidem propter bonũ odo
rem, ſignificat bonã famam: oleũ propter cla
ritatem, nitorẽ conſcientiæ quam habere debe
mus: iuxta illud Apoſtoli: Gloria noſtra hæc
eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. extrà de
ſac. vnct. c. j. Tunc autẽ balſamum oleo rectè
coniungitur, quãdo bonus odor miſericordiæ
34 additur. ¶† Rurſus per quinq; Cruces de oleo
& chriſmate, quinq; ſenſus corporis noſtri in-
telliguntur: qui duplicantur, & in denariũ ſur
gunt: quia quandoq; in ſenſibus corporis be-
ne vtẽdo, & noſmetipſos cuſtodimus, & alios
exẽplo, & doctrina noſtra in bono opere con
firmamus. vnde ille bonus negotiator gloria-
batur, dicens: Ecce alia quinq; ſuperlucratus
ſum. Dum autem fiunt illæ præmiſſæ inun-
ctiones, cantatur: Vnxit te Deus, Deus tuus.
quod de Chriſto dictũ eſt. ¶ Ter ergo altare
inungitur: bis oleo: tertiò chriſmate: quoniam
Eccleſia fide, ſpe, charitate, quæ maior eſt cæ
teris, inſignitur: & dum chriſma infunditur,
cantatur: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri
pleni. Hic ager eſt Eccleſia, quæ floribus ver
nat: virtutibus ſplendet: operibus flagrat, &
ibi ſunt roſæ martyrum, lilia virginum, violæ
confeſſorum: & viror inſipientiũ. Poſt vnctio-
nem adoletur incenſum, quod deuotionẽ ora
tionis ſignificat. Qui enim habet ſeptẽ dona
Spiritus ſancti, aſsimilatus eſt Deo: deuotã po
teſt illi offerre orationẽ, cuius habet ſimili-
35 tudinem. ¶† In quinq; locis adoletur, videlicet
in quatuor angulis, & in medio: quia ſic quin-
que ſenſus corporis exercere debemus: vt fa-
ma boni operis noſtri vſq; ad proximos ex-
tendatur. De qua dicit Apoſtolus: Chriſti bo-
nus odor ſumus in omni loco. extrà de ſacra
vnct. c. j. Et in Euangelio: Sic luceat lux ve-
ſtra &c. Adhæc incenſi frequentatio, eſt con-
tinua Chriſti ſacerdotis atq; Pontificis pro no
36 bis apud Deum patrẽ interpellatio. ¶† Cru-
cem cum incenſo facere, eſt eis paſsionẽ pa-
tri oſtendere, & ipſum pro nobis interpellare.
Incẽſum copioſè in medio, & in Angelis, com
burere, eſt orationes per Hieroſolymã & in
37 vniuerſali Eccleſia multiplicare. ¶† Conſe-
quenter altare, cum ligno Crucis confirma-
tur dicendo: Cõfirma hoc Deus &c. quæ con
firmatio ex chriſmate à Pontifice, in fronte
lapidis facta, ſignificat confirmationem, quæ
quotidie fit à Spiritu ſancto per charitatem,
in altare cordis: vt nulla tribulatio cor no-
ſtrum à charitate Dei valeat ſeparare: vnde
dicit Apoſtolus: Quis ſeparabit nos à chari-
tate Chriſti: tribulatio, an anguſtia &c. Et ſub-
iungit: gloria patri, & laus trinitati cantetur.
38 ¶† Vltima altaris benedictio, ſignat illam fi-
nalem benedictionem, quando dicetur: Ve-
nite benedicti patris mei &c. Deinde altare
linteo candido extergitur, ad notãdum, quòd
cor noſtrum caſtitate vitæ mundare debe-
mus. Deinde benedicuntur vaſa, veſtes, & lin-
teamina diuino cultui deputanda. Nam &
Moſes per quadraginta dies edoctus eſt à
Domino facere linteamina, & ornamenta in
39 templo neceſſaria. ¶† Nempe vtenſilia be-
nedicere, eſt opera noſtra ad Deum refer-
re. Poſt hoc altare albis & mundis pannis
veſtitur. de quo ſub titu. de altari dictum eſt.
Poſtremò ornatur Eccleſia, & accenduntur
luminaria. tunc enim opera iuſtorum ſplen-
deſcent: tunc fulgebunt iuſti, & tanquam
ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Et inde
ſuper altare hoc ordine conſecrato, Miſſa
celebratur & ſacrificium altiſsimo offertur.
Iſtud videlicet, de quo Propheta ait: Sacri-
ficium Deo ſpiritus contribulatus, cor con-
tritum &c. prout dicetur in proœmio quartæ
partis. Non enim debet fieri conſecratio, ſine
Miſſa.



miſſa ſecundum Gelaſium Papam. de con-
ſecra. diſtinc. j. omnes. quia tunc releuatur ſa-
cramentum, quod etiam Angelis ab initio
fuit abſcõditum. Et attende, quoniam in aſper
ſione Baſilicæ Pontifex lineis duntaxat, & mi
noribus vtitur indumentis; ſed in miſſa, ve-
ſtibus ornatur pontificalibus, & pretioſis: re-
colens, quòd legalis Pontifex in lineis ſan-
ctuarium expiabat: & pòſt lotus in ponti-
ficalibus holocauſtum arietum offerebat.
Sed quia in eiſdem lineis hircum emittebat,
poſt expiationem, ideò etiam in conſecratio-
ne fontium, & immerſione catechumino-
rum, vbi peccata eorũ transferuntur, quidam
vtuntur ſimplicibus, & lineis indumentis.

SVMMA.

1 Chriſma confici præcepit Dominus.
2 Moſes, quo chriſmate fuerit vnctus.
3 Vnctionis duæ ſpecies.
4 Infirmi & catechumini, quare oleo inun-
gantur.
5 Vnctio exterior, an ſit neceſſaria ad ſalu-
tem. & nume. 11.
6 Chriſtiani omnes ante baptiſmum, bis
oleo vnguntur. Et varia vnctio, varium
quid notat. & nu. 8.
7 Chriſtus, vnde dictus. vnde itidem Chri-
ſtiani.
9 Vnctio adquid fiat in vertice. Et à quo in-
ſtituta primum. nu. 10.
12 Arnaldiſtarum falſa opinio de baptiſmo.
13 Pectus baptizati vngitur, cum inuocatio-
ne Trinitatis.
14 Presbyteri manus, ab Epiſcopo inungun-
tur, & qua forma.
15 Epiſcoporũ vnctio, vnde duxerit initium.
Et qualiter vngantur.
16 Epiſcopus, quod teſtimonium habere de-
beat.
17 Epiſcopi caput, cur balſamo vngatur. Cur
itidem manus. nume. 18. Cur pollex. nu-
mero 19.
20 Reges & Prophetæ etiam, in veteri teſta
mento vngebantur: aliter tamen, quàm
hodie.
21 Regum vnctio, & Principum, quid diffe-
rat ab vnctione Pontificum.
22 Epiſcopi die ſuæ cõſecrationis equos al-
bos equitant. Et quid idipſum notet.
23 Corpora bonorum, dicuntur equi.
24 Calicis & patinæ conſecratio.
25 Vnctio extrema, an ſit ſacramentum, quidam
diſsident. Et de eius forma. Et quæ ætas re-
quiratur.
26 Cœmeterium, adquid benedicatur.
27 Ornamenta Eccleſiaſtica, benedicenda ſunt.

## *De Conſecrationibus & Vnctionibus.*

### CAP. VIII.

1 LEgitur † Dominum præcepiſſe
Moſi, vt conficeret chriſma,
quo vnguento vngeret taber-
naculum in dedicatione, & ar-
cam teſtamenti, menſámque
cum vaſis: & quo ſimiliter ſacerdotes & re-
ges inungerentur. de conſec. diſtin. j. §. j. Mo-
2 ſes tamen † non legitur fuiſſe vnctus, niſi vn-
ctione ſpirituali, ſicut & Chriſtus. Voluit ita-
que Chriſtus non vnctione materiali inungi:
vt ex illa conſequamur ſpiritualem: & ideò
pia mater Eccleſia diuerſas exhibet vnctio-
nes. De quibus hîc aliqua perſtringamus di-
centes. Primò, quid huiuſmodi ſignificent vn
ctiones. Secundò, ex quibus fiant. Tertiò, de
vnctione baptizandorum. Quartò, de vnctio-
ne baptizatorum, quæ per Epiſcopum fit in
fronte. Quintò, de vnctione ornandorum.
Sextò, de vnctione conſecrandorum Epiſco-
porum & Principum. Septimò, de vnctione
Eccleſiæ, altaris, calicis, & aliorum miniſte-
riorum Eccleſiaſticorum. Octauò, de extre-
ma vnctione. Nonò, de conſecratione & be-
nedictione cœmeterij, veſtium, & aliorum
ornamentorum Eccleſiaſticorum. Decimò,
de conſecratione & benedictione virginum.
3 ¶† Circa primum igitur notandum eſt quòd
duæ ſunt ſpecies vnctionis. extrà de ſac. vnct.
c. j. Exterior, quæ materialis ſiue corporalis,
& viſibilis eſt. Et interior, quæ ſpiritualis &
inuiſibilis eſt: exteriori viſibiliter vngitur cor
pus. De prima Iacobus apoſtolus ait: Infir-
matur quis ex vobis, inducat presbyteros Ec-
cleſiæ & orent ſuper eum vngentes, cũ oleo
in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit
infirmum. De ſecunda Iacobus apoſtolus ait:
Et vos vnctionem. id eſt vnctio, quam ab eo
accepiſtis, maneat in vobis, vt non neceſſe ha
beatis, vt aliquis doceat vos: ſed ſicut vnctio
eius docet vos de omnibus. Vnctio exterior,
ſignum eſt interioris. Interior verò, non ſo-
lùm eſt ſignum, id eſt, ſignificatũ, ſed etiam
ſacramentum: quia ſi dignè ſumitur, vel agit,
vel auget, abſque dubio, quod deſignat, puta
ſalut

ſalutem:iuxta illud: Super illos manus impo-
nent,& bene habebunt. Circa ſecundũ,ſcien-
dum quòd exhibendo exteriorem, & viſibi-
lem vnctionem, duplex oleum benedicitur.
extrà de ſac.vnct.c.j. videlicet oleũ ſanctum
vel catechuminorum, quo catechumini vn-
guntur,& oleum infirmorum,de quo infirmi
vnguntur.De qua vnctione loquitur dicta au
thoritas Iacobi: infirmatur quis ex vobis &c.
¶Qualiter autem fiunt benedictiones vtri-
uſq; olei, & chriſmatis in vij.parte ſub quinta
4 Feria cœnæ Domini dicetur. ¶†Sed quæri-
tur quare infirmi & catechumini, oleo inun-
guntur?Reſpondeo vt ex viſibilibus inuiſibi-
lia facilius capiantur. ſicut enim oleum fu-
gando infirmitatem, recreat artus feſſorum,
& de ſui natura lumen præſtat: ſic creden-
dum eſt, quòd vnctio olei conſecrati, quod
eſt ſignum fidei, peccata fugando, ſanitatem
animæ cõfert, & lumen ei præſtat. Siquidem
oleum viſibile in ſigno, oleum inuiſibile in
ſacramento,& oleum ſpirituale intus eſt. De
oleo infirmorum, authoritatem accepimus
ab Apoſtolis. De oleo catechuminorum ab
5 Apoſtolicis viris.¶†Et licet Deus poſsit oleũ
ſpirituale ſine corporali tribuere:quia tamen
Apoſtoli pro infirmis,Apoſtolici viri pro ca-
techuminis hac arte vſi ſunt, non ſine pecca-
to obmitti poteſt ,quod eorũ authoritas con
ſecrauit: prout ſub titu.de altari, dictum eſt:
ſicut & antiquitus iuſti ſine circuncisione pla
cuere Deo:ſed poſtquàm eis pręceptum fuit,
vt circunciderentur, hoc obmittẽtes peccato
ſubijciebantur.xxxv.diſtin.ab exordio.¶Ter-
tiò, dicendum eſt de vnctione baptizando-
rum.Et quidem in nouo teſtamento.extrà de
ſac.vnct. non ſolùm reges & ſacerdotes vn-
guntur: ſicut iam dicetur, verumetiam, quia
Chriſtus in ſanguine ſuo, fecit nos Deo no-
ſtro regnum & ſacerdotes, id eſt regales ſa-
cerdotes, iuxta quod Petrus apoſtolus ait:
Vos eſtis genus electum, id eſt,electi ex ge-
neribus hominum:regale ſacerdotium,id eſt,
6 bene vos regentes.Omnes Chriſtiani bis † an
te baptiſmum inunguntur, ſcilicet oleo be-
nedicto. primò in pectore, deinde inter ſca-
pulas.& bis poſt baptiſmum, ſcilicet chriſma
te ſacro: primò,in vertice,deinde pes Epiſco-
pum in fronte: & ſecundum Augu.ij.diſt.ec-
cleſiaſticarum. primæ tres vnctiones intro-
ductæ ſunt potius vſu,quàm per aliquam ſcri
pturam. In pectore quidem in quo eſt locus
cordis, baptizandus vngitur oleo. Primò, vt
per Spiritus ſancti bonum, abijciat errorem,
& ignorantiam, & ſuſcipiat fidem rectam:
quia iuſtus ex fide viuit: & corde creditur ad
iuſtitiam. Inter ſcapulas verò, vt per Spiritus
ſancti gratiam excutiat negligentiam,& tor-
porem:& exerceat bonam operationem:quia
fides ſine operibus mortua eſt:vt per fidei ſa
cramentum ſit munditia cogitationum.In pe
ctore, vt per operis exercitium ſit fortitudo
laborum. In ſcapulis, quatenus fides per di-
lectionem ſecundum Apoſtolum operetur.
Oleum igitur à corde ad ſcapulas transfer-
tur quando fides,quæ mente concipitur,ope-
re perficitur: quia iuxta hoc fides eſt facere,
quod dicis. In vertice verò baptizatus chriſ-
mate à ſacerdote inungitur, vt ſit paratus o-
mni poſcenti,de fide reddere rationem: quia
per caput,mens intelligitur.iuxta quod legi-
tur: Oculi,id eſt,intellectus ſapientis in capi-
te, id eſt,in mente eius, cuius, ſcilicet mentis
ſuperior pars,eſt ratio:& inferior ſenſualitas.
Vnde bene per verticem, quæ eſt ſuperior
pars capitis, intelligitur ratio, quæ eſt ſupe-
rior pars mentis. De hoc etiam in vj. parte
ſub Sabbato ſancto, vbi agitur de confirma-
tione dicetur. Ideò autem ante baptiſmum
vngitur oleo benedicto, & poſt baptiſmum
chriſmate ſacro,quia chriſma ſolùm compe-
7 tit chriſtiano. Chriſtus † enim,à chriſmate,di-
citur, vel potius à Chriſto dicitur chriſma,
non ſecundum nominis formam: ſed ſecun-
dum fidei rationem. A Chriſto chriſtiani di-
cuntur: tanquam vncti deriuentur ab vncto,
ſcilicet à Chriſto vt omnes cõcurrant in odo
rem vnguenti illius,ſcilicet Chriſti:cuius no-
men oleum, eſt effuſum: ſed ſecundum vim
nominis Chriſtiani à chriſmate dicuntur, ſe-
cundum Iſyd.de hoc dicetur in procemio ſe-
cundæ partis. ¶Rurſus ſecundum Auguſt.de
8 conſec.diſtin.iiij.prima vnctio † ex oleo,oſten
dit nos ad auditum plenæ fidei præparatos,
& ad bonum Chriſti odorem vocatos: & re-
nuntiandum Diabolo eſſe commonitos. Se-
cunda vnctio, in pectore & inter ſcapulas fit,
ſecundum Rabanum ead.diſtinct. Deinde vt
per fidem vndiq; muniamur, & ad bona ope-
ra perficienda per Dei gratiam roboremur.
Nempe per pectus,fidei virtus: per ſcapulas
verò, in quibus onus portatur, hominis ro-
bur & operatio rectè intelligitur, iuxta illud
xxvj.q.vj. alligant onera importabilia & im-
ponunt



ponunt humeris hominum &c.Vngitur ergo
in pectore & inter ſcapulas:vt mente,& actu
opera Diaboli poſtponat: & vt ſit capax ad
intelligendum verbum Dei: & robuſtus ad
portandum iugum ipſius, & onus legis. Vn-
9 ctio † verò, quæ fit in vertice, id eſt,in ſum-
mitate capitis ſuper cerebrum, fit ſecundum
ipſum,ead.diſt.poſtquam.& diſt.v.nouiſsimè.
vt cœleſtis regni particeps fiat inunctus: &
quia baptizati anima capiti,id eſt,Chriſto de-
ſponſatur:& propterea fit cũ chriſmate oleo,
& balſamo confecto, vt ſciamus quòd Spiri-
tus ſanctus ei datur, qui inuiſibiliter opera-
tur:oleũ nanq; feſſa membra fouet:& lumen
præſtat,vt præmiſſum eſt. Balſamus verò re-
dolere facit. Siquidẽ feſſa ſunt animæ mem-
bra, quando pœnitet ſe contra Deum egiſſe,
Spiritus ſanctus venit ad illã, illuminans eius
intelligentiam, & demõſtrans ei peccata ſibi
eſſe dimiſſa, vel dimittenda: & præſtans illi
bona opera, quæ in alijs bonũ inſpirant odo
rem. quod per flagrantẽ balſamum deſigna-
tur. Item,quia ſedes ſuperbiæ quæ ſemper iu
xta ipſius nominis conſonantiã, ſuperiora ape
tit,in vertice eſſe videtur:ideò ritè fit ibi hæc
vnctio ſub forma Crucis: & ſub nomine hu-
10 militatis. Hanc vnctionem † Silueſter Papa
fieri inſtituit per presbyteros propter occa-
ſionem mortis.Vnde credibile eſt,quòd ante
eius tempus vtraq; vnctio, ſcilicet & verticis,
& frontis Epiſcopo reſeruabatur. Cùm enim
gremium dilataretur Eccleſiæ, nec omnibus
Epiſcopi valerent per confirmationẽ occur-
rere: ideò ne ſine chriſmatis vnctione peri-
rent,inſtituit, vt à ſacerdotibus in vertice ſu-
pra cerebrũ,vbi eſt ſedes ſapientiæ,vngeren-
tur, ad robur & augmentum gratiæ. Vnde ſi
poſteà deceſſerint, dicit Richardus in mitra-
li,quòd pro rata gratię augmentũ conſequen
11 tur & gloriæ. Verũtamen † & ſine vnctione,
credimus ſolo baptiſmo ſaluari, & ſine ma-
nus impoſitione, Spiritum ſanctum dari cui
Deus dare voluerit: prout in actibus Apoſto
12 lorum legitur. ¶¶Arnaldiſtæ tamen perfidi
hæretici aſſerunt, quòd nunquam per baptiſ-
mum aquæ, homines Spiritum ſanctum acci
piunt:nec Samaritani baptizati,illum recepe-
runt donec manus impoſitionẽ acceperunt.
Sanè vtraq; vnctio fit, ſecundũ Rabanum,de
conſe.diſt.iiij.poſteà in modum Crucis,vt ab
eo tẽpore Diabolus in vaſe ſuo priſtinæ co-
gnoſcens ſignum ſuæ interemptionis, id eſt,
ſanctæ Crucis,qua interẽptus eſt,iam ſibi de-
inceps illud ſciat alienũ,id eſt à ſe alienatum.
13 ¶†Fit quoq; ſecundũ eum ead.diſt.deinde vn
ctio in pectore cũ inuocatione Trinitatis: vt
nullæ reliquiæ latẽtis inimici in eo reſideant:
ſed in fide ſanctæ Trinitatis mens eius cõfor
tetur:& ſuſcipiat & habeat intelligentiã man
datorum Dei.Quiſquis ergo fidelis bis inun-
gitur prius oleo,poſteà ſimiliter bis chriſma-
te.Primò,in baptiſmo,in vertice.Secũdò,poſt
baptiſmũ,in fronte,ſcilicet in confirmatione:
quia etiam Spiritus ſanctus bis fuit Apoſtolis
datus, vt dicetur in ſexta parte, ſub Sabbato
ſancto.Quarto loco dicendũ eſſet,de vnctio-
ne, quæ fit per Epiſcopum in fronte baptiza-
ti. ſed de hoc dicetur in ſexta parte ſub Sab-
14 bato ſancto.¶†Quinto loco,circa vnctionem
ordinãdorum,notandũ eſt,quòd manus preſ-
byteri ab Epiſcopo inunguntur,vt cognoſcat
hoc ſacramento ſe per Spiritũ ſanctum ſuſci
pere virtutẽ & gratiam cõſecrandi.Vnde Epi
ſcopus ea inungens dicit: Conſecrare & ſan-
ctificare digneris Domine manus iſtas per
iſtam vnctionẽ, & noſtram benedictionẽ: vt
quæcũq; conſecrauerint,cõſecrentur:& quæ-
cunq; bñdixerint,benedicãtur in nomine Do
mini.xvj.q.j.§.hoc inde. & extrà de ſac.vnct.
c.j. Ideóq; viri deuoti oſculãtur manus ſacer
dotũ,ſtatim poſt ordinationẽ eorum,creden-
tes per hoc orationũ illorum & bonorũ par-
ticipes fieri.Et vnguntur oleo ſacro.ꝗ opera
miſericordię ꝓ viribus ad omnes debeãt exer
cere.Per manus enim opera,per oleũ miſeri-
cordia deſignatur.Vnde Samaritanus ille ap-
propiãs vulnerato,vinũ ſuperinfundit,& oleũ
vulneribus eius.Vnguntur etiã oleo,vt humi
di ſint ad offerendũ Deo hoſtiã pro peccatis
& largè,ad cætera officia pietatis: nõ aridè &
curuè retinẽdũ.j.q.j.ſicut vrgeri.Vtrũq; enim,
videlicet gratia curationis & charitas dilectio
nis per oleũ deſignatur. Rurſus ideò impoſi-
tio manus cũ oleo ſuper caput ordinandi, fit:
quia per manus opus, ꝑ digitos,dona Spiritus
ſancti:& per caput mẽs intelligitur.Manus er
go imponitur:quia donis Spiritus ſancti imbu
15 tus,ad opera Chriſti mittitur. ¶†Sexto, circa
Epiſcoporũ & Principum vnctionẽ ſciendum
eſt,ꝗ Epiſcoporũ vnctio à veteri teſtamento
ſumpſit originẽ.extrà de ſac.vnc.c.j.Nã Leui.
xxj.dicitur:Pontifex,ſuper cuius caput fuſum
eſt vnctionis oleũ: & cuius manus ſunt in ſa-
cerdotio conſecratæ. Sanè Epiſcopus vngitur
chriſm

chriſmate: quod (ſicut præmiſſum eſt) confi
citur ex oleo & balſamo, & vngitur illo tam
in corpore, quàm in corde, vt interius nito-
rem conſcientiæ quantũ ad Deum, quod per
oleum exterius habeat odorem famæ quo
ad proximum, quod per balſamum deſigna-
tur. De nitore conſcientiæ dicit Apoſtolus:
Gloria noſtra, hæc eſt, teſtimonium conſcien
tiæ noſtræ. Nam omnis gloria filiæ regis
abintus, ſcilicet procedit. De odore bonæ fa-
mæ idem Apoſtolus ait: Chriſti bonus odor,
id eſt, exemplum & imitatio ſumus in omni
loco: & alijs ſumus odor vitæ in vitam. xxiij.
q. iij. c. Nabuchodonoſor. in princip. quaſi di-
ceret, ſumus exemplum dilectionis, & bonæ
opinionis ducentis in vitam æternam. alijs
odor mortis in mortem, id eſt, inuidiæ & ma-
læ opinionis ducentis in mortem æternam.
16 ¶ †Debet enim Epiſcopus in ſe bonum habe
re teſtimonium, & ab his quæ ſunt intus: &
ab his quæ ſunt foris, vt cortina, id eſt fide-
lis, cortinam, id eſt, infidelem trahat, ſcilicet
ad fidem: & qui audit, ſcilicet addiſcendo, &
credendo, dicat veni, ſcilicet prædicando: &
de hoc vnguento, caput & manus Epiſcopi
conſecrantur: per caput enim mens intelligi-
tur. iuxta illud Euangelij: Vnge, id eſt humi-
lia caput tuum, & faciem tuam, id eſt, con-
ſcientiam laua, ſcilicet lacrymis. Per ma-
nus opera deſignantur. iuxta illud in Canti-
cis &c. Manus meæ, id eſt bona opera diſtil-
lauerunt myrrham, id eſt dederunt alijs bo-
17 num exemplum. ¶ †Caput igitur vngitur bal
ſamo charitatis. Primò, vt Epiſcopus diligat
Deũ, ex toto corde, & ex tota mente, & tota
anima ſua: & etiam Chriſti exemplo proxi-
mum ſuum, ſicut, id eſt ad id, quod ſeipſum.
Oleum enim in capite, eſt charitas in mente,
ſecundum Greg. Secundò, caput vngitur pro-
pter authoritatem, & dignitatem: quoniam
non ſolùm Epiſcopus, ſed etiam Rex conſe-
cratur. Tertiò, vt oſtendatur illius, ſcilicet
Chriſti (tanquam eius vicarius) repræſen-
tare perſonam. de quo dicitur per prophe-
tam: Sicut vnguentum in capite &c. Caput
enim viri, eſt Chriſtus: caput Chriſti, Deus:
qui de ſe dicit: Spiritus Domini ſuper me, eò
quòd vnxit me, & Euangelizare pauperi-
bus miſit me. Chriſtus enim caput noſtrum,
vnctus eſt oleo inuiſibili, ipſe pro vniuerſa
interpellat Eccleſia: Epiſcopus pro ſibi com-
18 miſſa. ¶ †Manus verò vnguntur, propter my-
ſterium & officium. Manus quidem, quæ ope
ra deſignant, vnguntur oleo, id eſt chriſma-
te pietatis, & miſericordiæ. Primò, vt Epiſco-
pus operetur bonum ad omnes: maximè au-
tem ad domeſticos fidei, nemini claudantur,
omnibus aperiantur. iuxta illud: Manus ape-
ruit inopi, & brachium extẽdit ad pauperem.
Manus arida, manus auara, manus tenacitate
contracta, aperiri non poteſt. Vnguntur igi-
tur, vt ſanentur & aperiantur, & vt indigen-
tibus eleemoſynas largiantur. Secundò, vt
oſtendatur accipere poteſtatem benedicen-
di, & conſecrandi. Vnde cùm eas conſecrator
inungit, conſecrare (inquit) & ſanctificare
(inquit) Domine digneris manus iſtas &c. vt
ſuprà. Tertiò, vt mundæ ſint, ad offerendum
hoſtias pro peccatis. Et nota, quòd licet ma-
nus Epiſcopi inunctæ fuerint oleo, cum in
presbyterum ordinaretur: iterum chriſmate
inunguntur cum in Epiſcopum conſecratur.
extra de ſac. vnct. c. vno. Siquidem per manus
opera, per oleum Spiritus ſancti, vel gratiæ
copia: per balſamum, quod oleo admiſcetur
in chriſmate, odor bonæ famæ deſignatur.
Eccleſi. xxiiij. quaſi balſamum non miſtum
odor meus. Quia ergo in operibus Epiſcopo-
rum & aliorum ſuperiorum, plus, quàm in a-
lijs inferioribus munus Spiritus ſancti appa-
rere, & odor famæ ſentiri debent: iuxta illud
ij. ad Corinth. ij. Chriſti bonus odor, ſumus
Deo: nam & in cœleſti hierarchia ſuperiores
Angeli, inferioribus bonis, & gratia eminent
lxxviij. diſtinct. ad hoc. idcirco in eorum con
ſecratione manus aliâs oleo inunctæ, chriſ-
19 mate rationabiliter inunguntur. †Pollex etiã
chriſmate confirmatur: vt pollicis impoſitio
cunctis proficiat ad ſalutem. Nempe in vete-
ri teſtamento, non ſolùm vngebatur ſacer-
20 dos: † verumetiam Rex & Propheta: ſicut
in libris Regum habetur. Vnde Dominus
præcepit Heliæ: Vade, & reuertere in domũ
tuam, per deſertum in Damaſcum, cúmque
perueneris illuc, vnges Azel in Regem, ſuper
Syriam, & Ieu filium Nauſi, vnges Regem,
ſuper Iſraël. Heliſeum autem, filium Iaphat,
qui eſt de Abel, vnges prophetam, pro te. Sa-
muel quoq; vnxit Dauid in regem. Sed poſt-
quam Ieſus Nazarenus, quem vnxit Deus
Spiritu ſancto, ſicut in actibus Apoſtolorum
legitur, vnctus eſt oleo præ conſortibus ſuis,
qui ſecundum Apoſtolum, eſt caput Eccle-
ſiæ, quæ eſt corpus ipſius. Principis, vnctio
à capite



à capite ad brachiũ eſt tranſlata: vt princeps
à tempore Chriſti non vngatur in capite: ſed
in brachio ſiue in humero vel in armo, in qui
bus principatus congruè deſignatur. iuxta
quod legitur: Factus eſt principatus ſuper
humerum eius, &c. Ad quod etiam ſignandũ,
Samuel fecit poni armum ante Saul, cui de-
derat locum in capite menſæ ante eos, qui
fuerant inuitati. In capite verò pontificis ſa-
cramentalis, eſt delinitio obſeruata, quia per
ſonam capitis, ſcilicet Chriſti, qui eſt caput
Eccleſiæ, in pontificali officio repræſentat.
21 ¶ Differt † autem inter pontificis & principis
vnctionem: quia caput pontificis chriſmate
conſecratur: brachium verò principis oleo
delinitur. vt oſtendatur, quanta ſit differentia
inter authoritatem pontificis, & principis po
teſtatẽ. Et nota, quòd ſicut in euangelio le-
gitur: quidam paterfamiliâs vocauit ſeruos
ſuos, & dedit illis decem mnas. Siquidem vo
catio ſerui, eſt canonica electio epiſcopi, quę
fit ſecundum vocationem Domini vocantis
Aaron. extrà de elec. c. trãſmiſſa. Mna datur
ei, quando is, qui ſibi mnas impoſuit, dat
ei textũ euangelij: dicens: Vade prædica. &
ipſe cùm primò ingreditur ciuitatem ſuam,
portat euangelium in pectore ſuo, iuxta mo
rem quarundã Eccleſiarum, oſtendens quaſi
negotiator mnam ſuã. In quibuſdam etiam
Eccleſijs cũ archiepiſcopus dat illi virgam,
dicit: Vade, prædica. & ille ſtatim benedicit
populũ. in quo deſignatur, quòd Moſes cum
22 virga miſſus eſt in Aegyptum. ¶ Rurſus † epi
ſcopi in die ſuæ conſecrationis, cõſueuerunt
equitare equos, albis pannis coopertos, re-
præſentãtes illud, quod legitur in Apocalyp.
decimonono: Exercitus, qui ſunt in cœlo ſe-
quuntur illum, in equis albis. Siquidẽ exerci-
tus, qui ſunt in cœlo, ſunt boni, & iuſti viri, &
prælati qui quotidie ſequuntur pro cœleſti-
bus Deũ in omnibus bonis operibus: qui ideò
dicũtur eſſe in cœlo: quia ſola cœleſtia dili-
gũt & quærunt. Vnde Apoſtolus: Noſtra cõ-
uerſatio, in cœlis eſt. Hi exercitus, id eſt boni
& iuſti viri, & prelati, ſequũtur Ieſum, quãdo
ſcilicet expugnãt in ſe vitia per correctionẽ:
& in proximis per admonitionẽ. Vnde Iaco-
bus: Qui cõuerti fecerit peccatorẽ ab errore
vitæ ſuæ liberabit animam ſuã à morte &c.
Iſti exercitus ſunt in equis albis, & in corpo
ribus caſtis. ¶ Corpora bonorũ † dicũtur equi,
23 quia ſicut equi diriguntur ſecundum volunta
tatẽ ſeſſoris: ita iuſtorum corpora reguntur
ſecundum voluntatẽ Chriſti. Iſti equi debẽt
eſſe albi, ſiue albis operti, id eſt corpora iu-
ſtorum, & prælatorum, debent eſſe caſta &
munda. Si enim caſta non fuerint, Chriſtum
ſequi nõ poterunt. Et Petrus: Chriſtus paſſus
eſt pro nobis, vobis relinquens exẽplum, vt
ſequamini veſtigia eius, &c. Sed & clerici
ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ex cõfeſſione Cõ
ſtãtini Imperatoris. xcvj. diſ. Cõſtãtinus. equi-
tant equos decoratos linteaminibus cãdidiſ-
ſimi coloris. Qua die debeat Epiſcopus con-
ſecrari: & quare codex euangelij ponitur ſu-
per humeros conſecrandi, dicetur in ſecunda
parte ſub tit. de epiſcopo. Septimo loco, di-
cẽdum eſt de vnctione altaris, calicis, & alio
rũ miniſteriorũ Eccleſiæ quæ ſecundum mo
rem dum dedicãtur, inunguntur. extrà de ſac.
vnc. ca. vno. nõ ſolùm ex mandato legis diui
næ: ſed etiã, quòd Moſes tabernaculum, &
omnia vaſa miniſterij ſanguine aſperſit: &
omnia penè in ſanguine mundabatur: verũ
etiam exẽplo beati Siluestri, qui quãdo con-
ſecrabat altare, illud chriſmate perungebat.
Præcepit enim Dominus Moſi, vt faceret
oleum vnctionis, de quo vngeret tabernacu
lum teſtimonij, menſam, arcam teſtamenti,
cãdelabrum, & ſupellectilia. Exod. xxx. & xl.
ca. & alia vt præmiſſum eſt. Quæ vnctiones
fiunt in rebus inunctis, & vt maior reuerẽtia
exhibeatur, & maior eis gratia infundatur.
De his vnctionibus in ſuis locis dictum eſt
& dicetur. Verùm vnctionis ſacramentum
aliud quidẽ efficit & figurat tã in nouo quã
in veteri teſtamẽto: extrà de ſac. vnc. Vnde
nõ iudaizat Eccleſia, cùm vnctionis celebrat
ſacramẽtum, ſicut aliqui antiqui mẽtiuntur,
qui neq; ſcripturas, neq; Dei nouere virtutẽ.
De vnctionibus Eccleſiæ & altaris, in ſuis ti-
24 tulis dictum eſt. † Patina ſiquidẽ conſecra-
tur & inungitur ad miniſtrationem corporis
Chriſti: qui in ara Crucis pro omnium ſalute
immolari elegit. Nã & omnipotẽs Deus cõ-
ſperſam ſimilaginẽ in patenis aureis, & argẽ
teis ad altare ſuũ deferri iuſsit. Calix quoq;
cõſecratur & inungitur vt gratia ſpiritus ſan
cti perficiatur nouũ ſepulchrum corporis &
ſanguinis Chriſti, & ipſe dignetur illum ſua
virtute perfundere, qui calicem Melchiſe-
25 dech famuli ſui perfudit. ¶ Octauò, de extre
ma † vnctione, quę ſcilicet ex inſtitutione Fe
licis Papæ quarti, & ex præcepto Iacobi Apo

ſtoli datur laborantibus in extremis, dicen-
dum eſt. De qua dicūt quidam quòd illa non
eſt ita propriè ſacramentū, ſicut chriſmatio,
quæ fit in fronte vel alia: quia (ſicut aſſerūt)
iterari poteſt, cùm fit oratio ſuper homine:
quod in ſacramētis non contingit: de conſe.
diſt. iiij. oſteditur. & no. de conſe. diſt. v. c. j. Sa
nè hæc vnctio, nō per ſolū ſacerdotem fieri
poteſt, ſi plures adeſſe non poſſunt. extrà de
verb. ſigni. quæſiuit. per quā quidem venia-
lia remittuntur, iuxta illud Iacobi: Infirma-
tur quis ex vobis, vt ſuprà. Fit autem vnctio
hæc in diuerſis partibus corporis ſiue mēbris
propter cauſas, quæ ex orationibus, quæ tunc
dicuntur, colliguntur: & ſpecialiter in illis, in
quibus quinq; ſenſus hominis vigēt, vt quic-
quid per illos infirmus deliquit, per huius
vnctionis virtutē aboleatur. De quibuſdam
ordinariè legitur, quòd inungendus debet
eſſe ad minus xviij. annorū: & quòd ægrotās,
ſemel dūtaxat debet in anno inūgi: licet plu-
ries ægrotet: & quòd nullus inungendus eſt,
niſi qui prius cōpos mentis exiſtēs, verbis aut
ſignis illud poſtulauerit. xxvj. q. vlti. is qui. &
ca. ſeq. extrà de ſentē. excō. c. à nobis. Et quòd
nō debent ſcapulæ inungi: quia in baptiſmo
fuerūt inunctæ & amodò miniſterio carent:
& quòd cōfirmatus nō debet inūgi in frōte:
ſed in tēporibus, nec presbyteri manus vnge
bāt interius: ſed exterius: puta in ordinatione
eius interius inunctę fuerūt. Et quòd ab epi-
ſcopo ſemel inunctus, nō debet propter eius
reuerentiam vlterius per presbyterū inungi:
extrà de tēplo ordina. cùm in diſtribuēdis. de
conſecra. diſt. ij. c. ſi. Et quòd ſi æger inūctus
cōualeſcit, loca inuncta lauentur, & aqua lo
tionis in ignē proijciatur. Si verò decedat, nō
lauetur corpus propter recētem vnctionem.
Quòd ſi æger in extremis laborat, citò vnga
tur, ne inūctus decedat. v. diſt. baptizati. Qui-
dam etiā pœnitentes & morituri, ciliciū in-
duūt, & ſternūtur in cinere, vt dicetur in ſexta
parte ſub quarta feria in capite ieiuniorum.
26 ¶ Nonò cœmeteriū, † quod eiſdem gaudet
priuilegijs cum Eccleſia, conſecratur & bene
dicitur. xviij. q. iiij. ſicut Dominus cōtumax.
& c. ſeq. extrà de conſe. Eccle. conſuluiſti. &
de imm. Eccl. in rubrica. & c. cum Eccleſia. ſi-
cut Dominus benedixit per manus ſeruorū
ſuorum Abrahā, Iſaac & Iacob, terram filijs
Ebron cauſa ſepulturæ comparatam. Bene-
dicitur autē, vt vlterius deſinat illic immū-
dorū ſpirituū habitatio eſſe, & fideliū corpo
ra ibi vſq; ad diē iudicij requieſcant in pace,
niſi paganorū vel infideliū, vel etiam excō-
municatorū corpora ibi fuerint inhumata,
donec inde fuerint eiecta. de cōſe. diſt. j. Ec-
27 cleſiā. & c. ij. extrà de ſepul. ſac. ¶ Illud † etiā
notandū, quòd pallæ altaris, veſtimenta, ſa-
cerdotalia, & huiuſmodi eccleſiaſtica orna-
menta, benedicenda ſunt. Legimus enim de
conſe. diſt. j. §. j. Moſen ex præcepto Domini
tabernaculum diuinis precibus ſacraſſe, cum
menſa, & altari, & vaſis, & vtēſibilibus ad di-
uinū cultum explendū. Si ergo Iudæi, qui le-
gis & futurorū vmbræ ſeruiebant, hoc age-
bant. Heb. viij. & x. c. quantò magis nos, qui-
bus veritas per Chriſtum patefacta eſt, hoc
agere debemus: & hoc per epiſcopos ſacra-
tos, & nō per coëpiſcopos. lviij. diſt. quanuis.
Vnde legitur Exo. penul. Cūcta vaſa miniſte
rij, benedixit Moſes: & ſi ſacrę veſti petia vel
filū adiungatur, non ideò benedictionē itera
ri debere, iuris teſtimonio cōprobatur. arg.
inſti. de re. diui. §. cū ex aliena. & §. qui tamē.
extrà de cōſe. Eccl. quod in dubijs. Quare au-
tem res huiuſmodi & ſimiles benedicātur, ex
earū benedictionibus colligitur euidenter.
De veſtibus verò ſacris, dicetur in proœmio
tertiæ partis. Et attende, quia benedictio ſeu
conſecratio Eccleſiæ & veſtiū ornamentorū
Eccleſiæ & veſtiū ornamentorū eccleſiaſtico
rū non fit: eò quòd illæ ſint gratiæ ſuſcepti-
ua, cùm ſint inanimata: ſed hoc noſcitur in-
troductū: quia ſicut & homines, ſic & illa per
benedictionē & cōſecrationem diuino cultui
habilitantur: & idonea & maioris reuerentiæ
efficiūtur. Perſonis verò per vnctionē & be-
nedictionē maior gratia infunditur. Quidam
autē in ornamētorū benedictione manus ſu-
ſpendunt. de quo dicetur in ſecūda parte ſub
ti. de diacono. Decimò eſſet de conſecratio-
ne virginum dicendum, ſed de hoc in proœ-
mio ſecundæ partis agetur.

## SVMMA.

1 Sacramentum, quid. quid myſterium. Et quid
myſterium differat à miniſterio. num. 2.
3 Sacramenti diffinitio.
4 Sacramenta varia ſunt.
5 Sacramenta ordinis & neceſſitatis, an, &
quando à laico præſtari poſſint.
6 Sacramentū dignitatis & voluntatis, quid.
7 Matrimonium, eſt ſacramentum voluntatis
tantùm.



tantùm. Et quo tempore nuptiæ ſolen-
niter celebrentur.
8 Mulieris complexus, quo tēpore ſit fu-
giendus.
9 Mulieres cur velentur in nuptijs.
10 Spōſæ anulus datur. & qua ſignificatione.
11 Amoris ſumma vis.
12 Matrimonium, triplex quoddā ſacramen
tum continet.
13 Digamus, ineptus eſt ad clericatum. Et
quid ita.
14 Sponſus & ſponſa, benedicuntur primò à
parentibus: deinde à ſacerdote. num. 15.
16 Sacramentum vnum, dignius alio, quo-
tuor modis.
17 Sacramēta, quibus de cauſis ſint inſtituta.

## De Eccleſiaſticis ſacramentis.

### CAP. IX.

1 CIrca eccleſiaſtica † ſacramenta
notandum eſt, quòd ſecundum
Gre. j. q. j. multi. Sacramentum
eſt in aliqua celebratione, cū
res geſta ita fit: vt aliquid ſi-
gnificatæ rei accipiamus, quod ſanctè & di
gnè accipiēdum eſt. Myſterium verò eſt, quod
occultè & inuiſibiliter operatur Spiritus ſan
ctus: ita quòd operādo ſanctificat, & ſanctifi-
2 cando benedicit. † Myſterium enim eſt in ſa
cramentis: miniſterium dicitur in ornamen-
tis. Sed & ſecundū Augu. de conſe. diſt. ij. ſacri
ficiū. & c. ſignū ſacramentū eſt inuiſibilis gra
tiæ viſibilis forma. Item ſacrificium viſibile,
inuiſibile ſacramentum. Item, idem ſignū, eſt
res præter ſpeciē, quam ingerit ſenſibus, ali-
quid aliud ex ſe faciens, in cognitionem ve-
3 nire. ¶ Dicitur † etiam ſacramentum, ſacrę rei
ſignū, vel ſacrum ſecretum. De hoc etiam in
quarta parte ſub ſexta particula canonis dice
tur ſuper verbo: myſteriū fidei: & ſub tit. de
4 oblatione. ¶ Sanè, quædam † ſunt ſacramenta
neceſſitatis tantùm: quædam dignitatis & ne
ceſſitatis: quædā ordinis & neceſſitatis: quæ-
dam dignitatis, & voluntatis: quædam verò
voluntatis tantùm. Sacramentum neceſſitatis
tantùm, eſt baptiſmus, qui in ſumma neceſſi-
tate à quocunq; (duntamen in forma Eccle-
ſiæ) collatus proficit ad ſalutem. de ſum. tri.
ca. j. §. pe. xxij. di. §. verum. Et dicitur neceſſi-
tatis, quia ſine eo nemo ſaluari poteſt, ſi ex
contemptu deſeratur. De hoc ſacramento in
ſexta parte ſub ſabbato ſancto dicetur. Sacra
mentum dignitatis & neceſſitatis, eſt confir-
matio dignitatis: quia à ſolo epiſcopo con-
fertur. extrà de confirma. quanto. de ſac. vnc.
c. j. neceſſitatis. quia ex contemptu illud di-
mittēs non ſaluatur: vt in prędicto ca. quāto
de hoc etiam ſub dicto ſabbato dicetur. Sa-
cramenta verò ordinis, & neceſſitatis, ſunt
pœnitentia, euchariſtia, & extrema vnctio.
ordinis: quia tantùm à ritè ornatis ſecundum
5 claues Eccleſiæ dari debent: † niſi in neceſſi-
tate, in qua quis poteſt etiam laico confiteri.
Neceſſitatis: quoniam ex contemptu illa di-
mittens ſaluari nō poteſt. De pœnitētia vide
in ſexta parte, ſub ti. de quinta feriā cœnæ
Domini. & diximus in repertorio noſtro. ſub
ti. de pœ. & re. De euchariſtia in quarta parte
ſub canone dicetur. De extrema vnctione, in
præcedenti titulo dictum eſt. ¶ Sacramentū
6 † verò dignitatis & voluntatis, eſt ordo di-
gnitatis: quia à ſolis epiſcopis confertur: vel
quia non niſi dignus, & dignè ad illud aſſu-
mendus eſt. extrà de ſum. tri. c. j. in fine. Vo-
luntatis, quia ſine illo quis ſaluari poteſt, ex-
trà de epiſcopo qui re. epiſ. c. j. & j. q. j. §. ſed
notandum. & §. ecce cum. De hoc dicetur in
proœmio ſecundæ partis. ¶ Sacramētum vo-
7 luntatis † tantùm, eſt matrimonium, & dici-
tur voluntatis, quia ſine illo quis ſaluari po-
teſt. Nō enim expedit homini ad regna cœ-
lorum tendere volenti nubere. xxiij. q. iiij.
tunc ſaluabitur. ¶ Circa quod notandum eſt,
quòd ſecundū canones. xxiij. q. iiij. non opor-
tet. extrà de ferijs. capellanus. ſolennitas nu-
ptiarum facienda non eſt à ſeptuageſima,
quod eſt tempus triſtitiæ, vſque in octauam
Paſchæ: nec tribus hebdomadis ante feſtum
ſancti Ioannis. Sed ſecundum conſuetudi-
nem Eccleſiæ generalis matrimonium pu-
blicè contrahitur in Eccleſia à craſtina do-
minicæ in albis: videlicet ab octaua die Pa-
ſchæ, vſq; ad primum diem rogationum. Et
in prima die rogationum, in mane clau-
ditur hæc ſolennitas: & durat vſque prohi-
bitio ad octauam diem poſt Pentecoſten
incluſiuè. & ſic loquitur Clemens Papa in
ſua epiſtola decretali. extrà de fer. capel-
lanus. A prima quoque dominica Aduentus,
vſque ad Epiphaniam nō debent nuptiæ ce-
lebrari: vt in prædicto ca. non oportet. xxxiij.
q. iiij. nec etiam fierent vſque ad octauam
Epiphaniæ: niſi quia Dominus nuptias cum
ſui præſentia, cum etiā miraculo decorauit.

Vnde, tunc cãtatur: Hodie cœleſti ſpõſo iũ-
ɛ̃ta eſt Eccleſia. Quidã tamẽ dicunt ſanɛ̃tius
eſſe, quòd hæc prohibitio vſq; ad octauam
ipſius feſti extẽdatur, ſicut & officium cõuer
ſionis aquæ in vinum, fit in nuptijs. In præ-
miſsis ergo temporibus matrimonia non cõ
trahuntur, quonia ipſa tempora ſunt oratio-
8 ni deputata. † Et ideò debet tunc homo à
lecto vxoris ſequeſtrari. Generaliter enim
tẽpore quo abſtinetur à nuptijs, abſtinen-
dum eſt etiã à cõiugali amplexu. xxxiij. q. iiij.
per totũ. niſi forte ob fragilitatẽ humanita-
tis, vir ab vxore poſcat cõiugale debitũ, vel
ecõuerſo: quoniam poſcẽti ſoluendum eſt:
quia ſecundum Apoſtolum, vir nõ habet po
teſtatẽ corporis ſui: ſed mulier: & ecõuerſò:
extrà de couer. cõiug. quoddã. Licet autẽ ſo-
lẽnitas nuptiarũ præmiſsis tẽporibus inter-
dicta ſit, quocũq; tamẽ tẽpore matrimonium
legitimè per verba de præſenti contractum
eſt, tenet. Quod verò ſtatutum fuit in cano-
ne. xxxiij. q. iiij. non oportet. quòd tribus ſe-
ptimanis præcedẽtibus feſtum beati Ioannis
Baptiſtę nuptię nõ celebrarẽtur, ideò factum
fuit, vt liberius orationi vacetur. Inſtituerat
enim Eccleſia prius duas quadrageſimas, prę
ter maiorẽ: vnã ante natale Domini: quę co-
muniter vocatur Sancti Martini: & durabat
vſq; ad natale. Aliã ſcilicet quadraginta die-
rum ante feſtum beati Ioãnis baptiſtæ: in qui
bus vacandũ erat orationibus, eleemoſynis,
& ieiunijs. Sed propter hominũ fragilitatẽ,
illæ duæ ad vnã ſunt redactæ: & iterũ illa di
uiſa eſt in tres hebdomadas aduẽtus, & tres
ante natiuitatẽ Sãcti Ioannis, in quibus eſt ie
iunandũ & à nuptijs eſt abſtinendũ. ¶ Porrò
9 † ſecundum beatum Iſidorum, eadem quæ-
ſtione, fœminæ dũ maritãtur, ideò velantur,
vt nouerint ſe ſemper viris ſuis ſubditas eſſe.
Gene. 24 Et quia Rebecca vidẽs Iſaac, ſe velauit. ¶ Itẽ
ideo nubẽtes, poſt benedictionẽ, vitta vno in
uicẽ vinculo copulantur: ne compagẽ, id eſt,
fidem vnitatis coniugalis diſrumpãt. Eadem
verò vitta candida purpureóq; colore per-
miſcetur: quia cãdor, eſt munditia vitæ, pur-
pura ad ſanguinis poſteritatẽ adhibetur: vt
hoc ſigno & continẽtia & lex continendi ab
vtriſq; ad tempus admoueatur: poſt hoc ad
10 reddendũ debitũ non negetur. ¶ † Itẽ. quòd
in primis anulus à ſpõſo ſponſæ datur, fit ni-
mirũ propter mutuæ dilectionis ſignum: vel
propter id magis, vt pignore, id eſt, ſigno co-
rũ corda iungãtur. Vnde & in quarto digito
ideò anulus inſeritur, quia in eo vena quædã
(vt fertur) ſanguinis ad cor vſq; perueniat.
Item Prothæus quidam ſapiens primùm ob
amoris ſignũ ferreum anulum fecit, & inibi
adamantem incluſit, & inde ſubarrare ſpon-
11 ſas inſtituit: quia ſicut ferrũ † omnia domat:
ſic amor omnia vincit: quonia nihil amoris
furore vehemẽtius: in authent. de nup. Et ſi- Cant. 8
cut adamas eſt infrangibilis: ſic & amor eſt
inſuperabilis. Fortis eſt enim, vt mors dile-
ctio. Ideóq; in digito anulari, in quem vena
procedit à corde, illũ portare inſtituit. Poſt-
modũ verò pro ferreis, ſunt aurei cõſtituti, &
pro adamante gemis ornati: quia ſicut aurũ
cætera metalla, ſic amor vniuerſa bona prę-
cellit. Et ſicut aurũ gemma decoratur: ſic cõ
iugalis amor cæteris virtutibus adornatur.
Nuptiæ autem ſecundũ Amb. e. q. nec illud.
dictæ ſunt à nubẽdo. Illæ enim quæ nubũt,
caput propter verecundia obnubere, nõ lo-
qui ſolent. Vnde & Rebecca viſo Iſaac, cui Gene. 24
deſponſari debebat, caput obnubere cœpit.
xxxij. q. ij. honorat. in fi. Verecũdia namq; de-
bet præcedere nuptias, quò ipſum coniugiũ
plus verecũdia commendet: & magis expe-
tita debet videri à viro, quàm ipſa virũ expe-
tijſſe. Sed ſecundũ Hie. e. q. cõnubia. Cõnu-
bia legitima peccato caret: non tamẽ tem-
pore illo, quo actus coniugales gerũtur: prę-
ſentia Spiritus ſancti datur etia, ſi propheta
eſſe videatur, qui officio generationis obſe-
12 quitur. ¶ † Notandũ etiam eſt, quòd triplex
ſpirituale ſacramentũ in carnali matrimonio
conſummato deſignatur. Primum ſacramen
tũ, eſt vnio ſpiritualis animæ ad Deũ: & per
fidem, dilectionẽ & charitatem, ſiue vnio vo
luntatis: ſcilicet, charitas, quæ conſiſtit in ſpi-
ritu inter Deũ & iuſtã animã. extrà de biga.
debitũ. vnde Apoſtolus: Qui adhæret Deo,
vnus ſpiritus eſt cũ illo. Hoc ſacramentum 1. co. 5. q.
ſignificatur per coniunctionẽ animorũ, habi-
tam in prima deſponſatione carnalis matri-
monij. ¶ Secundũ, eſt vnio humanæ naturæ
ad Deũ. quæ facta eſt in vtero virginali, per
incarnationem verbi Dei, ſiue naturæ con-
formitas, qui conſiſtit in carne inter Chriſtũ
& ſanctam Eccleſiã: de conſe. diſt. ii. in Chri-
ſto patre. Ad quod pertinet illud: Verbum Ioan. 1
caro factum eſt &c. Hoc ſacramentum deſi-
gnatur in matrimonio carnali per coniun-
ctionem corporum conſummato. non quòd
ipſa



ipſa coniunctio, in qua ſpiritus ſanctus non
adeſt, illud deſignet: ſed per ipſum actum cõ
ſummatũ ſignificatur. ¶ Tertium ſacramen-
tum, eſt Eccleſię vnitas, ex omnibus gentibus
collecta: & vni viro, ſcilicet Chriſto ſubie-
cta. xxvj. diſt. acutius. Hoc ſacramentũ ſigni-
ficatur in eo, qui vnicam tãtum, & virginem
habuit vxorem, facto poſtmodũ clerico &
13 ordinato. ¶ Vbi † verò quis ad digamiam ſiue
ad ſecundum matrimoniũ tranſit: iam ab vni
tate recedit: quia carnem ſuam in plures di-
uidit. & ſic huius tertij ſacramenti ſignifica-
tio in eo nõ cadit: quare promoueri non po-
teſt: nam promotus vnitatem ſignificare non
poteſt. Prætereà, per ſecundũ matrimonium
recedit à prioris coniunctione matrimonij.
Eccleſia verò, ex quo ſe Chriſto coniunxit,
nũquam ab eo diſceſsit, nec ab ea Chriſtus.
Digamus ergo talẽ vnitatem ſignificare non
poteſt. Vnde meritò propter huius ſacramẽ-
ti defectũ, promoueri nõ poteſt: extrà de ſe.
nup. c. j. & c. vir. & xxxj. q. j. de his. ¶ Illud etiã
14 † nota, quòd ſicut ſtatutum eſt, in concilio
Cartha. xxv. diſt. ſponſus. & xxiij. diſt. ſponſa.
Sponſus & ſponſa benedicendi à parentibus,
vel à paranymphis, offerantur Eccleſiæ ſa-
cerdoti. Accepta autem benedictione eadem
nocte pro reuerentia benedictionis in virgi-
15 nitate permaneãt. Cæterũ † nuptiæ benedicẽ-
dæ ſunt à ſacerdote, cũ precibus & oblatio-
nibus ex inſtitutione Euariſti Papæ. xxx. q. v.
c. j. Verùm tamẽ vir & mulier ad digamiam
tranſiens, matrimoniũ contrahẽdo, nõ debet
à presbyteris benedici. extrà de ſecun. nup. c.
j. & c. ij. xxxj. q. j. de his qui. quia cũ alia vice
benedicti ſint: eorum benedictio iterari non
debet. Nõ ergo debent nuptiæ benedici: niſi
vbi virgo cũ virgine cõtrahit, propter ratio-
nem, quæ ponitur in procœmio ſecundæ par-
tis: imò presbyter qui benedictionẽ cũ ſecũ-
da vxore celebrauerit, officio & beneficio
ſuſpenſus, eſt ad ſedẽ apoſtolicã mittendus:
quod quidẽ ad exhortationẽ continentię no-
ſcitur introductũ, ſecundũ quorundã locorũ
conſuetudinem, ſi quis contrahat cũ ſecunda
virgine, benedictio iteratur: & hoc ſi Domi-
nus Papa ſciat & tolerat: aliòquin non valet.
Dicũt etiam quidam, quòd ſi aliqui virgines
contrahentes nõ fuerint benedicti: facti di-
gami iterũ contrahẽdo poterũt benedici: ſed
& ſi cõtrahẽtes fuerint benedicti: licet ſe nõ
cognouerint carnaliter, nõ ideò iterũ cõtra-
hentes benedicẽtur. De benedictione virgi-
16 nũ, dicetur in procœmio Secũdę partis. ¶ † No
tandũ autem eſt, quòd vnum ſacramentũ di-
gnius eſt alio, quatuor modis ſcilicet Ratione
efficaciæ, vt baptiſmus. Ratione ſanctitatis,
vt euchariſtia: de cõſe. diſt. ij. nihil. Ratione
ſignificationis, vt cõiugiũ. Quidã tamen non
approbant iſtũ modũ. Et ratione conferen-
17 tis, vt confirmatio & ordo. ¶ Sed † quæritur,
quare inſtituta ſunt ſacramẽta, quia ſine illis
potuiſſet Deus humano generi vitã æternã
& gratiã donaſſe. Reſpondeo propter tria.
¶ Primò, propter humiliationẽ, vt dũ homo
ex Dei præcepto ſe rebus inſenſibilibus, &
ſe inferioribus reuerẽter ſubijcit: ex hac obe
dientia magis apud Deũ mereatur. ¶ Secũdò,
propter eruditionẽ: vt per id, quod foris in
ſpecie viſibili cernitur, ad inuiſibilẽ virtutẽ,
quæ interius eſt agnoſcenda, mens erudiatur.
¶ Tertiò, propter exercitationem: quia cum
homo ocioſus eſſe nõ debeat: præponitur ei
vtilis & ſalubris exercitatio in ſacramentis:
qua vanam & noxiam declinet occupationẽ,
Iuxta illud: Semper aliquid boni operis fa- Hier.
cito, vt diabolus inueniat te occupatum. de
con ſe. diſt. v. nunquã. Non ergo debẽt omit-
ti, prout in præcedenti titu. dictum eſt.

## *LIBER SECVNDVS.*

### SVMMA.


1 Sectæ hominum, tres in ſumma.
2 Gentilium ſecta.
3 Vates, quis dicatur.
4 Hebræorum ſecta.
5 Chriſtianorum nomen, vbi primũ inuentum.
6 Chriſti nomina, & eorundem interpretatio. & num. 8.
7 Chriſti nomina, quædam dicũtur de ipſo relatiuè, quædam non.
9 Deus, verb. attribuitur trinitati, æqualiter.
10 Ieſus, vnde dictus nazarenus.
11 Clericales, qui dicantur. & vnde. & numero 26.
12 Monachorum quatuor genera.
13 Religio, vnde nomen ſortita.
14 Eccleſiaſticarũ perſonarum duo genera. & vnde ortum habuerint. num. 15.
16 Epiſcopalis ordo, quatripartitus eſt.
17 Papa, eſt caput Eccleſię: Cardinales, cardines.
18 Patriarcha, quis dicatur.

19 Archiepiſcopus,quis:& vnde dictus.
20 Metropolitanus,vnde nomen ſortitus.
21 Prælatus quiſquam non poteſt ſe vniuerſalem appellare.
22 Epiſcopatuum & graduū diuerſitas,vnde fluxerit.
23 Flamines, qui:& vnde dicti.
24 Epiſcopos & præpoſitos Dominus elegit.quis autem diaconos.
25 Presbyterorum inſtitutio , vnde primùm.
26 Corona clericorum , cur inſtituta.Item, vnde originem duxerit.num. 31.
27 Clerici cur patentibus auribus incedant.
28 Coronæ clericorum forma.
29 Figuræ circularis dignitas , & eminentia.
30 Clerici,ſunt ſacerdotes & reges.
32 Pili vnde manent:& quo conſilio reſcindantur,maximè viris Eccleſiaſticis.
33 Clerici adquid inſtituantur. Et quare in quatuor temporibus.num. 34.
35 Clerici cur maximè ordinentur diebus Sabbatorum.
36 Dominica die celebrantur miniſteria ſacerdotalium benedictionum.
37 Subdiaconos facere die dominica , an liceat.
38 Ieiunium ſequens , an poſsit transferri in præcedentem hebdomaden.
39 Virginum conſecratio,quo tempore fiat. Et quo loco, quóve apparatu, ac ordine. num.40.43.
41 Epiſcopus conſecrandas virgines ter cōpellat eodem verbo.
42 Virgines conſecrandæ deponunt veſtes veteres,& induunt nouas. Et qua id ſignificatione.
44 Virginibus cur velum imponatur.
45 Velum, eſt quintuplex.
46 Viduam quid prohibeat velari ab Epiſcopo.
47 Sacerdos non debet intereſſe ſecundò nubentibus.
48 Diaconiſſarum inſtitutio antiquitus.
49 Pontifex Roman. quot ordines clericorum poſsit adhibere in celebratione.
50 Ordines eccleſiaſtici, quot.
51 Ordinum quidam ſacri , quidam non. Et vtrorumq; enumeratio.
52 Spiritus ſancti ſeptem dona, correſpondent ſeptem Eccleſiæ ordinibus.
53 Ordines Eccleſiaſtici ſpiritualiter,& ſpecialiter in Eccleſia deſignantur.

ARGVMENTVM.

*De Miniſtris, & Ordinibus Eccleſiaſticis: & de eorum officijs.*

CAP. I.

IN hac ſecūda parte de miniſtris & ordinibus Eccleſiaſticis , eorúmq; officijs tractare præuidimus:prę̄mittē-
1 tes † quòd tres ſunt ſectæ famoſæ:videlicet, gentiliū,
hebræorū,& Chriſtianorum.Prima,eſt erroris.Secunda,veritatis. Tertia, veritatis & ſalutis.In prima naufragamur.In ſecunda , à periculo eripimur.In tertia,ſaluamur.Prima ſecta,dicitur à ſecando.quia ſecat.id eſt , ſeparat nos à Deo.Secunda & tertia à ſectando, & tenendo:quoniam illuminant,ſaluant,& liberant.Chriſtianorum perſonæ tam ſeculares,quàm Eccleſiaſticæ,de alijs duabus ſectis ſumptæ ſunt , hebræa videlicet & gentili.Sicut enim apud nos duo ſunt genera perſonarum, ſcilicet laicales & eccleſiaſticæ. xij.q.j. duo.ſic & apud gentiles & hebræos. ¶ Apud
2 † gentiles quidem , ſeculares perſonæ erant
hæ:nēpe monarcha, ſcilicet Imperator Romanus,patritij , qui & ſenatores dicebantur: ad quorum arbitrium vniuerſa ordinabātur: reges,duces,comites,præſides,præfecti,ſuffecti,tribuni militum,tribuni plebis,prætores, cēturiones,decuriones, quaterniones duūuiri quæſtores,ædiles, & aulæ ianitores, Inter poëtas verò erant aduocati, carminum relatores,carminum ſcriptores,comœdi, tragœ-
5 di,& hiſtoriographi.¶ † Vates autem , qui à
vimentis dictus eſt,modò ſacerdotem,modò prophetam,modò poëtam ſignificat, ſecundum Iſidorum in ritu templorum erāt apud gentiles,archiflamines , protoflamines , flamines & ſacerdotes : vt iam dicetur. Erant quoq; apud eos virorum & mulierum reli-
4 gioſi cōuentus.¶ Apud † Hebræos quoq; ea-
dem erat diuerſitas perſonarum:aliæ nanque erant ſeculares,aliæ diuino cultui , videlicet in templo , dedicatæ. In templo erant ſummus ſacerdos , vt Melchiſedech : minores ſacerdotes , leuitæ, nathinæi , luminum ex-

tincto



tinctores,exorciſtæ, ianitores, & ædititij ſeu cantores. Super populum verò legendum, erat dux populi Moſes : & ſub eo , quos ipſe conſtituerat ad conſilium Ietro ſoceri ſui: erant etiam Chiliarchæ & Acōtarchæ, Pentacontarchæ,& decacontarchæ,id eſt millenarij, centenarij , quinquagenarij, & decani. χιλιὰς, enim interpretatur mille : & ἄρχων, princeps : inde, χιλίαρχος , qui præeſt mille hominibus. inde , & Acontarcha , qui ſuper centum poteſtatem habebat. Pentacontar-
cha dicitur , qui præeſt quinquaginta. πέντε, 7
enim quinque ſonat. Decanus , qui decem. Δέκα,enim decem ſonat.¶ Apud Chriſtianos quoq; ſimilis diuerſitas reperitur.¶ Et nota, quòd Chriſtiani à Chriſto dicti ſunt. Chri-
5 ſtus verò à chriſmate:de quo dictū eſt in par
te prima ſub ti.de conſe.¶ † Nomē Chriſtianorū primùm in Antiochia inuentum eſt. Anteà enim omnes vocabantur diſcipuli,
Act. 2 vel fratres,donec Apoſtoli in Antiochia con
cilium fecerunt.ij.q.iij.ad menſam.Et dicuntur Chriſtiani orthodoxi , id eſt,rectè gloriantes.& vt credūt viuentes.Nā ὀρθῶς Grecè, dicitur rectè latinè : & δόξα,gloria. Dicitur ergo Chriſtus à chriſmate,quaſi vnctus.Ipſe
Pſal. 44 autem vnctus eſt æternaliter à Deo præ cō-
Can. 1 ſortibus ſuis. prout legitur in actibus Apo-
pſal.104 ſtolorum : & hoc nomen eſt oleo effuſum.
Hinc eſt , quòd in veteri teſtamento ſacerdotes , & reges Chriſti nuncupabantur : quia vncti erant vnctione temporali. Iuxta illud:
6 Nolite tangere Chriſtos meos.Hoc † autem
nomen , Chriſtus,non eſt proximum nomen Saluatoris : ſed eſt cōmunis nuncupatio poteſtatis. Eſt enim commune nomen dignitatis.Sed hoc nomen Ieſus:proprium eſt vocabulum perſonæ Saluatoris, quo ab angelo
Luc. 1 Gabriele in conceptione vocatus eſt : euan-
Matth. 2 geliſta teſtante:Vocabis(inquit)nomen eius
Matth. 9 Ieſum:& ab hominibus in circunciſione.¶ Et
nota, quòd Ieſus , hebraicè dicitur Meſsias: Græcè Chriſtus:vel σωτήρ,vel σωφήρ,latinè vnctus : vt præmiſſum eſt : vel Saluator:eò quòd ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Poteſtatem enim habet dimittendi peccata :ſicut ipſe dicit : vel Saluatoris : quia ipſe nobis ſalutem dedit.Si enim præcepta eius ſeruauerimus , vitam æternam poſsidebimus. Hoc autem nomen Ieſus , Porphyrius philoſophus græca & latina lingua peritus , ſcribebat latinè Ieſus, Græcè verò per h , quam græci pro i longa,ſonant.Vnde & quidam proferunt gyſus latini verò per e longam. Rectius ergo videtur ſic eſſe pingendum , Yħs , per græcam abbreuiationem quàm Hieſus per latinam aſpirationem. Sed & hoc nomen Chriſtus, cum ſit græcum , græca ſcribitur abbreuiatione ſic , Chriſtus. Nam græci ponunt x, pro chi.p verò pro r.& c pro, s.Si autem ſcribitur per , s, à latina terminatione finitur. ergo ſi longo ſchemate ſcribitur:ſic per aſpi
7 rationem pingatur , Chriſtus.¶ Circa † no-
mina autem Chriſti notandum eſt, quòd quædam ex ipſis dicuntur de Chriſto relatiuè, ſeu quaſi relatiuè : vt paſtor ſponſus & mediator : quædam non relatiuè vt homo: quædam tranſlatiuè, vt agnus, ouis, vitulus, ſerpens,aries,oleo, vermis : & quædam cùm ſint inſtitutione relatiua , ſunt & prærogatiua priuilegij appropriata , vt Chriſtus. Ieſus autem , eſt propriè proprium nomen
eius,vt præmiſſum eſt. Vocatur etiam Chri- Apoca. 1
ſtus, α & ω,id eſt principium & finis , & he- Eſai. 7
braicè Emanuel : quod eſt nobiſcum Deus, Matth. 1
interpretatum.Nobiſcum enim, eſt per præſentiam maieſtatis , per participationem veritatis : & per vinculum charitatis: & per
adimpletionem veritatis.¶ Vocatur præter- Ioan. 3
eà , via, veritatis , & vita.¶ Via in exemplo,
8 vel præcepto. ¶ † Veritas , in promiſsione.
Vita,in præmio. Sabaoth verò , id eſt Deus exercituum. Adonay , quod eſt Domine. Ἀθάνατος , id eſt immortalis. κύριος, id eſt Dominus.Θεός , id eſt Deus. πανάγαθος , id eſt, optimus , pater diſponens vel perfectus .ὁμούσιος , id eſt vnius eſſentiæ .nomina ſunt Dei , non tantùm perſonæ Chriſti; de conſec. diſtin. ij. ego. Vocatur propter-
eà Chriſtus , ſecundum Eſaiam , admira- Eſa. 9
bilis : conſiliarius. Deus fortis : Pater futuri ſeculi : Princeps pacis. Admirabilis in incarnatione. Conſiliarius : in integra rerum cognitione: Deus in rerum creatione. Fortis in rerum diſpoſitione. Pater futuri ſeculi:in meritorum retributione. Princeps pacis dicitur : vel quia fuit mediator Dei & hominum : vel etiam hominum & angelorum : vel quia confert illis pacem, quæ exuperat omnem ſenſum , cuius pacis
non erit finis.¶ Vocatur etiam Chriſtus ineſ- Phil. 4
fabili nomine τετραγράμματον,id eſt,quatuor literarū:quę ſunt ioth:he : vau:heth:quę ſunt

apud nos.j.q.v.hc.eſt ergo nomen leue,quod
dicitur ineffabile. non quia non valeat fari
ſed quia nõ eſt Deus hoc nomine, niſi in ar-
duis inuocandus:vel quia eius ſententia ſuffi
cienter nequeat explicari. Cuius interpreta-
tio eſt talis:ioth principiũ,he:iſte.vau:paſsio
nis.beth:vitæ: quaſi iſte eſt principium vitæ
paſsionis.Genitiuus, more græcorũ ponitur
pro ablatiuo paſsionis, pro paſsione, id eſt,
per paſsionem.Quomodo autem vita noſtra
ab ipſius morte dependeat, nõ poſſumus in-
tueri. De hoc dicetur in tertia parte ſub titu
9 lo de indumentis legalibus. ¶ Hoc † autẽ no
me Deꝰ appropriatur patri & filio & ſpiritui
ſancto.prout in ſymbolo Athanaſij legitur.
Quauis etiam quandoq; ad alias perſonas ex
tendatur iuxta illud:dijs non detrahes.extrà
de hære. cùm ex iniuncto.ij. quæſtionej. ex
ſacerdotibus.Et alibi:Applica illud ad Deos.
Exod.22 Et Apoſtolus:Nam & ſi ſunt qui dicãtur dij,
1. Cor.8 ſiue in cœlo,ſiue in terra nobis tantum vnus
2. Cor.4 Deus pater:ex quo omnia.& idem:Si noſtrũ
euangeliũ eſt opertũ in his, qui pereunt, eſt
opertũ in quibus Deus huius ſeculi excæca-
10 uit mentes infidelium. ¶ † Rurſus:Ieſus di-
ctus eſt nazarenus, à quodam vico Galileæ:
Deus dictus eſt propter vnicam cum patre
ſubſtantiam. Dominus verò dicitur propter
ſeruientẽ creaturam.Deus & homo dicitur,
quia verbũ & caro.Verbũ dicitur, quia pater
per eum omnia cõdidit, ſiue iuſsit.Imago di
citur,propter parẽ ſimilitudinem patris. ¶ Si
quidem apud chriſtianos ſeculares perſonæ,
laici dicuntur.λαὸς enim.græcè, dicitur popu
11 lus latinè.¶ Clericales † ſunt qui in Eccleſia
deſeruiunt vel ipſam regunt:à κλῆρος.quod
eſt ſors.prout iam dicetur.Hi autem ſubdi-
uiduntur in monachos: id eſt in ſingulariter
degẽtes.xvj.q.j.ſi cupis. Nam, μόνος græcè,
dicitur ſingularis latinè: & alios religioſos.
12 Sunt † autem quatuor genera monachorum.
Alij ſunt cœnobitæ:qui videlicet in cõmuni
monaſterij regula & vita obedientiæ maio-
rum deſeruiunt.Alij ſunt anachoritæ:qui vi-
delicet ædificant ſolitudines: & quanuis in
communi vita poſiti, priuatæ tamen contẽ-
plationi vacant. Alij ſunt eremitæ:qui vide-
licet ſolitariè in deſertis degũt.Alij ſunt gy-
rouagi id eſt vagabundi & circuncelliones.
13 xxiij.q.v.c.j.¶ † Religio verò dicta eſt:quia
per eam vni Deo religamur ad diuinũ cultũ
vinculo ſeruiendi.& in clericos ſeculares,qui
vſurpato nomine ſeculares dicũtur:extrà de
oſti. ordi.licet ad differentiam. regulari: qui
proprio carent, quod non contingit in iſtis.
Nam & ſecũdum Augu.ij.q.j.legi.Bonus nõ
monachus,vix bonũ clericu facit.¶ Sed Eccle
ſiaſticarum perſonarum duo ſunt genera.
14 ¶ † Nam aliud eſt dignitatis.¶ Aliud ordinis.
¶ Dignitatis, vt Papa, patriarcha,primas ar-
chiepiſcopus, ſiue metropolitanus:quod idẽ
eſt.epiſcopus archidiaconus, & archipresby-
ter,& prępoſitus.Quauis omnes qui pręſunt,
præpoſiti generaliter ritè vocentur.extrà de
verborum ſignificatione.quanuis.¶ In choro
verò perſonæ ſunt decanus, ſubdecanus, ca-
tor ſiue præcentor, ſuccentor, theſaurarius,
ſiue ſacriſta,archiacola, & huiuſmodi. ¶ Di-
gnitates autem vt & ordines à lege originẽ
& exemplũ traxerunt Iuxta illud:Conſtitues Pſal. 44
eos principes ſuper omnem terram.quanquã
quidam dicant dignitates à gentilitate ſum-
pſiſſe initium. Ordinis autem perſonæ ſunt,
ſacerdos, diaconus, & cæteri,quos inferius
15 proſequimur. ¶ † Qualiter à veteri ritu tam
gentiliũ,quàm hebræorũ ad cultũ præſentis
Eccleſię trãſlatio perſonarũ facta ſit,& qua-
liter ab illis pſonæ dignitatũ in Eccleſia ori-
ginẽ habuerint, breuiter videamus. Et quidẽ
Dñs Papa,qui pater vel cuſtos patrũ eſt,vicẽ
gerit ſummi Põtificis.¶ Romanus Imperator
monarchæ ſimilitudinẽ gerit.¶ Senatoria &
patritiorũ dignitas,manet in Eccleſia in qua
tuor patriarchis:& in Eccleſia romana in car
dinalibus.lxxxvj.diſt.Cõſtãtinus.¶ Primates,
qui tribus archiepiſcopis pręeſſe habẽt.regẽ
exprimũt,qui tribus ducibus præeſt. ¶ Me-
tropolitani ſeu archiepiſcopi, ducibus com-
parãtur.qui pluribus comitibus pręſunt,ſicut
illi pluribus epiſcopis. Pelagius tamen Papa
dicit vj.quæſtione iij. ſcitote. quòd vna pro-
uincia habet regem & metropolitanũ.¶ Epi-
ſcopi comitũ ſimilitudinem gerunt. ¶ Coë-
piſcopi quorum poteſtas ſublata eſt. lxviij.
diſtin.quanuis.& ca. coëpiſcopi præſidum &
præfectorum.¶ Præpoſiti verò.tribunos mi-
litum imitantur. ¶ Archipresbyteri.tribunos
plebis.¶ Cancellarij, Prætores.¶ Archidia-
coni, Centuriones. ¶ Decani, Decuriones.
¶ Presbyteri, Curati aduocatos. ¶ Perſo-
næ quoque ordinum ab illis originem ha-
buerunt.Nam presbyteri, vices gerunt ædi-
lium. ¶ Diaconi, quaternionũ.¶ Subdiaconi,
Duũuirorũ.¶ Exorciſtæ quęſtores imitãtur.
¶ Oſti



¶ Oſtiarij, aulæ ianitores. ¶ Lectores,carmi-
num relatores. ¶ Acolyti,carminum ſcripto-
16 res. ¶ † Sanè Epiſcopalis ordo ſecundum Iſi-
dorum.xxj.diſt.cleros.quatripartitus eſt,vide-
licet in Patriarchis,Archiepiſcopis,Metropo-
17 litanis,atq; Epiſcopis.¶ † Apoſtolica autẽ ſedes
ſicut ait Anacletus Papa.xxij.diſt.ſacro.caput
& cardo eſt aliarum: quoniam ſicut oſtium
cardine regitur, ſic illius authoritate omnes
Eccleſiæ reguntur: & inde dicti ſunt Cardi-
nales:per quos tota Eccleſia ſicut oſtium per
cardinem gubernatur. Illius autem prælatus
Papa, id eſt pater patrum vocatur & vniuer-
ſalis: quia vniuerſæ Eccleſiæ principatur. &
Apoſtolicus:quia principis Apoſtolorum vice
fungitur,& ſummus Pontifex: quia caput eſt
omnium Pontificum,à quo illi tanquam à ca
pite membra,deſcendunt.& de cuius plenitu-
dine omnes accipiunt,quos ipſe vocat in par-
tem ſolicitudinis,non in plenitudinẽ poteſta-
tis.extrà de vſu pal.c.ad honorẽ.Hic eſt Mel
chiſedech, cuius ſacerdotium non eſt cæteris
18 comparatum.¶ Patriarcha verò,† Græca lin-
gua, ſummus patrum interpretatur, quia pri-
mum, id eſt Apoſtolicum retinet locum.xxj.
diſt.clericos.& ideò quia ſummo honore fun
gitur, tali nomine cenſetur: ſicut Romanus,
Conſtantinopolitanus,Antiochenus. Alexan-
drinus,Hieroſolymitanus. Dicitur etiam Pa-
triarcha, quaſi pater arcæ, id eſt Eccleſiæ.vel
pater patrum,princeps. ἄρχων. enim Græ-
cè,Princeps interpretatur Latinè.Hic eſt Mo
ſes, qui Aaron in Pontificem oleo conſecra-
19 uit.¶ † Archiepiſcopus,Græco vocabulo dici-
tur,eò quod ſit ſummus ſeu princeps Epiſco-
porum. Tenet enim vicem Apoſtolicam: &
præſidet tam metropolitanis, quàm cæteris
20 Epiſcopis. ¶ † Metropolitani ſeu metropoli-
tæ, à menſura ciuitatum vocantur, ſingulis
enim prouincijs præeminent: quorũ authori-
tati & doctrinæ cæteri ſacerdotes ſubiecti
ſunt,ſine quibus nihil reliquis Epiſcopis age-
re licet.Solicitudo enim totius prouinciæ eis
commiſſa eſt.Vnde Pelagius Papa ait.v.q.iij.
ſcitote. Scitote certam eſſe prouinciam, quæ
habet decem aut vndecim ciuitates & vnum
Regem: & totidem minores Poteſtates ſub
ſe:& vnum Metropolitanum, alióſque ſuffra
ganeos decem vel vndecim iudices Epiſco-
pos Ad quorum iudicium omnes cauſæ Epi-
ſcoporum & reliquorum ſacerdotum ac ci-
uitatum referantur. Omnes autem ſuperius
deſignati ordines Epiſcoporũ & ſuperiorum
vno eodémque vocabulo, Epiſcopi nominan
tur. Sed priuato nomine quidam cẽſentur,pro-
pter diſtinctionem poteſtatis quam ſingula-
riter acceperunt. Epiſcopatus vocabulũ,vnde
dictum ſit,ſub tit.de Epiſcopo dicetur.Porrò
ſecundum Anacletum Papam.xcix.diſt.pro-
uinciæ. Primates & Patriarchæ diuerſorum
nominum, ſed eiuſdẽ formæ atq; officij ſunt.
Et ideò quidam Primates vſurpant ſibi no-
men Patriarchæ: vt Aquilegieñ.& Grandeñ.
Primatia autem dicta eſt, à primitijs conuer-
21 ſionis ad fidem.¶ † In concilio quoq; Affrica-
no eadem diſtinct.j. ſtatutum eſt, ne primæ
ſedis Epiſcopus princeps ſacerdotũ aut ſum-
mus ſacerdos,aut aliquid huiuſmodi,ſed tan-
tùm primæ ſedis Epiſcopus appelletur. Pela-
gius etiam Papa ſtatuit ead.diſt.nullus.vt nul
lus Patriarcharum vniuerſitatis vocabulo,
vnquam vtatur: nec aliquis in ſuis Epiſtolis
vniuerſalem nominet illum: quia ſi vnus Pa-
triarcha vniuerſalis dicitur patriarcharum no
men cæteris derogatur & ſubtrahitur. ¶ Ad
hæc ſummorum Pontificum .præſulum atq;
reliquorum ſacerdotum inſtitutio in veteri
teſtamento ſumpſit exordium. & in nouo eſt
plenius conſummata.xvj.diſtinct.§.j. Summi
namq; atq; minores ſacerdotes à Deo per Mo
ſen inſtituti ſunt,vt perpetuus eſſet cultus ta-
bernaculi per ſucceſſores eorũ à filijs Iſraël. Exod. 27
Dauid autẽ ad miniſteria domus Dei amplius
ianitores inſtituit,& cãtatores: Salomon exor
ciſtas inuenit, ſicut ſub titulo de ſacerdote di
cetur.Hæc omnia Eccleſia in nouo teſtamen
to imitata eſt vt iam dictum eſt.Habet enim
ianitores,quos oſtiarios appellamus:pro can-
toribus verò lectores ſimul & cantores in-
ſtituit,exorciſtas etiam nomine & officio an-
tiquo manente recepit pro filijs Aaron. O-
mnes infra ſummum Pontificẽ ſacerdotium
adminiſtrantes, conſecrati ſunt: inter quos
22 quædam † diſcretio eſt exorta, vt alij appel-
lentur ſimpliciter ſacerdotes: alij archipreſ-
byteri: alij Epiſcopi: alij Archiepiſcopi ſeu
Metropolitani:alij Primates:alij Patriarchæ:
alij ſummi Põtifices,vt præmiſſum eſt.Quæ
diſcretio maximè à Gentilibus introducta
eſt,qui ſuos flamines, alios ſimpliciter flami-
nes, alios archiflamines, alios protoflami-
nes, id eſt primates appellabant: hi in capite
pileum habebant. in quo erat breuis virga,
qua à carnibus ſacrificiorum aues arcebant.
d 5 Pile

Pileum autem ipſum deſuper aliquid lanæ habebat, quod cum per æſtum ferre nõ poſſent, filum tantum in capite ferre cœperunt.
23 Vnde à filo, quo † vtebantur, flamines dicti ſunt, quaſi filamines. Verũ feſtiuis diebus filo depoſito pro ſacerdotij eminentia pileum im ponebant. Maiorum quoq; & minorum ſacer dotum diſcretio in nouo teſtamento ab ipſo Chriſto ſumpſit exordiũ, qui Apoſtolos pro maioribus diſcipulos, pro minoribus ſacerdotes inſtituit. Petrum verò in ſummum ſacerdotem elegit. Apoſtoli etiam eandem formam ſecuti in ſingulis ciuitatibus Epiſcopos & presbyteros ordinauerunt prout ſub tit. de ſacerdote dicetur. Leuitas verò ab Apoſtolis legimus ordinatos. Vnde Cypria. ait xciij. diſt. dominus. Meminiſſe debẽt diaconi, quoniam
24 Epiſcopos† & præpoſitos dominus elegit. Diaconos autem poſt Aſcenſionẽ Domini in cœlum Apoſtoli ſibi conſtituerunt: ſubdiaconos & acolytos tẽpore procedente Eccleſia ſibi conſtituit. Et ſicut canon Clemẽtis Papæ teſtatur lxxxj. diſt. in quibus beatus Petrus Epiſcopos, Primates vel Patriarchas in illis ciuitatibus poni præcepit: in quibus olim apud Ethnicos ſiue Gentiles erãt flamines eorum, atque primæ legis doctores. In quibus verò olim apud eos erant eorũ archiflamines: quos minores reputabant quàm dictos Primates eorum, Archiepiſcopos inſtitui præcepit: & in ſingulis reliquis ciuitatibus ſingulos Epiſco-
25 pos.† Anacletus quoq; Papa ea. diſt. Epiſcopi. inſtituit presbyteros per caſtella & villas po-
Leuit.12 ni & ordinari. Cæterùm in Leuit. legitur voce ſuperna ad Moſen dictum eſſe: Loquere ad Aaron, domo de ſemine tuo, per familias qui habuerit maculã, non offerat panes Deo ſuo: nec accedat ad miniſteriũ eius, ſi cęcus fuerit: ſi claudus, ſi paruo, vel grandi, vel torto naſo, ſi fracto pede, ſi mancus, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo: ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginẽ in corpore, ſi ponderoſus, ſi languidus: quia indignũ eſt dare Deo, quod dedignatur homo. lxxj. diſt. hinc & enim. & c. ſeq. in quo inſtruimur quales à clericatu ſint
26 repellendi. ¶† Dicuntur autem clerici à κλῆρος, Græcè, quod eſt ſors ſeu hæreditas Latinè: quaſi ſint de ſorte Domini vel quaſi do-
Pſal.15 minus eorum ſors ſit: iuxta illud Prophetæ: Dominus pars hæreditatis meæ &c. xij. quæſtio. j. clericus. & c. qui. extrà de præben. cũm ſecundum. Ex quo patet, ꝙ nihil extra Deum habere debent: ſed ſolùm decimas, primitias & oblationes: quæ ſunt hæreditates Domini accipiant: ſiue quaſi ſint ſortè electi. In vet. nanque teſtamento: & apud Gentiles & clerici, & ſacerdotes ſorte & libris eligebantur: Pſal.15 & in nouo teſtamento Mathias ſortè electus eſt. Actu.1 Primus autem clericus factus eſt Petrus. Iginius Papa decimus à beato Petro cõ-
26 poſuit clerum, & diſtribuit gradus. ¶† Circa coronam clericorum, tria attendenda ſunt, ſcilicet Capitis abraſio. Capillorum detruncatio. Formæ circulatio. Ad capitis abraſionem tria ſequuntur, ſcilicet munditiæ conſeruatio, deformatio & denudatio: mũditiæ conſeruatio: quia ex capillis ſordes in capite aggregantur. Deformatio: quia capilli ad ornatum ſunt: ſignificat ergo tonſura mundam & non formabilem vitam, id eſt quòd clerici debent habere munditiam mentis interius: & non formabilem vitam, id eſt nõ exquiſitum habitum exterius, ſecundũ Dionyſium in Eccleſiaſtica Ierarchia. Raſura quoq; & tonſura capillorum, eſt depoſitio omnium temporalium. Clerici enim victu & veſtitu contenti, omnia cõmunia habere debent. xij. q. j. clericus. & c. dilectiſſimis. Vnde iuxta Apoſtolũ: Comã non nutriant: ſed caput deſuper in modum ſphæræ radant. xxiij. diſt. prohibitæ. Denudatio autẽ ipſa ſuperioris partis capitis, nullum debere eſſe mediũ inter nos & Deũ demonſtrat, vt reuelata facie gloriã Domini liberè contemplemur. ¶ Rurſus radimus caput relictis inferius in modum coronæ capillis: quia caput mentẽ ſignat: capilli verò ſeculares cogitationes. Sicut ergo caput mundatur ſuperius à capillis: ita mens noſtra dum ſuperiora, id eſt cœleſtia cogitat, à ſecularibus cogitationibus mundari debet. Sed pars inferior capillos habet: quia non eſt prohibitum aliquando de ſecularibus cogitare, ſine quibus vita præſens duci nõ poteſt. j. q. j. ſi quis obiecerit. Circa detruncationẽ capillorum notandum eſt, quia illa ſignificat, ꝙ clerici omnes ſuperfluas cogitationes debent à mente ab-
27 ſcindere. ¶† Abtonſo igitur capite & patentibus auribus, incedere debẽt: ne capilli creſcendo aures operiant: & oculos impediant. xxiij. diſt. non liceat. quoniam prouidendum eſt, ne ſeculares cogitationes aures & mẽtis oculos impediendo, nos ad ſecularia trahant. Vnde capillos ſuper aures tondeamus: vt quinq; capitis ſenſus expeditos ad Dei ſeruitium habeamus.



¶ Bene igitur ad Ezechielem dicitur:
Ezec.44 Sacerdotes caput ſuum non radent, neque comam nutriant: ſed tondẽtes attondeant capita ſua. Siquidẽ vt ait Grego. in paſtorali. lib. ij. c. xviij. Capilli in capite exteriores, ſunt cogitationes in mẽte. Qui dum ſuper cerebrum inſenſibiliter oriuntur: curas vitæ præſentis exprimunt. Quæ quia ex negligẽtis ſenſu importunè aliquando prodeunt, quaſi nõ nobis ſentientibus procedunt. Quia ergo ſacerdotes qui ſunt ſacri fideliũ duces, ſolicitudines exteriores habere poſſunt, nec tamen eis vehementer incũbere debent: rectè caput radere, vt comam prohibentur nutrire: vt cogitationes cordis de vita ſubditorũ, nec à ſe funditus amputent: nec rurſus ad creſcendum ni-
Ezec.44 mis relaxent. Et bene ſubditur: Tondentes attondeant capita ſua. vt videlicet curæ temporalis ſolicitudines: & quantũ neceſſe eſt, prouideant: tamen reſcindantur citius, ne immoderatius excreſcant. Dum ergo per adminiſtrationem exteriorũ. prouidentia corporum, vita protegitur, & rurſum per moderatam cordis intentionẽ non impeditur: capilli in capite ſacerdotis reſeruantur, vt cutem cooperiant: & reſecantur, ne oculos claudant. Circa formæ circulationẽ ſeu coronam ſciendum
28 eſt, ꝙ fit propter multa. ¶† Primò: in ſignum, quòd Chriſtus rex noſter ſeipſum in ara Crucis oblaturus, ſpineam coronã portauit. Vnde & nos, qui per eandẽ paſſionem ſaluari deſideramus, Dominicę paſſionis ſignũ, id eſt formam ſpineæ coronæ quã ipſe vt ſpineas peccatorum noſtrorũ auferret, in paſſione portauit in capite, in verticibus noſtris portamus: vt ſicut ille pro nobis, ſic & nos pro illo irriſiones & opprobria paratos eſſe libenter ſufferre monſtremus. ¶ Secundò, circulus capillorum, virtutẽ æqualitatis vndiq; rationi conſentientẽ deſignat. Tunc enim tẽporales res
29 bene cogitantur, ſi cõueniant rationi. ¶† Tertiò circularis figura fit: quia hæc figura non habet principium, neq; finem. Per quod datur intelligi, ꝙ clerici ſunt miniſtri Dei, qui non habuit principiũ, neq; habebit finem. ¶ Quartò, hæc figura nullũ habet angulũ: per quod ſignificatur, quòd clerici non debent habere ſordem in vita: quoniã vbi angulus, ibi ſordes: vt dicit Bernardus. Et ꝙ debent habere veritatem in doctrina: quoniam veritas angulos non amat, vt dicit Hiero. ¶ Quintò, quia hæc figura, omnium figurarum eſt pulcherrima. Vnde in hac Deus cœleſtes creaturas fecit: per quod ſignificatur, quòd clerici debent habere pulchritudinem interius in mẽte: & exterius in cõuerſatione. ¶ Sextò, quia hæc figura eſt omniũ ſimpliciſſima. Nam ſecundum Augu. nulla figura ex vna linea tantũ conſiſtit, niſi ſola circularis: quæ vnica linea clauditur: per quod ſignificatur, ꝙ clerici debent habere ſimplicitate columbinam: iuxta illud: Eſtote ſimplices, ſicut colũbæ. vj. q. j. ex meri-
30 to. ¶† Septimò corona, clericos eſſe ſpeciali- Matt.5
ter regnũ Dei demonſtrat. Ipſi nanq; ſecundũ Hiero. xij. q. j. duo ſunt. ſunt reges & ſacerdotes, id eſt regales ſacerdotes: & ſunt reges, id eſt ſe & alios in virtutibus regentes: & ita in
31 Deo regnũ habent. ¶† Sanè raſura capitis clericorum fit: ſicut ait Bæda in hiſtoria Anglorum, in memoriã eius: quia cũ beatus Petrus in Antiochia prædicaret, abraſerunt ſummitatem capitis eius in contumeliam nominis Chriſtiani & Dominicæ paſſionis: quod quidem hodie toti clero in honorem traditur. Fuerunt tamẽ, qui dicerent quòd tonſuræ Eccleſiaſticæ vſus à Nazareis, qui omnia veteris legis cuſtodiũt, exortus eſt. xxiiij. q. iij. ver. Nazarei. Hi enim prius crine ſeruato, denuò poſt magnæ vitæ continentiã, caput radebãt: & capillos in igne ſacrificij mittebãt: vt perfectionem deuotionis ſuo Domino cõſecrarent. Quorum exẽplo ab Apoſtolis introductum eſt: vt & Nazarei ac ſancti Dei crine prætonſo inuenientur: quãuis olim Chriſtiani à Iudæis quaſi in opprobriũ Nazarei vocarentur, pro eo, ꝙ Saluator noſter à vico quodam Galileæ Nazarenus appellatus eſt. ¶ Poteſt etiam dici, quòd vſus tonſuræ à lege occaſionem traxit. Sacerdos nanq; legis tyaram, id eſt pileum ex byſſo in modũ mediæ ſphæræ in capite, Rex verò coronã geſtabat: pars verò capitis raſa tyaram: circulus crinium deſignat coronam, ad notandum, quòd inſtituit eos Deus genus electum, in regalem ſacerdotem. ¶ Rurſus lex coronam quatuor 1.Pet.2 digitorum, ſuper menſam, & deſuper aureolam fieri iubebat. Cæterùm ad Ezechielem Dominus dicit: Sume gladium acutum, & Ezech.5 educ per caput tuum & barbam. Longitudo nanque capillorum, multitudinem ſigni-
32 ficat peccatorum. † Hinc igitur clerici barbas ſibi radere informantur. Ratio nanque pillorum, barbæ, qui ex ſuperfluis ſtomachi prouenire dicuntur humoribus, deſignat,

gnat, quòd vitia & peccata, quæ in nobis ſu-
perflua ſunt, reſecare debemus. Radimus
enim barbas vt per innocentiam & humilita-
tem puri videamur & Angelis, qui ſemper in
iuuenili ætate florent coæquemur. ¶In ieiu-
nijs tamē quandoq; capillos creſcere permit
timus: quia cogitationes quę contra Deū non
ſunt: vt eſt Eccleſiam ædificare, agrū colere,
& ſimilia, quæ tempore abſtinentiæ fieri ſo-
lent, prohiberi non debent. Cōciliū Cartha-
gineñ. ſtatuit: extrà de vita & ho. cler. clerici.
xxxiij. diſt. ſi quid. vt clerici neq; comam nu-
33 triant neq; barbam. ¶†Ordinantur autē cle-
rici, vt Deo ſeruiant: nec decætero ſeruiant
mundo: nec gloriæ mundi. Debēt ergo offer
re corpora ſua, hoſtiam viuentem, ſanctam,
Rom. 12 Deo placentem. Vnde Apoſtolus ad Roma.
Confundantur omnes qui gloriantur in ſtul-
titia, id eſt in gloria mundi, quæ non eſt vera
gloria: ſed imago gloriæ. ¶Quare autem or-
dinandis manus imponatur: dicetur in tracta-
34 ctu de diacono. ¶†Ordinātur in quatuor tem
poribus: ideò quia ſacerdotes & alij clerici lo
cum in Eccleſia obtinent: quem Leuitæ in po
pulo Iſraël obtinuerunt: quos ſicut in libro
Nume. 3 Numerorum legitur: Dominus pro primo-
genitis recepit, & eos in Aegypto, dum pri-
mogenita Aegyptiorum interficerentur, cu-
ſtodiuit: primogenita verò, quaſi quædam pri
mitiæ ſunt. Vnde quaſi primitias Domino
offerimus, cum aliquē ad ſacros ordines con-
ſecramus. Conueniens igitur eſt, vt in primi-
tijs temporū, ſcilicet in quatuor temporibus,
primitias hominum offeramus. ¶Rurſus ideò
in quatuor temporibus, vt quatuor virtutibus
exornentur: & ſub quatuor Euangelijs ſerui-
re Chriſto, & Eccleſiæ moneantur. In vere, vt
virtutibus floreant. In æſtate, vt fructus affe-
rant. In autumno, vt fructus bonorum ope-
rum metant. In hyeme, vt collectos conſer-
uent in horreo: & eis fruantur in Domino. Et
vide in ſexta parte ſub Sabbato poſt Domi-
35 nicam xvij. Ideò autem † potius in Sabbatis
quatuor temporū, quam in quartis, vel ſextis
ferijs fiunt ordinationes: quia illa dies Spiri-
tui ſancto conſecrata eſt: cuius dona, in ordi-
nibus recipiuntur. Præceptū enim eſt à prio-
ri populo, Sabbatum celebrare, ad hoc, vt eſ-
ſet figura ſanctificationis Spiritus ſancti. Vn-
Exod. 16 de in Exod. Requies Sabbati ſanctificata eſt
Domino. Et iterum: Cuſtodite Sabbatum
meum: ſanctum eſt enim mihi: quia erit ſi-
gnum inter me & vos, in generationibus ve-
ſtris. Exo. Præterea, nunquam legimus in Ge- Exod. 31
ne. ſanctificationem fieri per omnes priores & 35
dies: ſed de Sabbato ſolùm dictum eſt: ſancti- Gene. 2
ficauit Deus diem Sabbati. Fiunt etiā in Sab-
bato in ſignum, quòd ordinandi debent ha-
bere Sabbatum temporis: vt tandem tranſ-
eant ad Sabbatum æternitatis. Ordinatio au-
tem, quæ fit in Sabbato, ſequentis diei eſt. Fi-
gurat enim ſacerdotes ordinatos, eſſe mini-
ſtros diuerſorum Dominicorum ſacramen-
torum. Ideóque fit hora nona: quia iam illud
tempus ad Dominicum diem, ſcilicet reſur-
rectionis intelligitur pertinere, lxxv. diſt. quia
partibus. extrà de tempo. ord. literas. Ordinan
di enim ad Chriſti ſimilitudinem Sabbato re
36 ſurrexiſſe intelliguntur. ¶†Congruè igitur
in hac die, ſcilicet Dominica celebrantur mi-
niſteria ſacerdotalium benedictionum, in qua
ſunt collata chriſmata gratiarum: in ea Do-
minus reſurrexit: in ea Apoſtolis inſufflauit
dicens: Accipite Spiritum ſanctum, quorum Mar. 16
remiſeritis peccata, remittentur eis. In hac Ioan. 20
promiſſus Spiritus ſanctus aduenit. Rectè er Actu. 2
go ad eam benedictiones ſacerdotales di-
rigimus: vt cum Apoſtolis hilariter cantare
poſsimus: Veni ſancte ſpiritus: reple tuorum
corda fidelium, ſcilicet ordinatorum. Fiunt
etiam ordinationes in Sabbato mediante heb
domade quadrageſimæ, qua cantatur: ſitien-
tes. lxxxv. diſtinct. cap. fina. lxxiij. c. principali.
xvj. quæſt. j. in parochijs. & etiam in Sabbato
ſancto: veruntamen vſque ad tempora Sim-
plicij Papæ, Romani Pontifices dicuntur ſem
per in Decembri ordines celebraſſe, vt dice-
tur in ſexta parte ſub Sabbato poſt decimam-
ſeptimam Dominicam. Vnde & tunc officia
plena inueniuntur. quod in alijs non contin-
git. In Sabbato verò poſt Pentecoſt. ordines
ſacri non conferuntur: quia in ſequenti tunc
ſeptimana recepta Spiritus ſancti gratia ce-
37 lebrantur. † Solus autem Romanus Ponti-
fex poteſt ſubdiaconos facere in diebus Do-
minicis. extrà de tempo. ordin. cap. j. Alij præ-
lati poſſunt in diebus Dominicis ſolùm mi-
nores conferre. & virgines conſecrare. Si au-
tem ob vrgentē neceſsitatem in die Domi-
nica ordinatio fiat: qa fortè perfici non potuit
in Sabbato, debet hoc fieri ieiunio cōtinuato,
tam ab ordinando quàm ab ordinatore: quia
tunc propter continuationem ieiunij fingitur
vna dies: extrà de temp. ord. c. literis. lxxv. diſt.
quod



38 quod partibus. & c. ſeq. ¶†Cæterùm in qui-
buſdam locis habentes feſta ſuarum Eccle-
ſiarum in ſabbatis, quatuor temporum, tranſ-
ferre dicuntur ieiunium in præcedentem ſe-
ptimanam ob honore ſuarum feſtiuitatum:
ſed dicimus nec hoc eis licere: nec tunc poſſe
ordines celebrari. Melius igitur eſſet feſtiui-
tates ipſas transferri. De hoc dicetur in ſexta
parte ſub quarta feria tertię hebdomadæ ad-
uentus. Qua die & hora fiat Epiſcoporū con-
ſecratio, ſub titu. de Epiſcopo dicetur. ¶Illud
etiam conſiderandum eſt, quòd ſacerdotes &
diaconi, tantùm nominantur ab Apoſtolo in
Epiſtola: eò quòd ipſi præcipuè in miniſterio
altaris neceſſarij ſunt. Cæteri verò ordines
poſteà adiecti ſunt pro vtilitate miniſterij:
quia propter multitudinem credentium ritè
per illos non poterat adimpleri. Vnde & ſe-
cundum Ambro. illorum ordinatio præcipuè
circa altaria celebratur: & pro eis Epiſcopus
ante altare proſternitur. Alij verò nequaquā
ad altare ordinantur: eò quòd nec ad altaris
miniſteria ſtatuuntur: ſed alia officia implent,
cantando, ſiue legendo, ſiue alia ſeruitia fa-
ciendo: omnes tamen quærunt faciē prælati,
id eſt, præſentiā domini. vt valeant in primo-
Gene. 25 genitis hęreditate ad inſtar Iacob qui ſibi fra
tris primogenita vendicauit. Et attende, quòd
in quibuſdam Eccleſijs immediatè poſt col-
lationem cuiuslibet ordinis, cantatur reſpon-
ſoriū vel tractus prout apparet in libro Pon-
tificali per nos edito: & bene ad denotādum,
quòd ordinati in lectione iam lecta, inſtructi
ad ſolicitudinem & laborem: quæ per reſpon
ſorium & tractum ſignificantur, vocantur.
¶Quia verò de virginū conſecratione men-
tio facta eſt, videndum eſt primò, quibus die-
bus benedicantur. Secundò, quid ſignificent,
39 quæ in earum benedictione agūtur. ¶†Bene-
dicuntur autē in Dominicis diebus: & in die-
bus Epiphaniarum: & in albis Paſchalibus: &
in feſtis Apoſtolorum: vt Spiritus ſanctus ſu-
per eas ſimplices, vt columbas, deſcendere vi
deatur: & vt per Apoſtolos per morem virgi-
nitatis Eccleſię prius tradiderunt, quaſi per
paranymphos ſponſę Domino conſecrentur.
¶Sequitur videre, quid ſignificent, qui in ea-
rum benedictione agūtur: & licet omnis ani-
Oſee 2 ma Deo deſponſetur per fidem: vnde Oſee:
Sponſabo te mihi in fide. Virgines tamen ſpe
cialius Chriſto deſponſari dicuntur: quia ea-
rum caro carni Chriſti familiarius ſe confor-
mat: pro eo quòd illa ſicut nec caro Chriſti
corruptionem nō ſenſit. Et inde eſt quòd vir-
gines ſequuntur agnum quòcunq; ierit. Apo-
40 ca. ¶†Sanè virgines benedicendę ſub papilio- Apoc. 13
ne, vel aliquo alio loco ſtant, incluſæq; ar-
chipresbytero vel alio ante Euangelium al-
ta voce cantante: Prudentes virgines &c. cum
cereis ardentibus in manibus, nudis capitibus
exeunt obuiam Epiſcopo, & Eccleſiam ingre
diuntur. Siquidem cereos accenſos ferunt in
manibus: Iuxta illud Luc. Sint lumbi veſtri Luc. 12
præcincti & lucernæ ardentes in manibus ve
ſtris: vt oſtendant ſe imitari prudentes virgi-
nes, quæ ornauerunt lampades ſuas: & exie-
runt obuiam ſponſo. Sponſus nanque earum, Matt. 25
eſt Chriſtus, quem Pontifex eius vicarius re-
præſentat. Lucernas quidem ardentes in ma-
nibus tenere: eſt per bona opera exemplum
proximis monſtrare. Iuxta illud Saluatoris: Matt. 5
Luceat lux veſtra corā hominibus, vt videant
opera veſtra bona &c. Egreſſus verò earum
de papilione: & ingreſſus in Eccleſiam, deſi-
gnat quòd per ſuſcipiendam benedictionem,
& à Chriſto deſponſationem, de ergaſtulo, &
ærumnis ac tenebris præſentis vitæ atq; falla
cijs ad cœleſtis regni libertatem, gaudium ac
claritatem, & ad ſuperni regis thalamū tranſ-
ducuntur. Vnde Eccleſia: Veni electa mea: &
ponam in te thronum meum. Nudis capiti-
bus obuiam veniunt: & Pontifex cantando di
cit illis: venite: & ipſæ ſimiliter cantando re-
ſpondent: & nunc ſequitur ad repræſentan-
dum, quod in Canticis legitur: Surge amica Cantic. 2
mea, ſponſa mea, oſtende mihi faciem tuam,
& ſonet vox tua in auribus meis. Rurſus de-
nudatio capitum, depoſitionem & abrenun-
tiationem mundanorum congruè deſignat.
Nudato etiam capite, Eccleſiam ingrediun-
tur: ad notandū quòd velut formoſæ & ſpon
ſo placidæ in ipſius ſponſi tabernaculum in-
troducuntur: iuxta illud in Canticis: Nigra Cantic. 1
ſum, ſed formoſa: & introduxit me Rex in ta-
41 bernaculum ſuum. ¶†Ter autem dicitur eis:
venite. ad notandum quòd ad hoc tripliciter
debemus venire, ſcilicet, Per abdicationem
proprietatis. Per votum caſtitatis. Et per ſpon
ſionem obedientiæ. ¶Debent quidem veni-
re. Primò per abdicationem proprietatis de
conuerſatione mundana: de ſeruitute Aegy-
ptiaca: de carcere: de laqueis: & de retibus: vn
de Pſal. Cadent in retiaculo eius peccatores. pſal. 140
Et Sap. Creaturæ Dei factæ ſunt in tentatio- Sap. 14
nem

nem animæ hominum: & in muſipulam pe-
dibus inſipientium. ¶Secundò, debent veni-
re, per votum caſtitatis, tanquàm prodeuntes
à delectatione carnali, & immunditia, & loco
toxicato: de quo ſi quid anima ſumit, & per
pœnitetiam non reijcit, moritur morte æter-
na. ¶Tertiò, per ſponſionem obedientiæ de
propria voluntate: ſicut de corruptione & cli
bano accenſo & de Babylonica fornace. Et
ideò cum pueris, qui erant in fornace illa di-
cunt: Et nuc ſequimur in toto corde: & time-
Dañ.3 mus te. & quærimus faciem tuam. in Dañ. pa
rum ante Pſal. Benedi. De quolibet autem
iſtorum exeundum eſt, firmo cordis propo-
ſito, ſolenniori voto, & totius vitæ perſeue-
Exod.3 rantia. Et hæ ſunt quaſi tres diætæ. Exo. viam
trium dierum ibimus in ſolitudine. Quas tres
diætas præmiſſæ tres vocationes, tripliciter fa
ctæ deſignant. Quia verò poſt ſuſceptum
tam laudabile propoſitum, reſtant inſidiæ &
tentationes dæmonum: atque acerrima con-
tra mundum, carnem & dæmones certami-
na: & inſuper regularis obſeruantiæ difficul-
tas, quæ muliebris infirmitas ſufficienter per
ſe ſuſtinere non poſſet: ideò diuinum auxi-
lium, & ſanctorum ſuffragia per litaniam,
42 quæ ſubijcitur, implorantur. ¶†Conſequen-
ter deponunt veſtes veteres: & induunt no-
uas benedictas: ad notandũ, quòd in hoc pro-
poſito vetus homo exuitur: & nouus induitur:
Ephe.4 qui ſicut legitur Ephe. Creatus eſt in iuſtitia
& ſanctitate veritatis. Et debent eſſe veſtes
mundæ & candidæ ad ſignificandum, quòd
quia Dei filio deſponſantur, debẽt decæterò
ſe mundas & ſanctas abſque macula præſer-
2.cor.10 uare vel cõſeruare. Iuxta illud Apoſtoli: De-
ſpondi enim vos vni viro virginem caſtam
exhibere Chriſto. Hoc enim candor ſeu mun
Eccle.9 ditia veſtis oſtendit. Vnde Eccleſiaſtes: Omni
tempore veſtimenta tua ſint candida. Et hoc
eſt ſumptum à beata Cæcilia, quę exterius ve
ſte fulgebat, intus caſtitate nitebat: & ab An-
gelis, qui in Chriſti reſurrectione viſi ſunt in
veſtibus albis. Vel ſi ſit niger habitus, ſigni-
ficat carnis mortificationẽ. Quia enim Chri-
ſtus ſponſus ſuus mortuus eſt pro ipſis, de-
Galat.5 bent & ipſe commori pro illo. Vnde Apoſto-
lus: Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixe-
Rom.6 runt cum vitijs & concupiſcentijs. Et Rom. Si
complantati facti ſumus ſimilitudini mortis
Chriſti, ſimul & reſurrectionis erimus. Rur-
ſus nigredo habitus, eſt contemptus viridis

43 amplexus. ¶†Subſequenter indutæ veſtibus
benedictis verſus Epiſcopum veniunt, quaſi
ad ipſum actu dicant: Regnum mundi & o-
mnem ornatum ſeculi cõtempſimus, propter
44 amorẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti &c. ¶†Ve
la quoq; ſuper ſcapulas & pectora dependen
tia ex inſtitutione Sotheris Papæ, cum ſigno
Crucis earum capitibus imponũtur. ¶Primò,
ad ſignificandum, quòd pro Chriſto debent
mundum humiliter corde, & opere contem-
nere, & ſenſus velare: ac memoria paſſionis
Chriſti munire: ne ad mundana laſciuiendo
exeant: vel illa ad illarum ſenſus intrent. Iu-
xta illud Apoſtoli: Mihi mundus crucifixus Galat.5
eſt: & ego mundo. ¶Secundò, velantur, quia
nõ ſunt imago Dei. xxxiij. quæſt. v. mulierem.
¶Tertiò, vt oſtendantur ſubiectæ. ¶Quartò,
ne illicitè cunctis viris appareant. ¶Quintò,
ne ſpecies earum, occaſio inſpectoribus ſit
peccãdi. quia Pſal. ait: Domine delectaſti me Pſal.91
in factura tua: & creaturæ Dei factæ ſunt in
tentationem: vt præmiſſum eſt. Velum ergo,
eſt ſignum pudoris, & futuri honoris. ¶Dein-
de, quia Chriſto deſpõſantur, qui eſt α, καὶ ω, Apoca.1
id eſt principium, & finis: ideò datur eis anu-
lus, qui eſt rotundus, principio & fine carens.
Et ponitur in quarto digito, ex quo vena
quædã ſanguinis ad cor protenditur: vt ſciant
ſe ſponſum ſuum Chriſtum toto corde debe-
re diligere, & ei inſeparabiliter adhærere. Po
ſtremò verò coronæ capitibus earum impo-
nuntur. iuxta illud Eccleſiaſ. Veni ſpõſa Chri
ſti: & accipe coronam &c. ad notandum, quòd
quando virgo per conſecrationem ſummo
regi deſponſatur, regina efficitur, id eſt ſe &
alios in virtutibus regens. Vnde Prouerb. Vt Prouer.1
addatur gratia capiti tuo, & torques collo
tuo. In qua coronatione Põtifex cantat illud
Canticum lætitiæ: Veni electa mea, &c. tan-
quàm cœleſtis ſponſi paranymphus. Et hinc
eſt, quòd illarũ amici & conſanguinei in hac
conſecratione lætantur. Leo Papa primus in-
ſtituit in concilio Calcedoñ. quod ipſe cele-
45 brauit, ſolas virgines debere velari. ¶†Quia
verò in præmiſſis de velo mentio facta eſt,
ideò notandũ, quòd velum aliud eſt conuer-
ſionis: aliud cõſecrationis: aliud profeſſionis:
aliud ordinationis: aliud prælationis. Velum
conuerſionis, aliqua de ſeculari vita ad reli-
gionem tranſiens, aſſumit: & tunc ſi per an-
num inter velatas ſteterit, vlterius exire non
poterit. extrà de regu. vidua. & c. ſtatuimus.
¶Velum



¶Velum conſecrationis, à ſolis Epiſcopis ſo-
lis virginibus, & ſolũ in feſtiuis & Dominicis
diebus datur. Vrgente tamẽ neceſſitate, ſicut
& baptiſmus, omnibus dari poſſet. xx. q. j. de-
uotis. Non datur etiam niſi in xxv. anno illud
recipienti: niſi fortè diſpenſatiuè. lxxvij. diſt.
placuit. ¶Velum autẽ profeſſionis, ſuſcipitur
à virgine, quando continentiã profitetur: non
tamen ante xij. annũ. ea. q. j. & q. ij. puella. quo-
niam nec ante illud tẽpus benedicitur. extrà
de regu. cùm virum. ¶Datur velũ huiuſmodi
cum benedictione ſolenni: & cũ litania: extrà
ea. parte. Hoc velũ nullus Epiſcopus dat viduis
vel corruptis. vt in c. deuotis. in fin. ſed ipſum-
met de altari (vt dicunt quidam) aſſumunt:
46 xxvij. q. j. viduas. extrà de reg. virum. ¶†Sanè,
virgo & nõ vidua, ideò ab Epiſcopo velatur:
quia virgo in hac deſpõſatione typũ gerit Ec
2.cor.10 cleſiæ: quę pura & virgo vni nupſit viro, id eſt
Chriſto. Et in ſignũ huius rei, velatur ab Epi-
ſcopo: quia à Chriſto recipitur in cõiugium.
In cuius perſona dictũ eſt: anulo ſuo ſubarra-
uit me Dominus. Sed vidua nõ gerit in tali fa
cto typũ Eccleſię: ſicut virgo: cum non ſit in-
tegra mente & corpore ſicut illa. Vnde non
ſic coniungitur Chriſto, vt repræſentet Eccle
47 ſiæ coniunctionẽ: quare non velatur. ¶†Præ-
tereà ſacerdos prohibetur ſecũdis nuptijs in-
tereſſe, & ſuper ſecundò nubẽtes benedictio-
nem infundere. extra de ſecun. nupt. c. j. prout
dictum eſt in prima parte ſub ti. de ſacramen
tis. Sed hæc vidua, quaſi ſecundò nubit: primò
homini: poſteà in profeſſione Chriſto: ideóq;
ei quaſi celebranti ſecũdas nuptias non porri
gitur velũ conſecrationis, nec etiam profeſ-
ſionis: ſed ipſa illud ſuſcipit de altari. Aiunt ta
men quidã, quòd licet nõ ab Epiſcopo, poteſt
tamen à ſacerdote velo profeſſionis, vel con
uerſionis velari: extrà de reg. vidua. xx. q. j. de-
uotum. extrà quod met. cau. c. j. à quo, ſeu à cu
ius miniſtro habitum ſeu veſtem religioſam
aſſumit. xx. q. j. vidua. extrà de cle. vel vo. con-
ſuluit. In libro tamẽ Pontificali ſecundũ ordi
nem Romanũ, habetur benedictio viduę con
tinentiã profitentis, & veli eius. Nam & Do-
minus Sareptanã viduam per Heliã prophe-
tam cõſolatus eſt. Et vidimus in vrbe Epiſco
pum Hoſtieñ. inter virgines benedicere duas
48 viduas moniales. ¶†Velũ ordinationis olim
diaconiſſæ in quadrageſimo anno dabatur, vt
poſſet legere Euangeliũ in nocturnis. xxj. q. j.
ſanctimoniales. xxvij. q. j. diaconiſſa. in conci-

lio Laudiceñ. xxxij. diſt. c. ſi. ſtatutũ eſt vt mu-
lieres quæ apud Græcos presbyterę appellan
tur, apud nos verò viduæ, aut ſeniores vniui-
ræ aut matricuriæ appellãtur in Eccleſia, tan
49 quam ordinatas cõſtitui non debere. ¶†Velũ
prælationis olim abbatiſſis in xl. anno daba-
tur. xx. q. ij. iuuẽculas. xxxj. q. j. quomodo. ¶Il-
lud autẽ ſciendum eſt, ꝙ ſacroſancta mater
Eccleſia gradus & ordines habet diſtinctos.
Et Romanus Pontifex celebriter Miſſarũ ſo
lennia agẽs, ſex habens ſecũ ordines clerico-
rũ, ſcilicet Epiſcopos, presbyteros, diaconos,
ſubdiaconos, acolytos & cãtores. ipſo nume-
ri ſacramento perfectionẽ huiuſmodi officij
manifeſtãs. Senarius nãq; numerus perfectus
eſt: vt in procemio tertię partis dicetur. Sed &
ſex ordines miniſtrorũ fuiſſe inveteri teſta. le
gimus: videlicet põtifices, ſacerdotes, leuitas,
nathineos, ianitores, & pſallẽtes: quos ex ma-
iori parte diſtinxit Artaxerxes in Epiſtola
quam Eſdræ ſcribæ direxit, dicens: Notũ faci
mus de ſacerdotibus vniuerſis, & leuitis, & can
toribus, & ianitoribus, & nathineis, & mini-
ſtris domus Dei: vt eis vectigal, tributũ, & an-
50 nona nullatenus imponatur. ¶†Ordines verò
Eccleſiaſticos Silueſter Papa enumerat. xxiij.
diſtin. à ſubdiacono. & j. q. vij. clericus. dicens:
Pontifici presbyter, presbytero diaconus, dia
cono ſubdiaconus, ſubdiacono acolytus, aco-
lyto exorciſta, exorciſtæ lector, lectori oſtia-
rius, oſtiario abbas, abbati monachus, in omni
loco obſequium repræſentent. Beatus quo-
que Iſidorus. xxj. diſtinct. cleros. ita dicit: ge-
neraliter clerici nuncupantur omnes, qui in
Eccleſia Chriſto deſeruiunt: quorum gradus,
& nomina ſunt hæc: oſtiarius, pſalmiſta, le-
ctor, exorciſta, &c. mentionem enim faciens
poſt alia de cantatore. Et hi omnes gaudent
priuilegio clericali. Verũtamen quidam per-
fidi hæretici ſacramentum ordinis contem-
nentes, falsò mentiuntur, quòd Eccleſia Chri
ſti non habebat perſonas, quas exorciſtas, ce-
roferarios, lectores, vel diaconos appellaret:
ſed ſolùm exorciſtas dæmonũ, qui aduerſa-
bantur Paulo: nec ea quæ Chriſtus fecit, vel
Apoſtolus dixit pro tam vilibus ſignificatio-
nibus, quæ infrà ſequuntur, fecit & dixit: ſed
altiora & pretioſiora, quæ Romana neſcit Ec
51 cleſia, demonſtrauit. ¶†Horum autem ordi-
num quidam ſunt non ſacri: & quidam ſacri.
Non ſacri ſeu minores ordines ſunt hi: can-
toratus, pſalmiſtatus, oſtiariatus, lectoratus,
exorc

exorciſtatus,acolytatus.Sacri verò ſeu maio-
res ſunt iſti:ſubdiaconatus,diaconatus,presby
52 teratus,Epiſcopalis ordo.¶†Communiter au
tem aſſeritur ſeptem ordines fore , quorum
oſtiarius eſt primus,& ſacerdos vltimus.pro-
pter ſeptiformem Spiritus ſancti gratiam, cu
ius munere ſua officia proſequūtur. Si autem
velis ad ſingulos ordines ſingula dona refer-
re,à timore incipiens, illum oſtiario deputa-
bis:& exinde ſingula ſingulis referens,ſapien
tiam presbytero adaptabis. Eſa.iiij. Hæ ſunt
ſeptem mulieres , in quibus Spiritus ſanctus
habet hoſpitium:&vnaquæq; illarum ſuarum
53 parat conuiuiū.¶†Rurſus,ſpiritualiter*oſtia-
rius eſt , quicunq; ſpiritualiter alios in Eccle-
ſiam introducit, id eſt,qui fidem prædicando
docet. Lector eſt , quilibet mores docendo:
exorciſta,orando:acolytus,illuminando:ſub-
diaconus, humilitatem monſtrãdo:diaconus,
alios exhortando : ſacerdos,ſeipſum hoſtiam
ſanctam Deo offerendo:Epiſcopus,ſacramen
ta miniſtrando .De quolibet tamen feriatim
ſpecialiter proſequamur.

ADNOTATIO.

* SPIRITVALITER. *Poteſt etiam legi, aut certè addi, ſpecialiter: quòd ſingula officia ſingulis, non plura uni conferantur.*
N. DOARD.

SVMMA.

1 Cantoris munus:& eius diffinitio.
2 Dauid,cantores inſtituit.
3 Cantores vocibus conſonis cantare debent.
4 Cantandi vſus,quorſum inſtitutus.
5 Cantoris nomine,qui intelligantur.
6 Cantores baculos geſtant.

*De Cantore.* CAP. II.

NOnnulli cæcitate ignorantiæ,
ducti cantoratum de minori-
bus eſſe autumant ordinibus,
pro eo, quòd (vt iam præmiſ-
1 ſum eſt) in † quibuſdam cano-
nibus inter minores ordines fit mētio de can
tore. Falluntur tamen : quoniam nomen eſt
officij, & non ordo. Qui autem in veteri te-
ſtamento cantores dicti ſunt,hodie lectores
vel Pſalmiſtæ vocantur. ¶Cantor itaque vo-
catur qui vocem modulatur in cantu.xxj.di-
ſtinct.c.cleros. cuius duo ſunt in arte muſica
genera:præcentor,ſcilicet & ſuccentor. Præ-
centor,vocem præmittit in cantu : ſuccentor,
canendo ſubſequenter reſpondet. Concentor
verò dicitur,qui conſonat. Vnde qui non con
ſonat,non concinit, nec concentor erit. Sanè
2 † Dauid prophetarum eximius , cultum Dei
volens ſolennius ampliare,cantores inſtituit:
qui coram arca fœderis Domini muſicis in-
ſtrumētis & modularis vocibus decantarent:
inter quos præcipui fuerunt Heman, Aſaph,
& Aethan: ſed omnium primus Heman, cu-
ius vicem nunc in Eccleſia primicerius obti-
net : vel præcentor,qui cantoribus eſt præla-
tus.vnde legitur in Paralipomenôn : Iſti ſunt Paralip.6
quos conſtituit Dauid ſuper cantores domus
Domini: ſtantes iuxta ordinem ſuum in mini
ſterio : de filijs Caphat Heman cantor filius
Iohel,& à dextris ſuis Aſaph filius Barachiæ:
3 ad ſiniſtram ante Aethan,filius Cuſi. ¶†Por-
rò debent cantores cantare cōſonis vocibus,
& ſuaui modulatione concinere , quatenus
animos audientium ad deuotionem Dei va-
leant excitare. Verùm ſecundum Greg.xcj.di
ſtinct.in ſancta. plerunque in ſacro miniſte-
rio dum blanda vox quæritur,cōgrua vita ne
gligitur : & cantor Deum moribus ſimulat:
cùm vocibus populum delectat.Et Augu.lib.
confeſ. Cum me magis mouet cantus, quàm
res,quæ canitur,pœnaliter peccaſſe cōfiteor:
& tunc me audiſſe cantantem. Ideóque in Ec
cleſia Romana , altaris miniſtri cantare non
debent:ſolúmque Euangelicæ lectionis offi-
cium intra miſſarum ſolennia exoluant. Et
Apoſtolus ait:Cantantes & pſallentes in cor- Ephe.5
dibus veſtris Domino: & Hier.xcij.diſtin.c.j.
Non audiant (inquit) adoleſcentuli: audiant
hi, quibus eſt officium in Eccleſia pſallendi:
Deo non voce tantùm,ſed corde eſſe cantan
dum : nec in tragœdorum modum guttur &
fauces medicamine liniendæ ſunt:vt in Eccle
ſia theatrales moduli & canticæ audiantur.
Cantantes igitur in corde & in charitate, can
tent in choro:quoniam magis deuotione cor
dis , quàm iubilatione vocis cantandum eſt:
xxxviij.diſtinct.edulio.non tenentes in mani-
bus cymbala,vel aliquid huiuſmodi:prout in
4 veteri teſtamento fiebat. ¶†Cæterùm , pro-
pter carnales, non propter ſpirituales, cantan
di vſus in Eccleſia inſtitutus eſt:vt qui verbis
non compunguntur , ſuauitate modulaminis
mouean



moueantur.Vnde Aug.in lib.confeſ. Conſue
tudinē canendi probat Eccleſia,vt per oble-
ctamenta auriū infirmior animus ad effectū
pietatis aſſurgat. Antiqui pridie,quo cantan-
dum erat,cibis alijs abſtinebant,propter cau
ſam vocis:præterquàm leguminibus,pſallen
tibus aptis.Vnde & cantores , vulgò fabarij
5 dicti ſunt.¶†Cantores autem ſunt , qui Dei
laudatores,repręſentant prædicatores : alios
ad Dei laudem excitantes.Eorum nāq; ſym-
phonia plebem admonet in vnitate cultus
vnius Dei perſeuerare. Per cantoris quoque
officium , paterfamiliàs intelligitur , qui de
theſauro ſuo noua & vetera profert.¶ Nec
6 eſt prætereundum , quòd cantores † tenent
baculos,in choro:ad repræſentandum illud,
quod in lege pręcipiebatur,vt videlicet edē-
tes agnum,baculos in manibus haberent:ſi-
gnificantes , quòd qui ad patriam feſtinant,
cū Cœleſtis agni,baculis, id eſt, ſcripturarū
ſententijs indigent contra dæmones.Per ba
culos enim cantorum,ſententias ſcripturarū
vel doctrinas prædicatorum intelligimus.
Vnde cum legitur euangelium,deponuntur:
quia per euangelicam prædicationem lega-
les depoſuimus obſeruantias. De choro di-
ctū eſt in prima parte ſub tractatu de Eccle
ſia:de cantu verò in fine proœmij quintæ par
tis dicetur.

SVMMA.

1 Pſalmiſta,quàm variè dicatur.Et cur ra-
ra de eo mentio in ſacris canonibus.nu-
mero 2.
3 Pſalmiſta,vnde dictus. Et eius officium.

*De Pſalmiſta.* CAP. III.

1 PSalmiſtatus† quādoq; tōſoratus
vocatur,ſicut cōſtitutio Inno.iij.
extrà de re.iu. cùm inter.euidē-
ter oſtendit.quādoq; etiā clerica
tus.Vnde in alia eiuſdē Innocē. epiſtola ex-
trà de ęta.& quali.c.cū cōtingat.dicitur,quòd
Abbas benedictus ſacerdos , poteſt in ſuo
monaſterio clericalē dare tōſurā , per quam
ordo clericalis cōfertur: q ordo ſic collatus
pſalmiſtatus vocatur.In canone quoq; Leo-
nis Papæ.xxxij.diſt.feriatim, ſic inter cætera
cōtinetur : feriatim & apertè proſequamur,
q; ſancta Romana Eccleſia in gradibus cleri
corū ait:clerico,ſoſtiarios,lectores &c.at no
mine clericorū,pſalmiſtas ibi intelligi indubi
tatū eſt.Vocatur etiam quandoq; cātoratus.
Vnde in Tholetan. cōcilio.xxij.diſt.ſi pſalmi
ſta.ita legitur:Pſalmiſta id eſt cātor , poteſt
abſq; cōſciētia epiſcopi,ſola iuſsione presby
teri,officiū ſuſcipere cātādi, dicēte ſibi preſ-
bytero:vide , vt quod ore cantas, corde cre-
das:& quod corde credis,operibus cōprobes.
2 ¶Sanè,quòd in † plæriſq; ſacris canonibus, &
pręcipuè.xciij. à diacono.lxxvij. diſt.c.j.& ij.
& iij.facta de alijs ordinibus mentione, nihil
de hoc ordine tāgitur,ex eo cōtingit,quoniā
alij omnes cū ſolēnitate , & à ſolis epiſcopis
dātur:iſte verò etiā à ſacerdote conferri po-
teſt.Ideóq; hūc,non ordinē , ſed officiū fore
plurimi aſſeuerāt:quanquàm in eo ab epiſco
po collato quis clericale priuilegiū aſſequa-
3 tur.xxj.diſt.cleros.in prin.¶†Dictus eſt autē
Pſalmiſta à pſalmis dicendis , ſiue ob officio
canēdi:prout ſub lectore dicetur. Ad ipſum
nāq; pertinet(ſecundū Iſidorū xxv. diſt.per-
lectis.)officiū canendi,dicere benedictiones.
id eſt, benedicamus Domino : laudes.id eſt,
allelu Ia:vel Chriſtus vincit:vel Chriſtus re-
gnat &c.ſacrificiū,id eſt,offertorium:reſpon
ſorium,id eſt ,officium miſſę:& quicquid ad
canendi peritiam ſpectat.

SVMMA.

1 Oſtiarius,vnde dictus.Et eius officiū.& nu.5.
2 Oſtiarius,idem,quod ianitor.
3 Leuitis demandatum erat negotium ianitorum.
4 Oſtiarij inſtitutio , ex Concilio Tholetano.

*De Oſtiario.* CAP. IIII.

OStiarij(ſecundum Iſidorū.xxj.
1 diſt.cleros)dicti ſunt,eò quòd
oſtijs tēpli præſint. Ipſi enim
claues Eccleſię tenētes,omnia
intus,extrà quoq; cuſtodiunt:
atq; inter bonos & malos habētes iudiciū, fi
deles recipiūt:,infideles reſpuūt, & excōmu-
2 nicatos repellūt.¶†Oſtiarij idē ſunt,quod ia
nitores,qui in ve.teſtam.ad cuſtodiā tēpli ele
cti ſunt:ne ingrederetur in illud immūdū in
omni re,id eſt,aliquid in omnibus rebus.Sta
bāt enim(prout legitur in Paralipomeno)in 1.Paralipome. 9
quatuor tēpli partibus:videlicet in oriente,in
occidēte,aquilone, & auſtro.Portas tēpli ſin
gulas ita obſeruātes:vt nec in pūcto diſcede
3 rēt à miniſterio.¶Leuitę†enim,quibus nume
rus ianitorū creditus erat,eis cibos parabant.
Hi autem imitātur æditųos,qui apud gētiles

4 erant:& idem cuſtodiebāt.¶ Sanè iuxta† de-
cretū Tholetani concilij.xxiij.diſt. oſtiarius.
Oſtiarius, cū ordinatur poſtquàm ab archi-
diacono inſtructus fuerit, qualiter in domo
Dei debeat conuerſari, ad ſuggeſtionē archi
diaconi, tradat ei epiſcopus claues Eccleſiæ
de altari dicens: Sic age, ſic viue, quaſi reddi-
turus Deo rationē pro his rebus, quæ his cla
uibus recluduntur. Clauiū ergo traditio, &
verba præmiſſa ſunt huius ſacramenti ſub-
5 ſtātialia: cætera ſunt ſolennitatis.¶ Hoc† of-
ficium implemus, dum per fidem in Eccleſiā
aliquē introduximus, vel docemus. Chriſtus
hoc officium impleuit, quādo dixit: Attolite
Pſal. 23 portas principes veſtras: & eleuamini portæ
æternales &c. Et quando ementes & venden
tes de templo eiecit. xvj.q. vij. ſed hæc dixi-
Ioan. 10 mus, quòd in Eccleſia ſpiritualiter agit. Vnde
in euangelio dicit: Ego ſum oſtium.

S V M M A.

1 Lector, vnde dictus. Et eius munus. Et
num. 2. 3. 5.
4 Lector, quomodo inſtituatur.

## De Lectore. CAP. V.

1 LEctor† (ſecūdum Iſidorū.xxj.
diſt.cleros) à legendo: pſalmi-
ſta à pſalmis canendis, vocati
ſunt. Lector enim prædicat, id
eſt, legit ſiue recitat populis,
quid ſequātur: Pſalmiſta verò canit, vt exci-
tet ad cōpunctionē animos audientium: licet
quidā lectores ita miſerabiliter pronūtient,
ſcilicet altè, & per vocē ſonorā, vt quoſdā ad
luctū lamētationēq; cōpellāt. Lectores, etiā
pronūtiatores vocātur, pro eo, quòd palàm
ſiue à lōgè pronūtiāt. Tāta enim & tā clara
debet eſſe eorū vox, vt quāuis lōgè poſitorū
2 aures impleat.¶ Ad† lectores quoq; pertinet
lectiones & legēdas in matutinis pronuntia
re: & ea, quę prophetæ vaticinati ſunt, & Apo
ſtoli dixerūt, populis prædicare, id eſt, legere.
Ad hoc eīn ordinātur, vt libros Dei diſtinctè,
& apertè ad intelligendū legāt: ſicut in vete.
Nee. 7 teſt. accipimus Eſdrā feciſſe.¶ Ad† eius quo-
. 3 que ptinet officiū panē, & omnes nouos fru-
ctus benedicere. Lectores autē idē ſunt, quod
carminū relatores q erāt apud gētiles. Mar-
tinus Papa.xxij. diſt. lectores. ſtatuit vt nulli
liceat in populo pſallere, aut legere, niſi qui
ab epiſcopo fuerint ordinati lectores.¶ Sanè,

4 iuxta† decretū Tholetcōcil.xxiij.diſt. lector.
lector cū ordinatur, facit de illo verbum eps
ad plebē, indicās eius fidē, ac vitā atq; ingeniū.
Poſt hoc ſpectāte plebe, tradit ei codicē, in
quo lecturus eſt dicēs: Accipe, & eſto relator
verbi Dei habiturꝰ, ſi fideliter & vtiliter im-
pleueris officiū, partē cū eis, q verbū Dei mi
niſtrauerint. Codicis ergo traditio, & verba
pmiſſa ſunt de ſubſtātia huiꝰ ordinis: cętera,
5 ſunt ſolēnitatis.¶ Hoc officiū † implemus, dū
malè viuētes in Eccleſia, corrigimꝰ: & aliquē
bonis moribꝰ inſtruimus.¶ Chriſtus hoc offi
ciū impleuit, quādo in medio ſeniorū librū
Eſaiæ prophetæ aperiens, legit diſtinctè ad Lucæ. 4
intelligendū, dicēs: Spiritus Domini ſup me, Eſaiæ 41
eò quòd vnxit me &c. extrà de ſac. vnc. c. vno.

S V M M A.

1 Exorciſta, qui dicatur.
2 Exorciſtæ officium. & num. 6.
3 Salomon exorciſmi modos inuenit.
4 Exorciſtæ qualis ſit inſtitutio.
6 Energumini, qui: & vnde dicti.

## De Exorciſta. CAP. VI.

Eξορκιστὴς (ſecundū Iſid. xxj. diſt.
cleros) Græcè, latinè, adiurans
ſiue increpās vocatur. Inuocat
1 enim ſuper † catechuminos
ſeu ſuper eos, qui habēt ſpiritū
immundū, nomen Domini Ieſu, adiurans per
illud, vt egrediatur ab eis: de quo in.vj. parte
ſub ſabbato ſancto dicetur. Decet igitur, vt
mundū habeat ſpiritum, qui debet immūdis
2 ſpiritibus imperare. † Ad eum itaq; pertinet
exorciſmos memoriter retinere, manus ſuper
energuminos & catechuminos exorcizando
imponere.xxv. diſt. perlectis. Et ſecundū cō-
ciliū Cartha. & de conſe. diſt. v. energuminis.
ipſis energuminis in domo Dei adiſtētibus
victū quotidianū opportuno tempore mini-
3 ſtrare.¶ † Refert Ioſephus regē Salomonem
modos ἐξορκισμῶ, id eſt, adiurationis adinue-
niſſe: quibus immūdi ſpiritus ab homine ob-
ſeſſo per Eleazarū exorciſtā pellebantur: ita
vt reuerti vlterius nō auderent. Huic officio
mācipati, ἐξορκισταὶ vocati ſunt: de quibus in
euāgelio legitur: Si ego in Beelzebut eijcio
dæmonia: filij veſtri exorciſtæ, videlicet in
quo eijciūt. Et imitantur queſtores, qui erant
4 apud gentiles.¶ † Sanè, iuxta decretum Tho
letani concilij.xxiij. diſt. exorciſtæ. Exorciſta,
cùm



cùm ordinatur, accipiat de manu epiſcopi li-
brum: in quo ſcripti ſunt exorciſmi, ſiue adiu
rationes, dicente ſibi epiſcopo: Accipe & cō-
menda memoriæ, & habeto poteſtatem im-
ponendi manus ſuper energuminum, ſiue ba
ptizatū, ſiue catechuminum. Libri ergo acce
ptio & verba præmiſſa, ſunt de ſubſtātia hu-
ius ordinis: cætera, ſunt ſolennitatis.¶ Ener-
5 gumini† ſunt, qui à dæmonibus obſeſsi ſunt,
vel lunatici, ſiue morbum caducum patien-
tes: ſic dicti ab ἔργον, quod eſt labor, & μηνί,
quod eſt defectus: & νοῦς, quod eſt mens: quia
ſecundum defectum mentis in defectu lunæ
* maximè patiuntur.* Catechumini dicuntur
in fidei articulis ante baptiſmum inſtructi.
6 ¶ Hoc† officiū implemus dū per noſtras ora
tiones vitiū diaboli de homine expellimus.
Mar. 16 Chriſtus hoc officium exercuit, quando de
Luc. 7 maria Magdalena ſeptem dæmonia eiecit.

ADNOTATIO.

*PATIVNTVR. *At rectius, iuxta natiuam ἐτυμολογίαν, ἐνεργούμενοι, id eſt, obſeßi à dæmonibus.* N. D.

S V M M A.

1 Acolyti, qui. & vnde initium duxerint.
2 Acolytorum officium. & num. 5.
3 Acolyti, imitantur carminum ſcriptores,
vel emunctores.
4 Acolytorum inſtitutio.

## De Acolyto. CAP. VII.

Aκόλυθοι, Græcè, latinè cerofe-
rarij, vel accenſores luminum
nuncupātur. Hi ab Aarō & fi-
lijs eius miniſterij ſui ſumpſe
Exod. 27 runt exēplū. Iuxta illud Exod.
Præcipe filijs Aarō, vt offerant oleū de arbo
ribus oliuarū, puriſsimū, pilóq; contuſum: vt
ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſti-
monij: & collocabūt eā Aaron & filij eius, vt
vſq; mane luceat corā Domino. Quod ergo
tūc ſacerdotes agebant, hoc nūc acolyti fa-
ciunt in miniſterio lucernarū: quoniā præpa-
rāt luminaria in ſacrario. Multa quippe non
ſolùm in nouo, verū etiā in veteri teſtamēto
legi Moſaicæ ſuperaddita legimus & muta-
Paral. 23 ta: extrà de cōſang. & aff. nō debet. Vnde Da
uid in lib. Paralipomenō dixiſſe perhibetur:
non erit officiū Leuitarum, vt portent vltra
tabernaculū & omnia vaſa eius ad miniſtrā-
2 dum.¶ Acolyti autē, ſecundū† Iſidorū. lxxxj.
diſt. cleros. xxiij. diſt. acolytus. cereos ferunt
accēſos: dū legitur euāgeliū, aut offertur ſa-
crificiū, non vt tenebras aëris, ſed cordis illu-
minent: cū ſol fortè eodē tempore rutilet: &
vt proximis opera lucis oſtēdant, atq; ad ſi-
gnu lætitiæ demōſtrandū: vt ſub typo lumi-
nis corporalis, illa lux oſtendatur, de qua in Ioan. 1
euāgelio legitur: Erat lux vera, quæ illumi-
nat omnē hominem venientē in hūc mūdū.
Ipſi etiā præparāt pro euchariſtia ſuggeſta,
id eſt, vinū & aquā ſeu vaſa in quibus ponitur
aqua & vinum. xxv. diſt. perlectis.¶ Acolyti
3 † imitātur carminū ſcriptores, qui erāt apud
gētiles, ſeu verius emūctores, ſiue luminum
extinctores: qui lucernas emungebāt, & lu-
4 minaria cōcinnabāt: vt Nadab & Abiu.¶ † Sa
nè iuxta decretū cōcilij Tholetani. xxj. diſt.
acolytus. acolytus dū ordinatur ab epiſco-
po, quidem doceatur, qualiter in officio ſuo
agere debet, ſed ab archidiacono accipiat ce
roferariū, id eſt, candelabrū cū cereo: vt ſciat
ſe ad accēdēda Eccleſiæ luminaria, id eſt, ce
reos, dū euangeliū legitur mācipari: accipiat
& vrceolū vacuū ad ſuggerēdū, id eſt, ad mi-
niſtradū vinū in euchariſtiā, id eſt, in calicē, in
quo eſt euchariſtia ſanguis Chriſti. Præmiſſa
igitur verba, & vtēſilia ſunt huiuſmodi ordi-
nis ſubſtantialia: cætera, ſunt de ſolennitate.
5 ¶ † Hoc officiū implemus, dū ignē verbi cæ-
leſtis, quo fratres ad cognoſcēdū Deū illumi
nētur & inflammentur, prædicādo miniſtra-
mus: vt dum lucē boni operis alijs miniſtra-
mus. Dñs. aūt hoc officiū ſe habere teſtatur,
cū dicit: Ego ſum lux mūdi: q ſequitur me, nō
ambulat in tenebris: ſed habebit lumē vitæ. Ioan. 8

S V M M A.

1 Subdiaconatus ordo, ſacer eſt.
2 Subdiaconorum ordo.
3 Subdiaconi inſtitutio, qualiter fiat.
4 Subdiaconus, cur in miſſa Lectiones legat:
præter eius ferè officium.
5 Subdiaconus, quo amictu vtatur.
6 Imperatorem debere eſſe ſubdiaconum.

## De Subdiacono. CAP. VIII.

PRæmiſimus de nō ſacris & mino
ribus ordinibus. Nunc de ſacris
& maioribus, qui antonomaticè
ſacri dicūtur, ſubijciamus: & pri-
1 mò de ſubdiacono.¶ † Ordo enim ſubdia-
conatus ſacer hodie ſecundum Innocētium
e 2 tertium

tertiũ reputatur extrà de æta.& quali.ordi.&
à multis. Siquidẽ ſubdiaconi, nathineorũ vi-
ces in Eccleſia repræſentãt.De quibus in Eſ-
1.Eſdr. 8 dra legitur , quòd Dauid dederat nathineos
ad miniſteria leuitarũ.Vnde Grecè,ὑποδιακο-
νοὶ dicũtur:quia officijs & preceptis leuitarũ
ſubiacẽt,& eis miniſtrant:ex quorum ordine
Ioan.1 fuit ille Nathanaël,quẽ Dominus in euãge-
lio cõmendauit dicẽs. Ecce verè Iſraëlita in
quo dolus nõ eſt.Nathinei autẽ,hebraicè, di
cuntur latinè in humilitate Domino ſeruiẽ-
2 tes,vel Deo oblati.¶ † Subdiaconi debent ſe
cundũ Iſidorũ.xxv.diſt. perlectis. oblationes
in tẽplo Domini, à fidelibus ſuſcipere:& le-
uitis ſuperponendas altaribus deferre:calicẽ
& patenam ad altare Chriſti deferre:leuitis
tradere,eiſq; miniſtrareq;: vrceolũ quoq; cum
vino & aqua, manile, & manutergiũ tenere:
epiſcopo,presbytero , & leuitis pro lauandis
ante altare manibus,aquã præbere:corpora-
lia , & ſubſtratoria lauare : de quibus rectè
placuit patribus.xxxj.diſt.lex.& c.omnino.vt
qui myſtica ſacramenta contrectant, legem
continentiæ debeant obſeruare:ſicut ſcriptũ
Eſai. 52 eſt in propheta : Mundamini, qui fertis vaſa
Domini. Tenent autem locum duumuirorũ,
3 qui erãt apud gentiles.¶Sanè iuxta† decretũ
cõcilij Tholetani.xxiij.diſt.ſubdiaconus.Sub
diaconus cũ ordinatur quia manus impoſitio
nem cõſecratoriam non accipit, patenam de
manu epiſcopi vacuam, & calicem vacuũ ac-
cipiat,dicente ſibi epiſcopo:Vide cuius mini-
ſteriũ tibi traditur. De manu verò archidia-
coni pro eo,quòd in eius adiutoriũ conſecra-
tur,accipiat vrceũ. ſcilicet cum vino & aqua:
manile:id eſt,bacille,& manutergiũ.Præmiſ-
ſa igitur verba & vtenſilia , ſunt huiuſmodi
ſacramẽti ſubſtãtialia:cætera, ſunt de ſolen-
4 nitate.¶ † Quæritur autem, quare ſubdiaco-
nus legit lectiones ad miſſam , cùm non re-
periatur hoc ſibi competere:vel ex nomine,
vel miniſterio ſibi conceſſo? Reſpondeo : in
primitiua Eccleſia diaconus nõ legebat euã
gelium:quia hoc ſtatutum non erat.Poſtquã
verò illud ſtatutum fuit.præceptum eſt etiã,
*vt ſubdiaconus , qui diacono ſubeſt*.epiſtolã
5 ſiue lectionem legat. Subdiaconus † autem
vtitur amictu albo & balteo ſicut & oſtia-
rius:lector, exorciſta, & acolytus, & inſuper
tunica & ſudario:tunicã ſtrictam portat : vt
ſe iuſtitia,quaſi lorica induat:ſudario,vt ſor-
des à vaſis extergat:de quo in parte ſequenti
ſub ti. de tunica & manipulo dicetur. Hoc
officio cõgruè & dignè vtitur,qui tantæ mũ-
ditiæ eſt,quòd ipſius exẽplo & cõſilio cæteri
à ſordibus criminum lauentur. Chriſtus hoc Ioan. 2
officiũ exercuit , quando in cana Galileæ de
aqua vinũ fecit:& quãdo cœna facta, mittẽs Ioan. 13
aquam in peluim, pedes diſcipulorum lauit.
6 Canõ † Adriani Papæ.lxiij.diſt.Valẽtinianus.
in fine.videtur innuere,quòd Imperator de-
bet ordinẽ ſubdiaconatus habere,vbi dicitur:
Adiutor & defenſor tuus,vt meũ ordinẽ de-
cet,ſemper exiſtã:ſed nõ eſt ita:gerit tamen
illud officiũ : quoniã in die ordinationis ſuæ,
receptus primò in canonicũ,à canonicis ſan-
cti Petri,miniſtrat Domino Papæ in miſſa in
officio ſubdiaconatus parãdo calicem & hu-
iuſmodi faciendo.Quidã etiã dicũt,vt not.ff.
de rerum diui.l. ſancta . quòd ſit presbyter:
iuxta illud : Cuius meritò quis nos ſacerdo-
tes appellat. Imperator etiã pontifex dictus
eſt:prout in tractatu de epiſcopo dicetur.

## SVMMA.

1 Diaconi,qui:& vnde dicantur.
2 Diaconi,Leuitarum ſubſunt imperio.Et eorũ officium,fusè.
3 Diaconus,quibus diebus dalmaticam portet.
4 Diaconorum officium , inter ieiunia.
5 Diaconus, cingitur planeta.
6 Diaconi duplex officium.& numero 10.11.12.13.
7 Diaconus,induens caſulam, quid notet.
8 Diaconus caſulam induens ieiuniorum tempore,gladium vibrat contra hoſtem.
9 Diaconatus ordo,vnde initium duxerit.
14 Diaconus, qualiter inſtituatur.
15 Epiſcopi manus impoſitio , ſuper ordinandis, quid ſignificet.
16 Manus Epiſcopi cur extendantur , in benedictionibus.
17 Sacramentorum diſpenſatio,quomodo Deo, & quomodo miniſtris competat.
18 Diaconus,qua ſignificatione dalmatica vtatur.
19 Diaconorum inſtitutio,quibus conſtet.

## De Diacono. CAP. IX.

1 Διακονοὶ ,Græcè dicũtur',hebraicè le-
uitæ:latinè verò,miniſtri ſiue aſſum
pti,ſiue offerentes,ſecundum Iſido-
rum.xxxj.*diſt.lex*. xxj.*diſt*. cleros. Diacono-
rum quidam ordo in lib.numerorum à tribu
Leui



Num. 3 Leui filij Iacob,ſumpſiſſe legitur exordium:
& inde Leuitæ,id eſt , adſumpti vocabantur:
2 quoniã adſumpti † ſunt ad auxiliũ ſacerdotũ
vt Eleazar & Ithamar. Dominus enim ad
Num.3 Moſen locutus eſt , dicens : Applica tribum
Leui , & fac eã ſtare in conſpectu Aaron ſa-
cerdotis,& miniſtrent ei,vt excubẽt & obſer
uent , quicquid ad cultũ pertinet multitudi-
nis , coram tabernaculo teſtimonij,& cuſto-
diat vaſa tabernaculi,ſeruiẽtes in miniſterio.
Sicut enim in ſacerdote cõſecratio, ita in dia
cono miniſterij diſpenſatio habetur , vt iam
Num.4 dicetur. A quinquageſimo autem anno iuſſi
ſunt Leuitæ vaſa cuſtodire:& à xxv.annis &
ſuprà iuſſi ſunt in tabernaculo deſeruire, tã-
quam ætatis ad onera portanda robuſtæ:qui
poſſent arcã fœderis,menſam propoſitionis,
& vaſa tabernaculi deportare. Quod & in
nouo teſtamẽto recolitur, cũ diaconibus ſu-
pra ſiniſtrũ humerũ ſtola imponitur:& in die
bus ieiuniorũ ſuper eundẽ humerum caſula
cõplicatur : quia quicquid laboris in hac vita
ſuſtinemus, tanqua in ſiniſtra , portamus do-
nec à ſiniſtra trãſeamus in dextrã:in qua re-
quiẽ habeamus. Hinc etiam diaconi Cardina
les mẽſam Lateranenſis altaris humeris ſuis
in die cœnæ ad ſacrariũ deportant:& in ſab-
bato ſancto ad altare deportant. Ipſi quoq;
ſemper ſummũ pontificẽ velut arca fœderis
deportant.¶ Non † ergo diaconus dalmaticã,
3 nec ſubdiaconus tunicellã in diebus ieiunio-
rũ,in officio miſſæ portãt:propter rationẽ in
iij.parte ſub ti. de diacono.& ſexta parte ſub
titu.de ſeptuageſima ſcriptã : ſed caſulas ſeu
planetas ſuper humerũ ſiniſtrum cõplicatas
geſtãt,nõ replicatas à dextris,& à ſiniſtris:ſi-
cut facit ſacerdos : ſed ab anteriori parte,ſu-
per brachia eleuatas.Subdiaconus tamẽ epi-
ſtolã lecturus,illã deponit:qua lecta , eã re-
ſumit: & diaconus euangeliũ lecturus, illam
exuit:& eã decenter plicatã ſuper ſiniſtrũ hu
merũ imponit , & ſub brachio dextro ligat:
ita quòd ab humero ſiniſtro ad latus dextrũ
ad modũ ſtolæ deſcẽdat :ſicq; circuncinctus
eam tenet, donec dicatur illa vltima oratio,
poſt cõmunionẽ:tunc enim illã induit , ſicut
prius. Miſſa verò finita tã ſubdiaconus, quã
4 diaconus illam deponit.¶ Sanè hæc † diuino
plena ſunt myſterio. Planetas verò replica-
tas his tẽporibus portãt.Primò; propter iam
ſuprà poſitã rationem. Secundò,eas portant,
ad oſtendendũ,quòd ipſi ad tantã perfectio-
nem in illis tenẽtur , ad quantam ſacerdos in
alijs diebus,ad notãdum, quòd ex charitate,
quæ per planetã ſignificatur, miniſtrãt:& nõ
ex timore,put in veteri lege fiebat:quæ erat
lex timoris,& nõ amoris,ſicut noua.præſer-
tim tẽpore ieiuniorũ,quod ſine charitate fa-
ctum,meritoriũ non eſt. Ferunt autẽ illas ab
anteriori parte eleuatas , vt liberius valeant
miniſtrare,& ad oſtendendũ , quòd ipſi iuxta
Apoſtolum:Quæ retro ſunt obliuiſcẽtes, ad Phil. 3
anteriora feruntur. Portant etiam illas ſuper
brachia eleuatas:ad ſignificandũ, quòd ope-
re debet charitatẽ oſtendere , quã gerunt in
mente : per manus enim & brachia charitas
cõgruè deſignatur. Non autem replicatas à
dextris, & à ſiniſtris, prout facit ſacerdos:ad
inſinuandã ſimilitudinẽ poteſtatis, & officio
rum ſuorũ.Subdiaconus tamẽ,epiſtolam le-
cturus,tanquã officio ſuo functurus,illã de-
ponit. Ipſe nãq; ex officio ſuo veterẽ legẽ re
præſentat. Vnde & epiſtolæ quãdoq; de ve-
teri lege ſumũtur:ſub qua non ex amore , vt
præmiſſum eſt , ſed ex timore ſeruiebatur.
Quia ergo illud durauit, quãdiu lex durauit:
ideò ad hoc figurandũ, donec epiſtola finia-
tur,nõ tenet planetam,quæ amorẽ deſignãt.
Diaconus verò euãgelium legens eam non
deponit:ſed iuxta modũ ſtolæ ſuo officio cõ
petẽtis,illam ſibi coaptat: quia eius officium
eſt,doctrinã euangelicam,quæ eſt lex amo-
ris,prædicare:& hoc ex amore qui facit iugũ
Domini ſuaue , quod iugum , ex quo omnia
mundana premuntur,per ſtolam, ſuper ſini-
ſtrũ humerum ſignificatur. ¶ Cingitur autẽ
5 planeta,id eſt,†charitate ab humero ſiniſtro
in latus dextrum: vt ſit ei ſuaue iugum Do-
mini,in proſperis,& in aduerſis, quæ per læ-
uam & dextram deſignatur, tanquam arma-
tus in humeris contra aduerſa:& ſuccinctus
in altari , contra mundi ſuauia ſeu proſpera.
6 ¶ Rurſus † diaconus duplex gerit officium:
ſcilicet , prædicandi populo : vnde lecturus
euangelium,dicit populo:Dominus vobiſcũ.
Et miniſtrandi ſacerdoti. Nempè propter
prædicandi officium , caſulam ſuper hume-
rum portat:quia prædicator in præſenti vita
opera populi portare debet, quod à legali ſa
cerdote tractum eſt : qui dum ſacrificabat
ſummitates balthei , ſuper humerum refle-
ctebat. Pro eo verò , quod ſacerdoti mini-
ſtrat : & quia propter inſtantes neceſsitates
ire atq; redire habet,dexteram habere debet

expeditã & liberam. Vnde in Tholetano cõ
cilio.xxv. diſt. vnũ.ita legitur vnum orarium
oportet leuitam geſtare in ſiniſtro humero:
propter quod orat.id eſt,pro eo, quod prædi
cat.Pręgtereà ſubdiaconus & diaconus,lectu-
ri,deponũt caſulas , quaſi profitẽtes non eſſe
veſte propriã:ſed ob reuerentiã tẽporis reci-
pere comodatã.¶ Deniq; circa fine miſſæ dia
conus planetã induit:ad notandũ , quòd non
ſufficit opus ex charitate inchoare , niſi & in
7 charitate perficiatur.¶ † Tertiò,etiã dici po-
teſt,quòd diaconus caſulã induẽs,inducit , ſe
eſſe prædicatorẽ , qui in dilectione ferueat:
& vitæ contẽplatiuæ inhiet:dum verò ſe illa
pręcingit:& humero duplicatã imponit:opus
prædicationis , orationis , & lectionis intro-
mittit : & proximo in neceſsitatibus ſubue-
nit,quã reflectit in dextrã, cùm omnia refert
ad ſummũ bonum. Et ſic dum caſulã induit,
Mariam dũ præcingit repræſentat in miniſte
8 rio Martham.¶ Quartò,dũ diaconus†ieiunio
rum tempore caſulã ſuper humerũ replicat,
quaſi gladiũ contra hoſtem vibrat : vt dice-
9 tur in procœmio tertiæ Partis.¶ † In nouo ve
rò teſtamẽto ordo iſte ab Apoſtolis ſumpſit
initiũ,qui ſeptem viros boni teſtimonij ple-
nos ſpiritu ſancto diaconos elegerunt vt iam
dicetur. Vnde & ſancti patres decreuerunt
xciij.diſt.diaconi.& c.ſeq. vt in matrice Eccle
ſia ſeptẽ diaconi,circa altare põtifici in cele-
bratione miſſę adſiſtãt.Hi in Apocalypſi,di-
cũtur ſeptẽ angeli,tuba canẽtes:quia illorum
eſt alta myſteria de ſuperna inſpiratione fo-
Act. 6 ris reſonare.Hi ſunt ſeptẽ candelabra aurea,
Apoc. 10 qui Chriſti lucẽ euãgelij alijs oſtendere de-
Apoca. 1 bẽt.Hi dicũtur ſeptẽ tonitrua:quia terribili-
Apoc. 10 ter cõminari debẽt ,quod omnis arbor , qui
non facit fructum bonum.&c.extrà de deci.
quanuis. in fi.xciij.diſtin.diaconi. & c.ſeq.Hi
præconis more,Eccleſiã admonent, ad oran
10 dum, & genua flectendum. ¶ † Ad eos qui-
dem pertinet adſiſtere ſocerdotibus, & mini
ſtrare in omnibus , quæ agũtur in ſacramen-
tis Chriſti in baptiſmo:ſcilicet chriſmate , in
patena,& in calice, oblationes,id eſt,hoſtias
inferre,& diſponere in altari:cõponere etiã,
id eſt,ornare menſam Domini in altari atq;
veſtire:Crucem ferre,puta in proceſsionibus:
& prædicare,id eſt,legere euangeliũ , & Apo
ſtolum, id eſt , epiſtolam , puta ſubdiacono
deficiente:xxv. diſt. perlectis. extrà de deci.
quanuis. in fi.Nam ſicut lectoribus vetus te
ſtamentũ,ita diaconis nouũ prædicare,id eſt,
legere,pręceptũ eſt.Sicut enim Dominus do Matt. 20
nec euangeliũ pręedicauit,miniſter fuit: iuxta
illud: Nõ veni miniſtrari:ſed miniſtrare : ita
nulli magis cõuenit euangeliũ legere, quàm
diacono,qui miniſter interpretatur. ¶ Vnde
cũ ordinatur,ideò ſtolã per quam Chriſti iu
gũ ſignificatur, accipit:quia euãgeliũ in quo
de ipſo iugo continetur , lecturus eſt. ¶ Ad
11 ipſum † quoq; pertinet officium precũ, id eſt,
dicere litanias , & recitatio nominum eorũ,
qui ordinandi, vel etiã baptizandi ſunt. Ipſe
præmonet aures adhibere ad Deũ , cum di-
cit:Humilitate capita veſtra Deo:vel humi-
liate vos ad benedictionẽ.Ipſe hortatur cla-
mare,dicendo:κύριε,ἐλέησον, in rogationibus:
ipſe donat pacẽ ſcilicet ſubdiacono:vel ſaltẽ
cum dicit:Dominus vobiſcũ:& annũtiat fe-
ſtiuitates.¶ Hęc ſiquidẽ & alia plura ad eius
pertinẽt officiũ,quæ in canonibus Hie.xx.iij.
diſt.diaconi.& c.legimus.plenius cõtinentur.
12 ¶ Debẽt † etiã , tanquã oculi epiſcopi,cuncta
circumluſtrare:& epiſcopo referre xxij. diſt.
diaconi Eccleſiæ.& c.ſe. vſq; ad §.compagis.
non tamen debent baptizare, nec Dominicũ
corpus diſpenſare , niſi in neceſsitate,ſcilicet
epiſcopo vel presbytero abſentibus & iubẽ-
tibus:nec poſſunt calicẽ benedicere. ¶ Non
13 † debẽt etiã inter ſacerdotes vel coram eis,
vel ſupra ipſos,niſi eorũ iuſſu ſedere poſſunt
tamen in conuentu presbyterorũ rogati prę-
dicare.¶ Diaconi, tenent loca quaternionũ,
14 qui apud gẽtiles erant.¶ Sanè† ſicut in cano-
ne xxiij.diſt. diaconus.legitur.diaconus cũ or
dinatur, ſolus epiſcopus,qui eũ benedicit,ma
nus ſuas ſuper caput illius imponit:quia non
ad ſacerdotiũ,ſed ad miniſteriũ,id eſt ad dia-
conatũ conſecratur, id eſt,ordinatur.In acti- Act. 6
bus tamen Apoſtolorũ ita legitur : Hos ſta-
tuerũt ante cõſpectum Apoſtolorũ, & oran-
tes impoſuerũt manus ſuper eos.In quo oſtẽ
ditur,nõ ſolũ epiſcopum, verũetiam presby
teros tunc adſtantes debere manũ ſuper dia-
conũ,dũ ordinatur imponere.Nunquid enim
plus poteſt precari ſolus epiſcopus ,quàm
plures Apoſtoli?Imponẽtes enim manus, nõ
dant ſanctũ ſpiritũ:ſed orant vt ſuper eos ve
niat.Cũ igitur vſus omniũ donorũ non ſit in
vno , ſed in pluribus : meritò plures manus
imponũt,vt vnuſquiſq; Dominũ deprecetur,
vt partẽ de ſpiritu ſuo tribuat ordinando ad
inſtar Moſi:de cuius ſpiritu, Dominus dedit
ſeptua



15 ſeptuaginta viris.¶ Ideò † aut fit manus im-
poſitio ſuper ordinãdos:quia per manũ,ope-
ra,per digitos,ſpiritus ſancti dona:per caput
verò,mentem intelligimus. Rectè ergo ma-
nus imponitur : quia donis ſpiritus ſancti in
mente imbuti ad opera Chriſti mittũtur.De
manus impoſitione,ſub tit.de epiſcopo dice-
tur.Sed cùm diacono manus imponatur : ex-
trà de ſac.nõ ite.c.fi.quæritur,quare quando
poſteà fit presbyter,ei manus imponitur ite-
ratio? Reſpondeo , quia per conſecrationem
tranſit de opere ad opus,id eſt, de miniſterio
ad Dei immolationem,quod ſicut nec illud,
niſi gratia Dei adiuti , agere non valemus.
Suſpẽſio verò manuum fit,dum oratio ſuper
caput effunditur ordinandi:extrà de ſacra.nõ
16 ite.c.fi.¶ Et nota † quoniã tunc & ſuper con-
firmatos in frõtibus,& cũ ſal,& aqua , pallæ
altaris,veſtes ſacerdotales & huiuſmodi be-
nedicuntur,ideò hæc manuum ſuſpenſio fit,
quia virtus quædã manibus conſecratis ineſt,
quæ quaſi ſuſcitatur,dum benedictio cũ hu-
iuſmodi manuũ ſuſpenſione ſuper res effun-
2.Tim. 1 ditur benedicendas. Vnde Apoſtolus monẽs
diſcipulũ Timotheũ,inquit,Moneo te,vt re-
ſuſcites gratiã Dei,quæ eſt in te per impoſi-
tionem manuũ mearum. Vt ſicut corde per
effectũ:ſic corpore per ſuſpẽſionem manuũ,
deuotio excitetur. Non enim ſolũ in rebus
animatis , verũetiam in rebus inanimatis vir-
tus cõſiſtit. Vnde nõnulli aſſerũt,quòd virtu
te templi,ſi quis illud ex deuotione ingredi-
tur,venialia in eo delentur.Rurſus ſuſpenſio
huiuſmodi in prolatione exorciſmorũ,potiſ-
ſimè ſit:quaſi ſacerdos ipſo corporis actu,fu
gando diabolo virtute cõſecrationis manuũ
17 cõminetur.¶ Tertiò,poteſt † dici quòd diſpẽ
ſatio ſacramentorum ſoli Deo principaliter,
miniſtris verò Eccleſiæ miniſterialiter cõpe-
tit:ipſi enim nihil à ſe, ſed à principali habẽt
agẽte.Quia ergo in ſacramentorũ diſpenſa-
tione veſtiũ , vel aquæ & huiuſmodi benedi-
ctione,ſeu cõſecratione,aliqua ſpiritualis ſan
ctificatio cõfertur:quã miniſtri de ſuis meri-
tis nõ confiſi, debent ab ipſo Deo , corde &
opere poſtulare:congruũ eſt,hæc per eleua-
tionem ſeu ſuſpenſionem manuum,per quas
Tre. 3 opera intelligũtur, exprimi. Vnde in tre.Le
18 uemus corda noſtra cũ manibus.¶ † Diaco-
nus dalmatica vtitur , vt diſcat occultam ra-
tionem ſublimium indagare. Vnde in qui-
buſdam Eccleſijs ea , non niſi in feſtis vtitur,
quia diſcipuli ſublimia nõ intellexerunt,niſi
poſtquã Dominus eſt glorificatus. Et vtitur
ea ſine alba , tempore oblationis, & lotionis
tantùm:ſicut ſtatuit Zozimus Papa.xciij.diſt.
19 diaconus ſedeat.¶ Adhæc diacono † cum or-
dinatur,traditur ſub certis verbis,ſtola, & co
dex euãgelij quæ res & verba ſunt huius ſa-
cramenti ſubſtantia:cætera ſunt de ſolenni
tate.Ideo autem ſtolã accipit , quia euange-
liũ,quod per Chriſti iugũ figuratur:lecturus
eſt.Hoc officio vtitur , qui corpus & ſangui-
nem Chriſti diſcretè diſpenſat:& qui ad orã-
dum & vigilandum ſui exemplo alios horta
tur.¶ Chriſtus verò hoc officium exercuit, Matt. 26
quando poſt cœnam ſacramentũ corporis &
ſanguinis ſui proprijs manibus diſcipulis di-
ſpenſauit:& iterũ ,quando Apoſtolos horta-
tus eſt ad orandum dicens: Vigilate & orate Matt. 4.
&c.& quando euangelium prædicauit.

### SVMMA.

1 Sacerdotalis ordo,vnde duxerit initium.
2 Melchiſedech iuſtus,ſacerdos altiſsimi.
3 Dauid vigintiquatuor ſacerdotes inſtituit.
4 Chriſtus,ſacerdotes inſtituit.
5 Presbyter,quis dicatur.& vnde nu.6. Et an à
ſapientia,an ab ætate dicatur.
7 Sacerdos , quis : & vnde dictus. Et qui olim.
numero 9.
8 Capellæ initium vnde.& inde capellani.
10 Presbyteri inſtitutio,quibus conſtet.
11 Sacerdotes, vicem Chriſti gerunt.
12 Sacerdotalis ordinis dignitas & eminentia.
13 Pontifex qua de cauſa, aut ſignificatione de
oſculetur ſacerdotem iam inſtitutum.
14 Presbyteratus inſtitutio.

## De Sacerdote. CAP. X.

SAcerdotalis ordinis inſtitu-
1 tio , à veteri lege † exordium
ſumpſit. Dominus nanq; legi-
tur præcepiſſe Moſi : applica
(inquit) fratrem tuum Aarõ,
ad te cum filijs ſuis., de medio filiorum Iſ-
raël , vt ſacerdotio mihi fungatur. Vnxit
ergo Moſes Aaron in maiorem ſacerdotem: Exo. 40.
filios verò illius , in minores. Vnde prophe- Pſal. 98
ta inquit : Moſes & Aaron in ſacerdotibus Gen. 4
eius , id eſt, primi & ſummi inter ſacerdotes
fuerunt. Ipſe tamen Moſes prior fuit : quàm
Aaron , ordinę , & à etiam, maior admini-
ſtratio.

ſtratione.xxij.diſt.ſacro.in gl.Hinc eſt, quòd
Moſes illũ inſtruebat, & tanquã minorẽ re-
darguebat, de pœ.diſt. iij. inter hoc.ſed quo
ad cõſecrationẽ ſacerdotalẽ pares fuerunt.
Moſes autẽ nõ offerebat hoſtias ſed ſolùm
vota ꝓ populo.xxxvj.di. ſi quis vult.lxxxviij.
diſt.decreuit.Ante legẽ etiã ſacerdotes fuiſſe
2 leguntur.¶ Vnde Melchiſedech†iuſtus,ſacer
dos Dei altiſsimi legitur extitiſſe: cui deci-
mas ex omnibus ſpolijs Abraham tanquã ſa-
cerdoti perſoluit. Erant autẽ multi minores
ſacerdotes,quos cananeos cõmuniter appel-
labãt:& vnus erat ſummus ſacerdos,quẽ vo-
3 cabãt ſpecialiter Azabarcũ.¶ Sed †& Dauid
Luc. 1 xxiiij.ſummos ſacerdotes inſtituit:ſexdecim
de Eleazar,& octo de Ithamar:quibus tamẽ
Mar. 3 omnibus vnũ præfecit,quẽ ſtatuit principem
Luc. 10 ſacerdotũ, & ſingulis per ſortẽ vicis ſuæ di-
uiſit hebdomadas: quarum octaua peruenit
Abiæ:de cuius genere Zacharias pater Ioan.
4 baptiſtæ deſcẽdit. ¶ † In nouo quoq; teſta-
mẽto,Chriſtus maiores & minores ſacerdo-
tes cõſtituit.videlicet xij.Apoſtolos & ſeptua
gintaduos diſcipulos,per Apoſtolos electos,
quos permittebat binos in omnẽ ciuitatẽ &
locũ quo erat ipſe venturus.xxj.diſt.in nouo.
Sicut enim Deus per Moſen ſummos ponti-
fices regẽdis populis in lege præfecit: & ad
eorũ ſocietates & operis adiumẽtum ſequẽ-
tis ordinis viros & ſecundæ dignitatis elegit.
Leuit. 8 Nã in Eleazaro & Ithamar filijs Aaron pa-
ternæ trãsfunditur plenitudinis abundãtia:vt
ad hoſtias ſalutares & frequẽtioris officij ſa
cramẽta, miniſterium ſufficeret ſacerdotũ.
Num. 2 Et ſicut in Eremo per lxx.virorũ prudẽtium
mẽtes Moſi ſpiritum propagauit:quibus ille
vſus in populo innumerabiles multitudines
facilè gubernaret: ſic & Chriſtus Apoſtolis
ſuis diſcipulos addidit, quibus illi totũ orbẽ
ſanctis prædicationibus repleuerũt,ſicut hęc
& alia, in põtificali ſubordinatione ſacerdo-
tis habetur.Apoſtolorũ itaq; vices, maiores
obtinẽt ſacerdotes,id eſt,epiſcopi,qui dicun-
tur ſummi.j. q. vij.accuſatio.de conſe.diſt.v.
manus.&c. de his.diſcipulorũ verò minores,
Matt. 16 id eſt,presbyteri.Petrum autẽ quaſi in ſum-
mũ ſacerdotẽ elegit,ei præ omnibus, claues
regni cælorũ tradẽs,& ipſum præ cæteris po
nẽs caput & fidei fundamẽtũ, inquiẽs:Tu es
Petrus & ſuper hãc petrã ædificabo Eccleſiã
meã.xxj. diſt. in nouo. Iuxta illud prophetę:
Pſal. 44 Pro patribus tuis,nati ſunt tibi filij &c.lxviij.

diſt.quorũ.Apoſtoli verò epiſcopos, presby- Num. 2
teros,& leuitas ordinauerũt:ſicut in ꝓœmio
huius partis dictum eſt.Sacerdotes ergo ſunt
ſucceſſores.lxx.virorũ:q̃bus Dñs Moſi ſpiri-
tũ ꝓpagauit & lxx.diſcipulorũ:ſicut epiſcopi
5 ſunt vicarij Moſi & Apoſtolorũ. ¶† Cæterũ Sapi. 4
ſecundũ Iſidorũ.xxj.diſt.cleros.πρεσϐύτερος
Græcè,latinè, ſenior interpretatur:nõ modò
pro ætate,vel decrepita ſenectute:ſed ꝓpter
honorẽ & dignitatẽ,quã acceperũt.Senectus
enim venerabilis eſt:& cani ſunt ſenſus ho-
minis:extrà de trãſla.quãtò.ij.q. vj.anterior.
Vnde & Dñs inquit ad Moſen: Congrega Num. 2
mihi lxx. viros de ſenioribus Iſraël quos tu
noſti,ꝙ ſenes ſint populi,& magiſtri.Presby
ter ergo ſecũdũ Hiero.xciij.diſt. legimus.ad
fi.nomẽ eſt ætatis:epiſcopus verò dignitatis.
Porrò,ſicut in libro numerorũ legitur:Moſi
præcipitur,vt eligat presbyteros,id eſt,ſenio
res.lxxxviij.diſt.porrò. vnde in ꝓuer. dicitur: prouer. 2
Gloria ſenũ,eſt canicies. Hæc verò canicies,
ſapientiã deſignat, de qua ſcriptũ eſt:canicies
hominũ,prudẽtia eſt.Cũq; nõgẽtis,& eò am
plius annis ab Adã,vſq; ad Abrahã vixiſſe ho
mines legamus,nullus alius primus appella-
tus eſt πρεσϐύτερος,id eſt,ſenior, niſi Abra-
hã,quæ multò paucioribus annis vixiſſe cõ-
uincitur.Nõ ergo ꝓpter decrepitã ætatẽ:ſed
propter ſapiẽtia presbyteri nominãtur.Hinc Dani. 13
eſt,ꝙ illi duo iudices, qui falsò iudicauerunt
Suſannã, presbyteri vocati ſunt:q aũt preſ-
byteri nũc nũcupãtur olim principes populi:
vt Chore,Dathã,& Abirõ, vel magiſtratus,
aut magiſtri tẽpli:vt Nicodemus, & Gama-
6 liel dicebãtur.¶Dicitur †aũt presbyter,quaſi
alijs viuẽdi prębẽs iter:vel prębẽs beatũ iter.
videlicet populo de exilio mũdi, ad patriã pa
radyſi.De presbyteroetiã,ſub ti.de ep̃o dice
7 tur.¶†Sacerdos verò,antiſtes dictus eſt,quia
antè ſtat, & ſupra ſe nullũ in Eccleſia habet.
xxj.diſt.cleros.Dicitur quoq; ſacerdos à ſacri
ficãdo:q̃a cõſecrat & ſanctificat.Vnde etiã di.
citur ſacerdos, quaſi ſacra dãs vel ſacer dux:
vt ait Będa & Gre.in paſtorali.li.ij.xviij.c. Sa
cerdos etiam,dicitur iuſtitiæ cultor:Iuxta il-
lud: Cuius meritò q̃s nos ſacerdotes appel-
8 lat.ff.de iuſt.& iu.l.j.¶ † In plærifq; locis,ſa-
cerdotes,capellani vocãtur.Nã antiq̃ꝰ reges
frãcię ad bella ꝓcedẽtes,capã beati Martini
ſecũ portabãt, q̃ ſub quodã tẽtorio ſeruaba
tur:quod ab ipſa capa dictũ eſt capella:& cle
rici in quorũ cuſtodia ipſa capella erat, inde
capel



capellani dicebantur:& conſequenter ab illis
ad cunctos ſacerdotes nomẽ illud in quibuſ-
dam regionibus eſt transfuſum. Sunt etiã qui
dicũt, ꝙ antiquitus in expeditionibus in tẽto
rio fiebat domunculæ de pellibus caprarũ,ſu
pertectę,in q̃bus Miſſæ celebrabãtur,& inde
9 capellæ nomen tractũ eſt. Sacerdotes † verò
gentiliũ,flamines dicebãtur:ſicut in procœmio
huius partis dictũ eſt.Presbyteri vices gerunt
Aedilium,qui apud gentiles fuiſſe noſcuntur.
10 ¶†Sanè ſecundũ canonicam traditionẽ preſ-
byter cũ ordinatur, Epiſcopo eũ benedicẽte:
& manũ benedictoriã ſupra caput eius tenen
te: & omnes presbyteri, qui præſentes ſunt,
manus ſuas iuxta manus Epiſcopi teneant,ſu-
pra caput illius,ſpiritũ ſanctũ inuocãtes: quæ
manus impoſitio operũ ſancti ſpiritus exerci-
tationẽ ſignificat. Nã per caput,mens accipi-
tur: per digitos,ſancti ſpiritus dona: per ma-
nus, opera figuramus. Quare autẽ fit manus
impoſitio,cũ facta fuerit, cũ in diaconũ ordi-
naretur dictũ eſt ſub ti.de diacono.Vnguntur
etiã manus presbyteri, oleo,in ſui ordinatio-
ne,de qua in prima parte ſub ti.de vnct.dictũ
11 eſt.¶†Sacerdotes vicẽ gerunt Chriſti, dũ pro
peccatis obſecrant,& per pœnitentiã reconci
liant peccatores. Mediatores enim ſunt inter
Deũ & homines, prout in ſequẽti tit.plenius
oſtendetur.Hi ſtolã ſuper vtrunque humerũ
accipiunt, vt ex hoc ſe per arma iuſtitiæ eſſe
munitos intelligant: prout in ſe.parte ſub tit.
de ſtola dicetur.Accipiũt quoq; de manu Pon
tificis calicẽ, cum vino,& patenã cum hoſtia:
quatenus his inſtrumẽtis poteſtatem ſe acce-
piſſe cognoſcãt, placabiles hoſtias,& corpus,
& ſanguinẽ Chriſti offerẽdi. Vnde Epiſcopus
hæc tribuens, dicit:accipite poteſtatẽ offerre
ſacrificiũ Deo Miſſámq; celebrandi, tam pro
viuis, quàm pro defunctis in nomine Domi-
12 ni. ¶†Hoc ordine nullus in Eccleſia celſior
eſt.Epiſcopis tamẽ quædã ſuperaddita eſt po
teſtas,ſicut in proximo tit.dicetur:& in huius
partis procœmio tactũ eſt: ne ſi eadẽ poteſtas
paſsim penes omnes ſit, obedientia ſoluatur,
& ſcandalũ generetur.lxxxix.diſtinct.ad hæc.
13 ¶†Non autẽ vacat à myſterio,quòd ordina-
tor ordinatũ in ſacerdotem cõmunicans oſcu
latur: diaconus verò vel ſubdiaconus ordina-
ti cõmunicantes oſculantur manũ ordinato-
ris. ¶Ratio diuerſitatis eſt primò, vt per hoc
ordinum notetur diſtinctio:prout in iiij.parte
ſub tit.de cõmunicatione ſacramenti dicetur.

¶Secundò, quia Pontifex oſculando ſacerdo
tem denotat, quòd ille ad æqualitatẽ ordinis
recipitur: quantũ ad ſacramẽtum euchariſtiæ
conſecrandũ:quod eſt ſacramentũ amoris,qui
per oſculũ ſignificatur.Diaconus verò & ſub-
diaconus,non recipiuntur ad talẽ æqualitatẽ,
ſed ad imitationẽ bonæ operationis, quæ ex
charitate procedit:quod ſecundum Greg.per
14 manus oſculum deſignatur. ¶†Sanè ei qui in
presbyterũ ordinatur,tradũtur ſub certis ver-
bis ſtola & caſula,calix cũ patena,& etiã inun
gitur.quæ res & verba ſunt de huiuſmodi ſa-
cramenti ſubſtãtia. Cætera verò præcedentia
& ſequentia, de ſolẽnitate ſunt. ¶Porrò ſicut
ait beatus Aug.xxviij.diſt.de ipſis. ſacerdotes
ſcire debẽt librum ſacramentorũ ſiue miſſa-
le:lectionariũ,antiphonarium, baptiſterium,
computũ,canones pœnitentiales, pſalterium,
homilias,per circulũ anni, diebus Dominicis
& feſtiuis aptas:è quibus omnibus ſi vnũ de-
fuerit,ſacerdotis nomẽ vix in eo cõſtabit.Ma
gnus etiam Dionyſius.ea.diſt.omnes. inquit: Oſee 4
Subſtãtia ſummi ſacerdotis ſunt,eloquia diui
nitus tradita,id eſt vera diſciplina, ſeu ſcientia
diuinarum ſcripturarum.Et Propheta:quia tu
ſcientiã repuliſti:& ego te repellã:ne ſacerdo
tio mihi fungaris.Nõ debẽt enim diſcere,qui
ex officio alios debẽt docere.xxxvij.diſt.ec-
ce.j.q.vij.cõuenientibus.¶De præmiſsis verò
libris & homilijs, in procœmio vj.Partis dice-
tur. Itẽ,qui ſint canones pœnitẽtiales, & vtrũ
ſacerdos pœnitentias in illis diffinitas, valeat
moderari: & quæ ſacerdotes ſcire oportet:di-
ximus in aureo repertorio noſtro,ſub titu.de
pœ.& re. De cõputo,in finali parte dicemus.
Hoc officiũ Chriſtus exercuit quãdo poſt cœ
nam panẽ & vinum in corpus & ſanguinẽ ſub
diuina virtute cõuertit,dicens Apoſtolis:Acci
pite & comedite:hoc eſt corpus meũ &c.Ex- Matt. 26
cellentius quoq; hoc officio vſus eſt, cũ pro
peccatis humani generis ſeipſum in ara Cru-
cis obtulit patri, idem Epiſcopus, ſacerdos,&
hoſtia:& adhuc glorioſius implet,dum ſedẽs
ad dexteram patris,interpellat pro nobis. Roma. 8

SVMMA.

1 Epiſcopus,quis:& vnde dictus.
2 Epiſcopi ſedes, in eccleſia.Et eius ſignificatio.
3 Epiſcoporum varia nomina.& nume.4.
6 Epiſcopus,qua die, & hora conſecratur.& nu.
12.Et qua ſolennitate id fiat.nu.7.11.
8 Epiſcopi cõſecrãdi capiti cur liber imponatur.

9 Epiſcopi conſecrationi, cur tres Epiſcopi
debeant intereſſe.
10 Manus impoſitio ſuper ordinandis & con
ſecrandis, vnde duxerit initium.
13 Epiſcopi & presbyteri, quid differant.
14 Sacerdotes, mediatores inter Deum &
hominem.
15 Epiſcopus & ſacerdos, an intelligantur no
mine presbyteri.
16 Epiſcopus & presbyter, antiquitus, ijdem
erant.

## De Epiſcopo. CAP. XI.

1 PRopter ea, quæ ſpecialiter † of
ficio Epiſcopali incũbunt, Epi-
ſcopatus inter ordines in ſacris
canonibus cõnumerantur. xxj.
diſt. cleros. in prin. extrà de pur.
can. quo. & de cõſe. eccl. vel alta. c. pe. Epiſcopi
autẽ nomen plus ſonat oneris, q̃ honoris. Nã
ἐπίσκοπος, Græcè, ſuperintẽdens interpreta-
tur Latinè, ſpeculatoris officiũ gerẽs. xxj. diſt.
cleros. Nã præpoſitus in Eccleſia ſpeculator
dictus eſt. Iuxta quod Dñs inquit Prophetæ:
Fili hominis, ſpeculatorẽ dedi te domui Iſ-
raël: vt plebi ſibi cõmiſſæ nõ negligẽter incũ
bat: ſed vitã & mores eorũ, & cũcta diligẽter
2 proſpiciat. ¶ † Quia ergo Epiſcopus ſpecula-
tor eſt, ideò ex inſtitutione Clemẽtis primi, ca
thedrã ſiue locus eius in Eccleſia altior eſt: vt
ſuperintẽdat & populũ cuſtodiat, omnéſq; cõ
ſpiciat, & illũ cuncti, ſicut vinitori altior locus
eſt pro vinea cuſtodiẽda. ob hoc inquit Apo-
ſtolus: qui Epiſcopatũ deſiderat, bonum opus
deſiderat. viij. q. j. qui Epiſcopatũ. Nõ dixit ho
norẽ, ſed opus: qm̃ Epiſcopus non tã vt præſit,
1.Tim. 3 q̃ vt proſit, eligitur. ¶ Rurſus, faldiſtoriũ Epi,
ſpiritualẽ iuriſdictionẽ annexã Pontificali di-
gnitati deſignat: qm̃ exercere diffiniẽdo non
debet, niſi pro tribunali ſedẽs. quod probatur
Matt. 23 ex verbis Dñi, dicentis in Euãgelio: Super ca-
thedrã Moſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, quæ
dixerint: facite &c. xix. diſt. ſcdm iij. q. vij. §. fi.
Per ſcabellũ verò, tẽporalis poteſtas ſignifi-
catur, quæ ſubiecta debet eſſe ſpirituali: ſicut
probat Gelaſius Papa, extrà de maio. & obe. ſo
litæ. xcvj. diſt. duo. & c. ſeq. & Inn. iij. in ſua Epi
ſtola decretali. Et à ſpirituali per diſciplinam
correctionis cõculcatur, quãdo à vero exorbi
tat per peccatũ: extrà de iudic. nouit. lxiij. diſt.
Pſal. 109 Valẽtinianus. Vnde Pſal. Donec ponã inimi-
3 cos tuos, ſcabellũ pedum tuorũ. ¶ † Pontifex
verò princeps ſacerdotũ eſt, quaſi pons & via
ſequentiũ factus. xx. diſt. cleros. ipſe & ſum-
mus ſacerdos. ipſe & Põtifex Maximus nun-
cupatur, vt præmiſſum eſt. Ipſe nãq; efficit ſa
cerdotes atq; Leuitas: ipſe officia & eccleſia-
ſticos ordines diſtribuit, & diſponit, & præor-
dinator eſt in cũctis. ipſe quod vnuſquiſq; fa-
cere debeat, oſtẽdit. Antea autẽ Pontifices &
Reges erant, prout tactum eſt in prima parte
ſub tit. de conſec. Maiorũ enim hæc erat con
ſuetudo, vt Rex & ſacerdos Põtifex eſſet. Vn
de & Romani Imperatores Pontifices dice-
4 bantur. ¶ † Dicitur etiã præſul, quoniã in con-
cilio præſidet: extrà de temp. ord. quod tranſ-
5 lationem. ¶ † Dicitur etiam antiſtes, quia ante
alios ſtans, preæminet populo: vel ab ἀντὶ,
quod eſt contra: quoniã hæreticis cõtradicit,
vt paſtor lupis. Ordo Epiſcopalis vnde ꝓceſ-
6 ſit, dictũ eſt in proœmio huius partis. ¶ † Sanè
conſecratio Epiſcopalis (in qua ſpũs ſanctus
dignè ſumentibus adeſt) datur ſemper in die
Dominica, & hora tertia fit. lxxv. diſt. c. j. quo-
niam ipſi Epiſcopi vicẽ Apoſtolorũ obtinent:
quibus in die Pente. & hora tertia ſpiritus ſan
ctus datus eſt. non tamẽ poteſt quis in Epiſco
pum cõſecrari die illa, qua in presbyterũ or-
dinatur: ſed & iuxta canonũ ſtatuta. lxxviij. di.
7 ſi fortè. ¶ † Epiſcopus cùm ordinatur, cõprouin
ciales Epiſcopi cõuenire debent cũ metropo
litano, & duo Epiſcopi ponãt, & teneant Euan
geliorum codicẽ ſuper caput & ceruicẽ eius,
ſiue ſuper humeros, vno ſuper eũ fundente be
nedictionẽ: reliqui verò omnes Epi, qui ad-
ſunt, manibus ſuis caput eius tãgant. xxiij. diſt.
8 Epiſcopis. Siquidẽ † tenetur liber ſuper caput
eius. Primò, vt Dñs firmet Euangeliũ in cor-
de ipſius. Secundò, vt per hoc intelligat, cui la
bori & honori ſubijciatur: quia omne, quod
hìc eminet, id eſt omnis prælatus, plus mœro
ribus afficitur, quã honoribus gaudeat. xxij.
diſt. verũ. Tertiò, ad notandũ, ꝙ pondus Euan
gelicæ prædicationis, eum circũquaq; ferre pi
gere nõ debet. Quartò, ad monendum illũ, vt
magis ſolito iugo ſubiaceat & obediat Euan
9 gelio. ¶ † Trium autẽ Epiſcoporum ad minus
cõputato metropolitano præſentia requiri-
tur ratione & exẽplo. Ratione, ne tantũ bene-
ficiũ videatur furtiuè præſtitũ, vt pro illo pa-
riter preces ad Deũ effundãt. Et exẽplo, quia
& Iacobus frater Dñi à Petro, Iacobo, & Ioã
ne Apoſtolis ordinatus eſt Eps Ieroſolymita
10 nus. lxvj. diſt. porrò. ¶ † Manus verò impoſitio,
ſumpſit



ſumpſit exordiũ ab Iſaac, qui dũ Iacob bene-
dixit, impoſuit ſibi manũ. Gen. xxvij. & Moſes
Ioſue, cũ eum populo præfecit. Nume. xxvij.
& Dñs Apoſtolis, cũ eos principes mũdi cõſti
tuit. Sed & ipſi Apoſtoli per manus impoſi-
tione ſpiritum ſanctũ dederunt. Actu. xix. De
manus impoſitione, dictũ eſt ſub tit. de diaco
11 no. ¶ † Cæterũ, circa Epi ordinatione ſciendũ
eſt, ꝙ ipſe Sabbato hora veſpertina examina-
tur de moribus, & ſtatu præteritæ vitæ, vbi
ter bñdictio petitur, vt ſancta Trinitas in or-
dinatione præeſſe mõſtretur. Manè verò ſe-
quenti examinatur de futura cõuerſatione, &
fidei & primitiuæ Eccleſiæ inſtitutione, pro-
pter ſuſpectos in fide, moribus & cõditione:
& vngitur caput eius & manus. de quo dictũ
eſt in prima parte, ſub tit. cõſecra. &c. Deinde
vngũtur manus eius, & datur ei mitra in capi
te, in ſignũ ꝙ benedictionẽ omnium gẽtium
dedit illi, & teſtamentũ ſuum cõfirmauit ſu-
per caput eius. ¶ Datur etiã ei baculus & anu
lus: de quibus in ſequẽti parte dicetur. Singu-
la autẽ, cum proprijs verbis tradũtur & fiunt.
Quæ verba, & capitis & manuũ vnctio, & pol
licum cõfirmatio baculi, & anuli atq; Euage-
lij traditio, ſunt eius ſubſtãtia ſacramenti. Cæ
tera, ſolẽnitatis ſunt. ¶ De Euãgelio, & baculi
traditione, & quare cõſecratus equũ albũ ſeu
albis coopertũ equitat: dictũ eſt in prædicto
12 ti. de cõſe. ¶ † Conſecratur autẽ Eps inter Epi
ſtolã & Euangeliũ: extrà de elect. ꝙ ſicut. nec
poteſt die ſuæ cõſecrationis ordines celebra-
re: quia ipſe tũc non celebrat: ſed cõcelebrat
principaliter celebranti. Papa tamen qui ante
hymnũ angelicum cõſecratur, hæc poſſet, quia
ipſe miſſarũ ſolẽnia perficit cõſecratus. ¶ Dif
13 fert autẽ † inter Epos & ſacerdotes: quia licet
ſex ſint, quæ cõiter ad oẽs pertinẽt ſacerdotes:
videlicet cathetizare, baptizare, prædicare, cõ
ficere, ſoluere ac ligare: tamẽ ad Pontificẽ no
uẽ ſpecialiter ſpectat, ſcilicet clericos ordina
re, virgines bñdicere, Põtifices cõſecrare, ma-
nus imponere, baſilicas dedicare, degradãdos
deponere, ſynodos celebrare, chriſma cõfice
re, veſtes ac vaſa ſacrare. Sunt & alia quæ ad
officiũ Epale pertinẽt: puta in frõte chriſma-
re: benedictionẽ ſolennẽ ante pacẽ dare: & ſi
milia. xxv. diſt. perlectis. lxviij. diſt. quãuis. Ve-
runtamẽ & maiores & minores ſacerdotes cõ
muniter in quibuſdã vicem gerũt ſummi Pon
tificis, id eſt Chriſti, dũ videlicet pro peccatis
obſecrãt, & per pœnitentiã reconciliãt pecca
tores. vnde Apoſt. Deus erat in Chriſto, mun- 2.Cor. 5
dũ ſibi reconciliãs, & poſuit in nobis verbũ re
cõciliationis: obſecramus ergo ꝓ Chriſto re-
14 cõciliamini Deo. Mediatores † enĩ ſunt ſacer-
dotes inter Deũ & homines, dũ & præcepta
Dei populo deferunt prædicãdo: & vota Deo
porrigunt ſupplicãdo. Quocirca tales debent
exiſtere, vt & Deo grati & hominibus ſint ac
cepti. Nã vt ait Alexãder Papa. j. q. j. Chriſti ſa
cerdotes, quãto digniores fuerint, tanto faci-
lius in neceſſitatibus populi, ꝓ qbus clamãt,
exaudiũtur. Et ſicut Apoſt. dicit: Mediator nõ Gala. 5
eſt vnius: & diſcordes recõciliare nõ poteſt, q
ſimul vtriuſq; ſocietatis & amicitiæ vinculo
non eſt cõcors. Si enĩ is q diſplicet ad interce
dendũ mittitur, irati animus ad deteriora pro-
15 uocatur. xlix. diſ. §. j. Eps quoq; & ſacerdos, no
mine p̃ſbyteri intelligũtur. ſicut patet ex his,
quæ ad Titũ Apoſt. ſcripſit, q eundẽ & Epm Titum 1
& preſbyterũ nominauit. Quòd autẽ idem ſit
Eps & preſbyter, multis modis cõprobatur.
Preſbyteri, à filijs Aarõ in veteri teſtamento
ſumpſerunt exordiũ. Epi verò ab ipſo Aaron.
Qui verò vocabãtur ſacerdotes, nũc preſby-
teri dicũtur, qui tũc principes ſacerdotũ, nunc
Epi nominãtur. Hodie autẽ ideò diuerſa ſunt
vocabula, vt Eps nõ dicatur p̃ſbyter, vel ecõ-
trà: quoniã antiquitus quãdo pietati ſtudebãt
preſbyteri, in omni loco ordinabãtur: & apud
Iudæos q populo præerãt, preſbyteri dicebã-
tur: hoc nomẽ honoris accipiẽtes. Vocabãtur
etiã Epi ab illo opere quod implere videbã-
tur, eò ꝙ conſiderare habebant quæcunq; ad
16 pietatis cultũ fuerant conſtituta. † Hinc etiam
Hiero. ſic ait. xcv. diſt. olim. Olim idẽ preſby-
ter, qui & Epiſcopus: & antè, quàm diaboli in-
ſtinctu ſtudia ſiue diſſenſiones in religione
fierent, & diceretur in populis: ego ſum Pau
li, & ego ſum Apollinis: & ego Cephæ: cõmu
ni preſbyterorũ cõcilio Eccleſiæ gubernabã
tur. Poſtquã autẽ vnuſqſq; eos, quos baptiza-
uerat, ſuos eſſe putabat, nõ Chriſti, in toto or
be decretũ eſt, vt vnus de preſbyteris ſuper-
poneretur. Epiſcopi verò nouerint ſe magis
cõſuetudine, quàm diſpẽſatione dominicæ ve
ritatis, preſbyteris eſſe maiores. Auguſtinus
verò. ij. quæſt. vij. quanquã. dicit, quòd quan-
quam ſecũdum vocabula, quæ vſus obtinuit,
Epiſcopus ſit preſbytero maior: Auguſtinus
tamen minor Hieronymo eſt. Hoc officium
Chriſtus exercuit, quando manus ſuper capi-
ta diſcipulorum leuans, eis benedixit dicens:
Accipite

ioan. 20 Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis &c.

**ADNOTATIO.**

** Dictvs est.) Ἐπισκοπῶ, ἐπισκοπῶμαι, pro ἐπισκέπτομαι, id eſt, conſidero, uiſo ægrotum. item, recenſeo. Inde Ἐπίσκοποι dicti, quorum inſpectio in præſidijs Chriſti, & ſumma cura. Ambroſius autem, de dignitate ſacerdotali, cap 6. Epiſcopum dici putat, quaſi Superinſpectorem: ideoq; & in ſolio eum in Eccleſia editiore reſidere, ut ſicut ipſe cunctos reſpicit: ita & cunctorum oculi ipſum reſpiciant. Speculator item dictus, teſte Auguſti. lib. 1. de ciuit. Dei, cap. ix. quaſi populorum, quibus præpoſitus eſt, obſeruator, cuſtes & præfectus: qui ſpeculetur & proſpiciat populorum ſubditorum mores & uitam. Quod confirmat illud Ezechiel. 33. Ille quidem in ſuo peccato morietur: ſanguinem autem eius de manu Speculatoris requiram. Qui etiam ſignificatione uſurpauit idem uerbum Cicero ad Atticum lib. 7. Vult enim Pompeius me eſſe, quem tota hæc Campania & Maritima ora habeat ἐπίσκοπον.* N. Doard.

## LIBER TERTIVS.

### SVMMA.


1 Veſtium ſacrarũ vſus, non debet eſſe quotidianus.
2 Veſtes ſacræ, vnde duxerint initium.
3 Veſtes Epiſcopales.
4 Veſtes Pontificis, quid ſignent.
5 Sacerdos nõ debet ferre veſtes ſacras, niſi virtutibus ornatus fuerit.
6 Spirituale certamen quomodo inẽundum ab Epiſcopo.
7 Veſtimenta communia Epiſcopis & ſacerdotibus. & eorum numerus, & authoritas. & nume. 18.
8 Senarius numerus, perfectus. Item, nouẽnarius.
9 Ornamenta quindecim, Pontificibus accommodata, quid moneant.
10 Superpellicij vſus, & ſignificatio. & nu. 11. & vnde fiat. nume. 12.
13 Capa, ſiue pluuiale. & eius forma: atque ſignificatio.
14 Veſtiũ vſus varius cur inductus, præter etiam Chriſti morem.
15 Clerici, veſtimentis lineis cur vtantur.
16 Maguntineñ. Cõcilij ſanctio ſuper inſtitutione Epiſcopi, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi.
17 Veſtium varia ſignificatio, in ſacerdote Euangelico.


**ARGVMENTVM.**

*De indumentis, ſeu ornamentis Eccleſiæ Sacerdotum atque Pontificum, & aliorum Miniſtrorum.*

### CAP. I.

1 IN quotidiano† vſu non eſt veſtibus ſacris vtendũ: ad notandum, ꝙ ſicut mutationẽ habitus ſecundũ literam facimus: ita & ſecundũ ſpiritum agamus. Nõ ergo cum veſtibus comunis vitæ vſu pollutis, in ſancta ſanctorum ingrediamur: ſed cum conſcientia munda, & veſtibus mundis & ſacris Dei ſacramenta tractemus. de cõſe. diſt. j. c. j. Vnde Stephanus Papa, de cõſe. diſt. j. de veſtimenta. ſtatuit ſacris veſtibus nõ niſi in Eccleſiaſticis, &
Deo dignis officijs vti. & Exec. Non ſanctifi- Exec. 34
cabant populũ in veſtibus ſuis. Habet ergo religio diuina alium habitum in Eccleſiaſticis officijs: aliũ in cõmuni vſu: vt cuncto populo Chriſtiano exẽplum præbeat bonæ cõuerſationis: quatenus loti, prius ſordes, noui Chri-
ſto fiãt homines. Exuit enim tũc ſacerdos ve- Col. 3
terẽ hominẽ, cum actibus ſuis: & induit nouũ, qui ſecũdum Deũ creatus eſt. Per veſtes quoque, quibus in ſacris vtimur tantũ, non omnia ſacramẽta fore populo reuelãda intelligimus xlij. diſtin. in mandatis. §. fin. xj. q. iij. nolite. Et nota, quòd tempore Ludouici Imperatoris filij Caroli magni, Epiſcopi & clerici cingula auro texta, exquiſitas veſtes & alia ſecularia
2 ornamenta depoſuerunt. ¶† Sacræ autem veſtes à veteri lege videntur aſſumptæ. Præcepit enim Dominus Moſi, vt faceret Aaron ſacerdoti, & filijs eius, veſtes ſanctas, in gloriam & decorem: vt loti & ſacris veſtibus induti, fungerentur officio in ſacris. Ezod. xxvij. xxxj. xxxv. & xl. cap. Docuit enim Dominus
Moſeñ



Moſen per quadraginta dies facere pontificalia, ſacerdotalia veſtimẽta ſacerdotibus & Leuitis ſuis: ornamenta quoq; & linteamina: ſed & Maria texuit & fecit illa in vſum miniſterij tabernaculi fœderis. Et Eccleſiaſt. xlvij. dedit celebrationibus decus &c. Quædam tamen ab Apoſtolis ſumuntur: ſed tam illæ, quàm iſtæ virtutes deſignant miniſterium in-
3 carnationis. ¶† Sanè Pontifex celebraturus exuit veſtes quotidianas, & induit mundas & ſacras. ¶ Et primò, ſandalia calciat, vt ſit memor dominicæ Incarnationis. Secundò, ſibi imponit amictum, vt motus & cogitatus, fau-
Pſal. 50 ces & linguam cohibeat, vt fiat cor mundum Spiritum rectum percipiens in viſceribus innouatum. Tertiò, albam talarem, vt habeat munditiam carnis perſeuerantẽ. Quartò, cingulum, vt impetus luxuriæ refrenet. Quintò, ſtolam in ſignum obedictiæ. Sextò, tunicam iacinthinam, id eſt cœleſtem cõuerſationem. Septimò, ſuperinduit dalmaticam, id eſt ſanctam religionem, & carnis mortificationem. Octauò, chirotecas, vt declinet vanam gloriam. Nonò, anulum, vt diligat ſponſam, id eſt Eccleſiam, ſicut ſe. Decimò, caſulam, id eſt charitatem. Vndecimò, ſudarium, vt quicquid fragilitate, vel ignorantia peccat, penitentia
Eſa. 8 tergat. Duodecimò, pallium ſuperponit, vt oſtendat ſe imitatorem Chriſti, qui languores noſtros tulit. Decimotertiò mitram, vt ſic agat quòd coronam mereatur percipere æternam. Decimoquartò, baculum, id eſt authoritatem poteſtatis, & doctrinæ. Et poſteà tapeta calcat: vt terram deſpicere & amare cœleſtia diſcat. Omnibus autẽ præmiſsis veſtibus induitur à miniſtris: quia ei, vt veſtes induat ſpirituales, Angeli ſuffragantur: vel quia vicarius eſt Chriſti, cui Angeli miniſtrant, & omnia ſeruiũt. ¶ Rurſus Pontifex verſus aquilonem ſuſpiciens quãuis verſus orientem ſeu verſus altare ſi ſit magis accommodũ, reſpicere poſsit: tanquam aduocatus & pugil cum hoſte pugnaturus antiquo, veſtibus ſacris, quaſi armis induitur, iuxta Apoſtolum, vt iam
4 dicetur. Primò, ſandalia† pro ocræis habet: ne quid maculæ, vel pulueris affectionum inhæreat. Secundò amictus pro galea, caput contegit. Tertiò, alba, pro lorica totum corpus cooperit. Quartò, cingulum, pro arcu: ſubcingulum pro pharetra aſſumit: & eſt ſubcingulum illud, quod depẽdet à cingulo quo ſtola Pontificis cum ipſo cingulo coligatur. Quintò, ſtola collum circundans, quaſi haſtam contra hoſtem vibrans. Sextò, manipulo pro claua vtitur. Septimò, caſula, quaſi clypeo tegitur: manus libro, pro gladio armatur. De ſingulis etiam aliter dicetur infrà. ¶ Hæc itaque ſunt arma, quibus Pontifex vel ſacerdos armari debet cõtra ſpirituales nequitias pugnaturus.
Nam vt inquit Apoſtolus: Arma militiæ no- 2. cor. 10
ſtræ non ſunt carnalia: ſed ad deſtructionem munitionum potentia. Et in alia Epiſtola ad Ephe. vij. c. Induite vos inquit armatura Dei, vt poſsitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti lorica iuſtitiæ: & calciati pedes in præparatione Euangelij pacis: in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſsitis omnia tela nequiſsimi ignea extinguere: & galeam ſalutis aſſumere: & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Hæc quidem armatura, eſt præmiſſa, ſeptuplex veſtis ſacerdotalis, ſignificatiua ſeptemplicis virtutis ſacerdotis: & repræſentatiua Chriſti veſtium, quibus indutus fuit
5 tẽpore Paſsionis prout infrà dicetur. ¶† Prouideat ergo diligenter Epiſcopus, & attendat ſtudioſè ſacerdos, vt ſignum ſine ſignificato non ferat, id eſt vt veſtem ſine virtute, nõ portet: ne fortè ſimilis ſit ſepulchro foris dealbato: intus verò omni ſpurcitia pleno. Quiſquis enim ſacerdos indumentis ornatur & honeſtis moribus non induitur, quantò venerabilior apparet hominibus, tantò redditur indignior apud Deum. Pontificalem itaq; gloriam non iam honor commendat veſtiũ: ſed ſpendor animarũ: quoniam & illa, quæ quondam carnalibus blandiebantur obtutibus, ea potius, quæ in ipſis erant intelligenda, poſcebant: vt quicquid illa velamina in fulgore auri in nitore gemmarum, & in multimodi operis varietate ſignabant: hoc iam in moribus
actibúſq; clareſcat: cum & apud veteres reue- Epheſ. 5
rentia ipſa ſignificationum ſpecies obtineret, & apud nos certiora ſunt experimẽta rerum, quàm ænigmata figurarũ, prout hæc & alia in pontificali vbi agitur de Epiſcopi cõſecra-
6 tione leguntur. ¶† Sic itaque munitus ad certamen contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus, & pro ſedanda in ſubditos iudicis ira ad altare procedit: & per confeſsionem Diaboli renuntiat dominio: & ſeipſum accuſat. Populus verò quaſi pro ſuo pugile oraturus, in pro feſtis diebus terræ proſternitur. Dum autẽ ille orationes & alia recitat: quaſi totis viribus
contra

contra Diabolũ pugnat. Dum diaconus in ie-
iunijs ante Euangeliũ caſulam ſuper hume-
rum replicat, quaſi gladiũ contra hoſtem vi-
brat. Dũ Epiſtola legitur voce præconis, Im-
peratoris edicta dantur. Cantus, ſunt tubici-
næ, præcentores: chorũ regentes, ſunt ducen-
tes exercitũ ad pugnã, inſtruentes, quibus la-
ceſſentibus alij ſubueniunt. Cantus autẽ ſe-
quentiæ, eſt plauſus ſeu laus victoriæ. Dum
Euangeliũ legitur, hoſtis quaſi gladio vulne-
ratur, aut exercitus poſt victoriã diſperſus adu
natur. Epiſcopus prædicans: eſt Imperator, vi-
ctores laudãs. Oblationes ſunt, ſpolia, quæ vi
ctoribus diuidũtur. Cantus offertorij, eſt triũ-
phus, qui debetur Imperatori. Pax autẽ in fi-
ne datur populo, vt q ex hoſte proſtrato in-
ſinuetur. Et deinde populus, data ei licentia,
per Ite, miſſa eſt, cũ gaudio de victoria & pa-
ce obtẽta ad propria redit. Celebraturus itaq;
miſſam Epiſcopus, aut preſbyter indumentis
ſuo ordini cõgruentibus ſe exornat, & veſtiũ
cultui actionis quoq; conueniant ornamenta:
7 ea. diſt. rationis. ¶ † Circa quod notandũ eſt, ꝙ
ſex ſunt indumenta ſacerdotibus & Epiſcopis
cõmunia: quia & ſex ſunt, in quibus cõmunis
presbyterorum & Epiſcoporũ poteſtas conſi
ſtit. Nouẽ verò ſunt ornamenta Pontificibus
ſpecialia: quia & nouẽ ſunt in quibus ſpecia-
lis Epiſcoporũ poteſtas cõſiſtit. Per hũc ergo
cõmunium & ſpecialiũ indumentorũ nume-
rum cõmunitas & ſpecialitas poteſtatũ inter
Epiſcopos & ſacerdotes ſignificatur: de quo
in parte præcedenti dictũ eſt ſub ti. de Epiſco
po. Hoc etenim tam in nouo, q̃ in veteri teſta
mento legitur conſtitutũ: vt Pontificis prerer
cõmunes veſtes habeãt ſpeciales, ſed ibi qua-
tuor erãt cõmunes & quatuor ſpeciales, pro-
ut dicetur ſub ti. de legalibus indumẽt. & ſic
quidẽ ratio myſtica poſtulabat. Nã ille datæ
ſunt carnalibus, & mũdanis: quoniã quaterna
rius numerus cõuenit carni, propter quatuor
humores: & mũdo, propter quatuor elemẽta.
Hæc autẽ ſpiritualibus & perfectis data ſunt.
8 Nã † ſenarius numerus qui perfectus eſt, quia
redditur ex ſuis partibus aggregatis, perfectis
cõuenit. Vnde & ſexto die perfecit Deus cœ-
lum, & terrã, & omnem ornatũ eorum: ſed &
cũ in plenitudine tẽporis ſexta veniſſet ætate,
ſexto die ſub hora ſexta redemit genus hu-
manũ. Senarius ergo numerus perfectus eſt:
quia ſuo ordine numeratus perficitur. Nam
cùm vnũ, duo, & tres, dicũtur, ſenarius nume-
rus impletur: vel quia in tribus partibus diui-
ditur, id eſt in ſexta, tertia & dimidia: videlicet
in vno, duobus, & tribus. Nouenarius etiã ſpi-
ritualibus conuenit, qa nouẽ ſunt ordines An
gelorũ, qui ſecundũ Prophetã, per nouẽ gem
9 marũ ſpecies deſignãtur. ¶ † Quindecim ergo
ſunt ornamẽta Pontificis quindecim virtutũ
gradus, ipſo numero deſignatia: quos ꝑ quin-
decim cantica graduũ Pſal. diſtinxit. Veſtes
enim ſacerdotales, virtutes ſignificant: quibus
debent ſacerdotes ornari, ſecundũ illud Pro-
pheticũ: Sacerdotes tui induãtur iuſtitiã, & ſan Pſal. 13:
cti tui exultent. Quæ talares dicũtur, quia ta-
lus, eſt finis corporis: per quod oſtenditur, ꝙ
nõ ſufficit opus bonũ inchoare, niſi ſtudeatur
perſeuerãti fine cõpleri: prout ſub tit. de tuni-
ca dicetur. Sic ergo noſter Pontifex plura, q̃
octo induit veſtimenta, quãuis Aaaron nõ niſi
octo habuiſſe legatur, quibus moderna ſucce
dũt: quod ideo eſt, qm̃ oportet iuſtitiã noſtrã Matth. 5
magis abũdare, q̃ Scribarum & Phariſeorũ, vt
intrare poſſimus in regnũ cœlorũ. Poteſt etiã
dici, ꝙ noſter Pontifex octo habet à capite,
vſq, ad pedes: exceptis veſtimẽtis pedũ & ma
nuum, ſcilicet amictũ, albã, cingulũ, & ſtolã,
duas tunicas, caſulam, & palliũ. Veſtimentum
enim pedũ potius pertinet ad noſtros quã ad
Aarõ: quia noſtris dictũ eſt: Eũtes docete oẽs Matt. 28
gẽtes &c. Deniq; præter præmiſſas veſtes ſa-
cris ordinibus & miniſtris deputatas, eſt & a-
lia quædã veſtis linea, quæ ſuperpelliciũ dici-
tur: quo qbuslibet ſeruitijs altaris & ſacrorũ
vacãtes ſuper veſtes cõmunes vti debẽt: ꝓut
10 in ſeq. tit. dicetur. ¶ † Superpelliciũ aut primò,
ꝓpter ſui candorẽ, munditiã ſeu puritatẽ ca-
ſtitatis deſignat. Iuxta illud: Omni tẽpore ve Eccleſ. 9
ſtimẽta, id eſt opera tua ſint cãdida, & mũda.
Propter nomẽ verò ſuũ carnis mortificationẽ
11 figurat. ¶ † Secundò, dictũ eſt enim ſuperpelli
ciũ, eò, ꝙ antiquitus ſuper tunicas pellicias de
pellibus mortuorũ animaliũ factas induceba-
tur: quod adhuc in qbuſdã Eccleſijs obſerua Gene. 3
tur repræſentãtes ꝙ Adã poſt peccatũ talibus
veſtitus eſt pellicijs. ¶ Tertiò, denotat innocẽ
tiam: & ideo ante oẽs alias veſtes ſacras ſæpe
induitur: qa diuino cultui deputati, innocẽtia
vitæ cunctis virtutũ actibus ſuperpollere de-
bẽt: iuxta illud Pſal. Innocẽtes & recti adhæ- Pſal. 24
ſerunt mihi. ¶ Quartò, propter ſui latitudinẽ, Iaco. 4
congruè charitatẽ deſignat. Vnde ſuper pro-
phanas & cõmunes veſtes induitur: ad notan-
dum, ꝙ charitas operit multitudinẽ peccato- 1. Pet. 4
rum. ¶ Quintò, propter ſui formã, quia in mo
dum Crucis formatur, paſſionẽ Dñi figurat:
quódq, illud gerẽtes, crucifigi debẽt cũ vitijs,
12 & cũ cõcupiſcentijs. † Fiunt autẽ ſuperpellicia,
in quibuſdã locis de chriſmalibus lineis: quæ
ponũtur ſuper infantulos baptizatos: exẽplo
Moiſi, qui de purpura & byſſo, & alijs à popu
lo, in tabernaculo oblatis, fecit veſtes, quibus
Aarõ & filij eius induerẽtur, quãdo miniſtra-
13 bant in ſanctuario. Exo. xxxix. c. ¶ † Eſt etiã &
alia veſtis, quæ pluuiale vel cappa vocatur,
quæ creditur à legali tunica mutuata. Vnde ſi
cut illa tintinabulis, ſic iſta fimbrijs inſigitur:
quę ſunt labores, & huius mũdi ſolicitudines.
Habet etiã caputiũ, quod eſt ſupernũ gaudiũ.
Prolixa eſt vſq; ad pedes, per quod perſeuerã
tia vſq; in finẽ ſignificatur. In anteriori parte
aperta eſt ad denotandũ, ꝙ ſanctè cõuerſan-
tibus vita patet æterna, ſeu ꝙ eorũ vita pate
re debet alijs in exẽplum. ij. q. iij. nõ ſunt. in fi.
Rurſus, per cappã glorioſa corporũ immorta
litas intelligitur. Vnde illã nõ, niſi in maiori-
bus feſtiuitatibus induimus: aſpiciẽtes in futu
ram reſurrectionẽ, quãdo electi depoſita car
ne binas ſtolas accipiẽt: videlicet requiẽ ani-
marũ, & gloriã corporũ. Quæ cappa rectè in-
terius patula eſt, niſi & ſola neceſſaria fibula
incõſuta, quia corpora ſpiritualia facta nullis
animã obturabũt anguſtijs. Fimbrijs etiã ſub
ornãtur: quia tũc noſtræ nihil deerit imperfe
ctioni: ſed quod nunc ex parte cognoſcimus,
tunc cognoſcemus ſicut & cogniti ſumus.
14 ¶ † Quidã autẽ hæretici garriũt nuſquã repe-
1. Cor. 2 riri in nouo teſtamẽto, ꝙ Chriſtus vel diſcipu
li eius præmiſſis veſtibus induerẽtur: reprehẽ
dẽtes nos temerè, quia a talibus ornamur: qm̃
ſicut Ioã. ait: Dñs ſurgẽs de cœna poſuit veſti
menta ſua: & poſteà alia nunquã accepit, niſi
ſua. Nos verò (vt dicũt) plura alia, quã veſti-
mus, reueſtimus in Miſſa: in qua cœnã ipſam
imitamur: & Dñs ab his, qui volũt ambulare
Ioan. 13. in ſtolis, nos cauere præcepit, dicẽs: Cauete à
Marc. 12 Scribis, qui volunt ambulare in ſtolis. Dicunt
Luc. 16 enim, ꝙ hoc facimus, vt iuſtiores & excellen
tiores populis appareamus. contra illud: Vos
eſtis, q iuſtificaſtis vos, corã hominibus: Deus
autẽ nouit corda veſtra: qa quod hominibus
altũ eſt, abominatio eſt apud Deũ. ¶ Error au
tem iſte ex præmiſſis apertiſſimè cõfutatur.
Legitur quoq; Exo. xlij. & xliiij. Cũ ingredien
tur ſanctuariũ meum, & accedẽt ad menſam
meã, vt mihi miniſtrẽt, & cuſtodiãt cæremo-
nias meas, veſtibus lineis induẽtur, nec aſcen-
det ſuper eos quicquã laneum. Cũ egredien-
tur atriũ exterius ad populũ, exuent ſe veſti-
mentis ſuis, in quibus miniſtrauerunt: & non
ſanctificabunt populũ in veſtimentis ſuis. ¶ Et
15 † nota, ꝙ oſtiarij, lectores, exorciſtæ, & acoly
ti, veſtibus albis vtuntur: videlicet ſuperpelli
cio, amictu, & alba, & baltheo, vt Angelos
Dei miniſtros per caſtitatis munditiã imiten
tur: & eis in carne glorioſa effecta ſpirituali,
quaſi in albis veſtibus ſocientur. Inde eſt, ꝙ
potius lineis veſtibus vtũtur: quia ſicut linum
multo labore ad candorẽ perducitur: ſic ne-
ceſſe eſt, per multas tribulationes ad regni
16 gloriã peruenire. ¶ † In concilio Maguntiñ. ij.
q. j. Epiſcopus, presbyter. ſtatutũ eſt, quòd Epi
ſcopus in ordinatione ſua recipiat orariũ, ba-
culum & anulũ, presbyter orariũ & planetã:
diaconus orariũ & dalmaticã: ſubdiaconus pa
tenam & crucẽ: & cùm degradantur, ea per-
dant. Et in cõcilio Thole. diſt. xciij. diaconus
in cõuentu. ſtatutũ eſt, quòd diaconus tẽpore
oblationis tantũ, ſcilicet quãdo legit Euange
17 liũ, vtatur alba, id eſt dalmatica. ¶ † Notandũ
quoq; eſt, ꝙ veſtes Euãgelici ſacerdotis aliud
deſignãt in capite, ſcilicet in Chriſto: aliúdq;
figurãt in mẽbris: quanquã & caput & mẽbra
ſacerdotis nomine nũcupantur: ad caput dicit
Pſalmographus: Tu es ſacerdos in æternũ, ſe- pſal. 109
cundum ordinẽ Melchiſedech. Ad mẽbra ve
rò dicit Apoſt. Vos eſtis genus electũ, regale 1. Pet. 2
ſacerdotiũ. Exponenda ergo ſunt eorũ myſte
ria. Primò, ſcd̃m quod mẽbris, conſequenter
ſcd̃m quod capiti, ſcilicet Chriſto cõueniunt:
prout in quolibet capitulo diſtinguetur. ¶ De
ornamẽtis autẽ, & pallis & veſtibus Eccleſiæ
vel altaris, in prima parte dictũ eſt: vbi agitur
18 de picturis. ¶ † Porrò ſex indumẽta ſacerdoti-
bus & Epiſcopis cõmunia ſunt hæc, amictus,
alba, zona ſeu cingulũ, ſtola, manipulus, pla-
neta. Nouem verò pontificibus ſpecialia ſunt
hæc: caligæ, ſandalia, ſuccinctoriũ, tunica, dal-
matica, chirotecæ, mitra, anulus, baculus pa-
ſtoralis. De quibus omnibus ſingulatim pro-
ſequimur: & etiam de ſudario & pallio & de
coloribus, quibus Eccleſia in Eccleſiaſticis
vtitur indumentis: & de legalibus indumen-
tis, ſiue veteris teſtamenti.

SVMMA.

1 Amictus vſus, & ſignificatio. & nume. 3.
2 Amictus inuolutio circa collum, & pectus,
quid ſignificet.

De

## *De Amictu.* CAP. II.

PRimò de ſex ornamentis Epi-
ſcopis & ſacerdotibus commu
nibus, eſt ſecundū præmiſſa di
1 cendum. Lotis † itaq; manibus
Exod.28 Epiſcopus ſeu ſacerdos cele-
braturus aſſumit amictū: quo caput tegitur,
quem Pontifex loco ephot, ſiue ſuperhume-
ralis & rationalis habet: & nunc etiā ſuperhu
merale vocari poteſt: ſignificās ſalutem, quæ
per fidem tribuitur. De hoc Apoſto. ad Ephe.
vj. Galeam ſalutis aſſumite. Significat etiam
caſtitatem cordis, & corporis: quia & renes &
pectus ambit, & tegit: & omnibus ſacris veſti-
bus ſupponitur. ſed omnibus ſupereminet:
quia caſtitas etiam debet eſſe intus in pecto-
re, & foris nitere opere. Vnde in renibus ſtrin
gitur: quia ibi præcipuè luxuria dominatur.
Per amictum quoq; ſuper humeros, quia cir-
cunquaq; diffunditur, operum fortitudo deſi-
gnatur. Humeri nanque fortes ſunt, ad opera
Gene.49 peragenda: iuxta illud Patriarchæ Iacob: Sup
poſuit humerum, ad portandum: & factus eſt
tributis ſeruiens. Duo funiculi ſiue duæ chor
dulæ, quibus amictus ante pectus ligatur, ſi-
gnificat intentionem & finem, quibus infor-
mandum eſt opus, ne fiat in fermento mali-
tiæ & nequitiæ: ſed in azymis ſynceritatis &
1.Cor.5 veritatis. Sacerdos igitur non debet otioſus
exiſtere: ſed bonis operibus inſudare: ſecun-
2.Tim.2 dum illud Apoſtoli ad Timot. Labora, ſicut
bonus miles Ieſu Chriſti. Laudanda tamen
quorundam locorum habet conſuetudo vt
linea camiſia alba aut ſuperpellicium ſuper
communes veſtes induantur prius quàm ami
ctus imponatur, per quod fides, quæ primò
adeſſe debet, ſignificatur. Porrò amictus ſu-
per os planetæ reuoluitur, de quo ſub titu. de
2 planeta dicetur. ¶ † Amictu quoq; collū ſtrin
gitur: per quod vocis caſtigatio intelligitur:
quoniam per collum, in quo vox eſt, vſus lo-
quendi exprimitur. Stringitur ergo collum, ne
inde ad linguam mendacium tranſire poſsit.
Leuiter tamen cum eo pectus & fauces ſtrin
guntur, prout ſub tit. de cingulo dicetur. Illo
etiam caput operimus, ne circunquaq; liberè
proſpiciendo, illicita cogitemus. Pectus ſeu
cor eo tegitur, quia animus ſacerdotis ad ea,
quæ incumbunt, debet totus eſſe intētus: nec
debet tunc ad vanitates, vel ad aliqua mun-
dana liberè meditanda diſſolui. Porrò ami-
3 ctus † quo ſacerdos caput obnubilat, ſecūdum
quod capiti, ſcilicet Chriſto, conuenit ſignifi-
cat id, quod in Apoc. deſcribitur: videlicet An Apoc.10
gelum Dei fortem deſcendiſſe de cœlo ami
ctum nube. Et in Eſa. Ecce Dominus aſcendit Eſa.19
ſuper nubem candidam. Veniens etiam ad ſal
uationem mundi, Dei filius, Angelus magni
conſilij, amictus eſt nube, dum diuinitatē ab- 1.Cor.11
ſcondit in carne. Nam caput viri, Chriſtus: ca-
put Chriſti, Deus. extrà de ſacra vnct. c. vno.
Hoc ergo carnis latibulum ſignificat ſacer-
dotis amictus, quod per illam ſyndonem ex-
preſsius ſignificatur: quia ſummus Pontifex
caput obducit: de qua ſub titu. de ſuccincto-
rio dicetur: & pulchra quidem quod per cal-
ciamentum pedum, hoc ipſum per amictum
capitis deſignatur. quia diuinitas in carne la-
tuit, & per carnem innotuit. Nam cum notus Pſal.75
eſſet in Iudæa Deus, & in Iſraēl magnum no Pſal.59
men eius: in Idumeam extendit calciamen- Pſal.97
tum ſuum, & ante conſpectum gentium reue
lauit iuſtitiam ſuā. Amictus etiam, repræſen-
tat operimētum, quo Iudæi velabant faciem
Chriſti dicentes, Matth. xxvj. Prophetiza no-
bis Chriſte, quis eſt, qui te percuſsit.

### SVMMA.

1 Alba ſubſequitur amictum. Et quid ea ſigni-
ficet. & nume. 6.
2 Byſſus, quid.
3 Albę compoſitio, & forma, cùm in veteri, tum
nouo teſtamento. & num. 4.
4 Manicæ albæ, quid moneant.

## *De Alba.* CAP. III.

POſt amictum, camiſiam ſiue al
1 bā ſacerdos induit: † quæ mem
bris corporis cōuenienter apta,
nihil ſuperfluum aut diſſolu-
tum in vita ſacerdotis, aut in Eccle.9
eius membris eſſe debere demonſtrat: hæc
ob ſpeciem, candoris munditiam demonſtrat
ſecundum quod legitur: Omni tempore ve-
ſtimenta tua ſint candida. Fit autem de byſſo
vel lino. propter quod ſcriptum eſt: byſsinum
2 ſunt iuſtificationes ſanctorum. Eſt † autem Apoc.19
byſſus, linum ægyptiacum. Sicut enim linum
vel byſſus candorē, quem ex natura non ha-
bet, multis tonſionibus attritum, acquirit per
artem: ſic & hominis caro, munditiam, quam
non obtinet per naturam, per exercitia bono-
rum operum, multis caſtigationibus mace-
rata ſortitur per gratiā. Sacerdos ergo, ſecū-
dum Apoſtolum caſtiget corpus ſuum, & in
1.Cor.9 ſeruitutē redigat: ne forté cùm alijs prædi-
3 cauerit, ipſe reprobus fiat. ¶ † Habet autem
alba caputium, quod eſt profeſsio caſtitatis.
Habet etiā ligulam, quæ ſignificat linguā ſa
cerdotalē, quæ ligat contumaces, & abſoluit
pœnitētes. ¶ Rurſus hæc veſtis, quæ in vete-
ri ſacerdotio linea, vel ποδήρης Græcè, ſeu
latinè tunica talaris dicebatur, ſtricta fuiſſe
deſcribitur, propter ſpiritū ſeruitutis Iudæo-
Rom.8 rū in timore. In nouo verò larga eſt, propter
Gal.4 ſpiritū adoptionis in libertate, qua nos Chri-
Pſal.44 ſtus liberauit. Quod autē aurifriſiū & gram-
Luc.12 mata, diuerſis in locis, ac varij operibus ad de
corem habet: illud inſinuat, quod propheta
dicit in pſalmo: Aſtitit regina à dextris tuis, in
veſtitu deaurato, circundata varietate. ¶ Rur
4 ſus † alba cingulo ſtringitur, vt omnis vo-
luptas carnalis adſtricta intelligatur, dicen-
te Domino: *Sint* lumbi *veſtri* præcincti. ¶ Ma
5 nicæ quoq; tam † albæ quàm etiam tunicellę
conuenienter debent eſſe ſtrictæ, non nimis
laxæ, vt labantur, & brachia nudentur: habē
tes in ſummitatibus aurifriſia, ad deſignan-
dum aureos torques, qui brachia nuda beati
Martini miſſam celebrantis miraculosè &
decenter operuerūt: prout in ſexta parte, ſub
6 eius feſto dicetur. Per † albam etiam, qua
corpus à ſurſum vſque ad deorſum tegitur:
ſpes quæ ex gratia prouenit Eccleſiæ deſur-
ſum, & ex meritis Eccleſiæ deorſum figura-
tur. De hac Apoſtolus ad Ro. viij. Spe ſalui
facti ſumus. Quia verò vſq; ad talos deſcen-
dit, perſeuerantiam deſignat, prout tactū eſt
prope finem in prooemio huius partis. Porrò
ſecundum quod capiti, ſcilicet Chriſto con-
uenit alba, quæ eſt lineum veſtimentum, lō-
giſsimè diſtans à tunicis pelliceis, quæ ex
Gen.3 mortuis animalibus fiunt: quibus Adam ve-
ſtitus eſt, poſt peccatū, nouitatem vitæ ſigni-
ficat, quam Chriſtus & habuit & docuit &
tribuit in baptiſmo, de qua dicit Apoſtolus:
Ephe.4 Exuite veterem hominē, cum actibus ſuis, &
induite nouum, qui ſecundum Deum crea-
tus eſt. Nam in transfiguratione reſplēduit
facies eius, ſicut ſol, & veſtimenta eius facta
ſunt alba, ſicut nix. Semper enim veſtimenta
Chriſti munda fuerunt, & candida: quia pec-
catum non fecit: nec inuentus eſt dolus in
Mat.17 ore eius. Hęc etiā veſtis, reprę ſentat albā ve
1.Petr.2 ſtē, in qua Herodes illuſit Chriſto. Luc. xxiij.



### SVMMA.

1 Zona, quid. Et quid deſignet. & num. 5. 6.
2 Succinctorium duplex dependēs & cingulū
in ſiniſtro latere Pontificis, quid ſignent. &
num. 4.
3 Oratio & ieiunium, quam vim habeant.

## *De zona ſeu cingulo.* CAP. IIII.

1 DEbet † autem alba circa lūbos
ſacerdotis ſeu pontificis zona
ſeu cingulo quod in lege, &
apud gręcos ζωσήρ, ſiue balteū Luc.12
dicebatur, præcingi: ne defluē-
do, inceſſum impediat: vt caſtitas ſacerdotis
per albā ſignificata, nullis incētiuorū ſtimu-
lis diſſoluatur. Cingulū nanq;, continentiā ſi-
gnificat. Vnde: ſint lumbi veſtri præcincti, &
lucernæ ardentes in manibus veſtris. In lūbis
quidē luxuria dominatur, ſicut Dominus lo-
quēs de diabolo, manifeſtat: Virtus eius in
lūbis eius, & fortitudo eius in vmbilico vē-
tris illius. de pœni. diſt. ij. ſi enim inquit. ad ſi. Iob.40
2 ¶ Sanè in ſiniſtro latere † pōtificis ex cingulo
duplex depēdet ſuccinctoriū: quia duo ſunt,
quibus caſtitas roboratur: & ſine quibus diffi
3 cilè † cōſeruatur: ſcilicet oratio & ieiunium.
Vnde Dominus ait: Hoc genus dęmoniorū
nō eijcitur, niſi in oratione & ieiunio. Mar. ix.
Debēt ergo lūbi per cōtinentiā præcingi &
per abſtinentiam ſuccingi. Vnde Apoſtolus:
State ſuccincti lumbos veſtros, in veritate. Ephe.6
Verū ſuccinctoriū, quod aliâs περίζωμα, vel
ſuccingulū vocatur, inter indumenta legalia
fuiſſe nō legitur: quia & ſi legales ſacerdo-
tes accincti tēpore ſacrificij abſtinere debe-
rent: alio tamē tēpore licitè vocabāt ample-
xus. Hodie autē additur cingulū: quia moder
ni miniſtri iugem habere debent continen-
tiam. Et ideò non ſolū cingi, ſed etiam ſuc-
4 cingi debent. † Ideò autem duplex eſt ſuc-
cinctorium, vt duplex caſtitas denotetur: vi-
delicet mentis, quæ per cingulum: & corpo-
ris, quæ per ſubcingulum ſignificatur. A par-
te ſiniſtra dependet: quia potior eſt caſtitas
mentis, quàm corporis: & dextra pars potior
eſt, quàm ſiniſtra. Vnde Grego. Lumbis præ-
cingitur nunc, cùm carnis luxuriam per
carnis continentiam coarctamus. Cingu-
5 lum † quoque conuenienter temperantiam
deſignat: de ſubcingulo etiam dictum eſt in

procœmio huius partis. Et aduerte, quòd pe-
3.reg.17 ctus & fauces leniter cũ amictu ſtringũtur:
3.reg.18 quia motus in noſtra poteſtate nõ ſunt. He-
Mat. 26 lias prius clauſit cœlũ, quod petijt, quòd non
plueret, quàm animum: quando deſiderabat
vindictã de morte prophetarũ: lingua etiam
in humido ſedet, & in madido, & facilè lubri
catur. Vnde princeps Apoſtolorũ ad vocem
ancillæ magiſtrum ſuum negauit. Sed renes
fortiter cingulo ſtringũtur, vt caſtigetur cor
pus, & in ſeruitutem redigatur, & impetus lu-
xuriæ refrænetur. Porrò ſecundum quod ca-
Apoca. 1 piti, ſcilicet Chriſto cõuenit zona ſacerdota-
lis, ſignificat illud quod Io. Apoſtolus ait: Cõ
uerſus vidi ſimilem filio hominis præcinctũ
ad mammillas zona aurea, Per zonã aureã,
Ephe. 3 perfecta Chriſti charitas deſignatur: quam
dicit Apoſtolus ſuperuenientem ſcientię cha
ritatem Chriſti, feruentem in corde, radiantẽ
in opere: cuius ſuccinctorium illud ſignifi-
Eſa. 2 cat, quod Eſaias de Chriſto loquens prædi-
Pſal. 10 xit: Erit iuſtitia, cingulum lumborum eius, &
pſal. 144 fides cinctorium renũ eius. Nam iuſtus Do-
Actu. 1 minus iuſtitiam dilexit: æquitatem vidit vul
Tho. 4 tus eius. Et fidelis Dominus in verbis ſuis: &
Matt. 7 ſanctus in omnibus operibus ſuis. Duæ ſum-
Pſal. 33 mitates ipſius, duæ ſunt partes naturales iu-
Ioan. 19 ſtitiæ: quam Chriſtus fecit & docuit: ſcilicet
quod tibi non vis fieri, alteri non feceris: ſed
quæcunq; vultis, vt faciant vobis homines, &
6 vos eadem facite illis. Cingulum † ergo, iuſti
tiam ſignificat, cuius duo ſunt brachia ſeſe
conſtringentia: ſcilicet declinare à malo, &
operari bonum. Repræſentat etiam flagel-
lum, quo Pilatus cęcidit Ieſum.

SVMMA.

1 Stola ſubſequitur cingulum. Et quid ea notet.
2 Stola, cur protendatur ad genua.
3 Stolæ reflexio in vtrunq; humerum, quid ſignificet.
4 Stola, cur collo ſacerdotum, diaconorum verò humero imponitur.
5 Stola, cur ad lumbos ſuccingatur.
6 Stola, eſt velut quoddam orarium: ſine quo non licet myſteria Eccleſiaſtica celebrare.
7 Stola, collo ſacerdotis incumbens, quid notet.
8 Stola vti, quibus prohibitum.

*De Stola.* CAP. V.

1 POſt cingulum † ſacerdos ora-
rium ſiue ſtolam, quæ leue
Domini iugũ ſignificat. xxiij.
di. Eccleſiaſtica. ſiue quæ eſt iu-
gum præceptorum Domini, ſu
per collum ſibi imponit, vt iugum Domini
ſe ſuſcepiſſe demonſtret. Quam cum oſculo 2. Cor. 6
ſibi imponit, & deponit, ad notandum aſſen-
ſum & deſiderium, quo ſe ſubijcit huic iugo.
Illa autem à collo per anteriora deſcen-
dens, dextrum & ſiniſtrum latus adornat:
quia per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris,
id eſt, in proſperis, & in aduerſis ſacerdos de-
bet eſſe munitus: quatenus nec aduerſis fran
gatur, nec proſperis eleuetur. Vnde & cùm Mat. 11
ſacerdos in ordinatione ſtolam accipit, di-
cit illi epiſcopus: Accipe iugum Dei. iugum
enim eius ſuaue eſt, & onus eius leue: ſuaue
2 in proſperis: leue in aduerſis. ¶ Stola † quippe
vſque ad genua, quæ curuantur, protendi-
tur: vt nos mites corde, & humiles inſinuet.
Significat enim patientiam, de qua ſcriptum
eſt: Patientia vobis neceſſaria eſt, vt re-
portetis promiſsiones. Et iterum: in patien- Hebr. 10
tia veſtra poſsideatis animas veſtras. Hinc Luc. 21
eſt ergo, quòd ſtola cum zona ſeu cingulo
à dextris & ſiniſtris, quibuſdam nexibus co-
ligatur: quia virtutes virtutibus ſociantur
& iuuantur: ne aliquo moueantur tentatio-
nis impulſu: & ad deſignandum, quòd tam
in proſperis, quàm in aduerſis debet Chri-
ſti iugum patienter ferri: faciente glutino
charitatis. A quibuſdam verò pontificibus
additur præmiſsis verbis: ſtola innocentiæ
induat te Dominus, quòd ſtolam reſpicit
primitiuam, quæ fuit innocentiæ ſignifica-
3 tiua. ¶ Rurſus † ſtola ab humero ſiniſtro ſa-
cerdotis, in dextrum, dum ordinatur, refle-
ctitur: quia cùm obedientia incipiat ab acti-
ua per dilectionem proximi, tranſit in con-
templatiuam vitam per dilectionem Dei.
Longitudo autem ſtolæ, perſeuerantiam ſi-
gnificat. Duo brachia ſtolæ dependentia,
ſignificant prudentiam, & temperantiam.
Vnde Apoſtolus ad Titum iij. Sobriè, iuſtè,
& piè viuamus &c. Sed & ſecundum de-
cretum Bracharenſis concil. xxiij. diſtin. Ec-
cleſiaſtica. debet ſacerdos de vno eodémq;
orario ceruicem pariter, & vtrũq; humerum
imprimens ſignum Crucis in ſuo pectore
præpa



præparare: vt qui imperturbatus præcipitur
inter proſpera, & aduerſa, conſiſtere virtutũ
ſemper ornamẽto vtroq; circumſeptus adpa-
reat humero. Si quis autẽ aliter egerit excõ-
municationi debitè ſubiacebit. niſi forte quis
dixerit hoc decretum per contrariam gene-
ralis Eccleſiæ conſuetudinem abrogatum.
Nam non vbiq; partes ſtolæ reducuntur an-
te pectus, in modum Crucis. Crucẽ autem ge
rit in pectore: dum Chriſti paſsionem, cuius 7
miniſter eſt, imitatur in mente. Orariũ itaq;
iugum ſimul & onus eſt: iugũ ſacerdotibus:
4 onus diaconis. ¶ Vnde † fit vt ſacerdotibus
circa collum, & diaconis ſuper ſiniſtrum hu-
merũ ponatur. Sicut enim iugũ collo porta-
tur: ſic & humeris onera feruntur. Lege in
Leuitico: & videbis ſolos leuitas ferẽdis one
ribus deſtinatos. In diaconis etiã ſtola iugũ
ſignificat: prout in parte ij. dictum eſt, vbi de
Num. 3 diacono agitur. ¶ Adhuc ſtola ſiniſtro hu-
mero diaconi imponitur, quia decet tempo-
ralia ſpiritualibus deſeruire: vel quia dextrã 8
diaconi oportet eſſe liberam, vt expeditius
ad miniſterium ſacerdotis diſcurrat, de quo
5 etiam ibi dictum eſt. ¶ Ad † lumbos ſtola ſuc
cingitur, vt ſit fortis & expeditior cõpugnax
libidinum. Quandoq; tamen ſolùm ſuper ſi-
niſtrum brachium pars anterior ſtolæ cõpli-
catur: quod tractum eſt à legalibus ſacerdo-
tibus, qui dum ſacrificabant, ſummitates bal-
tei ſuper humerum reflectebant. In epiſcopo
verò vel ſacerdote, ab vtraq; parte æquali-
ter dependent anterius: quia Chriſtus, cuius
typum gerunt, qui æquanimiter ſe habuit in
proſperis & in aduerſis (quæ per læuam &
dextram ſignificantur) habitatores terræ ad
cœleſtia ducere deſiderabat: quos ſemper
6 ante oculos mentis ſuggerebat. ¶ † Dictum
eſt autẽ orarium, quia quamuis ſine alijs in-
dumentis ſacerdotibus baptizare, conſigna-
re, & alia plura orãdo facere liceat: ſine ora-
rio, tamen niſi magna neceſsitate cogente,
nihil horũ facere licet. ¶ In concilio Tribur.
in bucardo li. vj. c. presbyteri. legitur vt preſ-
byteri non vadant, niſi ſtola oraria induti.
¶ Notandum autem eſt, quòd antiquitus
ſtola erat veſtis candida, pertingens vſq; ad
veſtigia: qua Patriarchę vtebantur ante le-
gem, quam primogeniti cùm benedictionẽ
patris acciperent, induebant, & Domino vi-
ctimas, vt pontifices offerebant. Sed poſtquã
alba cœpit portari, mutata eſt in torquem.
Per primam ſtolam innocentia intelligitur,
quæ fuit in primo homine. Sed cũ eam perdi
dit, propter peccatum, oportuit eam recupe-
rare per vitulum ſaginatum. Quia igitur ſu-
pereſt, vt qui per inobedientiam cecidimus,
per obediẽtiam reſurgamus: rectè pro veſte
innocentiæ recuperanda, ſubimus torquem
obedientiæ. Nam per ſtolam, qua nunc vti-
mur, obedientiam accipimus euangelij cru-
cifixi. ¶ Porrò † ſecundum quod capiti ſcilicet
Chriſto conuenit ſtola, quæ ſuper amictum
collo ſacerdotis incumbit, obedientiam &
ſeruitutem ſignificat: quam Dominus omniũ
propter ſuorum ſalutem ſubijt. Nam cùm
in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus
eſt eſſe ſe. e. Deo. Exinaniuit enim ſemeti- Phil. 2
pſum formam ſerui accipiens, factus obe-
diens, vſq; ad mortem: mortem autem Cru-
cis. Cauſam quippe mortalitatis nec traxit
origine, nec commiſit opere. ¶ Stola eſt ſi-
gnat ligaturam, qua Ieſus ligatus fuit ad co-
lumnam. † Statutum eſt in canonibus. xxiiij.
diſt. non oportet. & duobus c. ſeq. ne ſubdia-
coni, lectores, & pſalmiſtę orarijs ſiue ſtolis
vtantur.

SVMMA.

1 Manipulus, quo conſilio adhibeatur. & nu. 5.
2 Manipulus, cur in ſiniſtra geratur. & num. 4.
3 Manipulus, vnde ſumpſerit initium.
6 Manipulis non vtuntur diaconi & ſubdiaconi, ſeruiente Põtifici induenti & exuẽti ſe à ſacris veſtibus.

*De Manipulo.* CAP. VI.

QVia verò mentibus bene com
poſitis, & diuino cultui manci-
patis, ſæpe ſubrepit acidia, quæ
1 † quodam torpore reddit ani-
mum dormiẽtem: Pſalm. Dor- pſal. 118
mitauit anima mea præ tædio: ideò in ſini-
ſtra manu miniſtri ad altaris miniſterium
accedentis, quædam apponitur manipula, vel
fanum, vel manipulus, vel ſudariũ appella-
tur: quatenus ſudorem mentis abſtergat, &
ſoporẽ cordis excutiat: bonis operibus inuigi
let, depulſo tædio, vel torpore. Per manipu-
lũ enim bona opera vel vigilãtia deſignãtur:
de qua Dñs ait: Vigilate: quia neſcitis, qua Mat. 24
hora filius hominis vẽturus ſit. Vnde ſponſa Can. 5
 dicit

Can. 5 dicit in canticis:Ego dormio,& cor meum vi
gilat. Per ſudarium etiam pœnitentia deſi-
gnatur:qua labes quotidiani exceſſus, & tę-
dium mundanæ cōuerſationis extergitur de
Pſal.118 quo dicitur. Dormitauit anima mea præ tæ-
dio. Tædet enim animam peccatorum, con-
ſcientiæ, & infirmitatis torpore. Significat
etiam futurorum bonorum retributionem.
1. Cor. 4 Vnde in quibuſdā locis, quoties in feſtis albis
pſal.125 vtuntur, manipulos portant: ex eo, quòd in
illa vita vnuſquiſq; propriam mercedem ac-
cipiet. Et venientes venient cum exultatio-
ne portantes manipulos ſuos. Itē, quia mani-
pulus pœnitentiam deſignat: inde eſt, quòd
ſudarium ſubdiaconi magis fauone ſacerdo-
tali formatur: quia vbi maior exceſſus, ma-
ior exigitur pœnitētiæ fructus. De ſudario
2 etiā infrà dicetur. ¶ Sanè miniſtri† manipulū
in brachio ſiniſtro ferunt, ad notandū, quòd
ſtricti debent eſſe ad terrena: ſed ad cœleſtia
expediti. Antiqui autem non erant adſtricti
ad hoc, quia Deo etiā pro temporalibus ſer-
uiebāt: & ad ſignificandum nos in hac vita,
quæ per ſiniſtrum ſignificatur, pati tædium
ſuperflui humoris, id eſt, delectationis, & alia
ſuperflua mentis. ¶ Ad hoc manipulus in ſini
3 ſtra, fidem in hac vita deſignat. † Manipuli
vſus ſumptus eſt non ab Aaron: ſed ab anti-
quis patribus: quia (ſicut legitur in martyro-
logio Bedæ) Arſenius ſudarium ſemper fe-
rebat in ſinu, vel manu, ad tergendū effluen-
tiam lacrymarū. Habebant quoq; ſancti pa-
tres, dum ſacra tractabant: & ſacramenta cō
ficiebāt, mappellas, id eſt, paruas mappas, &
mantilia in manibus, nūc pro tergendis ma-
nibus, & nūc pro operiendis, & nunc pro re-
uerenter tractandis ſacramentis. ¶ Porrò ſe-
4 cundum quod† capiti, ſcilicet Chriſto conue
nit, quod ſacerdos manipulū portat in læua:
deſignat, quòd Chriſtus brauium obtinebat
in via. Per manipulum enim præmium deſi-
gnatur, Iuxta quod legitur: Venientes autē
venient cū exultationes, portantes manipu-
pſal.125 los ſuos. Per læuam, vita præſens accipitur.
Can. 2 Iuxta illud: Læua eius ſub capite meo, & de-
xtra ipſius amplexabitur me. Chriſtus autē ſi-
mul fruebatur, & merebatur: fruebatur in pa
tria, & merebatur in via. Nā ſimul & brauiū
comprehendebat, & ſtadiū percurrebat: quia
ſimul erat in patria, & in via: nemo inquit
Ioan. 3 aſcēdit in cœlū, niſi qui deſcēdit de cœlo, fi-
5 lius hominis, q eſt in cœlo. Manipulus † etiā
repræſentat funem, quo Ieſus cōprehēſus à
Iudæis, ligatus fuit. Vnde Io. xviij. Cōprehen
derunt & ligauerūt eum. Manipulus tamen
poſt indutā planetā cōſueuit romano pōtifi
ci immitti, quod etiā à pluribus obſeruatur:
de quo in quarta parte ſub tit. de cōfeſſione
6 dicetur. ¶ † Notandū autē, quòd diaconus &
ſubdiaconus pōtifici induenti & exuenti ſe à
ſacris veſtibus, ſine manipulis ſeruiunt. Pri-
mò, vt expeditius & liberius adminiſtrēt. Se-
cūdò, ad notādū, quòd in tali obſequio non
debet fructū quærere temporalem, qui quā-
doq; per manipulum ſignificatur. Iuxta illud Pſal.125
Pſalm. Venientes autē &c. Rurſus, dū ponti-
fex ſe induit vel exuit, diaconus ſtat à de-
xtris, & ſubdiaconus à ſiniſtris: quia diaconus
ex ordine ſuo ad fortiora, & perfectiora, quę
per dextram ſignificantur, aſſumitur, quàm
ſubdiaconus.

### S V M M A.

1 Caſula quid. vnde dicatur. & quid notet.
2 Charitas, legis eſt implementum.
3 Caſula tripliciter plicatur. Et quid idipſum
notet. & num. 4.
5 Caſula vndiq; clauſa, integráq;, quid notet.

## *De caſula ſeu Planeta.* CAP. VII.

1 POſtremò, ſuper omnes † veſtes
induitur caſula. quæ quaſi par-
ua caſa dicitur: & à græcis πλα
νῆτα vocatur, ἀπὸ τῆς πλάνης,
hoc eſt, errore: quoniam erra-
bundus eius limbus ſuper brachia eleuatur,
ſignificans charitatem ſine qua ſacerdos eſt, 1. cor. 13
ſicut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Si-
cut enim charitas operit multitudinem pec- 1. Pe. 3
catorum, & omnia legis & prophetarum
mandata continet, dicente Apoſtolo: Pleni-
tudo legis eſt charitas: ſic & hæc veſtis cun- Ro. 13
cta plana & alia omnia indumenta intra ſe
1 claudit & cōtinet. De † charitate dicit Apo- 3
ſtolus: adhuc excellentiorem viam vobis
oſtendam. Si linguis hominum loquar & an- 1. Cor. 3
gelorum: charitatem autem non habeam,
nihil ſum. Et iterum: Si fidem habeam, vt mō
tes transferam, charitatem autem non ha-
beam, nihil ſum. de conſe. diſt. iiij. ſolēt. hæc
ſiquidem eſt veſtis nuptialis, de qua Domi-
nus inquit in euangelio: Amice quomodo Mat. 22
huc intraſti, non habens veſtem nuptialem?
Sine



Sine hac autem nunquā ſacerdos debet ſuū
officium exercere: quia ſemper decet eum in
vinculo charitatis permanere. Per hoc autē,
quòd amictus ſuper os planetæ reuoluitur,
innuitur, quòd bonum opus debet ad chari-
1. Tim. 1 tatem referri. Nam finis præcepti, eſt chari-
tas, de corde puro, & cōſcientia bona, & fide
non ficta. quòd verò caſula in extēſione ma-
nuum in anteriorem & poſteriorē partē di-
uiditur: ſignat duo brachia charitatis ad Deū
Matt. 22 ſcilicet & ad proximū. Diliges (inquit) Deum
tuū &c. In his duobus mandatis tota lex pē-
det, & prophetæ. Rurſus latitudo planetæ la
titudinem ſignificat charitatis, quæ etiā vſq;
Pſal.118 ad inimicos extenditur. vnde: Latū mādatum
3 tuū nimis. ¶ Duæ† quoq; plicaturæ, ſiniſtræ,
videlicet & dextræ: ſunt duo præcepta cha-
ritatis ſcilicet amor Dei & proximi. Duplica-
tur etiam ante pectus, per quod cor, & inter
humeros, per quos opera exprimuntur: & in
eis veſtimentū duplex in ipſum efficitur: quia
ſic debemus bona opera foris oſtendere pro-
ximis, vt eadē intus in corde coram Domino
integra ſeruemus. Charitatē enim debemus
habere corde, & opere, & intus, & foris. Rur-
ſus ante pectus duplicatur: quoniam per cha
ritatem bona voluntas & ſancta cogitatio
generatur. Duplicatur etiam inter humeros:
quia per illam aduerſa à proximis, & ab ad-
uerſarijs ſupportantur. Ad brachia autem ele
uatur, dum bona opera charitatis operantur.
Ad dextrum, dum operamur bonum ad do-
Gala. 6 meſticos fidei. Ad ſiniſtrum, dum extenditur
4 etiam ad inimicos. ¶ Adhuc † triplicatur, in
brachijs, in dextro quidē, cùm fidelibus mo-
nachis clericis, & laicis ſubuenimus. in ſini-
ſtro, dum infidelibus ſcilicet malis Chriſtia-
nis, Iudeis & paganis neceſſaria miniſtramus:
per caſulam quoq; rectè opera iuſtitiæ deſi-
gnantur, iuxta illud: Sacerdotes tui induant
Pſal.131 iuſtitiam. Sanè ſacerdos ſuum agens officiū
non debet caſulam exuere: quia præcipiente
Domino Leui. xxj. c. non licet ei egredi de
Gal. 4 ſanctis ſcilicet rebus vel præceptis. ¶ Porrò,
Pſal.132 ſecundum quod capiti. ſcilicet Chriſto cōue-
Ioan. 1 nit caſula, magni ſacerdotis eſt Eccleſia vni-
uerſalis, de qua dicit Apoſtolus: Quotquot
in Chiſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.
Hoc eſt illud Aaron veſtimentum in oram
deſcendit vnguentum: ſed à capite deſcendit
in barbam: & à barba deſcendit in oram: quo
niam de plenitudine ſpiritus eius nos omnes
accepimus: primò Apoſtoli, deinde cæteri.
5 Quòd autē caſula vnica† & integra, & vndiq;
clauſa eſt, ſignificat fidei vnitatē & integrita-
tē: veruntamē in extenſione manuū in ante-
riorē, & poſteriorē partē quodammodo di-
uiditur deſignās antiquā Eccleſiā, quæ paſſio
nem Chriſti præceſſit: & nouam, quæ Chriſti
paſſionē ſubſequitur. Nam & qui præibāt, & Matt. 21
qui ſequebantur clamabant dicētes: Oſanna Ioan. 19
filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine
Dñi. Hęc etiā veſtis reprę ſentat purpureū ve
ſtimētū, quo milites circundederūt Ieſum.

### S V M M A.

1 Veſtimentum pedum, vnde traxerit originē.
2 Pontifices, quando ſandalia & caligas adſu-
mant. Et eorum ſignificatio. num. 3. 4.
3 Calciamentum epiſcopi, quò inuitet quóve
prohibeat. & num. 4.
5 Sandalia, vnde dicantur. & eorum forma.
6 Sandaliorum apertura & clauſura, quid ſi-
gnificent.
7 Sandalia, ex corio albo fiunt interdum.
8 Lingula à corio ſeparata, ſuper pede con-
ſurgens, quid ſignificet.
9 Sandaliorum corigiæ, quid notent.
10 Sandalia, eò quòd capiti conueniunt, quid
deſignent.
11 Sandalijs vti, quibus licet: & quibus prohibe-
tur.

## *De Caligis, & Sandaliis,*

CAP. VIII.

SVperius de ſex ornamentis,
tam ſacerdotibus, quàm epi-
ſcopis cōmunibus dictum eſt:
nunc autem de nouem ponti-
ficum ſpiritualibus dicendum
reſtat, & prius de caligis & ſandalijs videa-
1 mus. Veſtimentum † autem pedum non ha-
buit originem ab Aaron: qui duntaxat in
Iudæa conuerſabatur: ideóq; neceſſe non
habuit: ſed ab Apoſtolis quibus dictum eſt:
Euntes, docete omnes gentes. Niſi fortè quis Mat. 28
dixerit quòd caligę & ſandalia in locum fœ- Ephe. 6
2 minalium ſuccedunt. ¶ Celebraturi † igitur
pōtifices, pedes intereà, dum dicuntur quinq;
pſalmi in præparatione euangelij pacis, ca-
ligis & ſandalijs calciantur. quorum pul-
chritudinem admirabatur Propheta, dicens:

 Quam

Ephe.6 Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pa-
Mar. 6 cem: euangelizantium bona. Vnde Apoſto-
Ephe.6 lus ad Epheſios: Calciat pedes calciamentis
Luc. 10 virtutum. Et in euangelio legitur Dominum
miſiſſe diſcipulos ſuos ſandalijs calciatos,
calciatos vtique in præparatione euange-
lij pacis. Si enim calciati non eſſent, quomo-
do, ſuper ſerpentes & ſcorpiones calcare po-
tuiſſent? Cogitēt †igitur epiſcopi, cur ita cal-
3 ciati ſunt: imitentur eorum exempla, quorũ
imitantur calciamenta. Siquidē per pedes cō-
uenienter affectus intelliguntur. Debēt nãq;
habere affectus & deſideria calciata ne pul-
uere terrenorũ ſeu tēporalium maculentur.
4 ¶†Per huiuſmodi quoq; calciamentũ prohi
bitio pedũ congruè intelligitur: ne videlicet
ad illicita feſtinent. Quia verò affectus faci-
lius inficiuntur, & maculantur tēpore proſpe
ritatis, quod per dextrũ, quàm tēpore aduer-
ſitatis, quod per ſiniſtrũ intelligitur, ideò, vt
maiori periculo citius occurrēdum oſtenda-
tur, à dextro pede pontifex incipit calciari.
Matt. 5 ¶Prius tamen, quàm ſandalia pedibus impo-
nantur, caligis induũtur, vſq; ad genua, pro-
tenſis ibiq; cōſtrictis: quia pręedicator pedibus
ſuis rectos debet facere greſſus ſuos & ge-
nua debilia roborare. Nã qui fecerit & do-
cuerit, hic magnus vocabitur in regno cælo-
rum. Caligæ quoq; iacinthini, id eſt, aërei ſeu
cœleſtis coloris denotãt, quòd cœleſtes de-
bet habere pedes, id eſt, affectus & firmos ne
claudicet ſed dicat confortamini puſillani-
Eſa. 35 mes. Et conſequēter† ſandalia pedibus impo
5 nuntur: quæ ſic vocantur ab herba, vel ſan-
dalico colore, quo depinguntur. Habēt autē
deſubtus integram ſoleam: deſuper verò co-
rium feneſtrarum: quia greſſus prædicatoris
& ſubtus debent eſſe muniti, ne polluantur
Matt. 10 terrenis: iuxta illud dominicũ: Excutite pul-
uerem de pedibus veſtris. & ſurſum aperti,
quatenus ad cognoſcēda myſteria ſeu cœle-
pſal. 118 ſtia reuelentur: iuxta illud propheticũ: Re-
uela oculos meos & commirabilia de lege
tua. In hoc quoq;, quòd deſuper aperta ſunt,
quòd corda ſemper ad Deum erecta habe-
re, & oculos mentis ad ea, quæ ſurſum ſunt,
Gen. 27. aperire debemus, ſignificatur. Quòd etiam
ſubtus ſolida ſunt, ſignificat, quòd mentem
in terrenis obtuſam habere debemus: nec de
bemus quærere benedictionem Eſau, quæ in
terris eſt: ſed Iacob, quæ eſt in cœlis. ¶ Rur-
ſus, quòd ſandalia in quibuſdam locis aperta,

6 & in† quibuſdam integra ſeu clauſa ſunt, de-
ſignat quòd euãgelica prædicatio nec omni
bus reuelari, nec omnibus abſcōdi debet: iux
ta illud Luc. viij. Vobis datum eſt, noſſe my-
ſteriũ regni Dei: cæteris autem in parabolis
Mat. vij. Nolite ſanctum dare canibus: neque
margaritas ſpargere ante porcos. ij. q. iij. no-
7 lite. ¶ Sandalia † quoq; interius quandoq; ex
corio albo fiunt: quia neceſſe eſt intentionē
candidã, & conſciētiã puram corã Deo habe
re & exterius nigrũ apparet: quia prædicato
rum vita propter tribulationes huius mundi
nigra & deſpecta ſecularibus videtur. Quan-
doq; etiam rubeũ, ad votũ martyrij deſignã-
dum: & quandoq; diuerſis coloribus variatũ,
quo virtutum varietas, quibus ornatus eſſe
8 debet, ſignificatur. ¶ Lingula † verò à corio
ſeparata, ſuper pedem conſurgens, linguas
eorum qui prædicatori bonum perhibent te
ſtimonium, ſignificat: qui tamen quodãmo-
do à ſpiritualiũ conuerſatione ſeparati ſunt.
¶ Secũdò lingula ipſa, ſpiritualiũ lingua eſt,
quæ prædicatorem in opus prædicationis in-
troduxit. ¶ Tertiò, etiam ipſius prædicatoris
linguam deſignat: linea verò ab ipſa lingula,
vſq; ad finem ſandalij, per medium eius pro-
cedens, euangelicam perfectionem deſignat:
ligneæ verò ab vtroq; latere procedentes,
quæ in fine ſandalij ad ipſam lineam me-
diam referuntur, ibiq; terminantur, legem
figurant propheticam: quæ in euangelio re-
capitulantur & in eo determinantur. ¶ Supe-
rior quoq; pars ſandaliorum, per quam pes
introducitur, varijs conſuitur funiculis, ne
duo eius cornua defluant ſeu abinuicem ſe-
parentur, ſeu abinuicem diſiungantur: ad no-
tandum, quòd prædicator ſeipſum varijs alli
gare debet virtutibus: aut ſcripturæ ſenten-
tijs, ne ipſius intrinſeca ab his, quæ exterius
lucēt, corã altiſſimo diſiungantur. Ipſa quoq;
ſandaliorum ligatura, ſignificat, quòd præ-
latus, qui huc illúcq; diſcurrere habet, greſ-
ſus mentis firmare debet cùm in turbis ver-
9 ſatur. ¶ Quia verò † corrigiæ huc atq; illuc
manibus ducuntur, vt ſandalia firmentur, &
ligentur: ſignificat, quòd prædicator ſic fir-
mo greſſu incedere debet, vt nulli oneroſus
exiſtat: & ne in via miniſtrãda deficiat. Nam
fruſtra velociter currit, qui prius, quàm ad
metam perueniat deficit. de pœ. diſtin. iij. in
caſſum. Myſticè enim ſandalia, curſum præ-
dicatoris ſignificant. Quandoq; tamen ſan-
dalia



dalia non ligantur, quia Chriſti incarnatio
aliquando humanis ſenſibus aperta eſt: vt eſt
pannis inuolui, & in præſepio poni. Aliquãdo
verò corrigiæ ſandalijs ſupererogantur: quia
Luc. 10 ſcriptum eſt: Quodcũq; ſupererogaueris, ego
cum rediero reddam tibi. Poteſt etiam dici,
quòd caligæ ſignificant illã lotionē, de qua
Ioan. 13 Dominus ait: Qui lotus eſt, non indiget, niſi
vt pedes lauet. Sed quia non ſufficit mundi-
tia cordis, abſq; patientia perſecutionis: ideo
ſequuntur centones rubei, qui martyrium fi-
gurant. Qui autem in corde munditiam & in
voluntate (ſi opus fuerit) habuerit patientiã,
ſecurus accedet ad prædicationem, quia ſan-
dalia aliud deſignant apoſtolica. ¶ Porrò ſe-
10 cundum † quod capiti, ſcilicet Chriſto conue
niunt ſandalia, aliud deſignant: Pōtifex enim
in altaris officio, capitis ſui ſcilicet Chriſti,
cuius eſt membrum repręſentans perſonam:
dum pedibus aſſumit ſandalia: illud incarna-
tionis dominicæ calciamentum inſinuat: de
Pſal. 59 quo Dominus ait in Pſal. In idumæam ex-
tendam calciamentum meum, id eſt, in gen-
tibus notam faciam incarnationem meam.
Venit enim ad nos calciata diuinitas, vt pro
nobis Dei filius ſacerdotio fungeretur. Per
lingulas autem, quibus pedibus ipſa ſandalia
conſtringuntur: illud idem accepimus, quod
Ioan. 1 per calciamenti corrigiam Io. bapti. ſignifica
uit, cum ait: Cuius nō ſum dignus corrigiam
calciamenti ſoluere: vnionem videlicet inef-
fabilem, & copulam carnalem inſolubilem,
quibus verbis diuinitas noſtræ ſe carni con-
iunxit. Sanè mediantibus caligis pedes ſan-
dalijs coniunguntur, quoniam anima mediã-
te carne, diuinitati eſt vnita. Sicut enim pes
corpus ſuſtentat: ita diuinitas mundum gu-
Pſal. 98 bernat. vnde Pſal. Adorate ſcabellum pedum
eius, quoniam ſanctum eſt. Verùm ſecũdum
decretum Greg. xciij. diſt. §. compagis, & duo
11 bus cap. ſeq. Diaconi † non debent vti con-
pagis, id eſt, ſandalijs, neq; manipulis, id eſt,
calciamentis epiſcopalibus, abſq; indulgen-
tia ſedis apoſtolicæ ſpeciali. Olim enim vte-
bantur, quia eorum erat diſcurrere per co-
mitatum. Hodie ergo nec ipſi nec ſacerdo-
tes vtuntur: ſed epiſcopi ſolùm, vt per varie-
tatem ſandaliorum, notetur varietas officio-
rum. Præterea, epiſcopi habent per plebes
diſcurrere: ſacerdotes verò Domini hoſtias
immolare. Clerici autē Romanę Eccleſię ex
conceſſione Cōſtantini Imperatoris vti poſ-
ſent calciamētis cum vtonibus: id eſt candi-
do linteamine. xcvj. diſtin. Conſtantinus.

### SVMMA.

1 Orale, ſiue velum, quod ſuo capiti epiſcopus
imponit, quid ſignificet.
2 Crux ante pectus Pontificis maximi poſita,
quid deſignet.

## De Succinctorio & orali.

### CAP. IX.

DE ſuccinctorio nil aliud dici-
mus: quã q̄ ſub zona & cingu
lo, in pœmio hui⁹ partis dictũ
1 eſt. ¶ Sanè Ro. † pontifex poſt
albã & cingulũ, aſſumit orale,
quandã videlicet ſindonē, quod capiti quaſi
in modum veli imponit, & replicat ſuper hu
meros, & ante pectus legalis pontificis ordi-
nem ſequens, qui poſt lineã ſtrictã & zonã
induebat ephot, id eſt, ſuperhumerale: cuius
2 locum modò tenet amictus. ¶† Aſſumit etiã
Crucē quandã, catenulis inſertã, quã à collo
ſuſpēſam, ſibi ſtatuit ante pectus. Quoniã &
legalis pontifex laminã auream gerebat in
frōte, pro qua pōtifex iſte Crucē gerit in pe-
ctore: & ſic ſigno Crucis aurea lamina ceſſit.
Nã myſterium, quod in quatuor literis auri
lamina cōtinebat, in quatuor partibus for-
ma Crucis explicuit: iuxta quod inquit Apo-
ſtolus: Vt cōprehendatis cũ omnibus ſanctis,
quæ ſit latitudo & lōgitudo: quæ ſublimitas
& profundũ. Sacramentũ ergo, quod ille tũc Ephe. 3
per laminã præferebat in frōte: hoc iſte iam Rom. 10
recondit in mēte. Nã corde creditur ad iuſti
tiã: ore autē cōfeſſio fit ad ſalutē. & ſecundũ
Hiero. auro legis, ſanguis euãgelij pretioſior
eſt. Crucē quoq; ſtatuit ſibi ante pectus, ad
deſignandũ, quod ait Apoſtolus: Glorificate
& portate Deũ in corpore veſtro. Imponen- 1. Cor. 6
do autē ſibi & deponendo, Crucē illã oſcula
tur, ad denotãdũ, quòd Chriſti paſſionē, quæ
per illam ſignificatur, credit & cōfitetur, ad
quã repræſentandã in officio miſſę ſe parat.

### SVMMA.

1 Tunica Epiſcopi, quid ſignificet.
2 Tunicæ duæ, in veteri teſtamento, & earum
ſignificatio.
3 Iacinthi lapidis vis.
4 Tunicam vnam ſuper alia, cur induat Pon-
tifex.

## De tunica.

### CAP. X.

POſt appoſitam ſtolam, ponti-
1 fex † induit tunicã, quæ alibi
ſubtile, in lege verò ποδήρης,
id eſt, talaris dicebatur, ſigni-
ficantẽ perſeuerantiã. vnde Io
ſeph inter fratres ſuos talarẽ veſtẽ deſcribi-
Gen. 37 tur habuiſſe. Cùm enim cæteræ virtutes in
ſtadio currant, perſeuerantia tantùm brauiũ
Apoca. 2 accipit: quoniam qui perſeuerauerit vſq; in
finem, hic ſaluus erit, de pœ. diſt. ij. Apoſtolus
& c. multi. Vnde præcipitur: eſto fidelis, vſq;
ad mortem, & dabo tibi coronã vitæ. ¶ Rur-
ſus ideò poſt albam tunicam induitur: quia
ſicut per albam caſtigatio corporis: ita per
tunicam virtutes intimæ intelliguntur: quas
ſemper debet habere perfectus. Porrò tunica
non cingitur: quoniam ſub formam iter non
impeditur: ſic & virtutes per illam deſignatę
liberũ iter ad contemplationem Dei præ-
bent: ſed alba cingitur, prout ſub cingulo di-
2 ctum eſt. ¶ In † vet. teſt. erant duæ tunicæ: vi-
delicet biſſina & iacinthina. Exod. xxxix. c. &
hodie etiã quidam pontifices duabus vtun-
Mat. 13 tur, ad notandum, quòd proprium eſt eorũ,
habere ſcientiam duorum teſtamentorũ, vt
ſciant de theſauro Domini proferre noua &
vetera. ſiue vt ſe oſtẽdant diaconos & ſacer-
dotes. Præterea vnaquæq; earum typũ pro-
prium gerit: quoniã alba, quæ biſſina ſiue li-
nea eſt, caſtitatem ſignificat, vt ſub ti. de alba
dictum eſt. Prima etiã tunica, ſerica eſt, quæ
originẽ traduxit ex vermibus, qui ſine coitu
creantur, caſtitatem & humilitatem demon-
ſtrat. Secunda tunica, quæ iacinthina eſſe de-
3 bet, ſicut & olim erat coloris lapidis † iacin-
thi, qui ætheris ſerenitatem imitatur, ſanctos
ſignificat cœleſtia cogitãtes, & imitãtes, ſiue
cœleſtẽ cogitationẽ & cõuerſationem. Sicut
enim lapis ille colorẽ cum aëre mutat: nã in
ſereno aëre, ſerenus, & in obſcuro, pallidus
eſt: ſic ſpecialiter decet epiſcopũ gaudere cũ
Rom. 12 gaudẽtibus, & flere cũ flentibus. Si autẽ illa
alterius coloris fuerit, ſit & alterius ſignifi-
4 cationis. ¶ Cęterũ † põtifex vnã tunicã ſub alia
induit, ad denotandũ, quòd ſicut cooperta tu
nica à populo nõ videtur: ſed tantũ à clericis
ſcitur: ita & ratio ſublimiũ, & virtutes, quas
præfectus ſemper habere debet, quæ per illã
ſignificãtur, patere non debent omnibus: ſed
maioribus & præfectis. ¶ Porrò, ſecũdũ quod
capiti, id eſt, Chriſto cõuenit hæc veſtis, quæ
in veteri ſacerdotio iacinthini erat coloris, &
habebat pro fimbrijs mala punica, cũ tintina
bulis aureis, ab inferiori parte depẽdẽtia, vt
põtifex totus vocalis incederet: prout dicetur
ſub titu. de legalib. indumẽtis: cœleſtẽ Chri
ſti doctrinã inſinuat: cuius notitiã habuerũt
omnes, quibus dicitur per prophetã, In mõtẽ
excelſum aſcẽde tu, q̃ euãgelizas Syõ. Pręci-
puè tamẽ hãc tunicã habuit euãgelicæ te-
xtrix doctrinę ſapiẽtia Dei, Ieſus Chriſtus: &
dedit illã Apoſtolis ſuis. Omnia (inquit) quæ Ioan. 15
audiui à patre meo, nota feci vobis. Hoc er- Ioan. 19
go ſignificauit illa tunica Dñi, quã milites
ſcindere noluerũt, eò ꝙ eſſet incõſutilis de-
ſuper, cõtexta per totũ. xvj. q. vij. ſicut Domi
ni damnũ fore magnũ exiſtimantes. In quo
ſignificatum eſt, quàm damnoſi ſint, qui
doctrinam euangelicam hæreſibus ſcindere
moliuntur. Subdiaconus quoq; vtitur tunica,
de qua in ſequenti tractatu dicetur.

### SVMMA.

1 Dalmatica Epiſcopi, vnde ortũ habuerit. Et
vnde dicta. num. 2.
3 Dalmatica, quales habeat manicas. Et quid
notent.
4 Epiſcopus cur plura ornamẽta habeat, quàm
ſimplex ſacerdos.
5 Dalmaticæ forma, & compoſitio. Et nu. 6. 7.
Et eius ſignificatio. ibid. & num. 8.
9 Dalmatica cur intermittatur aduẽtus Domi
nici tempore, à diacono, à ſubdiacono verò
tunica.

## De Dalmatica. CAP. XI.

POntifex immediatè ſuper tu-
nicã dalmaticam veſtit, ſecun-
1 dũ † inſtitutionẽ Silueſtri Pa-
pæ, quæ ab incõſutili Domini
tunica, & apoſtolorũ collobio
creditur mutuata. Et autem κολλόβιον veſtis
ſine manicis, prout in cucula monachali ad-
paret: ſed Silueſter Papa in dalmaticam ver-
tit, latas manicas addẽdo, & in ſacrificijs alta
ris portãdã inſtituit in. xciij. diſt. diaconi ita.
2 ¶ † Dicta eſt autem dalmatica, eò quòd in
Dalmacia, & poſt omnia alia indumẽta ſacer
dotalia ſint reperta. Hęc ſui forma ſignificat
largitatẽ, eò ꝙ largas habet manicas & ꝓtẽ
ſas. Vnde, ſecũdũ Apoſtolũ, oportet epm nõ
eſſe turpis lucri cupidum: ſed hoſpitalẽ. xlvij. Titũ 1
diſt.



diſt. lxxxviij. diſt. cõſequens. Non ergo manũ
habeat ad dandum collectam, & ad recipien
dum porrectam: ſed illud efficiat, quod Pro-
Eſa. 58 pheta ſuadet. Frange eſurienti panem tuum,
& egenos vagóſque introduc in domum tu-
am &c. Et ob hoc fortè diaconi ſpecialiter
vtuntur dalmaticis: quia principaliter electi
ſunt ab Apoſtolis, vt menſis ex officio mini-
5 ſtrent. ¶ † Cæterùm, dalmatica diaconi am-
pliores habet manicas, quàm tunicella ſub-
diaconi, quæ alicubi ſubtile vocatur: quia ipſe
ampliorem debet habere charitatem, quàm
ſubdiaconus, propter maius donum. Pontifi-
cis etiam dalmatica latiores habet manicas,
quàm diaconi, ad notandum quòd ipſe magis
eſt expeditus, nihil habens, quod ipſius ma-
nus reſtringat: quia pro cœleſtibus omnia
debet largiri. Charitas enim eius extendi de-
bet etiam vſq; ad inimicos. Nempe tunicella
ſubdiaconi: dalmatica diaconi: & caſula preſ-
byteri, ſuccedunt in locum tunicæ iacinthi-
næ: quæ erat coloris cœleſtis, id eſt aërei: ad
notandum, quòd omnes miniſtri altaris cœ-
leſtem debent habere conuerſationem: licet
ſecundum maius & minus: quod notat latitu
do vel ſtrictura manicarum dalmaticæ & tu-
4 nicellæ, vt præmiſſum eſt. ¶ † Quia igitur ſa-
cerdos maximè debet eſſe ad cœleſtia expe-
ditus, ideò hæc ornamenta non gerit: nec aliò
brachia ſtringẽs. Epiſcopus autem ſimul vti-
tur, & dalmatica, & tunicella, & omnium or-
namentis: vt oſtendat ſe perfectè omnes ha-
bere ordines, tanquam, qui eos alijs confert.
Minores ſacerdotes eos non cõferunt: & ideò
illa non portant: quibus ſufficit vnum, quod
cœleſtem ſignificet conuerſationem. Præter-
eà, Pontifex in ornamentis atq; in officio ma
gis expreſsè gerit ſimilitudinem Saluatoris,
quàm ſimplex ſacerdos: & magis ſibi conue-
niunt ornamentorum ſignificata: ideóq; plu-
5 ribus vtitur ornamentis. ¶ † Debet autẽ dal-
matica habere duas lineas coccineas hincin-
de, antè & retrò, à ſummo vſq; ad deorſum,
vt Pontifex oſtẽdatur habere feruorem cha-
ritatis ad Deum, & proximum in proſperis, &
Deute. 6 aduerſis: Iuxta veteris & noui teſtamẽti præ-
Luc. 10 ceptum quod eſt: Diliges dominum, Deum
1. Ioan. 2 tuum, ex toto corde tuo: & proximum tuum,
ibid. ſicut teipſum. vnde Ioan. Chariſsimi non man
datum nouum ſcribo vobis: ſed mãdatum ve-
tus quod ab initio habuiſtis. Et iterum, man-
datum nouum ſcribo vobis &c. Quandoq; li-
neæ purpureæ ſunt ſignificantes fidem ſan-
guinis Chriſti in vtroq; populo neceſſariam.
in ſiniſtro quoque latere dalmatica fimbrias
ſolet habere, ſolicitudines actiuæ vitæ ſigni-
ficantes, quas Epiſcopus pro ſubditis ſuis de-
bet habere: iuxta quod dicit Apoſtolus: Præ- 2. Cor. 2
ter illa, quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea,
quotidiana ſolicitudo omnium Eccleſiarum.
Per dextrum verò latus, quod fimbrijs caret,
notatur contemplatio cœleſtium ſine ſolici-
tudinibus, & quieta à multiplicitate perturba
6 tionum. ¶ † Adhuc quædam dalmaticæ quin-
decim habent fimbrias, antè & retrò: quia
quindecim Pſalmi in veteri teſtamento quaſi
quindecim armi gradus exeunt de tranſitu
charitatis: & quindecim ſimiliter in nouo te-
ſtamento excreſcunt de opere charitatis: ver-
bi gratia. Charitas, patiens & benigna eſt &c.
vſque charitas nunquàm excidit. Aliqui verò
habent xxviij. antè, & totidem retrò: vbi ſe-
ptiformis ſpiritus, eſt octies repetitus, qui re-
plet octo maneries laudantium Deum: ſcili-
licet reges & populos: principes & iudices: iu-
uenes & virgines: ſeniores & iuniores. ¶ † Rur Ioan. 29
ſus in dalmatica varietas eſt ſine ſciſſura: quia
licet varia religionis opera apud Deum agan
tur: tamen in votis non diſcrepant. Item aper
ta eſt à lateribus ſub aſcellis, inſinuãs illi qui
eam induit: vt Chriſti qui in latere lãcea per-
7 foratus eſt, veſtigia imitetur. ¶ † Adhuc dal-
matica formã Crucis prætẽdit: vnde per eam
Chriſti paſsio figuratur: ideóq; in miſſæ offi-
cio portatur, vbi Chriſti paſsio repręſentatur.
Significat etiam dalmatica ſanctam religio-
nem, & carnis mortificationem, atque ſubli-
mium rationem. Alba dalmatica, ſanctam &
immaculatam ſignificat vitam. Rubea mar-
tyrium. Alba verò opere polymitico variata,
notat munditiam, & virtutum varietatem: &
eſt aurifriſio adornata. Iuxta illud: Aſtitit re- Pſal. 44
gina à dextris tuis, in veſtitu deaurato circun-
8 data varietate. ¶ † Porrò, ſecundum quod ca-
piti, ſcilicet Chriſto conuenit, dalmatica, ſui
forma latam & largã Chriſti miſericordiam
ſignificat: quam ipſe præ cæteris & docuit &
impendit. Eſtote inquit miſericordes, ſicut & Luc. 6
pater veſter miſericors eſt. Beati nanq; miſeri Matt. 5
cordes: quoniam ipſi miſericordiã conſequen Luc. 10
tur. Hic eſt ergo Samaritanus ille proximus
noſter, qui fecit nobiſcum miſericordiam: ſu-
perinfundens vulneribus noſtris vinum &
oleum. Nam per viſcera miſericordiæ domi- Luc. 1
f 5 ni Dei

Tit.3 ni Dei noſtri, viſitauit nos oriens ex alto : qui
non ex operibus iuſtitiæ noſtræ, quæ fecimus
nos, ſed ſecundũ ſuam miſericordiam ſaluos
nos fecit. Pro peccatoribus venit, vt de pecca
Matt.9 tis veniã indulgeret. Miſericordiam inquit vo
lo, & non ſacrificiũ. Legitur in canone Greg.
xxiij.diſt.cõmunis.quòd in primitiua Eccleſia
non licebat Epiſcopo vel diacono vti dalma
tica abſq; indulgentia ſedis Apoſtolicæ ſpe-
9 ciali.¶†Sanè dalmaticæ † tempore aduentus
Domini, à diaconis intermittuntur: quoniam
quando aliqua claritas ſacri ordinis ad tẽpus
intermittitur, clarius reſplendet & auidius ſu-
mitur, quando reſumitur in animis deuotorũ:
quia quod rarũ eſt, magis appetitur. xciij.diſt.
legimus.ad fin. ¶Rurſus in aduentu diaconus
non vtitur dalmatica, nec ſubdiaconus tunica:
quia lex, quã ſubdiaconus ſignificat, ante in-
carnationem Domini Euangelij ornatu ca-
rebat : & charitas Euangelij, quam diaconus
ſignificat, nondum apparuerat : vel quia non-
dum venerat, qui veſtem innocentiæ & im-
mortalitatis nos induere debebat : ideò ve-
ſtes lætitiæ dimittuntur. Vtuntur autem tunc
caſulis, de quo in ſecunda parte ſub titu.de
diacono dictum eſt. In ieiunijs tamen Pente.
poteſt diaconus dalmatica vti.

S V M M A.

1 Chiroteca, quo conſilio vtatur Epiſcopus.
Et eius ſignificatio.
2 Chiroteca cur manus interdum velentur:
interdum ſpolientur.
3 Chirotecæ, quid notent.
4 Hœdi pellis figura, & ſignificatio.

## De Chiroteca. CAP. XII.

1 QVia † pleriq; bonũ opus, quod
faciunt, inani fauore corrum-
punt: ideò ſtatim poſt indutam
dalmaticam, Pontifex iuxta ri-
tum Apoſtolorum, manus ope
rit chirotecis, vt neſciat ſiniſtra ſua, quid fa-
ciat eius dextra. Per chirotecam ergo, caute-
la congruè deſignatur, quæ ſic facit opus in
publico, quòd intentionẽ continet in occul-
to. Nam & ſi Dominus dixerit: Luceat lux ve
ſtra coram hominibus, vt videant opera ve-
ſtra bona, & glorificent patrẽ veſtrum, qui in
cœlis eſt. Ad quod etiã deſignandum chiro-
teca circulum deſuper habet aureum: ipſe ta-
Matth.5 men præcipit: Attendite, ne iuſtitiam veſtram
faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis:
aliòquin mercedem non habebitis apud pa-
2 trem veſtrũ, qui in cœlis eſt. ¶†Manus ergo
quandoq; velantur chirotecis & quãdoq; de-
nudantur : quia bona opera interdũ ad vitan-
dum vanam gloriã occultantur : & interdum
ad ædificandũ proximos propalantur. ¶Sunt
3 † autem inconſutiles, quoniã actiones Ponti-
ficis fidei rectæ debent eſſe cõcordes. Per chi
rotecas quoq; in manibus, exẽpla ſanctorum 1.Cor.5
quæ in operibus habenda ſunt, intelliguntur:
quæ opera ab omni inquinamento mundata
ſunt: ne modicũ fermenti, totam maſſam cor
rumpat. Per ipſas verò chirotecas albas caſti-
tas, & mũditia denotatur: vt manus, id eſt ope
rationes ſint mundæ & ab omni ſorde immu
nes. ¶Porrò ſecundũ quod capiti ſcilicet Chri
ſto, cõueniunt chirotecæ, ſunt hœdorum pel-
liculæ: quas manibus Iacob Rebecca circun- Gene.27
dedit, vt piloſæ manus ſimilitudinem maioris
4 fratris exprimerẽt. Sanè, pellis hœdi eſt † ſimi
litudo peccati, quã Rebecca mater, id eſt Spi-
ritus ſancti gratia, manibus veri Iacob, id eſt
operibus Chriſti circũdedit, vt ſimilitudinem
maioris, id eſt prioris Adæ ſecundus exprime
ret. Chriſtus enim ſimilitudinem peccati ſine
peccato ſuſcepit: vt incarnationis myſterium
Diabolo cælaretur. Nam ad ſimilitudinẽ pec
catorũ eſurijt & ſitiuit: doluit & expauit: dor
miuit & laborauit. Vnde cũ ieiunaſſet xl.die- Matt.4
bus & xl.noctibus, ac poſteà eſuriſſet, acce-
dens ad illũ Diabolus, eum ad ſimilitudinem
prioris Adæ tentare tẽtauit. Sed qui primum
vicerat, eiſdem modis victus eſt à ſecundo.

S V M M A.

1 Mitra Epiſcopo, corona Papæ datur.
2 Mitra, quid deſignet. & nu.5.
3 Lingulæ duæ, in mitra Epiſcopi, quid notent.
4 Mitra circulum aureum habet : & magna ſi-
gnificatione.
6 Mitra ſolenni qñ vtendũ: & qñ ſimplici. nu.7.
8 Pontifex Romanus vtitur regno.
9 Mitra, quid ſignificet eo nomine, quòd capiti
conuenit.
10 Mitram, an, & quando, & quorſum Epiſcopus
deponat. & nu.11.

## De Mitra. CAP. XIII.

POſtquàm Epiſcopus planetã in-
1 duit, † mitra loco cidaris ſeu tia-
ræ ſeu infulæ capiti eius impo-
nitur. Iuxta illud : Gloria & ho-
nore



nore coronaſti eum domine. Sed & Papa co
ronam frigiumlorum, ſuperhumerale, chla-
mydem purpureã, & tunicam iacinthinam ha
bet ex conceſſione Conſtantini Imperatoris
2 xcvj.diſt.Cõſtantinus. ¶†Mitra autem ſcien-
tiam vtriuſq; teſtamenti deſignat. Duo nanq;
illius cornua, duo ſunt teſtamẽta: anterius, no
uum, poſterius, vetus: quę duo Epiſcopus me-
moriter debet ſcire. xxiij.q.j. Epiſcopus. & il-
lis tanquã duplici cornu, fidei inimicos ferire.
Videri debet quidẽ ſubditis Epiſcopus cornu
tus, ſicut & Moſes de monte Synai deſcen-
dens, & duas tabulas teſtimonij tenẽs appare
bat cornutus Aaron, & filijs Iſraël ex conſor
Exod.34 tio ſermonis Dei: prout legitur Exo.xxxiiij.c.
Quidam autẽ hæretici mitrã & eius cornua,
& Epiſcopũ illam ferentem, condẽnant, indu
centes in fomentũ ſui erroris, quod Ioã. ait in
Apoc.13 Apoc. Vidi aliã beſtiam aſcendentẽ de terra,
& habebat cornua duo ſimilia agno. & loque
batur ſicut draco. Duæ verò fimbriæ poſte-
3 rius dependẽtes, ſpiritus & litera ſunt. ¶†Per
duas quoq; fimbrias ſeu lingulas, notatur ꝙ
paratus eſſe debet tam in myſtico, quàm in
hiſtorico ſacræ ſcripturæ intellectu : in qua-
rum ſummitatibus ſunt fimbriæ rubei colo-
ris, denotantes eius promptitudinẽ ad fidei, &
ſacræ ſcripturæ defenſionẽ: etiam vſq; ad ſan
guinis effuſionẽ. xxv.q.j. ſunt quidã. Quæ ſu-
per ſcapulas pendent, ad notandũ, ꝙ id quod
prędicat ore, oſtẽdere debet opere: quia enim
ſcapulis nulla pars altior eſt ad opus, ſiue ad
onus ferendũ : ideò rectè per eas opus intel-
4 ligitur. ¶†Circulus aureus, qui poſteriorẽ &
anteriorem mitræ partẽ complectitur : indi-
cat, quòd omnis ſcriba doctus in regno cœ-
lorum, de theſauro ſuo noua & vetera profer
re debet. Matt.xiij. Caueat ergo diligẽter Epi
ſcopus, ne prius velit eſſe magiſter, quàm no
uerit eſſe diſcipulus. x.diſt.miſerum. extrà de
elect.c.cùm in magiſtrũ. de renun. poſt tranſ-
lationem. & c.niſi. ne ſi cæcus cæcum duxerit,
ambo in foueã cadant. Scriptum eſt enim per
Oſee 4 Prophetam: Tu ſcientiam repuliſti: & ego te
repellã, ne ſacerdotio fungaris mihi. xxxviij.
diſt.omnes. & in prædicto c.niſi. Non incom
petenter etiã mitra, quæ in altũ de ſui forma
producitur, altitudinẽ ſapientiæ deſignat. De-
bet enim Epiſcopus ſic ſubditos ſciẽtia excel
lere, vt ipſius cõparatione cæteri meritò grex
dicantur. xxv.diſt. §.nunc autẽ. j.q.j. viliſsimus
& q.vij. cõuenientibus. Duæ pendulæ ex po-
ſteriori parte, duplicẽ deſignant memoriam. 7
Prima eſt actuum diuinorum: ne celebrando
eam contemnens, puniatur. Vnde & in veteri Exod.28
teſtamento ſacrificiũ oblaturus ambiebatur
tintinabulis: vt per eorũ ſonitum reciperetur
dignus, vel repelleretur indignus ab Angelo,
ad cuſtodiam tẽpli poſito. xliij.diſt.c.j. Secun-
da eſt peccatorũ ſuorum, vt de illis compun-
5 gatur: de pœ.diſt.iij.Iudas. ¶†Mitra etiã quia
quandoq; linea eſt, & alba, caſtitatis candorẽ
munditiámq; ſignificat. Vnde hoc ornamen-
tum multũ capiti neceſſariũ erat, in quo quin
que ſenſus corporis vigẽt. quibus corruptis fa
cilè caſtitas violatur. ¶Sunt etiã nonnulli di-
centes, ꝙ mitra Pontificis ſpineã coronam ſi-
gnificat : & inde eſt, quòd diaconus in officio
Miſſæ in quo Pontifex Chriſtũ in paſsione fi
gurat, mitrã illi imponit, & deponit: quia ipſe
ex officio ſuo habet Euangeliũ legere: in quo
Chriſtus ſpinis legitur coronatus. Duo cor-
nua, ſunt duo charitatis præcepta. Põtifex igi
tur mitrã accipit, intelligens ꝙ quinq; ſen-
ſus à mũdi illecebris cuſtodire debet, vt duo-
rum teſtamentorum præcepta ſeruet: & duo
charitatis præcepta impleat, vt coronã perci-
pere mereatur æternã. ¶Cæteri verò ſacer-
dotes & clerici, generaliter caput contegunt
nullo ornamento : licet in feſtis ſint in toto
alio corpore ſubornati : tum quia nondũ eſt
plenũ gaudium noſtrũ. Gaudeamus enim nõ
in re præſentiũ, ſed in ſpe futurorũ: tum quia
ad hoc tẽdimus, vt Deũ nuda facie contẽple-
6 mur. ¶†Sanè mitra aurifriſiata vtẽdũ eſt, à pa
ſcha vſq; ad aduentũ : & à natiuitate Domini
vſq; ad ſeptuageſimã in omnibus feſtis dupli
cibus: & nouem lectionũ totius anni: niſi in fe
ſto Innocentiũ, prout dicetur ſub tit.de colo
ribus. & in Dominicis prędictorũ temporum,
& generaliter quandocũq;, Gloria in excelſis,
&, Te Deum laudamus. dicũtur. Cum enim il
la dicãtur in feſtiuis diebus, in quibus virtutẽ
& gaudiũ generale, vt ſpeciale capitis vel mẽ
brorum ad memoriã reducimus, vt dicetur in
procœmio ſeptimæ partis : meritò tunc mitra
aurifriſiata vtimur, quia aurũ & gemmarum
nitor gaudiũ repræſentant. In diebus verò ie-
iuniorum, non eſt ea vtendũ, vt ſequitur: quia
cum dies illi ordinati ſint ad delẽda peccata,
quæ tunc ſunt ad memoriam reducenda, non
ſunt tunc agẽda vel ferenda, quæ gaudiũ, ſed
quæ potius humilitatem & afflictionem de-
7 ſignant. In† alijs verò temporibus regulariter
non

non aurifriſiata ſed ſimplici vtendum eſt, vi-
delicet ab aduentu vſq; ad Natiuitatem : niſi
quia Dominus Papa vtitur aurifriſiata in Do-
minica,gaudete:& ſeptuageſima, vſq; ad Pa-
ſcha:& in Dominica,lætare Hieruſalẽ,prout
dicetur ſub tit.de coloribus.& etiam in quin-
ta feria cœnæ Domini, in officio Miſſæ tan-
tùm : & in Sabbato ſancto in officio Miſſæ.
Item in feſtis trium lectionum illius tempo-
ris,& in omnibus vigilijs, in quibus ieiunium
celebratur:& in quatuor temporibus,& in ro
gationibus. Dominus tamẽ Papa vtitur in fe-
ſto ſancti Marci,in Miſſa tantùm.Item in offi
8 cio defunctorum. ¶†Illud quoq; notandum
eſt, quòd Romanus Pontifex in ſignum Im-
perij vtitur Regno,id eſt corona Imperiali.&
in ſignum Pontificis, vtitur mitra. Sed mitra
ſemper vtitur, & vbiq;:regno verò non ſem-
per,nec vbique : quia Pontificis authoritas &
prior eſt & dignior & diffuſior Imperiali po-
teſtate. Sacerdotium enim in populo Dei re-
gnum præceſsit,cùm Aaron primus Pontifex
Exod. 40 Saulem primum Regem præceſſerit.& Noë
Nembroth:quia ſicut legitur principium Re
gni Nembroth extitit Babylonis.vj.diſtinct.
Gene.8 qui is ita. Noë verò ædificauit altare Domi-
no, & holocauſta obtulit ſuper illud. Regno
quidem non vtitur niſi certis diebus & locis:
9 nunquam intra Eccleſiam,ſed extra.¶†Porrò
ſecundum quod capiti, id eſt Chriſto conue-
nit mitra Pōtificis,illud ſignificat, quod Pro-
Pſal.20 pheta loquens de filio,dicit ad patrem : Glo-
Philip.2 ria & honore coronaſti eū Domine , & con-
ſti.&c. Hoc eſt itaq; nomẽ,quod eſt ſuper o-
mne nomen : vt in nomine Ieſu, omne genu
flectatur,cœleſtium,terreſtrium &c. Nam &
in aurea lamina frontis Pontificalis ſculptum
erat nomen Domini τιξαγράμματον , cuius
myſterium declarabimus in titu.de lega. in-
dumentis.Per mitram ergo capitis , Chriſti
ſummam illam glorificentiam intelligimus,
quæ propter diuinitatem debetur humanita-
Pſal.98 ti. Nam propter pedem adoratur ſcabellum.
Adorate (inquit) ſcabellū pedum eius, quo-
10 niam ſanctum eſt. ¶†Et nota , quòd ſicut ait
Zacharias Papa.de conſe.diſt.j.nullus.Epiſco
pus ad altare oraturus accedẽs,ſeu altari aſsi-
ſtens,vel orationes ad Deum effundens, mi-
1.Cor.3 tram deponit & baculū: quia Apoſtolus pro-
hibet viros capite velato in Eccleſia orare,vt
reuelata facie gloriam Domini contemple-
tur.Quando verò ad populū ſe conuertit , vt
illi prædicet inſignia cōminationis ſuæ,reſu-
mit.vnde & Moſes cauſam populi apud Deū
precibus, cauſam verò Dei,ad populū gladijs
11 allegabat.xlv.diſt.diſciplina. ad fi. ¶†Vltimò
nota,quòd quidam Epiſcopi ſolenniter bene-
dicunt,in Miſſa & altari , turificātes depoſita
mitra.Alij verò cū mitra in capite.Primi ea ra
tione mouentur, quia ſolẽniter benedicendo
vice Dei funguntur:& Deus per eorū miniſte
rium benedicit.Nume.vj.in fi.vbi dicitur:In-
uocabunt nomen meum ſuper filios Iſraël:&
ego benedicā eis. Altaris verò turificatio, ſi-
gnificat orationes.Apoca.viij.Aſcendit fumus
incenſorū de orationibus ſanctorū. Quia er-
go in orationibus cauſam plebis ad Deū agit,
ideò cū reuerentia,mitra videlicet depoſita,il
lud agere debet.Secundi verò attendūt,quòd
benedictio & turificatio non ſunt eſſentialia
ad conſecrationẽ corporis Chriſti: ſed ad ſo-
lennitatem pertinent : & ideò ea cum mitra
agunt , vt per hoc à ſimplicibus ſacerdotibus
diſcernantur.Quamuis enim plus habeat Epi-
ſcopus,quàm ſimplex ſacerdos in his, quæ ad
ſolennitatem pertinent , vt in ornamentis &
alijs : non tamen in his, quæ ad conſecratio-
nem ipſam ſpectant.Sed hęc ratio minus ſuf-
ficiens videtur : quoniam ſecundum hoc mi-
tra in Miſſa non deponeretur, niſi quādo ver
ba , ad quorum prolationem fit ſpecierum
transſubſtantiatio,proferuntur.

S V M M A.

1 Anulus,eſt fidei ſacramentum.Et eius vſus vn
de aduectus.nume.2.
3 Anulo literæ antiquitus ſigillabantur. Et qua
ſignificatione.
4 Anulus aureus,& rotundus,quid ſignificet.

## De Anulo. CAP. XIIII.

ANulus eſt fidei ſacramentum,
1 †quo Chriſtus ſponſam ſuā ſan
ctam Eccleſiam ſubarrauit , vt
ipſa de ſe dicere valeat: anulo
ſuo ſubarrauit me Dominus
meus Ieſus Chriſtus: cuius cuſtodes & peda-
gôgi ſunt Epiſcopi & prælati , anulos pro ſi-
gno in teſtimoniū huius rei ferentes : de qui-
bus ſpōſa dicit in Canticis: Inuenerunt me vi- Cantic.3
giles,qui cuſtodiunt ciuitatem. Hinc anulum
dedit pater filio reuertenti , ſecundum illud
Euangelij : Date anulum in manu eius. Ex Luc.15
quo in Euāgelio anuli vſus creditur acceptus.
¶Anu



2 ¶Anulus † ergo Pontificis, integritatem ſi-
gnificat fidei, vt videlicet Eccleſia Dei ſpon-
ſam ſibi creditam, ſicut ſe diligat,& ſobriam,
& caſtam, cœleſti ſponſo cuſtodiat : iuxta il-
2.cor.10 lud: Deſpondi enim vos vni viro,id eſt,Chri-
ſto.& ſe meminerit non Dominum ſed paſto
rem.vj.quæſt.j. ſicut alterius. De hoc ſponſo
Ioan.2 & ſponſa Ioan. Euangeliſta dicit : Qui habet
ſponſam ſpōſus eſt: amicus autem ſponſi,qui
ſtat,& audit cum gaudio, gaudet propter vo-
cem ſponſi.Epiſcopus ergo vicarius & amicus
ſponſi, quòd ſi vicarius eſt , & ipſe quodam-
3 modo ſponſus eſt. ¶†Rurſus antiqui literas
anulo ſigillabant. Vnde Epiſcopus anulū por
tat : quoniam ſcripturæ myſteria & Eccleſiæ
ſacramenta perfidis ſigillare,& humilibus re-
uelare debet.¶Porrò,ſecundum quod capiti,
ſcilicet Chriſto cōuenit anulus digiti,donum
ſignificat ſancti Spiritus. Digitus enim articu
laris atque diſtinctus Spiritum ſanctum inſi-
Exod. 8 nuat,ſecūdum illud:digitus Dei eſt hic. & ali
Luc.2 bi : Si ego in digito Dei eijcio dæmonia: filij
4 veſtri in quo eijciunt.¶†Anulus autẽ aureus
& rotundus, perfectionem donorum eius ſi-
gnificat,quam ſine menſura Chriſtus accepit.
quoniam in eo plenitudo diuinitatis corpora-
Colo. 2 liter habitat. Iam qui deſurſum venit, ſuper
Ioan 1 omnes eſt : cui Deus non dedit ſpiritum ad
menſuram,dicens : Super quem videris Spiri-
tum ſanctum & deſcendentem & manentem
Eccle.15 ſuper eum, hic eſt qui baptizat.Nam requie-
ſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intelle-
ctus. Ipſe verò de plenitudine ſua, ſecundum
differentes donationes diſtribuit: alij (ſecun-
2.cor.12 dum Apoſtolum) dans ſermonem ſcientiæ:
alij gratiam ſanitatum:alij operationem vir-
tutum &c. Quod & viſibilis Pontifex imita-
tur alios in Eccleſia conſtituens ſacerdotes,
alios diaconos,alios ſubdiaconos,& huiuſmo
di.Nam igitur ab re in Epiſcopi digito gem-
matus fulget anulus : per cuius myſteriū dan
tur fulgida chariſmata gratiarum. De anulo
ſponſæ ſatis dictum eſt in prima parte ſub ti-
tulo de Eccleſiæ ſacramentis.

S V M M A.

1 Baculus paſtoralis,quid ſignificet.Et vnde
habuerit ortum.nu.2.
3 Baculus paſtoralis, cur ſit curuus:& qua ſi
gnificatione . & de eius varia forma &
compoſitione.
4 Baculus paſtoralis , eſt acutus in calce , in
medio rectus: in apice retortus. Et qua ſigni-
ficatione.
5 Papa non vtitur baculo paſtorali : duabus de
cauſis.& nu.6.
7 Virga Pontificis,quid notet.

## De Baculo paſtorali. CAP. XV.

BAculus paſtoralis correctionẽ
paſtoralem ſignificat , propter
1 quod à cōſecratore dicitur con
ſecrato:Accipe baculum paſto
ralis officij, vt ſis in corrigen-
dis vitijs piè ſæuiens.De quo dicit Apoſtolus:
In virga veniam ad vos.Virga igitur paſtora- 1.Cor.4
lis , poteſtas intelligitur ſacerdotalis , quam
Chriſtus eis contulit , quando Apoſtolos ad
prædicandum miſit,præcipiens eis,vt baculos
tollerent. Et Moſes cum virga miſſus eſt in
Aegyptū. De hoc in prima parte dictum eſt Exod.4
2 in titu.de conſecrationibus. Baculus † ergo à
lege & Euangelio ſumitur : quia & virga pa-
ſtoralis & ſambuca, & pedum, & ferula nun-
cupatur. Moſes enim ex mādato Domini vir
gam habuit: quæ terribilia fecit in cœlo & in
mari:quia cibum de cœlo,potū de petra pro-
duxit: & gregem ad terram fluentem lacte &
melle manauit. Adhuc per baculum,doctri-
næ authoritas intelligitur. Hac enim infirmi
ſuſtentantur, inquieti corripiuntur , errantes
ad pœnitẽtiam trahuntur. Vnde & pedū vo-
catur,quod eſt lignum recuruum,quo paſto-
3 res pedes retrahunt animaliū. ¶†Sanè quan-
doq; baculus ex oſſe,& ligno conficitur, quæ
cryſtalina, & deaurata ſphærula coniungun-
tur : os ſuperius recuruatur : lignum inferius
ferro acuitur , modicè tamen reconditur. Si-
quidem os,eſt duritia legis: lignum,manſue-
tudo Euangelij:quæ duo coniūcta, ſunt ſphę
rula diuinitatis Ieſu Chriſti. Vel os,ſeueritas:
lignum, Pontificis eſt lenitas, quas iungit iu-
dicio per charitatem. Nam ſeueritas vel mi-
ſericordia multum deſtituitur,ſi vna ſine alte
ra teneatur.xlv.diſt.diſciplina.Ad quod ſigni-
ficandum, ferrum obtunditur : quia iudicium
miſericordia temperatur:baculus recuruatur,
cum pœnitentes ad pœnitentiam reuocan-
tur. ¶Aliquando in curuatura caput forma-
tur:quoniam ad Deum conuerſis vita æterna
promittitur. Quandoque etiam in curuatura Abac.3
ſcribitur: Cum iratus fueris,miſericordiæ re-
cordaberis,ne ob culpam gregis ira turbet in
paſtore oculū rationis.vj.quæſt.j. ex merito.
¶Aliq

¶Aliquando in ſphærula, ſcribitur homo: vt
Pontifex ſe hominem memoretur: & de po-
teſtate collata nõ eleuetur. Aliquando iuxta
ferrum ſcribitur: Parce: vt in diſciplina ſubdi
tis parcat: & miſericors à miſericordia miſe-
4 ricordiam conſequatur. ¶† Quòd verò bacu-
lus eſt acutus in fine, rectus in medio, & re-
tortus in ſummo: deſignat, quòd Põtifex de-
bet pungere pigros, regere debiles ſui recti-
tudine, & colligere vagos. xlvij. diſt. §. neceſ-
ſe. xlviij. diſt. diſciplina. & c. omnis. vnde ver-
ſus: Collige, ſuſtenta, ſtimula, vaga, morbida,
lenta. Et reddẽdo ſingula ſingulis, verſus iſte
continet omnia præmiſſa. vel ſic: Attrahe per
5 primum: medio rege: pũge per vnum. ¶† Ro-
manus autem Pontifex, paſtorali virga non
vtitur: tum propter hiſtoriam: tum propter
myſticam rationem. extrà de ſac. vnct. c. vni-
co. in fin. Hiſtoria eſt, quoniam beatus Pe-
trus Apoſtolus Martialem diſcipulum ſuum,
quem Dominus inter diſcipulos conſtituit,
cum dixit: Niſi efficiamini, ſicut paruulus iſte
non intrab. &c. miſit cum quibuſdam alijs ad
prædicandum germanis. Quo in via ad vigin
ti dietas defuncto Fronto, collega eius, redijt
ad nuntiandum hoc Petro. Cui Petrus: Acci-
Matt. 18 pe hunc baculum, & tangens illum dic: Surge
in nomine Domini & prædica. Ille verò in
quadrageſimo die à tempore mortis illius,
tetigit eum, & ſurrexit, & prædicauit. & ita Pe
trus baculum à ſe remouit, & ſubditis dedit,
nec recuperauit. Innocentius verò Papa ter-
tius, ſcripſit in Eccleſiæ Speculo, quòd beatus
Petrus miſit baculum ſuum Euchario, primo
Treuenorum Epiſcopo: quem vnà cum Va-
lerio & Materno ad prædicandum Euange-
lium genti Teutonicæ deſtinauit: cui ſuc-
ceſsit in Epiſcopatum Maternus, qui per ba-
culum Petri de morte fuerat ſuſcitatus: quem
baculum vſque hodie cum magna venera-
tione Treuereñ. Eccleſia ſeruat: & ideò Pa-
pa in illa diœceſi vtitur baculo, & non alibi.
6 † Myſtica verò eſt ratio: quia baculus in ſum-
mitate, eſt curuus, quaſi ad attrahendũ: quod
in Romano Pontifice neceſſe non eſt: quia
nullus ab eo finaliter diuertere poteſt. Præ-
tereà per baculum deſignatur coërtio: quam
quia cæteri Pontifices ab homine recipiunt,
ideò à ſuis ſuperioribus baculos recipiunt &
habent. Romanus verò Pontifex, quia pote-
ſtatem à ſolo Deo accipit, baculum non ha-
7 bet. ¶† Porrò, ſecundum quod capiti, ſcilicet
Chriſto conuenit virga Pontificis, poteſtatem
Chriſti ſignificat: de qua Pſalmiſta: Virga re- Pſal. 44
cta, ſiue directionis, virga regni tui: quia dile-
xiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propter
quod alibi dicit: Reges eos in virga ferrea: Pſal. 2
duritia ferri, vigorem ſignificat æquitatis: qua
Chriſtus tanquam vâs figuli peccatores con-
fringet. Verùm poteſtas Chriſti non ſolùm
eſt virga, ſed baculus: quia non ſolùm corri-
pit: ſed etiam ſuſtentat. vnde Pſal. Virga tua, Pſal. 22
& baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.

## SVMMA.

1 Sudarium Epiſcopi, quid.
2 Sudarium quod nobis conueniat.

## De Sudario. CAP. XVI.

EXpeditis nouẽ ſpecialibus Pon
tificum ornamentis, aliqua de
quibuſdam alijs. Et primò de
1 Sudario † videamus, quod eſt li
neus pannus, quem miniſtrans
Epiſcopo ſemper paratum habet, quo ille ſu-
dorem & omnem ſuperfluum corporis ter-
gat humorem: ſignificans ſtudium quo huma
nitas contagiones in hac vita extergimus, per
exempla Sanctorum patrum: quibus ad pa-
tientiam corroboramur. Sicut enim ſudor eſt
in corpore: ſic etiam tædium eſt in anima,
quandoque ex conſcientia peccatorum pre-
2 mens conſcientiæ frontem. Habeamus † igi-
tur Sudarium ex lino multis tonſionibus ca-
ſtigato, & mundato, per quod mundanos ex-
tergamus affectus. & etiã cum Dauid & Iob
triſtitiam abijciendo, nos tergamus. In qui-
buſdam Eccleſijs diaconus Sudarium habẽs,
illud in dextro cornu altaris deponit: vt ſi for
tè quicquam ſordidum acceſſerit, illo terga-
tur: & Sudarium ſacerdotis mundiſsimum ma
neat. ¶ Manipuli quoq; penè eadem eſt ſigni-
ficatio: prout ibi dictum eſt.

## SVMMA.

1 Pallium, quorum ſit proprium. Et quid ſigni-
ficet. nume. 2.
3 Pallij forma & compoſitio.
4 Pallij circulus, eſt timor Domini.
5 Lineæ duæ in pallio, quid deſignent.
6 Pallij duplicitas, quid ſignet. & num. 7.
8 Pallij quatuor Cruces, quid ſignificent.

Pallij



9 Pallij tres acus, quid notent. & quid acus
aurea. num. 10.
11 Metropolitanus an poteſt actus legiti-
mos exercere ante pallij adſumptionem.
12 Pallij vſus.
13 Pallio quibus diebus vti licet: quibus non.
& vbi.
14 Pallium Romanorum Pontificum, quale.

## De Pallio. CAP. XVII.

COnſequenter aliqua de pallio
ſubijciamus: quod Patriarcha-
rum, Primatum & Metropo-
1 litanorum † eſt proprium: vt per
illud à cæteris Epiſcopis diſcer
nantur: quòd priuilegiatam obtinent dignita
tem: quare ſub præmiſsis à communibus vel
ſpecialibus ornamentis minimè continentur.
Siquidem per pallium, ſimul vtrunque & ſu-
perhumerale & rationale legalis Pontificis
intelligimus. Quia enim ſuper vtrunq; Pon-
tificis humerum iacet, ſuperhumerale ſiue
λογίον dicitur: quia verò inde deſcendens in
ipſo Pontificis pectore iungitur: rationale vo
catur. Habebat enim ſuperhumerale & ra-
tionale, quæ catenulis aureis ſimul iungeban
tur. Sunt tamen, qui dicunt quòd rationali nul
lum hodie ornamentum ſuccedit. de quo ſub
titu. de leg. indu. dicetur. Alij dicunt, quòd pal
lium pro aurea lamina inſtitutum eſt: quan-
uis probabilius videatur, quòd aurifriſia mi-
2 træ vicẽ laminæ gerãt. ¶† Sanè pallium, quo
maiores vtuntur, ſignificat diſciplinam, qua
ſeipſos ad exemplum ſubditorum, & etiam
ipſos ſubditos regere & cõſtringere debent.
Per hanc acquiritur torques aurea, quam le-
gitimè certantes accipiunt. de qua dicit Salo-
Prouer. 1 mon in Parabolis: Audi, fili mi, diſciplinam pa
tris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: vt
addatur gratia capiti tuo, & torques collo
tuo. Sicut autem torques ſeu brauium non da
batur, niſi legitimè certanti: iuxta illud Apo-
1. Cor. 9 ſtoli: Multi quidem currunt, ſed vnus accipit
brauium: ita & ad honorẽ pallij nemo aſcen-
ſurus eſt, niſi qui in ſingulis bonorum gradi-
bus legitimè prius deſudauerit. Nam & offi- 4
cia ſecularia, non deferunt principalem lo-
cum ingreſſus in veſtibulum actionis. lix. di-
ſtinct. ſi officia. ſed exanimatis per plurimos
gradus: & is gradus cæteros antecellat quem
labor prolixior & ſtipẽdia longiora fecerunt
anteire. C. de offic. ma. offi. nemo. ff. de mu. &
ho. gradatim. Super cuncta indumenta fertur,
vt cæteri hoc videntes, ad legitimum certa-
men hortentur. ¶ Pontifex verò pallium, dum
ſibi imponitur & detrahitur, oſculatur: ad no-
tandum ſummum legitimè certandi deſide-
3 rium, & brauium promerendi. ¶† Eſt autem
pallium de candida lana contextum, habens
circulum, humeros conſtringentem, & duas
lineas ab vtraq; parte, videlicet antè & retrò
pendentes: à ſiniſtris eſt duplex, à dextris ſim
plex. habet quatuor Cruces purpureas, ſcilicet
antè, & retrò, à dextris & à ſiniſtris. Inſigun-
tur in pallio tres acus, & quædam ſunt, quæ
per Metropolitanum ſine pallio agi nõ poſ-
ſunt. quo etiam, niſi certis diebus vti non va-
let: quia omnia moralibus ſunt imbuta my-
ſterijs & diuinis grauida ſacramentis. Nam
(vt ſcriptura teſtatur) in theſauris ſapientiæ Eccle. 1
ſignificatio diſciplinæ. In lana quippe aſperi-
tas, in candore benignitas deſignatur. Nam
Eccleſiaſtica diſciplina contra rebelles & ob-
ſtinatos ſeueritatem exercet: ſed erga pœni-
tentes & humiles exhibet pietatem. Propter
quod de lana non cuiuslibet animalis, ſed
ouis duntaxat efficitur, quæ eſt animal man-
ſuetum. vnde Propheta: Tanquam ouis ad Eſa. 53
occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram Luc. 10
tondente ſe, non aperuit os ſuum. Hinc eſt
quòd illius ſemiuiui vulneribus, quem Sama-
ritanus duxit in ſtabulum, & vinum adhibe-
tur, & oleum: vt per vinum moderentur vul-
nera: & per oleum foueantur: quatenus qui ſa
nandis vulneribus præeſt, in vino morſum ſe-
ueritatis adhibeat: in oleo molliciem pieta-
tis. Hoc nimirum & per arcam tabernaculi
deſignatur. xlv. diſtinct. diſciplina, in qua cum
tabulis virga continetur & manna. quoniam
in mente rectoris cum ſcripturæ ſcientia vir-
ga debet eſſe directionis, & manna dulcedi-
nis: vt ſeueritas immoderatè non ſæuiat, &
pietas pluſquàm expedit non indulgeat. Item
fit de vili materia, ſcilicet lana, vt habeat
pretium, non à ſe: ſed ab eo, quod ſigni-
ficatur in ſe: vt non oculis ſed menti ſpe-
ctabile ſit, vt non ad ornandum, ſed ad ſi-
gnificandum indui intelligatur. † Circulus
pallij per quem humeri conſtringuntur, eſt
timor Domini, per quem opera exercen-
tur: ne vel ad illicita defluant, vel ad ſu-
perflua relaxentur: quoniam diſciplina ſini-
ſtram cohibet ab illicitis, formidine pœnæ:
dextra

dextrã verò tẽperat à ſuperfluis,iuſtitiæ amo
Prouerb. re. Beatus ergo vir, qui ſemper eſt pauidus.
28. Nam iuxta ſententiã Salomonis: Timor Do-
Eccle. 1 mini peccatum repellit. Qui verò ſine timore
exiſtit,iuſtificari non poterit. Ideò enim circu
lus pallij ſub collo humeros conſtringit, ad
notandũ, quòd illum ferens,debet eſſe idem
5 opere & ſermone. ¶ † Duas verò lineas,qua-
rum vna poſt dorſum, & altera progreditur
ante pectus, huius vitæ curas & ſolicitudines
ſignificare putamus: quibus & cor & humeri
Pontificis ſic ſæpiſsimè grauantur & impe-
diuntur: vt à proprio ſtatu eum auertant,& va
na quædam & tranſitoria cogitare & portare
compellant. Hinc,quòd pallium ante & retrò
à dextris,& à ſiniſtris ante pectus,& ſuper hu
meros frequenter aptatur: vt his poſthabitis
in ſeipſum ſæpe redire intelligatur. Actiuam
quoq; & contemplatiuam vitam ſignificant:
quas ita debet exercere prælatus,vt exemplo
Moſi nunc in montem aſcendat: & ibi philo-
ſophetur cum Domino:& nunc ad caſtra de-
ſcendat,& ibi neceſsitatibus prouideat popu-
lorum: prouiſurus attentius vt cùm ſæpe ſe
dederit alijs,interdum ſe ſibi reſtituat:quate-
Luc. 10 nus & cum Martha circa frequens miniſte-
rium ſatagat:& cum Maria verba audiat Sal-
uatoris. extrà de renun. niſi. ad fin. lxxxviij. di-
ſtin. decreuit. Vtraq; tamen linea grauat in-
Sapiẽ. 10 ferius: quia corpus,quod corrumpitur,aggra-
uat animam: & deprimit terrena inhabitatio
6 ſenſum multa cogitantẽ. ¶ † Pallium duplex
eſt in ſiniſtra, ſicut & rationale: ſed ſimplex
in dextra: quia vita præſens,quæ per ſiniſtram
accipitur,multis eſt ſubiecta moleſtijs, & in
ea duplicitate carere non poſſumus: quia nũc
proſperis extollimur, nunc aduerſis frangi-
mur: nunc terrena petimus: nunc cœleſtibus
adhæremus: nunc carni,nunc menti ſeruimus:
ſed vita futura, quæ per dextram ſignificatur
in vna ſemper eſt collecta quiete, quod veri-
Luc. 10 tas ipſa deſignauit cum intulit: Martha, Mar-
tha, ſolicita es, & turbaris erga plurima. Por-
rò vnum eſt neceſſariũ: Maria optimam par-
7 tem elegit,quæ non auferetur ab ea. ¶ † Rur
ſus pallium duplex eſt in ſiniſtra: quatenus ad
tollendas vitæ præſentis moleſtias prælatus
fortis exiſtat. ſimplex in dextra,quatenus ad
obtinendam vitæ futuræ quietem toto ſuſpi-
ret affectu: Iuxta verbum Pſalmiſtæ dicentis:
Pſal. 25 Vnam petij à Domino: hanc requiram,vt in-
habitem in domo Domini omnibus diebus

vitæ meæ. Illic enim nulla eſt duplicitas,ſiue
ruga: ſed proſperitas ſine aduerſitate, gaudiũ
8 ſine triſtitia,& felicitas ſine miſeria. ¶ † Qua-
tuor Cruces purpureæ, ſunt quatuor virtutes
politicæ, ſcilicet iuſtitia, fortitudo,temperan
tia,& prudentia: quæ niſi in crucis Chriſti ſan
guine purpurentur, falſum ſibi nomen vir-
tutis vſurpant: & ad veram beatitudinis glo-
riam non perducunt. Vnde Dominus inquit Matt. 5
Apoſtolis: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra,
pluſquàm Scribarum & Phariſæorum,nõ in-
trabitis in regnum cœlorum. Hæc eſt purpu-
ra regis tincta canalibus, quam Salomõ com Cant. 7
memorat in Canticis canticorum. Is ergo qui
pallij gloria decoratur, ſi cupit eſſe,quod di-
citur in anteriori parte,debet habere iuſtitiã,
vt reddat vnicuiq;, quod ſuum eſt: prudẽtiam
in poſteriori,vt caueat,quod cuique nociuum
eſt: fortitudinem à ſiniſtris,vt eũ aduerſa non
deprimant: temperantiam à dextris, vt eum
9 proſpera non extollant. ¶ † Tres autem acus
in pallio infiguntur, ſcilicet ante pectus,& ſu
per ſiniſtrum humerum: & poſt tergum non
ad pungendum,id eſt non propter huius vitæ
punctiones: ſed ad planetam palliúmque iun-
gendum ſunt inuentæ. Vnde quędam anſulæ
antiquitus in planetis poſitæ erãt: quibus acus
inferebantur: & pallium ſimul cum planeta
firmabant: ne à ſuo loco pallium moueretur.
Poſſumus tamen per tres acus, fidem, ſpem,
& charitatẽ intelligere: ſine quibus pallium
ab Epiſcopo ritè teneri non poteſt. Rurſus
tres acus,compaſsionem proximi, adminiſtra
tionem officij,diſtinctionẽmq; iudicij ſignifi-
cant: quarum prima pũgit animam per dolo-
rem: ſecũda per laborem: tertia per terrorem.
¶ Prima pungebat Apoſtolum, cum dicebat: 2. Cor. 1
quis infirmatur,& ego nõ infirmor: quis ſcan
dalizatur,& ego nõ vror: extrà de renun. niſi.
¶ Secunda,cum aiebat, præter illa,quæ extrin
ſecus ſunt: inſtantia mea quotidiana ſolicitu-
do omnium Eccleſiarum. ¶ Tertia pungebat
Iob dicentem: Si iuſtus vix ſaluabitur: impius
& peccator, vbi apparebunt? Super dextrum
humerum non infigitur acus: quoniã in æter-
na quiete nullus eſt afflictionis aculeus, nul- 2. Pet. 4
lus ſtimulus pũctionis. Abſterget enim Deus
omnem lacrymam ab oculis Sanctorum,
mors vltrà non erit,neque luctus,neque cla-
mor,neque dolor erit vltrà: quæ priora abie-
10 runt. ¶ † Acus verò aurea eſſe debet: ſed infe- Apoc. 21
rius eſt acuta, & ſuperius rotunda, lapidem
conti



continens precioſum: quia nimirum bonus
paſtor propter curam ouium in terris affli-
gitur: ſed in cœlis coronabitur, vbi illã pre-
tioſam margaritã habebit, de qua Dominus
Mat. 13 inquit in euangelio: Simile eſt regnũ cælorũ
homini negotiatori quærenti bonas marga-
ritas: inuenta vna precioſa margarita,vendi-
dit omnia ſua & cõparauit eam. In pallio &
cum ipſo confortatur pontificalis officij ple
11 nitudo. † Hinc eſt quòd antè, quàm metro-
politanus pallio decoretur,non debet conci-
lium conuocare: chriſma conficere: clericos
in ſua prouincia ordinare: pontifices conſe-
crare: vel Eccleſias dedicare: nec ſe archie-
piſcopum nominare, extrà de elect. quòd ſi-
cut. in ſi. de poſt. bonę. ij. ad ſi. Aiunt tamen
quidam, quòd extra prouinciã ſuam inuita-
tus poſſet ordines tanquã ſimplex epiſcopus
ſine pallio celebrare. Sunt etiam,qui dicunt,
quòd epiſcopus etiam ſi ſit talis,quòd pallio
vtatur,non poteſt dare licentiã alieno archi-
epiſcopo vtendi pallio,in diœceſi ſua: niſi di-
ctus epiſcopus palliatus exẽptus exiſtat: nec
etiam archiepiſcopus in prouincia ſua: niſi
fortè inuitatus priuilegiũ habeat, quòd poſ-
ſit vti pallio extra ſuam prouinciam ſi fuerit
inuitatus. Sed hæc potius iuris,& rigoris ſunt
quã curialitatis: neq; ſubtiliter intuenti aliud
videtur in epiſcopo palliato exempto, quàm
12 in non exempto. † Sed vnus metropolitanus
non poteſt cum alterius pallio celebrare:
neq; pari ratione ſepeliri, ſed cũ proprio tã-
tùm: extrà de vſu pallij. ad hoc. Palliatus ta-
men ad aliã Eccleſiam tranſlatus, cũ pallio
ſecundo loco ſibi conceſſo ſepelitur. Item
palliatus ad aliã tranſlatus Eccleſiam, non
poteſt ibi vti pallio in prima Eccleſia obten-
to: quia non ſolùm datur contemplatione
perſonæ, verũetiã loci: extrà de poſtu. bonæ.
ij. ad ſi. Hinc eſt,quòd nõ poteſt vti eo extra
prouinciam ſibi decretã: extrà de vſu pallij.
cum nuper. & c. ex tuarũ. Sed & ſi quis renũ-
tiet archiepiſcopatui, nequit vlterius pallio
vti: extrà de renũ. c. ad ſupplicationem. Nec
etiã poteſt quis pallio, niſi intra eccleſiã &
in diuinis officijs vti. Vnde ſi fortè proceſsio-
naliter,vel ad prædicandum,vel aliquod hu-
iuſmodi cũ Eccleſiã exire cõtigerit,cũ pallio
nõ exibit: extrà e. c. j. diſt. j. palliũ. & c. ſemp.
13 Siquidẽ regulariter vſus pallij † interdicitur:
niſi in ſolennibus diebus, & qui in cuiuſcũq;
Eccleſiæ priuilegijs continetur: extrà eo. pe-

nul. & vl. puta in feſtiuitatibus natalis Domi
ni: ſancti Stephani, ſancti Io. Circunſionis,
Epiphaniæ, ramis palmarum, cœnæ Domini,
ſabbati ſancti, in tribus diebus Reſurrectio-
nis, Aſcenſionis, Pẽtecoſtes, ſancti Io. bapti-
ſtæ, omniũ Apoſtolorũ, in quatuor feſtiuita-
tibus beatæ Mariæ, & ſancti Michaëlis, &
omniũ ſanctorum, ſancti Martini, qui par eſt
Apoſtolis: in feſtiuitatibus principalibus Ec-
cleſiæ pallio decoratæ, in dedicationibus
Eccleſiarum, conſecrationibus epiſcoporum,
ordinationibus clericorum, & anniuerſario
conſecrationis palliati. de conſec. diſtin. j. ca.
porrò. Quidam etiã addunt dies dominicas,
quæ ad reſurrectionẽ pertinent,quod tamen
in vſu nõ eſt. Poſſet etiã dici, quòd vbicunq;
in ſua prouincia corpus alicuius ſancti quie-
ſcit, metropolitanus in feſto eiuſdẽ ſancti, &
etiã in principali feſto cuiuſlibet loci ſuæ pro
uinciæ, ad locũ illũ declinans poterit pallio
& ſandalijs vti. In exequijs verò defuncto-
rũ, vel in benedictionibus nubentiũ, vti non
licet, niſi hoc in priuilegio cõtineatur expreſ
ſum: extrà e. c. ſi. Epiſcopus hoſti. qui Papã cõ
ſecrat, pallio vtitur ex inſtitutione Marci Pa-
pæ: & etiã quidã epiſcopi ex priuilegio ſpe-
ciali, vt Anicen. & quinq; Eccien. extrà de prę
ſum. cũ in iuuẽtute. ¶ Poſtremò ſciendũ eſt,
14 quòd Rom. † põtifices, qui beatũ Silueſtrum
præceſſerũt, depinguntur tanquã gerẽtes li-
neas pallij circa humeros inuolutas: nam le-
galis ſacerdos dum ſacrificabat, ſummitates
baltei, ſuper humeros reflectabat, in quo
ſignficatur quòd illorũ iuriſdictio & pote-
ſtas per palliũ ſignificata, inuoluta, & impli-
cata nõ libera fuit. Ipſe verò & eius ſucceſſo
res liberã & explicatã habuerũt quare lineæ
ipſæ in eis explicitæ & extenſæ, antè & retrò
depẽdẽtes depingũtur. Poteſt etiã dici, quòd
lineæ ipſæ quæ (vt præmiſſum eſt) ſolicitudi
nes & curãs ſignificãt: ideò à tẽpore Silueſtri
Papæ explicitæ depẽdẽt, propter cõceſſa ſibi
& ſucceſſoribus tẽporalia, quæ abſq; ſolicitu
dine & cura nequeũt poſsideri. xcvj. diſt. Cõ-
ſtãtinus. Deniq; Bruno dixit, quòd ſummus
põtifex præter præmiſſa ornamẽta, & regnũ
portat, & purpura vtitur, prout ſub ti. de mi-
tra dictũ eſt. non pro ſignificatione ſed quia
Conſtãtinus imperator olim beato Silueſtro
omnia Ro. imperij inſignia tradidit in prędi-
cto. c. Cõſtantinus. Vnde & in magnis proceſ
ſionibus omnis ille apparatus Ro. pontifici

exhibetur:quæ quondã Imperatoribus fieri
ſolebat : & cum diademate imperiali Papa
ipſe coronatur.

## SVMMA.

1 Coloribus quot,& quib⁹ vtatur Eccleſia.
2 Indumentis albis, quibus diebus vtatur Eccleſia.
3 Indumentis albis vtendum in conſecratione Eccleſiæ,etiam quocunq; die celebretur.
4 Paramentis rubeis, quando ſit vtendum.
5 Martyrium præfertur virginitati.
6 Paramentis nigris quando ſit vtendum.
7 Paramentis viridibus quando ſit locus.
8 Colores miſti omnes,ad quatuor genera referuntur.
9 Paramenta violacea, quo tempore adhibeantur.& num.10.

## *De quatuor coloribus,quibus Eccleſia in eccleſiaſticis utitur indumentis.*

### CAP. XVIII.

1 QVatuor † ſunt principales co-
lores, quibus ſecundũ proprie
tates dierũ, ſacras veſtes Ec-
cleſia diſtinguit:albus,rubeus,
niger,& viridis. Nã & in lega
libus indumentis quatuor colores fuiſſe le-
gũtur:byſſus,purpura,iacinthus,& coccus:de
quibus in ſe.ti.dicetur.Eccleſia etiã Rom.vio
laceo & croceo colore vtitur:vt infrà dice-
2 tur.¶ Albis † indumentis vtendũ eſt in feſti-
uitatibus ſanctorũ cõfeſſorũ, virginum, qui
Iob 38 martyres nõ ſunt, propter integritatẽ & in-
nocentiam. Nam candidi facti ſunt nazarei
eius. Tre. iiij. Et ambulabunt mecũ in albis:
virgines enim ſunt, & ſequuntur agnũ, quo-
cunq; ierit.Apoc. iij. Propter eandẽ cauſam,
vtendũ eſt albis in ſolennitatibus angelorũ,
de quorum nitore Dominus loquitur ad lu-
ciferũ: Vbi eras,cùm me laudarẽt aſtra matu
tina. Item in omnibus feſtis Dei ſanctæ ge-
nitricis Mariæ. In feſto omnium ſanctorum:
quidã tamen tũc rubeis vtuntur, vt infrà di-
cetur.In principali feſto ſancti Ioãnis euan-
geliſtæ.In cõuerſione ſancti Pauli.In cathe-
dra Petri.De his etiã infrà dicetur. Itẽ, à vi-
gilia natiuitatis Domini,vſq; ad octauã Epi-
phaniæ incluſiuè, vt dicetur in procemio ſe-
ptimæ partis,exceptis feſtiuitatibus martyrũ
intermedijs.In natiuitate Saluatoris, & etiã
præcurſoris:quoniã vterq; natus eſt mundus,
id eſt,carens originali peccato.Aſcẽdit enim
Dominus nubẽ leuem,id eſt,aſſumpſit carnẽ Eſa. 19
à peccatis immunẽ:& intrauit ægyptũ,id eſt,
venit in mundum : iuxta illud quod angelus
inquit ad virginem:Spiritus ſanctus ſuperue- Luc. 1
niet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi
&c.Ioãnes autem & ſi fuerit in peccato cõ- Hier. 1
ceptus:fuit tamen in vtero ſanctificatus ſecũ Luc. 2
dum illud propheticũ : Antequàm exires de Mat. 2
vulua, ſanctificaui te. Et angelus inquit ad
Zachariã:Spiritu ſancto replebitur adhuc ex
vtero matris ſuæ.Item in Epiphania propter
ſplendorẽ ſtellæ,quæ Magos duxit ſecũdum
illud propheticum:Ambulabunt gẽtes in lu- Eſa.60
mine tuo, & reges in ſplendore ortus tui. In Luc. 2
ὑπαπαντῇ,propter puritatẽ Mariæ :quæ iuxta Ioan. 3
canticũ Symeonis obtulit lumen ad reuela-
tionẽ gentiũ, &c. In cœna Domini, propter
confectionẽ chriſmatis, quod ad mundatio-
nẽ animæ conſecratur. Nã & euangelica le-
ctio munditiã principaliter in illa ſolẽnitate
cõmendat:qui lotus eſt, inquit, non indiget,
niſi vt pedes lauet:ſed eſt mundus totus. Et
iterũ:ſi non lauero te, non habebis partem
mecũ.Item,in ſabbato ſancto in officio miſ-
ſæ,vſq; ad octauã aſcenſionis incluſiuè quã-
docũq; officiũ de tẽpore agitur, præter dies Mar.16
rogationum : & præterqua in feſtis martyrũ Mat.18
intermedijs, prout infrà dicetur. In reſurre-
ctione,propter angelũ teſtem reſurrectionis
nuntiũ,qui apparuit ſtola cãdida coopertus,
de quo dicit Matthæus, quòd erat aſpectus
eius,ſicut fulgur, & veſtimẽta eius ſicut nix:
& quia pueri tunc renati albas habẽt veſtes. Act.1
In aſcenſione propter nubem lucidã,in qua
Chriſtus aſcendit.Nam & duo viri aſtiterũt,
iuxta illũ in veſtibus albis:qui & dixerũt:Viri
Galilæi,quid hîc ſtatis &c.¶ † Illud autẽ no- 3
tandũ eſt,quòd licet in cõſecratione pontifi
cis talibus ſit indumentis vtendũ, qualia ſe-
cundũ Dei proprietatẽ conueniũt:in dedica-
tione tamen Eccleſiæ ſemper eſt vtendũ al-
bis,quocunq; dierũ dedicatio celebretur:quo
niam in cõſecratione põtificis cãtatur miſſa
de die:ſed in dedicatione baſilicę,de dedica-
tione miſſa cantatur.Nam & Eccleſia virgi- 1.cor.19
neo nomine nũcupatur:iuxta illud Apoſtoli: Canti.4
Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtã Eccl. 9
exhi



exhibere Chriſto. De qua ſponſus ait in cã-
ticis:Tota pulchra es amica mea:& macula
non eſt in te:veni de libano &c. Ipſe tamen,
qui conſecratur debet eſſe albis ornatus:ad
notandũ : quòd omni tẽpore veſtimenta eius
debẽt eſſe candida,id eſt, vita eius immacu-
lata.Itẽ, per octauas prædictorũ feſtorum,
octauas habentiũ vtendum eſt colore albo,
quãdo de ipſis agitur octaua. ¶ Rubeis autẽ
4 † vtendũ eſt indumẽtis in ſolẽnitatibus Apo
ſtolorũ,euangeliſtarũ,& martyrum, propter
ſanguinẽ paſsionis, quẽ pro Chriſto fuderũt.
Nã ipſi ſunt, qui venerunt ex magna tribula
tione &c.Apoc.vij.Præter,quã in feſto Inno
centiũ,vt iam dicetur. Itẽ in feſto Crucis, in
qua Chriſtus ſanguinẽ fudit pro nobis.Vnde
Eſa. 61 propheta: Quare rubeũ eſt indumentũ tuũ,
ſicut calcantium in torculari. Sed ſecundum
alios,melius eſt tũc albis vti, quoniã nõ paſ-
ſionis,ſed inuentionis vel exaltationis eſt fe-
ſtũ.Item,à vigilia pẽtecoſtes in miſſa, vſque
ad ſabbatũ poſt ipſum feſtũ incluſiuè:& hæc
propter ſpiritus ſancti feruorem, qui ſuper
Apoſtolos in igneis linguis apparuit. Nam
apparuerunt illis diſpertitæ linguæ:tanquàm
Act. 2 ignis &c.Vnde propheta:De cœlo miſit ignẽ
Tren. 1 in oſsibus meis. Licet autẽ in Apoſtolorum
Petri & Pauli martyrio rubeis ſit vtendũ : in
cõuerſione tamẽ Pauli & in cathedra Petri
vtendum eſt albis: ſicut & licet in natiuitate
ſancti Io.baptiſtæ ſit albis vtendũ:in decolla
tione tamẽ ipſius vtendũ eſt rubeis. Cũ autẽ
5 illius feſtiuitas † celebratur, qui ſimul eſt
martyr & virgo,martyriũ virginitati præfer-
tur : quia ſignũ eſt perfectiſsimæ charitatis:
Ioan. 15 iuxta quod veritas ait:Maiorẽ hac dilectio-
nem nemo habet,vt animã ſuam quis ponat
pro amicis ſuis.Quapropter & in omni com-
memoratione ſanctorũ quidam rubeis indu-
mentis vtuntur:alij verò,vt Eccleſia romana
candidis:cũ non tamen in eadẽ,ſed de eadem
ſolẽnitate dicat Eccleſia, quòd ſancti ſecun-
Apoc. 7 dũ Apoca.Io.Stabũt in cõſpectu agni amicti
ſtolis albis, & palmæ in manibus eorũ. Hinc
Canti.5 ſponſa dicit in cãticis : Dilectus meus candi-
dus,& rubicundus electus ex millibus:candi-
Canti.2 dus in cõfeſſoribus,& in virginibus : rubicũ-
dus in martyribus ac Apoſtolis.Hi ſiquidem
& illi ſunt flores roſarum, & lilia cõuallium.
Rurſus, qui in feſto omnium ſanctorum ru-
beis vtuntur, ex eo mouentur : quia feſtum
illud primò in honorem martyrum tantùm
inſtitutum fuit. Sed reſponderi poteſt, quòd
imò etiã in honorem beatę virginis:& hodie
ex inſtitutione Greg. vij. feſtat Eccleſia die
illa, etiam pro confeſſoribus, & virginibus,
prout in vij.parte ſub iſto feſto dicetur.Item
per octauas præmiſſorũ feſtorũ octauas ha-
bentiũ,vtendũ eſt colore rubeo quando agi-
6 tur de octaua.¶ † Nigris vtendum eſt, feria
ſexta in paraſceue:& in diebus afflictionis &
abſtinentiæ pro peccatis:& etiã in rogationi
bus : ſicut ſub illo tractatu in ſexta parte di-
cetur:& in proceſsionibus, quas romanus põ
tifex nudis pedibus fecit:& in miſsis pro de-
functis:& ab aduentu vſq; ad vigiliã natiuita
tis:& à ſeptuageſima vſq; ad ſabbatũ paſchę.
Spõſa quippè dicit in cãticis: Nigra ſum ſed Canti.1
formoſa,filia Hieruſalẽ ſicut tabernacula ce
dar:ſicut pellis Salomonis.nolite me cõſide-
rare, quòd fuſca ſim : quia decolorauit me
ſol.In feſto autẽ ſanctorũ innocentium qui-
dam nigris:alij verò rubeis indumentis vtẽ-
dũ eſſe contendũt, illi, propter triſtitiã:quia
vox in rama audita eſt ploratus, & vlulatus
multus,Rachel plorans filios ſuos &c.Nã & Hiere.3 & 31
propter eandẽ cauſam cantica lætitiæ ſubtri-
centur, & ſine aurifriſio mitra defertur: iſti, Mat.2
propter martyriũ, quod principaliter cõme- Apoc.6
morans inquit Eccleſia:Sub throno Dei ſancti
omnes clamant:Vindica ſanguinem noſtrũ,
qui effuſus eſt,Domine Deus noſter.Sicut &
& in lætare Hieruſalẽ,propter lætitiã,quam
aurea roſa deſignat Roma. pontifex portat
mitram aurifriſio inſignitam:ſed propter ab-
ſtinentiam, nigris vtitur indumentis.Sed Ec-
cleſia Ro.tunc vtitur violaceo colore:quãdo
illuc occurrit extra dominicam : ſed in octa
7 ua rubeo.¶ † Reſtat ergo, quod in diebus fe
rialibus & communibus viridibus ſit indu-
mentis vtendum : quia viridis color medius
eſt inter albedinem & nigredinem, & ru-
borem:& ſpecialiter inter octauam Epipha-
niæ inter ſeptuageſimam, & inter Penteco-
ſten & aduentum : quando dominicale agi-
tur officium,hic color exprimitur, vbi dici-
tur:cipri cum nardo, nardus & crocus. ¶ Ad Canti.3
8 hos † quatuor colores cæteri referuntur,
ſcilicet ad rubeum colorem coccineus : ad
nigrum violaceus,qui aliter coccus vocatur:
ad album byſsinus: ad viridem croceus:quã-
quam nõnulli roſas ad martyres,crocum ad
cõfeſſores,& liliũ ad virgines referãt.De co
lorib⁹ etiã in fine ſequẽtis tractatus dicetur.

 ¶ Vio-

9 ¶Violaceo † autem colore vti, in diebus, qui-
bus eſt vſus nigri coloris, nõ eſt inconueniẽs.
Vnde Eccleſia Ro. vtitur colore violaceo à
prima dominica aduẽtus, vſq; ad miſſam vi-
giliæ natiuitatis domini incluſiuè, & à ſeptua
geſima, vſq; ad officiũ miſſæ vigiliæ paſchæ
excluſiuè. Quãdoq; in prędictis temporibus
officiũ dicitur tẽpore agitur, exceptis quinta
feria cœnæ Domini, & ſexta feria in paraſce
ue. In feſtiuitatibus verò ſanctorũ, quę in ſe-
ptuageſima & in aduẽtu occurrunt, non eſt
nigris vel violaceis vtendũ. Et eſt intelligen-
dum, quòd in ſabbato ſancto in toto officio,
quod agitur ante miſſam, vtendũ eſt viola-
ceo colore: hoc excepto, quòd diaconus, qui
benedicit cereũ indutus dalmatica: & ſubdia
conus miniſtrãs indutus tunicella, albis vtũ-
tur: quia benedictio illa ſicut & miſſa ad re-
ſurrectionẽ pertinet. Sed benedictione cerei
expleta, diaconus remota dalmatica, aſſumit
planetam violacei coloris: & tenet eam vſq;
dum inchoatur officium miſſæ: ſubdiaconus
verò non mutat veſtes. Quidã etiam in do-
minica ramis palmarũ vtuntur albis, in pro-
ceſsione: & in ramorũ benedictione dũ legi-
tur euangeliũ. & dum cantatur: gloria laus.
propter lætitiam feſtiuitatis Chriſto ſanctæ:
quæ in præmiſsis cõmemoratur. ſed Eccleſia
romana tunc ſemper vtitur violaceo colore,
& in proceſsione, quæ fit in purificatione,
ante miſſam pro eo, quòd officium illud eſt
de anxia expectatione Symeonis, & ſapit ve-
tus teſtamentũ. Vtitur etiã Eccleſia romana
10 † violaceo colore in quatur temporibus ſe-
ptẽbris & in vigilijs ſanctorum: in quibus eſt
ieiuniũ quando miſſa eſt de vigilia. Et in die-
bus rogationũ, & in miſſa, quæ dicitur in die
ſancti Marci, de officio litaniæ. cũ enim ieiu
namus, carnẽ noſtram crucifigentes, macera-
mus: vt ſic facta liuida Chriſti liuoribus cõ-
formetur, cuius liuore ſanati ſumus. Ad quod
deſignandũ tunc colore violaceo vtimur, qui
pallidus & quaſi liuidus eſt. Cæterùm vela-
mina trium colorum ponuntur in altari, in
feſto paſchali: prout dictũ eſt in parte prima
ſub tractatu de picturis &c.

SVMMA.

1 Indumenta quatuor, ſecundum legem Mo
ſaicam.
2 Indumenta quatuor, propria legalis Pontifi-
cis: eorúmq; compoſitio, textura & for-
ma. Et per diſcurſum num. 3. 4. & 5.
6 Veſtimentorum legalium ſignificatio, iuxta
allegoriam.
7 Veſtimentorum legalium ſignificatio, ſecun
dum tropologiã. Et primò de fœminalibus.
8 Linea ſacerdotis, quid notaret.
9 Balteus ſacerdotis, quid ſignaret.
10 Tunica talaris ſacerdotis.
11 Ephod, ſuperhumerale ſacerdotis. & eius cõ-
poſitio atq; ſignificatio.
12 Rationale, ſexto loco adſumebat ſacerdos
legalis. Et qua ſignificatione. Simul de eius
compoſitione.
13 Charitas, ſumma virtutum.
14 Rationalis loco, quid hodie ſucceſsit.
15 Tiara ſiue cidaris, ſupremum capitis orna-
mentum legale: quod pontifex vltimò adſu-
mebat. Et eius ſignificatio.
16 Domini nomen, eſt τετραγράμματον.
17 Indumenta legalia, ex quo fabricata.
18 Pontifex Maximus, cur exterius cappam ru-
beã gerat. Et cuius conceſsione poſsit gerere
chlamydẽ purpuream: & coccineam tunicã:
atq; imperialia ornamenta omnia. num. 19.

## *De indumentis legalibus, ſeu veteris teſtamenti.* CAP. XIX.

QVoniã minus plenè rem ſigni-
ficatã, humana fragilitas ap-
prehẽdit, ſi penitus rem ſigni
ficantẽ ignoret: idcirco de in-
dumentis legalibus ad huius
cæcitatis ignorantiã propellendã: primò ſe-
cundũ hiſtoriã, ſecũdò ſecundũ allegoriam:
tertiò verò, ſecundũ tropologiã aliqua dice-
1 mus. ¶†Primò igitur ſecundũ hiſtoriã, no-
tandũ eſt, ꝙ quatuor erant indumenta ſecũ-
dũ Moſaicã legẽ, tam minoribus ſacerdoti-
bus quã principi ſacerdotũ cõmunia. de qui-
bus legitur Exod. xxviij. c. ¶Primũ, dicebatur
manaſcas: quod Græcè περιζώματα, vel
περισκελῆ, latinè verò fœminalia linea dici
poteſt: de byſſo retorta contextũ: quo vte-
bantur: pro eo quod legitur in Exod. xx. c. in
fi. Non aſcendes ad altare meũ, per gradus,
ne reueletur turpitudo tua. & Ezech. xliiij.
Fœminalia linea erũt in lũbis eorũ. ¶Secun-
dũ, cathemone, ſiue linea: quod nos ſubuculã
vel albam, ſed Moſes abaneth appellauit:
hebræi verò diſcedentes à Babylonijs, emiſ-
ſaneam vocauerunt, erátq; biſsinũ & duplex.
¶Tertiũ balteus, id eſt, zona, vel cingulũ cir-
ca latus, quaſi digitis quatuor ſic reticulatus,
vt



vt quaſi pellis viperea videretur, cõtextũ de
biſſo, cocco, purpura, & iacintho. per quæ
quatuor elemẽta ſignificantur. ¶Quartũ eſt
tiara, quod hebræi, naphie, nos autem inſulã
vel mitrã appellamus à cidari pontificali in
plurimũ differẽs: quaſi formã rotũdę caſsidis
2 reꝑſentãs. ¶Sup hęc quatuor cõmunia † qua
tuor proprijs indumẽtis põtifex vtebatur. pri
mũ erat tunica iacinthina, q̃ hebręus dicit ve
thit: gręcè dicitur ποδήρης, latinè talaris, quę
habebat pro fimbrijs malogranata cũ octua
ginta tintinabulis aureis interſcalari modo
diſpoſita: vt audiretur ſonus cũ põtifex ingre
deretur ſanctuariũ, ne fortè moueretur. ¶Se-
3 cundũ † erat, Ephod, id eſt ſuperhumerale:
de quatuor prædictis coloribus, auróq; con-
textũ, ſine manicis, ad modũ collobij: habens
aperturã in pectore quandã, ad magnitudi-
nem palmi, in qua λογίον eiuſdẽ menſuræ in-
ſerebatur. In cuius parte ſuperiori videlicet
ſuper humeros infibulati erant auro duo la-
pides onichini: quibus duodecim nomina fi-
liorum Iſraël erant inſculpta: ſex in vno &
ſex in altero. Quòd autem Samuel & Dauid
induti leguntur Ephod: illud erat lineum &
4 propriè quidem ephotar, dicebatur. ¶† Ter-
tiũ hebraicè dicebatur heen: Græcè, λογίον,
latinè verò rationale vocatur, quod pontifex
ferebat in pectore. Dictũ eſt autem rationa-
le iudicij: quia ibi erant lapides, in quorũ ſplẽ
dore ſibi Deum eſſe propiciũ cognoſcebant.
Erat autem rationale quadrãguiũ duplex in
modũ vnius palmi: de quatuor prædictis co
loribus, auróq; contextũ habens duodecim
lapides per quatuor ordines. In primo ſardiũ,
topatiũ, & ſmaragdũ. In ſecundo carbuncu-
lum, ſaphirũ & iaſpidem. In tertio ligurium,
achaten, & ametiſtũ. In quarto criſolitũ, oni
chinũ, & berillũ in quibus erant ſcripta duo-
decim nomina filiorũ Iſraël. in ſingulis ſin-
gula, iuxta ordinẽ ſuæ natiuitatis. Erãt etiam
in eo ſcripta hæc duo nomina Purin & Thia
min, id eſt, veritas & diſciplina. Inferebatur
autẽ λογίον, ſuper humerali à parte ſuperiori,
per duos anulos, & duas catenulas aureas,
immiſſas duobus vncinis qui ſub duobus prę
dictis onichinis & ſuperhumerali cõtinebã-
tur, infixi: ab inferiori verò parte ꝑ duos anu
los aureos, cũ duabus iũcturis ſiue catenis ia
5 cinthinis coligabatur Ephod. ¶ †Quartũ &
vltimũ erat capitis ornamẽtũ, videlicet, tya-
ra ſeu cidaris in acutũ procedẽs, habẽs cir-
culũ aureũ, cum malogranatis & floribus: ex
qua ſupra frõtẽ pendebat aurea lamina, quã
petalũ dicunt, ad modũ lunæ dimidiæ, in qua
ſcriptũ erat, anoth adonay, id eſt, ſanctũ no-
men Domini τετραγράμματον, id eſt, quatuor
literarũ: vt infrà dicetur. Ne verò cũ moue-
batur põtifex, moueretur & lamina, ligaba-
tur vitta ſeu iũctura iacinthina perſpicua, quę
ſummitates poſterius diffundebat. Noſter
ergo pontifex pro fœminalibus habet ſanda
lia, ꝓ linea albã: pro balteo, cingulũ: pro πο-
δήρη, tunicã: pro ephod, amictũ vel ſtolã: pro
λογίῳ, palliũ: pro cidari ſeu tiara mitrã: pro
lamina, crucẽ: & quædã ex his diuerſam ha-
bent formã ab illis ſecundũ eandẽ figuram.
6 ¶Secũdò, dicamus, de typo † dictorũ legaliũ
indumentorũ ſecundũ allegoriã. Sanè, his ve
ſtibus ornatus põtifex totius orbis præfere-
bat imaginẽ. Fœminalia nãq; biſsina, terram
cõgruè figurabãt: quia biſſus de terra proce-
dit. Eſt enim biſſus linũ ægyptiacũ. Baltei cũ
vittis & vaſculis, circũuolutionẽ oceani deſi-
gnabãt. Tunica iacinthina, ipſo colore aërea
præferebat. Per tintinabula, ſonitus tonitruo
rum. Per malogranata, coruſcationes fulgu-
rum ſignabãtur. Quatuor minoris ſacerdo-
ris, & quatuor ſummi pontificis indumenta:
quatuor microcoſmi, & quatuor macroco-
ſmi, partes ipſo numero deſignabant, id eſt,
quatuor humores quatuor elemẽta. Ephod
ſui varietate cœlum ſydereum oſtendebat.
Quod autẽ aurũ erat intextũ coloribus: fi-
gurabat quòd calor vitalis penetrat vniuer-
ſa. duo lapides onichini, ſolem & lunam, vel
duo hemiſperia deſignabãt. In rationali vero
xij. gemmæ pectorales xij. ſigna in zodiaco
præferebant. Rationale quidem erat in me-
dio, quia ratione plena ſunt vniuerſa terrena,
cœleſtibúſq; hærent: imò ratio terreno-
rum, & temporum caloris, & frigoris, & du-
plex inter vtrunq; temperies, de cœli curſu &
ratione deſcendit. Per anulos, catenulas, &
vncinos, elementorum, humorum, & tempo
rum coligamenta ſignificabantur. Cida-
ris, cœlum empyræum lamina ſuperpoſita
Deum præfigurabat omnibus præſidentem.
Hanc quidem allegoriam libri Sapientiæ
confirmat authoritas dicens: In veſte enim Sapi. 18
poderis, quam habebat, totus erat orbis ter-
rarum, & parentum magnalia, in quatuor la-
pidum ordinibus erant ſculpta, & magnifi-
centia tua in diademate capitis illius erat ſcri

 pta

7 pta.¶Tertiò ſubijcienda † eſt expoſitio in-
dumentorũ legalium,ſecundum tropologiã.
His ſiquidẽ indumentis legalis ſacerdos hoc
ordine induebatur. Lotis nanq; prius mani-
bus,& pedibus,prius induebat manaſtaſin, id
eſt,fœminalia,ſignificãs quòd ſacerdos mũ-
datis operibus,& affectibus,lacrymis pœnitẽ
tiæ,debet aſſumere continentiam, vt offerat
hoſtiam immaculatã ſanctã Deo placẽtem.
Ro.xij.Noſter tamen põtifex, quia iugẽ de-
bet habere continentiã non induit in ſacrifi-
cio fœminalia, ſed ſandalia:ac ſi dicatur:Qui
lotus eſt,non indiget,niſi vt pedes lauet:ſed
eſt mundus totus. Io. xiij. Per manus enim
pſal.143 opera deſignãtur,ſecundũ illud : Benedictus
Mat.10 Dominus Deus , qui docet manus meas ad
prælium:& digitos meos ad bellum. Per pe-
des,ſignificãtur effectus, ſecundũ illud:Excu
tite puluerẽ de pedibus veſtris.Et eſt notan-
dum , quòd ipſemet ſacerdos ſibi fœminalia
induebat,per quæ virginalis cõtinẽtia ſignifi
cabatur:qua quoniã res eſt conſilij,nõ præce
pti.xxviij.q.j.ſicut enim. xxxiiij. q.v. qui ſitit.
1.Cor.7 ideo ipſemet ſibi imponebat iuxta illud Apo
Mat.19 ſtoli ad Corin.De virginibus præceptum Do
mini nõ habeo,conſiliũ autem do.Et Domi-
nus in euangelio:Qui poteſt capere , capiat.
Hoc indumentũ alternatim induebãt ſacer-
dotes,quoniã ad iugẽ continentiã non ita te
nebantur, ſicut miniſtri noui teſt. ideóq; ſe-
cundũ quoſdã huic indumento nullũ hodie
8 reſpõdet.¶Secundò induebat†cathemonẽ,id
eſt,lineã,ſignificans,quòd ſacerdos debet in-
duere innocentiã, vt quod ſibi non vult fieri,
Eccl.9 alij ne faciat. Linum enim propter candorẽ,
ſignificat innocentiã ſecudũ,illud:Omni tẽ-
9 pore veſtimenta tua ſint candida.¶ † Tertiò
cingebat ſe balteo,ſignificãs caſtitatem quo
circa lũbos debet accingi vt reſtringat carnis
Luc.12 concupiſcentiã. Vnde veritas ait: Sint lumbi
veſtri præcincti & c.Balteũ autem,quod con
textum erat ,ex quatuor (prout ſuperius di-
ctum eſt)ſignificabat , quòd omnes motus
ſurgentes ex quatuor humoribus ſiue ex qua
Pro.31 tuor elementis debet refrẹnare. Salomon:Et
Eſa.9 cingulũ tradidit Cananeo:& Eſa.Erit iuſtitia,
cingulũ lumborũ eius.Per iuſtitiã enim , re-
frænãtur huiuſmodi motus beſtiales. Pẽde-
bant autem vſq; ad pedes:quia vſq; ad finem
10 vitẹ debebat eſſe mũdus.¶ †Quartò indue-
bat tunicã ποδήρη,id eſt , talarẽ : ſignificans,
quòd pontifex debet induere perſeuerantiã:
quia qui perſeuerauerit vſque in fi.hic ſaluus Mat.10
erit.Per talũ enim,id eſt, per extremitatem, Gen.3
perſeuerãtia deſignatur ſecundum illud:Ipſa
conteret caput tuũ,& tu in ca.eius. Depende
bãt autem pro fimbrijs malogranata,cũ tin-
tinabulis aureis. Per malogranatũ intelligi-
tur operatio.Per tintinabulũ aureũ,accipitur
prædicatio. Quæ duo debent in ſacerdote
coniũgi,ne ſine illis ingrediẽs ſanctuariũ , in
conſpectu Domini moriatur.Cœpit enim Ie
ſus facere,& docere.ſacerdotibus relinquens
exẽplum,vt ſequãtur veſtigia eius,qui pecca
tum nõ fecit,vt ſit honeſtas in cõuerſatione:
nec inuẽtus eſt dolus in ore eius:vt ſit veri- Act.1
tas in prædicatione. Per tintinabula quoque 1.Pet.2
intelligitur vox prædicatoris:ne videlicet ſa
cerdos per ſilentiũ,iudiciũ ſuperni inſpecto-
ris offendat.Per malogranata , exemplũ bo-
næ vitẹ vel voluntas martyrij.quia huiuſmo
di granis reficiuntur infirmi.Sacerdos autem
ſecundũ Gre.xliij. diſt. ſit rector.ingrediens
moritur,vel egrediens moritur,ſi de eo ſoni-
tus non audiatur : quia iram circa ſe occulti
iudicis exigit,ſi ſine prædicationis ſonitu in-
cedit.Aptè ergo tintinabula veſtimẽtis illius
deſcribuntur inſerta. Per veſtimenta etenim
ſacerdotis quid aliud,quàm recta opera reci-
pere debemus,iuxta illud prophetæ:Sacerdo
tes tui induantur iuſtitiam.Veſtimentis itaq; pſal.131
illius tintinabula inhẹrent,vt vitæ viam cum
linguæ ſonitu ipſa quoque ſacerdotis opera
clament. Iterum tintinabulis malum puni-
cum coniungitur. Quid per mala punica niſi
fidei vnitas deſignatur ? Nam ſicut in malo
punico vno,exterius cortice , multa interius
grana viſuntur:ſic innumeros ſanctæ Eccle-
ſiæ populos vnitas fidei contegit, quos intus
diuerſitas meritorum tenet.¶Quintò indue-
bat Ephod,id eſt ,ſuperhumerale.ſignificans
11 † quòd pontifex debet induere patientiam,
vt in patientia ſua poſsideat animam ſuam.
Humeris enim onera portamus , ſecundũ il- Luc.21
lud:ſuperpoſuit humerum ſuum ad ſuppor- Gene.49
tandum,& factus eſt tributis ſeruiens Habe
bat autem duas horas coniunctas in vtroq;
latere ſummitatum:ſignificans quòd ponti-
fex debet habere arma iuſtitiæ à dextris , &
à ſiniſtris,vt non erigatur proſperis : nec de-
primatur aduerſis. Habebat & duos lapides 2.Cor.6
onichinos inſertos humeris,in quibus ſculpta
erant xij.nomina filiorum Iſraẽl:ſex in vno,
& ſex in alio Per duos onichinos,ſignifican-
tur



tur veritas & ſinceritas, veritas,per claritatẽ:
ſinceritas , per ſoliditatem. Per filios Iſraẽl,
ſignificantur ſancta deſideria , & iuſta opera
Gen.2 ſecundum illud:Maledictus homo , qui non
reliquerit ſemen in Iſraẽl. Per ſenarium ſi-
gnificatur perfectio:eò quòd Dominus ſex-
to die perfecit cœlum & terram & omnem
ornatum eorum:quòd ergo ſex nomina filio
1.Cor.5 rum Iſraẽl ſculpta erant ſex in vno lapide,&
ſex in alio:ſignificabat, quòd deſideria ſacer
dotis,& opera confici debent non in fermen-
to malitiæ & nequitiæ:ſed in azymis ſinceri
tis & veritatis:vt ſinceritas informet intẽtio-
nem,& veritas finem. Grego.ait in paſtorali.
xiij. c.quòd ſuperhumerale ex auro iacintho
purpura coccóq; bis tincto, & byſſo retorta
fieri præcipitur,vt quanta ſacerdos clareſce-
re virtutum diuerſitate debeat,demõſtretur.
In ſacerdotis quippè habitu,ante omnia aurũ
fulget vt in eo intellectus ſapientiæ princi-
paliter eniteat. Cui iacinthus aẽreo colore
ſplendens,adiungitur, vt omne,per quod in-
telligẽdo penetrat , non ad fauores infimos,
ſed ad amorẽ cœleſtiũ ſurgat:ne dum ſuis in
cautis laudibus capitur, ipſo etiã veritatis in-
tellectu euacuetur. Auro quicquã & iacin-
tho purpura permiſcetur, vt ſacerdotale cor
cũ ſumma quæ prædicat ſperat in ſemetipſo
ſuggeſtiones vitiorum reprimat, eiſq; velut
ex regia poteſtate contradicat:auro autẽ,ia-
cintho byſſo,ac purpura. bis tinctus coccus
adiungitur : vt ante interni iudicis oculos,
omnium virtutum bona ex charitate deco-
rentur, & cuncta quæ coram hominibus ru-
tilant , hæc in conſpectu oculi iudicis flãma
intimi amoris accendat:quæ ſcilicet charitas
quia Deum ſimul & proximum diligit,quaſi
ex duplici tinctura fulgeſcit. Sed cũ mens ad
charitatis præcepta tenditur , reſtat vt per
abſtinentiã caro maceretur. Vnde in bis tin-
cto cocco torta byſſus adiungitur. De terra
enim byſſus nitenti ſpecie oritur.Et quid per
byſſum,niſi cadens decore munditiæ corpo-
ralis caſtitas deſignatur:quæ videlicet torta
pulchritudini ſuperhumeralis innectitur :
quia tunc caſtimonia ad perfectum mundi-
tiæ candorem ducitur:cũ per abſtinentiã ca-
ro fatigatur.Cũq; inter virtutes cæteras etiã
afflictæ carnis meritum proficit, quaſi in di-
uerſa ſuperhumeralis ſpecie byſſus torta
12 candeſcit.¶Sextò,induebat† λογίον,id eſt,ra-
tionale:ſignificans , quòd pontifex debet in-
duere diſcretionem , per quã diſcernat inter
lucem & tenebras:inter dextram & ſiniſtrã:
quia non eſt conuentio lucis ad tenebras, 2.Cor.4
neq; Chriſti ad Belial.de pœ.diſt.j.§.hoc idẽ.
erat autem rationale quadrangulum ſigni-
ficans,quòd debet diſcernere inter quatuor,
ſcilicet inter verũ & falſum:ne deuiet in cre
dendis:inter bonum & malum , ne deuiet in
agendis.Erat & duplex : quia debet diſcerne
re pro duobus, pro ſe videlicet , & populo:
ne ſi cæcus cæcum duxerit, ambo in foueã
cadant.Habebat & quatuor ordines lapidũ,
ſignificãs quòd pontifex debet habere qua-
tuor virtutes principales:ſcilicet iuſtitiã,for-
titudinem, prudentiam,& temperantiam.In
ſingulis autem ordinibus habebat tres lapi-
des,ſignificans quòd pontifex in primo , de-
bet habere fidem,ſpem,& charitatem : in ſe
cundo,modeſtiam,manſuetudinem , & beni-
gnitatem:in tertio pacem & miſericordiã,&
largitatem:in quarto,vigilantiam ſolicitudi-
nem & longanimitatem: Per lapides enim
figurantur virtutes , ſecundum illud: Si quis 1.Cor.3
autem ſuperædificat ſuper fundamentum
hoc , aurum & argentum, & lapides pretio-
ſos. Habebat & duas catenulas auri puriſsi-
mi , ſibijnuicem cohærentes , quæ duobus
inſerebantur vncinis , ſignificans quòd pon-
13 tifex debet habere duos† charitatis affectus
ad Deum,ſcilicet & ad proximum:de quibus
præcipitur : Diliges Deum tuum , ex toto Matt.22
corde tuo,& proximum tuum,ſicut teipſum. 1.cor.13
Sicut enim aurum præeminet vniuerſis me-
tallis:ita charitas præcellit vniuerſas virtu-
tes , de qua dicit Apoſtolus : Maior horum
eſt charitas.Duo vncini,ſunt intẽtio & finis,
quibus catenulæ inſeruntur : vt tam Deum,
quàm proximum diligat ex corde puro , &
conſcientia bona,& fide non ficta:tam Deũ,
quàm proximum ligat , propter beatitudi-
nem:Deum propter ſeipſum diligat,& pro-
ximum propter Deum. Portabat autem 1.Tim.1
Aaron rationale iudicij: in quo deſcripta erãt
xij.nomina patriarcharum, prout dictum eſt
in prima parte ſub tit. de picturis. quod ſe-
cundum Greg. in paſtorali. li. in c. xij. Bene
rationale iudicij vocatur quia rector de-
bet ſubtili ſemper examine bona maláq; di-
ſcernere,& quæ vel quibus, quando, & qua-
liter conſtruat ſtudioſè cogitare : nihílque
proprium quærere : ſed ſua cõmoda propin-
quorum bona deputare. Vnde in exod.ſcri- Exod.18


ptum

ptum eſt:Pones autẽ in rationali iudicij doctrinam & veritatem : quæ erunt in pectore Aaron, quando ingreditur corã Domino ,& geſtabit iudiciũ filiorum Iſraël,& in pectore ſuo in conſpectu Domini ſemper. Sacerdotẽ quippe iudiciũ filiorum Iſrael in pectore ſuo corã cõſpectu Domini geſtare,eſt ſubiectorum cauſas pro ſola interni iudicis intentio-
14 ne diſcutere.¶† Quidã autẽ dixerunt , quòd rationali nullum reſpõdet hodie ornamentum:quoniã nõ habemus copiã lapidum pretioſorum : ſed ad inſtar illius defert põtifex in cõſecratione ſua textum euãgelij ante pectus corã toto populo.Ibi enim ſcriptũ erat: doctrina,& veritas,& epiſcopus debet habere in corde veritatẽ euangelij , & in ore doctrinã , quantum ad manifeſtationẽ.& hæc poteſt eſſe cauſa quare in quibuſdã Eccleſijs poſtes codicis euangelici, ex auro & argẽto, & lapidibus pretioſis ornantur.Eſt etiam & alia ratio, quia in illo rutilat aurũ ſapientię, argentũ eloquẽtiæ, & miraculorum lapides pretioſi.xxxix. diſt.§. hinc etiã.Hæ ſunt ſpõ-
Canti.1 ſæ murenulæ aureę,argento vermiculatæ.
15 ¶Septimũ† & ſupremum capitis ornamentũ erat cidaris vel tiara .quam vltimò pontifex aſſumebat,ſignificans humilitatem , de qua Dominus ait Luc.xviij.Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur:& qui ſe humiliat,exaltabitur. Hãc autẽ geſtabat in capite, ſignificãs quòd pontifex debet gerere humilitatẽ in mente,
Matt.11 exemplo capitis noſtri dicentis:Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Per caput
Matt.5 enim,mens intelligitur ſecundũ illud: Vnge caput tuum, & faciẽ tuam laua. Rurſus tiara in minoribus ſacerdotibus , ſignificat continentiam quinq; ſenſuum : in maioribus verò cõtẽplationem:dicuntur enim eſſe contemplatiui. De cidari dependebat à fronte lamina aurea, ſignificans ſapientiam , vel figurabat ſinum crucis , quod fit in officio confir-
16 mationis,in qua ſcriptum erat:nomen †Domini τετραγράμματον , id eſt , quatuor litterarum , quæ ſunt:he , ioth , eth, & vau , id eſt, principium vitæ paſsionis iſte, prout dictum eſt in procœmio ſecundæ partis : ac ſi apertius diceretur : Ille, cuius pontifex iſte gerit perſonã, ſcilicet Chriſtus eſt principium, id eſt , author vitæ:paſsionis , id eſt,vitæ reſtauratæ per paſsionem : quia mortem noſtram moriẽdo deſtruxit, & vitam noſtrã re-
17 ſurgẽdo,reparauit.†Erãt autẽ hæc indumẽta pro maiori parte cõtexta opere πολύμιτῳ,id eſt,vario propter varietatẽ virtutis:de qua dicit pſalmographus: Aſtitit regina à dextris Pſal.44
tuis,in veſtitu deaurato,circundata varietate. & ex quatuor pretioſis coloribus ſcilicet purpura,cocco,byſſo & iacintho.Per purpuram regiæ dignitatis,ſignificatur põtificalis poteſtas,quæ per viam regiam debet incedere,ne declinet ad dextrã , vel deuiet ad ſiniſtram : ne liget dignos , aut ſoluat indignos. Per purpurã quoq; aqua ſignificatur , quia in cõchis marinis habitant vermes, qui eã egerunt. Per coccum coloris ignei , ſignificatur pontificalis doctrina , quæ ſicut ignis lucere debet & vrere , propter quod & biſtinctus fuiſſe narratur. Lucere quidem debet per promiſsionem, vt omnis , qui reliquerit do-
mum,patrem, & matrem &c. centuplum ac- Mat.19
cipiet & vitam æternam poſsidebit. Vrere de
bet per cõminationem:vt omnis arbor, quæ Matt.3
non fecerit fructum bonum,excidetur , & in
18 ignem mittetur. ¶ Hinc † eſt,quòd ſummus pontifex capa rubea exterius ſemper apparet indutus,cum interius ſit indutus candida veſte:quia etiam interius candere debet per innocentiã & charitatem:& exterius rubere per compaſsionem , vt videlicet oſtendat ſe ſemper paratum ponere animam pro ouibus ſuis : quia perſonam gerit illius , qui pro
nobis vniuerſis rubrum fecit indumentum Eſa.63
19 ſuum.¶ Ex conceſsione verò † Conſtantini Imperatoris xcvj.diſt.Conſtantinus.ferre poteſt chlamydem purpuream atque tunicam coccineam & omnia imperialia indumenta, ſcilicet ſceptra:ſigna & ornamẽta.Crux quocunq; ierit,cum præcedit : ad ſignificandum, magis ei quàm cuiquam alteri conuenire:
iuxta illud Apoſtoli:Mihi autem abſit glo- Gal.6
riari , niſi in Cruce Domini &c. vt ſe crucifixum imitari debere cognoſcat. Rurſus coccus biſtinctus in veſte pontificali eſt charitas, quæ quaſi bis tingitur , dum dilectione Dei & proximi coloratur. Per byſſum verò candoris eximij , ſignificatur præclaritas
famæ:quæ debet eſſe retorta : vt pontifex 1.Tim.3
bonum habeat teſtimonium:ſecundum Apoſtolum : & ab his , quæ ſunt intus, & ab his, quæ ſunt foris. Per iacinthum , qui eſt coloris aërei, ſignificatur ſerenitas conſcientiæ, quam intra ſe pontifex debet habere,ſecun-
dum quod dicit Apoſtolus : Gloria noſtra 2.Cor.1
hæc eſt,teſtimonium conſcientiæ noſtræ.





## LIBER QVARTVS.

### SVMMA.

1 Miſſæ ſacramentum , ſummum omnium eſt : atque adeò inſtitutum à Chriſto.numero 2.3.
4 Apoſtoli & Pontifices Miſſam à Deo primum inſtitutam,ampliarunt.
5 Petrus apoſtolus,Miſſam ne primus celebrarit in partibus Orientalibus : etiam in Antiochia:an verò Iacobus.& numero 7.
6 Cæleſtinus Papa,Miſſæ introitũ addidit.
8 Hæreticorum de Miſſę augmento,ac cęterorum ſacramentorum & inſtitutionum Eccleſiaſticarum , grauis cauillatio. & numero 9. Et reſponſio. numero 10. remiſsiuè.
11 Miſſa,omnia Chriſti myſteria continet.
12 Miſſæ officium,quot,& quibus conſtet.
13 Templi antiqui diuiſio:& forma.
14 Sacrificiorum antiquorum ſignificatio.
15 Propitiatorium, eiuſdem longitudinis & latitudinis , cuius arca. Et quid dicatur propitiatorium.
16 Sacrificia tria Miſſa offert.
17 Sacrificium Miſſæ,quod primum, & maximum.
18 Sacrificium factum à malo ſacerdote, valet perinde, ac factum à bono. Et quid ita.
19 Arnaldiſtæ ſunt in ea hæreſi , vt putent malos miniſtros non poſſe miniſtrare ſacramenta.Falsò id quidem & temerè.
20 Miſſa,quibus horis debeat celebrari.
21 Miſſa,qua hora ſit celebranda in quadrageſima & aduentu.
22 Miſſas duas,cum vno,vel vnam cum duobus ſacrificijs,celebrare non licet.
23 Miſſa ſicca,quæ dicatur.
24 Miſſæ celebrandæ deteſtabilis conſuetudo.
25 Miſſæ plures,quibus diebus poſsint celebrari.
26 Leo Papa,eodem die nonies celebrauit.
27 Præſul an poſsit conficere.
28 Miſſa quæ olim inſtituta quoquo die , & quæ hodie,numero 30.
29 Angeli quota feria creati.
31 Mariæ officium,cur Sabbato fiat.& vnde hoc inductum.& numero 32.33.34.35.
36 Eccleſia,cur triplici lingua vtatur,in Miſſæ officio.
37 Miſſæ officio quot debeant intereſſe, ad minus.& numero 39.
38 Angeli orantibus præſunt.
40 Miſſę partes ſingulæ,quid notent.Et quò referantur.
41 Miſſa,in quibus locis debeat celebrari.& numero 42.
43 Miſſa quid repræſentet : & imitetur. numero 44.
45 Miſſæ officium,quotuplex.& numero 48.
46 Catechuminorum miſſa quæ ſit.
47 Miſſa fidelium,vnde dicatur.
49 Miſſa vnde dicatur.
50 Miſſæ diuiſio.

ARGVMENTVM.

*De Miſſa,& ſingulis,quæ in Miſſa aguntur.*

CAP. I.

INter cuncta Eccleſiæ ſacramenta,illud conſtat eſſe præcipuum , quod in Miſſæ
1 officio †ſupra mẽſam * ſa-
* cratiſsimi celebratur altaris:illud Eccleſię repræſentans conuiuium, in quo filio reuertenti pater occidit vitulum ſaginatum, panem vitæ,& vi-
num quod miſcuit ſapientia proponens. Hoc Luce 15.
2 † autem officium ipſe Chriſtus inſtituit, cùm
nouum condidit teſtamentum,diſponens hæ- Sap.9.
redibus ſuis regnum , ſicut pater ſuus ſibi di- Luc.22.
ſpoſuit,vt ſuper menſam eius edant,& bibant Matt.26
in regno,quod Eccleſia conſecrauit. Cœnantibus enim illis, accepit Ieſus panem, & gratias agens,benedixit ac fregit,deditque diſcipulis ſuis dicens : Accipite & comedite. hoc eſt corpus meum , quod pro vobis tradetur. hoc facite in meam commorationem.¶Hac igitur inſtitutione formati cœperunt apoſtoli ſacroſanctum frequentare myſterium , propter cauſam , quam Chriſtus expreſſerat, & formam ſeruantes in verbis : & materiam tenentes in rebus:ſicut apoſtolus Corinthijs
proteſtatur dicens : Ego accepi à Domino, 1.Corin.
quod & tradidi vobis:quoniam Dominus Ie- 11.
ſus,in qua nocte &c.Or igitur miſſę officium cæteris diuinis officijs dignius & ſolennius eſt . ideò de illo prius , quàm de alijs officijs eſt in hac iiij.parte dicendum : in qua aliquibus additis & detractis ſpeculum Innocentij
3 Papæ tertij proſequamur.¶†Sanè(vt premiſ-

ſum eſt ) Miſſam inſtituit Dominus Ieſus ſa-
cerdos , ſecundum ordinem Melchiſedech :
Matthæi 26. quãdo panem & vinum in corpus & ſangui-
nem ſuum tranſmutauit, dicens:Hoc eſt cor-
pus meum.hic eſt ſanguis meus:ſubiungens :
Hoc facite in meam commemorationem.
4 † Apoſtoli autem hanc Miſſam adauxerunt,
dicentes in Miſſa non ſolùm verba præmiſſa:
verumetiam dominicam orationem ſuperad-
5 dentes.Vnde † beatus Petrus ſic Miſſam pri-
mus dicitur celebraſſe in partibus orientali-
bus:vbi poſt Domini paſsionem quatuor an-
nis cathedram tenuit ſacerdotalem. Deinde
verò accepit cathedram Antiochiæ , vbi tres
oratiões ad Miſſam adiecit.In primordio er-
go naſcentis Eccleſiæ Miſſa aliter dicebatur,
quàm modò:ſicut in ſexta parte ſub ti.de pa-
raſceue dicetur.ſequẽti verò tempore epiſto-
la tantùm & Euangelio recitatis Miſſa cele-
6 bratur.Subſequenter † Cæleſtiuus Papa inſti-
tuit introitum ad Miſſam cantari , prout ſub
introitu dicetur. Cætera diuerſis temporibus
ab alijs Papis & à Gelaſio Cæleſtino & Gre-
gorio , & alijs diuerſis temporibus leguntur
adiecta,prout Chriſtianæ religiõis cultu cre-
ſcẽte viſa ſunt decẽtius cõuenire.De hoc di-
cetur in procemio Sextæ partis : in canone de
7 cõſe.di.j.Iacobus. legitur quòd Iacobus † fra-
ter dñi Eṗs hieroſolymitanus,& Baſilius eṗs
Cæſarieñſis addiderũt nobis in ſcripturis ordi-
nẽ celebrãdi Miſſam.Itẽ iſte Iacobus alphæi
dicitur primus Miſſam inter Apoſtolos cele-
braſſe. Nã ꝑpter excellentiã ſanctitatis eius,
Apoſtoli hũc ſibi fecerũt honorẽ,vt poſt Dñi
aſcẽſionẽ primus inter eos Miſſam Hieroſo-
lymis celebraret etiã prius,quã eſſet in Eṗm
ordinatus. Vel fortè ideò dicitur primus ce-
lebraſſe,quia primus in põtificalibus eam di-
xiſſe perhibetur. & ſic Petrus poſtmodũ pri-
mus Miſſam in Antiochia celebrauit:& Mar-
8 cus in Alexandria. † Quidam autẽ perfidi he-
retici reprehendunt nos : quia Euangelia per
particulas lacerata in Miſſa legimus:& quia
primitiuæ Miſſæ , videlicet vltra dominicam
orationem , aliquid ſuperaddimus. Scriptum
Apoc.vl. enim eſt : Si quis appoſuerit ad hoc , apponet
ſuper illũ Deus plagas ſcriptas in libro iſto.
Et quia ſuper nouum teſtamẽtum & præce-
pta Apoſtolorum & alias inſtitutiones,& no-
Matt. 15 uam doctrinã doctorum inſtituimus , & ſer-
Hebr. 13 uamus contra illud . quod Chriſtus ait:Bene
1. Cor. 3. irritum feciſtis mandatum Dei:vt veſtrã tra-
ditionem ſeruetis. Et alibi:Omnis plantatio,
quam nõ plantauit pater meus cœleſtis,era-
dicabitur:& Apoſtolus doctrinis varijs & pe-
regrinis nolite abduci.xij.di.de his. Item fun-
damentum aliud nemo poteſt ponere præter
id,quod poſitum eſt quòd eſt Chriſtus.Dicũt
9 † etiã,quòd Eccleſia Chriſti nec Miſſam nec
matutinas cãtauit:nec Chriſtus nec Apoſtoli
eam inſtituerunt:nec in tempore Apoſtolorũ
cantata fuit:nec nomen Miſſæ tunc in mũdo
audiebatur:nec ſcriptum inueniebatur:ſed id,
quod Miſſa repræſentat ab Euangeliſtis cœ-
na vocatur : nec in Eccleſia in principio : nec
Apoſtoli cùm muſicali organo : nec alta,nec
dulci voce eã cantabant , reprehendẽtes nos:
quia hæc agimus : & quia nocturnos & alias
canonicas horas dicimus.falſò contra nos in-
inducentes illud Amos prophetæ : Conuertã Amos
feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cãti- 8.
ca veſtra in planctum. Et illud propheticum:
Audiunt ſermones tuos,& nõ faciut eos:quia
in canticum oris ſui vertunt eos:& auaritiam
ſequitur cor eorum : & eſt illis quaſi carmen Ezechiel
muſicum , cum ſuaui dulcique ſono canitur. 33.
10 ¶ Illorum † tamen error apertiſsimè confuta-
tur,ex his,quæ in procemio v.partis dicentur.
Rurſus in primitiua Eccleſia diuina myſteria
hebraicè celebrabantur:ſed tempore Adriani
primi Imperatoris gręcè in orientali Eccleſia
Chriſtianorum primò celebrari cœperunt.
11 ¶ Porrò † Miſſæ officium tam prouida reperi-
tur ordinatione diſpoſitum,vt quæ per Chri-
ſtum & in Chriſtum ex quo de cœlo deſcen
dit,vſque dum in cœlum aſcendit, geſta ſunt
magna ex parte contineat , & ea tam verbis,
quàm ſignis admirabili quadã ſpecie repræ-
12 ſentet.Ipſum † autem officium in iiij. conſiſtit
videlicet in perſonis, in operibus,in verbis:&
in rebus. ¶ Perſonarum tres ſunt ordines,ſci-
licet.Celebrantes.Miniſtrantes. Et circunſtã-
tes.¶ Operum quoque tres ſunt ſpecies:vide-
licet,Geſtus,Actus,et motus. ¶ Verborũ etiã
tres ſunt diuerſitates,ſcilicet,Orationes, Mo-
dulationes,& lectiones. ¶ Rerũ ſimiliter tres
ſunt maneries.ſcilicet,Ornamenta,Inſtrumẽ-
ta,& elemẽta.Siquidẽ hæc omnia plena ſunt
diuinis myſterijs ſicut in procemio libri dictũ
13 fuit. ¶ † Sanè olim templũ erat in duas partes
interpoſito velo diuiſum. Pars prior vocaba-
tur ſancta : interior verò ſancta ſanctorum. Hebr. 9.
Quicquid ergo in officio miſſæ ante ſecreta
agitur, quaſi in æde priori eſt:quod autem in
ſecreta



ſecreta agitur , intra ſancta ſanctorum eſt.
Erant igitur intra ſancta ſanctorum ara in-
cenſi : arca teſtamenti : tabula ſuper arcam :
prout in prima parte ſub tit. de Eccleſia & de
altari dictum eſt : & in Exo. habetur. & ſupra
tabulam duo cherubin gloriæ mutuo vultu
ſeſe reſpicientia.Huc intrabat ſolus Pontifex
ſemel in anno, habens nomina patrum in ra-
tionali, & ſuperhumerali ſcripta, ferens ſan-
guinem,& carbones,quos omnes cum timia-
mate in turibulo orans ponebat , donec fu-
mus eum obumbraret. Deinde tabulam &
aram ſanguine aſpergebat. Pòſt exibat ad
populum & veſtes lauabat. Non enim iudi-
cabatur mundus ante veſperam poſt immo-
14 lationem vituli ruffi. ¶ Hæc olim † ſigna fue-
runt : ſed receſſerunt , poſtquam ſignificata
venerunt. ¶ Siquidem prior ædes , ſignificat
præſentem Eccleſiam:ſancta ſanctorum,cœ-
lum:pontifex Chriſtum:ſanguis, paſsionem :
carbones , charitatem Chriſti : turibulum ,
carnem ipſius : tus crematum , preces odori-
feras:ara , cohortes cœli : arca Chriſtum ſe-
cundum humanitatem : tabula , Deum pa-
trem:duo cherubin,duo teſtamenta:quæ ſeſe
adinuicem reſpiciunt.quia concordant:veſtis,
quæ lauatur,hominem:veſpera hominis, ve-
ſtem ſignificat.Conferas ergo,quæ olim fie-
bant,& quæ Chriſtus egit:& reſpice quomo-
do ſimiliter Eccleſiæ illa in officio miſſæ re-
pręſentat,& agit.Quid etiam hęc ſignificent,
ſub canone Miſſæ in principio cuiuslibet
particulæ illius tangetur.Per arcam quoque,
Chriſti humilitas intelligitur à qua nobis ꝑ
ipſius miſericordiam omne bonum aduenit.
15 ¶ Et † nota,quòd ſicut in Exo.c.xxv. & xxxvij.
Factum eſt ſuper arcam propitiatorium au-
reum id eſt,tabula aurea,eiuſdem longitudi-
nis & latitudinis, cuius & arca:vt eam tegere
ſufficeret. Et hoc dicebatur oraculum : quia
Dominus de loco illo reſponſa dabat oranti-
bus. Dicebatur etiam propitiatorium : quia
exinde loquens Dominus propitiabatur po-
pulo ; vel quia die propitiationis videbant
gloriam Domini ſemper ibi deſcendere. Et
inde tabernaculũ ſiue locus ſuper poſteriori
parte altaris collocatus:in quo Chriſtus pro-
pitiatio noſtra id eſt,hoſtia conſecrata ſerua-
tur:hodie propitiatorium nuncupatur &c.Ex
vtraque verò parte oraculi,ſcilicet,in duobus
angulis anterioribus poſiti ſunt duo cheru-
bin aurei,qui ſunt(ſecundum Ioſephum)duo
animalia volatilia habentia figuram , quæ à
nullo hominum eſt inſpecta.Hęc dicit Moſes
ſe in Dei ſede conſpexiſſe figurata. Vnus
rubin alterum inſpiciebat:verſis tamen vulti-
bus in propitiatorium:duabúſque alis ex op-
poſito expanſis:& mutuò ſe tangentibus ve-
labant oraculum ſiue tegebant propitiato-
rium. Siquidem per propitiatorium, incarna-
tus Dominus figuratur : de quo Io. Ipſe eſt 1. Io. 2.
propitiator pro peccatis noſtris. Duo cheru-
bin duo ſunt teſtamenta. ſcilicet nouum &
vetus.Dum ergo illa non diſcrepant:ſed my-
ſterium incarnationis Chriſti concorditer
narrant illud prophetando , iſtud aſſeueran-
do,in propitiatorium vultum ſuæ intentionis
16 dirigunt , & ſe mutuò reſpiciunt. ¶ † Rurſus
tria ſunt Eccleſiæ ſacrificia, quæ in veteri te-
ſtamento per propitiatorium, turibulum , &
altare ſignificata ſunt:videlicet , Sacrificium
Pœnitentiæ , Iuſtitiæ , & Euchariſtiæ. ¶ De
primo : Sacrificium Deo ſpiritus contribula-
tus &c.¶ De ſecũdo:Tunc acceptabis ſacrifi- Pſal. 50.
cium iuſtitiæ . ¶ De tertio : Tibi ſacrificabo
hoſtiam laudis. Super altare. ſcilicet corporis
caro mactatur per contritionem intra turi-
bulum. ſcilicet cordis tus adoletur per de-
uotionem:ad propitiatorium,ſcilicet,Dei pa-
tris ſanguis infertur pro redemptione.¶ Hæc
quidem tria ſacrificia ſacerdotis offert in
Miſſa:Primum in confeſsione, Secundum, in
præfatione, Tertium, in actione. Nam hæc
tria ſunt , quæ ſecundum prophetam Deus
reſpicit in homine,& requirit ab homine,di- Matt. 6.
ligere miſericordiam:facere iudicium, & ſo-
licitè ambulare cum Deo. Diligat ergo mi-
ſericordiam,qui vult offerre ſacrificium pœ-
nitentiæ.Faciat iudicium, qui vult offerre ſa-
crificium iuſtitiæ. Cum Deo ſolicitus ambu-
let , qui vult offerre ſacrificium Euchariſtiæ.
17 Hinc eſt, quod ait beatus † Bernardus:Fratres
mei , immolantes hoſtiam laudis iungamus
verbum verbis:ſenſum ſenſui:affectum affe-
ctui:exaltationem exaltationi : maturitatem
maturitati:humilitatem humilitati : liberta-
tem libertati.Celebraturus ergo Miſſam of- Pſal. 50
ferat altiſsimo ſacrificium illud de quo Pſal- Pſal. 49
miſta ait:Sacrificium Deo ſpiritus contribu-
latus. & alibi : Immola Deo ſacrificium lau-
dis. Et Apoſtolus:Exhibete mihi corpora ve- Ro. 12
ſtra,hoſtiam viuentem ſanctam Deo placen- Col. 3
tem : vt ſit rationabile obſequium veſtrum:
mortificantes in altari cordis membra ve-
ſtra

ſtra,quæ ſunt ſuper terram:videlicet,immun-
ditiam:libidinem,concupiſcentiam malam,&
auaritiam : quatenus mundo corde , & caſto
corpore , ſacrificetis Deo voſmetipſos. ¶ In
ſacramento autem corporis Chriſti ſecun-
dum Augu.de conſe.diſt.ij.vtrum.nil à bono
magis,nil à malo minus perficitur ſacerdote:
dummodo ille cum cæteris in arca conſiſtat,
& formam obſeruet traditam à columba:
quia non in merito ſacerdotis , ſed in verbo
conficitur creatoris.Aurum enim æquè verũ
eſt in arca furis , ſicut in theſauro regis. j.qõ.
j.§.ex his. Vnde & Cayphas Pontifex perſe-
cutor vnius & veriſsimi ſacerdotis , quanuis
ipſe verax non eſſet:quod dedit tamen conſi-
lium , verum fuit : ſed non ſuum dedit , ſed
Dei,id eſt,in forma Eccleſiæ.j.q.j. Dominus.
& cap.dictum.Non ergo ſacerdotis iniquitas
impedit effectum ſacramenti : ſicut nec me-
dici infirmitas , virtutem impedit medicinæ.
Quanuis igitur opus operans aliquando ſit
Roma. 14. immundum : opus tamen operatum, ſemper
eſt mundum. Et ſicut omnia ſunt munda
mundis:ſic omnia ſunt immunda immundis.
Cor.2. prima queſtion.prima omnia. & capit. multi.
Malus ergo cùm vitam accipit, mortem in-
currit. ſic econtrà bonus, cùm mortem ſuſti-
Cor.2. net,vitam acquirit. Nam qui manducat indi-
Malachiæ 2. gnè, iudicium ſibi manducat. Quod verò de
talibus propheta ait:Maledicam benedictio-
nibus veſtris.& Greg.Benedictio eorum ver-
titur in maledictionem , & oratio in pecca-
tum:de præciſis ab Eccleſia non toleratis ſeu
notorijs intelligitur:quorum benedictio de-
bet quantum ad Epiſcopos maledictio repu-
tari:quoniam ſecundum Aug.j.q.j. quòd qui-
dem mali inquantum in eis eſt dicuntur ſa-
cramenta polluere : cùm tamen illa perma-
neant impolluta : ſunt enim bonis ad prœ-
mium,reprobis ad iudicium. Vnde Aug.j.q.j.
ſi fuerit ſpiritualis virtus Sacramenti , vt lux
pura ab illuminãdis excipitur ad ſalutem:ſed
per immundos miniſtros quaſi per canale
19 tranſiens non coinquinatur.¶ †Arnaldiſtę ta-
men perfidi hæretici,dicũt nuſquã legi,quòd
immundis & luxurioſis miniſtris Chriſtus
ſponſam ſuam Eccleſiam traderet cuſtodien-
dam : vel poteſtatem ſacrorum myſterio-
rum peragere : vel claues regni,vel poteſta-
tem ligandi, vel ſoluendi:quia illi ſoli (vt ait
Grego. ) & iuſti in hac carne poſiti, poteſta-
tem habent ligandi atque ſoluendi , ſicut
Apoſtoli , qui vitam vel fidem illorum cum
eorum doctrina tenent. Vnde,vt dicunt,à ta-
libus ſacramenta præſtita , nec valent , nec
proficiunt ad ſalutem. Legitur enim in libro
Numeri : Quicquid tetigerit immundus,im-
mundum faciet . & Chriſtus: Non poteſt ar-
bor mala fructus bonos facere : & Dauid:
Peccatori autem dixit Deus : quare tu enar-
ras iuſtitias meas:& aſſumis teſtimonia mea, Leui.15.
per os tuum. Et Apoſtolus : Omnia munda Mat.7.
mundis:coinquinatis autem & infidelibus ni- Pſal.44.
hil eſt mundum.Et Grego.in paſtorali. lib. j. Ro.14.
capit.x.& xcix.diſtinct.§.j. dum is, qui diſpli-
cet ad intercedendum mittitur , irati animus
ad deteriora prouocatur.Item ibidem lib.iij.
capit. xij. Neceſſe eſt, vt munda debeat eſſe
manus , quæ diluere ſordes curat , ne tacta
20 quæq; ipſa ſordida deterius inquinet. ¶ †Ce-
lebratur autem Miſſa hora tertia , ſexta , &
nona.In tertia,quia(ſecundum Marcum)ho-
ra illa Chriſtus crucem aſcendit : & linguis
Iudæorum crucifixus eſt clamantium:Cruci-
fige. Et quia illa hora ſpiritus ſanctus ſuper
Apoſtolos in linguis igneis deſcendit . de
conſe.diſtinct.j.nocte.In ſexta,quia illa hora
( ſecundum Matthæum ) verè crucifixus &
immolatus eſt. Et in nona , quia hora illa in
cruce pendens emiſit ſpiritum. Telephorus
Papa de conſec. diſtinct. j. nocte . ſtatuit , vt
Miſſa ante horam tertiam non dicatur, quod
de publicis & popularibus miſsis intelligen-
dum eſt:quia ſicut ait Aug.de conſe. diſtinct.
j.& hæc.non deberent in publico fieri,ne po-
pulus à publicis,quę hora tertia dicuntur,re-
trahatur. Cantatur autem diebus dominicis
& feſtiuis,hora tertia:in profeſtis,hora ſexta:
in quadrageſima,hora nona : de conſecra. di-
ſtinct.j.ſolent.& §.in ieiunijs. & etiam ex in-
ſtitutione Pelagij Papæ & aliorum,in diebus
ieiuniorum, non tamen omnium. In ſabbatis
verò ieiuniorum quatuor temporum ſerò
poteſt celebrari, propter ordines ſacros , qui
ad dominicam ſequentem pertinere noſcun-
tur. Sed quia Miſſa in ieiunio dici debet:ideò
ne minus ieiunent,poſt veſperas inchoatur.&
ſic vſque ad noctem ieiunium protelatur.
lxxv. diſtinct. quod à partibus. lxvj. diſtinct.
dilectionis. De quo in ſexta parte ſub ſabba-
to paſchali dicetur.Quòd verò Miſſa quan-
doque ſummo mane cantatur,ex conſuetudi-
ne non ex ordine eſt.Leo tamẽ Papa de cõſe.
di.j.neceſſe.diluculo,ſiue prima diei parte ad
Miſſam



Miſſam intrabat: neſcio an neceſsitate,an ra-
tione , an ſola vſus Apoſtolica poteſtate. Vel
Matt. 12 de peculiari Miſſa intelligendum eſt. Qui au
1. Reg.2 tem neceſsitate præueniunt tertiam, aut offe
runt poſt ſextam, aut nonam , amore diuino:
ne videlicet eis dies abſq; ſacrificio præter-
eat,excuſari poſſunt cum diſcipulis qui euel-
lebant ſpicas in Sabbato. de conſec.diſt.v.di-
ſcipulos.& cum Dauid, qui comedebat panes
propoſitionis.de conſec.diſtinct.ij.tribus. Vel
quia in Miſſa fit memoria paſsionis , mortis,
ſepulturæ,reſurrectionis & aſcenſionis : ideò
cantatur tot varijs horis. In tertia, in memo-
riam paſsionis & aſcenſionis : poſt ſextam , in
memoriam mortis: poſt nonã,in memoriam
ſepulturæ:in mane,in memoriam fortè reſur
rectionis. Aſſerunt etiam quidam,Dominum
in meditulio horarũ crucifixum:& ideò nunc
hanc,nunc illam horam poſitam. Vnde Eccle
ſia inter vnam horam , & alteram celebrat
21 Miſſam.In † die autem natalis domini prima
Miſſa de nocte cantatur prout ſub ipſo fe-
ſto dicetur.Cęterùm,ſi quadrageſima occur-
runt duo officia,quos dies duplices vocamus :
Miſſa de feſto dicitur in tertia, & abſq; genu
flexione : officium verò de ieiunio dicitur, in
nona, & cum genu flexione. Tempore etiam
aduentus , debet Miſſa in ſanctorum feſtiui-
tatibus hora tertia celebrari. Verùm , nullus
debet eadem die plures Miſſas regulariter
celebrare.de conſe.di.j.ſufficit. extra de cele.
Miſſæ reuertente. quia Chriſtus ſolus paſſus
fuit : & valde felix eſt,qui etiam vnam dignè
22 poteſt celebrare.†Nec poteſt quis duas Miſ-
ſas cum vno , vel vnam cum duobus ſacrifi-
cijs celebrare.ea.diſtin.tribus.ſub vno tamen
canone,poſſunt plures hoſtiæ cõfici. Nam &
preſbyter debet ſemper † hoſtiam pro infir-
23 mis habere paratam.e.di.presbyter. † Poteſt
quoq; ſacerdos vnam Miſſam cum ſacrificio,
& aliam ſiccam celebrare.Miſſa ſicca dicitur,
quoniã ſi ſacerdos non poteſt conficere:quia
fortè iam celebrauit:vel ob aliam cauſam po
teſt accepta ſtola Epiſtolam & Euangelium
legere , & dicere orationem dominicam , &
dare benedictionem:quinimo ſi ex deuotio-
ne,non ex ſuperſtitione velit totum officium
Miſſæ ſine ſacrificio dicere : accipiat omnes
veſtes ſacerdotales,& Miſſam ſuo ordine ce-
lebret, vſque ad finem offerendæ : dimittens
ſecreta,quæ ad ſacrificium pertinent. Præfa-
tionem verò dicere poteſt:licet in eadem vi-
deantur Angeli inuocari ad conſecrationem
corporis & ſanguinis Chriſti. De canone ve-
rò, nihil dicat:ſed orationem dominicam nõ
prętermittat, & quæ ibi ſequuntur ſub ſilen-
tio dicenda non dicat : calicem vel hoſtiam
nõ habeat:nec de his, quæ ſuper calicem ſeu
euchariſtiam dicuntur, vel fiunt,aliquid dicat
vel faciat. Poteſt etiam dicere:pax domini ſit
ſemper &c. & exinde Miſſæ officium ſuo or-
dine peragat.Melius eſt tamen alia obmitte-
24 re.Verùm † quidam incipiunt Miſſam de die
celebrantes illam ſuo ordine vſque ad offe-
rendam:poſteà incipiunt aliam Miſſam & eã
cantant vſque ad eundem locum:& idem fa-
ciunt pluries,ſi volunt,& incœpta miſſa viuo
rũ,incipiũt quandoq; miſſam mortuorũ, eam
proſequẽtes vſq; ad eũdem locum:& exinde
procedẽtes,dicunt tot ſecretelas,quot miſſas
inceperunt,ſemel tantùm canonẽ dicentes,&
conſecrantes , & in fine tot orationes dicunt,
quot officia miſſæ inceperunt. Sed hoc tan-
quam deteſtabile reprobamus.¶ Poteſt tamẽ
25 † ſacerdos quandoque plures miſſas vna die
celebrare:extrà de celeb.miſ.c.iij. ¶ Primò,in
feſto natalis domini , ſicut in ſeptima parte
ſub illo feſto dicetur. ¶ Secundò,vbi neceſsi-
tas exigit : puta ſi quis moriatur,vt ibi : & de
conſe.di.j.ſufficit.Concilium tamen Cartha-
gineñ.e.di.ſacramẽta.dicit,quòd ſi epiſcopus,
vel alius poſt tertiam obierit , cõmemoratio
ſolis orationibus faciẽda eſt ſine miſſa. ¶ Ter
tiò,cauſa honeſtatis : vt ſi aliqua magna per-
ſona ſuperueniens velit miſſam audire:extrà
e.c.j.& ij. ¶ Quartò,ſecundum quoſdam, cau
ſa vtilitatis:puta propter peregrinos, propter
hoſpites,propter commeantes,propter infir-
mos,propter ſponſos,& propter raritatem cle
ricorum , & propter paupertatem eccleſiarũ
ſacerdotes proprios non habentium. ¶ Quin-
tò,vt dixit Richardus epiſcopus Crem̃.in mi-
trali:cum duæ feſtiuitates occurrunt, poſſunt
etiam tres celebrari:tum quia hoc fit licitè in
natali : tum quia Chriſti paſſio tripertitia eſt.
Paſſus enim eſt linguis inſultãtium, manibus
verberantium , & clauis crucifigentium. Ipſe
etiam eſt à patriarchis , geſtibus immolatus:
à prophetis , verbis ſacrificatus : a patre,& à
ſeipſo,realiter oblatus. ¶ Sextò, pari ratione,
ſi in die ieiunij occurrit aliquod ſolẽne feſtũ,
poteſt vnam de feſto, & aliam de ieiunio ce-
29 brare,ſi alius p̃ſbyter nõ adſit. † Legitur etiã
quòd Leo Papa ſepe ſepties,& aliquando no-
nies

nies in eadem die miſſam celebrauit.¶ Sacer-
dos tamen aliam miſſam in eadem die cele-
braturus, in vltima tantùm perfuſionem ſu-
mat: quoniam ſi in prima ſumeretur, ieiunus
non eſſet:& ſic alia miſſa impediretur.eo. tit.
ex parte. aliàs autem quoties celebrat, toties
corpus Chriſti, etiam perfuſionem ſumat. de
conſe.diſ.ij.comperimus.& c.tribus.Sed nun-
27 quid† pranſus conficit? Reſpondeo ſic: licet
hoc facere non debeat. Non enim ieiunium
eſt de ſubſtantia, prout in canone innuit
Aug.in d.ca.liquidò.aliàs Dominus non con-
feciſſet. magiſter tamen Hug. dicit contrà.
28 Sanè priſcis temporibus † hæreſibus pullu-
lantibus,& trinitatem impugnantibus, ex in-
ſtitutione Alcuini magiſtri Caroli, rogatu
Bonifacij archiepiſcopi Maguntini ſtatuen-
tis, Prima feria, miſſa de trinitate dicebatur.
Secunda feria, de Sapientia. Tertia feria, de
ſpiritu ſancto. Quarta de charitate. Quinta
feria,de Angelis,Sexta,de cruce. Septima, de
beata virgine.Cauſa verò illa ceſſante, illud
ceſſauit,& dominicali officio ordinato ſtatu-
tum fuit,quòd prima feria ſuum haberet of-
ficium, ſcilicet de Trinitate, ſecunda de An-
gelis: quia tunc primò creati ſunt in bonis
gratuitis:tunc enim lux diuiſa fuit à tenebris,
id eſt, boni Angeli,à malis:quia tunc cecide-
29 runt mali:boni verò confirmati ſunt. ¶ † In
prima verò feria, creati fuerunt Angeli in
bonis naturalibus.Cantatur etiam in ſecunda
feria pro defunctis, vt illis adhibeamus ſuf-
fragia Angelorum. Et quia, vt dicunt qui-
dam, in prima feria refrigerium habent illi,
qui ſunt in purgatorio, & ſtatim in ſecunda
feria redeunt ad pœnas & laborem. Ideò, vt
30 eorum ſubueniatur † laboribus, miſſa pro il-
lis In ſecunda feria,celebratur.¶ In tertia fe-
ria, pro peccatis. ¶ In quarta, pro pace. ¶ In
quinta, pro tribulatione. vel in tertia feria
debet repeti introitus miſſæ de dominica.
¶ Inſtitutum etiam fuit, vt in quarta feria ie-
iunaretur:& illa ſimiliter die debet miſſa de
dominica dici,niſi feſtiuitas impediat. ¶ In v.
feria debet ſimiliter repeti officium domini-
cæ, introitus, Epiſtola & Euangelium: quia
dies Iouis dicitur cognata Dominicæ dici:
prout dicetur ſub tit.de acceſſu Pontificis ad
altare.¶ In ſexta feria,de cruce,illa enim dies
appropriatur Chriſto & cruci: quia ipſe in
ea mori & crucifigi voluit, pro ſalute gene-
31 ris humani. ¶ † In ſeptima feria de beata vir-
gine. quod initium habuit: quoniam olim in
quadam Eccleſia ciuitatis Conſtantinopolis
erat imago beatę virginis,coram qua depen-
debat velum, quod totam velabat imagi-
nem:ſed hoc velum in vj. feria poſt veſperas
recedebat ab imagine nullo mouente, ſolo
Dei miraculo, quaſi deferretur in cœlum vt
vt ad plenum poſſet imago à populo proſpi-
ci. Celebratis verò veſperis, in ſabbato, de-
ſcendebat ipſum velum ante eandem iconem
ſiue imaginem, & ibi manebat vſque ad ſe-
xtam feriam. Hoc viſo miraculo, ſancitum
eſt, vt ſemper illa feria de beata virgine can-
32 taretur.¶ Alia † etiam ratio eſt,quia Domino
crucifixo & mortuo, & diſcipulis fugientibus
& de reſurrectione deſperantibus in ea ſola
tota fides in ſabbato illo remāſit.de cōſec.di.
iij.ſabbato.Sciebat enī,quomodo portauerat
eū ſine labore,& peperat ſine dolore:& ideò
certa erat,ꝙ filius Dei eſſet:& à mortuis ter-
tia die reſurgere debebat.Et hęc eſt rō,quare
33 dies ſabbati magis quā alia dies beatę Marię
appropriātur.¶ Tertia† rō eſt:quia dies ſabba
ti eſt ianua, & introitus ad dn̄icam diē. Vnde
cùm ſumus in ſabbato, ſumus iuxta domini-
cam.Dies autem dominica,eſt dies requiei,&
ſignificat vitam æternam. Vnde cùm ſumus
in gratia domini noſtri, ſumus quaſi in ianua
paradyſi. Quia igitur ipſa eſt nobis porta ad
regnum cœlorum, quod per diem domini-
cam figuratur. ideò de illa ſolennizamus in
ſeptima feria,quę diem dominicam pręcedit.
34 ¶ † Quartò, vt ſolennitas matris ſolennitati
35 filij continuetur.¶ † Quintò,vt feſtiuitas aga-
tur in die, in qua Deus ab omni opere re-
quieuit. ¶ Notandum eſt,etiam quòd in Miſ-
36 ſæ officio, vbi Chriſto paſsio† repręſentatur,
tribus linguarum generibus vtimur, ſcilicet
Græca,Hebræa,& Latina: ad ſignificandum,
quòd his tribus linguis ſcriptus eſt titulus
crucis Chriſti, Ioan. xix. & ad deſignandum,
quòd omnis lingua, quæ per hanc triplici-
ciem,intelligitur Deum laudare & confiteri
debet:quia dominus noſter Ieſus Chriſtus in
gloria eſt Dei patris. Licet enim multa ſint
genera linguarum: iſtæ tamen principales
ſunt:Hebræa,propter legem:& quia eſt alia-
rum mater. Græca,propter ſapientiam. Lati-
na, propter nobilitatem, & dominium Ro-
mani Imperij. Verba latina, ſunt Epiſtolæ,
Euangelia, orationes, & cantus. Græca ſunt
κύριε ἐλέησον, χριστὲ ἐλέησον, & ἡμᾶς. Hebraica,
ſunt,



ſunt,allelu Ia, amē, ſabaoth,& oſanna.Vnde
& in Miſſa Romani Pontificis in pręcipuis
ſolennitatibus legitur Euangelium,& Epiſto-
la:non ſolùm in Latino,verum etiam in Gręco:
ad deſignandum coniunctionem vtriuſq;
populi ſub vna fide: ſiue quòd Eccleſia con-
ſtat non ſolum ex Latinis, verumetiam ex
Græcis:& vide in ſexta parte ſub tit. de para-
37 ſceue.¶ † Sed quæritur, vtrum ſacerdos mi-
nus, quàm duobus præſentibus debet cele-
brare Miſſam? Et videtur quòd non. Statuit
nanque Sother Papa,de conſe.diſtinct.j. quo-
que. vt nullus Miſſarum ſolennia celebrare
præſumat,niſi duobus præſentibus, ſibiq; re-
ſpondentibus ipſe tertius habeatur. Cùm
enim ipſe presbyter dicat: dominus vobi-
ſcum:& in ſecreta dicit:orate pro me, conue-
nit vt ipſius ſalutationi à pluribus reſpondea-
tur. Verùm aliud eſt neceſsitatis articulus, in
quo poteſt vno ſolo præſente celebrare, &
38 aliud religionis contemptus. † Piè quoq; cre-
dendum eſt,& ſacris authoritatibus compro-
batur, quòd Angeli Dei comites aſsiſtunt
Pſalm. orantibus:iuxta illud propheticum: In con-
137. ſpectu angelorum pſallam tibi.Et angelus ad
Tho. 12. Thobiam: Quando orabas cum lacrymis,
ego obtuli orationem tuam domino. Sed in
canone Miſſæ continetur:Supplices te roga-
mus, omnipotens Deus, iube hæc præferri
per manus ſancti Angeli tui, in ſublime alta-
re tuum. Præterea quilibet homo habet
ſuum proprium Angelum,ad cuſtodiam. Vn-
Matth. de Dominus in Euangelio loquens de par-
18. uulis ait: Angeli eorum ſemper vident fa-
ciem patris.Illos igitur habemus in oratione
participes, quos habebimus in glorificatione
conſortes. Solus tamen presbyter,non poteſt
diuinum officium abſque miniſtri ſuffragio
celebrare, prout in conſtitutione Alexandri
cauetur:extrà de filijs presby.propoſuit. Ca-
non quoque Tholetan̄.concilij.xij.q.j. illud.
ſtatuit, vt vbi temporis vel loci ſiue clerici
copia ſuffragatur,habeat quiſque Deo ſacri-
ficans poſt ſe vicini ſolaminis adiutorem:vt ſi
aliquo caſu ille, qui ad officia impleturus ac-
cedit, turbatus vel ad terram illiſus fuerit, à
tergo ſemper habeat, qui eius vicem intrepi-
dè aſſequatur. Si quidem copia temporis ſuf-
fragatur: ſi non ſit guerra loci:ſi Eccleſia ſit
39 diues cleri:ſi ſit ſibi copia clericorum. † Ge-
neraliter autem dicendum eſt, quòd illa eſt
legitima Miſſa,in qua ſunt ſacerdos, reſpon-
dens,offerens atque communicans, ſicut ipſa
precum compoſitio euidenti ratione demon-
40 ſtrat. ¶ † Introitus ad chorum prophetarum
reſpicit: quoniam ſecundum Aug. Moſes mi-
niſter fuit vete.teſta.prophetæ,miniſtri noui.
κύριε ἐλέησον. ad eos reſpicit Prophetas, qui
circa domini aduentum erant,de quibus fue-
runt Zacharias, & Ioannes baptiſta filius
eius. Gloria in excelſis,ad cœlum reſpicit:an-
gelorum gaudium natiuitatis domini paſto-
ribus annuntiandum.Prima collecta, reſpicit
ad hoc, quod dominus circa annum xij. age-
bat, ſcilicet quando aſcendens Hieroſoly-
mam ſedebat inter doctores audiens, & in-
terrogans. Epiſtola, ad Ioannis prædicatio-
nem pertinet.Reſponſorium,ab beneuolen-
tiam apoſtolorum reſpicit, ſcilicet quomodo
à domino vocati, ſecuti ſunt eum. Allelu Ia,
ad lætitiam mentis eorum pertinet, quam
habebant de promiſsionibus eius, vel de mi-
raculis,quæ per eum vel per nomen eius fie-
bant.Euangelium,reſpicit tempus,à ſua præ-
dicatione,vſque ad prędictum tempus.Quod
verò deinceps in miſſæ officio agitur, ad il-
lud reſpicit tempus, quod eſt a dominica,
quando pueri Hebræorum obuiauerunt ei:
vſque ad diem Aſcenſionis eius ſiue Pente-
coſten.Oratio verò ſecretæ vſq;:nobis quoq;
peccatoribus:deſignat illam orationem quam
Ieſus in monte oliueti exercebat.Quod autē
poſteà agitur, ſignificat tēpus illud, quo do-
minus in ſepulchro iacuit. Quādo verò panis
in vinum mittitur,animā Dei ad corpus redi-
re demonſtratur. Salutatio ſequens,ſignificat
ſalutatiōes poſteà diſcipulis à Chriſto factas.
Fractio oblatę,ſignat fractionem panis factā
à domino diſcipulis in Emaū. Hęc plenius in
ſuis locis dicentur. De miſſa pro mortuis &
ipſorum officio in vij.parte dicetur. ¶ Adhuc
41 † miſſa non niſi in ſacratis Deo locis,id eſt,in
tabernaculis diuinis precibus à pontificibus
delibutis,abſq; magna neceſsitate dici debet.
Non ergo in prophanis domibus abſq; epi-
ſcopi licentia:quia ſanctius eſt miſſam nō cā-
tare, vel non audire,quàm in locis, in quibus
hoc fieri nō oportet.de cōſec.diſt.j. clericos.
& c.ſeq.Vnde ſcriptum eſt,de conſecra. diſt.j.
ſic.& c.iij.ſe.& c.cōcedimus.& c.vnicuiq;. Vi-
de, ne offeras holocauſta tua in omni loco,
quem videris:ſed in omni loco, quem elege-
rit dominus Deus tuus. De hoc dicetur in
procœ.v.partis. Poteſt autē eſſe neceſsitas, vt
dica-

dicatur in naui, vel in exercitu, ſub papillio-
ne,ſiue ſub diuo, ſi illud haberi nõ poſsit:ſed
tunc cum tabula ſeu altari viatico.ea.diſt. ca.
ſi. Presbyter autem non debet miſſam cele-
brare ſine licentia Epiſcopi , in altari , in quo
epiſcopus ea die celebrauit.ea. diſt. concedi-
42 mus.extrà de priuileg.in his. Sixtus†tamẽ Pa
pa, ſtatuit miſſam, non niſi ſuper altari cele-
brari.Felix Papa primus,ſtatuit ſupra memo-
rias martyrũ miſſas celebrari.Bonifacius Pa-
pa,ſecundus, ſtatuit, vt in miſſæ celebratione
clerici à laicis ſint diuiſi. Martinus Papa, ſta-
tuit miſſam alta voce cantari. Viglius Papa,
ſtatuit eam in Eccleſiæ orientali parte dici.
43 ¶Illud†quoque notandum eſt, quòd in miſſa
repręſentatur pugna,& victoria ſacerdotis cõ
tra hoſtem antiquum:proceſſus ad hanc pu-
gnam ponetur ſub tit.de acceſ.põtifi.ad alta.
in fi. Arma verò & pugna ſacerdotis poſita
44 ſunt in procœmio tertiæ partis.¶†Rurſus miſ
ſa quaſi quoddam iudicium imitatur. Vnde &
canon actio vocatur.de conſec.diſt.j. neceſſe.
Eſt enim actio, cauſa in iudicium deducta:de
verb.ſig. forus.In miſſa quidem cauſa noſtra
agitur:oratorium,eſt prętorium:Deus,iudex:
diabolus accuſator : miniſtri teſtes : ſacerdos
aduocatus , & defenſor.Hic eſt Moſes , qui
cauſam populi ad Dominum allegabat:cuius
patrocinio delatoris fallacia confutatur : &
noſtra innocẽtia comprobatur & abſoluitur :
& iudicis ira placatur:& per miſericordiã cul
pa remittitur.xlv.di.diſciplina. extrà de re iu-
di.cum vterini.Cæterùm miſſa,dicitur myſte
rium,quòd profertur,& ſacrificiũ,quòd offer
45 tur. ¶Miſſæ aut†officium in duas principali-
ter diuiditur partes:videlicet in miſſam cate-
chuminorum:& miſſam fidelium.¶Miſſa ca-
techuminorũ eſt, ab introitu vſq; poſt offer-
46 toriũ:†quæ miſſa ab emittendo dicitur:quo-
niam quando ſacerdos incipit conſecare eu-
chariſtiam:catechumini foris de Eccleſia mit
tuntur. Vnde antiquitus perlecto euangelio
diaconus ſupra pulpitum acclamare ſolebat :
Si quis catechuminus adeſt, exeat foras, ꝓut
dicetur in ſexta parte ſub quarta feria quartæ
dominicæ quadrageſimæ. Quod ideò fiebat,
quoniam catechumini licet ſint in fide inſtru
cti,nondũ tamen ſunt renati ſiue baptizati:&
ideò nondum ſunt de corpore Eccleſiæ: ſicut
nec Iudæi nec gẽtiles:quare ſacris altaris my
ſterijs intereſſe non debẽt,quæ non niſi bapti
zatis fidelibus committuntur : nec theſauri
Eccleſiæ ſunt inimicis oſtendendi. Vnde de
quibuſdam qui catechuminorum,& nondum
renatorum typum ſeu figuram gerebant,ſcri
ptum eſt : Ieſus autem non credebat ſe illis, Ioan.2.
ſciens quid in homine eſſet.Hinc etiam in ca
none Carthagineñ.concilij.de conſe.di.j.epi-
ſcopus.dicitur,quòd nec gentilis nec hæreti-
cus,nec Iudæus prohibeatur Eccleſiam ingre
di,& audireverbum Dei,vſque in finem miſ-
ſę catechuminorũ:nec etiam inceſtuoſi.xxxv.
47 di.iij.de inceſ. & c.ſeq. ¶†Miſſa verò fideliũ,
eſt ab offertorio vſque ad poſtcommmunio
nem:& dicitur miſſa illa à dimittẽdo:quia ea
expleta,ad propria quiſque fidelis dimittitur.
48 Miſſa ergo aliquãdo eſt†nomen collectiuũ:
quia quandoque miſſa vocatur , quod eſt ab
introitu,vſque ad offertoriũ. quandoq;,quod
eſt ab introitu,vſq; ad,ite,miſſa eſt.& hoc ve
rius:quia tũc hoſtia mittitur.Quandoq; quod
vſitatius eſt , dicitur miſſa totum officium
ab introitu,vſq; ad ite miſſa eſt:ſiue inuocatio
nominis Dei,quæ fit à ſacerdote,ſuper altari,
quaſi tranſmiſſa:eo quòd populus fidelis per
myſterium ſacerdotis,qui vice mediatoris in-
ter Deũ & homines,id eſt Chriſti,fungitur,ꝓ-
ces,ſupplicationes, ac vota altiſsimo tranſmit
tit.quandoque tamen officium, quod ſub ſilẽ
tio dicitur : quandoque ſolùm verba illa qui-
bus dominicum conficitur corpus.¶Aliquan-
49 do † miſſa eſt nomen proprium,quia ſignifi-
cat Chriſtum qui miſſus eſt à patre in hunc
mundum.ſignificat etiam Angelum,qui mit-
titur , vt per eius manus hoſtia offeratur in
ſublime altare domini.Ipſum ergo ſacrificiũ,
id eſt,hoſtia,vocatur miſſa. quaſi tranſmiſſa.
prius ſiquidem à patre nobis , vt ſcilicet eſſet
nobiſcum:poſteà à nobis patri,vt intercedat,
& ſit pro nobis apud ipſum.¶Item tranſmiſſa
primò nobis à patre diuino : qui per incarna-
tionẽ Chriſti filij ſui,ꝗ fuit miſſus cœleſtis,&
poſteà patri à nobis per paſsionem eius.ſimi-
liter in ſacramento tranſmiſſa nobis primò à
patre,per ſanctificationem,qua nobiſcum eſ-
ſe incipit.¶poſteà patri à nobis per oblationẽ,
qua pro nobis apud patrem intercedit : hæc
enim miſsio ſeu legatio ſola ſufficiẽs, & ido-
nea eſt , ad ſoluendas inter Deum & homi-
nes inimicitias, & offenſas. Cùm ergo diaco-
nus in fine miſſæ dicit:ite miſſa eſt:idem eſt,
ac ſi dicat : redite ad propria , vel ſequimini
Chriſtum : quia miſſa ſiue oblata eſt hoſtia
ſalutaris, pro nobis ad Deum patrem placan-
dum



50 dum.¶Poteſt† etiam & aliter miſſa diuidi in
quatuor partes,ſecũdum Apoſtolũ , id eſt ad
Timo.ij.& habetur etiam in canone concil.
tholet.ſcilicet in obſecrationes,orationes,po
ſtulationes,& laudes , ſiue gratiarum actio-
nes:quorum verborum expoſitio in v.parte:
ſub tertia ponetur.¶Pars prima , protẽditur
ab introitu vſq; ad offertoriũ:& dicitur obſe
crationes, id eſt,prædicationes, quæ ſcilicet
fiunt prius , quàm ſpecies incipiat benedici.
¶Secunda, vſq; ad finem dominicæ orationis
ibi:videlicet libera nos quæſumus Domine
&c.¶ Tertia, vſq; ad communionẽ:videlicet
ſecundũ Aug.orationes, quas epiſcopus dicit
poſt communionẽ. ¶ Quarta, vſq; in finem
ſcilicet ſecundũ Aug. quando poſt ite miſſa:
vel benedicamus Domino : populus reſpon-
det:Deo gratias : ſecundũ alios verò, prima
pars,protẽditur ab introitu vſq; ad:te igitur,
ſecunda , vſq; ad : oremus præceptis ſalutari
&c.tertia vſq; ad collectas : quarta vſq; ad:
ite miſſa.¶Rurſus,quia quinq; fuerũt ſangui
nis Chriſti effuſiones : ideò miſſæ officiũ ab
offertorio in anteà , in quinq; ſubdiuiditur
partes : vt ibi dicetur &c. Sed & quia in ſola
Cruce etiã inquinaria fuit ſanguinis effuſio:
ideo & ſolus canon ſubdiuiditur in quinque
partes Prima,vſq;:qui pridie,ſecunda vſq; ad,
memento, Tertia, vſq; ad præceptis: Quarta
vſq; ad emboliſmũ Quinta, ad collectas &c.

ADNOTATIO.

* MENSAM. *Sacrificium unum eſt in nouo Teſtamento , quod Hebraicè Miſſa appellatur, Græci* Λητουργίαν*, Latini ſacram Oblationem appellant . Eſt autem Miſſa (ut Iodocus Clichtoueus diffinit) diuinum officium, ab Eccleſia & primorum Patrum inſtitutione in ſacro altari fieri ſolitum : in quo ſanctæ Euchariſtiæ ſecũdum ritum legitimum conſentio fit & oblatio. Huius partes eſſentiales ſunt , conſecratio corporis, & ſanguinis Chriſti (ueteres benedictionem myſticam appellarunt) oblatio. hæ à Chriſto ipſo ſunt inſtitutæ. Accidentales Cæremoniæ ſunt, quibus conſecratio ipſa & oblatio ritè perficiuntur : ut, orationes, benedictiones, gratiarum actiones, oſcula , manuum expanſiones , eleuationes , complicationes , genuflexiones, ſignacula Crucis, communio, memoriæ Sanctorum, ſalutationes, reſponſiones, oblationes, & ſi quæ ſunt ſimiles. Harum quædam à Concilijs, Eccleſiæ ſunt traditæ. Iſidorus ordinem Miſſæ & Orationum, quibus Deo oblata ſacrificia conſecrantur , primò à beato Petro conſtitutum eſſe , eiuſdémque celebrationem uno eodémq; modo , uniuerſum orbem peragere adfirmat: quippe qui primam Miſſam Antiochiæ celebrauerit.* N. DOARD.

SVMMA.

1 Epiſcopus celebraturus , quare præmittat pſalmos.Et qui ſint illi.
2 Religioſi,celebraturi ſe calciare debent:etiã ſi diſcalciati ſoleant ambulare.

## *De quinq; Pſalmis, quos Pontifex celebraturus dicit.* CAP. II.

1 CElebraturus†pontifex miſſarũ
ſolẽnia,quoſdã pſalmos & ora
tiones , ex inſtitutione Cæle-
ſtini primi,præmittit:quos inte
rim dũ caligis & ſandalijs or-
natur,dicit ſecundũ exhortationẽ pſalmiſtæ
dicẽtis:Pręoccupemus faciẽ eius in cõfeſsio-
ne : & in pſalmis iubilemus. Hi pſalmi ſunt Pſal. 94
quinq; videlicet, Quàm dilecta tabernacula
tua. Benedixiſti. Inclina. Credidi.& De pro-
fundis:vt quicquid immundũ quinq; ſenſuum
tranſgreſsione cõmiſit, quinq; pſalmorũ ora
tione detergat. Quædã enim continentur in
quolibet ipſorũ,quæ rectè conueniunt cele-
braturis altaris myſteriũ , & euchariſtiæ ſa-
cramentũ.Orationes verò,quas dicit , mani-
feſtè pertinẽt ad impetrãdũ cordis & corpo
ris munditiã, & munimẽ.¶Rurſus ideò dicit:
Quàm dilecta taber. & alios pſalmos vt in
Chriſto cuius typũ gerit,virtutum plenitudo
2 notetur.¶ Et nota† quòd religioſus ſecundũ
ordines ſuæ profeſsionis diſcalciatus ince-
dẽs,miſſam celebraturus,ſe calciat,ex pręce-
pto Apoſtoli,dicentis ad Ephe. vj. State cal-
ciati pedes in præparatione euangelij pacis.
Nẽpe per calciamẽta , quæ fiunt de pellibus
animaliũ mortuorũ:& calcant terrã , & ſunt

clauſa deſubter,& aperta deſuper :ſignificatur,quòd ſacerdos debet eſſe mortuus mũdo & debet cor habere clauſum ad terrena : & ipſa tanquã lubrica calcare,& vilipendere,& apertũ ad reſpiciẽdũ,& deſiderãdũ cœleſtia.

SVMMA.

1 Epiſcopus celebraturus, caput pectit. Et quo id conſilio,aut exemplo.num.2.

3 Pecten,diſcretionem ſignificat.

3 Lotio manuum, quid notet.Et vnde cœperit.num.5.

6 Sacerdos antè , quàm ad altare accedat, quid agere debeat.

## De capitis compoſitione,& manuum lotione. CAP. III.

1 Caligis † & ſandalijs impoſitis pótifex & ſacerdos caput pectinat:manus & faciem lauat. Nam & legalis ſacerdos ſacrificaturus , lotis prius manibus & pedibus induebat manaſtalim , cuius loco hodie ſandalia habẽtur , prout dictum eſt in tertia parte ſub titu.de legalibus indu-
2 mẽtis.¶ Pectinat†igitur caput, & faciẽ lauat: primò exẽplo Mariæ quæ futurã Chriſti paſſionẽ figurans vnxit oleo caput eius:etenim in miſſæ officio Chriſti paſsio repræſenta-
Mat.5 tur. ¶ Secundò ex mandato Chriſti dicentis Luc.iij.Tu autẽ cũ ieiunas vnge caput tuum ac faciem tuã laua:per hoc ſignificans quòd in ſanctis operibus noſtris omnem fictionẽ & ſimulationem à nobis amouere debemus. ¶ Tertiò pectinatur caput:nam per capillos, ſuperfluæ cogitationes, & cura terrenæ ſolicitudinis:per caput mens & intentio,quę cũctis animæ actibus,ſicut caput cæteris membris ſupereminet,ſignificantur. Congruè igitur pectine capilli cõplanantur , & ordinantur,& euulſi ſeparantur:ad notandum , quòd tũc ſpecialiter mores cõponere & ſuperfluas cogitationes à ſe repellere debet:iuxta illud propheticũ:Auferte malum cogitationũ veſtrarum:atq; mens ipſius præuia diſcretione ſeparari,quietari,& purgari à terrenis ſolicitudinibus,& virtutibus ornari debet. Pecten
3 enim † propter ordinatam in inciſionibus diuiſionẽ,diſcretionẽ ſignificat,qua intẽtio animæ adornatur , ſicut capilli capitis pectine
4 adornãtur.¶Manus† quoq; lauat propter reuerentiã tanti ſacramenti, quatenus ad illud pertrectandũ mũdiſsimus accedat:Vnde Grego.in paſtora.lib.j.c.xij.Neceſſe eſt,vt mũda ſtudeat eſſe manu, qui diluere ſordes curat.
Corporaliter igitur lauat manus,vt ſpirituali Pſal.25
ter mũdet actus:iuxta illud Pſal. Lauabo inter innocẽtes manus me. &c. ne quaſi illotis manibus ad mẽſam peruenire videatur : non quòd lutũ manuum diuina ſacramenta cõtaminet:ſed ſi quis indignè manducat,& bibit,
iudiciũ ſibi mãducat & bibit. Vnde in euan- 1.Cor.11
gelio Matthæi:non lotis manibus manduca Matt.15
re,non coinquinat hominẽ:quæ verò de ore procedũt,& de corde exeunt, videlicet cogitationes malæ,homicidia,& adulteria,& huiuſmodi:hæc ſunt,quæ inquinãt hominẽ.Solicitè ergo ſatagendũ eſt,vt nõ tam exteriora manuũ,quã interiora mentiũ inquinamẽta
5 purgẽtur.†Manuũ autẽ lótio à lege ſumpſit exordiũ,vt prẽmiſſum eſt.Legitur enim Exo. xxx.& xxxviij.& xl.c.quòd Moſes fecit labiũ æneum de ſpeculis mulierũ:in quo lauabant ſe ſacerdotes in ingreſſu tabernaculi teſtimonij,quando acceſſuri erãt ad altare. Siquidem in labio æneo ſonoro,ſignificatur confeſsio:in altari aureo , mentis amaritudo:in ſpeculis mulierũ,vitæ ſanctorũ conſideratio.
6 ¶† Sacerdos ergo prius, quàm ad altare veniat,per cõfeſsionẽ,ſiue lacrymis pœnitẽtiæ ſe abluat:per mentis amaritudinẽ ſe purget: per conſiderationem vitæ ſanctorũ ſe infor-
met.De primo dicitur:Mundamini,qui fertis Eſai.52
vaſa Domini.De ſecundo:Expurgate vetus 1.Cor.5
fer.&c.De tertio:Habẽtes impoſitũ nubem, Heb.12
deponamus omne põdus : & circunſtans nos Pſal.25
peccatũ,vt ſit in numero innocẽtiũ audacter dicentiũ:Iudica me, Domine quoniã.e.in inno.&c. & infrà Laua. in. inno.m.m.& cir. al. tuũ.Deinde manus lotas manutergio tergit: quia poſt lacrymas cõtritionis peccata abhorrere,& abolere, per opera ſatisfactionis debet.Linũ quidẽ per laborẽ ad candorẽ perducitur:& pœnitentes per ſatisfactionem ad perpetuã glorificationẽ perducuntur.Criniũ igitur,manuũ,& faciei ornamenta , non ſunt voluptatis oblectamenta : ſed in figuram à Domino ſacerdotibus legis iniuncta.

SVMMA.

1 Aſperſio aquæ benedictæ , quid ſignificet.Et quis eã inſtituerit.nu.2.Et quo cõſilio.nu.3.

4 Aqua cur benedicatur qualibet die dominica.





5 Aquæ aſperſio variè fit.

6 Turificatio,quid deſignet.

7 Chriſtus fuit lanceatus, in latere læuo.

8 Aqua benedicenda, cur ſale condiatur:& forma benedictionis.

9 Sal cur prius benedicatur, quàm aqua.

10 Aquæ benedictæ genera quatuor.

## De aquæ benedictæ conſecratione & aſperſione.

CAP. IIII.

1 Sacerdos in dominicis diebus celebraturus , alba †,& ſtola paratus, prius , quàm planetã induat, vt liberius vacare poſſit:aquã ex inſtitutione Alexandri Papæ primi benedicit:altare,Eccleſiã, & populum aqua benedicta conſpergit , vt omnis ſpirituũ immundorũ ſpurcitia tam de habitaculo, quàm de cordibus fidelium propellatur. Hæc enim virtus aquæ exorcizatæ ineſt, & etiam , quia omnis Chriſtianorũ populus baptiſmatis ſacramento renatus:ita miniſterio aquę lota renatorum corpora diluit, ſicut ſanguis agni à priſco populo ad repellendum percuſſorem,in poſtibus ponebatur: vnde in canone Alexãdri ita legitur: Aquam
2 † ſale aſperſam,populis benedicimus : vt ea
Heb.9 cuncti aſperſi ſanctificentur & purificentur: quod & omnibus ſacerdotibus faciendũ eſſe mandamus:nam ſi cinis vitulæ aſperſus populum ſanctificabat, atq; mundabat , ſcilicet à venialibus : multò magis aqua ſale aſperſa, diuiniſq; precibus ſacrata populum ſanctificat atq; mũdat à venialibus:& ſi ſale aſperſa per Eliſæum ſterilitas aquę ſanata eſt,quãtò magis diuinis precibus ſacratus ſal, ſterilita-
3.Reg.2 tem rerum aufert humanarum,& coinquinatos ſanctificat,& purgat,& cætera bona multiplicat,& inſidias diaboli auertit: & à phantaſmatis verſutijs homines defendit.¶ Rurſus tunc ſacerdos iuſtus tabernaculum aſpergit dum Dei miſericordiam petit.Cyprianus
3 † quoq; Papa , ait, quòd ideò homines aqua benedicta aſperguntur : quia valet ad ſancti-
Eze.36 ficationem:vnde ſcriptura per Ezechielẽ dicit:Aſpergã ſuper vos aquã mundã, & mundabimini ab omnibus.immũditijs veſtris : & dabo vobis cor nouũ , & ſpiritũ nouũ in vo-
Num.19 bis. Item Numer. qui tetigerit cadauer hominis ſiue humanæ animæ morticiniũ, id eſt à morte cadens , & propter hoc octo diebus fuerit immũdus, aſpergatur ex hac aqua die tertia & vij. & ſic mundabitur à peccato.Si enim aſperſus die tertia non fuerit , ſeptima nõ poterit emũdari.Itẽ, qui ex hac cõmiſtione aſperſus nõ fuerit,polluet tabernaculum, id eſt , tanquã pollutus non intrabit cũ alijs tabernaculũ , id eſt, ſeipſum,qui eſt pars tabernaculi Domini, id eſt, Eccleſiæ & peribit ex Iſraẽl.Item , qui aqua expiationis non eſt aſperſus,immũdus erit:& manebit ſpurcitia eius ſuper eum.Et iterũ:purificabis Læuitas circũſpergens eos aqua purificationis.Et iterum:aqua aſperſionis,purificatio eſt:ex quibus apparet aſperſionem aquæ inſtar ſalutaris lauacri obtinere. Quidam tamẽ præmiſſa
4 referũt ad aquã baptiſmi.Aqua igitur in†memoriã baptiſmi omni dominica benedicitur, vt dicetur in vj.parte ſub aſcẽſione : præterquam in paſcha:pẽte.quia in ſabbatis dominicas illas præcedẽtibus benedictis fontibus ante chriſmatis infuſionẽ aquæ recipi , & ad ſpergendũ nos,& domos , reſeruatur ſicut in canone cautũ habetur.ex aqua ergo benedicta nos & loca in ſignificationem baptiſmi aſpergimus. Nec aſpergimur , vt rebaptizemur:ſed vt gratiã diuini nominis cũ memoria baptiſmatis inuocemus:& licet in dictis duabus dominicis aſpergatur altare:nõ tamẽ tũc cãtatur antiphona: Aſperges me domine &c. quia tũc potius lugendũ nobis eſt, cũ recolimus nos eſſe à Chriſto mũdatos,per ſuæ ſupplicij paſsionis:iuxta illud:Memoria memor
ero, & tabe.in me anima mea. In dominicis Tren.3
ergo diebus,ante miſſam,& maius altare tãtũ:& totus populus aſpergũtur:quãuis in nocturnis & veſperis omnia altaria vel ſaltem
5 præcipua turificẽtur. ¶ † Circa quod conſiderandum , quòd huiuſmodi aſperſio alia ratione ſit ſuper populum & ſuper altaria: quia enim concluſit Deus omnes ſub pec-
cato,ſaltem veniali:quia ſepties in die cadit Gal.3
iuſtus : idcirco ipſe populus Eccleſiam ingre Pro.24
diens ,diuinis inſiſtere intendens , ipſa aqua ſanctificata aſpergitur , quæ videlicet ad quotidiana delenda : ſicut & cinis vitulæ in veteri teſt .Secundum quod ,qui immundus
erat , prohibebatur Eccleſiam ingredi : do- Heb.9
nec aqua lauaretur. Altare enim aſpergi- 1.cor.10
tur propter reuerentiam ſacramenti , quod ibidem conſecrandum eſt , vt inde omnium malignorum ſpirituũ præſentia arceatur:& quemadmodũ Chriſtus per altare,quod eſſe

debet lapideum,ſignificatur,ſecundum illud
1.cor.10 Apoſtoli:Petra autem erat Chriſtus:& fides
noſtra de vno Chriſto & nō de pluribus eſt:
idcirco vt ſignū ſignato reſpōdeat,vnico alta
ri aſperſo vniuerſus aſpergitur populus :quia
ipſe ſolus eſt, qui tollit peccata mūdi. Turiſi
6 catio verò quandoq; †repræſentat diffuſionē
diuerſarū gratiarum ſpiritualiū : & quoniam
gratia non ſolùm in capite: verū etiā in alijs
ſubiectis capiti inuenitur:ideò conuenienter
poſt primū, ſecundariò alia altaria : quæ per
diuerſi gradus ſanctorū intelligūtur , turiſi-
cari ſolet. Rurſus tus in turibulo , cor igne
orationis accēſum ſignificat : quia verò ſolū
oratio noſtra ad Deū & Chriſtum mediato-
rem noſtrū debet principaliter applicari:ideò
& altare & crucifixus turificari ſolent. In pa-
ſchali autē tempore ad aſpergendum canta
Ezec.47 mus:vidi aquam.quod ſumitur de Ezechiel.c
Matt.5 xlvij.Cui Dominus ciuitatē oſtendit ædifica
tam ſuper montem vergentē ad auſtrum : in
qua erat mirabile templum:ciuitas Eccleſia
eſt,de qua dicitur: Nō poteſt abſcondi ciui-
tas ſupra montē poſita:templum, eſt corpus
Chriſti:de quo dicitur:Soluite templū hoc,&
Ioan.2 poſt triduū reæd. illud.Aqua de templo egre
diēs,fons eſt baptiſmi de latere Chriſti pro-
7 cedens.Sed † cum fuerit in læuo lanceatus,
cur hîc dicitur à latere dextro? Reſpondeo,
duo ſunt latera Chriſti, ſcilicet , dextrum &
læuum.Dextrū, eſt diuinitas:& læuum huma
nitas.A latere igitur dextro,exiuit aqua: quia
de diuina Chriſti natura ſpiritus ſancti aqua
inuiſibilis procedit de aqua inuiſibili,quæ de
latere læuo,id eſt, humanitate lanceata per-
fluxit ſaluandi virtutem tribuit. Rectè igitur
hæc in proceſsione paſchali cātamus in lau-
dem fluminis huius , cuius inundatione per
mortem Chriſti reuiximus. Verū poſt octa-
uam pēte.cantatur in dominicis ad aſpergen-
Pſal. 50 dum antiphona: Aſperges me Domine &c.
quæ à paſcha,vſq; tūc intermittitur : quia de
fide paſsionis,& humilitate baptiſmi prophe
8 ta prædixit.¶ Porro aqua †cū benedicitur,ſal
4.Reg.2 admiſcetur, quod ab Eliſ̀o ſumpſit exordiū:
& fit hoc ad notādū, quòd populus per aquā
intellectus vt ſanctiſicari poſsit per ſacerdo-
tis officiū verbo Dei imbuitur:quod per ſa-
lem ſignificatur.¶ Fit ter crux ſuper aquam,
& ſalem quia docetur populus ſanctæ trini-
tati gratias pro ſua eruditione atque redem-
ptione referre.¶ Per aquam quoq;,confeſsio:

per ſalem,amaritudo ſignificatur. ¶ Ex aqua
miſta geminus partus procedit:ſcilicet diui-
ſio ſeu ſeparatio delictorum:& ortus virtutū
9 ac bonorū operum.¶ Sed† quare prius bene-
dicitur ſal,quā aqua? Reſpōdeo:per ſal intel-
ligitur amaritudo pœnitentiæ : per aquā ba-
ptiſmus:quia ergo cordis cōtritio debet præ-
cedere abſolutionē , & pœnitētia baptiſmū:
ideò prius benedicitur ſal,quā aqua.¶ Et nota
10 quatuor eſſe genera aquæ benedictæ.¶ † Pri
ma,in qua fit iudiciū purgationis, quæ in vſu
non eſt. ¶ Secunda aqua , quæ ſanctificat in
dedicatione Eccleſiæ & altaris , de quibus in
prima parte dictum eſt,ſub tit. de cōſe.Ec.&
alta.¶ Tertia eſt,qua in Eccleſia aſpergimur
de qua hîc agitur.¶ Quarta, aqua baptiſmi,
de qua dicetur in vj. parte ſub ſabbato ſan-
cto:& hac ſolebant homines aſpergi prius,
quàm chriſmarētur:& adhuc fit in quibuſdā
locis:ſed hodie interdictū eſt. Putabāt enim
ſe iterum à peccatis huius aquæ aſperſione
mundari : cū tamen conſtet nullū bis bapti-
zari poſſe.Quia verò maius dignum , trahit
ad ſe minus dignū,ideò ſi aqua nō benedicta
admiſceatur benedictæ, efficitur benedicta.

S V M M A.

1 Introitus Miſſę ſignificatio.Et ortus.
2 Damaſi Papæ inſtitutio , circa Miſſæ introi-
tum.
3 Introitus Miſſę, forma.variè.
4 Introitus,vnde dicatur.
5 Introitus,vnde debeat adſumi.
6 Tropus quid.& vnde dictus.num.7.

## De officio ſeu introi tu Miſſæ.

### CAP. V.

IN introitu prima pars miſſæ
1 incipit.Sciendū†eſt autē, quòd
ſancti patres & prophetæ ante
Chriſti aduentū, ſuſpirantes &
præconizātes , præmiſerūt de-
ſideria,opera,laudes,& preces,quæ ſingula fi
gurantur in miſſa.Introitus nāq;, ſcilicet ipſa
antiphona,vaticinia prophetarum & ſancto-
rum patrum deſiderium cum præconijs filij
Dei aduentū,& incarnationē Dei expectan-
tiū exprimit.In cuius rei ſignū in prima do-
minica aduentus cantat Eccleſia introitum:
Ad te leuaui. Chorus igitur pſallētium cleri Pſal.24





corū,qui ſignificat chorum prophetarum, &
multitudine ſanctorū, Chriſti aduentū expe
ctantiū,animā ſuā dilatat,& introitū in iubi-
lo cātat:quoniā prophetæ,patriarchæ reges,
& ſacerdotes,omnésq; fideles aduentū Chri-
ſti cū deſiderio expectabāt , clamātes & im-
plorātes:Emitte agnū Domine, dominatorē
Eſa.16 terræ &c.Item,veni Domine,& noli tardare
&c.Hinc etiā ille Simeō iuſtus & ſenex be-
nedixit,dicēs : Nunc dimittis ſeruū tuū Do-
mine &c.Quia viderūt oculi mei. & Euange
Luc.2 liſta:Multi reges & prophetæ voluerunt vi-
dere,quæ vos videtis, & non viderunt &c.Ex
eorū ergo perſona cātatur introitus,per quos
Heb.1 Chriſtus introiuit in mundum:iuxta illud:Et
cū introduxit primogenitū in orbē terræ , &
adorēt eū omnes angeli Dei. Sequitur verſi-
culus pſalmiſticus ſiue Pſal. qui verſionē ad
operationē notat. Dicitur etiam verſus quia
per eū reuertimur ad introitū,ſignificās ope-
2 ra & vaticinia.¶ Cōſequenter † ex inſtitutio-
ne Damaſi Papæ , dicitur gloria patri &c.
quod ſignificat laudē quia poſt operationē
dāda eſt gloria.Dicitur etiā gloria,vt oſtēda
tur patrē, & filiū , & ſpiritū ſanctum habere
æqualē gloriā,& coæternā maieſtatē in prin
cipio,& nūc,& ſemper,& in ſecula ſeculorū,
id eſt,in præterito,præſenti, & futuro tēpo-
re.Interpoſitio autē gloriæ inter primā can-
tationē introitus, & ipſius repetitionē, deſi-
Pſal. 84 gnat captationē beneuolētiæ.Vt enim,quod
& 69 & expectabat facilius obtinerent, ad tota trini-
44. tatem cordis & vocis glorificationē clama-
Eſa.61 bant,dicentes:Oſtēde nobis Domine miſeri
cordiā tuam:& ſalu.tu. da no.qui ſedes ſuper
cherubin:appare t corā effra.b.& ma.quorum
tandē clamorem ſpiritus ſanctus exaudiens,
vnxit eum oleo lætitiæ præ cōſortibus ſuis:
& euāgelizandū pauperibus deſtinauit:ſicut
ipſe Dei filius per prophetam teſtatur,dicēs:
Spiritus Domini ſuper me: propter quod vn-
xit me euāgelizare pauperibus miſit me.De-
inde antiphona ipſa ſeu introitus repetitur:
vt deſiderium antiquorum patrum ſeu itera-
tio,& multiplicatio ſuſpiriorum, & clamoris
ipſorum euidentius exprimatur. Vnde pro-
Eſa. 28 pheta:Manda,remanda, expecta, reexpecta:
modicum ibi,& modicum ibi : ſi morā fece-
rit,expecta eum:quia veniens veniet , & non
tardabit.Hoc autem deſiderium antiquorum
non ſemper repræſentat introitus intellectu
3 literæ:ſed iubilo cātilenæ.¶ Verū in† diebus

profeſtis bis introitus cantatur in laudē di-
uinæ & humanę naturæ:quæ in perſona filij
ſunt vnitæ.In quibuſda verò Eccleſijs,& præ
cipuis feſtiuitatibus triplicatur in laudem &
honorem trinitatis , quaſi ei tripudiemus : in
cuius memoriam miſſam cantamus:& dici-
tur ſemel cum gloria patri.ad laudē incarna
tionis.Quandoq; autem inchoatur voce de-
miſſa,ad notandū humilitatem : ſubſequen-
ter alta voce repetitur, quæ vocis exaltatio
ſignificat excitationem a ſomno peccati,
quam vox ſuppreſſa demonſtrat : iuxta illud
Apoſtoli:Hora eſt iam nos de ſomno ſurge- Rom.13
re.Poteſt etiam & aliter dici,prout de inuita
torio,in ſexta parte ſub tit.de nocturnis dice
tur:ſemper tamen integrè repetitur,vt perfe
ctio lætitię denotetur. Quædam verò Ec-
cleſiæ dicūt introitum primò perfectè : quia
Eccleſia Deum laude perfecta laudat , ſecū-
dò imperfectè , quia imperfecta eſt omnis
laus vitæ.Tertiò perfectè , quia perfecta eſt
laus patriæ.¶ Dicitur autē introitus eò,quòd
4 dum ille†canitur , ſacerdos miniſtraturus ad
altare intrat:ſeu quia per illam antiphonam
ad officium intratur:qui etiam vocatur offi-
cium,quaſi efficium, prout dicetur in proœ-
mio v. partis. ¶ Cæleſtinus Papa ſtatuit, vt
pſalmi Dauid cetum quinquaginta ad introi
tum miſſæ ante ſacrificium cum antiphona
canerentur:quod anteà non fiebat : ſed Epi-
ſtola Pauli tantùm , & euangelium legeban
5 tur:& poſteà miſſa celebrabatur.¶ De † illis
ergo pſalmis excepti ſunt omnes introitus
regulares:gradualia:offertoria,& communio
nes:quæ cum modulatione primò cœperunt
ad miſſam in Eccleſia Ro. cantari Grego.
enim introitum miſſæ cum cātu ordinauit:&
vnum verſum de illo pſalmo,qui cantabatur
retinuit.Irregulares verò introitus ſunt , qui
ſecundum varietates ſolennitatum inſtituti
ſunt : vt, Puer natus eſt nobis &c. & Spiritus
Domini repleuit &c. & ibi ſunt verſus præ-
ter,quàm illi Viri galilęi:& Nunc ſcio verè,
quia &c.& alij quidam ſecundum aliquas Ec
cleſias.Et eſt notandum, quòd quando introi
tus de pſalmo ſumitur,ſi primus verſus pſal-
mi ſit introitus:aliquis de ſequentibus verſi-
bus eiuſdem pſalmi, erit verſus illius introi-
tus,ſicut patet in introitu tertiæ feriæ primæ
hebdomadæ quadrageſimæ quæ incipit:Do
mine refugium:verſus eſt enim:Prius, quàm
montes fierent. Si verò non primus verſus

pſalmi : ſed ſi aliquis alius de ſequentibus ſit
introitus,tunc primus verſus pſalmi,erit ver-
ſus ipſius introitus:vt ecce in natali eſt introi
tus : Dominus dixit ad me &c. verſus verò
eſt : Quare fremuerunt gē. & in feſto inno-
centium introitus eſt: Ex ore infantium &c.
verſus eſt : Domine, Dominus noſter &c. &
ſic de alijs, quod fit, ad ſignificandum vnio-
nem ,& connexitatem capitis & membrorū.
¶Rurſus verſus quandoq; eſt duplex : quan-
doq; eſt vnus : quandoq; dimidius.de quo di-
cetur in ſexta parte ſub ſabbato tertiæ he-
bdomadæ quadrageſimæ.Cum autem introi
tus cantatur, non ſedetur : quoniam ad opus
& præconium Chriſti introitus refertur , vt
prædeſtinati ad verum cultum Dei vocen-
tur.¶In quibuſdam Eccleſijs tropi dicuntur,
pro pſalmis ex inſtitutione Greg. Papæ ad
maius gaudium de Chriſti aduentu repręſen
6 tandum.¶Eſt autem † propriè tropus, quidā
verſiculus , qui in præcipuis feſtiuitatibus
cantatur immediatè ante introitum , quaſi
quoddam præambulum : & cōtinuatio ipſius
introitus:vt verbi gratia : In feſto natiuitatis
ante introitum illum:Puer natus eſt &c.pręce-
cedit tropus iſte:Ecce adeſt ,de quo prophe-
tæ cecinerunt , dicentes : Puer natus eſt &c.
Habuit autem tropus originem à lege. Le-
gitur enim Numeri x.quòd dum eleuaretur
arca,cantabatur:Exurge Domine. cum verò
deportabatur,cantabatur: Reuertere Domi-
7 ne,ad multitudinē exercitus:& dicitur † tro-
pus,à τρόπος,quod eſt conuerſio : quoniam
quædam ibi ſolent fieri conuerſiones, ad in-
troitum:vnde quandoq; prius dicitur verſus,
& poſt ἰαλικσοι.Et inde etiam tropus dicitur,
zona,quæ conuertitur ab vmbilico ad vmbi-
8 licum , eum circuneundo. ¶ Poteſt † etiam
aliter dici,quoniam introitus eſt laus Eccle-
ſiæ,de Iudæis conuerſis. Vnde tria continet,
videlicet antiphonam, verſum,& gloriam&
hæc propter tres ordines fidelium , qui fue-
runt hebraicæ linguæ , ſcilicet patriarchæ,
prophetæ & Apoſtoli.Introitus ſiue antipho
na eſt patriarcharum : verſus prophetarum:
gloria verò Apoſtolorum : antiphonæ repe-
titio,eſt prædicationis identitas & confirma-
tio,quaſi quod longè prius patriarcha geſti-
bus figurauit , propheta prædixit: Apoſtolus
euangelizauit. Ad quam etiam conuerſio-
nē notandū,quòd ſolennes tropi aliqui inſe-
runtur , qui ſunt laudes ad introitum con-
uertibiles.Nam τρόπος Græcè,dicitur con-
uerſio latinè,vt præmiſſum eſt.

## SVMMA.

1 Sacerdos accinctus, ad altare accedens , quid notet. Et eius proceſsionis ordo , & forma. num.2.7. 8. 9. Et quorumlibet ſignificatio, fuſiſsimè per diſcurſum. num. 3.
4 Altaris miniſtri, quid ſignificent.
5 Ignis neceſſarius,ad omnia ſacrificia.
6 Turiferarius , cur ceroferarios & alios antecedat.
10 Diaconi duo Pontificem deducentes , quid ſignificent.
11 Mapula,quam quatuor miniſtri ferunt ſuper Epiſcopum,quid notet.& num.12.
13 Stupa , quæ comburitur in Eccleſia, quid ſignificet.
14 Proceſsio , ſiue potius ſupplicatio , ad inſtar caſtrēſis aciei inſtructa , quid notet.Atq; noſtræ huius inſtitutionis collatio,cum veteris teſtamenti ritu.num.15.
16 Proceſsiones,vnde ortum habuerint.
17 Proceſsionis ſiue ſupplicationis ordo.
18 Crux, eſt vexillum triumphi & gloriæ.
19 Campanæ pulſatio,quid notet.
20 Proceſsiones quatuor ſolennes.
21 Dominicæ diei obſeruatio, antiquitus nihilò minus religioſa,quàm hodie.
22 Proceſsio,quos cantus poſcat.
23 Chriſtus , poſt reſurrectionem ſuam , matri primò apparuit : quod falsò tamen Magdalenæ tribuitur.

## *De acceſſu ſacerdotis ac Pontificis ad altare, & de proceſsione.*

### CAP. VI.

CVm introitus canitur, Pōtifex
1 ſeu ſacerdos†paratus,& ſacris
indumentis ornatus , de ſacra
æde egreditur,& ad altare ac-
cedit,ſignificās,quòd Chriſtus
expectatio gētium,carne ſacroſancta aſſum-
pta , ex virginis carne incorrupta de ſecreto
habitaculo cœlorum greſſus eſt in mūdum,
vel de ſecreta æde , videlicet de virginali





Pſal. 18 vtero egreſſus eſt,tanquam ſponſus de tala-
mo ſuo.Porrò epiſcopus ſiue ſacerdos egre-
diens procedit inter duos:videlicet inter vnū
presbyterum, & diaconum, quem antecedit
ſubdiaconus , euangelij codicem clauſum
gerens. Illum præcedunt duo ceroferarij,
quos etiam præcedit ferens turibulum cum
incenſo. Demum epiſcopus vel ſacerdos ad
altare perueniens , mitram deponit : con-
feſsionem facit : codicem aperit , & oſcula-
tur apertum. Sacerdos itaque ſeu epiſco-
pus , illum magnum repræſentat ſacerdo-
tem , ſcilicet Chriſtum de quo ait Apo-
Heb. 9 ſtolus : Chriſtus aſsiſtens pontifex futuro-
Luc. 10 rum bonorum &c. Sacerdos & leuita illum
deducentes , legem & prophetiam deſignāt,
ſecundum illud quod ipſe Dominus propo-
Mat. 17 ſuit in parabola ſauciati : quia ſacerdos qui-
dam deſcendit eadem via:& viſo illo præte-
Deut. 18 rijt:ſimiliter & leuita.Moſes quoque & He-
lias , in figura legis & propheriæ apparue-
runt in monte cum Chriſto loquentes. Sa-
cerdos ergo & leuita deducunt epiſcopum:
quia lex & prophetia Chriſtum annuntia-
uerunt, & promiſerunt. Vnde Moſes inquit:
prophetam ſuſcitabit vobis Deus de fratri-
bus veſtris : ipſum tanquā me audietis. Item
Eſaias:Ecce veniet propheta magnus, & ipſe
3 renouabit Hieruſalē.¶Vel epiſcopus†ſeu ſa
cerdos inter duos exiſtens,ſignificat Chriſtū
inter duo teſtamenta. Ipſe enim à duobus te
ſtamētis mundo per prophetas & Apoſtolos
prædicatur. Quia verò ille in mundū ventu-
rus,præmiſit prophetas, ſapientes,& ſcribas:
in locum ſcribarum præmittit pontifex ſeu
ſacerdos ſubdiaconum portantem ſcriptu-
ras , qui ſapiens ſit dominica diſponere vaſa.
Quandoq; verò , archidiaconus & ſacerdos
pontificem deducunt, quem immediatè dia-
conus & ſubdiaconus antecedunt, qui ſignifi
cant Apoſtolos,& diſcipulos : quos Chriſtus
miſit ante faciē ſuam:& adhuc quotidie mit-
tuntur prædicatores, & prælati Eccleſiæ prę-
Luc. 1 parare viam Domino ſpiritualiter ante faciē
ſuam.Adhuc ſubdiaconus antecedēs ſignifi-
cant Ioannē baptiſtam, qui præceſsit in ſpi-
ritu & virtute Heliæ præparare Domino
plebem perfectam : & fert ante pontificem
codicem euangelij:quia Ioan.ante Chriſtum
Mat. 3 prædicationem euangelicam inchoauit , di-
cens:pœnitentiā agite:appropinquabit enim
regnum cœlorum.Diaconus verò repræſen-
tat prophetas,qui annuntiauerunt futurā ex
euangelio vitam. Cæterùm epiſcopus ideò
ſequitur euangelium,ad notandum,quòd de
bet ſemper illud intueri & in mente habere:
& ante illum portatur : quia per doctrinam
euangelij ad Chriſtum vitam via præpara-
tur.¶ Poteſt etiam dici , quòd per ſubdiaco-
4 num librum † ferentem : & per diaconum,
euangelij , præconem , ſanctos noui teſta-
menti : per librum verò euangelij , nouum
intelligimus teſta. per ceroferarios verò &
turiferarium ſanctos:qui præceſſerunt nouū
teſta. & per duo candelabra cum cereis ar-
dentibus , legem & prophetiam , quæ Chri-
ſtum mundi lucem nuntiabant, commemo-
5 ramus.Sine † igne enim non debet ſacrifica-
ri.extrà de celebra. miſ.c. fi.iuxta illud Leuit.
vj. cap. Ignis in altari meo ſemper ardebit.
Quid lumen huiuſmodi ſignificet,& de can-
delabris, dictum eſt in prima parte ſub ti. de
picturis. Cerei feruntur ſuper candelabra,
quæ fundamentum deſignant , vt ſuper fun-
damentum luceat corā hominibus lux præ-
dicatorum.Pulchrè ergo candelabra diaco-
nus & ſubdiaconus ante euangelium præ-
cedunt : quia lex & prophetæ legem gratiæ
præceſſerunt. In quibuſdam Eccleſijs ſunt
tres cerei , quorum medius ſignificat illum,
qui ait : vbicunq; fuerint duo vel tres &c. In Mat. 18
alijs ſeptem , quia gratia ſeptiformis tota
Eccleſia illuminatur. De hoc aliâs ſub euan-
6 gelio dicetur. ¶ † Turiferarius verò cerofe-
rarios & alios antecedit, ad notandum quòd
turis ſignificatio ſanctis vtriuſq; teſtamenti
communis eſt. Per turibulum autem , cor
humanum competenter notatur:quod debet
eſſe apertum ſuperius, ad ſuſcipiendum : &
clauſum inferius , ad retinendum : habens
ignem charitatis & tus deuotionis ſiue ſua-
uiſsimæ orationis : ſeu bonorum exemplo-
rum ſurſum tendentium : quod per fumum
inde reſultantem notatur. Sicut enim tus in
igne turibuli ſuauiter redolet , & ſurſum
aſcendit:ita opus bonum vel oratio ex cha-
ritate , vltra omnia thimiamata fragrat.
¶ Adhuc turibulum cum incenſo , corpus
Chriſti ſuauitatis odore plenum : carbones
ſpiritum ſanctum : tus boni operis odorem
deſignant. De hoc etiam dicetur in quin-
ta parte ſub ti.de laudibus matutinis:& infrà
7 ſub ti.de turificatione. ¶†Poſtquā ad altare
vētū eſt,cerei q̄ pręceſſerāt, poſtponūtur, vt

oſtēdatur doctores fuiſſe ante natiuitatē, &
poſt illuminātes. Candelabra verò manibus
per acolytos tenētur, donec κύριε ἐλέησον, in-
cipiatur: ad notandū, quòd doctor opere de-
bet exercere, quod docet: quódq; non debet
rudē populū deſerere, donec ſciat profiteri:
Domine miſerere. Illo verò incœpto, depo-
nūtur quandoq; in pauimento: tum quia poſt
acta bona opera humiliare, & eſſe puluerē
recognoſcere nos debemus: tum quia docto
res in bono opere & in prædicatione ſe terrā
eſſe cognoſcere debent. Sed dum officium
inchoatur, ſubleuari debent: quia quiſq; &
præcipuè prælatus ſe erigere per bona ope-
ra debet: vt cæteri hoc vidētes glorificēt pa
Mat. 5 trē, qui in cœlis eſt. Adhuc pōtifex ad altare
perueniens, mitrā deponit, prout dictū eſt in
tertia parte ſub tit. de mitra. deinde cōfeſsio-
8 nē dicit. ¶ † Intereà verò dū cōfeſsio fit, ſub-
diaconus tenet librū euangeliorum clauſum
ante faciē eius, à parte ſiniſtra. Stat quidē ad
ſiniſtrā, quoniā ipſe tenet in aliquibus locum
prophetarū, quos ſæpe in Eccleſia legit: te-
net librū ante oculos pōtificis, vt ille iugem
memoriā habeat euangelicæ prædicationis,
qui clauſus tenetur: quoniam lex euangelica
clauſa in prophetis myſticè cōtinetur. Con-
feſsione autē facta ſacerdos librū aperit &
oſculatur: prout ſub tit. de oſculo altaris di-
9 cetur. ¶ † Sanè ſecūdū Inno. papā. iij. romanus
pontifex dū ſtationalis ſolēnitas celebratur,
cū ſex ordinibus clericorū: de quibus in pœ-
mio ſecūdæ partis dictū eſt: à ſacrario ſiue à
loco vbi ſe induit & parauit, proceſsionaliter
progreditur ad altare: deſignās, quòd Chri-
Ioan. 16 ſtus exiuit à patre, & venit in mundum. Hic
Matt. 11 enim proceſsionis ordo generationis Chriſti
ſeriē repræſentat quā Matthæus euangeliſta
deſcribit: in qua ſex inueniūtur ordines perſo
narū, à quibus ſecundū carnē Chriſtus origi-
nē traxit, & in mundū proceſsit: videlicet pa-
triarchæ, prophetæ, reges, principes, paſtores,
& duces. Abraā, patriacha. Dauid, propheta.
Salomō, rex. Salomō princeps. Iudas, paſtor.
10 Zorobabel dux. ¶ † Duo diaconi pontificem
deducētes, ſignificāt Abraā & Dauid: quibus
incarnationis Chriſti facta eſt repromiſsio.
Nā illi promiſſum eſt: in ſemine tuo benedi
cētur omnes gētes: iſti verò pollicitū eſt: De
fructu vētris tui ponā ſuper ſedē tuā. propter
Pſal. 78 quod euāgeliſta figuraliter hos duos in ge-
Mat. 1 neratione Chriſti præmiſit inquiēs: Liber ge

nerationis Domini noſtri Ieſu Chriſti filij
Dauid, filij Abraam. Iſti ſunt duæ columnæ,
quas vetus ille pontifex in veſtibulo templi 3. Reg. 7
poſuit ante oſtium. quas ambit funiculus duo
decim cubitorum, id eſt, quos fides duode-
cim Apoſtolorum amplectitur: de quarum
medio Chriſti oſtium credentibus aperitur.
11 ¶ † Quatuor autem miniſtri ſuper pōtificem
mapulā ferunt in ſummitatibus quatuor ba-
culorum coligatam, & inde ipſi miniſtri ma
pularij nuncupantur: mapula illa quæ diuer-
ſis figurata eſt imaginibus ſacram, deſignat
ſcripturam, quæ multis & varijs eſt inſignita
myſterijs. Hæc quatuor baculis ſuper ponti-
ficem portatur extenſa: quia ſacra ſcriptura
quatuor modis ſuper Chriſtum fertur, expo-
ſita videlicet hiſtoricè, allegoricè, anagogi-
cè, & tropologicè: prout dictū eſt in procœ-
mio primi libri. Hic eſt fluuius paradyſi, quia Gen. 2
quatuor in capita diuiſus progreditur. hæc Exod. 25
eſt mēſa propoſitionis, quæ quatuor pedibus
eleuata ſubſiſtit. Super pontificem ergo por-
tatur extenſa, vt is veniſſe monſtretur, quem
lex ſcripſerat & prophetæ. Nam ipſemet
Chriſtus incipiens, à Moſe & prophetis, inter
pretabatur in omnibus ſcripturis, quæ de
ipſo erāt: propter quod dicitur alibi: ſi crede-
retis Moſi: crederetis & mihi. de me enim Luc. 24
12 ille ſcripſit. † Quatuor miniſtri mapulam fe- Ioan. 5
rentes, quatuor ſunt euangeliſtæ ſacram ſcri
pturam declarantes & fidē exaltantes. Hinc
eſt quòd in ſummitatibus baculorum, eo-
rum imagines collocantur: & præferuntur
duo luminaria cum incenſo, quia lex & pro-
phetæ cum pſalmis Chriſti pronuntiaue-
runt aduentum Chriſto atteſtante, qui ait:
Neceſſe eſt impleri omnia illa, quæ in lege
Moſis, & prophetis, & pſalmis de me ſcripta Luc. 24
ſunt. In maioribus autem ſolennitatibus ſe-
ptem candelabra, coram pontifice deferun-
tur: per quod illud oſtenditur, quod Ioannes
in Apoc. deſcribit: Conuerſus (inquit) vidi ſe- Apoc. 1
ptem candelabra aurea: & in medio illorum
ſimilem filio hominis, veſtitum podere: vt
ille, per hoc adueniſſe monſtretur. ſuper quē
requieuit ſpiritus gratiæ ſeptiformis. ſecun-
dum illud Eſa. vaticinium: Egredietur virga Eſa. 2
de radice Ieſſe: & flos de radice eius aſcen-
det, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Do-
mini &c. ¶ In quibuſdam etiam baſilicis
13 circa medium † chori manipulus ſtupæ ap-
penditur: cui Pontifex tranſiens, ignem ap-
ponit,



ponit, vt in conſpectu populi citò incineretur:
per hoc ſecūdum aduentum cōmemorans, in
quo Chriſtus viuos & mortuos, & ſeculum
per ignem iudicabit. Nam ignis in conſpectu
eius ſemper ardebit. Leuit. vj. & in circuitu
eius tempeſtas valida, Pſal. xlix. ne videlicet,
quis male ſecurus exiſtat: quoniam qui in pri-
mo aduentu blanditur, pro ſecundo exter-
retur: qui enim iudicandus venit in primo, iudi-
caturus veniet in ſecūdo. Hoc etiā fit, vt Pō-
tifex ignē apponens, cōſideret, quòd ipſe de-
bet in cinerem redigi, & ornatus eius in fauil-
lam conuerti: & quòd quemadmodum ſtupa
facilè comburitur: ſic etiam facilè & quaſi in
momento præſens tranſit mundus, & concu-
1. Io. 2 piſcētia eius: quia (ſecundum Iacobum Apo-
Iac. 4 ſtolum) vita noſtra, vapor eſt, & ad modicum
Eſa. 40 parens, ne fortè qui glorioſus incedit, in tem-
porali gloria delectetur: nā omnis caro fœ-
num, & omnis gloria eius quaſi flos fœni. Cū
autem iam Pontifex appropinquat altari, pri-
micerius ſtolæ cantorum accedens, dextrum
ipſius humerum coram adſtātibus oſculatur:
quia cum Chriſtus naſceretur in mundo, An-
gelus ille cum quo facta eſt cœleſtis militiȩ
Luc. 2 multitudo laudantium Deum, natiuitatē eius
Eſa. 9 paſtoribus patefecit: de quo dicit propheta:
Puer natus eſt nobis: & filius datus eſt nobis:
& factus eſt principatus ſuper humerū eius.
¶ Porro tres ſacerdotes, qui Pōtifici venièti,
coram altari reuerenter occurrunt, & inclinā-
tes os eius oſculantur & pectus: ſignificant il-
Matt. 2 los tres Magos, qui venerūt Hieroſolymam,
dicentes: vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorū:
& procidentes adorauerūt eū: & apertis the-
ſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, tus,
& myrrham. Per geminum quidem oſculum
geminam in Chriſto confitētur naturam di-
uinam, ſcilicet & humanam: diuinā, quaſi la-
tentem in pectore: humanam, quaſi patētem
in ore: quas etiam per oblata munera Magi
myſticè figurarūt. Oſculum enim ſignum eſt
Cañ. 6 reuerētiȩ, vt ſub ti. de pacis oſcul. dicetur. ¶ Di
14 ſponitur autem iſta † proceſsio, velut caſtrorū
acies ordinata. Nā maiores & fortiores quaſi
cuſtodes exercitus præueniunt, & ſequuntur:
minores autē quaſi debiliores in medio col-
liguntur: præcedūt enim Epiſcopi, & presby-
teri ſubſequuntur, Pōtifex, & diaconi: in me-
dio colligūtur ſubdiaconi & acolyti: cātores
verò quaſi tubicines, exercitum præcedunt: vt
eū ad prælia contra dæmones excitent & in-

uitent: de quo prælio Apoſtolus dicit: Nō eſt Eph. 6
nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſangui-
nem: ſed aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœ-
leſtibus. Vnde buccinate in neomænia tuba, Pſal. 80
15 in die inſignis ſolennitatis veſtræ. ¶ † Præmi-
ſimus de proceſsione ſummi Pontificis: inde
etiam occaſiōe ſumpta & de alijs proceſsio-
nibus aliqua ſubijciamus. Circa quod genera-
liter notandum eſt, quòd ſicut in Miſſa lega-
tio Chriſti pro nobis in mundum figuratur,
& in proceſsiōibus noſtris reuerſio noſtra ad
patriam noſtram denotatur, quarum ſolenni-
tas egreſſum populi de Aegypto penè in o-
mnibus imitatur: ſicut enim populus ille per
Moſen ereptus eſt de manibus Pharaonis: ſic
populus Dei per Chriſtum liberatur de ore
leonis. Et ſicut tabulæ teſtamenti de monte
Synai acceptæ ſunt à Moſe, & coram populo
portatæ. Exo. xxxiiij. & xxxv. c. ſic liber euan-
gelij ſumitur de altari & portatur. Illos verò
columna ignis prȩcedebat: & nos lumen can-
delæ prȩcedit. Ante turmas illorum ſigna fe-
rebantur: ante nos cruces & vexilla portātur.
Ibi, prodigia fiebāt, & apud nos miracula nō
ceſſant. Illic, leuitȩ tabernaculū fœderis por-
tabant & noſtri diaconi & ſubdiaconi pla-
naria & capſas ferunt. Ibi, arca Domini, à ſa-
cerdotibus portabatur: & apud nos ſcrinium
aut feretrum, cum reliquijs à prȩsbyteris de-
portantur. Apud illos, Aaron ſummus ſacer-
dos ſequebatur ornatus: & apud nos, Epiſco-
pus infulatus. Apud eos, Moſes cū virga: apud
nos rex cum ſceptro, vel Epiſcopus cū ſambu
ca. Ibi, clāgor tubarum: hîc, ſtrepitus campa-
narum. Ibi, populus armatur: hîc clerus ſacris
veſtibus & populus virtutibus adornatur. Ibi
populus aſpergebatur ſanguine: hîc, aqua be-
nedicta, cū ſale. Illis obuiabat Amalech ſan-
guinem ſitiens: nobis turba dæmonum no-
ſtræ vitȩ ſemper inſidians. Illis ſuus Ioſue vi-
ctor extitit: & noſter Ieſus victoriam nobis
obtinuit. Cùm autem ad aliquam Eccleſiam
proceſsionaliter tendimus, tunc quaſi ad ter-
ram promiſsionis accedimus. Cùm verò Ec-
cleſiam cantantes intramus, quaſi gaudentes
ad patriam peruenimus. Cùm circa Eccleſiā
feretrum cum campanarum pulſatione por-
tamus: quaſi cum arca cum ſono tubarum: &
cū clāgore populi Hiericho circuimus. Hie-
richo corruit & deſtruitur cum in nobis con-
cupiſcentia vincitur. Cum verò de choro ad
aliquod altare imus, ibíque ſtationem faci-

mus, ſignificat quòd animæ ad Chriſtum
tendunt & continentur in conſortijs Angelo-
16 rum. ¶Secundò, etiam Dauid † & Salomon
nos ad proceſsiones informauerunt cũ Dauid
arcam Dei in tabernaculum & Salomon in
templum cum hymnis & canticis portaue-
runt, & ſub alis cherubin locauerunt. Sicut
Chriſti humanitas aſcendẽs cœlum ingredi-
tur:& ab Angelis perenniter adoratur:quem
fidelis anima comitatur. ¶ Tertiò, etiam in
proceſsionibus memoramus, quòd Chriſtus
de ſinu patris venit in mundum, de præſepe
ad templum, & de Bethania in Hieruſalem,
& de Hieruſalem in montem: optantes, vt
de mundo reuertamur ad patriam: & de vna
Eccleſia ad aliam, ſcilicet de militante ad
triumphantem:ſequentes crucem, id eſt, ve-
ſtigia crucifixi:& nos vitijs & concupiſcentijs
crucifigentes. Sequentes etiam veſtigia ſan-
Eph.6 ctorum, præcepta Euangeliorum, & induti
veſtes ſacras, ſcilicet loricam iuſtitiæ, cingu-
lum continentiæ,ſcutum fidei, & galeam ſa-
lutis æternæ. Deinde ſacerdos celebraturus
quaſi contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſti-
bus pugnaturus, ſacris veſtibus quaſi armis
induitur:prout dictum eſt in prooemio tertiæ
17 partis. ¶ In † nonnullis autem Eccleſijs ſic
proceſsio ordinatur. præcedunt nanque ſe-
ptem acolyti cum luminarijs, ſignificantes
omnes qui per ſeptiformem ſpiritusſancti
gratiam, lumen ſcientiæ fidelibus miniſtra-
uerunt: illos ſequuntur ſeptem ſubdiaconi,
cum planarijs,ſignificantes illos,qui per ean-
dem gratiam, plenitudinem diuinitatis in
Chriſto habitaturam corporaliter docuerũt.
Et poſt eos ſeptem diaconi repræſentantes
vniuerſaliter omnes, qui per eandem gra-
tiam ſpiritualem intelligentiam, videlicet
Euangelicam de Chriſto habuerunt. Et poſt
eos xij. priores, figurantes omnes, qui fide
ſanctæ trinitatis vel trium,vel quatuor virtu-
tum operibus coruſcarunt: quos comitantur
tres acolyti cum turibulis & incenſo, ſignifi-
cantes tres Magos, qui Chriſto munera ob-
tulerunt. Deinde ſequitur vnus ſubdiaconus
codicem Euangelij baiulans, qui ſignificat
legem: qui ideò Pontificem præcedit, quia
lex continens in ſe paſsionis Euangelicæ ſa-
cramentum, præceſsit Chriſti aduentum: &
portat illum clauſum:ad notandum quòd il-
Apo.5 lud fuit in lege obſcurum:prius,quàm agnus
ſeptimi libri ſigilla aperiret. Deinde Ponti-
fex à duobus quaſi in curru vehitur, quem
tuba comitatur orando: in quo deſignatur,
quòd populus ſequitur Chriſtum in cœlum:
in quo comitatu decem ſunt ordines, ſcilicet
oſtiarij,lectores,exorciſtæ,acolyti,ſubdiaco-
ni,diaconi,presbyteri,cantores,laici,mares,&
mulieres: quia currus Dei decem milibus
multiplex milibus dicitur, ad inſinuandum
eorum perfectionẽ. Sed diaconos, ſubdiaco- Pſal.67
nos, & acolytos præſertim ſecum paratos ad-
ducunt: iuxta illud: Ecce ego mitto ad vos Matt.24
prophetas, ſapientes & ſcribas. Prophetæ,
ſunt diaconi, ſapientes, ſubdiaconi, ſcribæ,
acolyti. His ſiquidem Chriſti vicarius,& ipſe
Chriſtus in publicum deducitur in modum
adoleſcentularum tympaniſtriarum. Cùm Pſal.67
autem prodeunt cantores in duo, chori ſu-
ſcipiunt gratulando cantantes introitum,
cum, Gloria in excelſis. nempè cantores ſiue
clerici in albis exultantes: Angeli ſunt qui
Chriſtum aſcendentem cum gloria & laudi-
bus in altiſsimis acceperunt. Duo chori, qui
laudes concinnunt,ſunt duo populi,Iudaicus
videlicet & Gentilis: qui Chriſto venienti
cum laudibus occurrunt.Ipſa verò proceſsio,
eſt via ad cœleſtem patriam.Aqua benedicta
præcedens,munditia vitæ eſt. Luminaria,mi-
ſericordiæ opera:iuxta illud:ſint lumbi veſtri
præcincti, & lucernæ ardentes in manibus
veſtris. &c. Siquidem Pontifex, ſeu ſacerdos, Lu.12
quaſi medius collocatur inter clerum & cru-
cem præcedentem, & populum ſubſequen-
tem, tanquam mediatoris Dei & hominum
vices gerens. Præterea maiores in choro, &
in proceſsione poſteriores ſunt, quia ſalus ſit
deſcendenti. Vnde Zachæus, princeps publi- Lu.19
canorum, quia puſillus erat, cum aſcendiſſet
arborem ſycomorum,vt videret Ieſum tran-
ſeuntem:ait ei Ieſus, Zachæe deſcende: quia
hodie oportet me manere in domo tua:at il-
le deſcendit, & excepit illum gaudens in do-
mum ſuam: Iudæi verò in ſublimi ſtantes Matt.
erant, & maiores eorum primas cathedras in
18 ſynagogis habebant.¶Crux † ergo,quaſi re-
gale vexillum & triumphale ſignum in pro-
ceſsionibus præmittitur. Primò, vt fugiant,
qui oderunt eum, à facie eius. Pſal. lxvij. Eſt
enim ſignum victoriæ Chriſti. Iuxta illud:
Vexilla regis prodeunt &c.quo dæmones vi-
cti ſunt: vnde illo viſo timent & fugiunt. Et
propter hoc in quibuſdam locis tempeſtati-
bus aëris opponitur,vt dæmones fugiant: &
ab



ab aëris concitatiõe deſiſtant.Nempe ſanctæ
crucis myſterium, eſt noſtrum ſignum & ve-
xillum. Vnde Eſa. ij. Statim ſignum populo-
rum:ipſum gentes deprecabuntur: & erit ſe-
pulchrum eius glorioſum. ¶Secundò, crucis
vexillum præmittitur: quia ſicut ait Apoſto-
Galat.5 lus ad Galat. Abſit nobis gloriari, niſi in cru-
ce Domini noſtri Ieſu Chriſti per quem
mundus nobis, & nos mundo crucifigi debe-
mus. De hoc etiam ſub titu.de Euangelio di-
cetur. Quandoque etiam vexilla præmittun-
tur:vt dicetur in ſexta parte ſub titu.de roga-
19 tionibus. ¶†Sanè, vt præmiſſum eſt, dum fit
proceſsio campanæ pulſantur.Nam ſicut rex
terrenus in exercitu ſuo legalia habet inſi-
gnia, ſcilicet tubas, & vexilla:ſic & rex æter-
nus Chriſtus,in Eccleſia ſua militanti campa-
nas pro tubis,& cruces pro vexillis habet: de
quo in parte prima ſub titu. de campanis di-
ctum eſt.Adhuc campanarum ſtrepitus pro-
phetas, qui Chriſti aduentũ prænuntiarunt,fi-
gurat. panni, & alia ſubſternuntur in loco,
vnde tranſire, & ad cantandum proceſsio
ſtare debet.Iuxta illud Thobiæ penult. Pla-
teæ tuæ ſternuntur auro mundo, & candido,
20 & in vijs eius cantabitur allelu Ia. † ¶ Illud
autem ſciendum eſt, quòd quatuor ſunt ſo-
lennes proceſsiones, ſcilicet in Purificatione
beatæ virginis Mariæ:in Ramis palmarum:in
in Paſcha. de quibus in ſuis locis dicetur: &
quarta,quæ fit in Aſcenſione Domini, ad re-
præſentationem illius vltimæ proceſsionis,
quam diſcipuli poſt Dominum in die Aſcen-
ſionis eius in cœlum,fecerunt, veniẽtes cum
Matt.28 eo ad montem Olíueti. Vnde aſſumptus eſt,
Luc.1 videntibus illis, in cuius proceſsionis repræ-
ſentationem fit proceſsio in dominicis die-
21 bus †Sciendum eſt enim,quòd primitiua Ec-
cleſia obſeruabat diem dominicam ſolen-
nem, vt & modò: & fiebat in ea proceſsio in
memoriam Reſurrectionis: & obſeruabat
etiam quintam feriam:& fiebat in ea proceſ-
ſio in memoriam dominicæ Aſcenſionis: ſed
multiplicatis ſanctorum feſtiuitatibus,ſubla-
ta eſt ſolennitas quintæ feriæ:& eius proceſ-
ſio, per Agapitum Papam in Dominicam
tranſlata eſt: vt à populo tunc ad Eccleſiam
conueniente ſimul & ſolenniter valeat cele-
brari:& propter hoc dies Iouis dicitur vulga-
riter cognata Dei dominicæ: quia videlicet
antiquitus par ſolennitas fuit vtrique. In die-
bus igitur dominicis proceſsionem facientes,
Reſurrectionem Dominicam memoramus:
& proceſsionem per diſcipulos poſt Domi-
num factam repræſentamus: non quòd illi
eam in dominica die fecerint, vt præmiſſum
eſt. Nempè egrediendo & regrediendo ad
eum, quaſi de Hieruſalem redimus ad Hie-
ruſalem,prout illi fecerunt, & ſequimur cru-
cem, ſicut illi Crucifixum.& licet illi ſine Ie-
ſu redierunt: nos tamen cum cruce redimus,
pro eo quòd ipſe dixit:Vobiſcum ſum vſque
ad conſummationem ſeculi: quæ proceſsio Matt.28
antequàm tertia dicatur, facienda eſt, prout
in ſexta parte ſub Aſcenſione dicetur.
22 ¶ † Non eſt etiam prætermittendum, quòd
in Dominicalibus proceſsionibus de nouo
duntaxat teſta. cantare & virginem ſalutare
aliquid, quod ad eius laudem propriè perti-
neat,cantare debemus:ex quo etiam conſue-
tudo inoleuit,vt in clauſtris oratorium virgi-
nis conſtruatur: quam in ſtatione primò ex
23 priſtina conſuetudine ſalutamus. Licet†enim
dicatur, quòd Chriſtus reſurgens prius Ma-
gdalenæ apparuerit: verius tamen creditur,
quòd matri ſuæ ante omnes apparuerit: ſed
Euangeliſtas hoc dicere non pertinuit, quo-
rum officium fuit teſtes Reſurrectionis in-
ducere, nec decuit ad teſtificandum pro filio
matrem inducere. Si enim verba extranea- Pſal.86
rum fœminarum viſa ſunt incredulis delira-
menta: quomodo non magis matrem pro
filij amore crederent deliraſſe? & ſic Ro-
mana ſentire videtur Eccleſia, quæ in pri-
ma die poſt Reſurrectionem, ſcilicet in Pa-
ſcha, apud beatam Mariam maiorem ce-
lebrat ſtationem, quaſi præponens Hieru-
ſalem, id eſt virginem, quæ vidit pacem
præ alijs in principio lætitiæ ſuæ: quocirca
ſicut prima die ad miſericordiam ſuam apud
ſanctam Mariam maiorem præcurrimus:
ſic & ad eius honorem in Dominicalibus
proceſsionibus prima ſtatio deputatur, vt
eam laudibus extollentes, & ad eius ora-
torium feſtinantes cum ſponſo dicere vi-
deamur: Vadam ad montem myrrhæ, & Canti.4
ad collem turis: mons quidem, eſt ipſa caſta
virgo, ad quam filius reſurgens vadit ap-
parendo, & nos adorando. Sed non eſt
neceſſe, quòd ſi dicatur: quia nunquam
diſparuit, & quòd ſemel, melius eſt &c.
Sed ideò ſic ponitur propter rudes, & ſen-
ſibus tantùm, & non intellectu præditos.
Poſtremò notandum eſt,quòd in quibuſdam Eccle

Eccleſijs poſt proceſsionem omnes clerici
ante crucifixum veniunt inclinantes illi,& di-
centes: Aue Rex noſter , benedictus : ſed &
qui piuuialia aut alias ſolennes veſtes porta-
runt,ante altare illas deponunt:primò ad re-
præſentandum , quòd filij hebræorum ſter-
nebant veſtimenta ſua in via ante Chriſtum
in proceſsione ſibi Hieruſalem venienti fa-
cta. Secundò, ad oſtendendum, quòd diuino
vacaturi officio, omnia mundana à mentibus
abijcere debent.

SVMMA.

1 Confeſsio cur ante Miſſam , à ſacerdote
ineunda.& numero 2.
3 Pectus,quando & cur tondamus.
4 Manipuli impoſitio , in brachio Epiſcopi,
quid notet.
5 Manuũ iunctio,in confeſsiõe,quid notet.
6 Inclinatiões ſacerdotis,in miſſa,qd notẽt.
7 Inclinationes Chriſti , tredecim , in ara
paſsionis.

## *De confeſsione facienda in Miſſa.*

CAP. VII.

1 PRius , quàm † ſacerdos vel Epi-
ſcopus gradus altaris aſcendat,
& antè,quàm ſacrum ordinetur
officium , ad ſeipſum reuertens
inclinat ſe ante altare,ſignificans Chriſti exi-
nanitionem, qui inclinauit cœlos & deſcẽdit:
Pſal.xvij. cum ſe formam ſerui accipiens exi-
naniuit : & conſiderans quòd ſicut dicit Salo-
Prouer. mon : iuſtus in principio ſermonis accuſator
18 eſt ſui.confiſus etiam de illa prophetica con-
Pſal.31 ſolatione,Dixi confitebor & tu re.&c.de pœ.
di.j.dixi.de peccatis ſuis cum adſtantibus ge-
neraliter confitetur : Pſal. illum præmittens
ex inſtitutione Cæleſtini Papæ. j.q. j. rite ad
Pſal.25 hoc conuenientem : Iudica me Deus &c. vt
diſcretus à gente non ſancta , & ab homine
liberatus iniquo,ad altare dignus introeat.
Petit enim liberari à tentatione,& illuminari
à gratia:vt patet in ipſo pſalmo.Petit etiam à
Deo , vt det ei quod offerat , ſcilicet filium
Geñ.22 ſuum, quem niſi ei daret , prout Abrahæ de-
2 dit , non haberet quid offerret. † Fit ergo
confeſsio , vt purior ſit & ſine macula ingre-
diatur. In quo notandum eſt : quia non , ( vt
quidam minus prouidè faciunt in ſpecie ) ne
cauterizentur conſcientiæ auditorum : ſed in
4.Regũ genere confitenda ſunt peccata quoniam iſta
8 confeſsio nõ eſt occulta,ſed manifeſta & no-
ta, quòd cum in templo Salomonis dedicato
ſacerdotes dicerẽt:Cõfitemini domino quo-
niam bonus:quoniam in ſeculum miſericor-
dia eius : nebula impleuit domum domini &
obũbrauit facies ſacerdotũ:ita quòd ſeinuicẽ
videre non poterãt.Et ait Salomò : Dixit do-
minus,ꝙ habitare in nebula.dixit,id eſt,ope-
re demonſtrauit:quoniam in mõte Synai ap-
paruit in nebula:Iſraël in nube ꝓceſsit,& an-
te Moſen in cauerna poſitum tranſiuit in ne-
3 bulã. ¶†Percutimus autẽ pectus, cũ peccata Lu.18
cõfitemur:exemplo publicani,qui pectus ſuũ
percutiebat dicens : Dñe propitius eſto mihi
peccatori.In tõſione quidẽ pectoris tria ſunt:
ictus,ſonus,& tactus. ꝑ quæ ſignificãtur tria,
quæ ſunt in vera pœnitẽtia neceſſaria:videli-
cet cordis cõtritio,oris cõfeſsio, & operis ſa-
tisfactio:quia in tribus peccamus:ſcilicet,cor-
de,ore,& opere .Deinde pro circunſtantibus
orat:indulgentiam peccatorum implorãs:nã
Chriſtus de ſecreto patris in mundum veniẽs,
& de vtero virginali procedẽs,patribus ſuſpi-
ria multiplicantibus pro nobis paſſurus Hie-
ruſalem introiuit:in montẽ ſe inclinauit:cau-
ſam ſuam contra hominẽ doloſum,& iniquũ
Deo committẽs,& patri confeſsionem fecit,
dicẽs :Cõfiteor tibi pater cœli &c. ipſe quoq; Mat.
nobis indulgẽs proprio corpore peccata no-
4 ſtra portauit.¶Sanè pontifici † facturo cõfeſ-
ſionẽ ſubdiaconus manipulũ corã altari im-
mittit. ¶Primò ad notandum quòd conceſſa
tẽporalia per manũ alienam:puta ſubdiaconi
vel alterius,& non per propriam recipere &
adminiſtrare debet. ¶Secũdò ad deſignandũ,
ꝙ nõ ſufficit oris confeſsio:niſi & boni ope-
ris fructus per populũ ſignificatus ,ſequatur.
¶Tertiò , vt videns ſe in inferioris miniſterij
ornamento ornari, aĩo humilietur. ¶Rurſus,
ideò põtifex poſt acceptã caſulam,& nõ ante
manipulũ recipit:quia Chriſtus, cuius typum
gerit,nõ prius manipulos operũ,qui per mani
pulũ ipſum deſignãtur,obtulit , quã cœleſtẽ
haberet cõuerſatio.qui ꝑ caſulã figuratur:ꝓ-
ut in parte tertia,ſub dalmatica dictũ eſt.Sa-
cerdos verò ecõtra,ante indutã caſulã mani-
pulũ ſumit:quoniam cœleſtem cõuerſationẽ
adipiſci nequit : niſi prius ſanctorum operum
manipulos portet. ¶Adhuc Pontifex poſt-
quam ad altare peruenit, manipulum recipit,
ad notandum , quòd tunc demum bonorum
operum effectiuum præmium percipiemus,
cùm ad æterni tribunal iudicis perueniemus.
Sacer-



5 ¶†Sacerdos autem,dum facit confeſsionem,
& etiam ſæpe in Miſſæ officio manus iungit,
quæ manuum iunctiones deuotionem ſigni-
ficant: quia illa in aliquo eſt maior, in ali-
quo eſt minor,ideo certus manuum iunctio-
num non eſt numerus determinatus. ¶Rur-
ſus, ſacerdotis manuum iunctio, ſignificat o-
mnium bonorum à Deo fluentium in ipſo
vnitatem & coniunctionem. Et quia infinita
bona infinitis & indeterminatis modis poſ-
ſunt à Deo procedere : ideò manuum iun-
ctionum ſacerdotis numerus determinatus
6 non eſt. ¶Inclinationes † verò ſacerdotis in
officio Miſſæ ſecundum morem quarundam
Eccleſiarum ſub certo numero perſtringun-
tur : quoniam regulariter octo vicibus pro-
fundè coram altari, & tredecim vicibus me-
diocriter ſuper altare inclinat. ¶Octo pro-
fundas inclinationes ante altare , facit ad re-
ferendas gratias ipſi Chriſto, de octo princi-
palibus , quæ egit ante ſui immolationem,
quam ſacerdos in officio figurat altaris.
¶Primum , fuit admirabilis incarnatio. ¶Se-
cundum, fuit diſcipulorum gratuita vocatio.
¶Tertium,dęmonis in tentationibus ſupera-
tio . ¶Quartum , miraculorum operatio .
¶Quintum , infirmorum ſanatio. ¶Sextum,
mortuorum reſuſcitatio . ¶Septimum , o-
mnium quæſtionum , & propoſitorum per
ſuam ſapientiam determinatio. ¶Octauum,
ſalutaris populorum inſtructio : & quæcun-
que ante ſui immolationem egit.ad hęc octo
ſecundum Berñ.reduci videntur.¶Tredecim
verò inclinationes mediocriter facit , ſuper
altare : quia Chriſtus tredecim fecit in ara
crucis.ſumendo aram crucis , pro toto tem-
pore ſuæ paſsionis , quod incepit in hora ca-
7 ptionis. ¶ Primum fuit inde † proditoris di-
Luc.22 ſcreta redargutio:dicentis:Iuda,oſculo filium
Io.18. hominis tradis? ¶ Secundum fuit ipſius ca-
ptionis ſui impræbitio , dicentis eis : Quem
quæritis ? qui reſponderunt : Ieſum nazare-
num : quibus reſpondit:Ego ſum. ¶Tertium
falſis teſtibus , & regibus manſueta reſpon-
ſio. ¶Quartum , ſputorum & verborum ſine
murmuratione toleratio. Quintum in his,
quæ vidit & audiuit nulla ſibi vel alijs data
perturbatio. ¶ Sextum,diſcipuli eum ter ne-
gantis,culpæ condonatio. ¶Alia verò ſeptem
enumerat Ambroſius ab eo , in ligno crucis
facta, dicens:Actor pietatis in cruce pendens
officia diuidebat : perſecutionem Apoſtolis,
pacem diſcipulis, corpus Iudæis, ſpiritum pa-
tri, paranymphũ virgini, paradyſum latroni,
& infernum peccatori. ¶Oſcula quoque ſub
certo numero fiunt , prout dicetur in quarta
particula canonis.

SVMMA.

1 Turificatio altaris,quid deſignet.
2 Chriſtus omnes orationes non exaudit.
3 Tus,orationem ſignificat.

## *De incenſo benedicendo , & in turibulum mittendo.* CAP. VIII.

1 POſt factam confeſsionem &
datam abſolutionem † Ponti-
fex vel ſacerdos prius,quàm
dicat : Deus tu conuerſus &c.
incenſum cum benedictione in
turibulo apponit, repræſentans, quòd legalis
ſacerdos ferens ſanguinem & carbones cum
thimiamate in turibulo , orans ponebat , fu-
mus eum obumbraret : prout dictum eſt in
procemio huius partis. Per hoc etiam illud
inſinuans, quòd Angelus venit, & ante altare
ſtetit habens turibulum aureum in manu
ſua : quod impleuit de igne altaris , & data
ſunt ei incẽſa multa, vt daret de orationibus
ſanctorum.¶Sanè Angelus,eſt Chriſtus turi-
bulum aureum, corpus immaculatum:altare
Eccleſia:ignis,charitas:incenſum, oratio : ſe- Pſal.140
cundum illud propheticum:Dirigatur oratio
mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo. Venit
ergo Angelus,id eſt,Chriſtus : qui ſtetit ante Apoc.8.
altare, id eſt, in conſpectu Eccleſiæ , habens
turibulum aureum, id eſt, corpus immacula-
tum : plenum igne , id eſt , charitate. & data
ſunt ei , ſcilicet à fidelibus incenſa multa , id
eſt, orationes, vt daret, id eſt, repræſentaret
2 eas patri de orationibus ſanctorum. ¶Et † no-
ta , quia non dicit orationes : Chriſtus enim
non omnes orationes exaudit : ſed dicit de
orationibus : de illis videlicet quæ pertinent
ad ſalutem. vnde cum Paulus ter Dominum
rogaſſet , vt ab eo ſtimulum carnis auferret, 2.Cor.2.
reſpondit ei Dominus : Sufficit tibi gratia
mea. Nam virtus in infirmitate perficitur.
Epiſcopus ergo vel ſacerdos tus in turibulo
apponit:quia Chriſtus orationes inſpirat ani-
mo,vt per ipſum offeratur incenſum in odo-
rem ſuauitatis : ſacerdos autem miniſter in-
cen

cenſum repræſentat Epiſcopo, vel diaconus
ſacerdoti:quia lex illud pretioſum thimiama
confecit, quod in odorem ſuauitatis altiſsimo
offerret: de quo Dominus ſubdit in Exodo
xxx.cap. Talem confeſsionem non facietis in
vſus veſtros:quia ſanctum eſt domino:& ho-
mo quicunque fecerit ſimile, vt odore illius
perfruatur peribit de populis ſuis. Et ex hoc
verbo fuerunt, qui dicerent, quòd ſi oblato
ture & benedicto, ſupra altare turibulum de-
ſcendat ab altari ad clericos vel laicos, tunc
aliud in tus ſine benedictione apponendum
eſt: & omnibus tam clericis, quàm laicis offe-
rendum, tanquam illud ſpectet ad λατρείαν,
2.Cor.3 iſtud ad δουλίαν. Melius, tamen ſecundum
ſpiritum, quam ſecundum literam, intelligi-
tur:nam litera occidit: ſpiritus viuificat: &
propter præmiſſam etiam cauſam odor turis
benedicti non datur in Eccleſia ſponſo &
3 ſponſæ. Per † concremationem vel conſecra-
tionem verò turis ſignificatur, quòd ſacerdos
orationem feruentem & deuotam debet ha-
bere. Tus enim virtutem habet aſcendendi,
ex fumi leuitate: conſolidandi ſui qualitate:
conſtringendi ex glutinitate: confortandi ex
aromaticitate:ſic dum oratio aſcendit in Dei
memoriam, animam conſolidat, quantum ad
culpam præteritam, impetrando medelam:
& conſtringit, quo ad committendi licen-
tiam:confortat quo ad præſentē impetrando
tutelam:de quo etiam dictum eſt ſub titu.de
acceſſu pon. ad al.& dicetur ſub tit. de turifi-
catione. ¶ Nauicula verò, in qua incenſum
reponitur, deſignat, quòd per orationem,
quam incenſum ſignificat, de huius mundi
mari magno, & ſpacioſo, ad cœleſtem patriā
Prouerb. 31 ſatagamus nauigare. Vnde in Prouer. Facta
eſt quaſi nauis inſtitoris portans de longo
panem ſuum. Poteſt etiam dici, per turibu-
lum, cor hominis:per ignem, feruor deuotio-
nis:per incenſum, orationes efferuntur: quæ
per Angelum ad Deum perferuntur, ſignat.
Vaſcula quibus ignis recipitur, ſunt filij, qui
corda patrum pietate, & fluentia imitantur:&
flammam cœleſtis ſacrificij, quam in proxi-
morum mentibus aſpiciunt, in ſuis aſcendere
ſatagunt. ¶ Inſtrumenta verò, quibus ignis ad
altare portatur, ſunt prædicatores, qui exem-
plis ſanctorum charitatis ignem portant, &
in corda fidelium transferunt. quæ corda pa-
Lucæ 1 trum in filios conuertūt. Turibulū autē, quid
ſignificet: dicetur ſub titulo de turificatione.

SVMMA.

1 Oſculum altaris, quid notet. Item Euangelij.
numero 2.
3 Oſculatur miniſtros Epiſcopus. Et qua id ad-
monitione. Idque varié. numero 4. & 5.

## De oſculo altaris, & libri.

### CAP. IX.

1 POſt immiſſum in turibulo in-
cenſum ſacerdos ſeu Epiſco-
pus dicto: † Deus tu conuerſus
&c. ſacrum oſculatur altare, vt
notetur pacificatio cum Iu-
dæis: & ad deſignandum, quòd Chriſtus ad
nos veniens ſanctam ſibi copulauit Eccle-
ſiam, iuxta illud: Epitalamicum oſculetur me Canti.1
oſculo oris ſui. In oſculo ſiquidem, os ori ſui
coniungitur:& in Chriſto non ſolum huma-
nitas, eſt vnitas diuinitati:verumetiam ſponſa
copulata eſt ſponſo:iuxta illud propheticum:
Quaſi ſponſam decorauit me corona, & qua-
ſi ſponſam, ornauit me monilibus. ¶ Rurſus,
quando prophetalis verſus introitus à canto- Eſa.61
re incipitur, ſacerdos ad altare aſcendens il-
lud oſculatur:quia prophetarum teſtimonio
Chriſtus venit in mundum: & ad paſsionem
altaris. Quoties autem in officio Miſſæ oſcu-
letur altare, & in qua parte eius oſcula fiant:
& quare manibus ſuper illud depoſitis: &
quare ſigno crucis in locis oſculandis prius
impreſſo, dicetur ſub quarta particula cano-
nis. In hoc autem loco altare ſignificat po-
2 pulum iudaicum. ¶ Codex † verò Euangelij ſi-
ue euangelium, populum gentilem, qui per
Euangelium crediderit: ideò ergo Epiſcopus
vel ſacerdos euāgelium, & altare oſculatur:
quia Chriſtus vtrique dedit pacem, quando
lapis angularis factus fecit vtraque vnum.
Poteſt etiam dici, quòd ſubdiaconus librum
Euangelij, qui clauſus portabatur, offert Epi-
ſcopo, vel ſacerdoti: ille verò ad altare per-
ueniens, illum aperit, ad inſinuandum illud,
quod in apocalyp. deſcribitur, quòd nemo di-
gnus eſt aperire librum, qui intus erat ſcri- Ephe.2
ptus: & foris ſigillis ſeptem ſignatus: niſi leo Apoca.5
de tribu Iuda, clauis Dauid: qui librum ape-
ruit, & ſeptem eius ſignacula ſoluit. Per alta-
re verò Eccleſia ſignatur:iuxta illud Exod. Si Exo.20
altare lapideum feceris mihi, non ædificabis
illud de ſectis lapidibus. Per ſectionem lapi-
dum,



dum, in altari, diuiſionem filiorum reprobat
Eccleſia:ne videlicet per errores & ſchiſma-
ta diuidantur. Liber ergo aperitur, cum Epi-
ſcopus ad altare peruenit:quoniam vbi Chri-
ſtus primitiuam Apoſtolorum congregauit
Eccleſiam:docens & prędicans ſcripturę my-
Luc.8 ſteria reuelauit, dicens: Vobis datum eſt noſ-
ſe myſterium regni Dei:cęteris autem in pa-
rabolis. Vnde poſt reſurrectionem aperuit il-
lis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Rectius
Luc.24 igitur facit Epiſcopus cum ipſemet aperit li-
brum Euangeliorum: licet & Chriſtus per
miniſtros ſuos patefecerit myſteria ſcriptu-
rarum. Libro verò aperto illum oſculatur à
parte ſiniſtra ad deſignandum, quòd prædi-
catores reconciliauerunt & obtulerunt gen-
Io.14 tes Chriſto:quibus ipſe per ſe nō prædicauit:
licet & ipſe per ſe pacē in Euāgelio prædica-
uerit dicēs: Pacē meā do vobis &c. Quia verò
Eph.2 ipſe etiā in cruce pendēs pacē fecit, ideò mox
trāſiturus ad dextrū cornu altaris, ſignat ſe ſi-
gno crucis: quia vt ait Apoſtolus ad Ephe.
Chriſtus pax noſtra vtraq; fecit vnū: duos ac
diuerſos parietes, id eſt, populos copulās. Poſt
hoc codex Euāgelij ſup altare clauſus poni-
tur, qđ quantū ad hoc ſignificat Hieruſalim,
3 ꝓut ſub euāgelio dicetur. ¶ Deinde † Roma-
nus Pōtifex (& etiā alij quidā) cōuerſus oſcu-
Pſal.71 latur diaconū: vt oſtēdat pacē illā in aduentu
Chriſti veniſſe, quā prophetæ promiſerāt. vñ
Dauid orietur:in diebus eius iuſtitia, & abun-
dantia pacis, donec &c. Et alius propheta: Pax
erit in terra noſtra, cum venerit. Et ideò
Luc.2 Chriſto naſcente, vox intonuit Angelorum:
Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.
¶ Oſculum enim quandoque pacem ſignifi-
cat: prout dicetur ſub ti. de oſculo pacis. Dia-
conus verò ſtatim ſe inclinans oſculatur pe-
ctus eius: deſignans quòd inſpiratione diuina
Io.13 prophetæ pacem prędixere futuram. Nam &
Ioannes ſuper pectus Domini recumbens
Euangelij fluenta de ipſo ſacro dominici pe-
ctoris fonte potauit. xciij. diſtinct. legimus. In
4 † nonnullis verò Eccleſijs Epiſcopus pri-
mùm oſculatur miniſtros, poſteà altare: de-
inde Euangelium, quoniam Chriſtus primùm
reconciliauit ſibi Apoſtolos: poſteà Iudæos:
deinde Gentiles. In quibuſdam etiam locis
offert oſculum pacis cantoribus: quaſi re-
trorſum implens illud: pacem meam do vo-
bis: pacem relinquo vobis. Dat quidem præ-
Io.14 ſentibus: relinquit abſentibus: nec ante oſcu-
lum pacis cantores dicunt, Gloria patri: quia
fides trinitatis non antè claruit, quàm ſe Do-
minus inclinauit, & nos reconciliauit, & trini-
tatem per Apoſtolos prædicari mandauit. Et
ideò oſculo dato Epiſcopus innuit eis vt di-
cant: Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto: ſi- Luc.1
cut erat in principio. Ecce quid cantor an-
nuntiat: ſcilicet quòd corda patrum conuer-
tantur in filios. Abraam tres vidit, & vnum
adorauit. Sic oportet nos filio eius credere,
trinitatem in vnitate. ¶ Poſt datam ergo pa-
cem cantor dat ſanctè trinitati gloriam, quaſi
diceret referimus gloriam Deo patri & filio
& ſpiritui ſancto: quia pacē quā prophetauit
per ſanctos ſuos prophetas, nobis in nouiſsi-
mis temporibus dignatus eſt oſtendere.
Quando verò dicit: ſicut erat in principio:
diaconi ad altare procedunt: & iterum reuer-
tuntur ad Epiſcopum: in quo figuratur, quòd
ideò Apoſtoli ſe morti tradiderunt, vt Chriſti
corpori adunarentur. Prius autem ſteterunt
cum Epiſcopo ante altare inclinati: ſed cum
verſus ipſe incipitur, ſe erigunt, quod chorus
ſanctorum martyrum ante nouiſsimam tri-
bulationem in conualle lacrymarum ma-
neret. Poſteà verò martyrio coronati erecti
ſtabunt liberati, & ſecuri ante Dominum
ſemper. Oſculo autem dato, rurſus diaconi
Pontificē orant, quaſi dicant: Domine doce
5 nos orare. In quibuſdam † etiam Eccleſijs
diaconi bini & bini latera altaris intrinſecus
ſiue alternatim oſculantur: eò quòd dominus
Apoſtolos binos miſit ad prædicandum, di-
cens eis: In quancunque domum intraueritis, Luc.10
dicite: pax huic domui: qui reuerſi ſunt ad
Chriſtum ſicut diaconi reuertuntur ad Epm.

SVMMA.

1 Turificatio quid ſignificet. & numero 4.
2 Turibuli, forma, & ſubſtantia.
3 Vniones in Chriſto treis.
5 Altare cur incenſetur.
6 Sother, Papa.

## De Turificatione. CAP. X.

1 POſt datū † oſculū, Eps ſeu ſacer
dos accipiens de manu diaconi
turibulū ſacrū incenſat altare:
quia Chriſtus corpus aſſumēs,
de gñe ꝓphetarū, factus ex ſe-
mine Dauid, ſecūdū carnē ſuis oratiōibus fo-
uet Eccl. ſecūdū qđ orat in Euāg. pater ſancte Ro.1
ego pro eis rogo:& nō pro eis tantū: ſed pro
illis,

illis, qui credituri ſunt per verbum eorum.
Quòd autem diaconus poſteà turibulum
Io.17. accipit, vt incenſet Epiſcopum vel ſacerdo-
tè, moraliter inſtruit, quòd ſi dignè volumus
incenſum orationis offerre, turibulum incar-
nationis debemus tenere: nam ſine fide me-
diatoris, homines Deo placere non poſſunt:
ſed iuxta verbum promiſsionis ipſius, ſi quid
petierint in oratione, credentes, accipient.
¶ Per turibulum enim verbum accipitur in-
2 carnatum. Nam ſicut † in turibulo pars ſupe-
rior, & inferior tribus catenulis vniuntur: ita
3 in Chriſto tres ſunt † vniones, quibus diuini-
tas & humanitas vniuntur: vnio carnis ad
animam: vnio humanitatis ad carnem: vnio
diuinitatis ad animam. Quidam enim quar-
tam vnionem aſsignant, videlicet diuinitatis
ad compoſitum ſimul ex anima, & carne: vn-
de & quædam turibula quatuor catenulas
habent. De hoc etiam turibulo Moſes inquit
Nu.16 ſpecialiter ad Aaron: Tolle turibulum, &
hauſto igne de altari, mitte incenſum deſu-
per. Eſt & alia in turibulo conſideratio, prout
in tit. de acceſſu pon. ad al. tactum eſt. ¶ Rur-
4 ſus † ideò turificato altari, Epiſcopus vel ſa-
cerdos turificatur, ad ſignificandum quòd ſi-
cut Chriſtus eſt altare & hoſtia: ſic eſt Pon-
tifex & ſacerdos: cui eſt orationis ſacrificium
offerendum: quia verò adoratur non ſolùm
inquantum Deus: ſed etiam inquantum ho-
mo: ideò in quibuſdam eccleſijs pontifice tu-
Pſal.25 rificato, altare à diacono circuncirca turifica-
Col.2 tur: vnde pſalmus: Circundabo altare tuum
Apo.8 domine. Sanè turibulum aureum, ſignificat
ſapientiam: quia omnes theſauri ſapientiæ
Dei in eo fuerunt abſconditi. Vnde ſtetit An-
gelus iuxta altare, habens turibulum au-
reū, & data ſunt illi incēſa, id eſt, Chriſti reſur
gens carnem habuit in poteſtate. Argentum
ſignificat Chriſti carnem ab omni labe mun-
dam & mundicia renitentem: cupreum, fragi-
lem, & mortalem, ferreum reſurgentis forti-
tudinem. Si quatuor habet catenulas, demon-
ſtrat eum ex quatuor elementis conſtare, vel
quatuor virtutibus, ſcilicet iuſtitia, prudentia,
fortitudine, & temperantia decorari. Quinta,
quæ partes diuidit, animam deſignat, quæ ſe
in morte à carne illo triduo ſeparauit. Si verò
tres habet catenulas, figurat animam car-
nem, & verbum in vna conuenire perſona.
Quarta, quæ partes ſeparat, poteſtas eſt, qua
animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis. Si vna
tantùm catenula ſuſtentatur, deſignat quòd
ſolus de virgine generatur: quódque ſolus eſt
inter mortuos liber. Circulus, cui hæc omnia
innectuntur, eſt deitas, quæ nullo termino
clauditur, à qua hæc omnia continentur, &
5 operantur. Preter myſticam † etiam rationem
ob hoc incenſatur altare, vt omnis ab eo ne-
quitia dæmonum propellatur. Fumus enim
incenſi valere creditur ad dæmones effu-
gandos. Vnde cum Thobias interrogaſſet Tho.6
Angelum quot remedia haberent ea, quæ de
piſce iuſſerat obſeruari: Reſpondit, cordis
eius particulam, ſi ſuper carbones ponas: fu-
mus eius omne demoniorum genus extricat.
6 ¶ Sother † Papa. xxiij. diſt. ſacratas. ſtatuit ne-
moniales incenſum circa altaria ferant.

SVMMA.

1 Sacerdos qualiter ſe diſponere debet initio Miſſæ.
2 Sacerdos, initio Miſſæ cur ad dextram altaris partem primùm deflectat.
3 Epiſcopi & ſuperiores Miſſam auſpicantur, remoti ad altari, ad dextrum latus vergentes. Et quibus id de cauſis. numero 4.5.6.7.
8 Anacletus Papa, item, Lucius, ſtatuerunt miniſtros plures Epiſcopo celebranti. Et quibus cauſis ducti.
9 Puluinar Miſſale, quid notet.

## *Qualiter Epiſcopus uel ſacerdos, & miniſtri ad altare ſtare debent.*

CAP. XI.

1 TVrificatione † peracta, Epiſco-
pus vel ſacerdos ad dextram
altaris partem ſe transfert: ibi
vnà cum miniſtris planè offi-
cium, & κύριε ἐλέησον. dicit,
qui tranſitus de medio altare in dextram par-
tem, ſignificat Chriſti tranſitum de paſsione
per reſurrectionem ad vitam æternam. Item
à læua tranſiens in dextram imitatur Chri-
ſtum ingredientem mundum: læuam enim
tetigit Chriſtus quando temporalem aſſum-
pſit vitam: ad dextram iuit, quando carnem
aſſumptam ad Dei dexteram eleuauit. ¶ Rur-
2 ſus per hoc, quòd † accedens ad altare prius
dexteram illius partem petit, innuit quod
Emanuel in lege promiſſus prius venit ad
Iudæos quàm ad gentiles. Iudæi enim tunc
propter legem in dextra parte fuerunt: gen-
tiles



tiles verò quaſi in ſiniſtra: quia idola cole-
bant. Sacerdos ergo ſacris veſtibus ornatus,
Chriſtum carne noſtræ humanitatis veſtitū
ſignificat: veniens ad altare, Chriſtū de cœlis
veniſſe ad populū, vt eum ſaluaret deſignat:
deinde in dextram tranſiens, deſignat quòd
Chriſtus in mundū veniens, venit ad Iudæos,
de quibus voluit naſci. Beata enim Maria, iu-
dæa fuit: de hoc tranſitu dicetur ſub tit. de
mutationem ſacerdotis & ordine. Et nota,
quòd licet Domino Papæ celebrāti vel miſ-
ſam audienti, legatur à capellanis ſuis introi-
tus & κύριε ἐλ. & gloria in excelſis, & credo,
& ſanctus, & agnus Dei: non tamen graduale
vel allelu Ia, vel tractus, vel offertoriū, vel
poſtcommunio: pro eo, quòd illa inſtructo-
ria ſunt & introductoria quibus ipſe non
eget. Illud autem notandum eſt, quòd ſacer-
dos ſtat erectus ante altare, ad notandum,
quòd Chriſtus venit ſuos regere inuincibili
doctrina: & reſpicit verſus orientem, quia
Chriſtus non ſuam, ſed patris voluntatem
quæſiuit: nec reſpicit retrorſum: tum quia
Ioan.8 Chriſtus ſemper patris faciem intuetur: iuxta
Luc.9 illud: Scio vnde venio, & quò vado, tum quia
Exod.38 nemo mittens manum ad aratrum, & reſpi-
ciēs retro. a. eſt. r. Dei extrà de voto. magnæ.
imò ad populum dorſum vertit repræſentās,
quod Dominus ait ad Moſen: Videbis poſte-
riora mea: faciem autem meam videre non
3 poteris. Exo. xxxiij. c. ¶ † Epiſcopi tamē & ſu-
periores, celebrantes non ante altare, ſed re-
moti ab illo ad dextrū eius latus vſq; poſt di-
ctum offertorium manent: quod fit primò ad
repræſentandum quòd ex latere Chriſti qui
per altare ſignificatur, initium noſtræ redem
4 ptionis fuit. ¶ † Secundò fit hoc, nō ſolùm ad
maiorem ſolennitatem, vt per hoc à minori-
bus ſacerdotibus decernantur. Verumetiam
fit hoc, quia ipſi in miſſa repræſentant non
ſolùm Chriſti dignitatem, & excellentiam,
aut eius oblationem: verumetiam humilita-
tem & obedientiam in ipſa ſui oblatione &
conſecratione. Siquidem Chriſtus quantum
ad ſui dignitatem, eſt patri æqualis, & ſedet
à dextris Dei patris: prout in ſymbolo legi-
tur: quod repræſentat prælatus, ſtans ante
oblationem, ad dextrum latus altaris. In ſui
verò oblatione, Chriſtus pro nobis factus
eſt hoſtia: & ideò prælatus eius vices gerens,
extunc ipſi altari, quod aram Crucis inſinuat,
5 debet totaliter inhærere. ¶ † Tertiò, quoniā
prælatorum actus eſſe debent incitamento
ſubditis ad doctrinam: ideò vſq; tunc manet
ab altari ſeparatus, & extunc manus lauandū
& turificandum & ſacrificandum ad altare
accedit vt oſtendat quæcunq; in miſſa præ-
cedunt ſolennitates, & laudes eſſe: de conſe.
diſt. ij. panis eſt. Sed tunc deinde ad eſſentia-
lia ſeu ſubſtātialia peragēda accedit. ¶ Quar
6 tò, in † hoc repræſentat, quòd legalis ponti-
fex intrans in ſancta ſanctorum, carbones fe-
rebat, & ſanguinem, prout tactum eſt in
7 procemio huius partis. ¶ † Quintò fit hoc ad Pſal.109
repræſentandum quod ait propheta: Dixit
Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.
Donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pe-
dum tuorum. Sacerdos quidem Chriſtum
repræſentans, ſedet à dextris altaris Deum
patrem in hoc loco ſignantis, donec ad con-
ſecrandum hoſtiam accedat: per quam fra-
cta ſunt tartara: & inimici dæmones deuicti,
& quaſi ſcabellum pedum poſiti. Miniſtri ve
rò, ſcilicet diaconus, & ſubdiaconus, retro
illum ad altare ſtantes, qui tamen inuenien-
do præceſſerunt: ſignantes martyres, qui in
veteri teſtamento fuerunt, poſt domini nati-
uitatem dignè coronantur: & ad quamcunq;
altaris partem ille tranſierit, ipſum retro
ſtantes ſequuntur: vt oſtendat impletū eſſe,
quod Dominus admonuit, dicens: qui mihi Ioan.12
miniſtrat, me ſequatur: & vbi ego ſum &c.
Intendentes ſemper atq; ſolicitè in illum, ad
notandum, quòd fideles, quanuis adhuc in
hac vita poſiti, tamen æternitati Chriſti ſem
per intendunt. ¶ In quibuſdam etiam Ec-
cleſijs illo ſe vertente, ad populum illi ſimi-
liter ſe vertunt: & illo ſe conuertente ad
altare, ſe ſimiliter cōuertunt. Nam Chriſtus
ab oratione ad prædicationem: aliquando
verò econuerſò, dum viueret, ſe conuertit:
quod deſignat verſio ad populum, & con-
uerſio ad altare. In quo quidem imitandus
eſt à prædicatoribus qui per miniſtros ipſos
8 congruè deſignantur. ¶ Anacletus † Papa de
conſe. diſt. j. epiſcopus. ſtatuit quòd epiſcopus
Deo ſacrificans, ſecum teſtes habeat diaco-
nos, qui oculi eius dicuntur, & ſubdiaconos,
reliquóſq; miniſtros: qui ſacris induti veſti-
bus in fronte, id eſt ante & à tergo: & presby
ter à regione, id eſt, à parte dextera, læuáq;,
contrito corde, humiliato ſpiritu, ac prono
ſtent vultu, cuſtodientes eum à maliuolis
hominibus, & conſenſum præſtantes ſacrifi-

tio.Et ſecundum Lucium Papam de conſe.
diſt.j. iubemus.eum non deſerant, quia pro-
pter maliuolos oportet illum habere bonũ
teſtimonium ab his, qui foris ſunt.ſtatutum
eſt etiam, vt celebrãs miſſam habeat à tergo
vicini ſolaminis adiutorem.prout dictũ eſt in
proœmio huius partis.Et ideò in quibuſdam
Eccleſijs aliqui diaconi ſtant poſt epiſcopũ,
quaſi orãtes, vt eum ſequãtur vſque ad mor-
tem, & cum eo tranſeant ad vitam æternam.
Maior tamen pars in dextera parte moratur 2
altaris & minor in ſiniſtra:quia vtrunque pe-
tit Eccleſia, ſcilicet & temporalem benedi-
ctionem, & æternã: vt ibi ſic tranſeamus per
bona temporalia, vt non amittamus æterna.
¶ Cæterùm, dicti miniſtri retrò ſtantes incli- 3
nati ante facies ſuas, vſq; in finem dominicæ
orationis perſeuerant:ſignificantes illos Apo
ſtolos, qui in paſsione Domini magna tribu-
latione oppreſsi, non audebant ſe erigere, vt
Chriſti diſcipulos ſe eſſe confiterentur. Sta-
bant tamen in facie fidei:ſed poſteà erigun-
tur, ſicut dicetur ſub ij. particula canonis ſu-
per verbo:nobis quoq;:ſignantes etiam cho
rum ſanctorum martyrum in conualle la-
crymarum ante nouiſsimam tribulationem
manentiũ poſteà eriguntur: quia illi poſteà
martyrio coronati ſtãt erecti, id eſt, ab omni
tribulatione liberati. Adhuc ſtantes facie in-
clinati, ſignant mulieres, quæ de cœnaculo
ad monumentum vultibus declinatis, curre-
bant in Chriſti amore ardentes.¶Sanè ſacer
9 dos † miniſter inter moras puluinar molle
miſſali ſupponit, ad notandum, quòd deuotũ
& molle cor & quod facile diuinam impreſ-
ſionem recipiat, ſupponi debet iugo Domini
& cœleſtium præceptorum.Iuxta illud ſapiẽ
tis: Suſcipiat verba mea cor tuum &c. vt in
eo ſpiritus Domini requieſcat.De hoc etiam
ſub euangelio dicetur.

SVMMA.

2 Κύρι ἐλέησον, quid ſignificet.Et cur nouies
dicatur.num.2.
3 Peccatum, in quotuplici ſit differentia.

## De Κύριε, ἐλέησον. CAP. XII.

1 TRanſlato in† dextram altaris
partem epiſcopo ſeu ſacerdo-
te:deinde quia tempus pleni-
tudinis, & agnus benignitatis
Pſal. 91 aduenit, ſicut prædictum fuit
à Pſal. Tu exurgens Domine miſereberis
Sion:quia venit tempus miſerendi eius.con-
gruè chorus laudat & inuocat trinitatem tri
plicando Κύρι, ἐλέησον. Ideò autem poſt in-
troitum, dicitur Κύρι, ἐλέησον, quia ante omnẽ
orationem ſacerdotum neceſſe eſt miſericor
diam Domini implorare. Siquidem Κύρι,
ἐλέησον, Græcè interpretatur Domine miſe-
rere.Nam Κύρι, ſonat Domine: ἐλέησον, miſe
rere.& inde Χριστὲ, ἐλέησον, id eſt, Chriſte, mi-
ſerere. Vnde propheta:miſerere: nobis: te Eſa. 33
2 enim expectamus.¶ Dicitur† autem nouies:
primò, vt ordo humanus ex hominibus repa
ratus, nouem aſſocietur ordinibus angelorũ.
Secundò, vt Eccleſia perueniat ad ſocietatem
nouem ordinum angelorum. Tertiò, contra
3 nouem genera peccatorum.Eſt† enim pecca
torum originale, veniale, & mortale.Item
peccatum cogitationis, locutionis, & perpe-
trationis.Item peccatũ fragilitatis, ſimplici-
tatis:& malignitatis:fragilitatis per impotẽ-
tiam:ſimplicitatis, per ignorantiam:maligni-
tatis.per inuidiam. Hoc eſt peccatum in pa-
trem: peccatũ in filium:peccatũ in ſpiritum
ſanctum. Adhuc ideò dicitur ter ad patrem,
Κύρι, ἐλέησον, ad filium autem, ter, Χριστὲ ἐλέη-
σον. & ter ad ſpiritum ſanctũ, Κύρι, ἐλέησον,
ſed ad patrẽ & ſpiritum ſanctum ſub eodem
tantùm vocabulo:quia pater & ſpiritus ſan-
ctus ſunt eiuſdem tantùm naturæ.ad filium
verò ſub alio:quia filius & ſi ſit eiuſdem na-
turæ cum illis: eſt tamen & alterius, vt ge-
minæ gigas ſubſtantiæ.Propterea, ideò dicit
ter quatum ad patrem:ter quantũ ad filium:
ter quantũ ad ſpiritũ ſanctũ:vt notetur pater
in filio, & filius in patre:& ſpiritus ſanctus in
vtroq;.De hoc dicetur in quinta parte ſub ti.
de prima:ſed in medio mutatur Κύρι, in Χρι-
στὲ, vt notetur duas eſſet naturas in Chriſto,
¶Rurſus Κύρι, ἐλέη.ter triplicatum:ſignificat
preces patrũ veteris teſtamenti multiplica-
tas: ad hoc vt gratia ſummæ trinitatis per
aduentum Chriſti eos conſociaret nouem
4 agminibus angelorũ.¶Eſt† autẽ magna iſto-
rũ verborũ efficacia. Legitur enim quòd dũ
beatus Baſilius Κύρι ἐλέησον, clamaſſet, portæ
Ticinæ ſiue Papiẽ. Eccleſiæ ſunt apertæ.
¶ Rurſus beatus Geminianus Κύρι ἐλέη. cla-
mãte: quinq; reges conuerſi dicuntur in fu-
gam:vnde fortè ſignificat aliud, quàm Do-
mine, miſerere.quod tamen nos ignoramus.
¶In quibuſdam Eccleſijs ſtatim poſt vltimũ
Κύρι ἐλ. ſubijciunt ἡμᾶς.quod verbum græcũ
ſonat



ſonat latinè nobis.Et ſenſus eſt, Κύριε ἐλέησον
ἡμᾶς, id eſt potentia diuina miſerere nobis.
beatus Grego. inſtituit Κύρι ἐλ. nouies, & à
clero tantùm publicè in miſſa cantari: quod
prius apud græcos ſimul à clero, & populo
cantabatur.Silueſter verò Papa illud de græ
cis aſſumpſit.

SVMMA.

1 Gloria in excelſis, hymnus, à quo, & quo
loco dicatur.Et eius hymni excellentia.
numero 3.
2 Chriſtus diſſoluit triplicem, inimicitiam,
quæ interceſſerat ante ſuum aduentum.
4 Hilarius Pictauien. quid addiderit, ad
hymnum, Gloria in excelſis.
5 Simacus Papa.
6 Innocentius tertius, quid ſtatuerit in rem
ſacram.
7 Bethlemitani Epiſcopi priuigelium.

## De, Gloria in excelſis. CAP. XIII.

DIcto Κύριε ἐλ. mox ſacerdos vel
pontifex ex inſtitutione The
1 leſphori Papæ in choat † hy-
mnũ: Gloria in excelſis Deo:
quem angeli auditi ſunt de-
cantare:ſicut legitur in euangelio Lucæ: qui
angelorum hymnus perhibet teſtimonium
temporali Chriſti natiuitati. Sanè ſecerdos
primus & ſolus illum inchoando pronũtiat,
qui angelũ magni cõcilij repræſentat. Nam
ortũ ſaluatoris ſolus angelus, cuius perſonã
Luc. 2 ipſe gerit, primò nuntiauit:vnde Lucæ: Ecce
euangelizo vobis gaudiũ magnũ, quod erit
omni populo:quia hodie natus eſt &c.& illũ
inchoando ſtat ante mediũ altaris, in hoc cõ
memorans, quòd dum mediũ ſilentiũ tenerẽt
omnia, natus eſt in medio, id eſt, pro homini-
Sap. 18 bus Meſsias, quem prophetæ prædixerant:
repræſentans etiam, quòd angelus Chriſti na
tiuitatem paſtoribus annuntians ſtetit in me-
dio eorum, & incipiens eleuat manus propter
cauſas ſcriptas in ſeq. ti. ad fi.Item incipiens
vertit ſe ad orientem: tum quia angelus ab
oriente venit in Bethleẽ:tum quia ad orien-
tem Dominum adorare ſolemus.Tertiò in-
choans ſtat ante medium altaris, ad notan-
dum, quòd Chriſtus mediator fuit inter nos
& Deum. x. diſtin. quoniam per cuius me-
diationem Deo pacificati ſumus. Chorus
verò concinnẽdo reſpondẽs, gerit perſonam
multitudinis, de qua in euangelio ſequitur.
Subitò fact eſt cum angelo multitudo cœ. Lucæ 2
mi.lau.de.& diſt.gloria in altiſsimis Deo, &
in terra pax hominibus bo. vo. &c. de conſe.
diſt.j.nocte.¶Hymnus autem iſte non tantũ
eſt angelorũ, ſed etiam hominum congratu-
lantiũ:ex eo quòd mulier illa quę dragmam
perdiderat decimam, iam lucernam accen-
derat, vt dragmam perditam inueniret, & pa- Luc. 15
ſtor dimiſsis nonagintanouẽ ouibus in de-
ſerto iam venerat, vt quæreret centeſimam
ouem amiſſam.¶Ante natiuitatẽ enim Chri
2 ſti tres erant inimicitiarum† parietes:primus
inter Deum & homines:Secũdus, inter ange-
lum & hominem. Tertius, inter hominem &
hominem. Homo nanq; per inobedientiam
creatorem offenderat, & per ſuum caſum
reſtaurationem angelorũ impediuerat: atq;
per varios ritus ſe ab homine ſeparauerat.
Iudęus nanq; cęremonias excolebat:gentilis
idolatriam exercebat:ſed veniẽs pax noſtra,
fecit vtraq; vnum, & huiuſmodi parietes de-
ſtruxit:Abſtulit enim peccatum, & reconci-
liauit hominem Deo:reparauit caſum, & re-
conciliauit hominem angelo: deſtruxit va-
rios ritus:& reconciliauit hominem homini.
Reſtaurauit ergo, ſecundum Apoſtolum, quę
in cœlis, & quæ in terris ſunt, & ob hoc illa
cœleſtis militiæ multitudo pſallebat:Gloria Ephe. 2
in excelſis Deo:id eſt angelis, qui nũquam Ephe. 1
peccauerunt, nec diſcordiam cum Deo ha- Luc. 2
buerunt. Et in terra pax à Chriſto facta ho-
minibus, videlicet Iudæis, & gentilibus bonę
voluntatis: qui vſque ad Chriſti natiuitatem
propter peccata ſua cum Deo & cum ange-
lis diſcordiã habuerũt.Hinc etiam eſt, quòd
angelus loquitur, & congaudet paſtoribus:
quia pax eſt inter angelos & homines refor-
mata:naſcitur Deus homo:quia pax eſt inter
Deum & hominem reſtaurata: naſcitur in
præſepio bouis & aſini:quia pax eſt inter ho
mines & homines reparata. Per bouẽ enim Deut. 22
iudaicus, per aſinum, gentilis populus figu- Eſa. 1
ratur:ſecundum illud:non arabis in boue, &
aſino:iudæo ſcilicet & gentili. xvj. q. vij. in
noua. Et iterum: cognouit bos poſſeſſo-
rem ſuum: & aſinus præſepe Domini ſui.
3 ¶ Ideò ergo † canitur hymnus iſte: quia
quem venerantur angeli in cœlis, homines
venerantur in terris. Per hoc quòd dicitur

 Gloria

Gloria in excelſis &c. repræſentatur mœſti-
tia antiquorum patrum ex tœdio expectandi
incarnationẽ Domini. Eſa. xxviij. Expectate
Deum &c. Et ideò etiam cantatur allelu Ia:
quia habebant ſpem liberationis: vnde Pſal.
Sperauerunt & liberaſti eos. In hoc quoque
hymno notatur ſpes Eccleſiæ, qua cum ange
lis ſperat ſe canere: vnde iam illorum canti-
Pſal. 21 cum aſſumit. Sequitur laudamus te. ſcilicet
inenarrabilia opera tua prędicando: quæ ver-
4 ba & ſequentia à beato† Hilario pictuauieñ.
aſſeruntur appoſita fuiſſe: & præcedentia ſo-
lùm antiquitus dicebantur in miſſa. Inno. ta-
men tertius dixit illa à Theleſphoro Papa
5 addita fuiſſe. Alij verò à Simaco Papa. ¶ †Si-
macus Papa conſtituit tam in dominica die
quàm in natalitijs martyrũ, Gloria in excelſis
ad miſſam cantari: quia ſanctos per domini-
cam reſurrectionem gloria angelorum ſo-
ciatos eſſe recolitur. Cantatur etiam in fe-
ſtis Apoſtolorum & confeſſorũ, in quorũ ho
norem quæcunq; Eccleſia dedicata eſt: & ge
neraliter in feſtis, quæ nobis cœleſtem ſolen
nitatẽ repræſentant. In diebus verò luctus &
ieiuniorum, non dicitur: præterquàm in duo-
bus ſabbatis ſpecialibus miniſterijs adorna-
tis. Iuxta illud: cantate Domino canticum
nouum, prout dictum eſt in procœmio huius
partis. Dictus quoque Theleſphorus Papa,
præcepit illum cãtari ad miſſam nocturnam
natalis domini, quam & ipſe inſtituit. Quidã
dicunt non eſſe cantandum in miſſa, niſi in
hora tertia: quia tunc ſpiritus ſanctus ſuper
Apoſtolos deſcendit & eos gloria & exulta-
6 tione repleuit. Inno. †tertius ſtatuit, vt quãdo
in diebus profeſtis celebratur in honorem
beatæ virginis, vel ſpiritus ſancti vel ſanctæ
Crucis: nec hymnus angelicus nec ſymbolũ
dicatur: nec etiam, Te Deũ laudamus in lau-
dibus matutinis: In aduentu verò vel in ſe-
ptuageſima non canitur prout ibi in ſeptima
parte, & ſub ti. de ſeptem diebus poſt paſcha
7 dicetur: Epiſcopus † tamen Bethleemitanus
ex abuſu omni die & omni miſſa & pro de-
functis, Gloria in excelſis decantat, pro eo,
quòd hymnus ille Luca teſtante, primò in
bethleemitana regione cantatus eſt.

SVMMA.

1 Dominus vobiſcum, ſalutatio, vnde ortũ
habuerit & vbi habeat locum. num. 2. Et
quomodo intelligatur. num. 4.
3 Orationes, flectamus genua, vel, humiliate
capita veſtra Deo, cur tantùm pręmittantur.
5 Reſponſio, & cum ſpiritu tuo, vnde orta.
6 Amen, reſponſio, quid ſignet. & quomodo
accipiatur.
7 Pax vobiſ. verſ. cur dicatur ab Epiſcopo in
miſſa.
8 Diaconus, quare ad horas, non dicat, Domi-
nus vobiſcum.
9 Populus in Miſſa ſalutatur ſeptem vicibus.
Et qua id potiſsimùm ſignificatione.
10 Sacerdos, quare quinq; vicibus ſe vertat ad
populum ſalutandum.
11 Sacerdos, cur ſemper voluat ſi ad dextram.

## De *ſalutatione ad populum.*

### CAP. XIIII.

ANgelico hymno finito, ſacer-
dos ad populum ſe voluens,
1 illum ſalutat, dicens: Dominus
† vobiſcum: quod ſumptum
eſt ex libro Ruth ij. Sic enim
legitur, Booz ſalutaſſe meſſores ſuos: & pro-
pheta in paralipomenôn Aſſa regem, & qui
cum eo erãt: & angelus ſalutans Gedeonem
dixit: Dominus tecum. Booz quidem figurã
Saluatoris expreſsit, qui Ruth Moabiten
duxit vxorem. Et hæc ſalutatio, ſignificat Ioan. 10
ſalutationem, quam Chriſtus fecit Apoſtolis
poſt reſurrectionem: de quo in quinta parte
2 ſub tit. de prima parte dicetur. In † omnibus
ergo miſſæ orationibus ſacerdos præmittit:
Dominus vobiſcum: niſi in orationibus quæ
pręcedunt prophetias, vel etiam orationes
ſuper populum in quadrageſima: & niſi in
orationibus, quæ immediatè ſequuntur poſt
primam orationem, & in illis, quæ dicuntur
in paraſceue: ſed tunc miſſa non dicitur, licet
ſacerdos communicet. Cùm enim per dictã
ſalutationem optetur Dominum eſſe cum
populo, qui eſt in eo per ſpiritum gratiæ ſe-
ptiformis: ideò Eccleſia ordinauit ſepties
tantùm in miſſa populum ſalutari, vt iam di-
cetur. Ideò in præmiſsis orationibus tantùm
3 dicitur. Præmittitur †tamẽ alijs exhortatio
ad humiliationem, per, flectamus genua: vel
per humiliate capita veſtra Deo. quia oratio,
quæ facienda eſt cum ieiunio ad magnum
ſpiritum eijciendum, tunc demũ valet, ſi cum
humilitate fiat. ¶ Rurſus in diebus ieiunio-
rum



4 rum† repræſentant Eccleſia tẽpus Babyloni
cæ captiuitatis. Meritò ergo ſacerdos tunc
populum vtpote abſentem non ſalutat: nec
ſe ad illum conuertit: ſed abſolutè incipiens,
oremus, inſinuat pro illo fore orandum: &
quia oratio debet fieri cum effectu, mox
ſubijcitur flectamus genua: vel humiliate ca
pita veſtra Deo. Repræſentat etiam tempus
dominicæ paſsionis, quod præcipuè poſt cœ-
nam cum diſcipulis factã incepit: quia ergo
tempore illo Dominus diſcipulos non ſalu-
tauit: ſed eos ad orandum pluries excitauit:
ideò ſacerdos tunc populum non ſalutat, ſed
ei orare inſinuat. Sed & quòd tempore illo
Chriſtus in oratione genua flexit: ideò mox
ad genua flectendum inuitat. Dixit autem,
flectamus genua, in perſona vniuerſitatis
omnium fidelium, quaſi omnium ſyndicus
ſeipſum includens, & ideò loquitur in prima
perſona, excitans ſe, & omnes ad orandum
humiliter, & deuotè: ſed mox ſubijcit ele-
uatio in perſona alterius, ſcilicet Chriſti cu-
ius typum gerit in officio miſſæ & tunc lo-
quitur in ſecũda perſona, & in diſsimili cãtu:
quaſi ipſe Chriſtus dicat: ſurgite, quoniam
veſtram humilitatem & deuotionem video:
& tũc vice omnium loquitur ſiue orat. Quid
ſignificent collectæ, quæ dicuntur poſt, fle-
ctamus. & poſt, humilitate dicetur in quarta
parte ſub quarta feria in capite ieiuniorum.
Alijs verò diebus Eccleſia tempus exulta-
tionis & plenitudinis, quæ præcipuè fuit poſt
Chriſti reſurrectionem repræſentat: & tunc
ſacerdos populum ſalutat repræſentans, vt
præmiſſum eſt, quòd Dominus poſt reſurre
ctionem diſcipulos ſalutauit. Sacerdos ergo
orationibus præmittit Dominus vobiſcum:
vt populum reddat attentum, quòd mẽs eius
ad Deum dirigatur, & ei per intentionẽ ſedu
lã coniungatur: & eſt ſenſus, Dominus vobi-
ſcum, id eſt, in vobis maneat, & vos præmio
vitæ æternæ remuneret, & petitionibus ve-
ſtris effectum tribuat ſeu gratiam Dei impe
5 tretis, perſeuerantes in illa. Chorus† verò &
populus reſpondent: & cum ſpiritu tuo: quod
ſumptum eſt ex Epiſtola ſecunda ad Timo.
vlt. vbi dicitur Dominus Ieſus Chriſtus cum
ſpiritu tuo. huiuſmodi etenim mutuæ ſalu-
tationes, notant quòd ſacerdotis & populi
vnus debet eſſe affectus: & eſt ſenſus: tu pro
nobis facturus es preces ad Dominũ: & quia
Dominus Deus preces illas tantùm appro-
bat, & exaudit, quæ ex bono corde procedũt;
oramus & nos ſimiliter pro te, vt ille ſine
quo nullum eſt bonum, ſit cum ſpiritu tuo:
vt qui tecum eſt in ore, ſit & in corde, & in te
maneat: & ſecundum hoc ceſſat hæſitatio
quærentium, quare populus reſpondet: & cũ
ſpiritu tuo: cum ſacerdos dicendo, Dominus
vobiſcũ optauerit dominũ eſſe cum illis: non
ſolum in ſpiritu verũ etiam in corpore: nam
& idipſum populus per hanc reſponſionem
optat, vt pręmiſſum eſt. Poteſt etiã dici, quòd
hac reſponſione populus ſe refert ſolum ad
actionem immolationis: ad quam ſacerdos
procedit: in qua per ſpiritum totaliter eleua-
tus, & ab omni terrenitate prorſus abſtra-
ctus eſſe debet. Poſtquã verò chorus reſpõ-
dit, ipſe ad altare reuoluet, ſcilicet ad orien-
tem, vt dicetur in procœmio v. partis, & quaſi
parũ de ſua bonitate confidens vniuerſalem
ad ſe colligit Eccleſiam dicens: quaſi omniũ
ſyndicus: oremus. q. d. orate omnes ſimul
mecum, vt quod poſtulamus, citius impetre-
mus: quoniã impoſsibile eſt multitudinem
nõ exaudiri: & ſic orationem dicit: dicendo
ergo oremus, hortatur alios ad orandũ: quia
& ipſe monuit Chriſtus diſcipulos orare di-
cens: orate, ne intretis in tentationẽ & poſteà
orat: qa poſteà Chriſtus orauit ipſe enim fe-
cit, & docuit: quod autẽ dicit oremus, ab anti Matt. 10
quis habemus, qui præmiſſo, oremus, ſubiun-
gebant cõmuniter orationẽ: dicit autẽ ore-
mus ſtãs ante mediũ altaris propter rationes
poſitas in principio præcedẽtis ti. oratio autẽ
quã dicit, ſignificat indulgentiã, quã Domi-
nus repromiſit, & deinde tranſit ad dextram
partẽ altaris, vt dicetur ſub ti. ſe. ¶ Oratione
6 finita † chorus reſpondet amẽ: quod eſt he-
braicũ verbũ. q. d. fiat nobis, ſicut oraſti: ſeu fe
liciter acta oratio tua. & eſt ſumptũ amẽ ex
Apoc. x. Amb. Exponit amen, id eſt, verũ eſt,
quòd ſermo ſonat, affectus ſentiat: de conſe.
diſt. ij. reuera. in fi. xxxviij. diſt. ſedulò. iij. q. v.
& hoc nomẽ quandoq; ponitur pro verè: vt
ibi: amẽ amẽ dico vobis, extrà de iureiuran.
& ſi Chriſtus. prout ſub ti. de oratione dice-
tur. Et nota, ꝙ pręmiſſa ſalutatio, ſcilicet do
minus vobiſcũ, ad minores & imperfectio-
res: & ſimplices pertinet ſacerdos epiſcopus,
vel eius ſuperior. qui perfectus eſſe debet, &
expreſſam Chriſti ſimilitudinẽ gerit vt ſe vi-
cariũ Chriſti oſtendat oraturus prima vice
vtitur verbo Domini dicentis Io. xx. pax vo-

7 bis:† quæ fuit prima vox Domini ad diſcipu-
los, quando eis poſt reſurrectionē apparuit:
quaſi diceret in præſenti detur vobis pax tē-
poris:& in futuro pax æternitatis. De vtraq;
Ioan.xiij.Pacē relinquo vobis: pacem meam
Gen.43 do vobis .Hoc etiā verbo vſus eſt diſpenſa-
tor Ioſeph ad fratres eius.Poſteà verò ad in-
ſtar cæterorū ſacerdotum, dicit Dominus vo
biſcum,vt ſe eſſe vnum ex ipſis oſtendat.xcv.
diſt.olim.& ca. ſeq.in fin. Et eſt aduertendū,
quòd tunc demū pax vobis dicitur, quando,
gloria in excelſis cātatur:& hoc ideo vt cor-
reſpōdeat ei, quod ibi dicitur:& in terra pax
hominibus &c. Præterea, hæc ſalutatio à
Chriſto tēpore gaudij & lætitiæ, ſcilicet re-
ſurrectionis ad diſcipulos facta illi cātico læ-
titiæ correſpōdere debet.Sunt etiam,qui di-
cunt,quòd potifex ſolēniter celebrās in die-
bus,quibus,gloria in excelſis,dicitur, repræ-
ſentat Chriſtū poſt reſurrectionē ſeu reſurre
ctionis gaudiū:quo tēpore ſæpe Chriſtus di-
cta ſalutatione ad diſcipulos vſus eſt:ideóq;
Chriſtū imitando primis diebus hoc dicit.In
miſsis verò,quas alijs diebus vel temporibus
dicit:vel etiā, quæ ab inferioribus dicuntur,
Chriſti paſsio figuratur & plāctus atq; affli-
ctio conformatur. Et ideò in illis pax vobis
nō dicitur:ne gaudiū cum dolore miſceatur.
Luc. 1 Poteſt etiā dici,quòd per Chriſtum facta eſt
pax inter Deū & hominem: & inter angelos
& homines:quod manifeſtauit angelus,quā-
do in Chriſti natiuitate cantauit: Gloria in
excelſis Deo:& in terra pax hominibus.Pacē
verò inter Deum & homines manifeſtauit
Chriſtus,quādo poſt reſurrectionē dixit Apo
ſtolis:pax vobis.hæc repræſentatur in miſſa.
Primū per quēlibet ſacerdotē, qui poteſt cā-
tare:Gloria in excelſis,angelū repræſentans.
Secundū,per epiſcopū, qui ſolus dicit,pax vo
bis:repræſentās Chriſtū qui in perſona Eccle
ſiæ dixit Apoſtolis:pax vobis .vtrūq; autem
dicit epiſcopus ſolēniter celebrans:qa vtrūq;
ſcilicet Chriſtum & angelum repræſentat.
Ioan. 20 Ipſe enim ſpecialior eſt Chriſti vicarius, quā
ſimplex ſacerdos:ideóq; cum omittit officiū
angeli, ſcilicet temporibus, quibus cantica
lætitiæ ſubticentur, ſcilicet Te Deum lauda
mus, & Gloria in excelſis: omittit ſimiliter
adhuc officiū Chriſti nō dicēs, pax vobis:ſed
Dominus vobiſcum: ſicut ſimplex ſacerdos.
Non enim per epiſcopum, qui repræſentat
Chriſtum,& angelū vna pax ſine altera nun-
tiatur.Idē etiam eſt in, Ite miſſa eſt.quod nō
8 dicit niſi Gloria in excelſis dicatur.¶ † Sanè
diaconus non dicit, Dominus vobiſcum per
horas:eò quòd nō ita gerit typū Chriſti qui
per Booz hac ſalutatione vſus eſt.ſicut ſacer
dos, qui ea in perſona Chriſti vtitur: legens
tamen euangeliū,hoc dicit: quia tunc vtitur
officio prædicatoris, & pronutiat doctrinam
ab ipſo Chriſto immediatè prolatam,& etiā
cereum paſchalem benedicēs:quia tūc Chri
ſti reſurrectionem repræſentat. Sunt tamen
quidā,qui dicūt,quòd in diuinis officijs, quæ
dicere tenētur,licitè poſſunt hoc dicere,cum
prohibitū non legatur:quibus generalis vſus
Eccleſiæ cōtradicit,vt ſe inferiores ſacerdoti
bus cognoſcant.¶Notandū autem eſt, quòd
9 ſeptem † vicibus populus ſalutatur in miſſa:
quatenus excluſis ſeptem vitijs capitalibus
ſuſcipiat gratiam ſeptiformem. Myſterium
enim miſſæ,ad ſeptē dona ſpiritus ſancti re-
fertur. ¶ Primò, in ipſo miſſæ exordio ante
collectā.¶Secūdò,ante euangeliū.¶ Tertiò,
poſt euangelium ſine dicto ſymbolo,ſcilicet
ante offertorium.¶ Quartò, ante præfatio-
nem,cum dicit ſacerdos:Per omnia ſecula ſe
culorum:& conſequenter Dominus vobiſcū.
¶ Quintò,ante pacis oſculum cum dicit:Pax
Domini ſit ſemper vobiſcum. ¶ Sextò, ante
primam poſtcommunionem. ¶ Septimò, fi-
nito finali poſt communionem vel orationē.
¶ In prima ſalutatione ſpiritus ſapiētiæ,intel
ligitur:quia ſapientia intrauit in hunc mun-
dum,vt ſaluaret nos.¶In ſecunda ſpiritus in-
tellectus:ideò enim prædicauit, vt doceret
nos.¶ In tertia ſpiritus conſilij:hoc enim ſe-
creto Dei conſilio ſe paſsioni obtulit, vt re-
dimeret nos.¶In quarta ſpiritus fortitudinis,
quia pendens in Cruce diabolum expugna-
uit,vt redimeret nos.¶ In quinta,ſpiritus ſciē
tiæ:quia reſurgens diſcipulos ſalutauit, & eis Ioan. 20
ſenſum aperuit, vt erudiant nos. ¶ In ſexta
ſpiritus pietatis: quia ſola pietate humanam
naturam ſuper aſtra leuauit,vt exaltaret nos.
¶In ſeptima,ſpiritus timoris:quia angeli tre
mebunt cùm venerit ad iudicium, vt glorifi-
cet nos.¶ Cæterùm, in qualibet ſalutatione
mutatur officium miſſæ:& de vno officio ad
aliud tranſitur:quare meritò ſalutatio præ-
mittitur.Cùm enim ad operarios nouiter in-
gredimur,eos ſalutare ſolemus:& ſecundum
hoc octo officia ſunt in miſſa.¶Rurſus ſalu-
tatur etiam in octaua,vt quidam volunt,ſci-
licet



licet poſt offertoriū ante ſecretelam. Nam
voluēs ſe ad populum dicturus: Orate fra-
10 tres &c.debet dicere ſub ſilentio: Dominus
vobiſcū.¶ Verùm licet eis † quos ſalutamus
faciem regulariter repræſentemus:tamen in
quinq; duntaxat ex præmiſsis ſalutationibus
ſacerdos ad populū ſe conuertit. Nam in illa
ſalutatione, quæ fit ante euangelium ſe non
conuertit:quia iam intentus eſt ad verba Dei
annuntianda:nec etiam in illa, quæ ante præ
fationem:quia iam intentus eſt ad ſacrificiū
altaris tractandū:nec etiā in illa,quę fit ante
pacis oſculum:quia iam tenet corpus Chriſti
in manibus, & habet cor ſurſum ad Deū. Et
omnino intentus eſt ad reuerenter illud tra-
Luc. 9 ctandum. Nemo enim mittens ad aratrum,
& reſpiciens retrò aptus eſt regno Dei.extrà
de vo.magnæ.¶Cæterū quinta,ad populum,
cum Dominus vobiſcum facta conuerſio, ſi-
gnificat quinq; apparitiones, quas Chriſtus
fecit diſcipulis ſuis in die reſurrectionis.¶Pri
ma fuit Mariæ Magdalenæ Ioā.xx. & Matt.
vlti.¶Secūnda eidem, & alijs mulieribus re-
deuntibus de ſepulcro,quādo dixit eis:auete.
Matth.vl.¶ Tertia,Petro.¶Quarta, duobus
diſcipulis euntibus in Emaūs.¶ Quinta,in do
mo decem diſcipulis abſente Thoma Ioan.
xx.Sed quia altera illarum manifeſta nō fuit:
Matt. 26 quando videlicet primò apparuit Mariæ Ma
gdalenæ:vel ſecundū alios, quando apparuit
Petro:quia neſcitur quando aut vbi:ideò ſa-
cerdos ante ſecretelam dicturus orate fra-
tres:prædicit ſub ſilentio Dominus vobiſcū:
ſed patenter dicit,orate &c.quia patenter di-
xit Apoſtolis:Orate,ne intretis in tentationē.
Fuerūt etiam & aliæ apparitiones de quibus
nil ad preſens.¶ Non eſt etiam omittendum
11 † quòd ſacerdos ſemper voluit ſe ad populū
ad dextram:& per eandem ſe ad altare reuol
uit, quaſi iſto facto dicens:Dextera Domini
fecit virtutē:dextera Domini exaltauit me:
dextera Domini fecit virtutem. ¶ Secundò,
ad deſignandum,quòd in ſepulcro dominico
Pſal.117 angelus à dextris ſedebat. Tertiò,vt per hoc
ſacerdos innuat, ſe rectam & obtentam ha-
bere intentionem pro ſe & pro populo, ad
cœleſtem patriā,quę per dextrā ſignificatur:
iuxta illud in canticis:Dextera eius amplexa
Cantic. 2 bitur me. Quartò quia verſus ſalutando po-
pulum,& conuerſus dicendo oremus:horta-
tur tam ſe, quàm populum ad orandum: &
oratio debet fieri pro æternis,quæ per dextrā
ſignificātur vnde Chriſtus ſedere dicitur, ad
dextrā patris meritò parte dextera fit vterq;: Mat. vlt.
gerit quippè ſacerdos typū Chriſti qui per-
fectus eſt in ſalutationibus, & orationibus,
quæ ad dextram fiūt. Verumtamen poſtquā
dixit,orate pro me fratres,&c. ſe reuoluit ad
ſiniſtram:iuxta Pſalm. Circuiui & immolaui Pſal. 26
in taber.eius ho.&c. præparans ſe ad immo-
landum, quendam circuitum facit:ſe igitur
conuertit tunc ad ſiniſtrā,quæ imperfectior
& infirmior eſt, ad notandum imperfectio-
nem cuiuſlibet ſacerdotis, præter Chriſtum.
Hinc eſt,quòd præmiſſa verba dicendo,obſe
crat tanquam imperfectus, & peccator, &
indigens aliorum auxilium impendi ſibi ab
alijs ſiue beneficiū orationis.Secundò quoq;,
reuoluitur tunc à ſiniſtra, vt per hoc ſignifi-
cet triſtitiam de paſsione Chriſti: ad quam
repræſentandam ſtatim intendit. Triſtitia
enim rectè per ſiniſtram ſignificātur: iuxta
illud Apoſtoli à dextris & à ſiniſtris per glo-
riam & ignobilitatem: per infamiam & bo-
nam famam. Debēt etiam fieri illæ volutio- 2.Cor. 7
nes, & reuolutiones, ante medium altaris: Eccle.15
iuxta illud,in medio Eccleſiæ aperuit os ſuū Can.3
&c.In quo & illud commemoratur, quod re
demptor noſter, iuxta Salomonem, corpus
ſuum media charitate conſtrauit propter fi-
lias Hieruſalem. Et attendite, quia quidam,
dicto Dominus vobiſcū, ab altare reuoluti,
dicunt oremus:ſtantes ante medium altaris,
per hoc inſinuantes ſe loco in manifeſto &
populo conuenienti orare, ſcilicet ante me-
dium altaris: quódq; populus debet de me-
dio cordis orationes ad Deū effundere. Alij
verò ad dextrum cornu altaris, vbi orationē
proferre debent,dicunt, oremus, vt ſic inter
inſinuationem & orationem nullum actum
alium interponant:& vt ibi præcedat orandi
inſinuatio vbi mox ſubſequi ipſa oratio:&
orantis populi eſſe debet intentio.

## SVMMA.

1 Oratio noſtra à Deo incipere, ab eodem terminari debet.
2 Orationes cui competat dicere.
3 Oratio habenda eſt breuibus.
4 Oratio, vnde dicatur .& vnde originem habuerit.
5 Orationum verba,qualiter intelligantur.
6 Oratio, cur principium à patre,finem verò à filio ſortiatur.

7 Ieſus, nomen eſt proprium.
8 Seculum, quid, & vnde dicatur.
9 Amen, reſpon. quid ſignificet.
10 Collectæ, quomodo terminentur. variè per diſcurſum.
11 Collecta cur nulla dirigatur ad ſpiritum ſanctum.
12 Orationes qualiter terminari debeant in exorciſmis.
13 Orationes, cur dicantur collectę,
14 Collectarũ quínam fuerint authores.
15 Orationes dicendæ in templo, quot numero.
16 Oratio vnica, in ſummis feſtis, dicitur. Et qua idipſum ratione.
17 Lateranenſis Eccleſia orationem dominicã dicit loco collectę, in Miſſa & horis.
18 Manus quo conſilio eleuentur in orationibus.

## De oratione ſeu collecta.

### CAP. XV.

1 SAlutatione prę[m]iſſa, ſubijciũ-
tur orationes: quia † enim
omnis noſtra oratio à Deo in-
choata, circulariter per ipſum
terminari debet: ideò miſſæ of
ficium incipit ab oratione, & terminatur in
gratiarum actione. ¶ Vnde vidẽdum eſt, quis
debet orationes dicere. Qualiter, & pro qui-
bus ſit orandum. Quid ſit oratio. Et quando.
Et vbi. Et verſus quam partem orationes di-
cendæ ſint. ¶ De mutatione ſacerdotis ab vna
parte altaris, ad alteram. Vnde orationes di-
cantur, & vnde originem habuerint. Qualiter
verba eorum intelligantur. Qualiter oratio-
nes terminentur. Quare vocentur collectæ.
Quæ & quot orationes, dicendæ ſunt, & de
inuentoribus earum. Quomodo pontifex vel
ſacerdos illas dicẽs, ſtare debet. ¶ Circa † pri-
2 mũ notandũ eſt, quòd ea quibus populus im-
mediatè ordinatur ad Deum, ſacerdotes tan
tũ dicũtur, qui ſunt mediatores inter Deum
& populum: quorũ quidam dicuntur publicè
ſpectantia ad totũ populũ, in cuius perſona
ipſe ſolus ea Deo proponit, ſicut ſunt oratio
nes & gratiarũ actiones: quidã priuatim, quæ
ad officiũ eius tantũ ſpectant, vt cõſecratio-
nes & huiuſmodi orationes, quas ipſe pro po
pulo facit: non tamẽ in perſona populi orãs:
& in omnibus præmittit Dominus vobiſcũ:
vt mẽs populi Deo cõiungatur: & quia popu
lus in his, quæ ad Deũ pertinent ſacerdotem
ducẽ habet: ideò in fine cuiuſlibet ſuæ oratio
nis populus cõſentit, reſpondens ame: vt iam
dicetur: propter quod & omnis oratio altè
terminatur, etiã ſi priuatim fiat. ¶ Sanè orãdũ
3 † eſt, breuibus verbis, non in multiloquio: vt
iã dicetur. xij. diſt omnia. xliij. diſt. ſit rector.
prope fin. Vnde & gręci parum & frequenter
orãt: ſed in lacrymis & in puritate cordis, nõ
in voce clamoſa: ſed in mentis intentione &
lacrymarũ cõpunctione: ſic in cõſpectu diui-
næ maieſtatis & angelorũ, oportet nos eſſe,
vt mens noſtra voci concordet: iuxta illud
pſalmiſt. Exaudiuit Dominus vocem fletus Pſal. 6
mei. Et iterũ: ſacrificium Deo ſpiritus contri Pſal. 50
bulatus &c. Debet etiam oratio eſſe deuota:
nam omniũ creatori cũ deuotione eſt ſuppli
candũ. Dum autẽ ſacerdos altè dicit oratio-
nem, alij nõ debent verbis orare: ſed illã ora
tionem attẽdere & ad eam reſpondere amẽ.
Pro quibus ſit orandũ, dicetur in ſexta parte
ſub ti. de paraſceue. ¶ Quid ſit oratio, & qua
hora, & vbi horę canonicæ dicendæ ſunt: &
verſus quam partem orandum eſt, dicetur in
proœmio v. partis. Quid ſignificet oratio,
quæ dicitur ante epiſtolam, dicetur ſub ti. de
ſeſsione epiſcopi. Sanè ſacerdos dum orat ad
dextram conſiſtit altaris, iuxta illud Exod. Exod. 30
Deprecabitur Aaron ſuper cornu altaris, & Abac. 3
placabit ſuper eum in generationibus ſuis: in
hoc illud ſignans, quod fuerat prophetatum
Deus ab auſtro veniet: Chriſtus enim Iudęos
docuit, ad quos à patre miſſus fuit: quia de-
xtra Iudæos, gentiles ſiniſtra figurat: & quo-
niam lætitia per dextram, triſtitia verò per
ſiniſtram deſignatur: idcirco ad dextram par-
tem altaris primùm accedit, vt gaudium do-
minicæ natiuitatis oſtendat. Deinde dicturus
euangelium, ad ſiniſtrã conuertitur, vt triſti
tiam paſsionis inſinuet. Sed iterum redit ad
dextram, vt gaudiũ reſurrectionis annũtiet.
de hoc aliter dicetur ſub ti. de mutatione ſa
cerdotis. Romanus verò pontifex oraturus,
ad ſedem poſt altare, vel alius epiſcopus ad
latus altaris aſcendit: & ſtans collectam pro
nuntiat quam in libro legit aperto, & deinde
ſedet: quia ſicut euangeliſta teſtatur: venit Luc. 4
Ieſus in Nazareth, vbi nutritus fuerat, & in-
trauit ſecundum conſuetudinem diei ſab-
bati, in ſynagôgam, & ſurrexit legere, &
traditus eſt ei liber Eſaiæ prophetæ, quẽ vt Eſa. 4
aperuit, inuenit locum, vbi ſcriptum erat:





Spiritus Domini ſuper me: propter quod vn-
xit me: & cum plicuiſſet librum, reddidit mi-
niſtro & ſedit. Rurſus Pontifex ad latus alta-
ris, vſque ad dictum offertorium moratur: vt
dictum eſt ſub titu. qualiter Epiſcopus vel
4 ſacerdos. ¶ † Sequitur videre vnde oratio di-
catur: & vnde orationes originem habue- 7
runt. Et quidem dicitur oratio, ab orando, eò
quòd per eam populo bona corporis, & ani-
mæ orando petuntur: Licet enim Dominus
ſciat, quibus egemus: orare tamen debemus,
prout dicetur ſub oratione Dominica: orat
enim ſacerdos, pro bonis, vt adſint, & pro
malis, vt abſint. Deſignantur autem oratio-
Apocal. 8 nes, in Apocalyp. per fumum aromatum, qui
Pſal. 39 aſcendit in conſpectu Domini de manu An-
Heb. 5 geli. Chriſtus enim verus homo, propter nos
paſsioni deditus: cuius illa vox eſt: holocau-
ſta etiam pro delicto non poſtulaſti, tunc di-
xi, ecce venio. ſemper pro nobis orabat: quia
ſecundum Apoſtolum: Exauditus eſt in o-
5 mnibus pro ſua reuerentia. ¶ † Qualiter ver-
ba orationum intelligenda ſint, videamus. Et
quidem, quod in quibuſdam codicibus conti-
netur: proſit huic, vel illi ſancto talis oratio
ad gloriam, & honorem: ſic intelligi debet,
quod ad hoc proſit, vt illi magis ac magis in-
fidelibus glorificentur: aut etiam honorentur 8
in terris: extrà, de celeb. miſ. cum Marthæ.
prope finem. Cùm enim ipſi ſint perfectè
beati, omnia eis in cœlis ad votum ſuccedũt:
vnde non egent noſtris orationibus: imò in-
iuriam facit martyri, qui orat pro martyre: li-
cet plerique reputent non indignum ſancto-
rum gloriam poſſe vſque in diem iudicij au-
gmentari: & ideò Eccleſiam interim rite pro
poſſe augmentationem glorificationis eo-
rum, optare. Quia autem poſt finem oratio- 9
nis ſubiungitur, per Dominum noſtrum Ie-
ſum Chriſtum: illud ſignificat, quod ipſe in
Ioan. 14 Euangelio dicit: Quicqud petieritis patrem
meum, in nomine meo, fiet vobis. Orat enim
ſacerdos ad Deum patrem, vt per filium
ſuum, qui Dominus noſter eſt æqualiter, ſi-
6 cut pater, oratio perficiatur. ¶ Hinc † enim
eſt, quòd omnis oratio generaliter ad patrem
dirigitur: & terminatur in nomine filij. Non
enim per aliã viã ad nos ęterna Dei beneficia
poſſunt decurrere, quàm per eum, qui eſt
mediator Dei & hominum, homo, Chriſtus
Ieſus. x. diſtinct. quoniam. ſicut per median-
tem cryſtallium mittitur ignis in eſcam ſu-
perpoſitam à ſole longinquo. Et ſumptum
eſt hoc de Epiſtola ad Romanos, vbi dicitur:
Gloriemur in Deo, per dominum noſtrum Roma. 5
Ieſum. nemo enim venit ad patrem, niſi per
me. Et ipſe alibi dicit: Si quid petieritis pa- Ioan. 14
trem, in nomine meo, dabit vobis. ¶ Et nota,
quòd † Ieſus, eſt proprium nomen: prout di-
ctum eſt in proœmio ſecundæ partis. Quod
verò ſequitur: qui tecum viuit & regnat in
vnitate ſpiritus ſancti &c. ita poteſt intel-
ligi, in vnitate ſpiritus ſancti: hoc eſt vnà cum
ſpiritu ſancto. nam pater, & filius, & ſpiritus
ſanctus, ſunt vnum. Vel in vnitate ſpiritus
ſancti: hoc eſt in ſpiritu ſancto: qui eſt vnitas
patris, & filij: & amor, & connexio vtriuſque.
Poſſunt etiam ſic exponi præmiſſa verba. per
Dominum noſtrum &c. vt ſit ſenſus: O pater
exaudi per filium tuum, qui hoc vult & po-
teſt: vult, quia viuit: poteſt, quia regnat: viuit
inquam, & regnat tecum in vnitate ſpiritus
ſancti. non quidem viuit & regnat, vt tyran-
nus ſpiritu iniquitatis: ſed viuit & regnat
Deus ſpiritu benignitatis. ¶ Quod verò ſe-
quitur: Per omnia ſecula ſeculorum: vel con-
ſecutiuè: vel antinomaticè intelligi poteſt.
Conſecutiuè, ſicut generationes generatio-
num: quaſi dicat: per omnia ſecula ſeculorum
ſibi inuicem ſuccedentium. † Dicuntur enim
ſecula, quia ſequuntur: nam alijs diſcenden-
tibus alia ſequuntur. Antinomaticè, ſicut can-
tica canticorum: & eſt ſenſus: ſicut ante o-
mnia ſecula filius cum patre in vnitate ſpiri-
tus ſancti, in deitate vixit, & fuit: ita & in pręr-
ſenti ſeculo, & in futuro: vbi iuſti cum ſanctis
Angelis permanebunt: & iniuſti cum diabolis
cruciabuntur: credatur æqualiter viuere cum
patre, & ſpiritu ſancto: & nullo fine concludi.
† Sequitur amen: quod verbum optantis vel
affirmantis, oſtendit affectum vel conſen-
ſum, vt præmiſſum eſt: Populus enim aſſen-
tiens voci ſacerdotis, qui dixit per omnia ſe-
cula ſeculorum: aſſentit, quòd ſeculum per
eum creatum eſt. Vnde in fine pſalmorum,
vbi nos dicimus, fiat fiat: hebræus dicit, amen
amen. Et Chriſtus in Euangelio ſæpe dicit
amen amen, id eſt, verum dico vobis. Reſpicit
ergo ad formam orationis, vt quod oratur,
optetur: vel ad modum concluſionis: vt
quod concluditur, affirmetur. verbi gratia:
cum ſacerdos orans dicit, Da nobis quæſu-
mus domine, ſalutem mentis & corporis: po-
pulus reſpondet, amen, id eſt, fiat: & cum ſa-

cerdos concludit : qui tecum viuit & regnat
in vnitate ſpiritus ſancti Deus per omnia ſe-
cula ſeculorum:populus affirmando reſpon-
det,amen,id eſt, verum eſt : vel amen, inter-
Apoc. vi. pretatur veritas : vt in Apocalyp. hoc dicit
amen,teſtis fidelis.de hoc dictum eſt in præ-
10 cedenti tractatu. ¶ Circa † terminationem
collectarum, notandum eſt,quòd in eis quã-
doque dirigitur ſermo ad patrem : quando-
que ad filium , quandoque ad ſpiritum ſan-
ctum : & quandoque ad totam trinitatem. Si
ſermo ad ſolum patrem dirigitur,non habita
mentione de filio , neque de ſpiritu ſancto,
tunc dicetur in fine : Per Dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum filium tuum , qui tecum vi-
uit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus,
per omnia ſecula ſeculorum : ſiue per eun-
dem, & eiuſdem : vt in illa oratione : Prote-
ctor in te ſperantium &c.Si verò fiat mentio
de filio : vel de ſpiritu ſancto , refert an ante
finalem partem orationis , an in fine ipſius
fiat mentio de filio. Si verò dirigatur ad pa-
trem, habita mentione de filio , ante finem :
tunc dicitur in fine per eundem dominum
noſtrum &c. vt in illa oratione : Deus qui de
beatæ Mariæ virginis &c. Si in fine , tunc
ſubijcitur immediatè , qui tecum : ſiue , per
eundem,& eiuſdem:vt in illa collecta ſancti
Stephani:Omnipotens ſempiterne Deus, qui
primitias martyrum. Et in illa : Deus qui ſa-
lutis æternæ : vel dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum:ſiue,per, vt in illa collecta : Deus,
qui nos redemptione , quæ dicitur in vigilia
Natalis. & in illa : Illumina quæſumus. quæ
dicitur in Epiphania. vel Ieſus Chriſtus do-
minus noſter : vt in illa : Deus, qui ad æter-
nam.quę dicitur feria tertia poſt Paſcha:& in
ſecreta illa:Ipſi tibi. quæ dicitur in cœna do-
mini.Si verò in oratione , quæ ad patrem di-
rigitur,fit mentio de ſpiritu ſancto, dicitur in
fine:per dominum noſtrum : ſed tunc dicitur
ibi in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus:vt
in illa:Deus,qui corda fidelium:& in illa:Ad-
ſit nobis quæſumus virtus ſpiritus ſancti &c.
Quòd ſi fiat ibi mentio de ſpiritu ſancto : &
poſteà de filio;tunc ſubijcitur in fine imme-
diatè, qui tecum:vt in illa oratione : Mentes
noſtras quæſumus domine paracletus : & in
illa: Vre igne &c. ¶ Rurſus , quando ad pa-
trem dirigimus ſermonem , orando vt ipſe
det nobis ſpiritum viuificandi , vel huiuſmo-
di : tunc dicitur,per dominum : ſiue per eun-
dem, vel eiuſdem:vt in illa oratione quæ di-
citur in benedictione cinerum:Deus qui hu-
miliatione &c. & in illa quæ dicitur in bene-
dictione fontis : Omnipotens ſempiterne
Deus , reſpice &c. Si autem ſermo ad filium
dirigatur:vt in illa oratione : Excita domine
potentiam tuam , & veni : & ſimiliter in alijs
collectis,de aduentu Domini.& in illa: Deus
qui virginalem aulam : tunc dicitur in fine,
qui viuis & regnas cum Deo patre, in vnitate
ſpiritus ſancti Deus &c. Et ſi fiat ibi mentio
de patre,tunc dicitur,qui cum Deo patre &c.
vt in illa oratione canonis : Domine Ieſu
Chriſte , fili Dei &c. Si verò ſermo dirigitur
ad ſpiritum ſanctum , dicunt quidam , quòd
tunc dicitur in fine:qui cum patre & filio vi-
11 uit,& regnat Deus &c. Veruntamen † omnis
oratio dirigitur ad patrem , vel ad filium , &
nulla ad ſpiritum ſanctum : quia ſpiritus ſan-
ctus eſt donum & à dono non petitur do-
num:ſed potius à largitore doni petitur:ergo
à patre,& filio,& ad eos ſermo dirigitur, tan-
quam ad donatores : & non à ſpiritu ſancto,
qui eſt donum : & pariter ab vtroque proce-
dit.Si autem ad totam trinitatem ſermo diri-
gitur, tunc dicitur in fine per dominum , ſiue
per eundem , & eiuſdem , vt in illa oratione
canonis:Suſcipe ſancta trinitas : & in illa quæ
dicitur in fine Miſſæ: Placeat tibi ſancta tri-
nitas , in quibus dicitur per Chriſtum domi-
num : quod ſuccedit in orationibus,in locum
per dominum noſtrum cauſa breuitatis.
Idémque in oratione, quæ ad Deum patrem
dirigitur,de eo mentio fiat,vt in illa : Omni-
potens ſempiterne Deus , qui dediſti famulis
tuis:tunc dicunt quidam : qui viuis & regnas
Deus,per omnia ſecula ſeculorum. Alij verò
intelligentes , quòd oratio ipſa ad Deum fi-
lium dirigatur : dicunt tunc , qui viuis & re-
gnas in vnitate ſpiritus ſancti Deus , per o-
mnia ſecula ſeculorum. & in illa oratione :
Fidelium Deus omnium conditor : tota nan-
que trinitas conditor & redemptor eſt : licet
Chriſtus propriè ſit redemptor.Poteſt etiam
dici quòd oratio quæ ad trinitatem dirigitur,
concluditur ſine aliqua perſonarum diſtin-
ctione ſic , qui viuis & regnas Deus per o-
mnia ſecula ſeculorum.Vel conuertat orans
ſermonem ad ſe , vel ad populum , dicens :
quod ipſa præſtare dignetur , & ſic etiam
concluditur in orationibus benedictionali-
bus. Sanè in oratione in qua ſermo dirigitur
ad



ad caput Eccleſiæ,ſic videtur debere dici:qui
viuis & regnas:cum Chriſtus ſic caput Eccle-
ſiæ : extra de ſacra vnctione. capitulo primo.
ſed non eſt ita. Tota nanque trinitas eſt ca-
put Eccleſiæ. ideóque dici debet , per domi-
12 num noſtrum. In exorciſmis † verò ad expel-
lendum dæmonem aliter dicitur:quoniam in
aquæ benedictione dicitur,per eum qui ven-
turus eſt iudicare viuos & mortuos , & ſecu-
lum per ignem.Similiter & in cathecilmis di-
citur , qui venturus eſt &c. quam cito enim
diabolus audit Chriſtum eſſe venturum iu-
dicare ſeculum per ignem:fugit, timens iudi-
cium ignis : quia ſcit ſe poſt diem iudicij
æterno igne premendum.Eadem quoque ra-
tione dicit magiſter Gilbertus , quòd oratio-
nes in exequijs mortuorum debent ſimili
modo finiri : communis tamen vſus Eccleſiæ
tenet ,vt dicatur: Per dominum noſtrum &c.
in illa tamen oratione : Fidelium Deus o-
mnium conditor : debet dici , qui viuis & re-
gnas & cæte. vt præmiſſum eſt. Et aduerte,
quòd orationes in laudibus,in miſſa,& in ve-
ſperis , ſub eodem & ſolenniori tono dicun-
tur,pro eo,quòd illæ horę ſolennius & feſti-
uius in Eccleſia dicuntur:in alijs verò horis &
officijs alius tonus minus ſolennis ſeruatur,
tum quia minus ſolenniter dicuntur : tum
quia illæ ad alium referri poſſunt ſignatum.
Omnibus autem orationibus,præterquam in
exorciſmis præmittitur , oremus. non tamen
ſemper Dominus vobiſcum:vt dictum eſt in
13 præcedenti. ¶ Sequitur videre † quare oratio-
nes,quę circa principium Miſſæ dicuntur,co-
lectæ vocentur. Et quidem ideò, quia ſacer-
dos qui fungitur legatione ad Deum pro
populo,in eis petitiões omnium in vnũ colli-
git,& concludit, vt eas ad dominum referat:
propriè tamen dicuntur collectæ, quæ ſuper
collectũ populũ dicũtur:puta in proceſsioni-
bus, vel dũ colligitur populus ad ſtationẽ fa-
ciendã:vt de vna Eccleſia procedant ab alta-
re. quinquageſimanona diſtinctione . quo-
niam. de conſecratione. diſtinctione quinta.
conuenit. In vrbe nanque quælibet Eccleſia
ſtationalis habet aliquam Eccleſiam ſibi vi-
cinam , in qua colligitur populus die ſtatio-
nis,& ibi dicitur collecta ſuper populum col
lectum:& inde omnes ſimul ad Eccleſiam,in
qua fit ſtatio , accedunt. Vnde in concilio
Agaten. de conſecra. diſtinct. quinta. conue-
nit.in fin.dicitur quod plebs collecta oratio-
ne ad veſperam dimittatur ab Epiſcopo, cum
benedictione,& eſt ſumptum hoc nomen de
Leuitico , vbi ſcenophegia , quæ eſt vltimum
feſtorum legalium,collecta vocatur , pro eo
quia in fructuum collectione fiebat:& figu-
rabat futuram operum noſtrorum collectio-
nem cum dicetur:Ecce homo:& omnia ope-
14 ra eius cum eo. ¶ Orationum † varij fuerunt
doctores:quarum numerus & varietas intan-
tum excreſcebat, quòd octauum Africanum
concilium conſtituit , vt nullæ preces vel
Orationes vel Miſſæ vel Præfationes , vel
commendationes,vel manuum impoſitiones
dicantur ,niſi in concilio fuerint approbatæ.
Et Gelaſius Papa tam à ſe, quàm ab alijs ap-
poſitas preces dicitur ordinaſſe. beatus Gre-
gorius ſecluſis his quæ nimia , vel incongrua
videbantur, rationabilia coadunauit:congrua
multa nihilominus per ſe neceſſaria ſuperad-
15 dens. ¶ Cæterùm, quidam † modum & ordi-
nem excedentes , intantum orationes mul-
tiplicant , vt auditoribus tantum tædium ge-
nerent & faſtidium , quaſi Deus & homo,
verborum multitudine flecti poſsit : vt præ-
miſſum eſt. de conſecratione. diſtinctione
quinta. non mediocriter. cùm econtra Eſa-
ias dicat : Cum multiplicaueritis orationes Eſa. 1
veſtras non exaudiam. & Dominus in Euan-
gelio dicat : Cum oratis , nolite multum lo-
qui ſicut Ethnici faciunt . Putant enim in Matth. 6
multiloquio exaudiri. Vnde cum ei dixiſ-
ſent Apoſtoli:Domine doce nos orare:com-
pendioſam eos orationem docuit : Pater
noſter &c. Huiuſmodi ergo orationis for-
mam ſequentes ſacerdotes in Miſſa ſepte-
narium orationis numerum non excedunt.
Nam Chriſtus ſeptem petitionibus omnia
corpori , & animæ neceſſaria comprehen-
dit in illa , prout ſub eo dicetur : quia verò
numero Deus gaudet impari , quidam ob-
ſeruant , vt impares dicant in Miſſa oratio-
nes : videlicet , vel vnam tantùm : ſicut vna
Epiſtola : vel vnum Euangelium dicuntur :
& iſte numerus eſt ordinarius , vel tres , vel
quinque , vel ſeptem. Vnum , ad deſignan-
dum fidei vnitatem , vel vnitatis ſacramen-
tum . Tres , ad ſignificandum myſterium
trinitatis : & quia Chriſtus ter in paſſione
orauit dicens : Pater , ſi fieri poteſt , tranſ-
eat à me calix iſte. Quinque , ad deſignan-
dum quinque plagas Chriſti ſeu in quinque
partitam Chriſti paſsionem. Septem ad deſi-
gnan

gnandum ſpiritum gratiæ ſeptiformis ſeu ſe-
ptem dona ſpiritus ſancti. Deus enim diuiſio-
nem & diſcordiam deteſtatur. Vnde cum cę-
terorum dierum operibus benediceret, ope-
ribus tamen ſecundę diei benedixiſſe non le-
gitur : eò quòd binarius numerus primò ab
vnitate recedebat:& ab eo cæteri diuiſibiles
numeri originem ſortiuntur,& impar nume-
rus mundus eſt. xxxij. quæſtione. j. nuptiæ.
16 ¶ Et nota , quòd in ſummis †feſtis tantum-
modo dicitur,vna collecta : niſi forte eadem
die aliud feſtum occurrat. ¶ Sciendum quo-
que eſt ꝙ totidem collectæ & eodem ordine
dici debent in ſecreta , poſt communinuem,
quot præceſſerunt ante Epiſtolam in exor-
dio Miſſæ : nec plures nec pauciores : finis
nanque debet ſuo principio & quilibet poſt
communionem collectæ & ſecretelæ pręce-
dentibus conuenire. Cauendum eſt etiam,
quia ſi collecta pro defunctis intermiſceatur
in Miſſa quæ dicitur pro viuis:non finalis,ſed
penultima , vel antepenultima dicatur : quia
finis debet ad ſuum principium retorqueri:de
conſe.diſt.j.Epiſcopus.Semper enim facienda
eſt memoria pro defunctis:prout dicetur ſub
x. particula ſecretæ ſuper verbo : Memento
etiam Domine &c. quia etiam viuorum &
etiam ſanctorum , in quorum honore cele-
brantur , qui in vita gloriæ viuunt, auxilio
egent. Sed in Miſſa pro defunctis intermiſce
ri non debet collecta pro viuis:etiam,vt qui-
dam dicunt illa communis : Deus , qui viuo-
rum dominaris &c.ab Aug.compoſita ad no-
tandum , quòd defuncti iuuare nequeunt vi-
uentes in hac vita,nec etiam implorare ęter-
nam vitam:licet ipſi iuuari valeant ab vtriſq;.
In Miſſa tamen pro defunctis poteſt, vt qui-
dam dicunt,eſſe penultima collecta de ſan-
ctis:& econuerſò. Inn. Papa primus compo-
ſuit quatuor collectas pro menſe Septembri.
Innocentius verò Papa tertius compoſuit il-
lam:A cunctis nos quæſumus Domine, men-
17 tis & corporis defende &c. In †Eccleſia late-
ran.nunquam dicitur oratio:ſed in Miſſa & in
omnibus horis loco orationis alta voce pro-
nuntiatur oratio dominica. quæ in no. teſta-
mento prima oratio fuit. Nam & in primiti-
18 ua eccleſia ſic fiebat.¶†Sanè pontifex ſeu ſa-
cerdos dum orare ſeu orationem dicere inci-
pit, manus eleuat. & extendit iuxta illud He.
xij. Manus remiſſas erigite , & genua debilia
roborate:& Romano Pontifici,& etiam alijs
Epiſcopis in multis Eccleſijs miniſtri adſtan-
tes ,eleuatas manus ſuſtentant:quæ manuum
eleuatio à lege ſumpſit exordium. Legitur
enim Exo.xvj.c.& xxxvj.di.ſi quis. quòd cum
Iſraël pugnaret aduerſus Amalech in deſer
to , Moſes aſcendit ſuper verticem collis :
Cúmque leuaret manus ,vincebat Iſraël : ſi
verò paululum remiſiſſet , Amalech popu-
lum ſuperabat:Aaron autem & Hur, ſuſten-
tabant manus eius,ex vtraque parte. Legitur
etiam iij.Reg.c.viij.quòd Salomon ſtetit an-
te altare Domini in conſpectu Eccleſiæ Act.1
Iſraël : & expandit manus ſuas in cœlum
orans pro populo.& Gene.iiij. Leuo manum
meam ad dominum Deum excelſum.Eleua-
tio autem ipſa , repræſentat , quòd Chriſtus
eleuatis manibus ferebatur in cœlum. Vel
eleuat manus ad inſtar ſaluatoris in cruce
pendentis. Vnde illud : Eleuatio manuum Pſal.140
mearum , ſacrificium veſpertinum. Extenſio
verò manuum , ideò fit. Nam Chriſtus cum
expandiſſet manus in cruce, pro perſecutori-
bus orauit,dicens:Pater mi, dimitte illis:quia
neſciunt quid faciunt : moraliter inſtruens :
quia Chriſtus ſemper paratus eſt recipere Lu.23
pœnitentes. Iuxta illud , quod ipſe promiſit : Ioan.6
Omnis qui venit ad me , non eijciam foras.
Quidam tamen perfidi hæretici derident
huiuſmodi manuum extenſionem,propter il-
lud Eſa. Cum extenderitis manus veſtras, Eſa.1
auertam oculos meos à vobis.

## SVMMA.

1 Epiſtola,quid. Vnde dicatur.& quid ſignificet.
2 Epiſtola vbi debeat legi.
3 Epiſtola cur præmittatur Euangelio.
4 Diaconus lecturus Epiſtolam , à quibus , & quot comitetur.
5 Epiſtolam legens , quò flectere vultum debeat.
6 Epiſtola ſumpta ex libro Moſi vel Salomonis,qualiter terminetur.
7 Epiſtolam legere non poteſt quis, niſi fuerit ſubdiaconus.
8 Miniſterium verbi Dei,eſt triplex.
9 Sedendi vſus,vnde.
10 Lectiones Apoſtolicas & Euangelicas , quis primùm ſtatuerit debere dici ante ſacrificium.
11 Euangelium , Epiſtolarum,& Prophetiarum varia eſt terminatio.





## De Epiſtola. CAP. XV.

ORatione finita,dicitur Epiſto-
1 la, †quæ ſignificat doctrinam
Apoſtolorum. Eleganter au-
tem illam præcedit oratio :
quia legitur Luc.x.ca. Rogate
dominum meſsis, vt mittat operarios ſuos in
meſſem ſuam. ¶ Sanè Epiſtola Græcè, & La-
tinè ſupermiſsio, vel ſuperogatio : dicitur ab
* ἐπὶ, quod eſt ſupra , & σολον , miſsio. * Miſſa
enim eſt ab Apoſtolis ſupra legem Moſi,ſu-
pra Pſalmiſtas & prophetas, ſupra Euange-
lium,ſicut & prophetiæ ſupra legem:vnde &
literæ de vna perſona ad aliam miſſæ,appel-
lantur Epiſtolæ , ſcilicet ſupra miſſæ , quaſi
miſſæ ſupra, ſeu præter id, quod refert nun-
tius viua voce : ſicut & Apoſtolus ſupra id,
quod dixerat Epheſijs , Corinthijs & alijs,
2 Epiſtolas mittebat.Legi debet † Epiſtola ſe-
cundum magiſtrum Petrum antiſiodoren. in
dextra parte Eccleſiæ : quia Chriſtus primò
venit ad Iudæos , qui dicebantur in dextera
eſſe.Melius tamen fit in medio Eccleſiæ,pro
eo , quòd Ioannes fuit medius inter Apoſto-
los,& Prophetas,vt iam dicetur.Dicitur quo-
que Epiſtola in loco inferiori : Euangelium
in ſuperiori : & ſuppoſito panno , de quo ſub
3 Euangelio dicetur. Præmittitur†autem Epi-
ſtola Euangelio. Epiſtola nanque deſignat
officium,quod Ioannes ante Chriſtum exer-
Luc.1 cuit , qui præiuit ante faciem Domini parare
vias eius:ſicut ipſe teſtatur:Ego, vox claman-
tis in deſerto , parate viam Domini. Ioannes
ergo quaſi ſubdiaconus & ſubminiſter illius,
Matt.20 qui de ſe dicit:Non veni miniſtrari. Vnde ſi-
cut prædicatio Ioannis præceſsit prædicatio-
nem Chriſti:ita Epiſtola Euangelium pręce-
dit. Gerit quoque Epiſtola , figuram legis &
prophetiæ:quæ Chriſti aduentum præceſſe-
runt:ſicut ipſa Euangelium præcedit.Pręceſ-
ſit quidem lex Euangelium : ſicut vmbra lu-
cem:ſicut timor charitatem,& initium perfe-
4 ctionem. ¶ Sanè ſubdiaconum Epiſtolam le-
cturum vnus tantùm comitatur acolytus :
quia prædicationem Ioannis pauci ſecuti
ſunt : quoniam lex neminem ad perfectio-
nem ducit:ſed diaconum Euangelium lectu-
rum , tam ſubdiaconi quàm acolyti & cæteri
comitantur : quia prædicationem Euangelij,
quæ perfectionem facit,plurimi ſuſceperunt.
Dici etiam poteſt,quòd per ſubdiaconi & dia-
coni ad legendum proceſſum,duplex Chriſti
manifeſtatio per duplicem eius aduentum
ſignificatur : quorum primus vnum tantùm
habuit præcurſorem , ſcilicet Ioannem , qui
per ſubdiaconum præcedentem ſignificatur.
Secundus duos habebit , videlicet Enoch &
Heliam : qui per duos vel plures præceden-
5 tes diaconum figurãtur. Facies autem † Epi-
ſtolam legentis reſpicere debet altare,quod
Chriſtum ſignificat : quia Ioannis prædicatio
ſe & alios dirigebat in Chriſtum : de cuius
vultu iudicium , & æquitas procedunt : extrà
de eccle.bene.vt noſtrum.Is verò, qui pręce-
dit ſubdiaconum euntem legere , non vertit
faciem ad legentem : quia Ioannes non ad ſe
audientes:ſed potius ad Chriſtum dirigebat.
¶Sed qui diaconum euntem legere pręcede-
bãt,nunc reſpiciunt ad Euangelium,& ad fa-
ciem recitantis.Primò,vt ex mutua vtriuſque
inſpectione,amor & charitas Chriſti notetur,
qui in Euangelio prædicatur. Secundò , vt ſe
eſſe conteſtes Euangelicæ doctrinæ oſten-
dant:ſicut legitur in Eſa.Vos eſtis teſtes mei, Eſa.44
dicit Dominus.Quia verò Ioannes fuit limes
præcedentium, & ſubſequentium:medius in-
ter Apoſtolos & Prophetas.Nam lex & pro- Lucæ 16
phetæ vſque ad Ioannem : & ex eo regnum
Dei euangelizatur.Ideò Epiſtola nec ſemper
legitur de prophetis, nec ſemper de Apoſto-
lis:ſed interdum ſumitur de veteri teſtamen-
to : interdum de nouo. Ioannes enim , cuius
vocem repræſentat Epiſtola , cum antiquis
Chriſtum prædixit futurum, dicens:Qui poſt Ioan.1
me venit, ante me factus eſt.& cum moder-
nis, Chriſtum oſtendit repræſentem , dicens:
Ecce agnus Dei:ecce qui tollit peccata mun- Ioan.1
di.Interdum ergo ſumitur de Apoſtolis:quia
licet eorum doctrina non præceſſerit euan-
gelium:tamen ad vitam æternam refertur,ſi-
cut lex & prophetia:& interdum de veteri te
ſtamento:rarò tamen:quia velum templi eſt
ſciſſum : nec ponendum eſt ante oculos ve-
lum. Epiſtola tamen non legitur de quinque
libris Moſi : quia in illis temporalia promit-
tebantur. In cuius ſignum lectiones de illis
ſumptæ terminantur in grauem accentum:vt
6 iam dicetur. ¶ Conſiderandum † autem eſt,
quòd quando lectio vel epiſtola de libris
Moſi,vel Salomonis ſumitur : nomen eorum
recitatur:vt dicetur in procemio ſextæ partis.
Item in epiſtolis , quæ ſumuntur de prophe-
tis,vel de actibus Apoſtolorum,ſiue de Apo-
calypſi

calypſi ponitur in principio hæc oratio : In
diebus illis:& in fine dicitur:ait Dominus o-
mnipotens : eò quòd in libris illis hoc ſæpe
ſcriptum inuenitur. Eadem etiam ratione,di-
citur in epiſtolis Iacobi & Petri : Chariſsimi:
& in epiſtolis Pauli:fratres,& in Chriſto Ieſu
Heb.3 Domino noſtro. In epiſtola tamen ad He-
bræos dicunt quidam non debere apponi:
Fratres : eò , quòd Apoſtolus ſuſpectus erat
Hebræis : ſed melius eſt,vt apponatur : quo-
niam quidam boni erant inter eos,vt ipſe eos
in quodam loco eiuſdem epiſtolæ vocat fra-
tres. Propter præmiſſam etiam cauſam dici-
tur in euangelio:In illo tempore:propriè ta-
men loquendo nulla epiſtola eſt de veteri
teſtamento:ſed illæ lectiones vocantur.Por-
rò licet in epiſtolis , quæ de Apoca. leguntur
dicatur:Lectio libri Apocalypſis beati Ioan-
nis apoſtoli:in quibuſdam tamen Eccleſijs,&
apoſtoli tacetur illud verbum beati. Certum
eſt enim, quòd beatus Ioannes præcipuè fuit
inter apoſtolos à Chriſto dilectus. Dilectio
autem Dei , bonos nos efficit : quia beatus,
Pſal.64 quem elegiſti & aſſumpſiſti.Hac ergo conſi-
deratione , eum ſicut cæteros ſanctos ſuper-
uacuum eſt beatitudinis titulo ſanctum
oſtendere : & ſolem quodammodo facibus
adiuuare.vj.q.j.c. omnia. cum ipſe velut titu-
lus per ſe patens effectum beatitudinis, ſcili-
cet dilectionem Dei euidenter præ cæteris
7 ſit ſortitus.¶Ceterùm,nullus debet † epiſto-
lã ſolẽniter in Eccleſia legere,niſi ſit ſubdia-
conus : qui ſi fortè defuerit, dicatur à diaco-
no:de quo dictum eſt in ſecunda parte ſub ti.
de ſubdiacono, & de diacono:vel etiam à ſa-
cerdote. Melius enim eſt , vt ſacerdos etiam
miſſam cantans,illam legat, quàm ſi ab aco-
lyto vel alio inferioris ordinis legatur.¶Cir-
ca hoc autem notandum eſt,quòd populi in-
ſtructio fit per verbum Dei , quod quidem à
Deo per eius miniſtros ad populum perue-
nit : & ideò ea quæ ad plebis inſtructionem
pertinent,non à ſacerdote , ſed à miniſtris di-
8 cuntur.¶†Miniſterium tamen verbi Dei, tri-
plex eſt.¶Primum, authoritatis : quod com-
petit Chriſto qui miniſter dicitur , Matthæi
Ro.20 vij.Erat enim ſub poteſtate docens. ¶Secun-
dum,manifeſtę veritatis:quod competit prę-
dicatoribus noui teſtamenti:de quo dicitur in
ij.Corinth.iij. Qui & idoneos fecit miniſtros.
¶Tertium, figurationis:quod competit præ-
dicatoribus veteris teſtamenti : ideóque do-
ctrinam Chriſti proponit diaconus.Doctrina
verò prædicatorum veteris teſtamenti, pro-
ponitur per ſubdiaconos. Nec obſtat , quòd
aliquando per eos legitur loco epiſtolæ ali-
quid de ipſo veteri teſtamento:quia prædica-
tores noui teſtamenti etiam vetus prædicant.
Cæterùm doctrina prædicatorum veteris te-
ſtamenti,non ſemper legitur:ſed illis diebus,
quibus præcipuè configuratio noui & veteris
teſtamenti deſignatur : vt in ieiunijs quatuor
temporum : & quando aliqua celebrantur :
quæ in veteri lege figurata ſunt, ſicut paſsio,
natiuitas, baptiſmus, & aliquid huiuſmodi:& Mat.21
quoniam vtraque doctrina ordinat ad Chri-
ſtum & eorum,qui pręibant:& eorum,qui ſe-
quebantur : ideò doctrina Chriſti poſtponi-
tur quaſi finis. Cùm autem dicitur Epiſtola :
genua non flectimus , cùm ad nouum perti-
neant teſtamentũ:imò ſedemus:quia doctri-
9 na in ſilẽtio & quiete audiẽda eſt. Viſus † etiã
ſedendi à veteri teſtamento aſſumitur , ſicut
in Eſdra legitur. Milites tamen ſtare conſue-
uerunt , quando Epiſtolæ Pauli leguntur in
honorem eius , quia miles fuit : vnde in ſi-
gnum militiæ ſuæ depingitur cum enſe in
manu : vel ideò , quia ipſe ſuam prædicatio-
nem Euangelium nominauit. ¶Et eſt ſcien-
dum , quòd nunquam in quadrageſima le-
gitur Epiſtola Pauli : niſi tantùm in cœna
Domini : quia ad nouum pertinet teſtamen-
10 tum. ¶†Sanè lectiones apoſtolicas,& euãge-
licas, quis primò ante ſacrificium dici debere
ſtatuerit , non omnino certum eſt. Creditur
tamen,quòd primi ſucceſſores Apoſtolorum,
eò quòd in illis eadem ſacrificia celebrari
11 iubentur.¶Quæritur autem,quare † prophe-
tias voce inferius deflexa : Euangelium verò
ac Epiſtolam,vocem exaltando,finimus? Re-
ſpõdeo,per prophetiam, quę eſt in veteri te-
ſtamento,ſynagõga,quæ inclinata eſt, & ce-
cidit,intelligitur:ideóque inclinando vocem,
& quaſi cadendo prophetia finitur.Hinc etiã
eſt, quod ſynagõga depingitur , quaſi fracta
haſta vexilli : per Euangelium verò & Epi-
ſtolam Eccleſia militans repræſentatur , quæ
exaltata eſt:& ideò illa cum exaltatione vo-
cis finiuntur.Præterea, in veteri teſt. tempo-
ralia & caduca promittebantur:in cuius figu-
ra lectiones in grauem accentum terminan-
tur. In nouo verò teſtamento ſpiritualia &
æterna , in cuius rei ſignum Euangelium &
Epiſtola in accentum terminantur acutum.
Quæ



Quædam tamen lectiones de vete.teſt.ſum-
ptæ , quæ in officio Miſſæ pro Epiſtolis ſæpe
leguntur, in acutum terminantur accentum :
& ſub tono Epiſtolari leguntur. Cum enim
tunc in locum Epiſtolæ ſuccedant,meritò, &
quo ad hoc,& quo ad nomen,illarum debent
imitari formam.

ADNOTATIO.

*MISSIO. *Videtur Author hoc uerbum
minus duxiſſe a ſua ἐτυμολογίᾳ. Dicitur
enim ἀπόστολή, ἀπὸ τοῦ ἀποστέλλειν, quod
eſt mittere, quia ad abſentes mittitur. Vel,
ſi mauis, ἀπόστολή, iuſſum, mandatũ.* N. D

SYMMA.

1 Subdiaconus, Epiſtola lecta, reuerentiam
facit ſacerdoti , quáque id ſignificatione.
& numero 3.
2 Subdiaconus, manus ſacerdotis oſculatur,
lecta Epiſtola.

*De reuerentia poſt lectam Epi-
ſtolam facienda.* CAP. XVII.

1 Poſt lectam † Epiſtolam , ſub-
diaconus cum acolyto ad ſa-
cerdotem accedit , illud inſi-
nuans Matt. xj.quòd Ioannes
cum audiſſet in vinculis opera
Chriſti, miſit duos ex diſcipulis ſuis non cre-
dentes Chriſtum eſſe Meſsiam,vt interroga-
rent illum: Tu es qui venturus es : an alium
expectamus. Et reſpondens Ieſus , ait illis :
Euntes annuntiate Ioanni,quæ vidiſtis & au-
Ioan.1 diſtis. Cęci vident &c.vt dicetur in ſexta par-
te , ſub tertia dominica aduentus. Quia verò
illi per viſa miracula cognouerunt hunc eſ-
ſe , de quo eorum magiſter prædixerat. Qui
poſt me venit, ante me factus eſt : cuius non
ſum dignus ſoluere calciamenta ſua : ideò
pronus ad pedes calciamentum Roma. Pon-
tificis ſubdiaconus oſculatur. Prætereà, quia
2 dextra † Domini fecit virtutem : ideò ſubdia-
Pſal.117 conus in quibuſdam Eccleſijs oſculatur de-
xtram ſacerdotis. Adhuc lecta Epiſtola ſub-
diaconus librum clauſum Epiſcopo repræ-
ſentat : ipſe verò ſupra illum manum ponit,
quam ſubdiaconus oſculatur. Nempe epiſco-
pus Chriſtum figurat : qui clauſus liber re-
præſentatur , ad deſignandum , quòd ſolus
Chriſtus potuit aperire librum,& ſoluere ſi-
gnacula eius : in quo & ipſe Chriſtus & eius
myſteria clauſa erant : donec cœpit ab ipſo
Chriſto per prædicationem Euangelij aperi-
ri. Chriſtus autem legem , in qua clauſus te-
nebatur,opere impleuit:qui non venit legem
ſoluere , ſed adimplere : quod ſignificat ma-
nus impoſitio ſuper librum. Manus enim,
opus ſignificat. Ipſa quoq; manus impoſitio,
ſignificat deſiderium & promiſsionem cre-
dendi , & opere complendi , quæ lecta ſunt.
Quia verò nemo accipit benedictionem in
lege promiſſam : niſi qui cum amore,qui per
oſculum deſignatur,opere perficit, quod ſer-
mone alios facere docet : ideò ad hoc deſi-
gnandum ſubdiaconus benedictionem acce-
3 pturus manum Epiſcopi oſculatur. ¶ † Rur-
ſus quia Pontifex( vt præmiſſum eſt ) Chri-
ſtum repræſentat , ſubdiaconus & cæteri de-
bent ei actus ſuos humiliter ſubdere , & ab
ipſo benedictionis gratiam poſtulare. Vnde Lucę 7
in Euangelio:Cum omnia benefeceritis,dici-
te:Serui inutiles ſumus.quod debuimus face-
re,fecimus:& ſubſequenter Epiſcopus vel ſa-
cerdos ſubdiacono benedicit : quia & Chri-
ſtus commendauit Ioannem dicens : Quid Matt. 11
exiſtis videre in deſerto prophetam : etiam
dico vobis plus , quàm Prophetam. Amen,
amen dico vobis. Inter natos mulierum &c.
Subdiaconus ergo poſt finem:diaconus verò
ante principium lectionis ad ſacerdotes ac-
cedit, & exhibet reuerentiam:quia lex finem
accepit in Chriſto : ſed Euangelium origi-
nem ſumpſit ab ipſo : nam lex & Prophetæ
vſque ad Ioannem : Euangelium Chriſti & Ioan.1
& Epiſtolæ poſt Ioannem. In Miſſa verò pro
defunctis ſubdiaconus lecta Epiſtola , non
venit in oſculum manus : tum quia ibi ceſſat
ratio ſuprà dicta:tum quia in illa Miſſa quæ-
libet ſolennitates ſubtrahuntur.

SVMMA.

1 Sacerdos,in Miſſa quare ſedeat.limita.nume-
ro 3.
2 Seſsio miniſtrorum in Miſſa,quid notet.

*De Confeſsione ſacerdotis, uel epiſco-
pi & miniſtrorum.* CAP. XVIII.

1 ORatione finita † ſacerdos ſeu
Epiſcopus ſedet. ¶ Et eſt no-
tandum, quòd in Miſſæ officio
tribus horis ſedet: videlicet
dum Epiſtola legitur: de quo
in titu. de mutatione ſacerdotis dicetur: &
dum reſponſorium & allelu Ia cantantur: ſi-
gnificans tres dies, quibus Dominus ſedit
Luc.2 Hieroſolymis in templo, in medio docto-
rum, audiens & interrogans illos. Sedens au-
tem ſtat conuerſus ad populum, vt oſtendat
poteſtatem ſibi à Deo eſſe datam, quòd poſ-
ſit ſpeculari, & ſuperintendere, qui ſtant in
Eccleſia humiliter, qui ſuperbè, animæ enim
ei commiſſæ ſunt: & de illis eſt rationem
redditurus Deo. Sed etiam in loco eminen-
tiori, vt quaſi vineator cuſtodiat vineam
ſuam, & populo ſuperintendat: nam & domi-
nus in alta Polorum ſede ſtans, cuſtodit ciui-
tatem ſuam. ¶ Porrò, oratio, quæ dicitur ante
Epiſtolam, prius, quàm ſacerdos ſedeat, ſpe-
cialiter ſignificat tempus illud, quo Chriſtus
Act.1 in cœlum aſcenſurus apoſtolis benedixit. Seſ-
Mar.vlt. ſio verò, quæ ſequitur, ſignificat Chriſti ſeſ-
ſionem poſt Aſcenſionem ad dextram patris:
ſedes quippè victoris eſt. Vnde ſeſsio ſacer-
dotis, victoriam Chriſti deſignat: vt dicetur
2 ſub tit. de mutatione ſacerdotis. ¶ Seſsio † mi-
niſtrorum, ſignificat ſeſsionem ipſorum, qui-
bus dicitur: Sedebitis vos ſuper ſedes, iudi-
cantes xij. tribus Iſraël, ſcilicet illos, qui in
cœleſtibus iam regnant. Qui verò in choro
Mat. 19 laborant, illos qui adhuc in mundo peregri-
Luce 19 nantur. Vnde lectores & cantores ad offi-
Ephe.2 cium ſurgentes, negotium Dei agunt: quibus
dicitur: negotiamini, dum venio. Quidam er-
go miniſtrorum cum Epiſcopo ſedent: per
quos Chriſti membra in pace iam quieſcen-
tia, ibi intelliguntur: de quibus Apoſtolus:
Conſedere fecit nos in cœleſtibus in Chri-
ſto. aut illi, qui iudicabunt xij. tribus Iſraël: alij
verò ſtant, per quos Chriſti membra adhuc
in certamine poſita intelliguntur. Nempe
Pontifice ſedente in quibuſdam Eccleſijs,
candelabra mutantur de locis ſuis, & collo-
Ioan.1 cantur in ordinem vnius lineæ à primo, vſq;
ad altare: ad notandum, quòd de plenitudine
Chriſti omnes accepimus in ſpiritus vnitate:
ſed gratiarum varietate: diuiſiones enim ſunt
gratiarum, idem autem ſpiritus. de conſe. diſt.
1.Co.12 iiij. cum omni. Spiritus enim à primo cereo
ſtato ſeu candelabro, id eſt, à Chriſto, proce-
dens, & vſque ad altare, id eſt electorum
corda perueniens alternatim in membris
dona variat gratiarum. Et memento, quòd
acolyti deponunt candelabra in terram: quo-
niam poſt peracta prædicationis officia per
humilitatem agnoſcunt, quòd ſunt puluis &
cinis: ſicut dicit Abraam: Loquar Domino, Gen.18
3 cum ſim puluis & cinis. † In Romano ordina-
rio legitur, vt Pontifex non ſedeat: donec
poſt primam orationem, dicatur amen. Non
ergo debet ſedere vſque ad lectionem: quo-
niam præcedens officium gratulationi de ad-
uentu & operibus Chriſti deputatur. Epiſco-
pus enim Chriſtum venientem & operantem
ſignificat: cæteri verò eos, qui præibant, &
qui ſequebantur, & qui obuiabant, repræſen-
tant.

## SVMMA.

1 Graduale ſequitur Epiſtolam. Limit. numero
2. quid ſignificet. ibid. & 7. & vnde dicatur.
numero 3.
4 Graduale, qua voce offerendum.
6 Reſponſorium, vnde dicatur.
8 Verſus reſponſorij, vel gradualis, quid ſigni-
ficet.
9 Hymnus, gloria patri. non cantatur poſt re-
ſponſorium Miſſæ, poſt horarum autem, ſic.
10 Gradualia, qui compoſuerint.

## *De graduali.* CAP. XIX.

1 POſt Epiſtolam † cantatur gra-
duale ſeu reſponſorium, quod
pertinet ad opera actiuæ vitæ,
vt notetur nos operibus re-
ſpondere eis, quæ in lectione
audiuimus: ſcilicet prædicationem. ¶ Rurſus,
quòd Ioannes prædicabat pœnitentiam di- Mat.3
cens: Pœnitentiam agite: appropinquabit
enim regnum cœlorum. Et iterum: Facite di-
gnos fructus pœnitentiæ. Meritò poſt Epiſto
lam graduale ſequitur: quod pœnitentiæ la-
mentum inſinuat, propter quod in diebus
Pentecoſtes de officio tollitur: vt iam dice-
tur. ¶ Tertiò ideò poſt Epiſtolam ſequitur
graduale: quia poſt prædicationem Ioannis
diſcipuli ſecuti ſunt Chriſtum: ſicut Ioannes
euangeliſta deſcribit. Stabat (inquit) Ioannes,
& ex diſcipulis eius duo: & reſpiciens Ieſum
ambulantem, dixit: Ecce agnus Dei: & audie- Ioan.1
runt



runt duo diſcipuli eum loquentem: & ſecuti
ſunt Ieſum. Ad hoc cantus epiſtolam comi-
tatur: quia prædicationes prædicatorũ ſecuta
ſunt gaudium Eccleſiæ & Dei laudes, & præ-
conia credentium de conuerſione: quia per
graduale, conuerſio de Iudæis, per verſum,
conuerſio de gẽtilibus, per allelu Ia, vtriuſq;
in fide lætitia: per ſequentiam, canticum vi-
ctoriæ figuratur. Alia ratio ponetur ſub ti. de
2 tractu. ¶ † In quibuſdam tamen Eccleſijs gra
duale ante Epiſtolam cantatur, ad notandũ,
quòd prædicator prius opere, & poſteà verbo
3 debet docere. Dicitur autem † graduale, vel
gradale, à gradibus, ſcilicet humilitatis, ſigni
ficans aſcenſus noſtros de virtute in virtutẽ:
ſicut filij Iſraël de manſione in manſionem
proceſſerunt, vt tandem videatur Deus Deo
Deut.2 rum in Syon. Vnde in Deuter. Terra noſtra
Pſal.83 monſtruoſa eſt. Hæc terra, eſt cœleſtis Hie-
ruſalem, quæ per cogitationes cœleſtium
habetur. Conuenit enim graduale illi, qui
necdum aſcendit de virtute in virtutem: ſed
adhuc in conualle poſitus lacrymarum: iam
tamen aſcenſiones in corde diſpoſuit. Re-
4 ctius † ergo faciunt, qui graduale non feſti-
uis & modulatis vocibus offerunt: ſed quaſi
cantum grauem, aſperum ſimpliciter potius
& lamentabiliter canunt: tamen reſponſoriũ,
per quod etiam prædicatio noui teſtamenti
figuratur, altius lectione & epiſtola, quæ ſi-
gnificat prædicationem veteris teſta. canitur:
vt ſi quis fortè cordis auribus obturatis, de-
preſſa admonitione veteris teſta. non excita-
tur, ſaltem excelſa modulatione noui de-
mulceatur. Veruntamen, & lector & cantor
officium ſuum impleturi gradum aſcendunt:
quia doctor perfectione vitæ vulgum tran-
ſcendere debet. iiij. diſt. ſtatuimus. ¶ Poteſt
etiam dici, q; per epiſtolam Ioannis, per gra-
duale, Apoſtolorum prædicatio intelligitur:
per allelu Ia, deuotio & lætitia. ¶ Rurſus
per lectionem, vetus, per cantum verò, nouũ
intelligitur teſta. Sic ergo cantus ſuauior eſt
lectione: ſicut nouum teſta. ſuauius eſt vete-
5 ri. † Secundò dicitur graduale, à gradibus al-
taris: eò quòd in feſtiuis diebus in gradibus
cantatur ſicut & allelu Ia: ad notãdum præ-
miſſos virtutum gradus. In profeſtis verò
diebus in medio chori ante gradus altaris
cantatur, ad deſignandum, quòd in corde,
quod eſt in medio corporis, præmiſſos gra-
dus fundare debemus. Tertiò, dicitur gra-
duale, quoniam Apoſtoli poſt Dominũ, gra-
diebantur, vt iam dicetur. ¶ Reſponſorium
7 † verò dicitur: quia verſui vel epiſtolæ cor-
reſpondere debet: vt ſi in epiſtola agatur de
gaudio, & in reſponſorio ſimiliter: ſi ibi de
triſtitia, & hîc ſimiliter: ne poſsit nobis im-
properari, quod Dominus dicit: Cantauimus Luc.7
vobis, & non ſaltaſtis: lamentauimus, & non
ploraſtis. Vnde Apoſtolus: Gaudere cum gau Rom.12
dentibus, & flere cum flentibus. Dicitur etiã
reſponſorium: quia choro reſpondente illud
incipientibus cantatur: propter quod ſignifi-
cat vitã actiuam, in qua ſancti ſe adinuicem
hortantur, vt ad æternam perueniant vitam.
Poteſt tamen reſponſorium ad reſpõſionem
Apoſtolorum referri: quoniam Chriſto vo-
cante & dicente: Venite poſt me: ipſi non tan Matt.4
tùm verbo, ſed opere reſponderunt: quia re-
lictis omnibus ſecuti ſunt eum: & gradieban
tur poſt Dominum: diſcipuli poſt magiſtrũ.
de hoc dicetur in proœmio quintæ partis.
7 ¶ † Significat autem graduale ſeu reſponſo-
rium laborantes in hac vita: & ideò non dici
tur intra octauas paſchæ & pentecoſtes: per
quas octauæ noſtræ reſurrectionis deſignã-
tur: quando omnis laboris expertes erimus.
Abſterget Deus omnem lacrymam ab ocu- Apoc.21
lis ſanctorum ſuorum. Itaq; in graduali, ſe-
minamus: in allelu Ia, metemus. Verſus re-
ſponſorij ſic vocatur: quoniam de eo fit re-
uerſio ad ipſum reſponſorium, prout ſub tit.
de allelu Ia dicetur. ¶ Rurſus graduale bonũ
opus, & vitam præſentem, in qua ſeminamus,
& à Domino peregrinamus, ſignificat: ver-
8 ſus verò adiutorium deſignat. ¶ Verſus † ergo
poſt graduale canitur: quia adiutorium nobis
eſt neceſſarium, quandiu in hoc ergaſtulo
detinemur. Graduale planè incipitur, ne ni-
mis verſus aſcendant. in quo deſignantur, qui
religionem propter eius auſteritatem ingredi
metuunt: verſus verò altè, in quo deſignan-
tur, qui ieiunando, orando, & alia bona faciẽ
do, aſcendunt: non timentes carnem, quam
cum vitijs & concupiſcentijs mortificant. Ad
hoc quandoq; vnus ſolus verſum cantat, ad
monendum, quòd quiſq; ſecum fragilitatem
ſuam tractet. Et quanquam graduum teno-
re verſus altè non inchoetur. In quo etiam
ſignificantur hi, qui conſideratione propriæ
fragilitatis, quicquid agunt, humiliter agũt.
Finito tamen verſu, vox fiducialiter exalta-
tur: in quo deſignatur, quòd de miſericordia

Dei conſiſi fiducialiter omni ſuæ actioni
9 inſiſtunt. Cantatur† autem graduale à perfe
ctis, prout in titu. ſequenti dicetur. Porrò,
reſponſorium, quod in miſſa cantatur: nec
perfectè nec imperfectè repetitur: nec ei,
gloria patri, ſubijcitur, quod tamen in reſpõ-
ſorio aliarum fit horarum. Circa quod at-
tendendum eſt, quòd aliæ canonicæ horæ
inſtitutæ ſunt, ad referendum Deo laudes,
pro diuerſis beneficijs in illis horis ab eo re
ceptis. Hinc eſt, quòd lectio in illis primò di
citur, in qua beneficium vel pars eius in illa
hora datum deſignatur: poſteà cantatur re-
ſponſorium in quo laus beneficio correſpõ-
det: quia ergo laus repeti debet, iuxta illud
Phi. 4 Apoſtoli: Gaudete in Domino ſemper: ite-
rum dico, gaudete, id eſt laudem Deo dicite.
ideo huiuſmodi reſponſorium repetitur. Sed
& quia quis benefactori ſuo tenetur, Deo
verò nihil aliud poſſumus, niſi gloriã & ho-
norem offerre: ideo in fine reſponſorij & cu-
iuſcunq; nocturni: vbi in lectionibus aliquod
beneficicium totum, vel pars eius eſt repe-
titum, referimus gloriam, & gratiam trini-
tati. Reſponſorium autem, quod in miſſa
cantatur gratiam deſignat: vt præmiſſum eſt
reſponſorium Apoſtolorum, Chriſto eos
vocante, omnia relinquentium. Quia ergo
illi nihil retinuerunt pro quo iterum eos vo-
cari oporteret: ideò reſpõſorium illud nullo
modo repetitur: ſed nec cum gloria patri fi-
nitur: quia non ad gloriam ſed ad luctum vo
Ioan. 20 cati ſunt, dicente Domino in Ioan. Sicut mi-
ſit me pater, & ego mitto vos. ¶ Et nota
10 † quòd Gregorius, Ambroſius & Gelaſius
compoſuerũt gradualia: tractus & allelu Ia:
& ad miſſam ea cantori ſtatuerunt. Cæterũ,
quandoq; ſolum reſponſoriũ cãtatur in miſ-
ſa: quandoq; ſolum allelu Ia: quandoq; reſpõ
ſoriũ, cũ allelu Ia: quandoq; cũ tractu: quã-
doq; allelu Ia, cum tractu: de quo dicetur in
ſexta parte, ſub ti. de ſeptẽ dieb⁹ poſt paſcha.

SVMMA.

1 Allelu Ia, quid ſignificet. & vnde profe-
cta vox. num. 2.
2 Allelu Ia verbum hebraicum. & eius in-
terpretatio variè. num. 4.
5 Allelu Ia, quòd cantetur in Eccleſia,
vnde tractum.
6 Pneuma allelu Ia, quid ſignificet.
7 Verſus, vnde ducatur.
8 Cantorum varia differentia.

## De Allelu Ia.* CAP. XX.

ADNOTATIO.

** De hoc uerbo magna eſt apud Doctos diſſenſio: primùm de ſignificatione, proximè de orthographia. Auguſt. enim duas dictiones efficit: ut Allelu, ſonet laudate: Ia uerò, uniuerſalem uel uniuerſaliter, ſcilicet Dominum. Ia autem apud Hebræos, teſte Hieronymo, unum eſt de decem nominibus. Tu ex præſentium Authorum uarietate, probabilius ſequere iudicium.* N. D.

QVia poſt luctũ ſequitur conſo
latio. Nã beati, qui lugẽt† quo Matt. 5
niam ipſi conſolabuntur: ideò
poſt graduale cantatur allelu
Ia quod eſt lætitiæ canticũ, &
auditum ab angelis decantari: ſicut legitur in
Apo. xix. ¶ Rurſus, quia aſcenſus de virtute in
virtutẽ, per quos graduale diximus ſignifica-
ri, ſæpe tædioſi eſſent, niſi gaudium haberẽt
admiſtũ, ſicut filijs Iſraël multa incõuenien-
tia acciderunt, quãdo de manſione in manſio
nem proceſſerũt: ideò poſt graduale canta-
tur allelu Ia. Thobiæ penul. Plateæ duę ſter
nentur auro mũdo, & candido: & in vicis eius
2 cantabitur allelu Ia. Eſt † autẽ, allelu Ia, laus
angelica: ſententia quidẽ breuis, magnũ cõ-
tinens iubilũ ſiue incitãs ad iubilum. Iubilat 3. Reg. 9
enim Eccleſia, ſciens quòd grandis reſtat via
vſq; ad montẽ Dei Oreb. quod interpretatur
mẽſa timẽs: ꝙ fideles obdormiant in fide, &
faciãt vitulũ conflatilẽ: id eſt laſciuiant in tẽ-
3 poralibus. Et autẽ† allelu Ia: hebraicũ nomẽ:
vocabulũ ſiquidẽ ſignificãs potius, quã expri-
mẽs ineffabile gaudiũ, in hac vita peregri-
nãtiũ: gaudiũ, videlicet angelorũ, & hominũ
in æterna felicitate lætantiũ: quod nec ocu-
lus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis
aſcẽdit. Cuius verbi expoſitio ſecundũ Inno.
iij. ex cxij. Pſal. habetur: cũ allelu Ia præmit-
tatur in ti. ſtatim pſalmus exponẽdo tit. inci-
pit Laudate pueri Dominum. vnde, ſecundũ
4 eũ † allelu Ia, interpretatur: Laudate pueri
Dominũ. Aug. verò ſic exponit al. id eſt, ſaluũ
le. id eſt me, lu. id eſt, fac, ia. id eſt, Domine.
Hiero. ſic: alle. id eſt, cãtate, lu. id eſt, laudem,
ia. id eſt, ad Dominũ. Grego. ſic alle. id eſt, pa-
ter lu. id eſt filius, ia. id eſt, ſpiritus ſanctus:
vel alle. id eſt lux, lu. id eſt, vita, ia. id eſt ſalus
Magiſter



Magiſter petrus antiſidioreñ. ſic al. id eſt, al-
tiſsimus, le. id eſt leuatus eſt in Cruce, lu. id
eſt lugebãt Apoſtoli. Ia, id eſt iã ſurrexit. Pe-
trus comeſtor dixit ſuper Apo. & Augu. in
gloſſa pſalterij, quòd allelu Ia eſt verbum
imperatiui modi: & ſonat allelu. id eſt, lauda
te, ia. id eſt vniuerſalẽ, vel ia, id eſt, inuiſibilẽ,
ſcilicet Deũ: quaſi laus inuiſibilis Dei. Et quo
niã allelu Ia, futuræ beatitudinis quaſi pro-
priũ eſt vocabulũ, meritò magis eo tẽpore,
ſcilicet paſchali frequentatur: quo Chriſtus
reſurgẽs eiuſdẽ beatitudinis ſpem nobis tri-
buit, & promiſſum: prout ibi dicetur. Quod
5 enim † alijs tẽporibus caneretur ad miſſam,
olim Eccleſiæ romanæ cõſuetudo non erat:
ſed à beato Greg. conſtitutum: imò potius
reſtitutum eſt. Nam cùm prius tẽpore Da-
maſi Papæ fuiſſet eadem conſuetudo de-
fecerat. Hieronymus dicit, quòd allelu Ia
dicatur in miſſa, tractum eſſe de Eccleſia
Hieroſolymitarum. Canimus igitur allelu 7
Ia, poſt graduale, canticum videlicet læ-
titiæ poſt luctum pœnitentiæ: ſummo ope-
re nitentes exprimere magnitudinem con-
Matt. 5 ſolationis: quæ repoſita eſt lugentibus. Iu-
xta illud: Beati, qui lugẽt: quoniã ipſi cõſola-
bũtur: iubilantes potius, quã canẽtes vnámq;
breuẽ digni ſermonis ſyllabã, in plures pneu
mas protrahimus: vt iocũdo auditu mens at-
tonita repleatur, & rapiatur illuc, vbi ſem-
per erit vita ſine morte: & dies ſine nocte
¶ Eſt † etiã allelu Ia modicũ in ſermone &
6 multũ in pneuma: quia gaudium illud maius
eſt, quàm poſsit explicari ſermone. Pneuma
enim, ſeu iubilus qui fit in fine exprimit gau-
diũ & amorẽ credẽtium: & quanta lætitia & 8
pſal. 99 laus ſecuta ſit, per prædicationẽ & fidẽ audi-
Cant. 1 tã. Iuxta illud: Audiuit & lętata eſt Syon &c.
& in canticis: Exultabimus, & lætabimur in
te. Quid ſit pneuma, dicetur in procemio
quintæ partis: Quãdo autẽ dicitur ſequentia:
nõ dicitur pneuma, poſt allelu Ia, prout ſub
ti. de ſequẽtia dicetur. Poteſt etiam allelu Ia
referri ad exultationẽ eorũ, qui de miraculis
Luc. 5 Chriſti gaudebãt: laudãtes Dominũ, & dicẽ-
Luc. 18 tes: Quia vidimus hodie mirabilia, & quia vi-
ſitauit Dominus plebẽ ſuã. Tunc enim can-
tabatur iubilo allelu Ia: quia omnis plebs, vt
vidit, dedit laudem Deo, & gaudebat de vni-
uerſis, quæ glorioſè fiebant ab eo. Hinc eſt,
quòd à ſeptuageſima vſque ad paſcha, non
cantatur allelu Ia. quia tempore triſtitię non
debet decantari carmen lætitiæ: prout ibi in
procemio ſextæ partis dicetur. Porrò, quòd
allelu Ia interpoſito verſu repetitur: & ſic bis
in miſſa dicitur, deſignat æternæ vitæ gau-
dium: & quòd interiecta lætitia ſancti gemi-
nam glorificationis ſtolam accipient, animæ
videlicet & corporis. Nam ſecundum ſtolam pſal. 149
mentis ſeu animæ, exultabunt ſancti in glo- Sap. 3
ria, lætabũtur in cubilibus ſuis. ſecundum ſto
lam carnis fulgebunt: & tanquam ſcintilę in
arun. dic. & de hoc dicetur in ſexta parte ſub
ſabbato in albis. Verſus ergo nihil ſiniſtrum
aut triſte, ſed totum iocundũ, & dulce debet Pſal. 92
ſonare: quales ſunt illi: Dominus regnauit, Pſal. 96
decorem indutus. Dominus regnauit, exultet Pſal. 99
terra &c. Iubilate Deo omnis terra &c. Iu- Pſal. 91
ſtus, vt palma florebit &c. quoniam ab- Apo. 21
ſterget Deus omnem lacrymam ab oculis
ſanctorum: & iam non erit luctus, neq; cla-
mor, neque dolor erit vltrà. ¶ † Verſus
quoque dicitur à reuertendo, eò quòd per
eum reuertimur ad allelu Ia, qui poſt alle
lu Ia ſequitur: quia ſignificat operationem,
quæ laudi coniungi debet: quia non bene
Deũ laudat, qui bene operari ceſſat. Per hoc
verò, quòd allelu Ia cum pneuma repetitur,
laus & gaudium ineffabile patriæ ſignifica-
tur. In nonnullis Eccleſijs allelu Ia cãtatur à
pueris: graduale à magnis, vt notetur, quòd
Deus ex ore infantium perfecit laudem. & Pſal. 8
pſalmiſta: Laudate pueri Dominũ: cuius pſal- Pſal. 112
mi titulus eſt allelu Ia. Illi enim, qui pueri
ſunt, laudi Chriſti conueniunt: fortes verò in
fide, & in tolerãdo aduerſa, qui pugnare poſ-
ſunt, contra amalechitas, graduale debent
cantare. ¶ Circa† hoc notandũ, eſt quòd can-
torum alij ſunt, qui in choro cantus voce ma
gna diſtribuunt: hi ſunt rectores eccefiæ, qui
Deum laudant, & alios verbo & exemplo ad
laudandum inuitant: alij ſunt pueri, qui gra-
duale in gradibus cantant: hi ſunt actiui de
virtute in virtutẽ, in charitatis gradibus aſcẽ-
dentes: qui dum graduale inchoant, alios ad
compunctionem inuitant. Dum verſum con-
cinunt, ad ſe redeũtes ſuas cogitationes accẽ
dunt: & dum illũ finiunt, ſe bonum certamen
certaſſe, & curſum inſinuant conſummaſſe. 2. Tim. 4
Alij ſunt perfecti viri: qui in alijs Eccleſijs
allelu Ia vel tractus in pulpitis concinunt: hi
ſunt cõtemplatiui, carnem affligentes, & mẽ
tẽ excedentes: quorũ conuerſatio eſt in cœ-
lis: non eſt hic hominum, ſed angelorum. Phil. 2

¶Sequentiam verò non illi ſoli decātant, ſed
chori communiter iubilant: quoniam iubilus
æternus & ineffabilis, angelis erit communis
& hominibus. Deberet etiā allelu Ia in gra-
dibus & verſus orientem decantari. & quo-
niam vitam cōtemplatiuam ſignificat: debet
legi in altiori loco, quàm reſpōſorium: quod
9. actiuam deſignat. ¶ † Rurſus in quibuſdam
Eccleſijs cantans allelu Ia, ſumit aliquid in
manu, vt inſinuet ſe Deum non ſolùm voce,
ſed etiam opere collaudare: ſeu manus ducit,
Pſal.46 iuxta pſalmiſtam: Omnes gētes plaudite ma
nibus, iubilate &c. In pleriſq; etiam Eccleſijs
allelu Ia de trinitate cantāt in dominicis die
bus, ſcilicet Benedictus, vel qualis pater: vt
fidem hilariter profitentes ad ſpem perue-
niant. ¶Et attende, quòd allelu Ia dominica-
le à pentecoſte vſq; ad aduentum ſæpe omit
timus: quoniam aliter & aliter in alijs & in
alijs gradualibus diſponuntur. Ea igitur dili-
gens cantor attendat, & diligenter vniuerſi-
tatibus officiorum aſsignet.

SVMMA.

1 Tractus, quid. Et quando & cur adſuma-
tur in Eccleſia. Et vnde. num. 3.
2 Tractus, & allelu Ia, quàm differant.
4 Tractuum dicendorum ordo. & num. 5.
6 Tractus, ſignificat captiuitatem babylo-
nicam.
7 Verſus ſequentiarū, cur dicātur à duobus.

## De tractu. CAP. XXI.

1 A Dominica † ſeptuageſimę, vſq;
ad vigiliam paſchæ, ſcilicet in
diebus & officijs luctus: quia
tunc nō canitur carmē lætitię:
loco allelu Ia, quod ſignificat
exultationē habitam de ſpe æternorum, dici
tur tractus ex inſtitutione Theleſphori Pa-
pæ. Dicitur autē tractus, à trahendo: quia tra-
ctim & cū aſperitate vocū & prolixitate ver-
borū canitur: eò quòd miſeriā & laborē prę-
ſentis incolatus inſinuat: de quo Pſalmiſta:
Pſal.119 Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus
&c. In tractibus enim repræſentatur lōga ſan
ctorū patrū expectatio: & Iudæorū captiuo-
rum mœror, & afflictio: qui tēpore babylo-
pſal.136 nicæ captiuitatis ſedētes ſuper flumina Baby
lonis, & flētes in ſalicibus, ſua organa ſuſpen-
derunt: quod tēpus Eccleſia repræſentat à ſe-
ptuageſima cantica lætitiæ ſubticendo, & tra
2 ctus dicendo. ¶Tantū † autem intereſt inter
allelu Ia, & tractū: quantum inter lætitiā &
tribulationē. Item tantum intereſt inter re-
ſponſoriū, cui omnes reſpōdent, & tractum,
cui nemo, quantū inter actiuam & contēpla-
tiuam vitam. Eſt autem tractus medius inter
reſponſoriū & allelu Ia: vt dicetur in vj. parte
ſub ti. de ſeptem diebus poſt paſcha. Porrò,
tractus quia gemitū & canticū lacrymabile
exprimit: lacrymas ſanctorū, ſiue in actiua,
3 ſiue in contēplatiua vita repræſentat. † Vnde
tractus dicitur, quia ſancti ſuſpirātes ab imo
pectoris gemitū trahunt: quia licet gaudeant
vt monet allelu Ia: tamen hinc in valle lacry Ioſuē 15
marū cōmorantes, habent irriguū ſuperius & pſal.136
inferius: quod tractus myſticat: gemit enim
flebiliter pro dilectione ſupernæ beatitudi-
nis: & ſuper flumina Babylonis ſedentes: pa-
triæ ſuæ memores: interim lacrymas fundūt
pro ſuis, & aliorū acceſsibus: dū ex vicinitate
babylonici fluuij ſeipſos vident ſæpe aſper-
ſos, & alios penitus immerſos: ipſius fluuij ra-
piditate ferri deorſum. Sed quia hic ploratus
quandoq; eſt reſpectu ſuperni gaudij: quan-
doq; reſpectu noſtræ miſeriæ: ideo tractus ſi
militer quandoq; eſt de lætitia pro ſuperiori
irriguo: vt De profundis & alijs huiuſmodi:
de vtroq; irriguo tractat Grego. in iij. lib. dia
4 logorum. c. xxxiiij. ¶ † Et eſt aduertendū quia
poſt duos tractus tribulationis, ſequitur tra-
ctus lætitiæ: prout ſub dominica ſeptuage-
ſimæ, & dominicis ſequentibus videri poteſt:
& hoc ideò, quia poſt duos dies ſepulturę do
mini occurrit terti⁹ reſurrectionis. ¶ Rurſus,
quia gaudiū ſanctorū nō eſt hîc plenū & cō
tinuum: ſed ſępe interrumpitur: ideò Eccleſia
quādoq; interponit tractū: vt in tēpore ſeptua
geſimali: & cū in ſabbato paſchali, poſt alia
ſequatur tractus: quia hoc gaudium nō expe
dit ſine fletu: in ſabbato tamen in albis du-
plicatur allelu Ia: quia æterna vita perfectū
erit gaudium: glorificata carne cum anima:
& cōpleta reſurrectione ſanctorū cū reſur-
5 rectione Chriſti. ¶ Sanè, in † dominica ſeptua-
geſimæ vſq; ad quartā feriam cinerū dicun-
tur tractus ſolū in dominicis diebus, eò quòd
populus tūc melius conuenit in Eccleſia, qui
indiget edoceri, qualiter captiuitatem diabo-
licā per babylonicā ſignificatam, debet de-
6 plorare. ¶ † Tractus enim tēpus babylo-
nicæ captiuitatis reprę̈ſentat: ſed poſt dictam
feriam,



feriam, quæ eſt caput ieiuniorum, magis fre-
quentantur: quia tūc magis eſt tempus mœ-
roris & afflictionis: vtpotè ordinatū ad excu
tiendum iugum diabolicæ captiuitatis: per
mœrorem contritionis, & humilitatem con-
feſsionis: atq; aſperitatem ſatisfactionis: quæ
præcipuè in ieiunio vigent. Sed licet & domi
nica dies reſurrectionem figuret: tamen in
dominicis ſeptuageſimæ cantica lætitię ſub-
ticentur: & tractus dicuntur: quia Iudæi toto
ſeptuagenario babylonicæ captiuitatis con-
tinuè afflicti fuerunt, & non in iſtius vitæ ſe-
ptuagenario, quæ per ſeptenarium: & per cō-
ſequens, per ſeptuagenariū ducitur, continuè
dolores & miſerias experimur: donec ad octa
uam veræ & perfectæ, & non figuratæ reſur-
rectionis, per Chriſti miſericordiam venia-
7 mus. ¶ † Poſtremò conſiderandum eſt, quòd
verſus ſequentiarum bini & bini, ſub eodem
cantu dicuntur: quod contingit, quia (vt plu-
rimum) bini & bini per rithmos ſub paribus
ſyllabis componuntur: quod in verſibus tra-
ctuum non reperitur: qui ex ſacra ſcriptura
vt plurimùm ſumuntur: ideóq; intantum ne
queunt combinari. Rurſus ille ſub vno cantu
combinantur: ad notandum, quòd exultatio
veræ charitatis in vno Deo perficitur: ſequē-
tia enim exultationem, combinatio charita-
tem deſignat. Verſus verò tractuū, quia mœ-
rorem ſignificant, ſingulariter decantantur:
Pſal.140 iuxta illud Pſal. Singulariter ſum ego, donec
tranſeam. Hiero. xj. q. j. quando. Solus ſede-
bam, quia amaritudine plenus eram. ¶ Non
eſt etiam omittendum, quòd licet regulari-
ter graduale, vel allelu Ia immediatè ſequa
tur epiſtolam: ne nos muſicus ille reprehen-
Luc. 7 dat dicens: Cantauimus, & non ſaltaſtis: La-
mētauimus, & non planxiſtis. Allelu Ia enim
cantatur pro ſaltatione: graduale pro plāctu
ſubiungitur pœnitentiæ. Hoc tamen fallit in
ſabbatis quatuor temporum: & in quarta &
in ſexta ferijs maioris hebdomadæ: & in qui
bus tractus immediatè ſequitur epiſtolā. &
hoc ideò, quia in illis diebus muſicus ille no
bis aufertur. Nam in dicta quarta feria ven-
ditur: in ſexta crucifigitur: quod in dictis ſab-
batis, quo ad aliquid repræſentatur: & ideò
ad maiorem luctum inſinuandum, tractus in
illis immediatè epiſtolam comitatur. Quòd
autem tractus maiorem inſinuet luctum,
quàm graduale: per hoc innuitur, quòd nun-
quam cum allelu Ia cantatur: niſi ob ſpe-
cialem cauſam in ſabbato paſchali.

SVMMA.

1 Sequentia ſeu proſa, quid. & quidnam notet.
2 Nocherius Abbas, ſequentiarum author.
3 Petrus compoſtellanus Epiſcopus, author
eſt antiphonæ: Salue regina.

## De Proſa ſeu ſequentia. CAP. XXII.

1 POſt allelu Ia, † proſa ſeu ſe-
quentia dicitur, quod eſt ſimi-
liter canticum exultationis: ad
notandum geminam glorifi-
cationis ſtolam, quam ſancti
accipient, prout iam pręmiſſum eſt. Cantatur
autem ſequentia ab omnibus ſimul, in cho-
ro, vt notetur cōcordia charitatis: talis enim
laus Deo placet: vnde in canticis: Vulneraſti
cor meum, ſoror mea, ſponſa mea, in vno Canti.4
oculorū tuorum: ideò dicit in vno, vt notetur
cōcordia & voluntas vniformis: quia laus ſic
facta, eſt cibus delicatiſsimus Deo: hæc eſt
tunica illa inconſutilis, quam Deus non pati
tur ſcindi. xvj. q. xj. ſicut. de hoc dictū eſt ſub
tit. de allelu Ia: vt dicetur in prœmio quintę
partis, vbi de antiphonis agitur. ¶ Nocherius
2 abbas ſancti † galli, in Theutonia, primò ſe-
quentias pro neumis ipſius allelu Ia compo
ſuit. & Nicolaus Papa ad miſſas cantari con-
ceſsit. Sed & Hermanus contratus Theuto-
nicus, inuentor aſtrolabij, compoſuit ſequen
tias illas: Rex omnipotens & ſancti ſpiritus
&c. & Aue maria gratia. & antiphonā: Alma
redemptoris mater. & Simō bariona. Petrus
verò compoſtellanus epiſcopus, fecit illam:
3 † Salue regina miſericordiæ, vita, dulcedo &
ſpes noſtra, ſalue: ad te clamamus. Quidam
verò rex Francię Robertus nomine, compo-
ſuit ſequentiam illam: Veni ſancte ſpiritus.
& hymnum Chorus noue Hieruſalem. Anti-
quitus enim mos erat, vt ſemper cantaretur
allelu Ia, cum pneuma: ſed poſteà dictus
Papa inſtituit loco illius pneumæ in præci-
puis ſelennitatibus ſequentias dici. Quando
ergo non dicetur allelu Ia, non debet ſequē-
tia dici. quoniam loco pneumæ eius dicitur: &
idem ſignificat, quod pneuma, ſcilicet æter-
næ vitę gaudium, & delitias: quę nullo verbo
exprimi poſſunt: & ideò per pneuma, quæ
eſt vox non ſignificatiua, intelliguntur. Et
inde eſt, quòd quidam ſequentiæ antiquæ ſo
lēt verba noua & incognita habere & inuſi-
tatas

tata:tum quia cœli gaudiũ ſecretum atq; in-
cognitũ mortalibus eſt:tum quia nobis inco-
gnitus eſt modus laudandi Deum in patria:
tum quia iubilus cordis in præſenti vita
cognitus eſt ad plenum:tũ quia omnia noua
ſunt pulchritudine decorata: vt in procœmio
digeſtorum. Hodie verò ſequẽtiæ cũ voce ſi-
gnificatiua dicuntur,ad notandũ,quòd in illa
magna feſtiuitate vitæ æternæ iubilus plenè 2
ſcietur. Sequentiæ verò æternæ vitæ myſti-
cant laudes,iuxta illud:Beati, qui habitant in
Pſal.83 domo tua Domine: in ſe.&c. Habent enim
verba laudiflua & dulcẽ atq; ſuauẽ cantum:
quia ibi omnia erũt plena laude & melodia
cœleſtis organi, abundauit dulciflua lætitia,
Pſal.86 quia ſicut lætantiũ omniũ habitatio erit ibi.
¶ Rurſus,quoniã laudes æternitatis verbis hu
manis plenè non reſonãtur, ideò quædã Ec-
cleſiæ myſticè pneumatizant ſequẽtias ſine
verbis, aut ſaltẽ aliquos verſus earum nulla
enim erit ſignificatio verborũ neceſſaria, vbi
ſingulorũ corda patebũt ſingulis intuentibus
librum vitæ:& vbi idẽ erit teſtis accuſator,&
iudex.x.q.iij.eorũ. ¶ Et nota,ſecundũ Iſidorũ,
quòd proſa eſt producta ratio à lege metri
reſoluta, ſic dicta,ex eo quòd ſit profuſa:ſe-
quentia verò dicta eſt, quia pneumã iubili
ſequitur:& hic in euangelio,dicitur:ſequentia
ſequentiæ in numero ſingulari.

SVMMA.

1 Sacerdos mutat locũ in altari. Et id qua-
liter,quáve ſignificatione.
2 Euangelium, quo conſilio legatur in ſi-
niſtra parte altaris.

## De mutatione ſacerdotis,

### CAP. XXIII.

HActenus, dũ epiſtola lecta fue
rit,& choro graduale pſallen-
1 te,ſacerdos† tacitus ad dextrã
partẽ ſedebit altaris,illud inſi-
nuans, quòd Ioanne prædicã-
te Chriſtus quodãmodo tacebat:quia nõ prę
dicabat apertè:ſed dicturus euangeliũ ſurgit,
quia vt euãgeliſta tradit, poſtquã Ioãnes tra
Mar.1 ditus eſt,venit Ieſus in Galileã,prædicãs euã
geliũ regni Dei:& quoniã ſedes victoris eſt,
ſeſsio ſacerdotis,victoriã Chriſti rectè ſigni-
Mat.4 ficat, qui poſt ieiuniũ vicit diabolũ:nam re-
liquit eũ tẽtator:& acceſſerunt angeli & mi-
niſtrabãt ei. Poſt dictã ergo ſequentiam,ſur-
gens ſacerdos,& ad ſiniſtrã altaris partẽ acce
dens,pronunciat euangeliũ, ſignificans,quòd
Chriſtus nõ venit vocare iuſtos,ſed peccato-
res:iuxta quod ipſe in euangelio dixit:Quia Matt. 9
nõ indiget qui ſani ſunt,medico:ſed qui malè
habet.ij.q.j.multi.per dextra enim iuſti, per
ſiniſtra aute peccatores ſignificatur: propter Mat.25
quod Dominus in iudicio ſtatuet quidẽ oues
à dextris:hœdos verò à ſiniſtris:de hoc dictũ
2 eſt ſub ti.de oratione. Quidã † tamẽ dixerũt,
quòd ideò ſacerdos in principio miſſę cõſiſtit
ad dextra:cũ verò pronũciat euangeliũ con-
uertitur ad ſiniſtram: & circa finẽ iterũ redit
ad dextrã: quia cultus Dei primò fuit in po-
pulo Iudæo, & Iudæa tunc erat ad dextrã:
deinde Iudæis non credentibus, & verbũ Dei
tanquã indignis reſpuẽtibus,cultus Dei trãſi-
uit ad gẽtes,ad quas Apoſtoli tranſierunt, &
tũc Iudæa fuit à ſiniſtra parte:& circa finem
reuertetur iterũ ad Iudæos, ad prædicationẽ
Enoch & Heliæ,qui conuertent corda patrũ
in filios.quoniã in diebus illis ſaluabitur Iu-
da,& reliquiæ Iſraël ſaluę fient:qui enim pri Luc. 1
mò dixerat in via gentiũ ne abieritis: poſteà Hie.23
præcepit,dicens:Ite in orbẽ vniuerſum. Quia Mar.vlt.
ergo prædicatio peruenit etiã ad illos,qui in Iudi.6
ſiniſtra parte fuerunt,dum ſiccato Gedeonis
vellere ros aream irrigauit, meritò in parte
ſiniſtra legitur euangeliũ, ſicut in ſequẽti ti.
dicetur. Vnde verſus: Eſt ratio,cur pars alta-
ris dextera miſſę,Principiũ finémq; tenet me
diúmq; ſiniſtra:Dextera Iudæos gẽtiles lęua
figurat.Cœpit ab his, defertur ad hos,refer-
tur ad illos Noſtra fides: & erunt omnes in
fine fideles.Sed cũ ſacerdos, qui pronunciat
euangelium,repręſentat perſonã Chriſti,qui
nõ prædicauit gẽtibus,ſed Iudęis:iuxta quod
ipſe dicit in euangelio.Non ſum miſſus, niſi Mat.15
ad oues,quæ perierunt domus Iſraël.Vtrum
illud rectè dicatur: prudens auditor aduer-
tat. De hoc dictum eſt ſub tit. qualiter epi-
ſcopus vel ſacerdos.Ad quancunq, verò alta
ris partem ille ſe transferat,miniſtri eum re-
trò ſequuntur prout dictum eſt ibidem.

SVMMA.

1 Diaconus lecturus euangelium, benedictio-
nem petit.Et quorſum idipſum.num.7.
2 Euangelium,vnde dicatur.Et quid.
3 Euangeliũ,eſt myſteriorũ omnium caput.
4 Diaconus, manũ Pontificis quare oſculetur.
5 Euangeliorum librũ, vnde ſumat Diaconus.
6 Diaconus librum euangeliorum ab vtra ſu-
mat



mat potius altaris parte.
8 Diaconi benedictio,vnde cœperit.
9 Diaconus qualem debeat ſe præſtare.
10 Diaconus & ſubdiaconus eadémne via
in pulpitum aſcendant:atq; redeant.
11 Puluinar ſuppoſitum libro euangelio-
rum, quid notet.
12 Diaconus,cur præmittat ante euangeliũ,
turibulum cum incenſo.
13 Acolyti cum turibulo & incenſo præce-
dunt diaconum dicturum euangelium.
Et quibus id de cauſis.
14 Cerei,quid ſignificent.& num.15.
16 Crux antecedit diaconum, in euangelij
lectione.
17 Ambo,ambonis: quid quídq; notet.
18 Euangelium in alto & ſublimi loco dici-
tur.fallit,num.19.
20 Aquilæ ſuperimponitur liber euange-
liorum & qua ſignificatione.
21 Euangelium, quare verſus Aquilonem le
gatur.
22 Diaconus, lecturus euangelium, popu-
lum ſalutat.
23 Euangeliũ legente diacono,omnes ſtan-
tes audiunt.
24 Euangelium,auditur nudato capite.Item
poſitis armis & baculis.num.25.
26 Diaconus,cur principio euangelij, ſubij-
ciat:ſequentia ſancti euangelij.
27 Diaconus initio euangelij,luſtrat os,frõ
tem,& cor,ſigno ſanctæ crucis:Item po-
pulus.num.28. Et quid ita.
29 Subdiaconus,vtram manum ſupponat li-
bro euangelij.
30 Diaconus, librum euangelij oſcula-
tur.
31 Subdiaconus,librum euangelij,refert,va
cuo diacono.
32 Sacerdos,oſculatur euangelium:euange-
lio dicto à diacono. Et qua id ſignifica-
tione.num.33.
34 Sacerdos cur turificetur, dicto euan-
gelio.
35 Euangeliorum præfationes duæ.& vtri-
libet vbi locus.
36 Euãgelijs,quibuſnam pręponatur:In illo
tempore.& quibus non.
37 Euangelia leguntur variè, pro loci,tem-
poris, & rei varietate.
38 Mulier vel Abbatiſſa non poteſt legere
euangelium in Miſſa.

## De euangelio.

### CAP. XXIIII.

1 SVpra proximè tactum † eſt,
qualiter ſacerdos non ſolenni
ter celebrans, ipſemet euãge-
lium dicit. Verũ, quando epi-
ſcopus vel ſacerdos celebrat
cum miniſtris cuncta ſolennius peraguntur:
tunc enim in quibuſdam Eccleſijs,vt Romæ,
diaconus dextra manu pontificis oſculata co
dicẽ euangelij ſumit,de altari:illum ſubdia-
cono ad ferendum tradens: poſteà benedi-
ctionem poſtulat ab epiſcopo,vel à ſacerdo-
te, & ei benedicitur. In alijs tamen Eccleſijs
prius benedictionem poſtulat, quàm codicẽ
accipiat de altari. Data itaq; benedictione
procedit diaconus ad pulpitum per dextram
partem chori,quem præcedit diaconus, cum
textu euangelij:& illum præcedit turibulum
cum incenſo: & ante turiferarium cerofera-
rij cum faculis accenſis:ante illos in quibuſ-
dam Eccleſijs Crucis vexillum, ſicq; pulpi-
tum aſcendit, & euangelium incipit:quo di-
cto ad epiſcopum vel ſacerdotem ſimul re-
deunt,quæ ſingula proſequemur. Notãdum
eſt autem, quòd in quibuſdam Eccleſijs in
præcipuis feſtiuitatibus, diaconus proficiſci
volens ad legendũ euangelium, incipit anti-
phonam:quæ eſt in nocturnis ſuper benedi-
ctus: & dum ipſe accedit ad pulpitum, illa
cantatur & finitur à choro,vt notetur chari-
tas, & cantatur ſine pneuma: ad notandum,
quòd Deus non præcepit nos habere, niſi
ſimplicem charitatem. ¶ Sanè, iam figura
mutatur.nam diaconus, qui prius repræſen-
tabat prophetam,iam repræſentat Ioannem Matt. 11
euangeliſtam:quoniam lex & prophetæ vſq;
ad Ioannem,& ex eo regnum cœlorum euã-
gelizatur.Ideò autem euangeliũ legitur, vt
velut Chriſtus poſt legem, prophetias, &
pſalmos ore ſuo prædicauit: ita poſt epiſto-
lam reſponſorium & allelu Ia, per illud po-
2 pulo prædicatio eius annuntietur. † Et dici-
tur euangelium, quaſi bonus nuntius, ab εὖ
quod eſt bonum,& ἄγγελος quod eſt nũtius.
Eſt enim euangelium Chriſti & Apoſtolo-
rum prædicatio:nuntiat quidem vitam, poſt
mortẽ:requiem, poſt laborẽ:regnũ,poſt ſer-
3 uitium. ¶ † Eſt autẽ ſciendũ,quòd ſicut caput
præeminet cæteris corporis mẽbris:& illi cę
tera mẽbra ſeruiũt:ſic & euãgeliũ principale
eſt omniũ,quę ad officiũ miſſę dicũtur:& toti

 præeminet

præeminet officio miſſæ:& quæcunq; ibi cã-
tantur,& leguntur, illi conſentiunt in intelle
ctuali ratione: prout in ſexta parte ſub qua-
4 libet dominica dicetur. ¶ † Diaconus ergo
primò dextram manum pontificis oſculatur,
nihil dicẽs:quia prędicator euangelizare de-
bet pro gloria æterna,de qua ſponſa dicit in
Cant.2 cãticis:Dextra illius amplexabitur me.Nam
& angelus qui reſurrectionis Chriſti gloriã
venerat nuntiare,ſedebat in dextra, ſtola cã-
dida coopertus.In alijs tamen Eccleſijs non
oſculatur,ſed ſolùm inclinans benedictionẽ
poſcit.Verùm ſubdiaconus vel diaconus non
manus, ſed pedes romani pontificis oſcula-
tur:vt ſummo pontifici ſummã exhibeat re
uerentiam, & oſtendat eum eſſe illius vica-
rium,cuius pedes oſculatur mulier illa, quæ
Luc. 7 fuerat in ciuitate peccatrix. Adorandum eſt
Pſal.109 enim ſcabellum pedum eius, quia ſanctum
Mat. 28 eſt:cuius etiam reſurgentis à mortuis pedes
mulieres tenentes adorauerunt. Generaliter
nemo debet manũ ſummi Pontificis oſcu-
lari, niſi cum de manibus eius aliquid acce-
pit,vel cum ad manus eius aliquid tribuit, vt
oſtendatur, quòd ex vtroq; debemus ei gra-
tias agere, qui ſicut ſemper dat propria :ſic
nunquàm recipit aliena.Quas oblationes ro
manus pontifex recipiat, ſub ti.de oblationi-
5 bus dicetur.¶Subſequenter † diaconus textũ
Eſa. 2 euangelij ſumit de altari:quia de Syon exibit
lex,& verbum Domini de Hieruſalem: non
vtiq; moſaica lex quõdam exiuerat de mõte
Synai, ſed euangelica: de qua prophetr ait:
Ecce dies veniunt,dicit Dominus & conſum-
mabo teſtamentum nouum, ſupra domum
Iſraël,& ſupra domum Iuda. Sumitur etiam
liber de altari, quoniam Apoſtoli de altari
euangelium acceperunt, cum prædicantes
Matt. 21 paſsionem Chriſti euangelizabãt.Vel altare
in hoc loco,ſignificat Iudæos, à quibus trãſ-
fertur regnum Dei, & datur genti facienti
fructum eius.Et ex eo,quòd liber ſumitur de
altari,notatur,quòd euangelium eſt verbum
Dei,quod per altare ſignificatur, ſecundum
illud Exod.xx. Altare de terra facietis mihi.
Et propter præmiſſas rationes, quidam vo-
lentes dicere finita miſſa euangelium ſancti
Ioannis,vel aliud,imprimunt primò ſignum
Crucis ſuper altare, & poſteà in fronte.¶Su-
6 mit† autem illũ,vt quidam volunt,de dextra
parte altaris, quia Eccleſia de Iudæis, à qua
noſtrũ ſumpſit exordiũ antiquitus, fuit à de-
xtris:& ponit eum in manu ſiniſtra, dextram
ſupponens iuxta illud: Læua eius ſub capite Canti.2
meo:& dextra illius amplexabitur me:& hoc
propter triplicem cauſam.¶Primò,quia euã-
geliſta docet cœleſtia,quæ per dextrã,terre-
nis quæ per ſiniſtram intelliguntur, ſupponi.
¶Secundò,inclinatur liber ſuper ſiniſtrũ hu-
merum,ad notandũ quòd Chriſti prædicatio
de gentili populo, tranſibit ad iudaicũ. Eſai.
xx.c.in diebus illis ſaluabitur Iuda.¶ Terriò,
quia in vita temporali, qui per illã ſignifica-
tur,neceſſe eſt euangelium prædicare.Et te-
xtus euangelij in quibuſdam Eccleſijs orna-
tur exterius argento, & lapidibus, prout di-
ctum eſt in parte.iij. ſub tit. de legalibus in-
dumentis.Liber autem ipſe ab aduentu ſacer
dotis ad altare, donec euangelium legatur,
ſuper altare remanſit:quod quantum ad hoc
ſignificat Hieruſalem:quoniam euangelica
doctrina primùm in Hieruſalem facta eſt,& Eſa. 2
ibi permanſit ab aduentu Domini,donec pu-
blicaretur gentilibus, Iuxta illud: De Syon
exibit lex &c. vt ſuprà. Hieruſalem enim eſt Rom.10
locus paſsionis,quæ per altare etiam ſignifi Luc.10
7 catur.¶ Conſequenter † benedictionem po-
ſtulat:quia nullus debet prædicare niſi mit-
tatur. Iuxta illud: Quomodo prædicabunt,
niſi mittantur: extrà de hære.cùm ex iniun-
cto. & Dominus inquit Apoſtolis: Rogate
Dominũ meſsis, vt mittat operarios in meſ-
ſem ſuã.xxv.diſt.in nouo.Eſaias autẽ cũ au-
diſſet vocẽ domini dicẽtis:Quẽ mittã & quis
ibit ex vobis.Reſpõdit:Ecce ego ſum: mitte
me.dixitq; Dñs:Vade,& dic populo huic:au
8 dite audiẽtes &c.viij.q.j.ſciẽdũ.¶Rurſus† hu Eſa. 6
iuſmodi benedictionẽ præfigurauit Moſes, Exod.24
qui aſcendẽs in montẽ accepit tabulas, & be
nedictionem,& populo mãdata propoſuit:&
Dñs etiã benedixit ordini diaconali,cui dedit
ſpiritũ ſanctũ,& miſit ad prædicandũ per vni
uerſum orbẽ.Põtifex ergo, vel ſacerdos viſi
biliter benedicit diacono qui lecturus euan-
geliũ,qđ nõ fecerat ſubdiacono lecturo epi
ſtolã:quia Chriſtus inuiſibilis manẽs,legẽ,&
prophetas,quæ per epiſtolã ſignificãtur inui Baruc 2
ſibiliter miſit:ſed poſtquam in terris viſus,&
cũ hominibꝰ cõuerſatus eſt,apoſtolos & euã
geliſtas viſibiliter miſit,& docuit. Eũtes(in-
quit)prædicate, dicentes:Appropinquabit re-
gnũ cœlorũ.Illi aũt regreſsi circuibãt caſtel Mat.10
la,euãgelizãtes,& curãtes vbiq;.Et mittit eũ
ad legendũ euãgeliũ, ad notãdũ ꝙ Chriſtus
miſit



miſit apoſtolos ad prædicandum regnũ Dei.
9 ¶ † Diaconus autem, ea quæ ſibi in benedi-
ctione dicuntur conſiderans, ſe corde pu-
rum,ore mundum,& opere caſtum, ſtudeat
exhibere,quatenus ſacroſanctum euangeliũ
poſsit dignè proferre, quia puteus aquarum
viuentium,id eſt euangelica prædicatio,non
fluit impetu, id eſt, liberè,niſi de libano, id
Cant. 4 eſt,corde caſto,& ore candido.Non enim eſt
ſpecioſa laus in ore peccatoris:imò peccato-
ri dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias, &
aſſumis teſtamentum meum, per os tuum?
iij.quæſtio.viij.§.quod teſtatur.& ideò ſigno
crucis munitur,deinde licentia & benedictio
ne obtentis,& inſuper cruce impreſſa, vt ſe-
curus incedat,procedit ad pulpitũ cum ſilen-
tio,inclinato capite:nihil in quibuſdã Eccle-
ſijs ferens,propter illud,quod dominus ipſe
præcepit apoſtolis, quos miſit ad prædican-
Luc. 10 dum regnũ Dei.Nihil inquit tuleritis in via,
& neminem ſalutaueritis. In alijs tamen Ec-
cleſijs diaconus fert librum, vt iam dicetur.
Sed perueniens ad ambonem, ſalutat quaſi
intrans domum cui offert pacem,vt infrà di-
cetur,& tranſit per dexteram partem chori
ad ſiniſtram: vt liber euangelij de dextra ad
ſiniſtram transfertur: & ibi legitur, quia de
Eſa. 2 Syon exibit lex & verbum: vt ſuprà. Iudæa
enim reſpuẽte verbum Dei,apoſtoli tranſie-
runt de Iudæis ad gentes,& poſteà prædica-
tum eſt gentibus,quæ per ſiniſtram intelli-
Actu. 13 guntur.Vnde apoſtolus ad Heb.dicit: Vobis
oportebat prius prædicare verbum Dei: ſed
quoniam repuliſtis illud,& indignos vos iudi
caſtis,ecce conuertimur ad gentes.extrà de
renun.niſi.de hoc ſuprà in tit.proxi. In Eccle
10 ſia † Romana,& in quibuſdam alijs ſubdiaco
nus per vnam viam,& diaconus per aliam in
pulpitum aſcendit:quoniam ille docendo, &
iſte diſcendo in augmentum ſcientiæ proce-
dit,& quia miniſtrator per meritum operis,&
prædicator per meritum oris in augmentum
iuſtitiæ progreditur. vndè pſalmiſta:Iuſtitia
Pſal. 35 tua ſicut montes Dei:per eandẽ tamen viam
Mat. 10 deſcendentes ad pontificem reuertũtur:quia
per finalem perſeuerantiam pertingunt præ-
mium:ſicut dominus ait: Qui perſeuerauerit
vſque in finem,&c.de pœniten.diſtin.ij.apo-
ſtolus.& c.multi.Et quia prædicatio ſine ope
Actu. 1 re,nõ ſufficit.Cœpit enim Ieſus facere & do-
cere.ideò prædicator per eandem viã reuerti
tur,per quã acceſſerat miniſtrator. Pretereà,
ideò lecturus euangelium ab vna parte pro-
greditur, & aſcendit:& ab altera regreditur
& deſcendit:iuxta illud euangelij:Per aliam
viam reuerſi ſunt in regionem ſuam: quoniã
apoſtoli prius prædicauerũt Iudæis,& poſteà
gentibus,ſecundum illud apoſtoli:Quoniam
repuliſtis verbũ Dei, & indignos vos ſe.&c. Mat. 2
11 ¶Sanè diaconum † ſubdiaconus antecedit: Actu.13
quia Ioannes & eius prædicatio Chriſtum &
eius prædicationem pręceſsit:portans in qui-
buſdam Eccleſijs,puluinar quod libro ſuppo-
nat.Per puluinar quidem,quod libro ſuppo-
nitur,ad quietem,ſignificatur vitæ ſolatium,
ſiue temporalia:quaſi dicat: Si vobis ſemina-
mus ſpiritualia,non eſt mirum ſi à vobis me-
timus carnalia.j.Cor.ix.xij.q.j.§.j.Nam ſecũ-
dum apoſtolum primo ad Corin. Qui altari 1.Cor.9
ſeruiunt,cum altari participant.extrà de prę-
ben.cùm ſecundum.dignus eſt enim opera-
rius mercede ſua.Matth.x.& dominus pręce
pit in lege:Non claudes os bouis triturantis. Deut.25
extrà de præben.extirpandæ.¶Rurſus pului-
nar ſupponitur euangelio,ad notãdum,quòd
ſuaue eſt iugum domini,ſiue onus euangelij
illud portare volentibus.Vnde in Matthæo:
Iugum meum ſuaue,& onus meũ leue: huic Matt. 11
iugo,qui ſubijcitur omnia ſubiecta habet ſe-
cundum Aug.puluinar ergo ſuauitas & dul-
cedo in mandatis Dei.Vnde propheta:Para- Pſal. 83
ſti in dulcedine tua pauperi Deus:& iterum:
quàm dulcia faucibus meis eloquia tua do- Pſal.118
mine. In Eccleſia tamen romana diaconus
præcedit,vt doctor: ſubdiaconus ſequitur vt
auditor:ille præcedit,vt prædicet:iſte ſequi-
tur,vt miniſtret.Poſt lectionem verò ſubdia
conus,quaſi ſufficienter edoctus pręcedit re-
ferens euangelium:quoniã mercedem euan-
gelij de ſua miniſtratione reportat, ſecundũ
illud,quod dominus ipſe promiſit in euange-
lio:Qui recipit prophetam in nomine pro- Matt. 10
phetæ,mercedem prophetæ recipiet: quem
ideo præmittit diaconus ad pontificem, vt
oſtendat ſe fructum prædicationis referre.de
quo dominus iuſſerat: poſui vos, vt eatis & Ioan. 15
fructum afferatis: & fructus veſter maneat.
Adhæc ſubdiaconus librum, & puluinar re-
portãs,ſignificat,quòd prædicator bono ope
re debet vitam ſuam Deo offerre.vnde apo-
ſtolus ad Corin.ix.Omne quodcunque faci-
tis,aut verbo,aut opere in nomine domini Ie
ſu Chriſti facite.xxvij.q.vlti.non obſeruetis.
12 Præmittit quoque † diaconus ante euangeliũ

turibulum cum incenſo : quia Chriſti opera
Actu.1. præceſſerũt eius doctrinã:iuxta illud : Cœpit
Ieſus facere, & docere. Turibulum autem,
cùm ture ſignificat orationem cum deuotio-
ne:quam tunc maximè debent habere fide-
les in audiendo diuinũ ſermonem. ¶Rurſus
diaconus ideò pręmittit turibulum:quia præ-
dicator debet odorem bonæ opinionis ex ſe
2.Cor.2. mittere : iuxta illud apoſtoli: Chriſti bonus
Pſal.140 odor,ſumus in omni loco:nam cuius vita de-
ſpicitur,reſtat vt eius prædicatio contemna-
13 tur:extrà de ſac.vnc.c.j.¶†Tertiò turibulum
precedit,vt ipſius diaconi oratio ſicut incen-
ſum in conſpectu domini dirigatur.Ante turi
bulũ verò præmittit duos ceroferarios cum
faculis accenſis.¶Primò, quia debet deſide-
rium & gaudium in cordibus auditorum ac-
cendere,quatenus & libenter audiant,& gra-
tanter obediant.In quibuſdam tamen Eccle-
ſijs turibulum cereos precedit:quoniam ora
tiones & opera virtutes de oratione famam,
lucem,& ſigna præcedunt:iuxta illud:Luceat
lux veſtra.& illud:Et virtus exibat de illo,&
Mat.5. ſanabat omnes.¶Secundò,ſacerdos vel epi-
Luc.6. ſcopus pręmittit ante diaconum duos acoly-
tos portantes cereos,& incenſum ad notan-
dum quòd Chriſtus præmittebat binos nun-
tios ante faciem ſuam in omnem ciuitatem,
& locum quo ipſe erat venturus,præferẽtes
coruſcationes miraculorum,& odorem vir-
Matt.7. tutum.vnde reuerſi dixerunt:Domine in tuo
nomine etiam dæmonia ſubijciuntur nobis.
Facies enim Chriſti conuenienter hic intelli
guntur apoſtoli,qui normam doctrinæ ſuæ
Matt.10 populis oſtendebant:propter quod ipſis aie-
bat : Qui vos recipit , me recipit. ¶Tertiò,
ideò librũ euangelij præcedunt turibulum,
& candelabra,quia doctrina Chriſti virtus &
fama præibat,euangeliſta teſtante.Exiuit Ie-
Luc.4. ſus in virtute ſpiritus in Galileam : & fama
exiuit de illo in vniuerſam regionem:& ipſe
docebat in ſynagogis eorum.¶Quartò, pro-
pter cauſam,in ſecũda parte ſub ti.de acoly-
to ſcriptam.¶†Rurſus duo cerei illuminati,
14 doctores Eccleſiæ per quos Eccleſia illumi-
natur,qui debent habere notitiam vtriuſque
teſtamenti deſignant:Hinc eſt,quòd ipſi ce-
rei plerunque quibuſdam diuerſorum colo-
rum lineis decorantur,ad notãdum,quòd per
doctores ipſos ſacra ſcriptura diuerſis ſenſi-
bus exponitur,prout dictũ eſt in principio li-
bri.Si verò lineæ ipſæ aureæ vel argenteæ
ſint,deſignant quòd in ipſis doctoribus eſt
aurum ſapientiæ , & argentum eloquentiæ.
15 ¶†Vel cerei ipſi deſignant, duo teſtamenta,
quibus genus humanum illuminatur : vel le-
gem,& prophetas,qui in quibuſdã Eccleſijs,
dum euangelium legitur, in pauimento po-
nuntur:quoniam legis vmbra & prophetarũ
ænigmata per lumen euangelij etiam ab hu
milibus intelliguntur:quia propter euangeli-
cam doctrinam,lex & prophetia penitus eua
nuerunt in litera.In quibuſdam tamen Eccle
ſijs in diebus profeſtis,vnus puer cũ vno tan-
tum cereo diaconũ præcedit,per quod ſigni-
ficatur,quòd primum Chriſti aduentum, qui
humilis fuit & occultus , præuenit tantum
vnus præcurſor,ſcilicet Ioannes baptiſta,qui
fuit lucerna verbi. In diebus verò feſtiuis
duo cerei præcedunt:quia in ſecundo aduen-
tu,qui ſolennis erit & manifeſtus duo præ-
mittẽtur pręcones,ſcilicet Helyas & Enoch,
qui interficientur ab Antichriſto in Hieruſa-
lem:quod ſignificatur per extinctionem ce-
reorum.De candelabris & etiam cereis ali-
ter dictum eſt in prima parte ſub ti.de pictu-
16 ris.¶Antecedit † quoque crux , primò ad no-
tandum,quòd diaconus debet prædicare cru-
cifixum. ¶Secundò , quòd qui eum intuetur
per fidem ſanatur à morſu ſerpentis antiqui.
ipſe eſt enim ſerpens in palo. ¶Tertiò,crux
præcedit euangelium in ſignũ,quòd prædica
tor ſequi debet crucifixum. Vnde dominus
inquit Petro:Sequere me.Ioã.xxj.c.Poſt hæc
17 diaconus ſuper ambonem aſcendit : † dicitur
autem ambo,ambonis,pulpitum,vbi legitur
euangeliũ.dictus ab ambio, ambis : quia lo-
cus ille gradibus ambitur.Sunt enim in qui-
buſdam Eccleſijs duo paria graduum ſiue
duo aſcenſus in illam, per medium chori:
vnus à ſiniſtris : videlicet verſus orientem,
quo fit aſcenſus:alter à dextris:videlicet ver-
ſus occidentem:quo fit deſcenſus,vt præmiſ-
ſum eſt.Vel aſcendit ab auſtrali parte.nam
Chriſtus à Bethel,id eſt,Bethleem , quæ eſt
auſtrum, venit in Hieruſalem.vnde dicitur:
Deus ab auſtro veniet. Aſcendit ergo ſuper Abac.3.
ambonem,ad notandũ,quòd Chriſtus ambit
omnes qui cuſtodiunt verbũ euangelij,& vt
poſſit ambiri:& ſic melius ab hominibus in-
18 telligi.Item aſcendit † vt in edito & alta vo-
ce annuntiet euangelium:tanquã vbiq; & ab
omnibus audiendũ,iuxta illud propheticum:
Super montem excelſum aſcende tu , qui Matt.10
euangelizas



euangelizas Syon:exalta in fortitudine vocẽ
tuã.& dominus inquit in euangelio.Quod di
co vobis in tenebris, dicite in luce:& quod in
aure auditis, prædicate ſuper tecta : extra de
de hære. cũ ex iniuncto. vt imitemur domi-
nũ, qui in monte aſcendit:vt euangeliũ præ-
dicaret,& aperiẽs os ſuum,docebat diſcipu-
Matth.5 los,dicens:Beati pauperes ſpiritu &c.Lex etiã
Exod.19 in mõte data eſt.euangeliũ ergo in alto & in
eminenti loco legitur: quia doctrina euãgeli
ca delata fuit vbique terrarũ : vnde in omnẽ
terrã exiuit ſonus eorũ &c.xix.diſ.ita.Epiſto-
la verò in loco inferiori : quia lex & prophe-
tæ,qui per illã figurantur, clauſi fuerũt in Iu
Pſal.75 dæa:vnde notus in Iudæa Deus &c.Pręterea,
per epiſtolã prædicatio vete.teſta.quæ humi-
lior:per euangeliũ no.teſt. quę excellior eſt,
intelligitur : doctrina enim Chriſti : vel lex
euangelica excellit apoſtolicam:& apoſtolica
legalẽ doctrinã. Vnde apoſtolus ad Heb.vij.
Lex neminẽ ad perfectionẽ ducit : euangeliũ
19 autẽ dat ſalutẽ omni credẽti.In miſſa†autẽ,ꝓ
defunctis nõ in illo loco eminẽtiori,ſed iuxta
altare euãgeliũ, & epiſtola legũtur, ad notã-
dũ ꝙ quãtũ ſpectat ad defunctos,nõ proſunt
prędicatiões,quæ viuis publicè fiũt. Ipſis aũt,
cum ſint abſentes, fieri nequeũt publicè, vel
occultè: ſed magis fiũt pro ipſis orationes per
quas ad Chriſtum,qui per altare ſignificatur,
appropinquãtes eis poſſumus reuelationẽ ali
20 quã obtinere.¶ † Legitur etiã de more euã-
geliũ ſuper Aquilã: iuxta illud pſ.xvij.Et vo-
lauit ſuper pennas ventorũ:& Aquila ipſa ſeu
locus:in quo legitur in diebus feſtiuis aliquo
panno lineo vel ſerico cooperitur, ad ſigni-
ficandũ mollitiẽ cordium chriſtianorũ.Vnde
dñs per prophetã:Ecce cor carneũ dabo vo-
Ezec.11 bis & ſcribã legẽ meã in cordibus veſtris. Lo-
cus verò:in quo epiſtola legitur nõ cooperi-
tur,ad ſignificandũ duritiã cordiũ Iudeorum.
21 † Lecturus autem euangeliũ,tranſit ad partẽ
ſiniſtram,prout iam & ſuprà ſub ti. de muta-
tiõe ſacerdotis dictum eſt:& opponit faciem
ſuã aquiloni, iuxta illud Eſa. xliij. Dicã aqui-
loni:da,& auſtro noli prohibere, vt oſtendat
nos doctrina euangelij debere armari:& prę-
dicationem Chriſti contra illum ſpecialiter
Eſa.4 dirigi,qui ait : Ponam ſedem meam ab Aqui-
lone:& ſimilis ero altiſſimo : nam & ſecundũ
Hie 1 prophetam. Ab aquilone pãdetur omne ma-
lũ ſuper habitatores terræ. ¶Rurſus verſus
aquilonẽ, Euãgeliũ legitur,iuxta illud, quod
legitur in cãticis.iiij.Aquilo ſurgat,id eſt,dia-
bolus fugiat, & auſter veniat, id eſt , ſpiritus
ſanctus accedat.Rectè enim cõtra diabolum
Euangelium legitur:vt illũ ſua virtute expel-
lat:quoniam diabolus nihil tantùm,quantum
Euangeliũ odit.Si quidem Aquilo,ventus fri-
gidus,diabolum ſignificat:qui flatu tentatio-
num corda hominum à Dei timore cõgelat,
& refrigerat.Cũ ergo fides in Euãgelio con-
tineatur:quæ eſt armatura noſtra contra dia-
bolũ:iuxta illud : Cui reſiſtite fortes in fide : 1.Pe.1
meritò legitur contra illum.Quandoque etiã
verſus meridiem legitur:quia doctrina Chri-
ſti quæ prima fuit inter Iudæos:& nunc inter
gẽtiles:ad eos in fide redibit.Hi verò, qui eũ
inueniendo præceſſerunt,reſpiciunt ad euan-
geliũ:& ad faciẽ recitantis, prout ſub Epiſto-
22 la dictum eſt.¶Deinde†lecturus euãgelium,
ſalutat populum, vt illum ad audiẽdum ver-
bum Dei attentũ reddat,dicens:dominus vo-
biſcum : oſtendens etiam per hoc ſe orare,vt
dominus ſit cum eis:& obſeruãs,quod domi-
nus iuſſit: In quacunque domum intraueritis,
primum dicite:Pax huic domui.Chorus verò
& populus quaſi redditus attentus , ad illum,
& ad quancunque partem in qua euangelium
legitur ſe vertunt:quia omnibus propoſitum
eſt:Ite in mũdum vniuerſum,prædicate euã- Lucæ 10
gelium omni creaturę,id eſt,homini:pro quo Mar.vlti.
facta eſt omnis creatura : vel qui habet ali-
quod participium cum omni creatura : & re-
ſpondent:& cum ſpiritu tuo : ſupple,vt dignè
poſſis Euangelium legere:ac ſi dicant:tecum
ſit ad dicendum:& ſic mutuò ſe ſalutant:pro-
23 ut ſub præfatiõe dicetur.¶†Sanè Euãgelium
ſtando & non ſedendo auditur : ſicut ſtatuit
Anaſtaſius Papa de conſecratione diſtinctio-
ne prima . Apoſtolica. vt ad prælium pro
Chriſti fide ſeruanda promptitudo notetur.
Vnde Lucæ vigeſimoſecũdo. Qui non ha-
bet gladium:vendat tunicam, & emat illum.
Et quia ipſius doctrina ad amorem cœleſtiũ
dirigit mentes noſtras : ad huiuſmodi etiam
promptitudinem deſignandum,quidam dum
Euangelium legitur , chlamydes deponunt:
& etiam ad notandum , quòd omnia tempo-
ralia dimittenda ſunt propter Chriſtum : iu-
xta illud Euangelij : Ecce nos reliquimus Matt.19
omnia : & ſecuti ſumus te. Et ex quo ſtan-
dum eſt apparet , quòd nec iacere nec ap-
podiare debemus Euangelium audiendo.
Reclinatoria ergo tunc relinquuntur : ad
no

notandum, quòd non debemus confidere in
principibus: nec ſuſtentari in terrenis: quia
vanitas vanitatum, & omnia vanitas dixit Ec-
Eccle.1 cleſiaſtes. Subauditur comparatione Dei, in
quem curam noſtram iactare debemus. Et ſe-
cundum ipſum Anaſtaſium, ſtantes curui ma-
nere debemus: vt humilitatem, quæ à domi-
no docetur, etiam corpore demonſtremus.
24 ¶ † Auditur etiam capite nudato. Primò, vt at-
tentio adeſſe demonſtretur: ob quam etiam
cauſam quidam tunc mentonem & genas ma-
nu tenent. Secundò, vt quinque ſenſus patuli
ſint ad audiendum. Tertiò, ad notandum,
quòd omnia quæ ſub velamine & figura in
lege ac propheris continebantur, ſunt in E-
Matt.17 uangelio manifeſtata. In Chriſti paſsione ve-
25 lum templi ſciſſum eſt &c. ¶ † Deponuntur
etiam tunc baculi & arma. Primò, ne imite-
mur Iudęos, in conſpectu crucifixi arundines,
& arma ferentes. Secundò, ad notãdum, quòd
Chriſto prædicante omnes legales obſeruã-
tiæ quæ per baculos ſignificantur, depoſitæ
ſunt. Tertiò, depoſitio baculorum & armorũ,
humilitatem notat, & Chriſtianæ perfectio-
nis eſſe nõ ſe vindicare: ſed domino reſerua-
Rom.12 re vindictam: iuxta illud: Mihi vindictam, &
ego retribuam: dicit dominus: & Matt.v. Qui
te percuſſerit in vna maxilla, prębe ei & alte-
ram.xxiij.q.j.§.j. Auditur etiam Euangelium
in ſilentio: quia omnia ſoluta ſunt in euange-
lio, quæ in lege & prophetis promiſſa erant.
¶ Pontifex verò ſeu ſacerdos, dum euangeliũ
legitur, faciem vertit ad illud: ad notandum,
quòd Chriſtus prædicatores euãgelij ſemper
ad adiuuandum reſpicit: ſtans ſuper ſcabellũ,
ad deſignandum, quòd per huiuſmodi prædi-
cationem omnis aduerſa poteſtas debellatur,
& Chriſti pedibus ſubmittitur, & ſic imple-
tur, quod in Pſal. dicitur: Donec ponã inimicos
Pſal.109 tuos ſcabel. &c. ¶ Diaconus verò ſtatim † poſt-
26 quam ſibi reſpõſum eſt: & cum ſpiritu tuo: vt
cunctos reddat dociles & beneuolos, ad au-
diẽdum verbum euangelij, id eſt, bonum nũ-
tiũ nũtiãtem regnũ Dei, ſubdit: Sequẽtia ſan-
cti Euangelij: turificans librum, & ſignans ſi-
gno crucis. Et etiam in quibuſdã locis oſcula-
tur librum. q.d. hic eſt liber ſeu Euangelium
Dei hic eſt liber crucifixi, quem prædico: hic
eſt liber pacifici, per quem reconciliationem
accepimus. vnde apoſtolus j. ad Corin.j. Præ-
dicamus vobis Chriſtum crucifixũ. Per incẽſi
autem fumum, bona prædicationis opinio in-
27 telligitur. ¶ Deinde ſignat † ſe in frõte, in ore,
pariter & in pectore, ſeu in corde, ne diabolus,
qui bonis operib⁹ inſidiatur, tollat ei per eru-
beſcentiam, deuotionẽ de corde: vel ſermonẽ
de ore: ac ſi dicat Ro.j. Ego Chriſti crucẽ nõ
erubeſco: ſed eam ore prædico, & corde cre-
do: quia corde creditur ad iuſtitiam: ore autẽ
confeſsio fit ad ſalutem. j. Cor. j. Prędicamus,
inquit apoſtolus, Chriſtũ Ieſum, & hunc cru-
cifixum: Iudæis quidem ſcandalũ: gẽtibus au-
tẽ ſtultitiã. Et Apoſtolus ad Gal. vj. Mihi autẽ
abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu
Chriſti. Dominus etiam in euãgelio ait: Qui
me erubuerit, & ſermones meos, hunc filius Luc.9
hominis erubeſcet, cum venerit in maieſtate
ſua & patris: & ſanctorũ Angelorum. Vnde in
Daniele legitur: Nõ eſt cõfuſio confitẽtibus Danie.3
te. Quidam autẽ ſignãt ſe tãtùm in fronte, &
in pectore, quaſi in vtroq; ſuperliminari. Cle-
rus verò & populus audito titulo Euangelij,
ſcilicet ſequẽtia &c. ſiue bono nũtio vertẽtes
ſe ad oriẽtem, ſiue ad altare, vt Deum, qui eſt
verus oriẽs glorificẽt: quia miſit eis verbũ ſa-
lutis, ſicut legitur in actibus Apoſtolorum, & Act.11
glorificauerũt Deum dicẽtes: ergo & gẽtibus
Deus pœnitentiam dedit & vitã: cũ reuerẽtia
& honore reſpõdẽt: Gloria tibi domine. Pro-
poſito itaque euangelio ad legendum: in quo
agitur de gloria, & de noſtra liberatiõe, ſcili-
cet qualiter Chriſtus diabolũ deuicit, & nos
ab ipſius ſeruitute liberauit: & victor ad glo-
riã patris aſcẽdit: ipſi auditores euãgelij lætã-
tes in laudem ſui ſaluatoris clamant, dicẽtes:
gloria tibi domine: quaſi dicãt: gloria tua, quę
nobis in euãgelio prædicatur, nobiſcum, ſine
fine permaneat, & ſemp creſcat: & hæc dicẽ-
28 do ſigno † crucis in frõte, in ore & in pectore,
ſe ſimiliter contra diabolum muniunt, ne eos
impediat in audiẽdo. In frõte, quia ibi eſt lo-
cus pudoris & verecũdię. Vnde per hoc, quòd
crucem frõti imprimũt, oſtẽdũt ſe nõ erube-
ſcere credere crucifixum, cuius liber legitur,
& eum habere Deum & dominum. Per hoc,
quòd in ore ſignant, ſignificãt crucem domi-
ni audacter prædicare. Per hoc, quòd in pe-
ctore, oſtendunt ſe libenter compati pro no-
mine Chriſti: qua etiam ratione quidam quã-
diu Euangelium legitur, cum vtroque polli-
ce ante pectus ſignum crucis figurant. ¶ Rur-
ſus nos in ore ſignamus, ad deſignandũ, quòd
de verbis Euangelij debet eſſe locutio no-
ſtra. In pectore verò, ad deſignandum, quòd
ver



verba Euangelij debent nos percutere in pe-
ctore, & in mente. Mox verò poſt factum ſi-
gnum crucis, verſus diaconum audituri, euan
gelium ſe conuertunt. De crucis myſterio,
29 dicetur in prooemio quintę partis. ¶ † Porrò
alicubi ſubdiaconus dum legitur Euange-
lium, ſiniſtram manum libro ſupponit, ad
notandum, quòd illi qui ſub tempore legis
fuerunt, quorum finis ſeu vltimus fuit Ioan-
nes, quem ſignificat ſubdiaconus: & ſi aliqua
bona agebant: illa tamen debilia & infirma
erant quæ per ſiniſtram ſignificantur: quia ſi
lex ad gratiam diſponeret, tamen illa gratiam
non præbebat. Conuenienter ergo ſiniſtra
manus libro Euangelij ſupponitur: in quo
Chriſti fides prædicatur, ſine qua per opera
legis nemo ſaluatur. ¶ Rurſus per ſiniſtram
manum temporalia, per librum Euangelij,
ſpiritualia congruè deſignantur. Manus ergo
ſiniſtra libro ſupponitur, ad notandum quòd
ſicut anima ſine corpore non viuit: ita nec ſpi-
ritualia diu ſine temporalibus ſubſiſtere poſ-
ſunt. Terminatur autem Euangelium, exal-
tando vocem in fine, prout ſub Epiſtola di-
ctum eſt: & mox illo finito munit ſe diaco-
nus ſigno crucis: ne diabolus ſuſceptum ſe-
30 men Euangelij de vaſe ſignato ſurripiat. † Et
deinde Euangelium oſculatur, ad notandum
ſe ex charitate & amore Euangelizaſſe. Au-
ditores verò ſe verſus orientem conuertunt,
quaſi ad Hieruſalem gratias agentes: quia in-
de venit ad nos euangelium. iuxta illud, quod
Act.1 Dominus dixit in Euangelio Apoſtolis: Vos
eritis mihi teſtes horum in omnes gentes, in-
cipientes ab Hieruſalem: & ſigno crucis ſe in
pectore muniunt contra diabolum: ne ſemen
verbi Dei ſuffocetur in eis: vnde Lucæ viij.
Volucres cœli comederunt illud. Et ne ſer-
monem domini rapiat de pectoribus eorum.
q. d. Deus nos faciat in doctrina Chriſti per-
ſeuerare: & vt ſignificet ſe habere in corde,
quod exprimitur ore. Quod etiam apertius
deſignatur in quibuſdam Eccleſijs in quibus
finito Euangelio dicitur: amen: & bene: quaſi
dicant verum eſt, quod in Euangelio dictum
eſt: quod eſt contra quoſdam hæreticos, qui
lecto euangelo, quaſi contradicentes, dicunt,
falſum eſt. Vel amen. q.d. fiat nobis, quod do-
minus in Euangelio pollicetur. iuxta illud
Neemię viij. Benedixit Eſdras domino Deo
magno. Et reſpondit omnis populus: amen
amen. Et eleuantes manus ſuas incuruati
ſunt & adorauerunt proni in terram. In alijs
verò eccleſijs, dicitur, Deo gratias: ſicut fit
poſt aliquam lectionem, vel capitulum. Qui-
dam etiam literati dicunt: Benedictus qui ve-
nit in nomine domini: quod eſt finis Euange-
lij Matthæi: quod legitur in feſto beati Ste-
phani: & in Dominica Palmarum. In quibuſ-
dam locis cerei, qui ſignificabant doctores,
per quos Eccleſia illuminatur, poſt lectum
Euangelium extinguuntur: quoniam Chriſto
in eis loquente poſſunt Eccleſiam illumina-
re: eo autem tacente, id eſt, ſpiritu ſancto ab
eis recedente, hæc nequeunt. Præterea euan-
gelij prædicatione finita, lex & prophetiæ
ceſſabunt. In nonnullis tamen Eccleſijs dum
Euangelium legitur, candelabra cum cereis
deponuntur ad terram, ad notandum legem
& prophetiam inferiorem Euangelio eſſe.
31 ¶ Conſequenter † ſubdiaconus codicem
Euangelij refert: diaconus verò vacuus redit:
vt oſtendat ſe prædicatione finita contem-
plationi vacare. Veniens autem prius ad le-
gendum Euangelium, librum in quibuſdam
Eccleſijs ferebat, an notandum, quòd ipſe
non ſolùm debebat docere: ſed & facere. Re-
dit etiam ad epiſcopum ſeu ſacerdotem, vnde
venit: ad notandum, quòd omnis doctrina à
Deo eſt: & ad ipſum reuertitur. Vnde Salo- Eccl.1
mon: Vnde exeunt flumina, reuertuntur. Te-
xtus quoque euangelij ſuper puluinar repor-
tatur: quia Eccleſia, vt audiuit Euangelium,
illud ſuauiter corde ſuſcepit: & lætata eſt. Iu-
xta illud: Audiuit: & lætata eſt Syon: & ait: Pſal.96
Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locu- Canti.5
tus eſt. Liber quoque euangelij, & turibulum
ad Pontificem reportantur: quia ad eum o-
mnia bona referenda ſunt, à quo cuncta pro-
cedunt. Ipſe enim eſt finis conſummans: ſed
non conſumens, α & ω, primus & nouiſsimus:
initium & finis. Nam & apoſtoli prædicatio- Apocal.1
ne peracta, ad Chriſtum reuerſi ſunt, referen-
tes ei gratias de miraculis & prædicationis
32 profectu. ¶ † Epiſcopus verò tus odorat: &
Euangelium oſculatur. Primò ad notandum,
quia quod Epiſcopus inſpirauit & docuit, hic
approbat & acceptat. Deus enim nihil acci-
pit, niſi quod efficit, nec remunerat, niſi quod
donat: quia ſicut cuncta quæ fecit, bona ſunt:
ſic nulla ſunt bona, niſi quæ fecit. Nam vidit
Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bo- 
na. ¶ Secundò apertum codicem oſculatur, Gen.2
ad ſignificandum, quòd ſcire debet quòd nu-
da

da ac aperta ſibi eſſe debent quæcunque ſunt
in lege: vnde Luc.viij. Vobis datum eſt noſſe
myſterium regni Dei: & Malachiæ.ij. Labia
ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam: & legem re-
quirunt, ſupple ſubditi, de ore eius: extra de
hære.cùm ex iniuncto. ¶ Tertiò, quia ipſe ſo-
lus intrat in ſancta ſanctorum: prout in proœ-
mio huius partis dictum eſt. ¶ Quartò, quia
huiuſmodi oſculum ſignificat affectum a-
moris, ad Euangelium, qui præcipuè in Epi-
ſcopo vigere debet, adeo vt paratus ſit mor-
tem, pro eo ſubire.xxv.quæſtio.j. violatores.
¶ Quintò, ſubdiaconus librum apertum præ-
lato ſeu ſacerdoti offert ad oſculandum, ad
notandum ipſum debere delectari in fide fi-
delium: quæ infuſa eſt in eis: & patefacta per
Euangelij prædicationem: quæ prius in lege
fuerat clauſa. Poſteà in quibuſdam Eccleſijs
liber clauſus illis, qui ſunt in choro, oſtendi-
tur, pro eo quòd poſt præmiſſa verba vobis
Luc.8 datum eſt &c. ſequitur in Apoſtolo: cæteris
33 autem in parabolis. † Et eſt aduertendum,
quòd poſtquam diaconus lecto euangelio li-
brum oſculatus eſt, ad notandũ ſe ex charita-
te & amore euangelizaſſe: tunc demum fer-
tur Euangelium Epiſcopo: qui Chriſtum ſi-
gnificat ad oſculandum, id eſt, ad prędicatio-
nem acceptandam: & non ante ad figuran-
dum, quòd Deus illam duntaxat ad prædica-
tionem acceptat: quę fit ex amore & charita-
te. Veruntamen in miſſa pro defunctis euan-
gelium non fertur Pontifici ad oſculandum:
tum quia tunc premiſſę rationes ceſſant: tum
quia in Miſſa illa omnis ſolennitas ſubtrahi-
tur, ne feſtiuæ ſolennitates cum deſolationis
mœroribus miſceantur. Legens tamen Euan-
gelium in miſſa pro defunctis, librum in qui-
buſdam Eccleſijs oſculatur: quia quicunque
illud pronuntiat, debet charitatis amore in
illum tendere, cuius doctrinam Euangelicam
recitauit, qui amor per oſculum deſignatur.
34 ¶ Et eſt † aduertendum, quòd ſtatim poſt libri
oſculum: ſacerdos miniſter Pontificem, qui
Chriſtum deſignat, incenſat, ad oſtenden-
dum, quòd ſacerdotis maximè officium eſt,
orationis ignitum ſacrificium, quod per in-
cenſum ſignificatur, Chriſto offerre, non ſo-
lùm in expiationem delicti: verumetiam in
gratiarum actionem: prout in Leui. habetur.
Poteſt etiam ſub epilogo dici: quia quod li-
ber Euangelij per ſubdiaconum portatur:
quod diaconus pulpitum aſcendit: quod a-
perto libro populum ſalutat: & omnes re-
ſpondent: quod titulum Euangelij præmittit:
quod alta voce & diſtinctè, & contra Aqui-
lonem legit: quod omnis populus aures, &
oculos ad librum dirigit: & in ſilentio ac
ſtando audit: & in fine ad cœlum manus le-
uans orat dicens, amen. Hæc inquam omnia
& ſingula ex lege ſumuntur. Legitur enim in
principio Neemiæ, quòd congregato populo Nee.8
ad plateam, quæ eſt ante portam aquarum,
Eſdras ſcriba attulit librum legis Moſi: &
ſtetit ſuper gradum ligneũ, quem fecerat ad
loquendum, & aperuit librum coram omni
populo. Porrò Leuitæ ſilentium faciebant in
populo, ad audiendum legem, benedicentes
Deo magno, & omnis populus ſtans in gra-
du ſuo reſpondit, Amen. Et legerunt in libro
legis Dei diſtinctè & apertè ad intelligen-
dum. Omnis verò populus eleuantes manus
ſuas adorauerunt proni in terram. ¶ Illud
35 † quoque prętereundum non eſt, quòd euan-
gelijs, quæ in Eccleſijs leguntur, generaliter
duæ præfationes præmittuntur: prima eſt:
Initium ſancti Euangelij: ſecunda, ſequentia
ſancti Euangelij. Siquidem prima præfatio
præmittitur principio cuiuslibet Euangelij
quatuor Euangeliſtarum: ſcilicet Euangelio
Ioannis: In principio erat verbum: & euange-
lio Matthæi: Liber generationis: Euangelio
Lucæ: Fuit in diebus Herodis: & Euangelio
Marci: Principium Euangelio Ieſu Chriſti.
Quod in quibuſdam Eccleſijs legitur in pri-
ma dominica de aduentu, vt ibi dicetur: &
tunc non ſubijcitur illis: In illo tempore: quia
in ipſis principijs agitur & determinatur cer-
tum tempus: vnde eſſet nugatio, & ſuperflue-
rent verba illa. Secunda verò præfatio pręe-
mittitur omnibus alijs Euangelijs. Et dicitur
ſequentia: quia verba ipſa, quæ legenda ſunt,
ſequuntur poſt initium, ſeu poſt ea, quę præ-
cedunt euangelium: vnde ſumpta ſunt verba
ſancti euangelij &c. vel ſequentia, eſt nume-
ri ſingularis: & tunc cum dicitur: ſequentia
ſancti Euangelij ſecundum Ioannem: ſupple-
36 tur hæc eſt. ¶ † Sanè in euangelijs, quibus ipſa
ſecunda prefatio præponitur, ſubijcitur quan-
doque: In illo tempore: & quandoque non
ſubijcitur. Siquidem ſine, in illo tempore: di-
cuntur, quando ex eorum verbis certum eſt
de tempore: vt præmiſſum eſt: & tunc inci-
piunt per aliquam determinationem regiæ
vel alterius poteſtatis: vt illud, Anno quinto-
deci-



decimo Tyberij: vel per ſimplicem rei geſtę
narrationem, certum tempus determinan-
tem: vt illud: Cùm eſſet deſponſata. & illud:
Poſtquam conſummati ſunt. & illud: Cùm
natus eſſet Ieſus. & illud: Factum eſt autem,
cùm baptizaretur. & illud: Cum autem eſſet
annorum duodecim, & illud: Poſtquam im-
pleti ſunt dies. & illud: Veſpere autem ſab-
bati. & illud: Eliſabeth impletum eſt &c.
Reliquis verò euangelijs ſubijcitur: In illo
tempore: & eſt ſenſus, In illo tempore, ſcili-
2. Cor.6 cet gratiæ: de quo dicit Apoſtolus: Ecce nũc
tempus acceptabile &c. de pœ.diſtin.j.ecce.
37 ¶ Non † eſt etiam obmittendum, quòd euan
gelium legitur in Eccleſia, quandoq; ſecun-
dum hiſtoriam: vt illud, quod dicitur in die
paſchæ: Maria Magdalene, & Maria Iacobi
&c. & illud quod cantatur in natali ad ſecun-
dam miſſam de paſtoribus. ¶ Quandoq; ſe-
cundum allegoriam: vt illud, quod legitur in
aſſumptione beatæ Marię: in quo mentio fit
de Maria & Martha: vbi dicitur: Intrauit
Ieſus in quoddam caſtellum &c. prout ibi in
ſeptima parte dicetur. ¶ Quandoq; ſecun-
dum rem: vt illud de ſancta trinitate. ¶ Quã-
doq; ſecundum perſonam: vt illud, quod cã-
tatur in feſto ſancti Thomæ Apoſtoli, vbi
dicitur: Thomas vnus de duodecim. ¶ Quan-
doq; ſecundum partem, vt illud, quod dicitur
in feſto ſanctæ crucis, de Nicodemo: vbi di-
citur: Sic oportet exaltari filium hominis &c.
In quo verbo Chriſtus paſsionem ſuam ſi-
gnificat: & exaltationem corporis ſui in Cru
ce. Et ideò euangelium, in quo hæc clauſula
continetur, legitur in feſto ſanctæ Crucis: &
in feſto Michaëlis archãgeli: propter illum
verſum: Angeli eorum ſemper vident faciem
patris mei: qui in cœlis eſt. ¶ Item etiam ſe-
cundum partem: vt illud: Liber generationis
&c. Et hoc propter vltimum verſum in quo
fit mentio de Chriſto. ¶ Quandoq; ſecun-
dum totum, vt illud quod legitur in cir-
cunciſione Domini: Poſtquam conſummati
ſunt dies octo &c. ¶ Quandoq; ſecundum
tempus: vt illud quod dicitur in prima die
quadrageſimæ, ſcilicet propter ieiunium.
¶ Quandoq; propter litanias: vt illud: Si
quid petieritis &c. quod in litanijs dicitur,
in quo fit mentio de aliquo pane & piſce.
¶ Et quandoque propter locum: vt illud,
quod legitur in Dominica ſexageſimæ, ſci-
licet Exijt, qui ſeminat, &c. ¶ Sanè mulier
38 etiam † abbatiſſa non debet legere euan-
gelium. Licet enim beata virgo dignior &
excellentior eſſet Apoſtolis vniuerſis: Domi
nus tamen non commiſit ei claues regni cœ
lorum: extrà de pœ.& remiſſ.noua. Hinc eſt,
quòd abbatiſſa non poteſt proprias monia-
les benedicere, vel earum confeſsionem in
criminibus audire, vel euangelium legere,
vel publicè prædicare. In matutino tamen
poſſet: ſed non publicè euangelium dicere.
vij.q.j.diaconiſſam. ¶ Et nota, quòd quatuor vel xvij.
ſunt euangelia de beata Maria: vt dicetur in
ſeptima parte ſub feſto aſſumptionis.

## SVMMA.

1 Symbolum Apoſtolorum, immediatè ſequi-
tur euangelium.
2 Symbolum, dicitur voce ſublata maximè
in Miſſa. In prima autem & Completorio,
de miſſa.& num.3.
4 Symbolum auſpicans ſacerdos, cur manus
eleuet.
5 Symbolum, quid.
6 Symbolum, eſt triplex. & vnde dicatur.
7 Apoſtoli Symbolum ediderunt.
8 Athanaſij Symbolum.
9 Symbolum Nicenum.
10 Symboli cantandi in Miſſa vſus à Græcis
profectus.
11 Græcorum error de proceſsione ſpiritus ſan
cti.
12 Græci temerè ſpiritũ ſanctum à filio proce
dere negant.
13 Symbolum maius, quibus diebus adhibeatur.
vide per diſcurſum. Et num.14.
15 Symboli expoſitio. & 18.19.20.21.22.23.
24.25.27.29.& 30.
16 Deo credere, Deum credere, & in Deum cre
dere, quid & in quo differant.
17 Diuinarum perſonarum diſtinctio.
26 In Eccleſiam quando credamus.
28 Lepræ curatio.
31 Vita æterna.

## De Symbolo. CAP. XXV.

1 EVangelio † lecto mox can-
tatur alta, voce ſymbolum
illud, ſcilicet credo in vnum
Deũ: quia enim corde credi-
tur ad iuſtitiam: ore autem
confeſ-

confeſsio fit ad ſalutem. Ro. x. ideò Eccleſia, vt oſtendat quòd euangelij verbum ſeu prædicationem fide & corde recipit, mox fidei ſymbolum ore decantat. Symbolum ergo poſt Euangelium, fidem poſt prædicationem oſtendit. Vnde Ioan. Hæc eo loquente, multi crediderunt in eum. Nam ſecundum apoſto-
Rom.10 lum ad Roma. x. Fides eſt ex auditu: auditus
2 autem per verbum Dei. ¶ † Dicitur autem alta voce: vt omnes illud dicant & addiſcant. Omnis enim Chriſtianus tenetur publicè fi-
Eccle.10 dem catholicam confiteri: propter quod in fronte ſignatur. In prima verò & in completorio ſub ſilentio dicitur, ne muſcæ morientes perdant ſuauitatem vnguenti, prout in quinta parte ſub titu. de prima tangetur.
3 † ¶ Rurſus ideò in Miſſa patenter dicitur, ad notandum, quòd hodie fides catholica liberè prædicatur & docetur. In prima verò ſub ſilentio, dicitur, ad notandum, quòd in primitiua Eccleſia præſertim tempore paſsionis Chriſti prædicatores & fidei profeſſores ſiluerunt: & in completorio ad notandum, quòd ſimiliter in fine ſeculorum, antichriſti nēpe perſecutione inualeſcente illorum ora claudentur. ¶ Sanè ſacerdos ſeu Epiſcopus il-
Iacobi 1 lud incipit, ad deſignandum, quòd omne bonum à Chriſto procedit. Nam omne datum optimum: & omne donum perfectum de ſurſum eſt. &c. j. q. j. quam pio. Ne autem
Lucæ 7 muſicus ille cœleſtis dicat: Cantauimus vobis: & non ſaltaſtis: chorus Euangelicæ doctrinæ conſona voce reſpondet: & ſolenni tripudio fidem catholicam profert, dicens: Patrem omnipotentem &c. quanuis in Miſſa Papæ quandoque aliter obſeruetur: prout
4 iam dicetur. ¶ † Ad hoc ſacerdos illud incipiens manet erectus ante medium altaris, manibus extenſis, ſurſum eleuatis, quas poſtquam inceperit, iungit. Siquidem ſacerdos Chriſtum repræſentans, erectus manet: ad notandum, quòd Chriſtus ſemper paratus eſt cunctis ſpiritualia bona largiri. Et ante altaris medium: innuens quòd non eſt perſonarum acceptator: ſed quantum in ipſo eſt, omnibus æqualiter influit: nec angulum diligit, neque ſinum. Manibus quoque extenſis: ad deſignandum, quòd paratus eſt abundanter bene meritis illa largiri. Surſum tamen eleuatis, quaſi ipſo facto oſtendens, quòd quę ſurſum ſunt, quærere, atque à Deo miſericordiam poſcere: & in eo ſolo ſperare debemus. Deinde poſtquam inceperit, manus iungit: quia ei ſoli de perceptis bonis gratias agere: & nos humiliare debemus. Et quoniam ſymbolum, verbum eſt euangelicum, quo ad ſenſum: ideò ſtando illud audire ſicut & euangelium, & ſic illo dicto, ſignum crucis
5 facere debemus. ¶ σύμβολον, * † autē Græcè,
* Latinè ſonat indicium, vel ſignum, vel collatio: tum quia regulam fidei plenam indicat, & perfectam: tum quia ſimul in vnum fidei
6 continet articulos. ¶ † Et nota, quòd triplex eſt ſymbolum. primum eſt ſymbolum Apoſtolorum, quod vocatur ſymbolum minus: quod videlicet ex inſtitutione Damaſi Papæ dicitur tacitè per ferias in ſingulis canonicis horis. Et illud dicitur à σύν, quod eſt cum, & βόλος, quod eſt ſententia: quia compoſitum fuit ex diuerſis verbis Apoſtolorum. ſicut pueri in feſtiuis conuenientes afferre ſolent bolos, id eſt, fruſta carnium & panis: quæ in vnum collecta, ſymbolum vocatur, id eſt, collectio minutiarum. xliij. diſt. non oportet. traditur enim quòd poſtquam Apoſtoli ſpiritum paracletum acceperunt: cum iam forent ad prædicandum euangelium profecturi, cōferentes in vnum ſuper articulis fidei ſtatuerunt: vt ſicut omnes erant in vna fide concordes, ſic omnes vnam fidem concorditer prædicarent: & ideò ſymbolum minus componentes, vnuſquiſque bolum, id eſt, particulam vnam appoſuit. Vnde ſecundum apoſtolorum catalogum ſiue numerum duode-
7 cim particulas dignoſcitur continere. † Petrus nanque appoſuit, Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Andreas: Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum dominum noſtrum. Iacobus: Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex maria virgine. Ioannes: Paſſus ſub pontio Pilato: crucifixus, mortuus, & ſepultus. Philippus: Deſcendit ad inferos: tertia die reſurrexit à mortuis. Bartholomeus: Aſcendit ad cœlos: ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Thomas: Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Matthæus: Credo in ſpiritum ſanctum. Iacobus: ſanctam eccleſiam, catholicam, ſanctorum communionem. Simon: Remiſsionem peccatorū. Thaddæus: Carnis reſurrectionem: Mathias: Et vitam æternam.
8 ¶ Secundum ſymbolum eſt: † Quicunque vult ſaluus eſſe &c. Ab Athanaſio patriarcha Alexandrino, in ciuitate Treueri compoſitum



tum. Hoc tamen poteſt dici tertium: nam Nicenum de quo ſequitur, fuit prius in pri-
9 ma Nicena ſynodo compilatū. ¶ † Tertiū eſt Nicenum. xv. diſt. c. j. ſcilicet, Credo in vnum Deū: quod Damaſius Papa ex condicto vniuerſalis ſynodi apud Conſtantinopolim celebrare inſtituit, in miſſa cantare patenter: quanquam & Marcus Papa primus ſtatuiſſet illud alta voce cātari: & vocatur ſymbolum maius. ¶ A græcis ergo vſus cantandi ad miſſam ſymbolū, creditur prouenisse: quod ſi-
10 militer duodecim clauſulas cótinet. † Prima eſt: Credo in vnū Deum &c. Secunda: Et in vnum Dominū Ieſum Chriſtum. Tertia: Qui propter nos homines &c. Et cū dicitur ibi. Et homo factus eſt: debemus genua flectere: quia Chriſtū hominem factum & pro nobis crucifixū adoramus. Quarta: Crucifixus etiā pro nobis. Quinta: Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas id eſt, eo modo, eo ordine, & eo tempore, quo prædictum eſt in ſcripturis. Sexta: Aſcendit in cœlū. Septima: Et iterū venturus eſt &c. Octaua: Et in ſpiritum ſanctū Dominū. Nona: Et vnam ſanctā catholicam Eccleſiam. Decima: Confiteor vnū baptiſma. Vndecima: Et expecto reſurrectionē mortuorū. Duodecima. Et vitā venturi ſeculi. amē. ¶ Et eſt notandum quòd in prædictis Niceno & Conſtantinopolitano cōcilijs nō leguntur verba illa: ſecundū ſcripturas: neq;
11 illa, filióq; procedit, & quoniā apud † græcos in fine ipſius ſymboli, ſub anathemate dicitur prohiberi, ne quis de fide trinitatis aliud docere vel aliter prædicare, quàm ibi continetur præſumat: ſed & calcedonenſe concilij apud eos celebratū anathematizare præcepit eos, qui alterā fidē auſi eſſent cōponere: pro ferre, ſcribere, docere, vel aliud ſymbolum tradere, quàm præmiſſum eſt: ideò ipſi græci nos anathematizatos aſſerunt pro eo, quòd ibi addimus verba ipſa. Sed minus bene dicūt: tum quia illud nō fuit canon latę ſententiæ: ſed cōminatio quædam: tum quia inferior potentiorem ligare non poteſt. xxj. diſt. inferior. Romana enim Eccleſia nō ſubeſt concilijs, ſed potius concilia ſubſiſtūt ſibi: extrà de elect. ſignificaſti. Prætereà, verba illa: ſecūdū ſcripturas: ſumpta ſunt ex expoſitione fidei eiuſdē concilij Conſtantinopol. & ſic nihil videtur additum nec errorem aliquem ſapiunt: ſanè, vt ſuprà ſunt expoſita intellecta. Item per verba illa: filióq; non docemus aliud vel aliter de trinitate prædicamus: imò idem. Cum enim filius idem ſit cū patre in ſubſtantia: ergo quod à patre procedit, & à filio procedit: & ſic nihil addimus, ſed potius declaramus: nec alteram fidem cōponimus, proferimus, ſcribimus, vel aliud ſymbolum tradimus: nec in aliquo contra prædi-
12 ctum facimus anathema. Mirum † tamen eſt, quo auſu ipſi græci ſpiritū ſanctū à filio procedere negare præſumunt: cùm & hoc in cōcilio Epheſino apud eos edito contineatur expreſsè: de cōſe. diſt. v. c. vlt. & penul. ſed ipſi ſe erraſſe vidētes quoſdā prælatos de ſuis ad generale cōciliū Lugdun. ſub Grego. Papa. x. celebratum miſerūt, qui in dicto cōcilio publicè nobis vidētibus ſuo & omniū prælatorum & imperatoris romani nomine profeſsi ſunt, quòd ſpiritus ſanctus æternaliter ex patre & filio: non tanquā ex duobus principijs, ſed tanquā ex vno principio. nō duabus ſpirationibus, ſed vnica ſpiratione procedit: extrà de ſum. trinit. & fide ca. prout in eiuſdē Gre. cōſtitutione habetur: corā toto concilio ter græcè, & ter latinè ſym bolum cū dictis verbis: ſecundū ſcripturas: filióque ſimiliter de-
13 cantádo. ¶ † Cantatur autē hoc ſymbolū maius in ſolēnitatibus eorū duntaxat, qui illud cōpoſuerūt: & in illis, de quibus aliqua mētio fit in ipſo: videlicet in omnibus diebus dominicis. In feſtiuitatibus Domini, ſcilicet in natali, Epiphania, cœna Domini, paſcha, aſcenſione, pētecoſte & trāſfiguratione: & in feſto de trinitate: & in omnibus feſtiuitatibus beatæ Mariæ, ſanctæ Crucis, angelorū, & Apoſtolorū, de quibus fit mentio ibi: Et apoſtolicam Eccleſiam. In ſolēnitatibus autē Lucę & Marci euangeliſtarū, dicunt quidā nō debere cātari: quia illi Apoſtoli non fuerunt. Idē dici debet in dedicationibus Eccleſiarū, & in cōmemoratione omniū ſanctorū: quāquam & ipſa ſit dedicationis feſtiuitas. Et dicitur etiā intra octauā natalis Domini, excepta die Innocentium, in qua cātica lætitiæ ſubticētur. In octaua tamē cātatur. prout in ſexta parte ſub illo feſto dicetur. Cātatur etiā intra octauas Epiphaniæ, Paſchæ. Aſcenſionis, Pētecoſtes: Apoſtolorū Petri & Pauli, & aſſumptio-
nis beatæ Mariæ. Licet enim in natiuitatibus Matt. 2
ſanctorū Io. baptiſtæ: & ſancti Laurētij, ſym- Ioan.1
bolū nō cātetur: in octauis tamē eorū cātatur eò quòd intra octauas Apoſtolorū & aſſumptionis occurūt: & ob hoc etiā in octaua

ſancti Io.baptiſtæ præfatio de Apoſtolis : &
in octaua beati Laurentij,pręfatio de aſſum-
ptione cãtatur.In quibuſdam tamẽ Eccleſijs,
dicitur ſymbolũ in feſto beati Ioannis bapti
ſtæ:& nõ incompetẽter : quia in ſymbolo de
propheta fit mẽtio ibi : Qui locutus eſt per
prophetas:& quia ipſe non ſolũ fuit prophe-
Matt. 2 ta:ſed pluſquã propheta , de eo quoq; ſcri-
Ioan. 1 ptum eſt: Fuit homo miſſus à Deo &c. & ita
fuit Apoſtolus. de ipſo eſt ait Io. os aureum
in ſermone,qui legitur in feſto decollationis
Io.par angelis Apoſtolorum vox. Ipſe etiam
primò baptizauit & baptiſmũ prædicauit:&
in ſymbolo fit mentio de baptiſmo.Horum
quidem omniũ fit cõmemoratio in ſymbo-
lo.Quorũdã tamẽ obſcurè,vt Epiphaniæ,eſt
tamen illud profeſtũ Domini:eſt etiã feſtũ
illud baptiſmatis,de quo in ſymbolo cõtine
tur,ibi:Cõfiteor vnum baptiſma &c.& cœnę
Domini:ſed illa eſt ſolennitas euchariſtię ad
quã reſpicit illud:Sanctorũ communionẽ : &
angelorũ:ſed illi nomine cœli debent intelli
gi:de quo in ſymbolo dicitur,ibi : Creatorẽ,
vel factorẽ cœli & terræ, &c. Quibuſdã ta-
men videtur tũc non eſſe cantandũ, eò quòd
angeli nunquã habuerunt fidẽ:ſed ſpem,nec
credunt,ſed ſciũt:quoniã plenã ſcientiam ha
bent. Fit etiam cõmemoratio licet obſcurè
dedicationis Eccleſiarum:ſed ad illã reſpicit
illud: Sanctã Eccleſiam catholicã:tunc enim
ſanctificatur : & vt ita dicã catholizatur Ec-
cleſia,cùm dedicatur. Ad octauas verò reſpi-
cit reſurrectio mortuorũ : de qua dicitur ibi:
Et expecto reſurrectionẽ mortuorũ. In fe-
ſto ſanctæ Agnetis ſymbolũ non cantatur:
quia licet in Eccleſia celebretur:nõ eſt tamẽ
feſtũ octauę:prout in ſeptima parte ſub ipſo
14 feſto dicetur.¶ †Porrò quidam non abſurdè
ſymbolũ cantant ſingulis diebus, à die reſur
rectionis vſq; ad feſtum aſcenſionis : ſicut in
omnibus diebus Dominicis:& etiam in ſolẽ-
nitate beatæ Mariæ Magdalenæ. dicẽtęs illã
fuiſſe Apoſtolorum epiſtolam: eò quòd ipſa
prima reſurrectionis gaudiũ Apoſtolis renũ-
tiauit : & in feſto beati Martini : quia de eo
cantatur : Martinus par Apoſtolis. Quidam
etiã dicunt illud in principali feſto cuiuſlibet
Eccleſiæ ſeu oratorij : non tamen in octauis
illorũ,ſi eas celebrent. Veruntamen de qui-
buſdam mentio fit in ſymbolo , in quorum
commemoratione ſymbolum non cantatur,
vt paſsionis & ſepulturæ , quoniam illorum
dierum officiũ aliorũ regnorum regulã non
ſectatur.Nõ dicitur etiã,quando in profeſtis
celebratur ad honorẽ beatæ Mariæ virginis,
vel ſanctæ crucis,vel ſancti ſpiritus:extrà de
celeb.miſ.conſiliũ. ¶ In quibuſdam locis cã-
tato ſymbolo,vel cum cãtatur, populus can-
tat,Κύριε,ἐλέησον,quoniã poſtquã Chriſtus &
Apoſtoli docuerũt fideles,fide recepta , lau-
des Deo dederunt:quas forſitan repræſentat
ſuauiſsimi ſymboli melodia. ¶ Illud autem Matt.15
ſciendũ eſt,quòd Chriſtus nõ venit prædica-
re gẽtibus,ſed Iudæis:iuxta illud euangelij:
Non ſum miſſus,niſi ad oues, quæ perierunt
domus Iſraël. Vnde præcepit Apoſtolis : In
viã gentium ne abieritis, & in ciuitates Sama Mat.10
ritanorũ ne intraueritis : donec poſt reſurre- Mar. vlt.
ctionẽ pręcepit eis,dicẽs: Euntes in mundum
vniuerſum , prædicate euangeliũ omni crea-
turæ.Et idcirco Romano pontifice ſolẽniter
celebrãte ſymbolũ fidei,nõ cantores in cho-
ro,ſed ſubdiaconi ad altare decantant,& ge-
neraliter ipſi ad vniuerſa reſpõdent:vſq; dũ
ipſe pontifex dicit : Pax Domini ſit ſemper
vobiſcũ:quoniã vſq; poſt Chriſti reſurrectio
nẽ ſola Iudæorũ Eccleſia,quæ per ſubdiaco-
num,qui ſurſum ad altare conſiſtat deſigna-
tur:corde creditur ad iuſtitiã & ore cõfeſsio Rom.10
fit ad ſalutẽ:extrà de ſacr. c.j.ſed extũc can-
tores in choro reſpõdent,& vniuerſa decan-
tant:quia poſt reſurrectionẽ Eccleſia gentiũ,
quã cãtores,qui deorſum in choro ſubſiſtũt,
deſignant,fidẽ Chriſti recepit, & laudũ præ-
conia perſonuit ſaluatori. Inter euangelium
tamen & ſacrificium chorus concinit offerto
riũ:quoniam inter paſsionem & prædicatio-
nem gentilitas fidei votum Deo offerens
cantauit:quando mulier Cananea de finibus
Tyri & Sidonis egreſſa , clamauit & dixit:
Miſerere mei Domine, fili Dauid. Filia mea Matt.15
malè à dæmonio vexatur. cuius tandem fidẽ
commendans Dominus,ait:O mulier,magna
15 eſt fides tua:& fiat tibi ſicut petiſti. ¶ † Po-
ſtremò ſymbolum Apoſtolorum , tanquam
breue & omnia continens , ſub compendio
exponamus.Credo in Deum patrem , omni-
potentem,creatorem cœli & terræ &c. No-
ta, quòd aliud eſt , vt ait Aug. credere Deo:
aliud eſt credere Deum, & credere in Deũ.
16 †Credere Deo:eſt credere vera eſſe,quæ lo-
quitur:quod etiam mali faciunt : & nos cre-
dimus homini , & non in hominẽ. Credere
Deum, eſt credere quòd ipſe ſit Deus : quod
etiam



etiam dæmones faciunt. Credere in Deum,
eſt credendo amare:& credendo in eum, ire:
credendo ei adhærere:quod ſoli boni faciũt:
ergo qui dicit credo in Deum,mentitur,ſi nõ
diligit Deũ:niſi dixerit, quòd in perſona Ec-
cleſiæ loquitur:dicens autem Deum , ſingu-
Deut. 6 lariter,deorum fugit pluralitatem. Vnde no
Ephe. 4 tabiliter in maiori ſymbolo additũ eſt hoc
verbum vnum:iuxta illud : Audi Iſraël,Do-
minus Deus tuus , vnus eſt. Et Apoſtolus:
17 vnus eſt Deus,vna fides,vnũ baptiſma.† Di-
Eſa. 40 cens verò patrem,incipit perſonas diſtingue
Eſa. 6 re:de quibus Eſa.Quis appendet tribus digi-
Matt. 28 tis molem terræ.Et alibi:Seraphin clamabãt
ſanctus,ſanctus, ſanctus Et Dominus:Bapti-
zate omnes gentes in nomine patris , & filij,
Ioan. 5 & ſpiritus ſancti.Et Ioan.Tres ſunt,qui teſti-
monium dant in cœlo:pater, verbum,& ſpiri
tus ſanctus.Pater, eſt prima,nõ tempore, ſed
authoritate in trinitate perſona. Quod ſequi
tur, omnipotentem : nomen eſt eſſentiale:
ideóq; illud ad ſubſtantiuum Deum , vel ad
relatiuum patrem , non ſine ratione referi-
mus,dicentes:Credo in Deum patrem omni-
potentem:vel credo in patrẽ omnipotẽtem.
18 Similiter & quod ſequitur:Creatorem† cœli
& terræ:vbi confutatur hæreticus,qui alium
cœli , alium terræ aſſerit creatorem : alium
cœleſtium,alium terreſtrium, alium corpo-
Gen. 1. rum,alium animarum :cõtra quos ait Moſes.
Pſal. 101 In principio creauit Deus cœlum & terrã.Et
Dauid.In principio tu Domine terram fun-
Colo. 1 daſti:& opera manuum tuarum ſunt cœli.&
Mat. 1 Apoſtolus: In ipſo condita ſunt vniuerſa in
19 cœlo & in terra.†Sequitur:& in Ieſum Chri-
ſtum filium eius vnicum Dominũ noſtrum.
Pſal. 44 Ecce altera in trinitate , perſona.hic eſt Ie-
ſus,qui ſaluũ facit populum ſuum à peccatis
eorum:hic eſt Chriſtus oleo lætitiæ præ cõ-
ſortibus vnctus:hic eſt enim vnicus patris fi-
Pſal. 2 lius:de quo Dauid:Filius meus es tu:ego ho-
Gal. 4 die genui te.Et Apoſtolus:Miſit Deus filium
ſuum , natum de muliere, factum ſub lege:
hic eſt Dominus noſter, qui nos creauit : qui
20 nos ſuos alienos,pretio ſanguinis emit. †Se-
quitur:qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto:na
tus ex Maria virgine. Ecce primum Chriſti
ſacramentum,ſcilicet incarnatio : ac ſi dicat:
Qui cùm ſit Deus, factus eſt homo : non ex
virili ſemine : ſed conceptus operatione ſpi-
ritus ſancti,natus ex Maria virgine.vnde Eſa.
Eſa. 7 Ecce virgo concipiet,& pariet filium : & vo-
cabitur nomen eius Emanuel. Et angelus in Luc. 1
euangelio : Aue Maria gratia plena,Domi-
nus tecũ:& ille : Spiritus ſanctus ſuperueniet
in te,& virtus altiſsimi obũbrabit tibi.Quidã
tamen hęc verba:Qui cõceptus eſt de ſpiritu
ſancto : iungunt cum præcedentibus. Sequi-
21 tur : † paſſus ſub Pontio Pilato , crucifixus
mortuus & ſepultus. Ecce ſecundum ſacra-
mentum : ſecundum humanitatem Chriſti,
ſcilicet paſsio , cuius tempus deſcribitur ſub
Pontio Pilato : forma ſubditur , crucifixus:
finis concluditur : mortuus , & ſepultus : vn-
de plangens dicit ex ore Dauid , & Hiere- Pſal. 21
mi. Foderunt manus meas , & pedes meos:
& dinumerauerunt omnia oſſa mea . De
morte ait propheta : Domus Domini fuit
exitus mortis. De ſepulchro ait Eſa. Sepul- Eſai. 2
chrum eius extitit glorioſum. Hæc ſunt in
22 euangelio manifeſta. Sequitur: † Deſcendit
ad inferios : tertia die reſurrexit à mortuis.
Ecce tertium ſacramentum, ſcilicet reſurre-
ctio:ſed de deſcenſu ad inferna præmittitur,
ex quo mortui liberantur.vnde in Oſee : De Oſee 13
manu mortis liberabo eos:de morte redimã Luc. 2
eos:ero mors tua , ô mors, morſus tuus ero,
inferne. Hic eſt euangelicus fortis , qui for-
tem ligauit , & eius vaſa dirupit : hic eſt qui
dicit in Pſal. Ego dormiui , & ſoporatus Pſal. 3
ſum , & exurrexi , quoniam Dominus ſu- Pſal. 56
ſcepit me : qui patri dicenti : Exurge glo-
ria mea , exurge cum pſalmis , & cytha-
ra:breui ſermone reſpondet : Exurgam di-
luculò , cuius reſurrectioni mulieres , & viri
perhibent teſtimonium in euangelio. Quod
autem dicitur in maiori ſymbolo: Reſurre-
xit tertia die, ſecundum ſcripturas : exponi-
tur,id eſt eo modo , eo ordine,& eo tẽpore,
quo prædictum eſt à ſcripturis . Sequitur:
23 † aſcendit ad cœlos,ſedet ad dextram Dei
patris omnipotẽtis.Ecce quartũ ſacramentũ,
ſcilicet aſcenſio.Aſcendit,enim ſicut ait Da- Pſal. 17
uid, ſuper cherubin , & volauit ſuper pennas Pſal. 102
ventorũ,& parauit in cœlo ſedẽ ſuã,& regnũ Pſal. 109
eius omnibus dominabitur. Cui ait pater:Se-
de à dextris meis:donec ponã inimicos tuos
ſcabellũ pedum tuorũ.Et vt ad aſcẽſionẽ de
viſu quoq; teſtimonium non deeſſet,ait Luc. Act. 1
videntibus diſcipuli,eleuatus eſt,& nubes ſu
ſcepit eum ab oculis eorum. Sequitur : inde
venturus eſt iudicare viuos & mortuos.Ecce
quintum , quod nondum apertum eſt ſacra-
mẽtum:veniet enim rex manifeſtè, cui pater

Pſal.49 iudiciũ dedit.& ſicut ait Dauid:Parauit in iu-
Ioan.5 dicio thronũ ſuũ,& iudicabit orbem terræ in
Pſal.17 æquitate:iudicabit populos in iuſtitia.Et ali-
& 49 bi:Deus maniſeſtè veniet,Deus noſter,& nõ
Act. 1 ſilebit.Et Lucas.Ita veniet,ſicut vidiſtis eum
Mich.6 euntẽ in cœlũ.& Michæas. Iudiciũ Domini
Gen.1 cũ populo ſuo. Sequitur : Credo in ſpiritum
24 ſanctũ.†Ecce tertia in trinitate perſona,ſcili-
pſal.147 cet ſpiritus ſanctus : de qua Moſes ſpiritus
Ioan. 15 Domini ferebatur ſuper aquas. Et Pſal. Fla-
bit ſpiritus eius, & fluent aquæ. Et Dominus
in euangelio:Spiritus,qui à patre procedit,do
cebit vos omnia.Ille enim docet:ille ſancti-
ficat:ille viuit:ille peccata remittit:per hunc
reſurrectionẽ in gloria,per hũc cõſequimur
vitã æternam.Vnde ſequitur:Sanctã eccleſiã
25 catholicã.Et†poſſunt hæc verba & ſequẽtia
ſic intelligi & coniũgi : Credo in ſpiritũ ſan-
ctum,ſanctã Eccleſiam catholicã,id eſt,cre-
do per ſpiritũ ſanctũ ſanctam Eccleſiã fide-
liũ ſanctificari.Item , credo in ſpiritũ ſanctũ,
ſanctorũ communionẽ,id eſt,per ſpiritũ ſan-
ctum ſanctas in vinculo charitatis vniri. Et
credo in ſpiritum ſanctum,remiſsionẽ pecca
torũ,id eſt,per ſpiritum ſanctum peccata re-
mitti.Et credo in ſpiritũ ſanctũ, carnis reſur-
rectionẽ,& vitã æternã,id eſt,per ſpiritũ ſan-
ctum gloriã carnẽ conſecuturã,& animã vi-
tã æternã:vel ſic:Credo ſanctã Eccleſiam ca-
tholicam : non ita dicimur,vt aſſerit Aug.de
cõſe.diſt. iiij.prima.in fine. credere in Eccle-
26 ſiam,ſicut in Deum:ſed in Eccleſiã † ſanctam
catholicã credimus:dum in Eccleſia conuer-
ſantes & in Deũ credimus.& quæ ſequuntur:
nos inde firmiſsimè cõſequi profitemur, ſci-
licet ſanctorũ communionẽ,remiſsionẽ pec-
catorũ,carnis reſurrectionẽ,& vitã æternam:
vnde & ſic cõiunges: Credo in ſanctã Eccle-
ſiam catholicã , ſanctorum communionẽ, id
eſt,per fidẽ quam habeo, exiſtẽs in ſancta &
vniuerſali Eccleſia , aſſequor ſanctorũ com-
munionẽ,id eſt,concordiã & vnionem. Sicut
enim eſt vnus paſtor, ſic vnũ ouile:ſicut vnus
Deus,ſic vna fides,& vnũ baptiſma.Vel pręci-
cipio ſanctorũ communionẽ, id eſt,panẽ be-
nedictionis,de quo dicitur Crede,& mandu-
caſti.de conſe.diſt.ij. vtquid.Similiter,& quæ
27 ſequũtur:Credo in†ſanctã Eccleſiã,peccato-
rũ remiſsionẽ,id eſt,per fidẽ quã habeo exi-
ſtẽs in ſancta & vniuerſali Eccleſia , conſe-
quor remiſsionẽ peccatorũ & lepræ curatio-
28 nẽ:de†qua dicitur in lege & euãgelio:Maria
ſoror Aaron , cum ſeptẽ diebus fuerat extra Num.12
caſtra,eſt à lepra mundata.I. diſt. §. econtrà. 4.reg.5
Naamam Syrus ſepties lotus in Iordane eſt Luc.17
à lepra curatus ſic & Dominus decẽ lepro- Luc.7
ſos mundauit:ſed vnus tantùm dedit gloriã Luc.5
Deo. De Magdalena dicitur : quia dimiſſa
ſunt ei peccata multa : quia dilexit multùm.
Paralytico quoq; ait Dominus:Fili,remittũ-
29 tur tibi peccata tua. ¶ Sequitur :† Credo in
ſanctam Eccleſiam catholicam, carnis reſur-
rectionem , id eſt , per fidem , quam habeo
exiſtens in Eccleſia , conſequor carnis reſur-
rectionem:de qua Iob : Credo quod redem- Iob 19
ptor meus viuit, & in nouiſsimo die de terra
ſurrecturus ſum:& in carne mea videbo Deũ
ſaluatorem meum:vnde in euangelio : Deus
Abraam.Deus Iſaac, & Iacob : non eſt Deus
mortuorum , ſed viuorum. Et Apoſtolus:
Omnes quidem reſurgemus:ſed non omnes
immutabimur. Similiter coniungendum eſt
30 quod ſequitur: Credo † in ſanctam Eccleſiã Mat.22
catholicã,vitã æternã,id eſt,per fidẽ quã ha-
beo exiſtẽs in Eccleſia:cõſequar vitã æternã:
hæc eſt terra viuẽtium:de qua Dauid:Credo
31 videre bona Dñi in ter viuẽtiũ.†Eſt autẽ vita Pſal.26
æterna,videre Deũ patrẽ,& quẽ miſit Ieſum
Chriſtũ.De hoc etiã ſub ſabbato ſancto , in
ſexta parte,vbi agitur de baptiſmo,dicetur.

### ANNOTATIO.

** Σύμβολον autem Græcè. Σύμβολον, uariè accipitur, pro uaria uerbi, à quo manat, ratione & natura. Συμβάλλω enim, παρὰ τὸ βάλλω, natura ſua actiuum eſt, & ſignificat committo, collido, confligo, conuenio, confluo, paciſcor, cõtractus conuentáque ineo, item & coniicio: ut συμβάλλω τὸ ἐνύπνιον. Inde σύμβολον, ſignum, ut ſigna militaria Herodiano. Signis equidem utebantur inuicem Apoſtoli. Σύμβολον item, nota, & ſignum rei apud Ciceronem, ut dictio & nomen, eſt nota rei animo conceptæ. Σύμβολον etiam, inſignia, id eſt, παράσημα. Item, omen, καὶ οἰώνισμα, Gregorio. Dicitur & maſculino genere. Qua ratione uſus eſt Syneſius in τῶν ἀδελφῶν: Οὐ γάρ οἶμαι νομίζετε νυμφοδουλίας βαδίζειν ἐπ᾽ ἐκφοράν, ἵνα μὴ τῶν νυμφίων σύμβολος ἀπαίσιος γένηται. Item & fœminino συμβολή, conflictus, cõflictio militaris. Συμβολαὶ etiam dicebantur teſſeræ quædam, quæ dabantur publicè è ciuitatibus quibuſdam hominibus ſibi amicis, ut hoſpitaliter & amicè reciperentur in oppidis fœderatis. Hodie ſic uocari poſſunt teſſeræ collybiſticæ, ut placet Budæo, quas literas collybicas uocant, quaſi ad permutandam pecuniam externã inſtitutas. Σύμβολον αὐτὸ τμῆμα, quaſi teſſera, & fruſtum abſciſſum. Plato in Sympoſio, σύμβολον commiſſuram uidetur dicere. homines enim eo in loco ait geminos fuiſſe, id eſt, διφυεῖς. Σύμβολον etiam, ſignificat ſimilitudinẽ, & quandam naturæ concinnitatem, Ariſtoteli περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς. Συμβολαὶ in conuiuijs dicebantur, quas Terentius & Plautus ſymbolis uocauerunt. Athen. lib. vij. Conuiuiũ autem ipſum è ſymbolis coagmentatum, dicebatur Συναγώγιον, & δεῖπνον συναγώγιμον, ut ipſe inquit. Qui autem ſymbolis non conferũt, ἀσύμβολοι dicũtur. Ἀσύμβολος, etiam pro inerti & inutili ponitur, qui nihil in medium adtulit. Apoſtolorum ergo Σύμβολον, dices ſignum & breuiarium quoddam fidei Chriſtianæ, commiſtum, conflatum & compoſitum ex multis bolis, id eſt, fruſtis particuliſque. Symbolorum porrò hæc eſt lex, ut ſententiam abſoluant uerbis ad ſummum quinq;. & quò breuiora ſunt, hòc uenuſtatis plus habeant, quale eſt illud Auguſti: Matura. Obſcuritatis aliquid & allegoriæ ſymbolum condit, ut paulùm à naturali ſenſu deflectatur: modò ne tanta ſit, quãta Pythagoras eſt uſus, ut ab intelligentia dictorum ſuorum arceret imperitos, qui ſymbola ſua quaſi quædam ænigmata lõgiſsimè abduxit illinc, quò ſenſus ſpectaret: ita ut Tyrrhenos induxerit, illis citra omnem allegoriam parêre, cùm eam non adſequerẽtur. Vnde συμβολικόν, pro allegorico & ænigmatico dicitur, apud Plutarch. in viij. Sympoſ. Nicol. Doard.*



### SVMMA.

1 Prædicationis vſus, vnde.
2 Prædicationis officium, cui competat.
3 Prædicatio, ſublimi loco debet fieri.
4 Prædicatio, qualis eſſe debeat.
5 Prædicationem, quæ ſequantur.

## De prædicatione. CAP. XXVI.

QVoniã,vt præmiſſum eſt, euan
geliũ prædicatio eſt, & ſymbo
1 lum,fidei †profeſsio:ideò poſt
illa,fit populo prędicatio,quaſi
euangelici verbi , & ſymboli,
ſiue noui & veteris teſtamenti expoſitio, qui
modus ſumptus eſt ex lib. Neemiæ,in prin-
cipio vbi legitur:Et legerunt Leuitæ in libro
legis Dei.Neemias autẽ ſacerdos , & Eſdras Neem.8
ſcriba interpretabãtur populo vniuerſa. Pręte-
tereà monebantur antiquitus,qui in fraterno
odio erant,vt ad concordiam venirent,prius,
quàm communicarent:& mũdi eſſent,prius,
quàm corã ſuo ſaluatore,cui nota ſunt ſecre-
ta cordiũ apparerẽt:ex quo ſiquidẽ prædicã-
di vſus in Eccleſia inoleuit.Inde etiam eſt,quod
oratio Domini,quæ eſt ad primam:& in alijs
horis voce demiſſa,dicitur ad miſſam alta vo
ce,& patẽter dicatur:quia in huiuſmodi fra-
terna monitio continetur:communiter tamẽ
poſt prædicationẽ ſymbolũ decantatur:quia
fidẽ prædicatã ſe tenere Eccleſia profitetur.
2 ¶Verũ† cùm prædicandi officiũ priuilegiatũ
ſit:nullus prędicare debet,niſi cui cõmittitur:
aut cui ex officio ſibi iniũcto incumbit,iuxta
illud Apoſtoli:Quomodo prædicabunt , niſi Rom.10
mittãtur:extrà de hæreticis.cũ ex iniuncto.&
ideò prædicaturus licentiam petit dicẽs:Iube
3 Domine. Debet autem † prædicator in loco
eminẽtiori eſſe,ſicut & euangeliũ legẽs pro-
pter rationes ſub ti.de euangelio ſcriptas.Nã Matt. 5
& Ieſus videns turbas,aſcẽdit in montem, &
aperiẽs os ſuum, docebat eos.Et Eſdras fecit Neem.8
gradũ ligneũ ad loquendũ:vt dictũ eſt in pri
ma parte ſub tit.de Eccleſia , vbi de pulpito
4 agitur.¶Debet † tamen humiliter proferre,
quæ docet:nec ſecũdũ Greg.xlvj.diſt. habet.
in fi.illũ elatis moribus,prædicet,quẽ in cor-

dibus audiẽtiũ ſacris ſermonibus inſectatur.
Et ſecundũ Amb. prædicatio Chriſtiana non
indiget pompa : nec cultu ſermonis. debet 1
quoq;, ſecundũ Greg. prædicator eſſe diſcre-
tus in ſilentio: vtilis in verbo: ne aut tacenda
proferat, aut proferenda reticeſcat. xliij. diſt.
ſit rector. Sunt tamẽ nõnulli huius doctrinę
obliti: qui ſicut ait Bæda, ij. q. vij. ſecuti ſunt:
auditores ſuos in præcipitiũ mergũt : quibus
nõ ſalutaria, quæ corrigant: ſed quæ illos de-
lectent, erronea prædicant. Alij verò ſecun- 2
dũ Greg. xlix. diſt. hinc & enim. viij. q. j. opor-
tet. xliij. diſt. §. ſi. dũ æſtimari hebetes nolunt,
ſæpe ex immoderata ſubtilitate, ſe in qui-
buſdam inquiſitionibus plus quàm expediat,
exercẽt ſe, ſecreta myſteria ſua prædicatione
nõ intelligẽtibus reſerãdo. Oportet enim eũ,
qui docet, & inſtruit, pro ingenio diſcẽtiũ ſe-
metipſum aptare, & verbi ordinẽ, pro audiẽ-
tiũ capacitate dirigere: quoniã qui docet ea,
quæ ab auditoribus intelligi nequeũt, nõ ad
eorũ vtilitatẽ: ſed ad ſui oſtentationẽ facit: vt
plura ſcire videatur: vel adulatione, vt eis pla
ceat: quibus ſecreta reuelat: iuxta quod Apo-
Corin. 1 ſtolus ait: Chriſtus me miſit prædicare nõ in
ſapientia verbi. ¶ In concilio Carthagiñ. de
conſec. diſt. j. ſacerdote. ſtatutum, vt ſacerdo-
te verbũ, ſcilicet prędicationis in Eccleſia fa-
ciente, qui egreſſus de auditorio fuerit, vide-
licet contemnens excommunicetur. ¶ Poſt 3
5 prædicationẽ, fit cõfeſsio† & indulgẽtia pro
cõmiſsis & omiſsis cõceditur: vt ſic cõſciẽtijs
Pſal. 76 emundatis: iuxta illud propheticũ: & ſcopebã
ſpiritũ meũ, accedãt ſinguli ad cõmunionis ſa
cramentũ, quod mox in miſſa: vel ſacramẽta
liter vel ſpiritualiter recepturi ſunt: quæ ſpi-
ritualis cõmunio fit per fidem, operantem
per dilectionẽ: iuxta iuxta illud Aug. Crede,
& manducaſti: de conſe. diſt. ij. vt quid.

SVMMA.

1 Canon Miſſæ, in quot partes diuidatur.
2 Secreta, in quot partes diuidatur.
3 Offertorium, vbi quandóve fiat.
4 Offertorij verſus, hodie ſæpe intermitti-
tur, idq; temerè.
5 Offertorium vt cantetur, à patribus rece
ptum eſt. idq; de cauſa. num. 6.
7 Offertorium, vnde nomen traxerit.
8 Offertorio facto quid faciat ſacerdos.

*Secunda pars miſſæ in offertorio.*

CAP. XXVII.

SEcurda pars miſſæ in offerto-
rio, ſiue in Dominus vobiſcũ,
incipit: quæ in quatuor † ſub-
diuiditur particulas. ¶ Prima,
dicitur ſecretella. ¶ Secunda,
præfatio. ¶ Tertia, canon. ¶ Quarta, oratio
dominica, cum ſua præfatione, ſcilicet pręce-
ptis ſalutaribus. ¶ Poteſt etiam quicquid ab
hoc loco, vſq; in finem miſſæ dicitur, ſecreta
vocari: quę ſecreta in quinq; diuiditur partes.
¶ † Prima eſt ab offertorio vſq; ad perfectio
nem: & hoc ſpecialiter dicitur ſecreta. ¶ Secũ
da, dicitur præfatio. ¶ Tertia, canon. ¶ Quar-
ta, oratio dominica. ¶ Quinta, eſt emboliſ-
mus. Quia etenim fuit dominici ſanguinis
effuſio. ¶ Prima, in circũciſione. ¶ Secunda, in
ſudore. ¶ Tertia, in flagellatione. ¶ Quarta, in
crucifixione. ¶ Quinta, in mortui lanceatio-
ne. ¶ Sanè ordo conueniẽs eſt, vt poſt prædi-
cationẽ ſequatur fides in corde, laus in ore,
fructus in opere. Prædicatio quidem eſt in
euangelio: fides in ſymbolo, laus in offerto-
rio, fructus in ſacrificio: quapropter offeren-
da cantatur: quia ſacrificium laudis offertur:
vnde Pſal. Circuiui, & immolaui in taberna-
culo eius hoſtiam vociferationis: cantabo & Pſal. 26
pſalmum dicam Domino. & in Paralip. Cùm 2. Par. 5
offerrent holocauſta, cœperũt laudes canere
Domino, organis, & in diuerſis, quæ Dauid
rex cõparauerat, concrepare. † Offertorium
quidem inter euangelium & ſacrificium ca-
nitur: prout in tit. de ſymbolo dictũ eſt. ¶ Sa-
cerdos autẽ dicturus, oremus, præmittit Do
minus vobiſcum: quaſi diceret: niſi Dominus
ſit vobiſcum, orare non poſſumus ad ſalutẽ
noſtram. Subijcit ergo oremus, monens po-
pulum orare : vt fidem in ſymbolo recita-
tam credat : & in ea ſtabilis permaneat. quia
& Chriſtus diſcipulis ſuis dixit: Orate &c. Lu.
xxij. monens etiam vnunquẽq; ad ſe redire,
conſcientiã ſuam diſcutere, & ſeipſum in ho
locauſtũ iuſtũ Deo offerre. Prius ergo, quàm
chorus cãtet offertoriũ, ſalutatur à ſacerdo-
te, vt poſsit deuotè cantare : & mox poſtquã
ille dixit, oremus : chorus cantat canticum
offerentium : ſiue offertorium : & populus
offert : vt notetur, quòd poſt impletionem
mandatorum offerimus nos ipſos : ſicut ſub
tit. de oblatione dicetur: ac ſi vnuſquiſq; offe
rens dicat: Credo: & fidem quam in ſymbolo
profeſſus ſum, opere compleo: & orationi ſa
cerdotis conſentio : vnde & ſacerdos ſtatim
offert



4 offert dona conſecranda. ¶ Et † attende, quòd
offertorij verſus cum multa diligentia ab an-
tiquis patribus inuenti, hodie pleriſque locis
omittuntur: tum breuitatis cauſa: vt tam mi-
niſtri, quàm populus oblationibus, orationi,
& ſacramento altaris liberius vacent : tum
etiã, quia ſicut ait Aug. xij. diſt. omnia. ipſam
Chriſtianam religionem paucisſimis & ma-
nifeſtisſimis celebrationum ſacramentis mi-
ſericordia Dei voluit eſſe libera. Et ſecun-
dum Hier. de conſe. diſt. v. non mediocriter.
Melior eſt quinq; pſalmorum, cum cordis hi
laritate decantio, quàm totius pſalterij cum
anxietate modulatio: verborum etenim mul
titudine Deus flecti non poteſt. Solùm ergo
in offertorio, quod dicitur in miſſa pro de-
functis, verſus ipſi hodie dicuntur: quia offi-
cium illud non ſequitur, in multis normam
5 alterius officij. ¶ † Porrò à patribus introdu-
ctum eſt, vt offertorium cantetur : quia (vt
præmiſſum eſt) quando offerebant, in tubis
clangebant : hilarem nanq; datorem diligit
2. Cor. 9 Deus. xxiij. quæſtio. vj. §. ex his. Inductum
eſt etiam ex eo, quòd Salomon in dedicatio-
ne templi, & altaris, innumerabilem multitu
dinem holocauſtorum obtulit, cum magna
3. Reg. 8 ſolennitate : & à Moſe cui deſcendenti de
Exod. 35 monte, & populum ſalutanti, & oranti occur
6 rit populus, & munera obtulit. † Cantatur
etiam offertorium, dum offertur, ad memo-
randum iucunditatem Iſraëlitici populi, offe
rentis denaria ad ædificium tabernaculi : vel
potius ad deſignandum clamorẽ mulieris, de
qua legitur in Apoc. xij. ca. Mulier, id eſt, Ec-
cleſia amicta ſole, id eſt, Chriſto, quẽ induit
in baptiſmo : habens lunam ſub pedibus, id
eſt, omnia mutabilia calcans, & in capite co-
ronam duodecim ſtellarum, id eſt, chorum
duodecim Apoſtolorum: & habens in vtero,
ſupple ea, quæ in ſui initio geſta ſunt: clamat
parturiens, & cruciatur vt pariat. Clamorem
ergo eius parturientis vel ſalubrem Domini
cruciatum imitatur offerenda, per ſuum gra-
uem & grandiſonum cantum : quæ pneumis
diſtentia, & verſibus fœcundata: quantumuis
longa iubilatione, quod ſignificat, non ſatis
exprimere valet. Quis tamen offertoriũ can-
7 tare inſtituerit, ignoratur. Traxit † nomen
offertorium à feria, quod eſt oblatio, quæ in
altari offertur: & à pontificibus conſecratur:
inde offertorium dicitur, quaſi præfertum:
oblatio verò, vocatur, quia offertur. Dicitur
etiam offertorium, quia dum offerenda can-
tatur, ſacerdos accipit oblationes, vel hoſtias
à miniſtris: de quibus ſub ti. de oblatione di-
8 cetur. ¶ † Aduertendum autem eſt, quòd licet
ſacerdos præmittat oremus : non tamen im-
mediatè orat, imò turificat, oblationes reci-
pit, & alia agit: quaſi ipſo facto dicat: nõ ceſ-
ſat orare, qui non ceſſat bene agere. Dũ ergo
offertoriũ canitur, & incenſum portatur, in-
ſtante memoria dominicæ paſsionis, ſilentiũ
obſerunt, vſq; dũ alta voce dicit : Per omnia
ſecula ſeculorum. Illud inſinuãs, quòd Ieſus
poſt ſuſcitationem Lazari non palam ambu-
labat apud Iudæos, cùm cogitarent eum in-
terficere: ſed abijt in ciuitatem, quæ dicitur
Effrẽ, & ibi morabatur cum diſcipulis. Colle Ioan. 11
gerunt enim pontifices & Phariſęi conciliũ:
& vnus ex ipſis, Cayphas nomine, dixit: Expe
dit vt vnus homo moriatur pro populo, & nõ
tota gens pereat. Et ab illo die cogitauerunt
eum interficere : de hoc dicetur ſub tit. de
inclinatione ſacerdotis.

SVMMA.

1 Manus lauat ſacerdos denuò, ſtatim ab offer
torio, & turificatione. & qua de cauſa. Et qua
ſignificatione. num. 3:
2 Manuum lotio fit ſemper ad dextrum alta-
ris cornu.

De *manuum ablutione.* CAP. XXVIII.

PRius, quàm ſacerdos offerat,
manus iterum lauat, quanuis
1 † prius dum veſtibus ſe orna-
ret, lauiſſet, prout dictum eſt
ſub tit. de capitis coopertione.
Et etiam poſt ſecundam turificationem ite-
rum lauat : vt ſic magis ac magis mundatus
offerat hoſtiam immaculatã, ſanctam, Deóq;
placentem. Nam & Pſal. cùm mundatus eſ- Pſal. 50
ſet, petebat amplius emundari, dicens : Am-
plius laua me ab iniquitate mea, & à peccato
2 &c. Lauat † autem ſemper ad dextrum cornu
altaris : nam dextra proſperitatem, ſiniſtra
aduerſitatem ſignificat : quia igitur pluries
peccatur in proſperis, quã in aduerſis: iuxta il-
lud Pſal. Cadens à latere tuo ſcilicet ſiniſtro, Pſal. 91
mille, & decẽ millia à dextris tuis. meritò ma
gis lauandũ eſt ad dextrã quàm ad ſiniſtrã. Sa
3 cerdos itaq; † hoſtiã oblaturus lauat manus:
ad ſignificandum, quòd lauare ac munda-

re debet conſcientiã lacrymis pœnitentiæ,&
Pſal.6 cõpunctionis:iuxta illud: Lauabo per ſingu-
las noctes lectum meũ:lacrymis meis ſtratũ
Pſal.25 meũ rigabo.Et ideò tunc dicit:Lauabo inter
Eſa. 1 innocentes manus meas,id eſt, opera:& Eſa.
Lauamini,& mundi eſtote. Nam & Chriſtus
prius , quàm verum & vnicum ſacrificium in
Ioan. 11 ara Crucis offerret , in reſuſcitatione Lazari
lacrymas miſeratus effudit, euang. teſtante:
Ieſus inquit,infremuit ſpiritu:turbauit ſemet
Matt. 27 ipſum , & lacrymatus eſt. Lauat etiam ma-
nus,ne reus ſit corporis & ſanguinis Domini:
iuxta illud : Mundæ ſunt manus meæ à ſan-
guine huius:& vt mundi ſint à terreno pane,
iam in populi oblatione recepto,vel à terre-
no deſiderio.

SVMMA.

1 Pallam ſuper altari diſponit diaconus,ſa-
cerdote manus abluente.
2 Sacrificium altaris,ex quo cõfici debeat.
3 Corporale,quid ſignificet.
4 Corporale,qualiter complicetur,& ſter-
natur ſuper altari. Et quàm variè idi-
pſum ſignificet.
5 Corporale,quandiu maneat ſuper altari.
6 Sotheri Papæ edictum, ne mulieres con-
tingant vaſa ſacra.
7 Palla altaris,quid:& vnde dicatur.

### *De pallis, & corporalibus.*

CAP. XXIX.

INterim verò dũ ſacerdos ma-
1 nus abluit , diaconus † corpó-
ralẽ pallam, ſuper altare diſpo
nit:in quo admonentur mini-
ſtri & populus:vt ſint ab omni
carnali cupiditate mundi:ſicut ipſa palla mũ-
data eſt à naturali viriditate , & humore:
munditia quoq; corporalis,ſignificat mundi-
tiam populi fidelis. De hac palla in canone
ita dicitur , de conſe.diſtin.j.ex conſulto. Ex
conſulto enim omnium conſtituimus , vt ſa-
2 crificiũ altaris†non in ſerico panno,aut intin
cto quiſquã celebrare præſumat:ſed in puro
linteo ab epiſcopo conſecrato:terreno,ſcili-
Matt.27 cet lineo,id eſt,de terra procreato, atq; con-
texto:ſicut corpus Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti in ſyndone linea, munda ſepultum fuit:&
Chriſtus veram carnem paſsibilem & morta
lem de terreno virginis corpore aſſumpſit:
de lino igitur candido, non intincto ex inſti-
tutione Sixti Papæ & Euſebij , fit corporale.
3 ¶Significat† autem corporale paſsionis inten
tionem ſeu corpus Chriſti : quia ſicut linum
multo labore ac multis tonſionibus acquirit
candorem:ita Chriſti caro multo certamine
ad reſurrectionis gloriam peruenit.¶ Signifi
cat etiam Eccleſiam : per quã corpus Chriſti
intelligitur:quæ multis paſsionibus, & preſ-
ſuris ad candorem æternæ vitæ perducitur.
¶Tertiò,ſignificat ipſum Chriſtũ.Cùm enim
ſic complicetur, vt nec initium nec finis eius
appareat:ſic eius diuinitas initio caret, nec fi-
nem habebit.Et ſicut oblata cõiungitur cor-
porali , & ponitur in altari : ſic Chriſti caro
iuncta diuinitati , affigitur Cruci. Et nota
4 † quòd in quibuſdã Eccleſijs palla corpora-
lis , quæ calici ſupponitur , in lõgum altaris
extenditur:quæ quatuor in longũ,& tres ha-
bet plicaturas in latum.Siquidem in longum
altaris extenditur : quia vt aiũt quidã, lintea-
men,quo Chriſti corpus inuolutum fuit ,per
illã figuram extenſum in longitudine ſepul-
chri inuentũ eſt. Quatuor eius plicaturæ in
longum quatuor deſignant cardinales virtu-
tes,ſcilicet iuſtitiã,prudentiã, temperantiam,
& fortitudinem:per quas innatæ nobis paſsio
nes reprimuntur. Tres verò plicaturæ in la-
tum,tres theologicas virtutes,ſcilicet fidem,
ſpẽ,& charitatẽ : per quas Deo vnimur figu-
rant. ¶ Poteſt quoq; & aliud in his figurari.
¶Duplex enim eſt palla, quæ dicitur corpo-
rale.vna,ſcilicet quam diaconus ſuper altare
extendit : altera quam ſuper calicem plicatã
imponit :ſignificantes duo linteamina, qui-
bus Ioſeph corpus Chriſti inuoluit. Extenſa,
repræſentat ſyndonem qua corpus fuit in ſe
pulchro inuolutum: & inde corporale voca-
tur : plicata ſuper calicem poſita , ſudarium
quo caput eius fuit ſeparatim inuolutum.Si- Ioan.20
quidem extenſa, quæ corporale vocatur , ſi-
gnificat fidem:plicata , quæ ſudarium voca-
tur,intellectum.hoc enim myſteriũ credi de
bet:ſed comprehendi non valet : vt fides ha-
beat meritum, cui humana ratio non præbet
experimentum. de pœ. diſt. iiij.in domo. Se-
cundò quoq;, corporale ſiue ſyndone ſubſi-
ſtens,ſignificat Chriſti humilitatem in paſsio
ne:ſudarium verò laborem. Tertiò,corpora-
le,ſignificat linteum,quo Chriſtus erat præ-
cinctus : ſudarium laborem in perſecutio-
nibus. Adhuc palla ſuper calicem poſita,
aliquam,



aliquam,ſcilicet ſuperiorem eius partem non
totam tegit:in quo datur intelligi, quòd ſu-
darium aliquam partem capitis Chriſti tege-
bat:& aliquã non:ſicut mos eſt Iudæis face-
re:quædam tamen Eccleſiæ non habent , niſi
vnum corporale:pro eo quod in euangelio
legitur,quòd Ioſeph corpus Ieſu inuoluit in
ſyndone munda.non enim dixit in ſyndoni-
bus,in plurali:& hoc ad ſignificandum ſacra-
menti vnitatem:& ſignificat ſyndonem , qua
5 Chriſti corpus fuit inuolutum.¶†Corporale
autem ideò remanet ſuper altare vſque poſt
ſumptionem corporis & ſanguinis:& eleua-
tionem calicis de altari:quia linteamen & ſu-
darium in ſepulchro vſque poſt domini re-
ſurrectionem remanſerunt.Præterea corpo-
rale remanens,propter ſui albedinem, oſtẽn
dit munditiam mentis:quam ſemper habere
6 debet corpus domini ſumẽs.¶†Sother Papa
xxij.diſtin.ſacratas.ſtatuit ne fœminæ ſacra-
tæ,vel moniales ſacra vaſa,puta calicem,vel
patenam,vel ſacras pallas,& corporale con-
tingant. Ipſe tamen huiuſmodi ornamenta
altaris & miniſtrorum facere poſſunt:exem-
plo Mariæ quæ talia fecit ,& texuit in vſum
myſterij tabernaculi fœderis . Communi-
7 ter † tamen palla vocatur munda mappa ſu-
per quam diſtenditur corporale. Et dicitur
palla,eò quòd palliat vel abſcõdat in ſe my-
ſterium ſuprà dictum.Debet autem altare du
plici mappa operiri:ad duplicem ſtolam,men
tis,ſcilicet & corporis deſignandam.

SVMMA.

1 Manibus Epiſcopi aut ſacerdotis lotis;
miniſter quid agere debeat.Item ſubin-
de Epiſcopi munus.nume.2.
3 Epiſcopus accedit ad altare ſine mitra,
& baculo.
4 Offertorium,triplex.Et ex quo illud fie-
ri debeat.
5 Offerendi antiquus mos.
6 Panes ſacerdotales:itẽ,ppoſitionis:nu.7.
8 Hoſtia rotunda cur fiat.
9 Oblationum duo genera:donum quippè,
& ſacrificium.
10 Sacrificium,quid.
11 Libare,quid.
12 Hoſtia ,quid.
13 Holocauſtum,quid.
14 Miniſtrorum officia circa oblationem ſa
cerdotis.& nu.16.
15 Panis & vini oblatio,quid ſignet:cùm & vnũ
ſolùm ſacrificium ſint.
17 Diaconus patenam cum hoſtia,offert ſacer-
doti,& qua ſignificatione.
18 Aquam cum vino miſcere in calice,inferiori
Epiſcopo non licet.Et quid commiſtio deſi-
gnet.Et id ex cuius inſtitutione.Et quorſum.
numero 19.
20 Sacerdos miſſurus aquam in vinum,cur pau-
xillum in terram fundat.
21 Aqua benedicitur,vinum minus.Et quid ita.
22 Manus oſculum,quid ſignificet.
23 Hoſtia, ferè ponitur inter ſacerdotem,& ca-
licem.
24 Ampulla,quid.& vnde dicatur.
25 Calicis ferendi mos , variè. Et cur maximè
læua.26.
27 Cantoris primi officium.Item ſecũdi.nu.28.
29 Patenæ abſconſio ſeu velatio ; quid ſignifi-
cet.& nu.30.
31 Subdiaconus qualiter teneat patenam.
32 Offerre debet populus.& vnde offerendi
mos.& nu.34.Et quæ ſignificatio oblatorũ.
33 Sacrificiorum legalium diuerſa genera.
35 Offerens manum ſacerdotis oſculatur.
36 Clerici & monachi,an & quando offerant.
37 Oblationes qui recipiant.
38 Pontifex Romanus quas oblationes tangat.
39 Oblatio pro defunctis,cuiuſmodi ſit.
40 Moſes iubet finem imponi oblationibus.

### *De oblatione Sacerdotis, & de officio miniſtrorum circa illam, & de Patena, & de Oblationibus populi, & Clericorum.*

CAP. XXX.

LOtis igitur manibus diaconus
1 vel ſacerdos,miniſter † exter-
ſis manibus mediante munda
tobalia,accipit manus epiſco-
pi:quaſi iuuans illum de faldi-
ſtorio ad ſurgendum : quod quidem fit non
ad adiuuandum,ſed potius ad prouocandum
illum,id eſt,Chriſtum quem ſignificat:quòd
ſurgat,& pro populo oret. Iuxta illud:Exur-
ge domine,adiuua nos.Et iterum:Exurge,qui Pſal.43
dormis,& ſic mediante munda tobalia,ad no
tandum,quòd mediante munditia manuum,
id eſt,operum noſtrorum,excitatur dominus
ad adiuuandũ omnes nos apud patrẽ.Si autẽ Ephe.5
hoc ad ipſum pontificem Chriſti vicarium
referatur:

referatur : tunc dicendum eſt,quòd ipſe pro-
uocatus adiuuatur per munditiam manuum
eorum, pro quibus orat : vt eius oratio effi-
cax habeatur. Rurſus Chriſtus omnia bona
operá Eccleſiæ principaliter operatur:ſicut le
Eſa.26 gitur in Eſa.Omnia bona opera noſtra ope-
ratus es in nobis Domine.cuius locum gerit
epiſcopus.Miniſter verò,tanquam eius famu
lus,eius coadiutor,typum cooperantis Eccle
ſiæ gerit:quę in ſuis operibus Chriſti operan
tis miniſtra eſt,& adiutrix:ſicut dicit Apoſto
1.Cor.3 lus:Coadiutores enim Dei ſumus : qui toba-
liã,id eſt,deuotam reuerẽtiam adhibet.quo-
niam,ſecũdum Apoſtolum,Non ſumus ſuf-
ficientes aliquid cogitare à nobis,quaſi ex no
bis : ſed ſufficientia noſtra ex Deo. Deinde
2 epiſcopus † vel ſacerdos ingreditur ſanctua-
rium,perueniens ad altare conſecratum:hic
Luc.22 eſt Chriſtus qui cœnaculum grande ſtratum
eſt ingreſſus,cum diſcipulis cœnaturus:& eis
corpus ſuum traditurus:vbi myſticam obla-
tionem accepit à miniſtris, inſinuans illud,
quod Ioãnes euangeliſta deſcribit:Ieſus (in-
Ioan.12 quit) antę ſex dies paſchæ venit in Bethaniã:
vbi Lazarus mortuus fuerat,quem ſuſcitauit
Ieſus:& fecerunt ei cœnam : in qua Martha
3 miniſtrabat.¶Procedit autẽ ad † altare abſq;
mitra & baculo:& cum veſtibus ſacris:prout
in ſuis locis dictum eſt.Conſidera ergo ordi-
nem:nam euangelium pręcedit:fides in ſym-
bolo ſequitur,deinde munera offeruntur:ne-
ceſſe eſt enim primum audire:quomodo in-
Rom.10 quit Apoſtolus,credent,ſine prædicãte?dein-
de,quis niſi rectè crediderit,munus Deo acce
Hebr.11 ptabile offerre nõ poterit:quia ſine fide im-
poſsibile eſt Deo placere. ¶Hic ergo de tri-
plici oblationis genere dicendum eſt:videli-
cet de oblatione ſacerdotis , miniſtrorum,&
populi.Sacerdos itaq; primò offert ſeipſum.
4 † Offerenda etiam ſunt, quæ ſunt Dei Deo,
id eſt,animę habẽtes ſimilitudinem Dei im-
preſſam.Deinde,quæ ſunt ſacrificio neceſſa-
ria,ſcilicet panem,vinũ,& aquam,& alia ſacri
5 ficio apta.¶Et † nota,quòd in veteri teſta-
mento ponebantur ſuper menſam taberna-
Exod.40 culi.xij.panes azymi & ſimilia,mundi valde:
& ponebãtur ſeni altrinſecus:& ſingulis ſup-
ponebatur patena aurea:& ſuper patenam pu
6 gillus turis.Panes † autem iſti,dicti ſunt ſa-
cerdotales:quia ſoli ſacerdotes eos de altari
ſublatos comedebant : vel ſecundum Ioſe-
phum:quia Dominus præceperat ,quòd ſoli
ſacerdotes,illos formarent , & coquerent:&
ponerent in menſa , & tollerent : ipſi tamen
hoc non obſeruauerunt.Et ex his conuinci-
tur ꝙ ſacerdotes debeant hoſtias facere per
7 ſeipſos. † Dicebantur etiam panes propoſi-
tionis,quia poſiti erant ſuper menſam propo Exod.25
ſitionis coram Domino:in memoriam ſempi
ternam duodecim tribuum filiorum Iſrael:
vel porro poſiti,id eſt,longo tempore poſiti,
ſcilicet per totam hebdomadam.Nam in di-
luculo ſabbati recentes,& calidi imponeban
tur menſæ,& erant ibi immoti,vſque ad ſe-
quens ſabbatum:& tunc ſubtrahebantur:vel
erant ibi in æternum,per ſucceſsionẽ ponen-
8 di in menſa.¶Hoſtia autẽ formatur † rotun
da:quia domini eſt terra , & plenitudo eius
orbis terrarum,& vniuerſi,qui habitãt in eo,
viij.diſtinctio.quo iure.& ipſa ſui forma ſi-
gnificat illum,qui principio caret, & fine:
quamuis ipſe ſit α & ω principium principiãs,
atque finis.Apoc.j.c.¶Rurſus cum figura ro-
tunda formetur à puncto ad punctum : per
hoc innuitur,quòd ab ipſo ſunt omnia : & ad
ipſum omnia retorquentur:vnde Pſal. Veri- Pſal.88
tas tua in circuitu tuo.De hac figura dictum
eſt in proœmio ſecundæ partis:de hoc etiam
dicetur in ſexta particula canonis ſuper ver-
9 bo:Accepit panem.¶Cæterum duo ſunt,quę
offeruntur : donum videlicet & ſacrificium.
¶Donum dicitur,quicquid auro vel argento,
vel qualibet alia ſpecie offertur.Aliud tamen
eſt donum,& aliud munus,prout dicetur ſub
prima particula canonis ſuper verbo,hæc do
10 na.¶†Sacrificium,eſt victima & quæcunque
in ara cremantur,ſeu ponuntur:quaſi ſacrum
factum,vel ſignum:quia prece myſtica con-
ſecratur,pro nobis in memoriam dominicæ
paſsionis.Quidam autem peruerſi hæretici
nobis ad præſumptionem magnam reputãt:
quia ſacrificamus & conſecrationem hoſtiæ
ſacrificiũ appellamus:cùm ſcriptura ex perſo
na domini dicat:Nolo ſacrificium:& Eſa.Ne Eſa.1
offeratis vltra ſacrificium fruſtrà.Et in euan- Matt.9
gelio : miſericordiam volo,& nõ ſacrificium. Pſal.50
Dauid:Si voluiſſes ſacrificium &c.De hoc,&
quid ſit ſacramentum, dictum eſt in prima
parte ſub titu.de eccleſiaſticis ſacramentis.
Omne autem , quod Deo datur:aut dedi-
catur:aut conſecratur.Quod dedicatur,dicen
do datur : vnde & appellatur. Errant igitur,
qui conſecrationem,dedicationem ſignifica-
re putant .Immolatio ab antiquis dicta eſt:
eò quòd



eò quòd in mola altari ſuperpoſita victima
redderetur:mactari enim poſt immolationẽ
eſt:nunc autem immolatio pani & calici con
11 uenit:libatio † verò tantùm calicis oblatio
Eccle.50 eſt:iuxta illud:& libauit de ſanguine vuæ.&
illud poeticum:Nunc paterãs libate Ioui.Li-
bare enim propriè eſt effundere : & antiqui-
tus quod in liquida materia offerebatur, vt
vinum & oleum,libamen dicebatur:quod ve
rò in ſicca,vt ſimilia,panis,& tus,oblatio no-
12 minabatur.Hoſtiæ apud † veteres diceban-
tur ſacrificia:quæ fiebant prius,quam, contra
hoſtes pergerent:victima verò ſacrificia,quæ
poſt victoriã deuictis hoſtibus immolabant:
de quo ſub.vj.particula canonis dicetur ſu-
per verbo:Qui pridie.& erant victimæ maio
ra ſacrificia,quàm hoſtię.vel Victima diceba
13 tur,quia vincta ducebatur ad aras.¶ † Holo-
cauſtum illud eſt,vbi totum,quod offereba-
tur,puta agnus vel vitulus, in altari igne con
ſumitur.ὅλον,enim gręcè,dicitur totũ:καυσὸν
incenſio.Cæremoniæ apud latinos , dicuntur
ſacra omnia:quæ apud græcos ὄργια vocan-
tur:propriè tamen cæremoniæ,à carendo di-
cuntur:eò quòd his,quæ in ſacris offeruntur,
in ſuo vſu careant homines. Alij appellant
ceremonias obſeruantias Iudæorum in abſti
nentia quarundam eſcarum, ſecundum vete-
rem legem,à carendo:quia carent rebus,qui-
bus abſtinent.Panis autẽ & calicis ſacramen-
tum,euchariſtia dicitur:prout dicetur ſub di-
cto verbo:Qui pridie.¶Porrò circa oblatio-
14 nem ſacerdotis† miniſtri ſua officia exequun
tur.diaconus enim corporalem ſuper altare
explicat & diſponit:in quo oſtenditur quòd
euangelium Chriſtũ ſeu corpus Chriſti,imò
tantam ipſius humanitatem plenè deſcribit.
Corporale enim hoc corpus Chriſti ſignifi-
cat:prout in præcedenti tit.dictum eſt.Dein
de ſubdiaconus in primis calicem præparet:
panem & vinum in illo diſponens,à ſacerdo-
te poſtmodùm conſecranda , quia nimirum
lex,quæ per ſubdiaconum hîc congruè deſi-
gnatur , huiuſmodi oblationis myſterium
Gẽ.14 pręſignauit,dicens:quòd Melchiſedech ſacer
dos obtulit Abrahæ panem,ſcilicet de fru-
mento,& vinum de racemis à Chriſto poſt-
modùm exhibenda,& in veritate conſecran-
da : ſicut in Geneſi habetur : & dicetur ſub
ſexta particula canonis,ſuper verbo:Accepe-
15 rit panem.Oblatio † panis & vini, ſignificat
pia deſideria fidelium ſeu pro immolatione
ſeu pro hoſtia viua.¶Rurſus in pane corpus
Chriſti,& in vino,ſanguis eius,in aqua popu-
lus repręſentatur.Et dicitur panis,à πᾶν quod
eſt totum : quoniam hic & in futuro eſt tota
vita noſtra.vinũ dicitur à vite,cui Dominus in
euangelio ſe comparat.Aqua verò ab æquali
tate dicitur:quia per hoc ſacramentum ange
lis æquari debemus .Licet autẽ duæ ſint ſpe-
cies:nõ tamen ſunt duo ſacrificia:vnitas enim
verbi,vnitatem efficit ſacrificij:hoc eſt enim
illud pallium, quod Noë filij contexerunt:
quo Chriſtiani Chriſti ebrietatem,id eſt,paſ-
16 ſionẽ ſub ſacrificio tegunt. Deinde † ſubdia
conus ferens in manu ſiniſtra calicem & de-
ſuper corporale & illum diacono offerens,
ſignificat quòd dominus ſubdiaconus fuit,
quando librum aperuit:& diaconus,quãdo di
xit:non veni miniſtrari,ſed miniſtrare. Diaco Matt.20
nus verò patenã cum hoſtia de manu ſubdia
coni recipit, inter pollices & indices vtriuſq;
manus , interpoſito tamen manipulo inter
ipſos pollices,& patenã.Nempe manus ſub-
diaconi,opera ſunt legis:patena,latitudo cor
dis:manipulus,opera euangelij:pollex,vigor
virtutis : index, diſcretio.Fiunt igitur hæc ad
ſignificandũ,ꝙ opera legis,& latitudo cor-
dis,ac opera charitatis,nõ ſufficiũt ad ſalutẽ:
niſi operibus euangelicis , quorum diaconus
annuntiator eſt,cum vigore virtutis,& diſcre
tione mentis adhibitis adiuuentur atque per-
ficiantur. Supponuntur autẽ indices pollici-
bus,ad notandũ,quòd virtutis vigor exercen
dus non eſt,abſq; diſcretione, quæ cunctarũ
eſt mater & fundamentum virtutũ:extrà de
17 offic.cu.c.j. ¶Subſequenter † diaconus ipſe
patenam cum hoſtia,ex inſtitutione cõcilij
Anthiritani.l. diſtin. presbyteros . xxv.diſtin.
perlectis.pontifici repręſentat,ad notandũ ꝙ
per euangelicam traditionẽ, quam diaconus
figurat,ad altare,id eſt,ad ſolennẽ ritũ perue
nit Eccleſia:quia lex quæ per ſubdiaconũ ſi-
gnatur,hoc noſtræ ſalutis ſacrificiũ ſolũmo-
do pfiguraũit,vt pmiſſum eſt,& pontifex ſeu
ſacerdos hoſtiã collocat ſup altare:calicẽ ve
rò cũ vino,ipſe diaconus retinet, & collocat
in altari.Circa quod notandũ eſt,ꝙ hoſtia ſi-
gnificat corpus Chriſti nõ ſanguinẽ:ſacerdos
Chriſtũ:ſolus ergo ſacerdos abſq; cuiuſq; ad-
iutorio illam offert,dicẽs:Suſcipe ſancte pa-
ter &c.quia Chriſtus ſeipſum in ara crucis
obtulit Deo patri:&illam in altari ſuper cor-
porale quaſi ſupra ſindonem mundam diſpo
nit,

nit,innuens quòd ipſemet Chriſtus hoc ſacra
mentum inſtituit & Eccleſiæ tradidit obſer-
Luc.22 uandum, dicens: hoc eſt corpus meum &c.
hoc facite in meam commemorationem &c.
Diſponit autem & collocat hoſtiam cum ſi-
gno crucis:quia ſicut Chriſti oblatio in cru-
ce facta fuit: ſic & oblatio ſacerdotis, qui in
illius memoriam fit,cum ſigno crucis fieri
debet. Collocat etiam illum directè ſuper
crucem,in cõſecratione altaris cum chriſma
te factam:quia & Chriſtus carnem ſuam cru
ci affixit.Verùm vinum in calice,ſanguinem
Chriſti deſignat: & ideò ſolus diaconus
abſque ſacerdote,qui Chriſtum deſignat,cali
cem tenet: ad notandum, quòd in Chriſti
immolatione ſanguis fuit à corpore ſepara-
tus:non tamen ſolus,ſed vnà cum ſacerdote
illum offert:& ſuper pallam corporalem col
locat, ſeu potius ſacerdotis illo mediante:
quod ex eo patet:quia non dicit offero in ſin
gulari: ſicut dicitur in hoſtiæ oblatione:ſed
dicit:Offerimus tibi domine &c.Ex quo etiã
clarè conuincitur,quòd ambo pariter debent
ipſa verba proferre.Diaconus ergo calicem
vnà cum ſacerdote offert: quia non ſolùm
Chriſtus ſeipſum Deo patri obtulit, verùm
etiam per euangelium ſuum,cuius diaconus
eſt figura,& baiulus, huius ſacrificij ritum
inſtituit,& Eccleſiæ commendauit, quam in-
ſtitutionem,& commendationem ipſe diaco
nus tanquàm prædicator euangelij enuntia-
re & manifeſtare debet ex ſuo officio,ab iſta
militante Eccleſia obſeruanda.Ideóq; parti-
cipari debet ſacerdoti in calice offerendo:nõ
tamen in conſecrando, quia illud ſolius eſt
18 officium ſacerdotis.Solus † tamen epiſcopus
vel ſacerdos aquam vino commiſcet in cali-
ce,quod nulli inferiori facere licet,quoniam
ſolus Chriſtus populos ſanguine ſuo rede-
mit.Præterea admiſtio,huius vnionem popu
li,cum Chriſto deſignat,vt ſequitur,quæ fie-
ri non poteſt,niſi per gratiam Chriſti, cuius
typum gerunt pontifex & ſacerdos. ¶Com-
miſcetur autem aqua vino in calice, ex inſti-
tutione Alexandri papæ.j. ¶Primò†ad notan
19 dum quòd nunquam ſalus populi eſſe potuit
ſine ſanguinis effuſione:nec etiam ſanguinis
effuſio ſine populi ſalute:quia Chriſtus popu
lum ſibi reconciliauit in morte.Scriptum eſt
enim,quòd aquæ multæ, ſunt populi multi:
Chriſtus autem ſanguinem ſuum fudit pro
Luc.22 populo, ſicut ipſe teſtatur: Hic eſt ſanguis
meus noui teſtamenti:qui pro multis effun-
detur,in remiſsionem peccatorum. ¶Secun-
dò,ad notãdum,quòd de latere Chriſti ſimul
exiuit & ſanguis & aqua,quatenus nec Chri-
ſtus ſit ſine populo, nec populus ſine Chri-
ſto.Cùm ergo aqua vino miſcetur,tunc Chri
ſto populus adunatur: de conſecra.diſtin.ij.
cum omne.prope finem.Hoc quoque myſte
rium lex Moſaica præſignauit: ſicut Apoſto
lus exponit,dicens bibebant de ſpirituali,con 1.Cor.
ſequenti eos petra: petra autem erat Chri-
ſtus.de conſecra.diſtin.ij.reuera.Quapropter
ſacerdos in calice aqua fundit: vt ſicut aqua
non ſeparatur à vino, ſic populus nunquam
ſeparetur à Chriſto. ¶Tertiò, commiſcetur,
vt diuinitas & humanitas in vna perſona con
iunctæ eſſe intelligantur.de conſecra.diſtin.
ij.c.iij.iiij.& v.Nam per vinum diuinitas, per
aquam,humanitas,intelligitur:qui ergo in al
taris officio aquam ſine vino, vel econuersò,
ei miniſtrat:quantum in ſe eſt diuinitatem ab
humanitate ſeparat:de hoc dicetur in parti-
cula canonis, ſuper verbo: hoc eſt corpus
meum:& ſuper verbo:hic eſt calix. ¶Sanè ſa-
20 cerdos † miniſter,miſſurus vinum & aquam
in calicem,prius effundit modicum in terrã,
non ſolùm vt meatus ſiue locus vaſis, per
quem fluere debet,mundetur, & ſi quid eſt
in ſuperficie vini,vel aquæ emittatur:verum
etiam ad oſtendẽdum,quòd ſanguis & aqua
de latere Chriſti vſque in terram fluxerunt:
ad quod myſterium ſe præparat peragendũ.
21 ¶†Conſiderãdum etiam eſt,quia aqua bene-
dicitur,quando vino admiſcetur:vinum verò
non:& hoc ideò, vt dicunt quidam. ¶Primò,
quia vinum ſuam benedictionem expectat:
ſed hæc ratio nõ videtur ſufficiens:imò quia
tunc totum vinum eſt: quoniam in benedi-
ctione vini ſub nomine calicis tam vinum
quàm aqua ſimul benedicũtur. Vnde poteſt
ſecundo modo dici, ꝙ vinũ in hoc loco Chri
ſtum ſignificat,qui nulla eget benedictione:
aqua populũ,qui in hac vita nequit eſſe ſine
peccato,propter quod indiget benedictione
Dei:vt reddatur dignus ad præmiſſam vnio-
nem cũ Chriſto.Ad hoc igitur ſignificandũ,
aqua bñdicitur,qñ vino admiſcetur. ¶Tertiò
etiã vinũ nõ bñdicitur:quia ſubdiacon⁹ q nõ
bñdicit, debet illud ex officio ſuo in calicẽ
mittere,vt p̃miſſum eſt. ¶Quartò,quia popu
lus per aquã ſignificatur,vnitur Chriſto ſolũ
per benedictionẽ gratiæ ipſius Chriſti quem
ſacerdos



ſacerdos benedicẽs figurat. ¶Eſt autem plus
de vino,quàm de aqua ponẽdum, arbitrio ſa-
cerdotis: ita tamen quod aqua à vino abſor-
beatur,& vini ſaporem retineat:extrà de cel.
miſ. perniciolus. & hoc in ſignum, quòd Ec-
cleſia debet incorporari Chriſto:nõ Chriſtus
Eccleſiæ:vnde Aug.Nõ tu mutabis me in te,
ſicut cibum carnis tuæ: ſed mutaberis in me:
de hoc etiam dicetur ſuper dicto verbo: Hic
eſt calix:& in vj. parte ſub v. feria cœnæ do-
mini prope fi.Prædictus etiam Alexãder Pa-
pa ſtatuit oblationem ex azymo & in modi-
ca fieri quantitate dicens: Hæc oblatio quã-
tò rarior, tantò precioſior. ¶ Non eſt etiam
22 †obmittendum,quòd in miſsis priuatis mini-
ſtrans ſacerdoti ampullam cum vino,manum
eius non oſculatur:ſed miniſtrans ampullam
cum aqua ſic: quoniam vinum Chriſtum,
aqua, genus humanum: oſculum verò
pacem inter Deum & hominem ſignificat
reformatã. ¶Regulariter tamen cùm cele-
branti aliquid porrigitur,vel ab eo recipitur,
manus oſculum interponitur, ad deſignan-
dum quòd omne ſeruitiũ,omníſq; reuerẽtia
Deo exhibita,cuius vices celebrãs gerit,pro-
cedere debet ex feruore charitatis,& amo-
ris:qui per manus oſculũ deſignatur: de hoc
etiam ſub euangelio dictum eſt,& ſub ti.de
pacis oſculo dicetur.Calix autẽ ponitur Ro-
mæ ad dextrum latus oblatæ:& bene, quaſi
ſanguinem ſuſcepturus,qui de latere Chriſti
noſcitur profluxiſſe:& ad deſignandum ſan-
guinem & aquam de dextro Chriſti latere
emanaſſe. Præterea niſi à latere ſtet recta
pars crucis,quę fit cõmuniter ſuper hoſtiam
& calicem,non producitur ſolũmodo ſuper
hoſtiam.quod tamen fieri debet.Crux enim
ipſa inchoari debet ſuper hoſtiã,& perfici ſu
per calicem, prout ex diuerſis locis,& verbis
ipſius canonis colligitur euidẽter: de hoc di-
cetur in viij.particula canonis,ſup verbo:ho-
ſtiã ſanctam. ¶Cõmuniter † tamen alibi po-
23 nitur hoſtia inter ſacerdotẽ & calicem. ¶Pri-
mò ad notandũ, ꝙ Chriſtus eſt mediator Dei
& hominũ.x.di.quãdo.& ſecundũ hoc ſacer-
dos Deũ patrẽ,hoſtia,Chriſtũ,aqua in calice,
populũ ſignificat:quia non niſi Chriſto me-
diante ad reſurrectionis gaudium poſſumus
peruenire. ¶Secũdò, propinquior eſt ſacerdo
ti hoſtia,quàm calix:quia prius à Chriſto cõ-
ſecrata legitur, quàm ſanguis: & Apoſtolis
prius data. ſed hæc ratio facit potius pro di-
ctis Romanis,qui cruces incipiunt ſuper ho-
ſtiam: & deinde eas ſuper calicẽ producunt.
Porrò,cũ ſacerdos accipit patenã, cũ hoſtia,
vrceolũ cũ aqua,calice cu vino, turibulũ cũ
incenſo,efficit ſuper ea crucis ſignaculum:vt
per crucis virtutem omnis conatus diabolicæ
malignitatis effugiat:ne contra ſacerdotẽ vel
ſacrificium aliquo modo prçualeat. ¶Et no-
24 ta,† ꝙ ampullis,in quibus vinũ & aqua con-
tinẽtur pro ſacrificio,ſpiritualiter cõſideran-
dum eſt,quòd in parua ſubſtãtia incõprehen
ſibilia cõtinentur futura ſacramenta. ¶Dici-
tur autẽ ampulla,quaſi ampla bulla,ſignifi-
cans cor humanũ,quod amplũ debet eſſe la-
titudine charitatis. ¶Rurſus ampullæ,id eſt,
vaſa ad offerendum vinũ, ſunt prædicatores
mordaciter increpantes: vel quilibet ſpiritus
ſancti gratia inebriati: & alios inebriantes.
Hydrię verò,id eſt,aquatica vaſa,ſunt docto
res aqua ſapiẽtiæ ſalutaris potati,& vitalib⁹
aquis repleri. ¶Rurſus adhuc præmiſſa alio
25 ordine proſequamur.In † quibuſdam Eccle-
ſijs ſubdiaconus portat calicẽ in ſiniſtra,pate
nam in dextra,& deſuper corporale:vnus can
tor oblatã cũ fanone:& vinũ cũ ampulla:al-
ter verò præbet aquã vino miſcendam:vlti-
mò diaconus fundens aquam in calice, offert
presbytero ſeu epiſcopo.Nempe ſubdiaco-
nus,eſt Chriſtus,calix,paſsio:patena,crux:ſini
ſtra,præſens vita:dextra, futura: corporale,
Eccleſia:vnus cantor,iudaicũ populũ figurat:
alter,gentile:ampulla, deuotionem: oblata,
corpus:vinum, ſanguinem:aqua, Eccleſiam,
archidiaconus,Chriſtũ presbyter ſeu epiſco-
pus,Deum patrem. Subdiaconus ergo cali-
26 cem † portat in ſiniſtra:quia Chriſtus de tor
rente bibit in via,id eſt, paſsionẽ ſuſtinuit in
præſenti vita,patenã in dextra:quia per crucẽ Pſal.109
peruenit ad gloriã:propter hoc enim exalta-
uit illum Deus deſuper corporale:quia eius Phi.2.
paſsionem Eccleſia nõ deſinit imitari.Corpo
rale enim candidatur:& Eccleſia per multas
tribulationes Chriſto cõformatur. Subdiaco
nus etiam noſter, ſcilicet Chriſtus patenam
cum calice portauit, quando crucem in paſ-
27 ſione baiulauit. † Primus cantor offert obla
tam cum fanone,& vinũ cum ampulla:quia
primitiua Eccleſia de Iudæis ſuſcepit fidem
paſsionis in deuotione mẽtis.Oblatam ergo
non nudis manibus: ſed cum fanone candi-
do,id eſt,cũ manipula alba,& munda offert,
ad notandum, quòd Chriſti corpus ab his
tantùm

tantùm dignè ſuſcipitur:qui carnem ſuam cū
28 vitijs & cōcupiſcentijs crucifigunt.†Alius au
tem cantor offerta quāquam diaconus mi-
ſcet vino,& offert presbytero ſeu epiſcopo:
hæc eſt gentilitas,quæ ſuam obtulit multi-
tudinem,quam Chriſtus in paſsione obtulit
Deo patri. Poteſt enim nō incompetenter di
ci,ꝙ altare menſam domini,in qua cum diſci
pulis ſuis conuiuabatur:ara, crucem:calix,ſe-
pulchrum vel paſsionem Chriſti : de quo in
prima parte ſub tit.de picturis dictum eſt:&
patena,quæ à patendo dicitur , cor latum &
amplum ſignificat.Super hanc patenā,id eſt,
ſuper latitudinem charitatis,ſacrificium iuſti
Pſal.19 tiæ debet offerri:vt holocauſtū animæ pin-
gue fiat.Hanc cordis latitudinem habebant
Matt.26 apoſtoli cum Petrus dicebat:Et ſi oportue-
rit me mori tecum,non te negabo. Similiter
& omnes apoſtoli Chriſto dixerunt.Sed lati-
tudo cordis ab eis aufugit,& latuit,cū omnes
magiſtro relicto , fugerunt & latuerunt.Ad
29 † quod ſignificandum poſt ſuſceptam inde
oblatam ſacerdos abſcondit , ſub corporali
patenam:vel ſaltem eam ab altari remotam
ſubdiaconus retrò cōtinet inuolutā. Per hoc
ergo diſcipulorum fuga,vel latibulum , vel
infidelitatis excæcatio deſignatur : qui dum
verum ſacrificium offerretur,Chriſto relicto
fugerunt,& latuerunt,ſicut eis ipſe prædixe-
Matt.26 rat:Omnes (inquit) vos ſcandalum patiemi-
ni in me in hac nocte.Scriptū eſt enim:percu
tiam paſtorem:& diſpergentur oues gregis:
poſtquàm autem ſurrexero,pręcedam vos in
Galilæam. Aliquanta particula patenæ non
abſconditur,vt oſtendatur,quòd beata virgo
& beatus Ioannes euangeliſta non fugerūt,
nec latuerunt:de hoc dicitur ſub tit.de ſan-
ctis.Et ideò ſacerdos dicturus : pax domini,
quaſi dominicæ reſurrectionis annuntiatu-
rus eulogium,reſumit patenam:quia cum eſ-
ſet ſerò die illa vna ſabbatorum, & fores eſ-
ſent clauſæ , vbi erant diſcipuli congregati,
Ioan.20 propter metum Iudæorum , venit Ieſus : &
ſtans in medio,dixit eis:Pax vobis:reſumens
30 oues,quæ trepidantes aufugerant.¶†Rurſus
patena quæ propter ſui formam,diuinitatem
quæ initio caret , & fine, ſignificat, vſque ad
dominicam orationem, abſconſa tenetur:ad
deſignandum,quòd diuinitas nobis abſconſa
& velata eſt in hoc mundo:ſed quādo in ora
tione dominica dicitur:Panem noſtrum:ma-
nifeſtatur ad oſtendendum,ꝙ quando ad pa-
nem noſtrum,qui in cœlis eſt, perueniemus,
tunc diuinitas quæ in hoc mundo abſconſa &
velata eſt,manifeſtabit ſe nobis , & videbi- 1.Ioan.3
mus ipſum ſicuti eſt.De hoc dicetur ſub titu.
de reſumptione patenę.In quibuſdam tamen
locis patena diſcooperta tenetur,ad deſignan
dum,quòd ſacerdos orat pro æternis,quę per
Chriſti prædicationem nobis reuelantur.
¶Per patenam enim,quæ rotunda eſt,æterni
tas,quæ principio caret & fine,congruè deſi- Phi.3
31 gnatur.¶Sanè ſubdiaconus † tenet patenam
parte poſteriori eleuata:quaſi diceret:Imita-
mini me,qui poſteriorum oblitus,ad anterio
ra me extendo:innuens etiam,ꝙ referre de-
bemus omnia opera noſtra ad Chriſtum, &
ad coronam æternam. Patena quoque ſeor-
ſum,à calice reuoluta, ſcilicet pars ſuperior
ſubtus poſita,ſignificat lapidem à ſepulchro
commotum & reuolutum.Et nota,ꝙ diaco-
nus tradit patenam ſubdiacono tenendam,
innuens quòd Chriſtus cōtulit diſcipulis ſuis
poteſtatem prædicandi regnum Dei. Circa
hoc etiam videbitur ſub tit.de reſumptione
32 patenæ.¶Circa † oblationem populi,notan-
dum eſt,ꝙ populus offerre debet : iuxta il- Exo.23
lud Exod. Non apparebis in conſpectu Dei
tui vacuus.de conſecratio diſtinctio.j.omnis.
Per oblata quoque munera poſſumus com-
memorare copioſam victimam , quæ oblata 3.Reg.8
eſt à populo, cùm rex Salomon templum &
altare domino ſacraret. Exemplo enim illius
plebs fidelis offert ſe & dona Deo : ſed in
veteri teſtamento conueniebat populus in
Hieruſalem quibuſdam magnis ſolennita-
tibus : ſcilicet Paſcha , Pentecoſte , & in fe-
ſto Scænophegiarum , vt orarent in templo:
& tunc tenebantur offerre. Et nota , quòd
in veteri teſtamento , populus offerebat ſa-
crificium legale, & voluntarium pro pecca-
to:pro gratiarum actione dona,vota,& holo
33 cauſta.¶†Sacrificium legale ſunt decimæ &
primitiæ:per ea quæ lex iuſsit offerri.Deut.
xij.c.Voluntarium eſt,quod ſponte pro pec-
cato & pro legis tranſgreſsione offerebatur.
Dona ſunt,quæ in templi ornatū offereban-
tur.Vota,quæ pro periculis infirmitatis vel
belli. De holocauſto præmiſſum eſt : vnde
dicitur in Paralipom.ꝙ obtulerunt principes
pro votis,pro ſpontaneis,pro peccato,pro re-
34 gno,pro ſanctuario : pro Iuda.Ritus † igitur
Synag



Synagogæ tranſiuit in religionem Eccleſiæ:
& ſacrificia carnalis populi , mutata ſunt in
obſeruantiam populi ſpiritualis. Nam ſicut
populus ille Moſi deſcendenti de monte di-
uerſa dona ad faciendum tabernaculum offe
rebat:ſic epiſcopo de pulpito venienti Chri-
ſtiani deuotas offerunt oblationes.Alius of-
Matth.2 fert aurum,imitatus Magos qui aurum domi
no obtulerunt.Alius argētum , ſecutus illos,
q pecunia in gazophylactio poſuerunt.Alius
verò aliquid de ſua ſubſtantia , vt aſſocietur
illis qui per Paulum & Barnabam neceſſaria
pauperibus tranſmiſerunt.Nec eſt curādum,
quæ quantitas,vel ſpecies offeratur : ſed po-
tius mens attenditur offerentis:vnde prouer.
iij.Honora dominū Deum tuum,de tua ſub-
ſtantia : & Thob.iiij. Ex tua ſubſtantia fac
eleemoſynam:& Magi obtulerunt Chriſto
nato aurum,tus & myrrham.Mat.ij.iuxta il-
Pſal.67 lud Pſal.Tibi offerent reges munera.Nec ſe
cundum Greg.offerens à muneribus:ſed mu
nera ab offerente placent.Offerunt quoque
legale ſacrificium in decimis & primitijs:vo-
luntariū in ſpontaneis oblationibus pro pec-
cato,dum pœnitentias redimunt,pro gratia-
rum actione,dum pro collatis à Deo aliqua
gratia quicquā offerunt. Dona,dum in ædifi-
cio Eccleſiarū,vel vtenſilia,vel aliquid offe-
runt.Vota,dum quod in particulis vouerunt,
exoluunt.Holocauſtū offerunt,qui ſeculum
derelinquunt,& ſua pauperibus diſtribuunt.
35 ¶Offerens † autem manum ſacerdotis oſcu-
latur,per quod fides cum opere deſignatur:
de quo etiam iam præmiſſum eſt. Offerens
verò panem & vinū,ſignificat diſcipulos qui
præueniunt parare neceſſaria ad paſcha.¶Ve
36 rùm † clerici & monachi etiam adminiſtra-
tiones habentes,non offerunt,niſi in officio
mortuorum,& in noua celebratione ſacerdo
tis:& in quibuſdam præcipuis ſolennitatibus:
de cōſecra.diſtin.j.alia.cum enim ipſi de ob-
lationibus viuant , & ipſi ac ſua Deo oblati
ſint,non tenentur offerre. Viri ante mulie-
res offerunt.Ipſi enim fortes in Chriſto deſi-
gnant,ſcilicet martyres,qui in primitiua Ec-
cleſia plures contumelias paſsi Chriſto victi
mam obtulerunt,dum occubuerunt. Deinde
mulieres,quæ fragiliores deſignant , ſcilicet
confeſſores,qui tempore pacis domino lau-
dis hoſtias obtulerunt. Præthereà, vir,caput
eſt mulieris:& ideo à capite ratio eſt redden
37 da.ff.de edendo.argentarius. ¶ † Subdiaconi
autem vel acolyti recipiunt oblationes, quæ
ad manum epiſcopi deferuntur : ad notan-
dum quòd ipſe nō ſua ſed aliena manu debet
38 temporalia miniſtrare. ¶ † Sanè Romanus
pontifex nullam oblationem manibus tan-
git , niſi illam , quæ pro defunctis offertur:
quam ideò manibus accipit , vt ſigillet erro-
rem dogmatizantium, eleemoſynas non pro
deſſe defunctis:& niſi oblationem panis,quā
tangit : tum propter reuerentiam ſacrificij,
quod ex pane conficitur : tum quia eſt vica-
rius eius,qui de ſe dicit:Ioan.vj.Ego ſum pa-
nis viuus.Cæteras verò oblationes ad pedes
accipit propter illud quod in actibus apoſto-
lorum habetur : quoniam offerebant pretia
eorum, quæ vendebantur , & ponebant ante
pedes apoſtolorum. Act.iiij. Et quia omnia
ſua ſunt:prout ſub euangelio tactum eſt.Et
ſacerdos oblationes manu tangit , repræſen-
tans illud Leuit.j.& iiij.Ponétque manus ſu-
per caput hoſtiæ,& acceptabilis erit,atque in
39 expiationem proficiens.Et † nota, quòd pro
defunctis offertur panis & vinum.Iuxta illud
Thobiæ iiij. Panem tuum & vinum tuum ſu
per ſepulturam iuſti conſtitue,id eſt , diſtri-
bue.Et pecunia ſiue argētum,exemplo Iudæ
Machabæi, q miſit offerri xij.millia dragmas
argenti pro peccatis mortuorum.ij.Machab.
xij.Et pretia eorum ponebantur ante pedes
apoſtolorum,vt præmiſſum eſt.Et lumen,ad
illuminandum illos , qui in tenebris purga-
torij ſedent:quaſi offerens , ipſo facto dicat:
Lux æterna luceat eis Domine &c. ¶Sanè
40 † Moſes,videns quòd populus multa obtu-
liſſet,iuſsit præconis voce cantari,ne quis vl-
trà offerret. Exo.xxxv.& xxxvj.capi. Nullus
tamen ſacerdotum noſtri temporis talia
facere viſus eſt. In nonnullis locis paro-
chiani in die natalis domini offerunt ſa-
cerdotibus panes , quos Calendarios vo-
cant : propter illud quod legitur Leuitic.
xxij. Offeretis panes duos ſacerdoti , qui
cedunt in vſum eius. Et vocabitis hunc
diem celeberrimum atque ſanctiſsimum &c.
Suſceptis itaque à populo oblationibus &
choro offertorium cantante , epiſcopus vel
ſacerdos ad altare reuertitur : quoniam Chri
ſtus ſuſceptis fidelium votis cantantibus tur
bis : Oſanna in excelſis, in proximo immo- Mat.21
landus intrauit in templum.
Summa.

## SVMMA.

1 Turiſicatio altaris, ſuſcepta oblatione myſtica, quid innuat. & nu. 3. Et qualiter, & quando fieri debeat.
2 Maria ter vnxit corpus Chriſti.
4 Rhotomagenſe concilium, quid ſtatuerit de turificatione.

## *De ſecunda Turificatione.*

### CAP. XXXI.

OBlatione myſtica de qua præ-
miſſum eſt, ſuſcepta, ſtatim
1 † adoletur incenſum: per quod
illud innuitur, quod ſtatim ſub
2 ſcribitur à Ioanne in euange-
lio, de quo præmiſſum eſt prope principium
præcedentis titu. Maria ergo, ſcilicet Magda
lena accepit libram vnguenti nardi, piſtici
pretioſi: & vnxit pedes Ieſu: & impleta eſt do
mus ex odore vnguenti. Et ſacerdos in modũ
crucis ſuperducit & circũducit incenſum ſu-
per ſacrificiũ, & altare: vt & crucis ſignaculo
& turis incenſo diabolicæ fraudis malignitas
extricetur, & effugiat. Quod verò tertiò ſu-
perducit & circũducit incenſum, deſignat, ꝙ
2 Maria ter † exhibuit & adhibuit vnguentũ
circa corpus Ieſu. Primò enim vnxit pedes il
Luc. 7 lius in domo Simonis phariſęi. Secundò, cùm
Ioan. 2 in domo Simonis leproſi ſuper caput eius vn
Mar. vlti. guentũ effudit. Tertiò, cum emit aromata vt
veniens vngeret Ieſum iam poſitũ in monu-
mento: voluntas enim reputatur pro facto.
xvij. quæſtio. j. & ſi ergo. cùm per ipſam non
ſteterit, quo minus expleuerit, quod incepit.
Quod verò poſtmodùm vndiq; totum incen
ſatur altare: deſignat quòd poſt factum illud
Matt. 26 tota reſperſit Eccleſiam: ſicut Dominus ipſe
Apoc. 8 teſtatur: Amen, amen dico vobis: vbicũque
prædicatum fuerit euangelium hoc in toto
mundo, dicetur quòd & hæc fecit in memo-
3 riam eius. Poteſt † etiã dici, quòd altare turi-
ficatur in figurã angeli, qui ſtetit iuxta aram
templi habens turibulũ in manu ſua: de quo
fumus aromatum in conſpectu domini aſcen
debat. Chriſtus enim magni conſilij angelus,
carnem immaculatã igne ſancti ſpiritus ple-
nam, pro nobis in ara crucis obtulit Domino
in ſuauitatem odoris. Fumus aromatũ, ſunt
orationes ſanctorum, quæ per ardorem cha-
ritatis ex paſsione domini propagatæ ad Deũ
patrem aſcendunt, & nos ad coronam trinita
tis prouehunt: ideóq; ſacerdos turificat in
modum crucis & coronæ: ſi ſemel turificat,
recolit vnicam paſsionem: ſi autem ſemel co
ronat, vnius denarij retributionẽ. Si verò ter,
æternitatis in paſsione operationem, & trium
ordinum glorificationem: & ideò turificãs
ait: Dirigatur domine oratio mea, ſicut incen Pſal. 104
ſum in conſpectu tuo &c. Moraliter autem
incenſum deuotionis adolendum eſt in turi- 2. Cor. 2
bulo, cordis igne charitatis, vt odorem ſuaui
tatis emittat: vt videlicet tam nos, quàm obla
tio noſtra, ſimus bonus odor Deo: de quo di-
cit ſcriptura, fungi ſacerdotio, & habere lau- Eccle. 44
dem in nomine ipſius: &c. Hoc enim incen-
ſum ſacerdos accipit, id eſt, Chriſtus acceptat
& incenſat ex eo ſacrificium & altare. Poteſt
etiam dici, quòd turibulum quod oblationi
ſacerdos ſupponit, ſignificat Chriſtũ per quẽ
petit, vt ſibi propitietur Deus. Sanè omnibus
defertur incenſum, vt oſtendatur, ꝙ omnia à
ſacerdote facta pertinent ad omnes: vnde
Pſalmiſta, Dirigatur Domine oratio mea: Pſal. 140
ſicut incenſum in conſpectu tuo: niſi in miſſa
pro defunctis, vt dicetur in vij. parte ſub titu.
4 de officio mortuorum. In † concilio Rhoto-
magen. in bucardo, lib. iij. c. vt tempore. ita le
gitur: In tempore quo legitur euangelium,
finito euangelio ſuper oblationem incenſum
in mortem, videlicet redemptoris noſtri, po-
natur, decreuimus. Leo etiam Papa ſtatuit in-
cenſum ſuper oblatam poni. Quidam tamen
hæretici garriunt, non eſſe in miſſa turifican-
dum: quoniam Chriſtus in cœna terrenũ in-
cenſum non fumigauit: & Eſà. Incenſum, eſt Eſà. 1
abominatio mihi. Quare altare & crucifixus
turificantur, vt dictũ eſt ſub tit. de aquæ bene
dictæ aſperſione. Poſt turificationem, iterum
digitos lauat: nec vlterius vſque poſt commu
nionem cum eis, cum quibus ſacrã hoſtiam
tractare habet, aliquid tangat: ſed poſt eius
eleuationem eos iungat: vt dicetur ſub viij.
particula canonis. Miniſter quoque epiſcopi
trahit & ſuper brachia eius informat plane-
tam, & alia indumenta: nam & legalis ſacer-
dos dum ſacrificabat, ſummitates baltei ſuper
humerum reflectebat.

## SVMMA.

1 Inclinat ſe ſacerdos, facta turificatione. Et deinde oſculatur altare. nu. 2. Et eorum ſignificatio myſtica.
3 Sacerdos conuerſus ad populum, omnium
orationes



orationes petit. quámq; is orationem aſſumat. Et cuius exemplo, aut præcepto.
4 Oza percuſſus à Domino, quòd eius arcã temerè tetigiſſet. Item, Berbſanitæ.
5 Sacerdos, cur oret voce demiſſa, implorato ſtatim populi ſuffragio. vide per nu. 6. 7. 8. 9. 10.
11 Sacerdos cur tollat vocem incipiens: Per omnia ſecula ſeculor.
12 Sacerdos cur manum tollat ab altari, incipiens: Per omnia ſecula ſecul.

## *De inclinatione ſacerdotis, & oſculatione altaris, ac oratione.*

### CAP. XXXII.

TVrificationis expleto myſte-
1 rio. ſacerdos † ſe inclinando di
cit: Suſcipe ſancta trinitas &c.
quod ſumitur de tertio Danie
lis: vt videlicet hoſtiam offe-
rat ex pinguedine charitatis, vt ſit dignus ad
Phili. 2 ſacrificium immolandum. Sacerdotis inclina
tio, Chriſti humilitatem ſignificat. qui exina-
niuit ſemetipſum, formã ſerui accipens, fa-
ctus obediens vſq; ad mortem: mortem autẽ
Crucis: qui etiam inclinans ſe ad pedes diſci-
pulorũ, poſt ſacramentum in cœna traditũ
2 orauit ad patrem. † Poſteà verò ſe erigens,
oſculatur altare, ad notandũ quòd per paſsio
nẽ Chriſti populus liberatus eſt. & Deo patri
recõciliatus: vnde Apoſtolus ad Ephe. iij. Fa-
ciẽs pacem, vt reconciliet ambos Deo in vno
corpore. Cõſequẽter ſacramentũ incepturus,
orat primũ pro ſe: deinde pro populo. Cõuer
3 tẽs enim † ſe ad illũ ſub ſilẽtio dicit: Domi-
nus vobiſcũ: ſicut dictũ eſt ſub tit. de ſaluta-
tione: & mox voce aliquantulum eleuata, vt
oratio omniũ auxilietur ei, quaſi non præſu-
mẽs, ꝙ ſolus poſsit tantũ myſteriũ exequi,
monet illũ dicẽs: Orate pro me fratres &c. &
ego pro vobis: in quo ſignificatur illud, quod
Chriſtus diſcipulis ſuis dixit: Lucę xxij. Orate,
ne intretis in tentationẽ. & ibidẽ: Ego pro te
oraui Petre. Monet autẽ orare, vt ſacrificium
fiat Deo acceptabile: & populus debet ſimili
Pſal. 19 ter ſecretè orare reſpõdens: Memor ſit Do-
minus omnis ſacrificij tui, & holocauſtũ tuũ
Lucę 1 pingue fiat: vel reſpõdet: Suſcipiat Dominus
Pſal. 17 ſacrificiũ &c. vel dicat: Spiritus ſanctus ſuper-
Iaco. 5 ueniet in te. vel illud: Mittat tibi Dominus
Ioan. 17 auxiliũ de ſancto, vel immola Deo ſa. lau. De
bemus enim inuicẽ orare: ſecundũ Apoſtolũ
vt ſaluemur. Orauit enim Chriſtus primũ pro
ſe. pater (inquit) venit hora: clarifica filium
tuũ: vt filius tuus clarificet te. deinde pro po-
pulo dicẽs: Pater ſancte, ſerua eos, quos deſti
ſti mihi: vt ſint vnũ, ſicut & nos: extrà de ſum.
trini. c. ij. Dicturus ergo: Orate pro me fra-
tres, ſe vertit ad populũ, quia ipſum diſtinctè
alloquitur, ſed dicturus: Oremus, poſt Domi
minus vobiſcũ, ſe ad altare cõuertit: quia tũc
nõ diſtinctè, ſed per modũ cõceptionis ad ali
quid excitat ad ſecũ orandũ, ſeu gratiãs refe
redũ. ¶ Monito itaq; populo ſacerdos ſtatim
reuoluitur ad altare, per ſiniſtrã partẽ, prout
ſub titu. de ſalutatione ad populũ dictũ eſt,
& tũc tandẽ dicit orationẽ quã intermiſerat
ab offertorio, citra, quãdo dixit, Oremus. ad
notãdũ, quòd Chriſtus iterũ redijt Ieroſoly Ioan. 11
mã ad domũ orationis, quã ad tẽpus deſerue
rat cũ ſucceſſerat in Effren. Sic enim legitur
in euãgelio: Cum veniſſet Ieſus Ieroſolymã,
intrauit in tẽplũ, & eiecit emẽtes, & vẽdentes
de tẽplo, dicẽs: Domus mea, domus orationis
vocabitur. Inſtat enim ſacerdos orationibus, 1. Reg. 6
4 ne indignus inueniatur, vt † Oza, qui tetigit
temerè arcã Domini, & percuſſus eſt à Domi
no. Nec legitur aliud feciſſe, niſi vxorẽ pro-
priã cognouiſſe in nocte præcedẽti. Berbſa-
mitæ quoq; quia temerè voluerũt arcã Do-
mini tangere, occiſi ſunt de populo lxxxviij.
de plebe quinquaginta millia: pretioſa arca
eſt calix Domini. Orat autem voce demiſſa.
5 ¶ † Primò, ne vileſcat officium miſſæ, & ideò
oratio ipſa per ſecretè, dicitur à quibuſdã ſe-
creta à quibuſdã ſecretella, ad differentiã ma
ioris ſecretæ: à quibuſdã verò ſacra vocatur,
de quo & de huiuſmodi ſilentio ſub ti. de ſe-
creta dicetur, vt dictũ eſt ſub tit. de offerto-
6 rio. ¶ Secundò orat in † ſilentio, vt deuotius
oret, nec cogitet quomodo eius vox & cor-
poris cõpoſitio placeãt populo. quia & Do-
minus elõgatus eſt à diſcipulis. quantũ cõti-
7 net iactus lapidis, vt oraret. ¶ Tertiò, in † hoc
quòd ſecretè orat, ſignificat ſecretas preces
Chriſti dicentis: Pater mi, ſi fieri poteſt, trãſ- Matt. 26
eat à me calix iſte. Mat. xxvj. Quartò, hoc
8 ſilentiũ † recolit ſacramentum in ſacrificijs
patrum abſconditum, vt in Abel, Iſaac, in
agno paſchali, in vitula ruffa, in hirco emiſſo
9 rio. ¶ Quintò, in hoc † repræſentatur ſilentiũ,
quod Dominus habuit in paſsione: quia tan-
quam ouis ad occiſionem ductus eſt: quod
m: & mar-

& martyres imitati ſunt: Vnde non murmur
reſonat, non querimonia &c. ¶ Sextò, ideò
10 † orationes quæ poſt oblationes ſequuntur
in ſilentio & ſecretè dicũtur, quia Iudæi ſta-
tim poſt ſuſcitationẽ Lazari, voluerunt occi
dere Ieſum, ille verò abſcondit ſe in ciuitatẽ
Effren, in ſolitudine. & tacuit à prędicatione,
& miraculorum operatione, vſq; in ſabbatũ
in ramis palmarũ, quo venit in domum Simo
nis leproſi: & tũc prædicauit apertè: ad quod
deſignandum ſacerdos in fine ſecretę eleuat
11 iterũ vocem, dicens palã & alta † voce: Per
omnia ſecu. ſecu. quod expoſitũ eſt ſub tit. de
oratione. Secũdò ideò dicitur altè, Per omnia
ad notandum, quòd poſt reſurrectionẽ Chri-
ſtus prædicauit apertè. Tertiò, quia eſt princi
pium ſequentis orationis, vt iã dicetur. Quia
verò quærit aſſenſum populi, & confirmatio
nem, quia ipſe eſt quaſi legatus populi: ideò
populus aſſentiens voci eius dicit, Amẽ: quia
12 ſeculum per ipſum creatum eſt. †, Adhuc di-
cturus per omnia ſecula ſeculorum, deponit
manus ſub altare. Primò, ad notandũ, quòd
omnem cogitatum tẽporalem deponit, & ſe
totaliter Deo cõmittit immolationi dũtaxat
tota mente intendens. Secundò, manus depo
nit: cùm enim nunc ad cordis eleuationẽ, &
ad gratiarum actionem inuitet, & eleuatio-
nem cordis per contemplationem prȩcedere
debeat, exercitium bonæ operationis, quam
manuum depoſitio, ſignificat. De qua opera
tione poſteà gratias referimus ei, qui in no-
bis incipit opus bonum vt perficiat ſicut di-
cit Apoſtolus: idcirco tunc manus deponit.

## S V M M A.

1 Præfationis principium, quibus literis notetur.
2 Præfatio, quorſum inſtituta. & vnde dicta. num. 3.
4 Præfationis declaratio. & num. 6. Et amplius num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 34.
5 Sacrificij faciendi vetus mos: maximè de oratione ſacerdotis inter ſacrificandum.
15 Angelorum nouem ordines.
16 Angelis cur pennæ adpingatur.
17 Gabriel, quid ſignificet & eius munus.
18 Michaël, quomodo interpretetur. & eius officium.
19 Raphaël, quid ſonet latinè, & cui officio præſit.
20 Vriel, quomodo ſonet latinè.
21 Angelorum omnniũ officia, per diſcurſum num. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28.
29 Cherubin & Seraphin, in cœlo eminentia, & ſedes.
30 Angelorum ſex tantùm ordines cur in communi adſerantur præfatione, tribus ſilentio præteritis. & num. 32.
31 Hierarchia quotuplex, & vnde dicatur.
33 Deus, angelicam & humanam creaturam edidit, in laudem & gloriam.
35 Gelaſius Papa, Prȩfationes communes dictauit primùm.
36 Vrbanus Papa, quid addiderit præfationi communi.

## De *præfatione*. CAP. XXXIII.

ANte præfationem deſcribitur
1 in libris quædã† figura repræ-
ſentãs ex parte anteriori literã,
u. ex parte verò poſteriori lite
ram d. quæ duę literę cõiunctę
pro vere dignum: ponuntur: litera videlicer,
pro dictione. Sanè per literam u. quæ inferius
clauſa & ſuperius aperta eſt, habens initiũ à
linea lõgiori humanitas ſiue humana Chri-
ſti natura, quę in virgine principiũ habuit, ſed
fine carebit: per d. verò circulariter clauſum
diuinitas, ſeu diuina natura, quæ nec princi-
piũ nec finẽ habet, figuratur. Tractus autem
in medio vtrũq; copulãs partem: crux eſt, per
quã diuinis ſociatur & vniũtur humana. Ideò
ergo hæc figura in præfationis principio po-
nitur: quia per myſterium vnionis: & domini
cæ paſsionis pacificantur homines, angelis &
ſociantur, humana diuinis. in præconia ſalua
2 toris. ¶ † In præfationibus enim omnibus cõ
ueniũt homines & angeli, ad cõcinendũ præ-
conia regi: vnde & alta & delectabili voce
cantatur: quia in eis angelorum præconia re-
præſentantur. Et cantantur coram altari, & à
ſolo ſacerdote, iuxta illud Apo. xiiij. & canta-
bũt quaſi cãticũ nouum ante ſedem, & nemo
poterat dicere canticum, niſi &c. Siquidem
3 † hæc oratio vocatur præfatio: quia præcedit
ſacrificiũ principale. Eſt enim quaſi prælocu-
tio, id eſt, ad miniſteriũ præparatio: prælocu-
tio, videlicet totius orationis ſecuturæ à, Te
igitur, vſq; ad, Agnus Dei. In hac enim prælo
quitur ſacerdos grates laudes Deo vt melius
ad conſecrandũ corpus Chriſti valeat perue-
nire. Vocatur etiã præparatio: quia præparat
fideliũ mẽtes ad futuræ reuerentiam conſe-
crationis



4 crationis. Dicitur † etiam hymnus angelicus:
quia angelicis laudibus eſt plenus. Verunta-
men ſacrificiũ, vocatur in ſecretella oblatio,
ſed à, Dominus vobiſcum: quod ſtatim poſt illã
ſequitur, vſq; ad ſanctus, vocatur hymnus. Sa
nè in proximo tit. dictũ eſt in fine ſecretellæ
dicitur alta voce: per omnia ſecu. ſecu. quod
quidẽ eſt finis illius orationis: & initiũ præfa
tionis per quod ſacerdos inſinuat, quòd Chri
ſtus eſt lapis angularis, qui fecit vtraq; vnum
Ioan. 10 Iudæos continẽs & gẽtiles, vt ſit vnum oui-
le, & vnus paſtor. Dicturus ergo ſacerdos rẽ
attentione dignisſimã, ſalutat populũ, dicens
Dominus vobiſcũ. optans nos tales exiſtere,
cum quibus Dominus manere dignetur, &
illud nobiſcũ celebrare conuiuium, ad quod
mulier attulit alabaſtrum vnguenti nardi, pi-
ſtici pretioſi: & effudit illud ſuper caput Do
mini recũbentis. & populus reſpõdet & cum
5 ſpiritu tuo: & ſic mutuò pro ſe orãt. Nam † &
Ioan. 12 in vet. teſtamento omnes ſacerdotes orabant,
2. Mac. 1 dũ cõſummaretur ſacrificiũ Ionatha inchoã-
te, & cæteris reſpõdentibus. Poſteà ſacerdos
eos incitans, ſubiungit: Surſum corda, ſcilicet
in cœleſtibus, non in terrenis. & eleuat ma-
nus, propter rationes ſub tit. de oratione ſcri-
ptas ad fi. Chorus reſpõdet: Habemus ad Do
minũ, id eſt, habere debemus. vnde in canone
Cypriani: de cõſe. diſt. j. quando Papæ ita di-
citur: ideò ſacerdos ante orationẽ canonis
præfatione præmiſſa parat fratrũ mentes di-
cendo: Surſum corda: vt dum plebs reſpõdet:
habemus ad Dominũ. admoneatur nihil ſe,
quàm Dominũ cogitare debere. Rurſus ideò
chorus ſubiungit: habemus ad Dominum, vt
Eccleſia ſicut mulier vnguẽtaria, ſurſum ad
illã, verbi diuinitatẽ cor eleuet: & illud caput
æquale Deo patri, fide contingens, vnguento
catholicæ profeſsionis perungat: cuius ſanè
6 præconiũ ſacerdos proſequitur dicens: Gra-
tias † agamus Domino Deo noſtro: quia pro
omnibus beneficijs quæ nobis contulit, gra-
tias ei referre debemus. Chorus reſpondet:
Dignũ & iuſtũ eſt: quoniã gratias omnipo-
tẽti Deo referre debemus. Sequitur: per Chri
ſtum Dominũ noſtrũ. ſupplendũ eſt: confidẽ-
tes & credẽtes, quòd per Chriſtũ maieſtatẽ
eius laudãt angeli: adorãt dominationes: tre
mũt poteſtates. Hoc ſacræ cõfeſsionis præco
niũ ita rectè cõcludit Eccleſia: vt cũ angelis
& hominibus decantet hunc deuoti pectoris
Eſa. 6 Hymnũ: Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus,
Deus ſabaoth: pleni ſunt cœ. &c. de quo infrà Luc. 22
7 dicetur. ¶ Poteſt † etiã præfationis officiũ ad
illud referri: quia Ieſus aſcedit in cœnaculũ
magnũ ſtratũ in quo multa locutus eſt cum
diſcipulis ſuis, & gratias agẽs, hymnũ illũ re-
tulit Deo patri: de quo d. Mat. & hymno di-
cto exierũt in montẽ oliueti. Ergo per, Do-
minus vobiſcũ oratio, quam diſcipulis fecit,
accipitur. per, Surſum corda, aſcẽſus ad cœna
culũ: iterũ, per ſurſum corda, ad confitendum
filio ſurgimus: & angelorũ miniſteriũ implo
ramus: qui vota noſtra ſuſcipiãt, & ad Deum
perferãt. Per, gratias agamus, Chriſto recoli-
mus gratiarũ actionẽ: & inuitamus populum
ad agendũ gratias Deo patri, per filium: per
quẽ redimimur: & cum angelis ad laudandũ
admittimur. Monet ergo ſacerdos populum
ſurſum, id eſt, ſupra ſemetipſum habere vel
eleuare corda, ad Dominũ: iuxta exhortatio-
nem Apoſtoli dicẽtis: Quæ ſurſum ſunt, que- Col. 3
ritæ: nõ quæ ſuper terrã. Nam quæ in terre-
nis ſunt, nihil dignũ Deo offerre poſſunt: vbi Matt. 5
enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.
Multi quidem dum ore loquuntur cœleſtia,
corde meditantur terrena: quibus Dominus
improperat, per prophetam: Populus hic la- Eſa. 29
bijs me honorat: cor autem eorum lõgè eſt
à me. Chorus verò reſpondens, profitetur ſe
ſacerdotis monita ſuſcepiſſe, dicẽs: Habemus
ad Dominum. vnde diligenter prouideat, ne
cor habens deorſum ad ſeculum, ſpiritui ſan-
cto damnabiliter mentiatur. Sacerdos etiam,
poſtquam attentos reddidit, & deuotos, hor-
tatur, vt gratias agamus Domino Deo no-
ſtro: quoniam ipſe eſt Deus, id eſt, creator:
ipſe eſt Dñs, id eſt, redẽptor: ipſe eſt noſter,
ſcilicet ſaluator. Tũc enim erit veriſsimè no 1. cor. 14
ſter, cũ erit omnia in omnibus, id eſt, ſufficiẽ-
8 tia ſingulorũ. ¶ Rurſus, qa † populus ꝓfeſſus
eſt, ſe intẽtum eſſe ad Dñm: ideò presbyter
ſubiũgit: Gratias agamus. Chorus verò ſacer
dotis verbũ approbãs: & affirmãs reſpondet:
Dignũ & iuſtũ eſt: Dignũ qdẽ, quãtũ ad Deũ
qa ipſe eſt Dñs Deus noſter. Iuſtũ, quãtũ ad Pſal. 94
nos: qa nos ſumus populus eius, & oues pa-
ſcuę eius. Dignũ quoq;, & iuſtũ eſt, quãtũ ad
vtrũq;: vt, ſcilicet populus ſimul cũ ſacerdote
gratias agat Deo: à quo omnia bona ſuſcepi-
9 mus. ¶ † Subſequẽter ſubiũgit ſacerdos: *Verè
dignũ* &c. Et ſecundũ magiſtrũ Petrũ antiſsi
doreñ. hîc incipit prȩfatio, id eſt, prologus vel
ꝓlocutio ſequẽtis canonis: captãs domini be-


neuolen

neuolentiã,dicens:Verè dignum & iuſtũ eſt,
æquum & ſalutare:dignũ,quòd bonus eſt.iu-
ſtum,quia beneficus.æquũ , quia miſericors:
ſalutare,quia ſalus. vel,dignũ,quia nos mera
voluntate feciſti:iuſtum, quia nos pura miſe
ricordia redemiſti:æquum,quia gratuitè nos
iuſtificas:ſalutare,id eſt,ſalute plenum : quia
perpetuò nos glorificas. Nos tibi ſemper &
vbiq; gratias agere , Domine ſancte pater
omnipotens æterne Deus.vbiq; enim eſt Do
minus ſanctus : vbiq; eſt pater omnipotẽs,&
pſal.101 ſemper eſt æternus Deus. Vnde Pſal. In omni
loco dominationis eius benedic anima mea
Domino.Et iterũ , benedicam Dominum in
omni tẽpore,ſemper laus eius in ore meo.Se
10 quitur †per Chriſtum Dominũ noſtrũ.Aduo
1.Ioan.2 catum enim habemus ſecundũ Apoſtolum
apud patrẽ, Ieſum Chriſtũ Dominũ noſtrũ,
qui interpellat pro nobis : & ipſe eſt propi-
tiatio pro peccatis noſtris , qui exauditur in
Heb. 5 omnibus,pro ſua reuerentia. Per eum ergo,
quaſi per mediatorem laudes offerimus:per
eum , quaſi aduocatum gratias exhibemus.
11 † Per quem maieſtatem tuam &c.Maieſtas
dicitur quaſi maior ſtans,vel maior poteſtas:
quia maior eſt eius poteſt , quàm hominũ.
Laudant angeli,adorant dominationes , tre-
munt poteſtates : vtiq; illum laudant ado-
rant,& tremunt,per quem omnia facta ſunt:
per quem ſimul cum patre omnes ſpirituum
Gen. 1 ordines ſunt creati. Nã dixit Deus : Fiat lux:
Pſal.32 & facta eſt lux. Verbo dixit:& verbo fecit:
quia verbo Domini cœli firmati ſunt , &
omnia per ipſum facta ſunt , & ſine ipſo fa-
ctũ eſt nihil. Choros angelorũ nominat,quia
angeli huic officio nõ dubitãtur adeſſe.¶ Et
eſt notandũ,quòd Eccleſia angelis eſt aſsimi
12 landa,ad hoc vt placeat Deo.¶ Rurſus † per
hoc , quod dicitur: Domine ſancte pater
omnipotens æterne Deus, per Chriſtum Do
minũ noſtrum,quem laudãt angeli,adorant,
&c. intelligitur,quòd Eccleſia & angeli lau-
dant Deũ:nõ ſolùm inquantũ Deum:verùm
etiã inquantũ hominẽ : Dicitur ergo laudãt.
pſal.148 Vnde pſalmiſta:Laudate eum omnes angeli
Nee. 9 eius:adorate &c. vnde Eſdras:Exercitus cœli
te adorat. Tremunt. † Vnde Iob:Columnæ
13 cœli contremeſcunt,& pauent aduentũ eius.
Iob 26 Tremere verò,dicuntur non metu fortitudi-
nis,cùm ſint perfectè beati : ſed adminiſtra-
tionis affectu:vel obedientiæ famulatu:cùm
ſecundũ Apoſtolum, omnes ſint adminiſtra-
torij ſpiritus in miniſterium deſtinati. Tre- Heb. 1
mũt quoq; poteſtates:nõ quòd ordines ange
lorũ corporales ſint : ſed ideò dicitur , vt in-
telligamus omnia cœleſtia,terreſtria , & in-
fernalia ante conſpectum diuinæ maieſtatis
tremere atq; timere:ſicut & nos tremere ac Phi. 2
timere ante dominos noſtros ſolemus. ¶ Se- Eſa. 66
14 quitur:† cœli cœlorũ:per cœlos throni acci-
piũtur:quia Dominus ait:Cœlum mihi ſedes
eſt:& dicuntur cœli laudare Deum:quia lau
dis materiã præbent. vnde propheta : Cœli pſal.148
cœlorũ,& aquę quę ſuper cœlos ſunt,laudẽt
nomẽ Domini.Cœli quidem,diuinæ iuſsioni
obediũt:quia ſe oſtendere ſerenos & nebulo
ſos,poteſtatẽ non habent.¶ Cherubin quoq;
15 & Seraphin.† Ad intelligẽtiam eorũ,quę hîc
dicũtur,notandũ eſt nouem eſſe ordines an-
gelorũ,videlicet angeli , archangeli, throni,
dominationes virtutes principatus poteſtates
Cherubin,& Seraphin. ἄγγελοι quoq; Græcè,
dicũtur nuntij latinè,ſcilicet excelſi & cœle-
ſtes : eò quòd de cœlis ad annuntiandum &
exequendũ Domini voluntatem mittuntur.
16 † Angelorũ autem vocabulum,officij nomẽ
eſt,non naturę:ſpiritus enim ſunt ſemper,ſed
cùm mittuntur angeli vocãtur. Quibus ideò
pictor licentias pennas facit, vt celerem eo-
rum in cunctis diſcurſum ſignificet : ſicut &
iuxta fabulas poëtarum venti pennas habe-
re dicuntur , propter velocitatem ſcilicet iu-
xta illud:Qui ambulant ſuper pennas vento pſal.103
rum. ἀρχάγγελοι ergo Græcè , ſummi nuntij
interpretantur : qui enim parua vel minima
annuntiant,angeli ſunt,qui ſumma:archãgeli
nuncupãtur . Archangeli ergo dicuntur , eò
quòd inter angelos teneant principatum:
nam ἄρχων.Græcè, latinè princeps interpre-
tatur.Sunt enim duces & principes , ſub quo-
rum ordine vnicuiq; angelorum ſunt officia
deputata. Quidam autem archangelorum
priuatis nominibus appellantur, vt per voca-
bula ipſa in opere ſuo quid valeant deſigne-
17 tur.¶ † Gabriel nanq; hebraicè interpretatur
latinè fortitudo Dei.vbi enim ipſa potentia
diuina , vel fortitudo manifeſtatur , Gabriel
mittitur : vnde ipſe annuntiauit Chriſtum
naſciturum:qui diabolum deuicit ,& humi-
liter ad debellandas aëreas poteſtates ve-
18 nit.¶ † Michaël interpretatur , quis vt Deus:
quando enim aliquid miræ virtutis in mũdo
fit,hic archangelus mittitur:& ex ipſo opere
nomen eſt ei:quia nemo valet facere , quod





facere poteſt Deus :vnde ipſe miſſus eſt in
Aegyptũ ad immittendas illas plagas famo-
ſas.Quidã tamen dixerunt,quòd Michaël eſt
19 nomẽ vnius angeli.¶ † Raphaël,interpreta-
tur curatio vel medicina Dei : vbicũq; enim
curandi vel medicandi opus neceſſarium eſt:
Raphaël archãgelus mittitur.vnde ad Tho-
biam miſſus eſt, vt eum à cæcitate liberaret.
de Gabriele,Michaële & Raphaële , dicetur
Exod. 3 in ſeptima parte ſub feſto Michaëlis.¶ Vriel,
20 interpretatur †ignis Dei,ſicut legimus appa-
ruiſſe ignẽ in rubo:legimus etiam ignẽ miſ-
ſum deſuper , & impleſſe quod præceptum
eſt:hæc ſunt nomina perſonalia angelorum,
quæ nec à ſeipſis , nec à Deo impoſita ſunt:
ſed ab hominibus : & neſcitur à quibus.nec
alia perſonalia inueniuntur in ſcriptura. Alia
verò ſunt nomina ordinũ. ¶ Cæterũ throni,
dominationes,virtutes principatus,& poteſta
tes : quibus vniuerſam cœleſtem ſocietatem
Apoſtolus cõplectitur:ordines angelorũ & di
21 gnitates intelligũtur,vt iã dicetur.¶ Sed † pro
hac ipſa diſtributione officiorum,alij throni,
alij dominationes,alij virtutes,alij principa-
tus,alij poteſtates,dicuntur,pro certis digni-
tatibus quibus abinuicẽ diſtinguuntur. Thro
22 ni † ſunt agmina angelorum,qui latinè ſedes
interpretãtur,& vocati ſunt throni:quia illic
conditor præſidet,& per eos iudicia ſua diſpo
23 nit.¶ Dominationes,ſunt hi,qui in virtutibus,
& principatibus præeminẽt:qui pro eò, quòd
cæteris angelorũ dominantur agminibus,do
minationes vocantur.Nominantur ergo hîc
ad notandũ , quòd eis magis aſsimilari debe-
mus : quia vſum dominandi docẽt. Eſt enim
dominatio,facere Dei voluntatẽ. ¶ Virtutes
24 † angelicæ quædã miniſteria perhibent , per
quos in mũdo ſigna & miracula fiũt:propter
quod & virtutes dicũtur. ¶ Principatus ſunt,
25 qui angelorum †agminibus præſunt,qui pro
eo , quòd ſubditos angelos ad explendum
miniſterium diuinum diſponunt , principatus
vocabulum acceperunt:nam alij ſunt,qui ad-
miniſtrant:alij,qui adſiſtunt :ſicut & per Da-
Dani. 7 nielem dicitur : Milia milium miniſtrabant
ei:& decies milies centena milia adſiſtebant
26 ei.¶ Poteſtates † ſunt,quibus virtutes aduerſę
ſubiectæ ſunt : & inde poteſtatum nomine
nuncupantur , quia maligni ſpiritus eorum
poteſtate coërcẽtur,ne tantum noceant, quã
tum cupiunt.nominantur ergo hîc,ad notã-
dum,quòd poteſtatem diaboli arcere debe-
27 mus.¶ † Cherubin autem & ipſi ſublimes cœ
lorũ poteſtates, & angelica miniſteria perhi
bent , qui ex hebræo in latino, ſcientiæ mul
titudo ſeu plenitudo,interpretãtur. Sũt enim
ſublimiora agmina angelorum , qui pro eo,
quòd vicinius ſunt poſiti,diuina ſcientia cæ-
teris amplius ſunt pleni.Ipſi ſunt illa duo ani Exod. 25
malia,ſuper propitiatoriũ arcæ ficta ex me- 3.Reg. 6
tallo,propter ſignificandũ Apoſtolorum prę
ſentiam,in quorum medio medius oſtenditur
28 Deus.¶ † Seraphin verò,eſt multitudo ange-
lorum,qui ex hebræo in latinũ ,ardentes vel
incendẽtes interpretãtur:eò quòd præ cæte-
ris ardent,& accẽduntur in charitate:& quia
inter eos & Deum nulli angeli cõſiſtunt : &
ideò quãtò vicinius corã eo conſiſtunt:tantò
magis claritate diuini luminis inflammantur:
29 vnde & ipſi † ſicut in Eſa. legitur: Velant fa- Eſa. 6
ciẽ,& pedes ſedẽtis in throno Dei.Et idcirco
cætera angelorum turba videre plenè Dei
eſſentiã non valet:quoniã Seraphin eã tegit:
ſecundum Eſaiã. Nominantur ergo hîc Che Eſa. 6
rubin & Seraphin : quia ſicut illi toti in Dei
dilectione ardere debemus.Reperitur autem
hoc nomen Seraphin neutrum & maſculinũ:
ſed neutraliter terminatur in n, vt in hoc lo-
co:beata Seraphin. Maſculini verò termina-
tur,in m,vnde propheta:Seraphim clamabãt
alter ad alterum.Hier. dicit, quòd Cherubin
& Seraphin ſingularis ſunt numeri,& generis
maſculini:cuius terminatio pluralis eſt per,n,
nõ quòd in miniſtris Dei ſit ſexus.: ſed voca-
bula diuerſis generibus iuxta linguæ proprie
tatem appellantur. Græca verò conſuetudo
neutro genere per m, ſcribit. Ioſephus dicit
Cherubin & Seraphin eſſe duo animalia vo-
latilia : prout dictum eſt in procœmio huius
partis.Pręmiſſa autẽ ordinum nomina pręter
Cherubin & Seraphin,& pręter nomina ange
lorum,latina ſunt.¶ Verùm cùm nouem ſint
30 ordines angelorum, ſicut dictum eſt. † Qui
poſtquam decimus cadens propter ſuperbiã,
verſus eſt in diabolum,in perſeuerentia æter
nę beatitudinis ſolidati ſunt.Quæritur quare
tribus excluſis , ſex tantùm in præfatione
communi ponuntur,in qua per cœlos throni
accipiuntur : vt dictum eſt. Videtur enim ex
hoc quòd illi,cum cæteris maieſtatem diuinã
non glorificant , & adorant : ſed abſit hoc.
Nam virtutes cœlorum omnes ordines com
prehendunt, vt teſtatur Gregorius in homi-
lia illius euangelij : Erunt ſigna in ſole & lu-

Pſal.33 na : vnde Pſalmiſta: Verbo Domini cœli fir-
Pſal.23 mati ſunt , & ſpiritu oris eius , omnis virtus
eorum. Et iterum: Dominus virtutũ ipſe eſt
rex gloriæ . vel fortè , licet occulta tamen,
circa hoc prouiſum eſt ratione. Dionyſius
31 † quippe tres eſſe tradidit hierarchias , ſiue
ordines angelorum, trinos in ſingulis pones,
vt ſimilitudo trinitatis in eis inſinuetur im-
preſſa:& dicitur ἱεραρχία, à ἱερὸν, quod eſt ſa-
crũ & ἀρχὴ, quod eſt principatio:quaſi ſacer
principatus. Sunt enim tres ordines ſuperio-
res,& principales,tres inferiores,tres medij.
Superiores ſunt,Cherubin,Seraphin,& thro-
ni.Medij ſunt,dominationes , principatus, &
poteſtates.Inferiores ſunt,virtutes,archange
32 li,& angeli:de quorũ ſingulis medius† ordo
in præfatione ſubtrahitur:ad notandũ, quòd
comparatione trinitatis æternæ, cuius maie-
ſtas in ea præcipuè cõmendatur , omnis alia
trinitas diminuta reperitur , & imperfecta:
nam quis in nubibus æquabitur Domino:
Pſal.88 quis ſimilis erit Domino in filijs Dei. De ſu-
perioribus ſubtrahitur Cherubin : de medijs
principatus:de inferioribus archangeli.Hanc
quippe æternam & indiuiduam trinitatem
laudant angeli : adorant dominationes : tre-
munt poteſtates : cum quibus & noſtras vo-
33 ces &c.¶Deus†omnipotens duas rationales
edidit creaturas,angelicam , videlicet & hu-
manam:quæ laudibus diuinis inſiſterent:& ei
gratiarum redderent actiones:quas dum pari
voto concelebrant tanquam ſuperiores cum
inferioribus corde in cœleſti cythara ſociã-
tur:de qua dicit Ioannes : Et audiui vocẽ cy-
tharœdorum cytharizãtium in cytharis ſuis:
& cantabant quaſi canticum nouum. Apoc.
34 xiiij.Ideò ergo dic: † Socia exultatione con-
celebrant.quoniam omnes prædicti ordines
& etiam humana creatura maieſtatem Dei
patris per Chriſtum,ſocia exultatione æqua
liter concelebrant:ſupplici confeſsione:quaſi
non ſuperba præſumptione , ſed humili lau-
de dicentes : Sanctus , ſanctus , ſanctus &c.
35 ¶†Porrò Gelaſius Papa tractus,& hymnos
compoſuit,& præfationes cãtuum quidẽ , &
non elimato ſermone dictauit. ¶ Et eſt no-
tandum , quòd licet olim innumeræ eſſent
præfationes:hodie decem tantùm ſunt cano-
nizatæ. Vnde Gelaſius Papa de conſe.diſt.j.
inuenimus.inquit:Inuenimus has nouem prę
fationes in ſacro catalogo tantummodo re
cipiendas:vnam,in reſurrectione, & in albis
paſchalibus, id eſt,ſeptimana pachali:aliam,
in die aſcenſionis Domini:tertiam,in die pẽ-
tecoſtes:quartam,in natali Domini:quintam,
in epiphania Domini:ſextam , de Apoſtolis:
ſeptimam , de ſancta trinitate : octauam , de
cruce : nonam , de ieiunio in quadrageſima
tantummodo dicendam.de qua dicetur , in
vj. parte ſub quarta feria cinerum: Vrba-
36 nus†quoq; Papa.lxx.diſt. ſanctorum. addidit
decimam de beata virgine Maria, illam vide
licet,Aequum & ſalutare:quæ & vnigenitum
tuum ſancti ſpiritus &c.

SVMMA.

1 Sanctus Sãctus,Sanctus,hymnũ quis primùm
inſtituerit.Et quorũ ſit ille hymnus.num.2.
3 Sanctus,Sanctus,Sanctus , cur ter cantetur.&
eius explicatio.num.4.5.7.
6 Sabaoth,quomodo interpretetur.
8 Oſanna , quid ſignificet. Et cur geminetur,
nume.9.
10 Organorum vſus, vnde profectus.
11 Diaconus & ſubdiaconus ſtant poſt ſacerdo-
tem,in principio canonis.Et quid ita.

## De, *Sanctus*. CAP. XXXIIII.

ECcleſia ſperãs ſociari angelis,
1 & archangelis, de quibus † in
præfatione mentio facta eſt,
ſtatim poſt illã conformat ſe
angelico cãtui canens hymnũ
illũ:Sanctus,ſanctus,ſanctus. quẽ Sixtus Papa
primus inſtituit decantari. Hic eſt enim can-
tus puerorũ,quẽ cantauerunt Domino offe-
renti ſe illis in decima luna , qui quaſi reſer-
uatus fuit vſq; ad quartãdecimam lunam in
Bethania. Cũ ergo ſacerdos finit laudẽ ſiue Mat.21
præfationem , totus chorus, qui repræſentat
Eccleſiã, ſimul canit dictũ euangelicum hy-
mnũ,vt vna & ęqualis gloria & laus & honor
decantetur patri & filio & ſpiritui ſancto.
2 ¶†Notandũ autẽ eſt,ꝙ hymnus iſte partim
angelorũ & partim hominũ verba cõplecti-
tur.Prima enim pars laudẽ cõtinet angelorũ
vltima hominũ.Legitur enim Eſa.vj.c.ꝙ Se-
raphin clamabãt alter ad alterũ,& dicebãt:
Sãctus,Sanctus,Sãctus Dominus, Deus exer
cituũ:plena eſt omnis terra gloria eius.Legi-
tur quoq; in euãgelio Mat.xxj.c.& Marci xj.
c.ꝙ qui præibãt,& qui ſequebãtur, clamabãt
dicẽtes:Oſanna filio Dauid:benedictus , qui
venit in nomine Domini. Siquidẽ vox ange-
lorũ,ſcilicet Oſanna in altiſsimis trinitatis, &
vnitatis



vnitatis in Deo, commendat arcanũ vox ho-
minũ,ſcilicet Oſanna filio Dauid,diuinitatis
& humanitatis in Chriſto, perſonat ſacramẽ
tũ.Meritò autem cãtica angelorũ in Eccleſia
cãtamus:quia per hoc ſacrificiũ terrena cœle
ſtibus iungi non dubitamus:& ideò cum eis in
3 excelſis ſaluari clamamus.¶†Illud enim ad-
uertendũ ꝙ ter dicitur ſanctus:vt notetur tri
nitas ſeu diſtinctio perſonarũ:ſed ſemel tãtũ
dicitur:Dominus Deus Saboath : vt notetur
diuinæ vſiæ vnitas,de conſe. diſt. ij.ego.quia
vnitas adoratur,vt ſic trinitatis & vnitatis my
ſterio cõprobetur.Itẽ dicitur ter,in ſingulari
numero ſanctus:& nõ dicitur pluraliter ſan-
cti,vt vna ſanctitas in his tribus perſonis , &
vna æternitas intelligatur.Hoc non ſolũ Se-
raphin clamabãt,ſub excelſo Dei ſolio, ſecũ
dum prophetã:ſed & quatuor animalia, ſecũ
Apoc.4 dum Apoc.in circuitu ſedis requiẽ non habe
bãt die ac nocte,dicẽtia:Sanctus,Sãctus,San-
4 ctus Dominus Deus omnipotens. † Dicitur
autẽ Deus ſanctus,id eſt,ſanctificãs non autẽ
ſanctificatus:vnde ſancti eſtote:quia ego ſan
Leuit.19 ctus ſum Dominus Deus veſter.Dicitur pa-
Ioan.17 ter ſanctus,dicente filio:Pater ſanctifica eos
Luc.1 in veritate,quos dediſti mihi:quia tu ſanctus
es.Dicitur filius ſanctus,angelo proteſtante:
Quod naſcetur(inquit)ex te ſanctũ, vocabi-
Ioan.20 tur filius Dei.Dicitur Sãctus,ſanctus,ſanctus,
Chriſto dicẽte:Accipite ſpiritũ ſanctũ:quorũ
remiſeritis peccata , remiſſa erunt. Dicitur
5 † quoq; Dominus Deus ſabaoth,id eſt, Do-
minus exercituũ:videlicet angelorũ & homi
nũ,quorũ terribilis eſt, vt caſtrorũ acies ordi
nata de quo in pſalmo dicitur ab angelis.
Pſal.23 Quis eſt iſte rex gloriæ?Dominus virtutum
&c.tot enim exercitus habet Deus in terra,
quot ſunt ordines in Eccleſia : tot habet in
cœlis,quot ordines ſunt in angelis.Nomine
ergo cœlorũ & terræ, angeli & homines di-
uina pleni gratia, hîc perhibẽtur.vel ad lite-
rã cœli & terra gratia diuina replentur:quia
Pſal.138 deitas eſt vbiq;.vnde propheta:Si aſcẽdero in
cœlũ,tu illic es:ſi deſcẽdero ad infernũ,ades.
6 Sabaoth†ergo Dominus exercituũ ſiue mili
tariũ virtutum, ſiue victoriarũ interpretatur:
vel omnipotens,vt ipſe ſit Dominus Deus &
ipſe omnipotens:qui exercitus angelorũ atq;
hominum diſponit.Et ideò ſubdit:Pleni ſunt
cœli & terra gloria tua : hoc eſt vt eius glo-
ria cœli & terra gubernẽtur:& qui in cœlis,
& qui in terra ſunt,glorificẽt & honorẽt no-
men ſanctũ eius:cœli autẽ pleni ſunt gloria,
re,terra verò,ſpe.Tunc verò in re plena erit,
cùm adimplebitur illud:fiat volũtas tua,ſicut
in cœlo & in terra.Dum autẽ dicimus : Pleni Matt.6
ſunt cœli & terra gloria tua.agimus gratias
creatori , de omnibus beneficijs . Dum verò
7 dicimus:† Benedictus qui venit &c. agimus
gratias ſpecialiter de beneficio redẽptionis.
Quia enim neceſſariũ eſt ad æternã ſalutem Ioann.5
incarnationis myſteriũ confiteri, rectè ſubiũ
gitur:benedictus,qui venit in nomine Domi
ni.Ego,inquit,veni in nomine patris mei:no-
men patris,eſt filius : de quo dicit propheta: Eſa.30
Ecce nomẽ Domini,venit de longinquo.Dũ
ergo ſanctus inchoatur, inclinati ſtare debe-
mus:quia tũc incarnationẽ maieſtatẽq; diui-
nam per angelorũ hominũmq; cantũ inco-
gnitã veneramur.¶Rurſus dicendo : Benedi-
ctus &c.& cũ hæc ſint de euangelio , debe-
mus ſignũ ſeu vexillum crucis nobis facere
ſeu imponere : quia Chriſtus per crucẽ triũ-
phauit,& nos triũphare facit. Quando enim
Chriſtus venit ad Hieroſolymã deſcendit de
monte oliueti:tunc filij Iſraël clamauerunt,
dicentes:Benedictus,qui venit in nomine Do
mini . quia aduentus Chriſti in Ieruſalem ſi-
gnificat futurã reſurrectionem,quando ipſe
veniet iudicare viuos & mortuos : & appare-
bit nobis in eadẽ carne,in qua pro nobis paſ-
ſus eſt : & tunc in nomine Ieſu omne genu Phil.2
flectetur cœleſtiũ , terreſtriũ & infernorum:
vnde & extunc quidã incipiũt genu flectere,
8 & deuotè orare.¶ Sequitur:† Oſanna : quod
eſt verbum hebræũ:& ſignificat:ſalua obſe-
cro:ſupplendum eſt populum tuum,vel totũ
mundum . compoſitum quidem verbum eſt,
ex oſi,quod interpretatur ſaluifica , & anna,
quod eſt apud hebræos interiectio obſecran
tis,motum animi ſignificans,ſub deprecantis
affectu.Integrè ergo, dicitur Oſianna:quod
nos corrupta, i, vocali litera & eliſa.dicimus
oſanna:quod facimus ex ignorantia , aut ſci-
enter ſynalephantes vocalẽ, elidimus prout
in metris fieri conſueuit. Dicitur autem bis
9 † oſanna in excelſis:propter duas partes ſa-
lutis , quæ ſunt ſtola mentis , & ſtola carnis:
quibus ſancti beatificantur in gloria:vt vide
licet anima & corpore ſaluati inter angelos
deputemur in excelſis , id eſt altis,ſcilicet in
cœlo.Reperitur aũt hic verſiculus in pſalmo
cẽteſimodecimoſeptimo:ꝙ enim turbæ dixe
rũt:Oſanna:hoc eſt quod hîc dicitur:O Dñe

ſaluum me fac:& eiſdem verbis ibi ſubiungi
Pſal.117 tur:Benedictus,qui venit in nomine Domini.
10 ¶†Sanè in hoc angelorum & hominum cō-
centu,quādoq; organa cōcrepant:quod à Da
uid & à Salomone introductum eſt:qui inſti-
tuerunt hymnos in ſacrificio Domini orga-
nis:& alijs inſtrumētis muſicis cōcrepari, &
laudes à populo cōclamari. Veruntamē quā-
tò cor eſt maius corpore,tātò Domino deuo
tius corde,quā corpore cōfitemur:de hoc di
cetur in fine prooemij quintę partis.¶ Ex nūc
11 autem † verbis & geſtibus Chriſti paſsio re-
præſentatur : Nam diaconus & ſubdiaconus
vadunt poſt dorſum epiſcopi ſeu ſacerdotis,
in quo fuga Apoſtolorū in Chriſti paſsione
ſignificatur,prout in tit.de oblatione dictum
eſt.Si qui verò ſtant retro altare proſpicien-
tes in epiſcopum,ſignificant mulieres, quæ à
longè ſtātes eius paſsionem viderunt.Omnes
autē,& qui retrò ſtant,& qui faciem epiſcopi
inſpiciunt,inclinant ſe,maieſtatē diuinam, &
incarnationem Domini venerantes : quæ per
cantum angelorum, & hominum introducta
ſunt.Ordo enim angelorū d.ſanctus,ſanctus,
ſanctus,Dominus Deus ſabaoth:maieſtatem
introduxit diuinam. Ordo verò hominum di
cens:Benedictus,qui venit in nomine Domi-
ni:aduentum ſignificauit in carne:ipſa quoq;
inclinatio,mœſtitiam ſignificat diſcipulorū,
de morte Chriſti qui non audebant ſe erige-
re & confiteri ſe eſſe diſcipulos eius : ideóq;
ſtant inclinati, donec dicatur : libera nos à
pſal.126 malo. Vanum enim erat eis ante lucem ſur-
gere, id eſt, ante reſurrectionem de Chriſto
gloriari:per quam ſunt ab omnibus tribula-
tionibus liberati:Vnde & hæc petitio in Do-
minica oratione ſeptima eſt:qui numerus eſt
vniuerſitatis. De hoc dictum eſt ſub titulo
qualiter epiſcopus vel ſacerdos ad altare &c.

SVMMA.

1 Canon Miſſæ ſoli ſacerdoti conuenit.& eſt ſummū Miſſæ. Et quàm ſecretè fiat. nume. 3.
2 Canon,quid.& vnde dicatur, & cur cum ſilentio fiat.& num.6.
4 Anna,typū Eccleſiæ gerens,tacitè orauit.
5 Canō primus,ſiue ſecretella,quid ſignet.
7 Canon quòd ſublata fuiſſet voce dictus, oſtentū quoddam & prodigium emerſit.
8 Conſecrantis mens quò ferri debeat.
9 Canon expeditè dici debet & cur ita.
10 Canonis Miſſæ ſubſtantia,eſt quædā poſsionis dominicæ imago.
11 Canon vnde incipiat.
12 Canonem Gelaſius Papa,à Petro ordinauit.
13 In canone Miſſæ ſedentes, quid notent. Itē, quid ſtantes.

## De ſecreta uel canone Miſſæ.

### CAP. XXXV.

POſt acclamatū præconium ſe-
cretum ſilētiū,in quo & miſſæ
canon deuotè dicitur:& ſacrū
myſterium peragitur:quod fit
per ſolū ſacerdotē:quoniā ſe-
cudū Matthæum,Chriſtus ſolus orauit.Et ſe Mat.26
cundum quoſdā hîc incipit miſſa:quoniā cæ-
tera ſunt de ſolennitate:de cōſe.diſt.ij. panis
eſt.Canon autem miſſę & oblatio,vt dictum
eſt in titu.de præfatione, & actio & canon
& ſacrificium, & ſecreta vocatur. Actio dici-
tur propter ſacra myſteria, quæ in eo agun-
tur:& quia tūc cum Deo agitur cauſa noſtra,
vt dictum eſt in prooemio huius partis:vnde
quia in c.illo :communicantes &c. & in illo:
Hanc igitur oblationem : certis diebus vltra
ordinaria canonis ſeu actionis verba,quædā
adduntur & dicuntur:ideò in miſſalibus in va
rijs locis ſuper illas additiones ſcribitur talis
titulus ſeu rubrica: Infra actionem : eò quòd
ille infrà, ſeu quaſi in medio ipſius actionis
2 ſiue canonis dici debet. Canon † verò dicitur,
quod regulis patrum cōpoſitus eſt:à ſanctis
enim patribus aliqua verba myſtica ſunt ibi
inſtituta. Κανὼν autem Græcè, dicitur regula
latinè. Dicitur etiam canon : quia regulariter
Chriſtus verus ſacerdos in eo reſpræſenta-
tur:ſeu quia per hūc regulariter fit conſecra
tio ſacramenti. Sacrificium autem dicitur à
ſua parte digniori:de quo dictum eſt ſub tit.
de oblatione. Secreta dicitur,quaſi nobis oc-
culta : quia humana ratio nequaquā tantum
myſterium plenariè corpore poteſt:ad quod
ſignificandum,meritò ſecreta voce celebra-
3 tur.¶Ad hoc † eſt ſignificandum ſacerdos ſe
cretam intrans quaſi velatur quibuſdā corti-
nis,quæ ſunt in lateribus altaris:prout infrà
dicetur in quarta particula canonis ſuper ver
bo:Hāc igitur. Dicitur etiā ſecreta:quia ſecre
tè & ſub ſilētio dicitur. Chriſtus enim ad cōſe
crationem corporis ſui venturus, ſecretè, &
ſolus orabat ab hora cœnæ,vſq; dū ſuſpēſus
eſt in cruce. quas orationes ſecretè ſignificāt.
Priſcis



Priſcis quoque tēporibus antiqui patres ſub
ſilentio ſacrificabant,& cōmunicabant.quod
etiā in ſabbato ſanctò obſeruamus. Pręterea,
Ioan.12 vt Ioannes euangeliſta deſcribit, poſtquam
Chriſtus honorificè fuit receptus & magnifi
catus à turbis,cum Pſalmis & laudibus,abijt,
& abſcondit ſe:nō vtique trepidantis formidi
ne,ſed diſpenſationis officio:quia nondum ve
nerat hora eius,quæ poſtquàm poſt aduenit,
ſpōtaneus ad paſsionem acceſsit. Illud ergo
Chriſti latibulum,hoc ſecretum ſilētium re
præſentat:in quo ſola dirigitur ad Dominum
intenta deuotio. Tunc enim ſacerdos intrare
debet in cubiculum cordis:& oſtio ſenſuum
corporis clauſo,Deum patrē orare:qui exau-
ditor eſt clamoris cordis, non vocis. Vnde
4 Anna † typum gerēs Eccleſiæ, nō petitione
clamoſa,ſed tacita deuotione, quod petiuit
1.Reg.1 impetrauit:de qua in libro Regum legitur,ꝙ
loquebatur in corde ſuo,& labia eius tātùm
mouebantur:ſed vox penitus nō audiebatur.
Vnde & Moſi Dominus inquit : Quid cla-
mas ad me?cùm tamen ipſe taceret. Prophe-
Pſal.4 ta etiam dicit:Dicite in cordibus veſtris,& in
cubilibus veſtris compungimini. ¶Poteſt ta-
5 men † dici,quòd prima ſecretella repræſen-
tat tempus illud,quādo Chriſtus venit Hie-
roſolymā ad diem feſtum nō manifeſtè:hæc
autē ſecreta tēpus illud,quo receptus fuit in
Hieruſalem cum hymnis & ramis,& ſexta fe
ria ſequēti crucifixus fuit,. præfatio verò il-
lud,quando Chriſtus in cœnaculo hymnum
retulit:& illo dicto exiuerunt in montē oli-
ueti:ſurſum corda aſcēſionē.¶ Secundò ideò
6 ſecreta † in ſilentio dicitur,ne ſacerdos cla-
mando his quæ aguntur,minus intēdat. Ter-
tiò,ne vox ſacerdotis nimio clamore deficiat.
Quartò, ne ſacroſancta verba vileſcāt.¶Fer-
7 tur † enim,quòd cùm antiquitus publicè &
alta voce canon diceretur,omnes penè per vi
ſum illum ſciebāt,& in plateis & in vicis de-
cantabant. Vnde cùm quidam paſtores illum
in agro cantarent,& panem ſuper lapidē po-
ſuiſſent, ad verborū ipſorū prolationē panis
in carnem cōuerſus eſt:ipſi tñ diuino iudicio
igne cœlitus miſſo,percuſsi ſunt:ꝓpter quod
patres ſtatuerunt verba iſta ſub ſilentio dici,
inhibētes ſub anathemate,ne proferātur,niſi
à ſacerdotibus ſuper altare:& in miſſa & cū
veſtibus ſacris. Quædam etiā orationes,quæ
ante præfationē ſub ſilentio dicūtur,ſecretæ
vocātur:de quo & de ſilentio ſub tit.de incli-
natione ſacerdotis dictum eſt. Conſecrantis
8 ergo † mens,vt præmiſſum eſt,ad id ſolùm
debet eſſe intēta:nā eos qui adorāt,in ſpiritu Ioan.4
& veritate adorare oportet. Ne verò muſcæ Eccle.10
venientes perdāt ſuauitatē vnguēti,id eſt,ne
importunæ cogitationes tollant deuotionē
orationis,flabello ſpiritus abigātur,id eſt,in-
ſpiratione gratiæ repellātur:quatenus auſter
adueniēs,& ſpiritus ſanctus accedens,perflet
hortum,id eſt,mentē fœcūdet : vt aromata
fluant,id eſt, virtutes abundent. ¶Ad quod Cantic.4
etiam ſignificandum,æſtiuo tempore mate-
riale flabellum,dum ſecreta dicitur,adhibe-
9 tur. Hac etiam † ratione, videlicet ne muſcæ
veniētes perdant ſuauitatē vnguenti:dici po-
teſt quòd canon dici debet expeditè,nō mo-
roſè:& ne auditoribus tædium generet. Vn-
de in Exod.dicitur: Fac feſtinanter. quod de Exod.12
immolatione agni dictum eſt. Et probatur
etiam ibi:Et comedetis feſtinanter:ſed nec ni
mis etiā feſtinanter:quia nō debet ſacrificiū
ſine ſale,id eſt,diſcretione & deuotione of-
ferri. Debet etiā in libro legi,ne vllus error
10 contingere poſsit. † Porrò ſacerdos miſſam
celebrans,repræſentat ea,quæ olim pontifex
inter ſancta ſanctorum egit:& quæ Chriſtus
egit,quem ille præfigurauit. Siquidē ea, quæ
fiunt à principio ſecretæ,vſque in finem,paſ-
ſionē domini,ſepulturā & reſurrectionē do-
minicam repræſentāt. Recolitur enim ibi me
moria eorū,quæ geſta ſunt per hebdomadā
ante paſchalem à decima luna primi menſis,
quando Ieſus abijt Hieroſolymam,vſque ad
ſeptimamdecimā,quando reſurrexit à mor-
tuis. propter quod in pleriſque ſacrarijs inter
prædicationē & canonē imago crucifixi de-
pingitur:vt nō ſolùm intellectus literæ,verū
etiam aſpectus picturæ memoriā dominicæ
11 paſsionis inſpiret. † Et fortè diuina factum
eſt prouidētia : licet humana nō ſit induſtria
procuratum:vt ab ea litera canon inciperet,
ſcilicet à. T. quæ hebraicè thau : quæ in ſui
forma ſignum & myſterium crucis oſtendit,
& exprimit,dicēte domino per Ezechielem: Ezech.9
Signa thau in frontibus virorū dolentium,&
gementium ſuper abōminationibus Hieruſa
lem:quoniam per Chriſti paſsionem hæc o-
mnia in cruce impleta ſunt & efficaciam ha
bent. In quibuſdam tamen codicibus & maie
ſtatis patris,& etiam imago depingitur cruci
fixi:vt ſacerdos quaſi præſentem videat,quē
inuocat,& quē alloqtur,dicēs: Te igitur &c.

& paſſio, quæ hîc repræſentatur, cordis ocu-
lis ingeratur. Sacerdos autẽ oſculatur pedes
ipſius maieſtatis, & ſe ſignat in frõte: innuẽs,
quòd reuerenter ad myſteriũ paſſionis acce-
dit. Quidam tamen prius oſculãtur pedes ma
ieſtatis: & poſteà crucifixi, ſecundũ ſeriem ca
nonis. Alij ecõtrà, quia per filium peruenitur
ad patrem. Deinde dicens: Te igitur. ſe incli-
nat, vt ibi dicetur. Secreta ergo paſſionẽ re-
præſentat. paſſio incipit ibi: vnde & memo-
res &c. crucifixio ibi: Hoſtiam purã, hoſtiam
ſanctam, hoſtiam immaculatã. Oratio verò à
Chriſto in cruce incepta ibi: ſupplices te roga
mus &c. Epiſcopi ſeu ſacerdotis inclinatio
tunc facta ante altare, ſignificat emiſſionem
ſpiritus, capite inclinato. Eleuatio vocis, cùm
dicitur: Nobis quoque. ſignificat exclamatio
nem centurionis, dicẽtis: Verè filius Dei erat
iſte. Duæ cruces ſupra corpus, & calicem fa-
ctæ, docẽt Chriſtum pro duobus populis cru
cifixũ: oblata in calice, ſignificat corpus Chri
ſti. Vinum in calice, ſanguinẽ eius. Subdiaco-
nus recedens à facie epiſcopi, incipientis: Pa-
ter noſter. ſignificat mulieres, ſepulto domi-
no recedentes à monumento. Patena, ſignifi-
cat fœminarũ corda in obſequio ſepulturæ
Chriſti, latitudine charitatis patentia: prout
ſub tit. de oblatione dictum eſt. de his per
12 ſua loca dicetur. Traditur † autem, quòd Ge
laſius Papa quinquageſimuſprimus à beato
Petro, canonem principaliter ordinauit. Non
enim ſecreta tota ſimul ab vno compoſita
eſt, prout dicetur in tertia particula ſuper ver
bo: cõmunicantes. Et licet aliqua verba ſint
ab aliquibus, quos tamen ignoramus: addita,
quæ in euangelij textu nõ continentur, vt di-
cetur in ſexta particula ſuper verbo: Eleuatis
oculis. nulli tamen ſubtrahere vel addere li-
cet: niſi fortè quãdoque eorum nomina; pro
quibus nominatim ſacrificium offertur, ſicut
13 inferi⁹ in decima particula oſtẽdetur. ¶ † No
tandum verò eſt, quòd quidam ſedẽt in cano
ne miſſæ: ſignificãtes Apoſtolos, qui ſedebãt
triſtes de nece domini in cœnaculo. alij ſtant,
ſignificãtes Moſen, qui extenſis manibus ora
Exod. 17 bat: & Aaron, & hur illius manus ſuſtenta-
bant: de quo ſub titu. de oratione dictum eſt.
Quidam verò vt aliqui ex miniſtris, nec ſe-
dent nec ſtant: ſed in veſtibus ſacris ſtant capi
te inclinati, prout dictum eſt ſub titu. de ſan-
ctis: & ſub titu. qualiter ſacerdos & miniſtri
ad altare debent ſtare.

SVMMA.

1 Canon, quot contineat partes. variè. Et nu-
mero 2. 3. 4.
5 Canonis expoſitio, primæ partis, ſcilicet: Te
igitur. Et nu. 6.
7 Chriſtus fuit à tribus traditus.
8 Cruces tres cur faciat ſacerdos ſuper oblatio
ne. quid ve notent.
9 Sacerdos benedicẽs, dicit: hæc dona, hæc mu
nera. Et qua id ſignificatione. Et an, & quate-
nus illa differant. latè. Et cur dona, potius,
quàm, donum, dicat. nu. 10.
11 Illibata dona & munera, dicit ſacerdos, in
benedictione. Et quæ dicantur illibata.
12 Sacrificia Eccleſiæ, quot.
13 Canonis ſecunda pars, cum expoſitione.
14 Sacrificium altaris, pro quibus offerri debeat.
15 Pacificare & adunare, an idem. Item, cuſtodi-
re & regere.
16 Papæ nomine cur oretur. Et ex cuius inſtitu-
tione. Et pontificis etiam nomine.
17 Orationes pro quibus faciendæ.
18 Poteſtates duæ ſunt.

## De expoſitione Canonis, qui incipit: Te igitur. CAP. XXXVI.

EXpoſitioni canonis hîc vacare
præuidimus. Verũtamen quic-
quid exponendo conamur ex-
primere, vix vllius apparet eſſe
momenti. Deficit naque lin-
gua, ſermo diſparet, ſuperatur ingenium, op-
primitur intellectus. Pulſabo tamẽ ad oſtiũ,
vt amicus accommodet mihi tres panes. de
pœniten. diſtin. j. opportuna. qui maximè in
hoc cõuiuio neceſſarij erunt: videlicet fidem,
quæ petit, & accipit vitã: ſpem, quæ quærit, &
inuenit viã: & charitatẽ, quæ pulſat, & aperit
1 veritatẽ. ¶ † Canon autẽ vndecim cõtinet par
tes. Secũda incipit ibi: Memẽto Domine. Ter
tia ibi: Cõmunicãtes. Quarta ibi: Hanc igitur.
Quinta ibi: Quã oblationẽ. Sexta ibi: Qui pri
diè. Septima ibi: Simili modo. Octaua ibi: Vn-
de & memores. Nona ibi: Supplices te roga-
mus. Decima ibi: Memẽto. Vndecima ibi: No
2 bis quoque. ¶ † Alij dicũt, quòd cõtinet duo-
decim partes. Secũda pars ibi: In primis. Ter-
tia ibi: Memẽto. Quarta ibi: Cõmunicantes.
Quinta ibi: Hanc igitur. Sexta ibi: Qui pridiè.
Septima ibi: Vnde & memores. Octaua ibi:
Suprà, quæ propitio. Nona ibi: Memẽto. Deci
ma ibi: Nobis quoq;. Vndecima ibi: Per quẽ
hæc



hæc omnia. Duodecima ibi: Oremus præce-
3 ptis ſalu. moni. ¶ † Sed ſecundum alios ſex ſo
lum cõtinet partes. Secũda incipit ibi: In pri-
mis. Tertia ibi: Communicantes. Quarta ibi:
Hanc igitur. Quinta ibi: Supplices te roga-
4 mus. Sexta ibi: Oremus præceptis. ¶ Sunt † etiã
qui dicunt, quòd quinque tantũ ſunt partes:
vnde & quinquies cõcluditur, per Chriſtum
Dominũ noſtrũ. eò ꝙ per quincupartitã Do-
mini paſſionẽ oratio fidelium exauditur: de
hoc dictum eſt in fine procemij huius partis.
5 ¶ Incipit ergo † canon: & eius prima particu-
la. Te igitur. Et exponitur igitur, id eſt, certè.
Sacerdos enim hoc dicens alloquitur Deum
tanquã præſentẽ. vel igitur iſtud cõtinuat ad
præcedetia: quaſi diceret: Tu es ſanctus Deus:
igitur clementiſſime pater, id eſt, clariſſima
mẽte abundãtiſſime, vel, id eſt, miſericordiſ-
ſime: vel, id eſt, mentẽ clarificãs. Mens enim
clareſcit, cũ Deum propitiũ ſentit: quæ verba
dicẽdo, ſacerdos ſe ante altare inclinat, ſigni
Ioan. 20 ficãs, ꝙ Petrus inclinauit ſe, dum ꝑſpexit in
monumẽtum. Rurſus hæc ſacerdotis inclina
tio in principio canonis humilitatem Chriſti
ad paſſionẽ. quódq; ſacerdos ipſe cum reue-
rẽtia ad myſterium crucis accedit, ſignificat.
¶ Et in his verbis notatur, ꝙ ſicut legalis ſa-
cerdos vultum verſus propitiatorium habe-
bat, prout dictum eſt in procemio huius par-
tis: ſic & noſter ad Dei clementiã cor debet
habere: & ſicut pontifex intrabat in ſancta
ſanctorũ ſemel in anno ferẽs ſanguinẽ hirci
aut vituli: ſic & Chriſtus per propriũ ſangui-
Hebr. 9 nem introiuit ſemel in ſancta æterna redem
ptione inuẽta: ſic & miniſter Eccleſiæ intrat
cum ſanguine in ſancta ſanctorũ, quoties in
mente memoriã ſanguinis Chriſti gerẽs ſe-
cretè inchoat myſteriũ: qui nõ ſolùm mẽte,
ſed etiã crucis ſignaculo, de quo iam dicetur,
6 Chriſti recitat paſſionẽ. ¶ Sequitur: † Suppli-
ces, id eſt, humiles: vti accepta habeas, id eſt,
vt accipias ſeu grata habeas: & hîc oſculatur
altare in reuerentiã paſſionis per hoc cõpati
7 ſe oſtendẽs. ¶ Sanè eodem die, qua † laudes à
turbis Chriſto ſunt acclamatæ, videlicet deci
ma luna primi menſis, quãdo ſecundũ legem
typicus agnus in domos Hebræorũ inferreba
tur, verus agnus Ieſus Chriſtus ingreſſus eſt
Hieroſolymã, & multis inſidijs quærebatur
Rom. 8 ad mortẽ. Traditus autem à tribus, ſcilicet à
Deo pro nobis: vnde Apoſtolus: Proprio fi-
lio ſuo nõ pepcit Deus: ſed pro nobis omni-
bus tradidit illum, à Iuda. vnde in Matthæo:
Quærebat Iudas opportunitatẽ, vt eum tra- Matt. 26
deret Iudæis. Et à Iudæis Pilato, vt in Ioãne:
Gens tua & pontifices tui tradiderũt te mihi. Ioan. 18
Prima traditio, fuit ex gratia: qa dilexit nos: Gal. 2
& tradidit ſeipſum pro nobis. Secũda ex aua- Matt. 26
ritia: quia cõſtituerunt ei xxx. argenteos. Ter
tia, fuit ex inuidia. Sciebat enim Pilatus, quòd Matt. 27
per inuidiã tradidiſſent eum. Deus ergo tradi
dit ex dono: Iudas pro munere: Iudæus in ſa-
8 crificiũ illibatũ. ¶ Ad quod † deſignãdum ſa-
cerdos facit tres cruces ſuper oblatã, & cali-
cem cum dicit: Hæc dona, hæc munera, hæc
ſancta ſacrificia illibata. quaſi dicat, offerim⁹
tibi clemẽtiſſime pater, hæc dona, hęc mune
ra, hæc ſancta ſacrificia, cõmemorantes illã
traditionẽ, quã Deus fecit ex dono, Iudas pro
munere: Iudæus in ſacrificiũ illibatũ: ſinguli Philip. 2
tamen ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis. ¶ Secun-
dò etiã fiunt tres cruces in reuerentiã eius,
qui eſt trinus Deus: cuius potentia fit cõuer-
ſio panis & vini. ¶ Tertiò, in figuram triplicis
vnionis in acceptatione ſaluatoris. ¶ Quartò
in memoriã trinæ crucifixionis. Prima fuit in
volũtate perſequentiũ: de qua Ioan. ij. Colle
gerũt ergo pontifices & Phariſæi cõſiliũ &c.
Secũda fuit in voce clamãtium: de qua Mar.
At illi magis clamabãt: crucifige eum. Ter- Mar. 15
tia fuit in crucifixione manuum, & pedũ: de
qua Luc. crucifixerũt eum. ¶ Quintò, in tri- Luc. 23
bus crucibus tempus ante legẽ, quod tribus
diſtinguitur interuallis, innuimus, ſcilicet ab
Adã ad Noë: inde ad Abrahã, & inde ad Mo-
ſen. In qbus tribus tpibus iuſti Chriſtũ ſuis ſa
crificijs præfigurauerũt: vt Abel, in agno; Mel
chiſedech, in pane & vino: & Abraam, in filio.
Verũ ꝑ ꝓmiſſa tria verba, nõ aliud atq; aliud
dicitur: ſed res vna pro ſui magnitudine diuer
ſa appellatiõe laudatur: donũ quidẽ, dãtis: mu
nus accipiẽtis: ſacrificiũ offerẽtis. Pater dedit:
filius obtulit: ſpiritus ſanctus recepit: vñ Apo
ſtolus: Chriſtus ꝑ ſpiritũ ſanctũ ſemetipſum Hebre. 9
obtulit Deo immaculatũ. ſinguli tñ dederũt
& obtulerũt: & acceperũt: ſed ad diſtinctionẽ
pater dicitur dediſſe, ꝓpter authoritatẽ: filius
obtuliſſe ꝓpter humilitatẽ: ſpũs ſctũs acce-
9 piſſe, ꝓpter benignitatẽ. Eadẽ eñ † ſacrificia
dona ſunt ſimul & munera: dona ſunt, à nobis
ad ſuſtẽtationẽ, à Deo collata. munera ſunt à
nobis Deo, vt laudetur, oblata. Nã & q̃ ſacris
offerũtur altarib⁹ & munera nũcupãtur, & do
na. vñ & Dñs inqt in euãg. Si offers mun⁹ tuũ
ante

ante altare:vade prius reconciliari fratri tuo.
Daniel.5 Et Daniel dixit ad Balthaſar:Munera tua tibi
ſint:& dona tua alteri da.xiiij.qu.æſtio.v.ſcri-
ptū.& alibi:Reſpexit dominus ad Abel,& ad
Geñ.5 munera eius.Sacrificia dicūtur,quia ſacrifican
tur & offeruntur,pro peccatis noſtris:vt nos
ſacros efficiāt.Vnde populus inquit,de ponti
Hebr.5 fice,vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.
Sermonū igitur inculcatio,piæ deuotionis eſt
exercitatio,& ineffabilis cōmendatio ſacra-
menti:quod ſacramentum dignè eucharistia
appellatur : prout dicetur in vj.particula,ſu-
per verbo:Qui pridie , quàm pateretur.Pro-
priè autē munus homini,donum Deo datur.
Nam munera dicuntur,quæ manibus dantur
vel accipiuntur.Rurſus dicūtur dona, quo ad
panem in quo eſt farina & aqua:munera quo
ad vinū in quo eſt vinū & aqua. Hæc. ſancta
ſunt ſacrificia quo ad vtrūque ſecundū Aug.
Dona referimus,cum noſmetipſos Deo offe
rimus,& donamus munera,cum eius benefi-
ciorū memores ſumus:ſacrificia illibata,cùm
ei humilitatē,& laudes impendimus.de hoc
vide:de cōſecra.diſtin.ij.in canone comperi-
10 mus.¶Et † nota,quòd ideò dicitur pluraliter
dona,munera,ſacrificia : quia panis & vinum
prius,quàm cōſecrentur,diuerſæ ſunt ſpecies
ſubſtantiarū:& diuerſæ ſubſtantiæ ſpecierū:
ſed vbi cōſecratio cœleſtis acceſſerit,ſpecies
quidem remanent,ſed ſubſtantiæ conuertun
tur.itaque diuerſa ſunt continentia:ſed vnicū
eſt cōtentum:nam idem ſub vtraque conti-
netur:licet nō in idem vtraq; ſubſtantia con
uertatur : ſicut infrà plenius oſtendetur. Di-
11 cuntur etiā † ſancta,& illibata:quia panis &
vinū ſanctificātur in ſacroſanctum corpus:&
immaculatū ſanguinē Chriſti.Non enim di-
cuntur illibata,quaſi nōdum guſtata:ſed po-
tius dicuntur illibata,id eſt,immaculata,quæ
ſine macula cordis & corporis oportet offer
ri:quatenus & cor ab iniquitate,& corpus ab
immunditia purgetur,antè,quàm offerantur:
quoniā(vt ait Apoſtolus.de cōſecra.diſtin.ij.
1.Co.11 qui cælare.& c.ſequen.) Quicunque mandu-
cauerit panem,& biberit calicem domini in-
dignè,reus erit corporis & ſanguinis domini.
Probet autē ſeipſum homo:& ſic de pane il-
lo edat , & de calice bibat,qui enim mandu-
cat & bibit indignè , iudicium ſibi manducat
& bibit. Dicuntur ergo illibata , id eſt,ſine
labe:ſicut agnus paſchalis immaculatus , qui
ſignificat Chriſtū qui eſt ſine macula,id eſt,
ruga.Vel illibata,id eſt,incorrupta : nō quia
ſubſtantia panis & vini corrumpi non poſsit:
ſed quia corpus & ſanguis filij Dei,in qua vir
tute verborū ſpecies iam tranſſubſtantiatæ
ſunt,corrumpi nō poſſunt. Vnde Pſalmiſta:
Non dabis ſanctum tuum videre corruptio- Pſal.15
nem.Tertiò,dicūtur illibata,ad notādum,ꝙ
nullus extraneus ad fidem debet approxima
re illis,vt dicetur in tertia particula, ſuper ver
12 bo:Cōmunicantes.¶Tria † autē ſunt Eccle-
ſiæ ſacrificia,per tria,quæ fiebant in veteri te
ſtamēto,figurata,prout dictum eſt in prooe-
13 mio huius partis.¶Sequitur † in primis , quæ
tibi offerimus &c.Sanè legalis pontifex in-
grediens in ſancta ſanctorum orabat , vt di-
ctum eſt in prooemio huius partis : & Chri-
ſtus ante paſsionē orauit ſe glorificari,diſci-
pulóſque cōſeruari:& nunc etiam ſedens ad
dexterā patris interpellat pro nobis:ſic & no
ſter miniſter ſequens Aaron & Chriſtum
pro tota ſupplicat Eccleſia, quæ conſiſtit in
prelatis,& ſubditis &c.Licet autē vnus tātum Rom.8
ſacrificium offerat:tamen pluraliter dicit of-
ferimus:quia ſacerdos nō tantū in ſua , ſed in
totius Eccleſiæ perſona ſacrificat. Quapro-
pter in ſacramēto corporis Chriſti,nil à bo-
no maius,nil à malo minus perficitur ſacer-
dote:prout dictū eſt in prooemio huius par-
14 tis.¶Verùm † nobis hîc inueſtigādum occur
rit, quibus,& pro quibus,& qualiter,& qua-
re,debeamus ſacrificium altaris offerre. Et
quidē hæc quatuor ex ipſo canone colligere
poſſumus euidenter:quibus ſoli Deo,videli-
cet indiuiduæ trinitati : pro quibus Eccleſia
ſancta catholica ,videlicet pro omnibus or-
thodoxis:qualiter,in vnitate fidei,videlicet in
cōmunione ſanctorum.quare,pro beneficijs
corporalibus,ſpiritualibus,& æternis , ſed o-
mnibus propter Deum.Primum notatur ibi:
Tibi reddunt vota ſua æterno Deo ,viuo &
vero.Secūdum ibi:Pro Eccleſia tua ſancta ca
tholica.Tertium ibi:Cōmunicantes & me-
mo.vene.Quartum ibi:Pro redemptione ani
marum ſuarum:pro ſpe ſalu.& incolu.ſuę.Sa
crificiū ergo laudis offertur : & generaliter
pro cūctis,& ſpecialiter pro quibuſdā,id eſt,
pro prælatis qui ſunt iuxta Apoſtolū in ſubli
mitate cōſtituti,& pro ſubditis viris & mulie Rom.13
ribus:pro ſacerdotibus & adſtātibus:pro no-
bis & noſtris.De prælatis & ſubditis ibi:Vnà
cum famulo tuo Papa noſtro , & omnibus
orthodoxis . De viris & mulieribus , ibi:
Memento



Memento Domine famulorum famula.tua.
De ſacerdotibus,& aſtantibus:ibi:Omniū cir
cunſtantium,& qui tibi offerunt hoc ſacrifi-
cium.De nobis & noſtris:ibi : Pro ſe ſuiſque
omnibus.Sic ergo exponenda eſt litera , quæ
tibi offerimus in primis, id eſt , principaliter
pro Eccleſia tua ſancta, catholica,id eſt,vni-
uerſali toto terrarum orbe diffuſa : ſed fidei
ſacramentis vnita:quam,id eſt,vt eam pacifi-
care digneris,vt habeat pacem ab hæreticis,
& ſchiſmaticis:& adunare,quę diſperſa eſt in-
ter perfidos , & paganos. Vel hîc dicitur,ꝙ
orandum eſt pro diſcordantibus ab inuicem:
quam & cuſtodire digneris à vitijs & dæmo-
nibus,& regere in proſperis & aduerſis.Idem
15 tamen videtur eſſe † pacificare quod aduna
Roma.5 re:cuſtodire,quod regere.Tunc enim pacifi-
cat,cum fidelium mentes adunantur , vt per
Actu.4 ſpiritum ſanctum charitate diffuſa multitudi
nis credentium ſint cor vnum, & anima vna:
extrà de ſum.trini.c.ij. Tunc cuſtodit , cum
inter mundi pericula regitur vt de ſancto
Pſal.19 mittens auxilium:eam de Syon tueatur.Licet
Apoc.1 enim in Apoc.ſeptem ſcribatur Eccleſijs:vna
Cantic.6 tamen in Canticis eſt columba.nam ſap.edi.
ſi do.& excidit co.ſeptē.Vna igitur eſt Eccle
ſia ſeptē ordinibus diſtributa vel ſeptē chriſ-
matibus inſignita:quam ipſe pacificat & adu-
16 nat:ille † cuſtodit & regit qui propter ipſius
regimen,& munimen propoſuit vniuerſis vt
omnes ab vno ſicut corpus à capite guber-
nentur.pro quo ſtatim oratur cum dicitur:
Vnà cum famulo tuo Papa noſtro:quæ ver-
ba Clemens Papa addidit.Nam vt inquit Pe
lagius Papa conſtat ab vniuerſo orbe ſepara
tos eſſe,qui qualibet diſſenſione inter ſacra
myſteria Apoſtolici pontificis memoriā , ſe-
cundū cōſuetudinem nō frequentant:qui ve-
rò nō ſunt de Romana Eccleſia diœceſi,pro
ſuo quoque debent orare pontifice,quatenus
vnitatem ſpiritus in vinculo pacis obſeruet:
vnde debent dicere verba ſequentia , ſcilicet
& antiſtite noſtro.Antiſtes tamen ipſe cele-
brans nō debet ea dicere.Quod verò addūt,
quidā de antiſtite & rege,noua traditio eſt:
vbi orandū eſſe pro prælatis oſtenditur.oran
17 dum etiā eſſe pro principe, Apoſtolus docet
j.ad Tim.ij.c.† Obſecro( inquit) primò o-
mnium fieri obſecrationes,orationes , & po-
ſtulationes,& gratiarū actiones , pro omni-
bus hominibus, pro regibus,& omnibus qui
in ſublimitate ſunt conſtituti : vt quietam &
tranquillam vitam agamus,in omni pietate,
& caſtitate.de conſecra.diſtin.j.de hymnis.ad
fi.Sicut enim duæ ſunt vitæ, cœleſtis videli-
cet & terrena,vna qua ſpiritus viuit ex Deo:
& altera , qua caro viuit ex ſpiritu : ita duæ
18 ſunt † Poteſtates : eccleſiaſtica , videlicet &
mundana:vna quæ moderatur ſpiritualia : &
altera,quæ moderatur carnalia:iſta per cleri
cos:& illa per laicos.xvj.diſtinctio.duo.Poſt
vtrāque Poteſtatem,orandum eſt pro omni-
bus orthodoxis,qui vtranque fidem. catholi
cam,videlicet & apoſtolicam venerantur &
colūt:& ſic hæretici & ſchiſmatici excludun
tur.Orthodoxi enim quaſi gloriantes dicun-
tur:qui videlicet Deum rectæ fidei confeſsio
ne glorificant.

## SVMMA.

1 Canon memoriam viuorum cōtinere debet.
2 Deus ſcit eos quos approbat : obliuiſcitur,
quos reprobat.
3 Orandum pro omnibus fidelibus.
4 Sacrificium laudis.
5 Amicos diligere debemus,vt charitatis ordo
ſeruetur.
6 Bona hominis tria : pro quibus ſacerdos of-
fert Deo.
7 Vota quæ dicantur.

## *De ſecunda parte canonis, ſci-licet Memento domine.*

### CAP. XXXVII.

MEmento Domine famulorū fa
mularúmque tuarū,& omniū
1 circūſtantiū &c.Secūda † pars,
in qua etiam oſtenditur oran-
dum eſſe pro ſubditis . Et ex
hac iunctura verborū euidēter
cōuincitur,ꝙ in hoc loco debeat ſacerdos ſpe
cialiter viuos,quos voluerit memorare:quo-
niam ſub ſequenti:Memento defunctorum,
poterit agere memoriā ſpecialem. Hinc etiā
euidenter apparet , ꝙ ſanctum ſit & ſalubre
miſſarū intereſſe myſterijs:cum ſacrificium
euchariſtiæ pro circūſtantibus ſpecialiter of-
2 feratur.¶Verū † cū Deus nihil ignoret , nec
alicuius valeat obliuiſci:quid eſt quod peti-
mus vt Deus meminerit noſtri? Porrò Deus
dicitur ſcire,quos approbat:vnde nouit Do-
minus qui ſunt eius:& dicitur neſcire quos re
probat:vnde:Non noui vos.Rurſus , dicitur
obliuiſci malorū,cū malus ad bonum reuer-
titur:

Iob 7 titur:vnde ſi impius egerit pœnitẽtiã,omniũ
iniquitatũ eius nõ recordabor.Et dicitur obli
uiſci bonorũ,cum bonus ad malũ peruerti-
tur:vnde ſi iuſtus à iuſtitia ſua auerterit ſe,o-
mnes iuſtitias eius nõ recordabor.Deus etiã
quandoque recordatur ad miſerendum:vnde
Pſal.139 Memento mei Deus meus:quia ventus eſt vi
Pſal.24 ta mea:quandoq; ad puniendũ:vnde:Memen
to domine filiarũ Edom in die Hieruſalem.
Petimus ergo nõ vt noſtri meminerit : ſed vt
noſtri miſereatur ſecundũ illud:Reminiſcere
miſerationũ tuarũ domine:& miſericordiarũ
tuarũ quæ à ſeculo ſunt.¶Sequitur:Quorum
tibi fides cognita eſt,& nota deuotio &c.qua
ſi qui propitiaris fidelibus & deuotis:qui ſo-
lus vides in conſcientijs,quæ rectè credant:&
deuotè te diligãt:vtpotè renum ſcrutator &
cordiũ Deus:ſcientiarũ dominus , occultorũ
omniũ perſcrutator,in cuius cõſpectu nulla
creatura eſt inuiſibilis.Pro quibus tibi offeri
mus,vel qui tibi offerunt,hoc ſacrificiũ lau-
dis &c.quaſi diceret:Memento Domine,non
ſolùm eorũ,pro quibus offerimus:ſed etiam
ſacerdotũ,qui offerunt hoc ſacrificiũ laudis
&c.Cum enim ſacerdos offert pro populo:
nihilominus & pro ſe. Vel ideò dicit:Pro qui
3 bus †tibi offerimus,vel qui tibi offerũt:quia
non ſolũ offerunt ſacerdotes , ſed & vniuerſi
fideles:nam & quod ſpecialiter adimpletur
miniſterio ſacerdotũ:hoc vniuerſaliter agi-
tur voto fideliũ.vel pro quibus offerimus,ſci
licet actu:vel qui tibi offerũt, ſcilicet deuo-
1.Co.10 tione.Dicitur autẽ ſacrificiũ laudis : ſecundũ
illud Apoſtoli : Quicquid facere debetis,o-
mnia,in laudem Dei facite:vt Deus laudetur
in vobis. Secundò ſacrificium laudis dicitur:
4 quia † Chriſtus gratias agens illud inſtituit:
prout dicetur in ſexta particula ſuper verbo
gratias agẽs.Tertiò ideò,quia cũ Deo quic-
quam offerimus,ſua ſibi reddimus,nõ noſtra
Pſal.49 largimur:vnde ſi eſuriero,nõ dicã tibi,meus
eſt enim orbis terræ,& plenitudo eius:ergo
immola Deo ſacrificiũ laudis,& redde altiſsi
mo vota tua.Quartò,quia Deũ laudare debe
Matt.28 mus nõ ſolùm quia paſſus eſt pro nobis:ſed
etiam,quia nobiſcũ eſt quotidie,vſq; ad con-
ſummationẽ vitæ:vel quia non ſolũ ſe dedit
pro nobis in pretiũ:ſed etiã quia dedit ſe pro
nobis in cibũ : vt per pretiũ redimeret nos à
morte,per cibũ aleret nos ad vitã:vnde:Qui
Ioan.6 manducat me ,viuit propter me : pro ſe,ἐκθε-
σις eſt,id eſt, expoſitio eius ,quod ſequitur,
ſcilicet pro redẽptione animarũ noſtrarũ:pro
5 ſpe ſalutis & incolu.ſuæ.¶Sequitur † ſuiſque
omnibus &c.videlicet conſanguineis vel af-
finibus,familiaribus vel amicis:licet enim di-
ligere teneamur etiã inimicos,ſecundũ illud:
Diligite inimicos veſtros:ſeruare tamen de- Matth.5
bemus ordinẽ charitatis, qui incipit à ſeipſo.
xxiij.quæſtio.v.ſi nõ licet.de pœni.diſtin.iij.
ſanè cauendũ.extrà de vſu pallij.in fine.ſecun
dum illud:Introduxit me rex in cellam vina Cantic.2
riam,& ordinauit in me charitatem : nam &
Apoſtolus ait:Dum tempus habemus,opere Rom.1
mur bonũ.ad omnes:maximè autẽ ad dome-
ſticos fidei.Pro redemptione animarum ſua-
rum &c.quaſi non pro temporali lucro , vel
appetitu terrenorũ:ſed pro ſpe ſalutis & inco
lumitatis ſuæ,id eſt,pro ſalute vel incolumi-
tate ſperanda.ſpe enim ſalui ſumus:pro ſalu
te quidem mentis & incolumitate corporis:
nam vtraque ſanitas eſt ab illo,qui dicit:Sa-
lus populi,ego ſum. Verũ vtraq; ſanitas pro-
uenit ex redemptione animę,id eſt,de remiſ-
ſione peccati:ſic ecõtrà de reatu peccati pro-
cedit infirmitas vtriuſque:iuxta ſententiã ve-
ritatis:Ecce ſanus (inquit) factus es:iam noli Ioan.5
peccare : ne deterius aliquid tibi contingat:
extrà de pœniten.& remiſ.cum infirmitas.in
9 principio.¶Porrò † tria ſunt hominis bona,
corporalia,ſpiritualia,& æterna, videlicet in-
fima,media & ſuprema:pro quibus ſacerdos
dicit ſe offerre. Pro corporalibus,id eſt, pro
incolumitate:pro ſpiritualibus,id eſt,pro re-
demptione:pro æternis,id eſt,pro ſalute. Nã
& dominus docet nos pro his tribus orare: vi
delicet pro æternis.vnde : Adueniat regnum Matth.6
tuum : pro ſpiritualibus : vnde:Fiat voluntas
tua,ſicut in cœlo,& in terra : pro corporali-
bus.vnde:Panem noſtrũ quotidianũ da nobis
hodie.Offerimus enim ſacrificiũ pro æter-
nis:vt dentur nobis in præmiũ:pro ſpirituali-
bus,vt dentur nobis in meritũ:pro corporali
bus,vt dentur nobis ad adminiculum : vt per
hæc & iſta perueniamus ad illa.¶Verũ cum
dicat apoſtolus,ꝙ virtus in infirmitate perfi- 2.Cor.8
citur:extrà de ſacra vnc.c.j.& iterũ cum infir-
mor,tunc fortior ſum. Quid eſt,ꝙ pro cor-
porali incolumitate ſacrificiũ laudis offeri-
mus,niſi vt nobis cõſerta vel reddita ſanita-
te gratiarũ actiones in Eccleſia referamus.
7 ¶Sequitur:Tibique reddunt vota &c.†Vota
ſua dicuntur,quæ volũtariè promittũtur quia
volenter & libenter Deo vouere & votũ red
dere



dere debemus:extrà de voto.magnæ.Verũ,
cùm noſtra donemus , & aliena reddamus:
quomodo vota, ſi ſua ſunt,reddunt : & non
potius donant:vel ſi reddunt, quomodo ſua,
& nõ potius aliena?Sanè votum & hominis
& Dei eſt:ſed Dei propter authoritatem gra
tiæ:hominis propter libertatẽ arbitrij : pro-
1.Co.15 pter quod dicit Apoſtolus:Non autem ego:
ſed gratia Dei mecum.Vel vouere, hominis
eſt:reddere verò, Dei.

SVMMA.

1 Canonis tertia pars:Communicantes. Et quis eam addiderit.

2 Canon Miſſæ,à pluribus cõpoſitus fuit: & cũ triplici ſanctorũ cõmemoratione.

3 Canon commemorationem beatæ Mariæ,& aliorum ſanctorum continet.Confeſſorum tamen,non.nu.5.6.7.

4 Eccleſia,ex multis conſtat.

## *De tertia parte canonis.*

### CAP. XXXVIII.

COmmunicantes , tertia pars.
1 † Ciritius Papa addidit hæc
verba : Cõmunicantes & me-
moriã venerantes.¶Sanè pon
tifex,vt lex iubebat , turibulũ
viuis carbonibus plenũ intra ſancta ſancto-
rum ſecum portabat,ſicut in procemio huius
partis dictũ eſt:& Chriſtus carnis ſuæ turibu
lum omni virtute plenũ tulit ad aſtra : ſic &
ſacerdos noſter Chriſti vicẽ tenens, vacuus à
peccatis & plenus virtutũ,odoribus ad ſacrifi
ciũ altaris accedere debet. Cõmunicantes &
memoriã venerantes. Cõmunicare idem eſt,
quod participare : quia ſanctorũ & angelorũ
paſcuis cõmunicare debemus. Quatuor autẽ
modis in Eccleſia cõmunicatur : prout dice-
tur in vj. particula ſuꝑ verbo:qui pridie.Me-
moriã venerari,idem eſt,quod memoriã ho
norabiliter colere , quod beata Maria virgo
per aduentũ ſpiritus ſancti genitrix facta eſt
filij Dei Ieſu Chriſti domini noſtri:qui Deus
2 & homo eſt.¶Illud †autẽ notandũ eſt,quòd
ſecreta nõ tota ſimul ab vno : ſed particula-
tim à pluribus ex eo perpenditur fuiſſe cõpo
ſita:quia ter in ea ſanctorũ cõmemoratio re-
petitur:licet hoc ipſum ꝓuenerit ad laudẽ &
gloriã trinitatis.In ſecũda quippè cõmemora
tione ſupplentur , qui de primitiuis ſanctis
deeſſe videbãtur in prima:verũ in ea cõme-
moratione,quæ fit ante cõſecrationem cor-
poris Chriſti,poſtulatur ſanctorũ ſuffragiũ:
in ea verò,quæ fit poſt cõſecrationem corpo
ris Chriſti ſanctorũ conſortium imploratur:
quia nimirũ antè,quàm corpus Chriſti,quod
eſt vniuerſalis Eccleſia cõſecretur,id eſt,an-
tè,quàm regnũ adueniat,neceſſariũ eſt nobis
in via ſanctorũ ſuffragium:vt meritis eorũ &
precibus diuinę protectionis muniamur auxi
lio:ſed vbi corpus Chriſti fuerit conſecratũ,
id eſt,vbi regnũ aduenerit:aſſequemur in pa-
tria ſanctorũ conſortiũ,vt ſocietatem & par-
tem cum ſanctis Apoſtolis & martyribus ha
beamus.In via quippe cõmunicamus cũ ſan-
ctis,per fidem,qua ipſi hîc habuerunt:& nos
habemus:in patria verò participabimus cum
ſanctis per ſpem,quã ipſi habẽt & nos habe-
3 bimus.Nos † enim fidem habemus,& ſpem:
& illi ſpem habẽt,& rem:nos percurrimꝰ ſta
diũ:illi poſsidẽt brauiũ:nos pugnamus in via:
illi triumphãt in patria.Cõmunicamus igitur
& memoriã veneramur Apoſtolorũ ac mar-
tyrũ:& ꝑcipuè glorioſæ virginis Dei genitri
cis Mariæ:vt eorũ ſuffragio,de fide,perduca-
mur ad ſpem:de ſtadio,perueniamus ad bra-
uiũ:de via,ad patriã trãſeamus.In primis au-
tem nominatur nomẽ beatæ Mariæ : qa ipſa
eum,qui oblaturus eſt,& qui verè hoſtia eſt,
genuit:& in cœlis obtinet principatũ.Nomi-
natur & xij.Apoſtoli & xij.martyres:qui oẽs
huius ſacrificij teſtes fuerũt:& paſsionẽ Chri
ſti,verbis,& effuſionis ſanguinis teſtimonio
ꝓbauerũt.In hac igitur cõmemoratione ſan
ctorũ illud obſeruat Eccleſia,quod antiquitꝰ
agere cõſueuit:vt in orationibus ſuis recolat
patrũ memoriã,quatenus eorũ meritis ſuffra
gãtibus facilius obtineat quod implorat.Sic
& Moſes,pro peccante populo intercedens,
patrũ memoriam impoſuit dicẽs:Recordare Dañ.3
Abraã,Iſaac,& Iacob,ſeruorũ &c.Exo.xxxj.
Sic & Azarias oraſſe legitur in fornace : Ne
quæſumus auferas miſericordiã tuã à nobis
Dñe Deus noſter:ꝓpter Abrahã dilectũ tuũ,
& Iſaac ſeruũ tuũ:& Iſraël ſanctũ tuũ.Et qm̃
extra vnitatẽ Eccleſiæ nõ eſt locus offerẽdi
ſacrificium vnitatis:ideò ſanctorũ memoriæ
cõmunicamus in ſacrificio,quatenus in com-
munione ſanctorũ ſacrificiũ offeramus:nam
4 ſicut† vnus panis ex multis granis,& vnũ cor
pus ex multis mẽbris:ſic ex multis fidelibus
vna cõſtat Eccleſia.Scriptũ eſt enim alienige
na nõ veſcetur ex eis,qm̃ ſancta ſunt:& ideò Exod.12
ſolũ illum ad eſum eius agni recipimus,qui
noſtræ

noſtræ cōiunctus eſt domui:videlicet omnē
domeſticum fidei:à principe,vſque ad plebe-
Exod.12 ium:à populo,vſque ad publicanum.Scripſe-
runt autē quidam,quòd quia ſacerdos legalis
ſcripta habebat in λογίῳ nomina duodecim
tribuum ſeu patrū.Exo.xxx.ideò in huius rei
memoriam presbyter nominat memoriam
beatæ virginis & Apoſtolorū & quorundam
5 martyrū.¶ Sed † cum Eccleſia inter ſanctos
magnificè memoriam cōfeſſorū veneretur:
quare in canone non fit de illis cōmemora-
tio? Reſponderi poteſt,quòd canon prius fuit
editus,quàm memoriam ſanctorum confeſ-
ſorum Eccleſia celebraret.Nam omnes ferè
ſancti qui in canone cōmemorātur præceſſe-
re Silueſtrum,præter Ioannem,& Paulum,&
Marcellinum,& Petrum, qui proximè ſuc-
ceſſerunt. Eccleſia verò poſt tempus beati
Silueſtri,cœpit memoriam ſanctorum con-
feſſorum venerari.Canon autem ex eo con-
uincitur præceſſiſſe, quòd Apoſtolorum ca-
talogus non ita reperitur in illo diſpoſitus:
ſicut in emendatioribus codicibus,ſiue euan-
gelijs inuenitur.In prioribus enim editioni-
bus,vt dicit Hiero.non ſolùm euangeliſtarū
mutatus eſt ordo:ſed etiam verborum & ſen
6 tentiarum erat cōfuſa commiſtio. ¶†Poteſt
etiam dici,quòd ideò in canone ſolū fit men
tio de martyribus:quia cùm hoc ſacramentū
ſit ſacramentum amoris,in ipſius ſacramenti
miniſterio debet ſolùm memoria fieri de il-
lis,in quibus ſpecialius apparuit ſignum veri
amoris.In Apoſtolis apparuit per tempora-
lium abiectionem:in martyribus per corpo-
rum tormentis expoſitionē.De primo,Matt.
xix.Ecce nos reliquimus omnia &c.De ſecun
do,Sapien.iij.& ſi coram hominibus tormen
ta paſſi ſunt &c.¶ Rurſus † ideò non fit men
7 tio de cōfeſſoribus:quia illi nō ſunt paſſi,ſi-
cut Chriſtus:cuius paſſionis eſt memoriale
hoc ſacramentū.Greg.iij.addidit hæc verba,
ſcilicet illa quæ in quibuſdam Eccleſijs di-
cuntur,ſcilicet:Quorum ſolennitas hodie in
conſpectu tuæ maieſtatis celebratur, Domi-
Ioan.1 ne Deus noſter,in toto orbe terrarum. Ter-
minatur autē hęc particula,per eundem Do-
minum noſtrum:ſicut enim per filium omnia
facta ſunt:& ita per ipſum habēt omnia eſſe
reparata,& terminata:& ſecundum quoſdam
non debet hìc reſponderi amen:neque vſque
ad fractionem hoſtiæ:quia angelorum cho-
rus,ſancto miniſterio aſſiſtens, reſpondet
Amen:hoc tamen non vbique ſeruatur,de
hoc dicetur in ij.particula.

SVMMA.

1 Canonis quarta pars.Et eius expoſitio.
2 Seruitutis duæ ſpecies.
3 Adoratio,ſoli Deo competit:nō imaginibus.
4 Leo Papa,quid addiderit canoni miſſæ.
5 Pax variè & multipliciter accipitur.
6 Oſculatio altaris, quotuplex. Et quid ſigni-
ficet.
7 Oſculatur altare ſacerdos,manibus ab ipſo
altari remotis.Et quid ita.

## *De quarta parte canonis.*

### CAP. XXXIX.

HAnc igitur oblationem.Quar-
ta pars:& hoc dicendo , ſacer-
1 dos † in quibuſdam Eccleſijs
profundè ſe inclinat. ¶Sanè le
galis pontifex orans,fumo thi
miamatis obumbrabatur:& tegebatur,ne pa-
teret alicui dum cremaret incenſum:ſicut in
prooemio huius partis dictū eſt. Et Chriſtus
dum patrem interpellat pro nobis,angelorū Rom.8
pertranſit intuitum:quia intelligi non poteſt
quantum præſentia ſumptæ carnis impetret
apud patrē pro nobis.Sacerdos quoque dum
vicem Chriſti gerit, quodāmodo tegitur,&
latet: quia nec cogitari, nec narrari poteſt,
quanta virtus & potentia ſit in verbis eius &
in hoc myſterio, quod latet homines & an-
gelos:ad quod repræſentandum in quibuſdā
Eccleſijs ſacerdos ſecretam intrās, quibuſdā
cortinis,quæ ſunt in vtroque latere altaris,
quæ tunc extenduntur,quaſi tegitur & vela-
tur.¶Seruitutis noſtræ,id eſt,meæ & cuncto
2 rum,qui tibi ſeruiūt,& famulantur.Et †nota,
quòd duæ ſunt ſeruitutis ſpecies:vna quę ſoli
* creatori debetur:quæ dicitur λατρεία:*altera
quæ creaturis impēditur,quę vocatur δουλεία.
Quaſdam enim creaturas poſſumus inter
omnia venerari.Vtranque ſpeciem Dominus
determinat,dicens:Reddite quæ ſunt Cæſa-
ris,Cæſari: & quæ ſunt Dei,Deo.Vnde ver-
ſus:Latria fit Domino , debetur dulia ſeruo.
Ad corpus Chriſti fertur perdulia ferè.Latria Matt.22
ergo eſt ſeruitiū,ſiue cultus ſoli Deo creato-
ri debitus:quem debemus ſuper omnia reue
reri.Ad eam quidem pertinent templa,& al-
taria,ſacerdotalia,ſacrificia,feſtiuitates, cære
moniæ & huiuſmodi:quę ſoli Deo ſunt exhi-
benda.



Deut.6 benda,iuxta illud: Dominū Deum tuū adora
Matth.4 bis:& illi ſoli ſeruies,id eſt ſoli Deo ſeruitu-
tem adorationis impendes. Nō enim ſanctis
& angelis ad honorē Dei,ſed potius Deo ad
honorē ſanctorum , & angelorū dedicantur
tēpla:& altaria cōſecrantur, & ſacrificia offe
rūtur:nec ipſis adorationis ſeruitus : ſed ſoli
Deo impēditur:vt dicetur in prooemio ſepti-
mæ partis:ne ſi ſecus fiat,nō θεοσέβεια cultus
exhibeatur:ſed idolatriæ crimen incurratur,
ſeruiendo creaturæ tanquā creatori: & mu-
Rom.1 tando gloriā incorruptibilis Dei, in ſimilitu
3 dinē corruptibilis hominis.Si † igitur nec ho
mines nec angeli adorādi ſunt,attendāt quid
agunt qui ſub prætextu cuiuſdam religionis
ſeu pietatis diuerſas adorant imagines : non
enim licet aliquid manufactū adorare,prout
probatū eſt in parte prima , ſub tit. de pictu-
ris.Vna quidē tātū Dei patris eſt imago:quā
vna cū patris adoratione venerari debemus,
Heb.1 ſcilicet vnigenitum Dei filiū,Ieſum Chriſtū
Pſal.98 qui eſt ſplendor gloriæ:& figura ſubſtantiæ
eius:cuius non ſolū deitatē,ſed etiā humani-
tatē adorare debemus:iuxta illud : Adorate
ſcabellū pedum eius,quoniā ſanctum eſt.Cæ
teras verò imagines & creaturas ſacras & ſan
ctas,id eſt,angelos,homines, & ſacramenta,
nō latria , ſed dulia poſſumus venerari. De
Gene.18 adoratione angelorū legitur,quòd Abraham
Gene.33 oculis eleuatis in conualle Mambre tres vi-
& 34 dit:& vnum adorauit ex angelis.Loth quoq;
duobus angelis intrantibus ciuitatem,occur-
rens adorauit,petens vt in domum ſuam ho-
ſpitio declinarent.De adoratione hominum,
legitur quòd Iacob videns Eſau venientem,
præceſſit vtrāq; turmā : & pronus in terram
ſepties adorauit. Filij quoq; Iacob adoraue-
rūt Ioſeph in ægypto.De adoratione ſancto
rum dicit Eccleſia. Crucem tuam adoramus
Domine. Et alibi legitur Chriſtiani ſacras
imagines piè venerantur & adorant.¶Sequi-
4 tur.Dieſ† quoq; noſtros. & nota , quòd Leo
Papa adiunxit infra actionem. Hanc igitur
oblationem , vſq; , placatus accipias. Beatus
autem Grego. has tres petitiones in canone
dicitur addidiſſe.Prima eſt : dieſq; noſtros in
tua pace diſponas:ſupple:per eum,qui pro no
bis eſt traditus in manus eorum , qui pacem
oderunt.Secunda:ab æterna damnatione nos
eripi:ſupple,per eum,qui pro nobis tēporali
morte damnatus eſt. Tertia:& in electorum
iubeas grege numerari:ſupple,per eum, qui
pro nobis damnatus eſt cū iniquis. ¶ In pace
5 tua &c.† Et nota,quòd eſt pax peccatorum,
pax iuſtorum, quæ dicitur pax pectoris ſiue
ſpiritualis:pax temporalis:& pax æternitatis.
De pace peccatorū dixit pſalmiſta:Zelaui ſu
per iniquos pacem peccatorum videns:Et de Pſal.67
pace iuſtorum,dicit Apoſtolus:Fructus , ſpi- Gal.5
ritus eſt:charitas,gaudium:pax,patientia.Hāc Ioan.14
reliquit Dominus Apoſtolis, dicens:Pacē re- Pſal.61
linquo vobis.De pace tēporis inquit prophe Ioan.14
ta:Orietur in diebus eius iuſtitia & abundan-
tia pacis.De pace æternitatis,Dominus dixit
Apoſtolis:Pacē meā do vobis:nō quomodo
mundus dat,ego do vobis.Pro hac triplici pa
ce ter oramus in miſſa. Primò in hac oratio-
ne:Hanc igitur:ibi:dieſq; noſtros in tua pace
diſpone.Secundò,in oratione libera nos:ibi:
Da propitius pacē in diebus noſtris. Tertiò,
in pax Domini:ibi:Da nobis pacē : vt de pace
tēporis,per pacem pectoris tranſeamus ad pa
cem æternitatis. Ob hoc etiam ſacerdos in
miſſa ter oſculatur altare,videlicet in princi.
canonis,dicens Vti accepta &c.& in oratione:
Supplices : & poſt orationem : Domine Ieſu
Chriſte:qui dixiſti Apoſtolis, licet quidā no-
nies oſculentur:vt ſui adiutoriū ad hoc impe
trandum nouē choros vel ordines angelorū,
in quibus omnes ſancti locati vel locandi
ſunt,inuocēt,vel inducāt,vel hoc faciūt,qua-
ſi gratias agentes de nouem ordinibus quos
quilibet ſacerdos gradatim ſuſcepit. ¶ Circa
6 huiuſmodi †altaris oſcula notandū eſt quòd
ſacerdos ea facit tribus temporibus in miſſa,
iuxta tria,quibus indiget:& alia tria ab eo in
altaris agenda.¶ Primò enim facit quædam
oſcula,ante collocationem hoſtiæ & calicis,
ſcilicet quando primò ad altare accedit:quā
do ad primam collectam dicturus eſt:Domi
nus vobiſcum,& iterum poſt euangelium di
cturus:Dominus vobiſcum. qui oſcula facit,
vt fiat dignus miniſter in ſacrificando. ¶ Se-
cundò facit alia poſt collocationem calicis,
& hoſtiæ prius, quàm communicet, ſcilicet
dicturus:Orate fratres &c.& quando in cano
ne dicitur: Vti accepta.& quādo dicit:Ex hac
altaris participatione : & finita oratione illa:
Domine Ieſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis:
quæ facit,vt ſit iuſtus in Chriſti corpore re-
cipiendo.¶ Tertio verò facit alia poſtquam
communicauit,ſcilicet dicturus Dominus vo
biſcum:ante poſtcommunionem:& comple-
ta oratione. Placeat tibi ſancta &c.quæ facit

vt ſufficiēs inueniatur gratia Domino Deo
pro receptis referendo. Verū oſcula, quæ fiūt
ante collocationē hoſtiæ & calicis: & ea, quę
fiūt poſt cōmunionem, fiunt ſuper altare, vi-
delicet in medio eius. Cū enim ſacerdotis di-
gnitas & authoritas in ſacrificando, necnon
ſufficientia ad referendas gratias de acceptis,
ſit ſolùm à Deo, à quo noſtra ſufficientia eſt:
idcirco ante calicis, & hoſtiæ locationem, &
poſtquam cōmuuicauit, oſculatur mediū alta
ris: per quod propter virtutē cōſecrationis &
vnctionis ibi in miſſa altaris factæ maximè
repræſentatur Deus: in quo vniuntur extre-
ma. Oſcula verò, quæ fiūt poſt calicis & ho-
ſtiæ collocationem antè, quàm communicet,
fiūt à ſiniſtris calicis, prope hoſtiam. Ad hoc
enim, quòd ſacerdos ſit iuſtus, in ſacrificādo,
requiritur non ſolū actio diuina, verūetiam
ſua. vnde Aug. Qui fecit te ſine te, nō iuſtifi-
cabit te, ſine te. Requiritur ergo diſpoſitio
ex parte ſua, quod fit, ſi nō reſiſtit diuinis mo
nitibus: ſed infuſio gratiæ fit ex parte Dei:
ideóq; oſcula quæ fiūt ante cōmunionē non
directè fiūt in medio altaris. ¶ Rurſus illud,
quod eſt ex nobis in iuſtificatione noſtra, eſt
quid diminutiuū, & eſt modicū reſpectu eius,
quod ex Deo eſt: meritò ergo fiūt à ſiniſtra
parte calicis, quæ eſt pars diminuta & obli-
qua reſpectu dextræ. Fiunt tamen iuxta ho-
ſtiam, tū quia in iuſtificatione plura & nobi-
liora ſunt à Deo ſeu à Chriſto, tum quia etiā
illud, quod à nobis eſt, potius haberet ratio-
nem mali, quā boni: niſi quodāmodo eſſet à
Deo per gratiā præuenientē elicitū, regula-
tum & acceptum. ¶ Poteſt etiā ſecundò dici,
quòd ideò quando calix & hoſtia nō ſunt ſu
per altare, oſcula fiunt in medio altaris vide-
licet directè ſuper locū crucis, ex chriſmate
in ipſius conſecratione factæ: quia Chriſtus
ſtans in medio diſcipulorū ſuorum, dixit eis:
Ioan. 20 Pax vobis: quæ pax per ipſa oſcula deſigna-
tur. Tertiò, ad deſignandū quòd ſicut habe-
Cant. 3 tur in Cāticis, Chriſtus aſcēſum in cruce pur-
pureū, id eſt, ſanguine rubricatū, media cha-
ritate mōſtrauit: quæ charitas per oſculū de-
ſignatur: quæ etiam media dicitur: quia com-
munis omnibus: pro omnibus enim voluit
7 pati ex charitate. ¶ † Porrò fiunt oſcula ipſa
manibus ſuper altare depoſitis. Primò ad no
tandum, quòd charitas per oſculum deſigna
ta, operibus debet inniti: nam ſecundū Greg.
Operatur magna, ſi eſt: ſi autem renuit ope-
rari, amor nō eſt. ¶ Secūdò, ad notandū, quòd
in altaris ſacrificio ſacerdos omniū tempora
liū curam deponere, & ſolùm ipſi ſacrificio
affixam mentē debet habere. Tertiò, ad de-
ſignandum, quòd ad hæc opera eius, non ſuf-
ficit, quòd ſolū Dei miſericordia obtinetur.
Adhuc nōnulli in locis ipſis oſculandis ſignū
crucis cum tribus extēſis digitis prius impri-
munt: tum quia omnia in fide trinitatis agē-
da ſunt: tum quia regulariter quicquid ori
applicandum eſt, debet prius crucis ſignacu-
lo inſigniri. ¶ Et quāquam altaris menſa cō-
ſecrata fuerit, & alia multa crucis ſigna in
ipſo miſſæ officio præceſſerint, nō tamē hoc
ſuperfluum: tum quia nō ratione ipſius loci,
ſed ratione operis in loco ipſo fienda ſunt:
tū quia quantūcunq; altaris menſa fuerit cō-
ſecrata: neſcitur tamen quid in loco ipſo
maligno ſpiritui permittatur à Deo. alia etiā
multa ſigna prius facta non ratione loci ſed
ratione conſecrationis corporis & ſanguinis
Chriſti facta fuerūt. Alij tamē in penultimo
& finali: Dominus vobiſcum, nec oſculantur
altare: nec in illo imprimūt ſignū crucis: ſed
ſe ſolū ante faciē ſuā ſignant, & bene: tū quia
per altaris oſculū, quod in fine miſſæ fit, in-
telligitur ſacerdos omnia præcedētia appro-
bare, & eis toto mentis affectu aſſentire: tum
quia per corporis Domini præſentiā omnis
immundus ſpiritus loco ipſo credendus eſt
aufugiſſe. De oſculo etiam altaris & libri,
ſub tit. de oſculo altaris dictum eſt.

ADNOTATIO.

DICITVR λατρεία. *Paulus ad Roma. xij. Rationalem cultum, quem* Deo *præſtare debemus*, τὴν λογικὴν λατρείαν *appellat: & θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ: hoſtiam uiuentem, ſanctam, acceptámque* Deo. *Cæterùm enim ille omnem uictimarum immolationem & oblationem, omnem item idolorum ſeruitutem aſpernatur abhorrétque.* N. D.

SVMMA.

1. Canonis quinta pars: Quam oblationem. & eius expoſitio. & num. 7. 8, 10. 11. 13.
2. Iudas, quarta feria, immane ſacrilegiū perpetrauit.
3. Cruces quinq; facit ſacerdos in quinta Canonis parte. Et quid illæ deſignent. 4. 5. 6.

Rationale,



9 Rationale, & rationabile, quid differant.
12 Hoſtia, dicitur ſalutaris, rationalis, acceptabilis, & rata. Et quibus idipſum rationibus.

## De quinta canonis parte. CAP. XI.

1 QVā oblationē &c. Quinta † pars
in qua ſacerdos accedit ad do-
minici corporis conſecrationē
dicēs Quā oblationē, id eſt ter
renā materiam, ad corpus tui
filij deſtinata, tu Deus quæſumus in omni-
bus, id eſt, tota cogitatione, tota mente, & to
to intellectu, digneris facere benedictā &c.
2 Sanè quarta feria Iudas † vnus ex duodecim, à
diabolo ſupplātatus, immane ſacrilegiū per-
petrauit: dum filiū Dei xxx. argenteis vendi-
Ioan. 12 dit Phariſæis in recōpenſatione damni, quod
incurrerat propter effuſionē vnguēti. Quare,
inquit, hoc vnguentū non venditur trecentis
denarijs, & datum eſt egenis? Dixit autē hoc
non quia de egenis pertinebat ad eum: ſed
quia fur erat, & loculos habens, ea quę mitte
bantur, aſportabat. Quilibet autē argenteus
valebat decē denarios vſuales. & ita damnū
vnguenti, quod valuerat trecentos denarios,
triginta compenſauit argenteis. Si verò dica-
mus argenteos fuiſſe denarios vſuales dice-
mus, quòd Iudas vendidit Chriſtū quaſi vile
mācipium triginta denarijs, qui ſunt decima
trecentorum denariorum quos valuerat vn-
Zac. 11 guentum propter quod Dominus deſpectiuè
loquitur per prophetā: Appenderunt (inquit)
mercedem meam triginta argenteos, pretiū
3 appretiati, quo appretiatus ſum ab eis. Ad de
ſignandum † ergo pretij quantitatem, quo
Chriſtus venditus eſt: ſacerdos hîc facit tres
cruces communiter ſuper oblatam & cali-
cem cùm dicit: benedictam, adſcriptam, & ra
tam: nam & trecēta pariter & triginta mul-
tiplicationem ſuſcipiunt à ternario: poſt-
modum autem ad deſignandum venditionē,
& emptionem, duas cruces imprimit ſigilla-
tim: vnam ſuper hoſtiam, & alteram ſuper ca
licem, cùm dicit: Vt nobis corpus & ſanguis
fiat. q. d. Illa venditio fuerat maledicta, pro-
ſcripta, irrita, iniqua, & deteſtabilis: ſed tu
Deus hanc oblationem digneris facere be-
nedictam, adſcriptam, ratam, rationabilem &
Pſal. 108 acceptabilem. Iudas enim dilexit maledictio
nem, & venit ei: & noluit benedictionem, &
elongata eſt ab eo: ſed tu Deus hanc obla-
tionem digneris facere benedictam: per quā
nos in cœleſtibus benedicas. Iudas deletus Pſal. 68
eſt de libro viuentium: & cū iuſtis non ſcribe
tur. Sed tu Deus hanc oblationē digneris fa-
cere adſcriptam: per quam nos inter electos
adſcribas. Iudas laqueo ſe ſuſpendit, & epi- Pſal. 108
ſcopatum eius accepit alter. Sed tu Deus di-
gneris hanc oblationē facere ratā, per quā ra
tū ſit noſtræ ſalutis promiſſum. vel rata, quo
ad confirmationem in omnibus bonis, ne ſi-
cut Cain offeramus, qui ſe non Deo, ſed
diabolo obtulit ſacrificium. Item Iudas exi-
uit condemnatus, & oratio eius facta eſt in
peccatum. Sed tu Deus, hanc oblationem fa-
cere digneris rationabilem, id eſt, ratione
plenam, per quam rationabile fiat noſtræ ſer
uitutis obſequium. Iudas quoq; reddidit ma Pſal. 108
lum pro bono, & odium pro dilectione retri
buit. Sed tu Deus, hāc oblationem facere di-
gneris acceptabilem, per quam nos tibi red-
das acceptos. ¶ Secundò fiunt tres cruces
4 † communiter ſuper oblatam & calicem: quia
Chriſtus tria communiter egit circa panem
& vinum, videlicet accepit, benedixit, & de-
dit. Poſtmodum ſpecialiter facit vnam cru-
cem ſuper oblatam: quia dixit: comedite: hoc
eſt corpus meum. & alteram ſuper calicem:
quia dixit: Bibite: hic eſt ſanguis meus, & ſe-
cundum hunc ſenſum rectè ſubiungitur: Qui
5 pridiè, quàm pateretur &c. ¶ † Tertiò fiunt
tres cruces, quia Iudas vendidit Chriſtum ad
crucifigendum tribus, ſcilicet ſacerdotibus,
& Scribis, & Phariſæis. Ad notandum ergo
communiter tres emptores, facit ſacerdos
tres cruces communiter ſuper oblatam, &
calicem, dum dicit: benedictam, adſcriptam
& ratam. Ad notandum verò diſcretè vendi-
torem, & venditum: vel tradentem, & tradi-
tum: facit duas cruces diſcretè ſuper obla-
tam & calicem, cum dicit: Vt fiat corpus &
6 ſanguis. ¶ Quartò tres † primæ cruces notant,
quod factum eſt, eſſe ex virtute crucifixi.
Vel, ſignificant tres dies, quibus Chriſtus prę
dicauit poſt Dominicam in ramis palmarū:
vel triduum quo in ſepulchro quieuit: vel
tria loca corporis, in quibus paſſus eſt, id eſt,
manus, pedes, & latus. Duę verò ſequentes,
ſignificāt diuinam & humanam naturam: vel
quòd Chriſtus in anima & corpore paſſus
eſt. Et fiunt quinq; in figurā, quòd Chriſtus
quinq; vulnera habuit: vel in quinq; crucibus

 tempus

tempus legis exprimimus, quod quinq; libris
diſtinguitur:& in quolibet Chriſti paſsio de-
notatur:quæ lex quinq; perſonis regebatur,
ſcilicet iudice,rege,principe,propheta,ſacer-
dote,quibus Chriſtus aſsimilatur. ¶ Poſſunt
quoq; præmiſſa verba ſecundo modo ſic ex-
poni:petimus vt Deus hanc oblationẽ † fa-
7 ciat benedictã,adſcriptã,& ratam,id eſt,vt eã
conſecret,approbet,& cõfirmet in rationabi
lem hoſtiã,& acceptabile ſacrificiũ:ita vt no
bis,id eſt,ad noſtrã ſalutẽ panis , fiat corpus:
& vinũ, ſanguis dilectiſsimi filij tui Domini
noſtri Ieſu Chriſti. Patri quidem dilectus eſt
filius,ſicut ipſe pater de cœlo teſtatus eſt, di
cens : Hic eſt filius meus dilectus &c. & nos
Matt. 3 eũ diligere debemus : quia ipſe prior dilexit
8 nos,& pro nobis paſſus eſt.¶† Tertio modo
ſic:Quęſumus, vt tu Deus hanc oblationem
facere digneris benedictã,id eſt,vt à te ſpiri-
tualiter benedicatur. Vnde virtute patris no-
ſtri fuit benedictus fructus virginis Mariæ:
adſcriptã, id eſt,talem , quæ de memoria tui
nulla poſsit obliuione deleri:ratã , id eſt ta-
lẽ,quæ de beneplacito tuo nulla poſsit obli-
uione conuelli:rationabilẽ,id eſt,talem, quæ
tuæ diuinæ rationi conueniat. Differt enim
9 † inter rationabile & rationale:rationabile
dicitur, quod de ratione procedit : rationale
verò dicitur,quod vtitur ratione : vnde & li-
ber iſte rationale vocatur:quia eorum , quæ
in eccleſiaſticis officijs aguntur, rationes cõ-
tinet. Acceptabilẽ,id eſt,vt per eam tibi Deo
10 acceptemur.¶ Quarto modo ſic: † Digneris
facere benedictam, id eſt, ſpiritu ſancto re-
plere,adſcriptam,id eſt,diuinitati adſcribere
ratam,id eſt,in veritate,vt ad ſalutẽ ſufficiat
ſolidare:rationabilem,id eſt,in noſtra fide:ac
ceptabilẽ,id eſt,in noſtra deuotione.¶ Quin
11 to modo ſic : quam † oblationem tu Deus
omnipotens digneris facere in omnibus be-
nedictam:hoc eſt transferre in eam hoſtiam,
quæ eſt omnimodè benedicta,adſcripta,rata,
rationabilis,& acceptabilis.benedicta dicitur
12 hoſtia ſalutaris,id eſt,ab † omni cauſa male-
dictionis immunis tam originali quàm actua
li,tam criminali , quàm veniali : ſicut Eliza-
Luc. 1 beth inquit ad virginem: Benedictus fructus
ventris tui.adſcripta dicitur , id eſt, figuris &
ſcripturis veteribus deſignata : tam in agno
paſchali,quàm in manna cœleſti,tam in Iſaac
immolando,quã in Abel immolato : quoniã
(vt inquit Ioãnes) Hic eſt agnus , qui occiſus
eſt ab origine mundi. Rata dicitur quaſi non
trãſitoria.ſicut vetus lex,quæ ceſsit,vbi noua
ſucceſsit:ſed quæ permanet in æternũ ſecun-
dum ordinẽ Melchiſedech.Rationabilis di-
citur,quaſi nõ pecualis,ſicut erat legalis,quę
ſanguine taurorũ & hircorũ non poterat à
peccato mundare:ſed quæ ſanguine proprio
conſcientias emundat ab operibus mortuis.
Acceptabilis dicitur, quaſi nõ illa,de qua di- Heb. 9
cit propheta:Sacrificium & oblationem no- Pſal. 39
luiſti:ſicut Dominus ait:Non accipiã de do- Pſal. 49
mo tua vitulos,neq; de gregibus tuis hircos: pſal. 115
ſed illa, de qua dicit Pſalmiſta:Tibi ſacrifi- Pſal. 49
cabo hoſtiam laudis. Vnde Dominus ait:Sa-
crificium laudis honorificabit me. Et ſecun-
dum hanc diſpoſitionẽ rectè ſubiungitur, vt
13 fiat † corpus & ſanguis dilectiſsimi filij tui
Domini &c. Patri enim dilectus eſt filius.
Iuxta illud: Hic eſt filius meus dilectus &c. Mat. 3
& nos eum diligere debemus:quia ipſe prior 1. Ioan. 4
dilexit nos,& paſſus eſt pro nobis. Augu.ve-
rò ſic exponit.Benedictã, per quam benedici
mur:adſcriptã,per quam in cœlo omnes ad-
ſcribimur. Ratam,per quã in viſceribus Chri
ſti,id eſt,de corpore Chriſti quod eſt Eccle-
ſia,cẽſemur Rationabilẽ,per quam à beſtiali
ſenſu exuimur.Acceptabilẽ,vt qui nobis ipſis
diſplicemus ꝑ hãc acceptabiles eius vnico fi-
lio ſimus:ſubiũgẽs quòd ſacerdos euãgeliſta
rũ verba aſſumẽs,dicit:Qui pridie,quã patere
tur &c. Amb. dicit, quòd hæc verba : Quam
oblationẽ adſcriptã,rationabilẽ,&c.ſunt ver
ba euãgeliſtę vſq; ibi:Accipite & mãducate,
& bibite ex hoc omnes.Alij verò dicũt quòd
Alexãder Papa primus addidit canoni verba
illa:Qui pridiè.vſq; : Hoc eſt corpus meum.

## S V M M A.

1 Canonis ſexta pars:qui pridiè , quàm patere-
tur.ab Alexandro Papa adiecta.Eteiusparti ũ
interpretatio.& num. 12.14.39.44.45.
2 Chriſtus paſſus eſt,ſexta feria.
3 Euchariſtia datur poſt baptiſma : ſicut olim
manna poſt tranſitum maris rubri. & quid
Euchariſtia.
4 Hoſtia,vnde dicatur.
5 Melchiſedech panem & vinum offerens,pri-
mus illum ſacrificij ritum exercuit.
6 Panis in ſacrificio debet eſſe de frumento, &
vinum de vite.
7 Panis ſacrificij , debet carere ſale. Et de eius
forma.num.8.





9 Panis ſacrificij , non debet eſſe fermẽta-
tus,ſed azymus.
10 Græci ſacrificant ex fermentato pane,
falſo ducti errore.
11 Sacrificans in fermentato,an conficiat.
13 Conſecrationis forma cur alia vtatur Ec-
cleſia , quàm fuerit tradita ab Euange-
liſtis.
15 Sacramenti fractio. Et an Chriſtus prius
fregerit , quàm conſecrarit : aut contrà.
Merè diuina,& paradoxa.
16 In Chriſti corpore, vnde miracula conſi-
derantur quæ percurrit Author per di-
ſcurſum num. 17.18.19.20.21.22.23.
24.25.26.27.
28 Gregorius Papa,cũ miniſtraret hoſtiã ma
tronæ ridenti & incredulæ orauit pro ea.
29 Hugo de ſancto Victore, quid reſponde
rit fratribus,ſimplicem ſibi offerentibus
hoſtiam.
30 Corpus Chriſti ſub alia ſpecie ſumitur:
quinq; potiſsimùm de cauſis.
31 Panis fractio,in altari.& eius intellectus.
32 Sacramentum mure corrodente, quid co
medatur.Item,quid incineratur, dum ſa-
cramentum crematur. num. 33.
34 Chriſtus,quale corpus ſuũ dedit in cœna
mortale,an immortale : paſsibile:an im-
paſsibile.& num. 35.
36 Iudas an cum alijs Apoſtolis,corpus Chri
ſti ſumpſerit.In vtranq; partem rationes
probabiles.
37 Euchariſtiam an debeat negare homini
criminoſo & ſceleſto ſacerdos.diſt ing.
38 Iudæ Chriſtús ne dederit ſacramentum,
ad bonum,an malum potius eius.
40 Chriſtus manu ſua communicauit Apo-
ſtolos.
41 Corpus Chriſti,ſumptũ & comeſtũ,quid.
42 Corpus Chriſti non violatur in ſeceſſu,
nec vomitu.
43 Panis an conſecretur prius,quàm vinum:
aut econtrà.aut ſimul & vnà.
46 Sacramenti formæ nihil eſt addendum,
detrahendum, tranſponendum, aut mu-
tandum.
47 Sacerdote vno deficiente quouis caſu,
poſt conſecrationem,an alius debeat to-
tum,vel partem ſupplere.
48 Conſecrari vna ſpecies tantùm & ſeor-
ſum,an poſsit.
49 Vino in calice prætermiſſo, quid agen-
dum ſacerdoti.
50 Sacerdotibus pluribus vni Epiſcopo concele
brantibus,an ille ſolus conficiat,qui primitus
pronuntiat verba.
51 Corpus Chriſti cur eleuetur , poſt conſecra-
tionem.latè & maximè num. 52.
53 Campanula, cur pulſetur in eleuatione ſacra
menti.

## *De ſexta parte canonis.*

### CAP. XLI.

QVi pridiè, quàm pateretur &c.
Sexta pars .& hæc verba dici-
1 tur † Alexander Papa primus
addidiſſe , vt præmiſſum eſt.
Quod autem hoc loco agitur,
repræſentat id,quod Chriſtus in cœna fecit:
& eſt ſenſus horum verborum: Qui pridiè,
quàm pateretur,id eſt vna die antè, quã ipſe
paſſus eſt pro nobis:voluit tradere diſcipulis
ſuis corporis & ſanguinis ſui myſterium , vt
2 illi traderent nobis. Quintadecima † nanq;
die primi menſis,qui tunc extitit feria ſexta,
paſſus eſt Chriſtus:& præcedente nocte:vide
licet decimaquarta luna primi menſis ad ve-
ſperam:vt leges ſcripturarum impleret : poſt
typicum paſcha,corporis & ſanguinis ſui ſa-
cramentum inſtituit:& Eccleſiæ tradidit fre-
quentandum. Sic enim fuerat præfiguratum
in Exod.x. die menſis primi tollat vnuſquiſq; Exod. 10
agnum per familias & domos ſuas:& ſerua-
bit eum,vſq; ad quartamdecimam diem mẽ
ſis huius:immolabítq; eum vniuerſa multitu
do filiorum Iſraël ad veſperam,& ſument de
ſanguine agni , ac ponent ſuper vtrunq; po-
ſtem , & inſuper liminaribus domorum , in
quibus comedent illum , & poſt pauca. Eſt
enim Phaſe hebraicè : πάσχα, Græcè: latinè
3 tranſitus Domini.¶† Illud autem notandum
eſt,quòd ſicut manna data fuit Hebræis poſt
tranſitum maris rubri iam ſubmerſis ægy-
ptijs : ſic euchariſtia datur Chriſtianis poſt
ablutionem baptiſmi , iam deletis peccatis:
vt per baptiſmum emundemur à malo : per
euchariſtiam confirmemur in bono. Sicut
enim manna populum illum per vaſtitatem
inuiæ ſolitudinis ad terrã promiſsionis perdu-
xit:ſic euchariſtia populum iſtum per inco-
latum vitæ præſentis ad patriam paradyſi
perducit : ſic dicta , quia non aliud inuenitur
vocabulum,quo dignè tantum ſacramẽtum
valeat appellari,niſi quòd Græcè melius dici

tur ἰυχαριςία,quod latinè exponitur ſecundũ
Iſido.bona gratia:vel ſecundum alios,dator
gratiæ.viaticum quoq; rectè appellatur,quia
deficiẽtes in via, deducit ad patriã.Sicut enim
filijs Iſraël à tranſitu maris rubri manna non
defuit,donec venirent ad terrã promiſsionis:
ita & fidelibus renatis per baptiſmum rubri-
catũ & ſanctificatũ ſanguine Chriſti nõ de-
ficiet euchariſtia,donec veniet finis huius ſe-
culi:Sed nec tũc , niſi quo ad hoc, quia vlte-
rius nõ ſumetur ſub ſpecie,ſed videbimꝰ Deũ
4 facie ad faciem.¶ Hoſtia† verò ſecundũ He-
bræos dicitur ab oſtio:quoniã ad oſtium ta-
bernaculi offerebatur. Sed ſecundũ gentiles 6
dicitur ab hoſte:quia deuictis hoſtibus fiebat
hoſtia,id eſt,ſacrificium:& victima pro vin-
cendis:de quo dictum eſt ſub ti.de oblatio-
ne.Dicitur quoq; hoſtia immolatio : quia ibi
Chriſtus ſacramentaliter immolatur:qui ſe-
mel in veritate pro peccatis immolatus eſt
in cruce:quod tractum eſt à mola , quæ fieri
ſolebat de quodam genere frumenti : quod
far ſeu ador dicitur. Quod ergo in manna
præceſsit,in euchariſtia conſummatur : nam
quãtamlibet quiſq; partem accipiat , totam
percipit euchariſtiam ſicut euenit de manna:
quia nec qui plus collegerat,habuit amplius:
Exod. 16 nec qui minus parauerat, reperit minus. Hãc
Sap. 16 ergo præfigurabat panis ille cœleſtis,de quo
ſapiẽs proteſtatur:Panẽ de cœlo pręſtitit ſine
labore omne delectamentũ in ſe habentẽ,&
Ioan. 6 omnis ſaporis ſuauitatem : quod de ſe Chri-
ſtus exponens:Ego (inquit) ſum panis viuus,
qui de cœlo deſcendi : ſi quis manducauerit 7
ex hoc pane,viuet in æternum.Et panis , quẽ
ego dabo,caro mea eſt pro mundi vita.Et eſt
notandum , quòd in Eccleſia communicatur
corpus Chriſti ſumendo pacẽ, dãdo panẽ be
nedictũ,& benedictionẽ ſuſcipiendo:vt dice-
tur ſub titu.de pacis oſculo. Qui autẽ vult cõ
municare,debet timorẽ,fidẽ & dilectionem
Gen.14 habere.de cõſe.diſt.ij.timorẽ.¶ Sequitur:ac-
5 cepit panẽ &c.Hunc † ſacrificij ritũ Melchi- 8
ſedech legitur celebraſſe primus, offerens
panẽ & vinum.Erat enim ſacerdos Dei altiſsi
Pſal.109 mi.Vnde dauid inquit ad Chriſtum:Tu es ſa-
cerdos in æternum,ſecundum ordinem Mel-
chiſedech &c. Sacrificiũ igitur euangelicum
præceſsit legale , non ſolum dignitate , ſed
etiam tempore,ſicut Apoſtolus plenius oſtẽ
dit in epiſtola ad Hebręos.Ideò verò panem
& vinum in ſacrificium corporis & ſanguinis

ſui Chriſtus inſtituit:vt in ſumptione corpo-
ris & ſanguinis Chriſti doceatur eſſe perfe-
cta refectio:quia ſicut præ cæteris cibis & po
tibus corporalibus, panis cor hominis confir
mat , & vinum cor hominis lætificat:ita &
corpus & ſanguis Chriſti præ cæteris cibis & Pſal.103
potibus ſpiritualibus interiorem hominẽ re Pſal.22
ficiunt & ſatiant : vnde Poculum tuum ine-
brians , quã præclarum eſt.In his enim duo-
bus plena conſiſtit, & perfecta refectio:ſicut
ipſe teſtatur:Caro mea,verè eſt cibus, & ſan Ioann.6
guis meus, verè eſt potus. De hoc etiã dice-
tur in ſeptima particula ſuper verbo : Hic eſt
calix.¶ Cæterùm † panis debet eſſe de fru-
mẽto, vinúmq; de vite:quia Chriſtus ſemet-
ipſum comparauit frumento, cùm ait : Niſi
granum frumenti cadens in terram , mortuũ
fuerit,ipſum ſolũ manet.Et vitis , cùm dixit:
Ego ſum vitis vera. Ipſe etiam fuit racemus
torculari crucis preſſus.Vnde Eſa.lxiij.Veſti-
menta tua,ſicut calcantiũ in torculari.Porrò
nec racemus vuæ,nec granum frumenti de-
bet offerri,niſi vel expreſſum in vinũ,vel re-
dactum in panem:de conſe.diſt.ij.cum omne.
quia Chriſtus & panem ſe dicit, & frumento
ſe comparat.In canone tamen Apoſtolorum
in bucardo lib.v.c.ſi quis , ita canitur: Si quis
epiſcopus vel presbyter præter ordinationẽ
Domini alia quædam in ſacrificio offerat ſu
per altare,ſcilicet mel, aut lac, aut pro vino
ſicerã,aut confecta quædã, aut volatilia , aut
animalia aliqua,aut legitimã conſtitutionem
faciens, deponatur.de hoc dictum eſt ſub ti.
de oblatione ſacerdotis.¶ Non† debet etiam
in pane ipſo poni ſal:quãuis quidam hæretici
contrà faciant, propter illud , quod ſcriptum
eſt : Quicquid obtuleris ſacrificij , ſale con
dies:& illud:Non auferas ſal fœderis Domi Leui.2
ni Dei tui de ſacrificio tuo.& illud : In omni
oblatione tua offeres ſal. Et in euangelio:
Omnis victima ſalietur : quæ de ſale diſcre-
tionis nõ materiali intelliguntur .Panis autẽ
† hîc formatur in modum denarij:tum quia
panis vitæ pro denarijs traditus eſt:tum quia
idem denarius in vinea laborantibus in præ-
mium dandus eſt:& in forma rotunda, vt di-
ctum eſt ſub tit. de oblatione. In hoc enim
pane ſæpe ſcribitur nomen & imago impe-
ratoris noſtri.q.j. quod quidam.in fine : quia
per eum ad imaginem Dei reformamur , &
nomina noſtra in libro vitæ ſcribuntur. Nõ-
nulli etiam ibi agnum figurant : tum quia is,
qui im



qui immolatur, verus eſt agnus : tum etiam,
propter illud,quod legitur Exod. xxix. Hæc
quidem facies in altari,offeres agnos iugiter
& vinum,ad libandũ in agno.¶ Panis† quoq;
9 non fermentatus,ſed azymus in ſacrificium
debet offerri:tum ratione facti, tum ratione
Exod. 12 myſterij. Scriptum nanq; eſt in Exod. prima
& decimaquarta die primimenſis ad veſperã:
comedetis azyma vſq; ad diem.xxj. eiuſdem
menſis ad veſperam.Item , ſeptẽ diebus fer-
mentatũ non inuenietur in domibus veſtris.
Item , qui comederit fermentatum , peribit
anima eius de cœtu Iſraël. Item , omne fer-
mentatum non comedetis.Itẽ,in cunctis ha-
bitaculis veſtris comedetis azyma.¶ Cũ ergo
Chriſtus die quartadecima primi menſis ad
veſperam cœnauerit cũ diſcipulis:& agnum
paſchalẽ comederit :& vtiq; ritu legali cum
azimis panibus & lactucis agreſtibus:conſtat
quòd ea hora fermentatũ no inueniebatur in
domibus Hebręorũ:& ita panẽ azimũ in cor
pus ſuũ abſq; dubio cõſecrauit.Cũ enim fer-
1. Cor. 5 mentũ corruptionẽ ſignificet: Vnde ſecundũ
Apoſtolũ : Modicum fermentũ totã maſſam
corrũpit:vt nihil corruptũ vel corrũpens:ſed
totũ ſyncerũ atq; ſyncerãs in hoc eſſe ſacra-
1. Cor. 5 mento monſtretur:non fermentatũ:ſed azi-
mum conſecramus. Iuxta illud Apoſtoli:Pa-
ſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus .itaq;
epulemur non in fermento veteri:ſed in azy
10 mis ſynceritatis,& veritatis.¶ Græci† tamen
in ſuo perſiſtentes errore,de fermentato cõ-
ficiunt : latinos azymitas vocantes, cùm ipſi
verius fermentarij valeant nuncupari. Dicũt
enim in Paraſceue lunam xiiij. extitiſſe , in
qua verus agnus eſt immolatus:vt legis im-
pleretur figura ,quæ xiiij. luna primi menſis
paſchalem agnũ iuſſerat immolari.Dominus
igitur eo die ſe paſſurum eſſe prænoſcens, in
præcedenti veſpera,neceſsitate ductus , anti-
cipauit comedere paſcha : & quia tunc licitè
poterat comedere fermentatum:ideò & ipſi
corpus Domini de fermentato conficiunt.
Dicunt enim , quòd cum beata virgo Maria
prægnans fuerit de ſpiritu ſancto , rectè per
fermentatum ſignificatur Domini incarna-
tio,propter virginei vteri tumorem.Sed re-
ſponderi poteſt,quòd non offerimus in ſacri-
ficium virginis vterum:nec ille eſt ad tranſ-
ſubſtantiandum neceſſarius , ſed fides & Dei
11 verbum.¶ Sed† nunquid conficit , qui fermẽ-
tatum,vel azymũ ſimul , & fermentatũ,hodie

apud nos ſacrificat?& videtur quòd non : cũ
Chriſtus azymum conſecrauerit ,quando ſa-
cramentum inſtituit,vt dictum eſt.Prætereà,
vt iam dicetur,Eccleſia à beatis Petro & Pau
lo hunc ſacrificij ritũ accepit.¶ Quidã tamẽ
cõtradicũt,præſertim ſi negligẽtia vel igno-
rãtia hoc facit:extrà de cele.miſ. c. ſi. Nã &
legitur in Leuitico:Offeretis panes fermẽta Leui.7
tos,cum hoſtia gratiarum : qui offeretur pro Leui.23
pacificis.Item in Pentateuco legitur:Offere-
tis panes primitiarum , de duabus decimis
fermentatæ ſimilæ.& multis cũ fermentato
12 ſacrificãtibus Eccleſia communicat. ¶ † Se-
quitur : Eleuatis oculis in cœlũ &c. Per hoc,
quòd Chriſtus oculos in cœlum leuauit, inſi
nuat nobis ſe habere à patre , quod habet,
quódq; in principio noſtrorum operũ debe-
mus dirigere mentis oculos ad Dominum,
tanquam ad doctorem omniũ operũ bono-
rum. Item per hoc , quòd oculos ad cœlum
leuauit,& patri gratias egit:docuit nos,quòd
ſemper patri ſupplicare debemus,vt hoc tam
magnũ ſacramentũ per manus noſtras per-
13 ficere dignetur. ¶ Hîc † autem tria comme-
morantur, quæ nullus euangeliſtarũ deſcri-
bit,videlicet: Eleuatis oculis in cœlum &c.
vſq;, diſcipulis ſuis.Item , æterni teſtamenti.
Itẽ,myſterium fidei.quis ergo tantæ audacię
extitit, vt hoc de corde ſuo tentauerit inter-
ponere:extrà de cele.mi.cùm Marthæ.¶ Sanè
formã iſtam verborũ ab ipſo Chriſto accepe
rũt Apoſtoli:& ab ipſis Eccleſia.Multa quidẽ
tã de verbis,quàm factis Dñicis propter bre-
uitatẽ prætermiſerunt euãgeliſtæ,quæ tamẽ
Apoſtoli ſuppleuerũt:vt eſt, quod Apoſtolus
ait in epiſtola j.Cor. xv. Viſus eſt pluſquàm
quingẽtis fratribus ſimul:deinde viſus eſt , &
Iacobo:deinde Apoſtolis omnibus : nouiſsi-
mè autẽ tãquã abortiuò viſus eſt & mihi.Nã
& inter ipſos euãgeliſtas quędã omittũtur ab
vno,quæ ſupplẽtur ab alio:vnde cũ tres euã-
geliſtæ cõmemorẽt:hoc eſt corpus meũ.ſo-
lus Lucas adiecit , quod pro vobis tradetur.
Et cũ Matthęus & Marcus dicãt,pro multis,
Lucas dicit, pro vobis:ſed Matthæus addidit
14 in remiſsionẽ peccatorũ.¶ † Sequitur:Gratias
agẽs &c.Hîc colligitur vnde ſacrificiũ laudis
dicatur. Dicitur enim ſic : Chriſtus gratias
agẽs &c. illud inſtituit. Gratias autẽ agebat,
nõ ꝑ ſe:ſed pro nobis,id eſt, pro reparatione
omniũ futura:de hoc dictũ eſt in ſecũda par
ticula,ſuper verbo:pro quibus benedixit &c.

Benedixiſti enim benedictione cœleſti, &
virtute verbi:qua cõuertitur panis in ſubſtã-
tiam corporis Chriſti, ſcilicet,hoc eſt corpus
meum.Et in prolatione huius verbi , fit crux
ſuper panẽ,quę ſignificat quòd Chriſtus paſ-
ſus eſt etiã in natura:totus enim paſſus eſt:&
ſecundũ animam & ſecundũ corpus:vt dice-
tur in xj.particula ſuper verbo:& præſtas : vt
totũ hominem redimeret. Quia enim Chri-
ſtus accepit panẽ & calicem,in ſanctas ac ve-
nerabiles manus ſuas,vtrũq; benedixit:ideò
ſacerdos Chriſti exẽplo,panem & calicem in
manus accipiens,vtrũq; per ſe crucis ſignacu
lo benedicit:quæ duæ cruces innuũt tempus
cœnæ,& tẽpus gratiæ:in qua duo parietes in
angulari lapide coniungũtur:vel quòd Gigas
geminæ ſubſtantiæ crucifigitur.Cùm autem
ad prolationem verborum iſtorum: Hoc eſt
pſal.108 corpus meũ:Hic eſt ſanguis meus : ſacerdos
conficiat:de conſe.diſt. ij. panis eſt :credibile
iudicatur:quòd & Chriſtus eadẽ verba dicen
15 do confecit.¶ Verùm † cum Dominus prius
fregerit , quàm conſecrauerit : videtur quòd
Eccleſia,quæ prius conſecrat , quàm frangat,
aliter agat,quàm Chriſtus egerit : & ſic pec-
cat:quoniam eius actio,noſtra debet eſſe in-
ſtructio.xij.q.j.exemplum.Super hoc dixerũt
quidam,quòd Chriſtus poſt benedictionẽ &
conuerſionem fregit : nam tunc cõfecit cum
benedixit:literã hoc ordine conſtruẽtes. Ac-
cepit panẽ,benedixit ſubaudiendũ eſt,dicens:
Hoc eſt corpus meũ:& tunc fregit , & dedit:
& ait : Accipite , & comedite.& iterauit:hoc
eſt corpus meũ.Prius ergo protulit hæc ver-
ba , vt eis vim conficiendi tribueret : deinde
protulit eadẽ , vt Apoſtolos formam confi-
ciendi doceret.Alij dixerunt,quòd etiã Chri-
ſtus prius fregit,quàm conſecrauit : nã prius
benedixit,& poſteà fregit:& demum protu-
lit verba illa:hoc eſt corpus meũ &c.& tunc
dedit:& ſecundum hoc & ſacramentum cõ-
fecit:& formã inſtituit poſt benedictionem,
cum dixit:Hoc eſt corpus meum:intelligen-
tes illam benedictionem fuiſſe vel aliquod
ſignum,quod ſuper panem impreſsit,vel ali-
quod,quod ſuper panẽ expreſsit:quibus illud
videtur obſiſtere,quòd prius fregit,quã dixit:
Hoc eſt corpus meum : nec eſt eſt credibile,
quòd prius dederit,quàm cõfecerit.Sanè dici
poteſt ꝙ Chriſtus virtute diuina nobis occul
ta primò cõfecit , & poſteà formã expreſsit,
ſub qua poſteri benedicunt. Ipſe nãq; virtute
propria benedixit : nos verò ex illa virtute,
quam indidit verbis.Cùm ergo ſacerdos illa
Chriſti verba pronũtiat:hoc eſt corpus meũ:
& hic eſt ſanguis meus:panis & vinũ in car-
nẽ,& ſanguine conuertuntur, illa verbi virtu
te,qua verbum caro factũ eſt,& habitauit in
nobis : quia dixit & facta ſunt:mandauit &
creata ſunt:qua fœminã mutauit in ſtatuam:
& virgã conuertit in colubrẽ:qua fontes mu- Ioann.1
tauit in ſanguinẽ:& aquam conuertit in vinũ. pſal.148
Nam ſi verbum Heliæ potuit ignẽ de cœlo Exod.4
deponere:nónne verbum Chriſti poterit pa-
nem in carnem mutare ? certè maius eſt de
nihilo creare, quod non eſt : quàm quod eſt
in aliud tranſmutare:de conſe.diſt. ij.re vera.
&.c.panis.& incomparabiliter maius eſt, quã
Deus ita factus eſt homo quòd nõ deſijt eſſe
Deus:quàm quòd panis ita fit caro,quòd de-
ſinit eſſe panis. Illud per incarnationem ſe-
mel factũ eſt:iſtud per conſecrationẽ iugiter
fit.Ad prolationem ergo verborum panis di-
uinitus tranſſubſtantiatur in carnem : diuina
enim & materialis huius ſacrificij ſubſtantia,
eſt verbum : quod accedens ad elementum,
perficit ſacramentum : ſicut verbum carni
vnitum effecit,hominem Chriſtum. ¶ No-
16 tandum† eſt autem,quòd in corpore Chriſti
vndecim miracula conſiderãtur , de quibus
expreſſa reddi ratio non poteſt:licet ſimilitu-
dinariè rationes ad hoc deſeruiant.¶ Primum
17 † eſt,quòd panis & vinum tranſſubſtantian-
tur in corpus,& ſanguinem:de quo iam ratio
nes poſitæ ſunt.Alia etiã ratio huic deſeruit:
quia & cibus & potus corporalis, fit caro,&
ſanguis mediãte natura : multò ergo fortius
ipſa natura , ſcilicet Deus immediatè facere
poteſt,quòd panis cõuertatur in corpus ſuũ,
18 & vinũ in ſanguinẽ.¶ Secũdũ † eſt, quòd quo
tidie panis tranſſubſtãtiatur in corpus,& nul
lum fit augmentũ in Deo : ratio huic deſer-
uit:quia & ſi ſcio aliquod ſecretũ,quod pluri
bus manifeſto:licet illud omnes illi me reue
lãte ſciãt:tamẽ in me ſolo ſiue in mẽte mea
19 nullũ ꝓpter hoc fit augmẽtũ. ¶ Tertiũ † ꝙ a
quotidie ſumitur,& comeditur:nec aliqua fit
eius diminutio.ratio, ꝙa & ſi de lumine meo
lumina mille ſumãtur,nil deperit in meo:nã
& vidua ſaraptena comedebat, & nunq̃ dimi
nuebatur farina de hydria:nec oleũ de lechy
20 to.¶ Quartũ † eſt,ꝙa indiuiſibile diuiditur:&
in qualibet parte euchariſtię totus & integer
remanet.ratio in ſpeculo,in quo aliqd repre-





ſentatur:& ſi diuidatur per partes,in qualibet
parte idẽ repræſentatur:vt dicetur in ſequen
ti particula ſuper verbo:Simili modo.¶ Quin
21 tum,† quia à criminoſis ſumptũ,nõ coinqui-
natur.ratio,quia nec ſol tranſiens ſuper loca
fœtida coinquinatur. xix.diſtinct.ſecundum.
22 ¶ Sextũ,quia † corpus Chriſti quod eſt cibus
vitæ peccatoribus eſt mortale : vt dictum eſt
in proœmio huius partis : ratio quia & infir-
mis & debilibus corpore bona cibaria,vt ca-
pones,& bona vina ſunt nociua.¶ Septimum,
23 quia † ſumptum à ſacerdote & quolibet alio:
ore clauſo in cœlum rapitur:de cõſecra.diſt.
ij.quia corpus.in prin.vt iam dicetur ſuper
verbo:Accipite.ratio,quia de corpore virgi-
nis incorruptę Chriſtus exiuit:qui etiã de mo
numẽto clauſo ſurrexit,cùm ſit res ſimpliſsi-
ma,& oſtio clauſo in locũ vbi erant diſcipuli
24 intrauit.¶ † Octauum,cum ſit corpus immen
ſum,quod in tã parua hoſtia ſtat. ratio,ꝙa &
pupilla oculi,quæ minima eſt,magnũ montẽ
25 apprehẽdit.¶ Nonum,† quia idem corpus to
tum ſimul in diuerſis locis conſiſtit,& à di-
uerſis percipitur,& videtur ratio,quia & ver-
bum hominis ſemel prolatum,iuxta vocis na
turã,totum ſimul eſt in auribus diuerſorum.
Præterea,qui fecit corpus & locum : vtrunq;
facit in altero eſſe , vt vult. Rurſus , luna &
ſol,& lumen,in diuerſis locis à diuerſis viden
26 tur.¶ Decimum,quia † pane tranſſubſtantia
to,remanent accidentia panis:ſcilicet tactus,
color,& ſapor:ratio,per ſimilitudinem defe-
27 cit hîc:vt dicetur ſuper verbo:Fregit.¶ † Vn-
decimũ,quia ſub ſpecie panis eſt , & ſumitur
corpus & ſanguis Chriſti:imò totus Chriſtus.
Similiter ſub ſpecie vini,eſt & ſumitur vtrũq;:
& tamen nõ eſt ibi duplex ſumptio,corporis
& ſanguinis Chriſti . ratio , quia licet in vno
prandio comedam ante potum,& pòſt:nõ ta
men dicor bis prãdere:& de hoc dicetur ſub
vij particula ſuper verbo:ſimili modo.Verũ-
tamen (ſicut ait Leo papa de cõſecr.diſtin.ij.
in quibus.) Quid quæris naturæ ordinem in
Chriſti corpore,cum præter naturam ſit ipſe
28 natus Chriſtus ex virgine?¶ Et not.ꝙ † quæ-
dam matrona ſingulis diebus dominicis offe
rebat panes beato Grego.qui cum poſt miſſa
rum ſolennia corpus Domini illi offerret,&
diceret:corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti cu
ſtodiat te in vitã æternam,illa laſciua ſubri-
ſit : ipſe verò mox dextrã ab eius ore cõuer-
tens,partem illam Dominici corporis ſuper
altare depoſuit,deinde corã populo matronã
interrogauit,ob quã cauſam ridere præſum-
pſerit.At illa inquit:quia panem,quẽ proprijs
manibus fecerã,tu corpus Domini appella-
bas.Tunc Grego.pro mulieris incredulitate
ſe in orationẽ proſtrauit:& ſurgens particu-
lam illam panis ad inſtar digiti carnẽ factam
reperit:& ſic matronam ad fidem conuertit.
Orauit iterum,& carnem illã in panem con-
uerſam vidit,& matronæ ſumẽdam tradidit.
29 ¶ Legitur † quoq;,ꝙ cum Hugo de ſancto
victore,doctor excellentiſsimus,vltima infir
mitate laboraret corpus Domini inſtãter pe
tijt ſibi dari : cũque nullum cibum retinere
poſſet,fratres eius turbationem timentes ſim
plicem ſibi hoſtiã attulerunt , quod ille per
ſpiritum agnoſcẽs ait:Miſereatur veſtri Deus
fratres:cur me deludere vultis?Iſte enim quẽ
portatis,Dominus meus non eſt.At illi atto-
niti,mox corpus Domini attulerunt:ſed ipſe
ſe videns nõ poſſe recipere,eleuatis in cœlũ
manibus ſic orauit:Aſcẽdat filius ad patrem:
& ſpiritus ad eum,qui fecit illum. Eccle.vlti.
Et inter hæc verba ſpiritum emiſit,& corpus
30 Domini inde diſparuit. ¶ Quinque autẽ † ex
cauſis ſacramentũ corporis & ſanguinis ſui
Chriſtus ſub alia ſpecie ſumendum inſtituit.
¶ Prima eſt ad augendũ meritũ:quoniã aliud
ibi cernitur,& aliud eſſe creditur, vt fides ha
beat meritũ,cui humana ratio nõ præbet ex-
perimentũ:de pœni.diſtin.iiij.in domo. ¶ Se-
cunda eſt,ad fouẽdum ſenſum,ne abhorreat
animus,quod cerneret oculus:quia nõ cõſue
uimus carnem crudam comedere, vel ſangui
nem humanum bibere:de conſecra.diſtin.ij.
panis eſt.Fouetur enim ſenſus in vno,dum vi
delicet ſolita percipit:& ædificatur fides in al
tero,dum in eo quod videt ,quale ſit illud,
quod non videt,agnoſcit. ¶ Tertia eſt,ad vi-
tandum ridiculum,ne inſultaret paganus,cũ
illud ageret Chriſtianus : vt ita veritas adſit,
& ridiculum deſit. ¶ Quarta,quia non poſſet
mortalis homo intueri claritatem , quæ eſt
in corpore Chriſti.quod experti ſunt diſcipu Matt. 17
li in transfiguratione:prætereà panis confir- Pſal.103
mat:& vinum lætificat cor hominis. ¶ Quin-
ta,non ſumitur ſub ſpecie agni,ne iudaizare
videamur,& de more legali agnum offeren-
31 tes.¶ Sequitur † fregit.quæri ſolet.quid Chri
ſtus in menſa fregit,& quid ſacerdos nunc in
altari frangit?Et fuerunt,qui dixerunt , quòd
ſicut poſt conſecrationem vera panis rema-

nent accidentia : ſic & vera panis ſubſtantia:
quia ſicut ſubiectũ non poteſt ſubſiſtere ſine
accidentibus:ſic accidentia nõ poſſunt ſubſi-
ſtere ſine ſubiecto:quoniã accidentis eſſe,nõ
eſt aliud,quàm ineſſe : ſed panis & vini ſub-
ſtantijs permanentibus,ad prolationẽ illorũ
verborũ: corpus & ſanguis Chriſti. veraciter
incipiunt eſſe ſub illis:ita quòd ſub eiſdem
accidentibus vtrũque verè ſuſcipitur, ſcilicet
panis,& caro,vinũ,& ſanguis:quorũ alterum
probat ſenſus:reliquum credit fides.Hîc di-
cunt,quòd ſubſtantia panis frangitur ac atte-
ritur,inducentes ad hoc illud Apoſtoli:panis
1.Co.10 quem frangimus.Et Lucas: Vna ſabbati, cum
Actu. 20 veniſſemus ad frangendũ panes &c.Et ſecun
32 dum eos dum ſacramentũ à mure † corrodi-
tur,etiã ipſa panis ſubſtantia comeditur, ſub
qua corpus Chriſti mox eſſe deſinit,cũ cor-
rodi incipit:de cõſecra.diſtin.ij.qui bene.ſu-
per verbo:hoc eſt corpus.Inno.iij.dixit in ſpe
culo Eccleſiæ quòd forma panis frangitur &
atteritur:ſed corpus Chriſti ſumitur & come
ditur,ea quæ notãt corruptionem,referẽs ad
formam panis:ea verò,quæ notant acceptio
nem,ad corpus Chriſti. Berengarius quippè,
quia ſuſpectus habebatur de hæreſi, coram
Nicolao Papa cõfeſſus eſt panem & vinum,
quæ altari imponuntur poſt cõſecrationẽ,nõ
ſolùm ſacramentum:ſed etiam in veritate ve
rum corpus & ſanguinem Chriſti eſſe,& ſen
ſualiter non ſolùm ſacramentum , ſed etiam
in veritate manibus ſacerdotũ tractari,fran-
gi,& fidelium dentibus atteri:nõ autem cor-
pus Chriſti vel in partes diuiditur,vel denti-
bus laceratur,cùm ſit immortale,& impaſſi-
bile.Sed in qua re fiat fractio vel attritio:Bea
tus Augu.de conſecra.diſtin.ij.qui manducat,
oſtendit,dicens:Quando Chriſtus manduca-
tur,reficit,non deficit:nec quando manduca-
mus,partem de illo facimus.Et quidem in ſa
cramento ſic fit.Nam & Chriſtus carnalem
ſenſum diſcipulorum redarguit,qui putabant
carnem eius,ſicut aliam carnem diuidendam
in partes & morſibus lacerandam.Dicitur au
tem forma panis,non quod ſit:ſed quod fuit,
ſicut dicebatur Simon leproſus,non quòd ta
lis exiſteret : ſed quia talis extiterat. Si verò
quæratur quid à mure comeditur,dum ſacra
mentum corroditur , vel quid incineratur:
33 dum ſacramentum crematur . † Reſpondet
ipſe Innocen.quòd ſicut miraculosè ſubſtan
tia panis conuertitur in corpus Domini,cùm
incipit eſſe ſub ſacramento:ſic quodammo-
do miraculosè reuertitur,cùm ipſum ibi deſi
nit eſſe:non quòd illa panis ſubſtantia reuer-
tatur,quæ tranſiuit in carnem : ſed eius loco
aliud miraculosè creatur, quamuis huiuſmo-
di accidẽtia ſine ſubiecto poſsint eſſe,ſic edi.
34 ¶Dedit.† Quæri ſolet quale corpus Chriſti
in cœna dedit mortale,aut immortale, paſsi-
bile aut impaſsibile : ac cætera quæ ad hanc
pertinent quæſtionem?Et licet ſimplicitate
fidei ſufficiat dicere,quòd tale dedit , quale
voluit.Et rurſus quale dederit,ipſe nouit.Fue
runt tamen,qui dixerũt quòd ſicut veraciter
ipſe idem erat,qui dabat,& qui dabatur : ita
in eo quod dabat,erat paſsibilis & mortalis,
& in eo , quod dabatur erat immortalis,&
impaſsibilis ſicut viſibiliter geſtabat,& inuiſi
biliter geſtabatur.inuiſibiliter inquã,quantũ
ad formã corporis,nõ quantũ ad ſpeciẽ ſacra
mẽti.Nã in eo quod geſtabat,quod erat,hoc
apparebat:in eo verò quod geſtabatur, quod
erat ipſe,nõ videbatur:quia forma panis & vi
ni, velabat formã carnis & ſanguinis.Hic eſt 1.Re.17
ille verus Dauid , qui corã Achis rege Geth
ſuis manibꝰ ferebatur.Quoniã igitur immor
talis dabatur, incorruptibiliter edebatur. Hi
profectò cõcedunt,quòd ſi pars aliqua ſacra
menti per triduum mortis Chriſti reſeruata
fuiſſet,idem corpus ſimul & iacebat mortuũ
in ſepulchro , & manebat viuum ſub ſacra-
mento in ara crucis patiebatur,& ſub forma
panis nõ lędebatur.Sed quoniam incredibile
iudicatur,vt ſecundum eandem naturam ſi-
mul eſſet mortalis & immortalis , quod ta-
men congruebat ei,ſecundum eandem perſo
nam:fuerunt alij,qui dixerunt,quòd Chriſtus
mortalis vtique fuit,non neceſsitate,ſed vo-
luntate:in eo quippè quòd immunis erat ab
omni culpa, liber erat ab omni pœna : vt nil
morti deberet:pro eo,quòd nil peccati habe
ret.Suſtinuit tamen ſponte mortalitatẽ:quia
mortem ſuſtinere volebat:quoniam ſi morta
litatem non ſuſcepiſſet,omnino mori nõ po-
tuiſſet.vt ergo probaret,quòd mortalis erat
non neceſsitate, ſed volũtate:quando voluit,
mortalitatem depoſuit:& quãdo voluit,mor
talitatem recepit.Legitur in euangelio,quòd Lucæ 4
cum Iudæi duxiſſent Ieſum,vſque ad ſuper-
cilium montis,& eum præcipitare vellẽt,ille
tranſiens per medium illorum ibat.Cùm er-
go eſſet



go eſſet ducendus,teneri ſe,ſicut paſsibilem
tolerabat:ſed cùm eſſet præcipitandus,ſicut
impaſsibilis , per medium illorum tranſibat.
35 † Poteſt tamen ſalua fide concedi:quòd tunc
tale dedit,quale tunc habuit mortale:videli-
cet & paſsibile:non quòd poſſet pati ſub ſa-
cramento,ſcilicet nunc : ſed quòd ſub ſacra-
mento poterat pati,ſcilicet tunc. Nunc autẽ
ſumitur à nobis immortale , & impaſsibile:
nec tamen maiorem nunc habet efficaciam,
ſicut nec maiorem potentiã.Quia ergo paſsi
bilis edebatur,& tamen non lædebatur , non
erat humanæ naturæ : ſed diuinæ potentiæ,
qua volebat quicquid omnino volebat.¶ Di-
36 ſcipulis ſuis. Dubitari ſolet,vtrũ Iudas † cum
alijs acceperit euchariſtiã.Lucas enim oſten-
dit Iudam interfuiſſe cum alijs , qui ſtatim
pòſt,calicis traditorem cõmemorat , dicens:
Luc.22 Hic eſt calix noui teſtamenti , in ſanguine
Marc.14 meo:qui pro vobis effundetur. Verũtamen
etiam : ecce manus tradentis me,mecum eſt
in menſa.quotquot autem interfuerunt , eu-
chariſtiam acceperunt , Marco teſtante , qui
ait:Et biberũt ex eo omnes.Iuxta quod Chri
Matt. 26 ſtus ipſe præceperat,teſte Matthæo : Bibite
ex hoc omnes.Econtrà Iudas non interfuiſſe
probatur. Nam ſecũdum Matthæum,ſtatim
dixit Ieſus bibentibus calicem : non bibam
Ioan.13 amplius de hoc genimine vitis, vſq; in diem
illum,cum illud bibam vobiſcum nouum,in
regno patris mei.Iudas ergo nõ aderat:quia
cum eo non erat biburus in regno. In hoc
caſu fortè tenendum eſt illud,quod Ioannes
inſinuit:quia cùm Iudas accepiſſet bucellam,
exiuit continuò,erat enim nox.Chriſtus au-
tem poſt alios cibos , tradidit euchariſtiam,
Luc.22 Luca teſtante qui ait : Similiter & calicem,
poſtquàm cœnauit. Patet ergo , quòd Iudas
prius exiuit,quàm Chriſtus traderet euchari
ſtiam.quod ergo Lucas poſt calicem comme
morat traditorem , per recapitulationem in-
telligi dictum poteſt:quia ſæpe in ſacra ſcri-
ptura , quod prius factum fuerat poſterius
enarratur:ſicut Matthæus biduo ante paſcha
commemorat alabaſtrum vnguenti:quod ſe-
cundum Ioan.ante ſex dies paſchæ mulier in
37 domo Simonis leproſi effudit.Sed † conceſ-
ſo,quòd Iudas acceperit euchariſtiam , quod
plærique concedunt:quare medicus ſalutaris
medicinam dedit ægroto , quam ei mortife-
1.Cor.2 ram eſſe ſciebat : quoniam qui manducat in-
dignè, iudicium ſibi manducat &c. Reſpon-
deo,fortè vt ſuo doceret exemplo,quòd ſa-
cerdos nõ debet illi communionem negare,
cuius crimen,& ſi ſit ſibi notũ:non tamen eſt
Eccleſiæ manifeſtum:ne fortè non ſit corre-
ctor,ſed proditor. Vnde legitur in canone,de Pſal.21
conſecratione.diſtinctione ij.non prohibeat.
Non prohibeat diſpenſator,id eſt, ſacerdos,
pingues terræ,id eſt,peccatores,menſam Do
mini,id eſt,corpus & ſanguinem Chriſti man
ducare : ſed moneat exactorem timere. Sed
cùm minus malum ſit reddi ſuſpectum de
crimine,quàm committere crimen:& de duo
bus malis,cùm alterum vrget,minus tamen
ſit eligendum. xiij . diſtinctione.duo.& cap.
nerui.videtur,quòd diſcretus ſacerdos nega-
re debet euchariſtiam criminoſo : quatenus
minus malũ incurrat,vt maius euitet,id eſt,
vt reddatur ſuſpectus,ne manducet indignè.
Sanè cum nemo debeat vnum mortale com
mittere,ne proximus aliud mortale commit
tat,eligendum eſt potius ſacerdoti non pro-
dere peccatorem , quàm vt ille non peccet:
ſed ille potius debet eligere , vt abſtinendo
reddatur ſuſpectus,quàm quòd communican
do manducet indignè.xiiij.diſtinctione.cap.j.
¶Sed quæritur,an Chriſtus ad bonum,an ad
38 malum † euchariſtiam Iudæ tradiderit? Et
quidem non videtur ad bonum dediſſe , ne
ſua ſit intentione fraudatus,qui teſte prophe
ta,fecit vniuerſa,quæ voluit.Iudas enim non Pſal.134
ad bonum,ſed ad malum accepit : ſed nec ad
malum dediſſe videtur : quia Chriſtus non
eſt actor malorum : ſed vltor.Reſpondetur,
quòd ſi hæc prępoſitio ad,cùm dicitur, dedit
ad malum , intentionem denotet , vel effe-
ctum , falſa eſt propoſitio.Si autem conſe-
cutionem innuat vel effectum,vera eſt.Sanè,
quia Chriſtus bucellam intinctam Iudę por-
rexit,conſtitutum eſt ab Eccleſia ne eucha-
riſtia detur intincta:de conſecratione.diſtin-
ctione ij. cum omne . nec debet intelligi,
quòd ſub bucella panis intincta,Chriſtus eu-
chariſtiam dederat traditori : ſed per bucel-
lam intinctam atque porrectam , ſuum de-
39 nique traditorem expreſsit . ¶ † Sequitur:
Accipite & manducate.Quis vnquã crederet,
ꝙ panis in carnẽ & vinũ in ſanguinẽ cõuerti
potuiſſet:niſi ipſe ſaluator hoc diceret: Qui
panẽ & vinũ & omnia ex inuiſibilibus creauit.
Voluit ergo per nos panẽ & vinũ ſibi offer-
ri:& ab

ri:& ab ipſo diuinitus conſecrari:vt fidelis po
pulus credat verum eſſe myſteriū,quod ipſe
Matt. 26 tradidit diſcipulis ſuis,dicens: Accipite & man
ducate:ſimiliter & de calice dixit.¶Sanè non
40 eſt † intelligēdum,quòd ſi ſumptum corpus
de manu domini, ſibi diſcipuli miniſtrarent:
ſed qui conſecrauit, idem & miniſtrauit:ac ſi
diceret:Comedite.hanc vtrāque huius ſacra-
menti comeſtionem inſinuant. Dupliciter
enim corpus Chriſti comeditur:quia duplici-
ter intelligitur ſcilicet verū,quod de virgine
traxit,& in cruce pepēdit,& myſticum,quòd
Eccleſia Chriſti ſpiritu vegetata. De vero cor
pore Dominus ait:hoc eſt corpus meū,quod
pro vobis tradetur. De myſtico dicit Apoſto
lus: Vnus panis,& vnū corpus, multi ſumus.
Verum corpus Chriſti comeditur ſacramen-
taliter,id eſt,ſub ſpecie. Myſticum autē, co-
meditur ſpiritualiter,id eſt,ſub ſpecie panis,
in fide cordis. De comeſtione ſacramentali di
Luc. 22 cit Dominus: Accipite & comedite: hoc eſt
corpus meum:quod pro vobis tradetur: hoc
facite in meam cōmemorationem. Hoc mo-
do tam boni quàm mali Chriſti corpus man
ducant:ſed boni ad ſalutem,mali verò ad iu-
dicium. Niſi enim & mali Chriſti corpus co-
mederent,nō dixiſſet Apoſtolus ad Corin.xj.
1.Co.11 Qui manducat indignè,iudicium ſibi mandu
cat,non dijudicans corpus Domini. Ille autē
indignè ſumit,qui ſacramentaliter & nō ſpiri
tualiter ſumit. Nam & Iudas cum alijs tradi
tur euchariſtiā accepiſſe, vt iam dictum eſt.
De ſpirituali comeſtione Dominus ait: Niſi
Ioan.6 manducaueritis carnē filij hominis,& biberi
tis eius ſanguinē, nō habebitis vitā in vobis.
hoc modo corpus Chriſti comedūt ſoli boni:
Ioan.6 vnde qui mādùcat meā carnē,& bibit meum
1.Ioan.4 ſanguinem, in me manet & ego in eo. Nam
qui manet in charitate, in Deo manet, &
Deus in eo: vt quid paras dentē & ventrem?
crede,& manducaſti:de conſecra.diſtin.ij.vt
quid.qui credit in Chriſtum, comedit ipſum,
quoniā incorporatur Chriſto per fidē,id eſt,
membrū eius efficietur:vel vnitate corporis
eius firmius ſolidatur. Alibi enim quod man-
ducatur,incorporatur:& qui mādùcat,incor-
porat:hoc autē quod mādùcatur,incorporat,
& qui manducat,incorporatur. Vtrūq; mo-
dum edendi Chriſtus inſinuat,vbi dicit:Spiri-
Ioan.6 tus eſt,qui viuificat:caro non ꝓdeſt quicquā:
quia caro Chriſti niſi ſpiritualiter comeda-
tur nō ad ſalutē,ſed ad iudiciū manducatur.

41 ¶Sed † quid eſt de corpore Chriſti poſtquàm
ſumptū fuit & comeſtū? Reſpōderi poteſt,ꝙ
ſi præſentia quæritur corporalis, in cœlo
quæratur, vbi Chriſtus eſt in dextra Dei ſe-
dens:de cōſecra.diſtin.ij.tribus. Ad tēpus ta-
men præſentiā adhibuit corporalē,vt ad ſpi-
ritualē præſentiā inuitaret. Vnde cum ſacra-
mentū tenetur guſtatur & comeditur:Chri-
ſtus corporaliter adeſt in viſu & in ſapore,&
quādiu corporalis ſenſus afficitur,corporalis
pręſentia nō aufertur. Poſtquàm verò in per-
cipiēdo ſenſus deficit corporalis,deinceps nō
eſt quærenda præſentia corporalis:ſed ſpiri-
tualis eſt retinēda:quia diſpēſatione cōpleta
Chriſtus de ore tranſit ad cor. Melius eſt
enim,vt ꝓcedat in mentē,quàm deſcendat in
ventrē.cibus eſt,nō carnis,ſed animæ: venit,
vt comedatur,non cōſummatur:vt guſtetur,
nō vt incorporetur: ore comeditur: ſed ſto
macho nō digeritur:reficit animū:ſed nō ef-
fluit in ſeceſſum. Illud verò,quod Dominus
ait:Omne quod in os intrat,in ventrē vadit:& Matt. 15
in ſeceſſum emittitur:nō de ſpirituali:ſed de
carnali cibo dictū eſt.¶Quòd ſi fortè ſeceſ-
42 ſus,† aut vomitus poſt ſolā euchariſtię perce
ptionem euenerit,ex accidētibus humoribus
generatur:cū interdū humores abſq; cuiuſli-
bet cibi materia vel effluāt in ſeceſſum, vel
emittātur ad vomitū:ita quòd quātū ad nos,
ſeruat per omnia corruptibilis cibi ſimilitudi
nem:ſed quantū ad ſe,nō amittit immolabi-
lis corporis veritatē.ſpecies quādoque corro
ditur,& maculatur: ſed veritas nunquā cor-
rumpitur,aut inquinatur:ſed quādo tale quid
videris,noli timere ſibi: ſed eſto ſolicitus ti-
bi,ne tu fortè lędaris ſi malè credideris.¶Se-
43 quitur:hoc † eſt corpus meū. Cum ad prola-
tionē iſtorū verborū:hoc eſt corpus meū.pa
nis mutetur in corpus:& ad prolationē iſto-
rum verborū:Hic eſt ſanguis meus.vinū mu-
tetur in ſanguinē.de conſecra.diſtin.ij.panis
eſt.& prius proferātur iſta verba, quàm illa:
videtur quòd panis prius mutetur in corpus,
quàm vinū in ſanguinē. Et ita videtur per con
ſequēs,ꝙ corpus ſine ſanguine eſt: vel ſan-
guis eſt ſine corpore. Propterea dicitur à qui
buſdā,ꝙ cū totū eſt dictū,totū eſt factū no-
lētes vel nō volētes ipſius cōuerſionis deter
minare momentū. Alij verò dicūt,ꝙ licet ad
prolationē pręcedentiū verborū panis anteà
mutetur in corpus:& ad ꝓlationē ſequentiū,
vinū poſteà mutetur in ſanguinē:nūquā tamē
corpus



corpus eſt ſine ſanguine:vel ſanguis ſine cor
pore.de conſecra.diſtin.ij.comperimus.ſicut
neutrum eſt ſine anima:ſed ſub forma panis,
ſanguis exiſtit in corpore,per mutationē pa-
nis,in corpus.& ecōuerſò.non quòd panis,id
eſt corpus in ſanguinē,vel vinum mutetur in
corpus:ſed neutrum poteſt exiſtere ſine reli-
quo: de hoc iam dicetur. ¶Sed † quæritur,
44 quid demonſtrauit Chriſtus quādo dixit,hoc
eſt corpus meū:per hoc pronomen,hoc.non
videtur quòd panem :quia panis nō erat cor-
pus Chriſti,nec etiam corpus:quia nōdum il
la verba protulerat,ad quorū prolationē pa-
nem mutauit in corpus. Super hoc dicūt qui-
dam,quòd per hoc pronomen nihil demon-
ſtratur:ſed illud materialiter ponitur. Sed ſe-
cundum hoc,quomodo per dictionem nihil
ſignificantē fit tranſſubſtantiatio? Præterea,
Dominus vtebatur illa voce ſignificatiuè: &
nos vtimur materialiter: ergo non facimus,
quod ipſe fecit. Alij dicunt, quòd ea vis data
eſt ipſis verbis,quòd ad ipſorū prolationē fit
tranſſubſtantiatio. Item,ideò ſacerdos ea nō
profert ſignificatiuè: quia non poſſet ſic ea
proferre. Mentiretur,niſi diceret:hoc eſt cor-
pus meum. Verùm à præmiſſæ quæſtionis la-
queo facilè ſe abſoluit,qui dicit, quòd Chri
ſtus tunc confecit,quando benedixit:de quo
dictū eſt ſuper verbo:benedixit. Nam ſi op-
ponatur de ſacerdote,qui tunc conſecrat,cū
illa verba pronuntiat: Reſpondetur quòd ſa-
cerdos nil demonſtrat,cū illis verbis nō vta-
tur enuntiatiuè,ſed recitatiuè:quēadmodum,
& cum ait: Ego ſum vitis vera:ego ſum lux
45 mundi:& innumera talia. ¶Rurſus † quæri-
tur,quid demonſtrauit,cùm dixit: Manduca-
te ex hoc omnes:licet in nullo quatuor euan
geliſtarū hoc legatur de corpore, ſed tantū
de ſanguine inuenitur dictū: Bibite ex hoc
omnes. Cùm enim iam panē fregiſſet,ſi de-
mōſtrauit aliquid fragmentorū, illud nō de-
bebant omnes comedere: ſed ſingulis debe-
bat ſingula diſtribuere.de conſecra.diſtin.ij.
ſinguli.& cap.ſeq.ſi demōſtrauit corpus non
poterāt ex illo:ſed illud comedere,quia cor-
pus Chriſti nō manducatur per partes ſed in-
tegrū. Sanè frequēter in ſacra ſcriptura vide-
tur agi de vno:ſed agitur de diuerſis:vt eſt il-
lud:benedixit,fregit,& dedit:benedixit panē:
fregit formā:& dedit corpus. Eodem modo,
cùm dixit:Manducate ex hoc omnes:prono-
men oſtendit integrum corpus:& præpoſitio
innuit formā diuiſam:vt iſte ſit ſenſus:Come
dite corpus integrū, ſub forma diuiſa. Nam
ſola forma per partes diuiditur: & totū cor-
pus integrū manducatur. Simili modo poteſt
intelligi,quod ſubiūxit:Hoc eſt corpus meū,
id eſt, illud, quod præbeo ſub hac forma.
46 ¶Quæritur † etiā,ſi additio vel ſubtractio,
vel tranſpoſitio,vel interpoſitio,vel mutatio
fiat in illa forma verborū,quæ Chriſtus ex-
preſsit:vtrū effectū cōſecrationis impediat:vt
ſi dicatur addēdo:hoc eſt corpus meū,quod
aſſumpſi de virgine,vel ſubtrahēdo, hoc eſt
corpus,nō dicendo meū.aut trāſponendo,vt
dicendo:corpus meum hoc eſt: vel interpo-
nendo,vt:hoc eſt vtiq; corpus meū:ſiue mu-
tando,vt: hoc eſt corpus Ieſu. Sanè grauiter
peccat,qui quodlibet horum quomodolibet
attentauerit,præſertim ſi formā intendat mu
tare,vel hæreſim introducere.de cōſecra.di-
ſtinct.iiij.retulerūt.quia forma verborū,quā
Chriſtus expreſsit,per omnia debet illibata
ſeruari:quāuis (ſecundū Philoſophū) nomi-
na & verba trāſpoſita idem ſignificēt: extrà
de reſcript.neque.vtile per inutile vitietur:&
nō verbū ex verbo:ſed ſenſum ex ſenſu trāſ-
ferendū.extrà de verb.ſigni.pręterea.¶Quid
ſi inter prolationē formę panis,& vini inter-
ponatur ſpatiū,& quidē nihilominus fit trāſ-
ſubſtantiatio? de hoc tamen dubiū nō eſt,ſe-
cundū illos:qui duas aſſerunt eſſe formas vt
iam dicetur:de hoc nota.de cōſecr.diſtin.iiij.
47 ſi nō ſanctificatur.¶Sed cum ad † prolationē
iſtorū verborū:Hoc eſt corpus meum: panis
mutetur in carnē.de cōſecra.diſtin.ij.panis.&
ad prolationē illorū:Hic eſt ſanguis meus:vi
num mutetur in ſanguinem:videtur ꝙ panis
ſine vino,vel vinū ſine pane valeat cōſecrari:
vt præmiſſum eſt:& ita ſi poſt ꝓlationē iſto-
rum,& ante ꝓlationē illorū impedimētū ac-
cidat ſacerdoti,quo minus ꝓcedere valeat:vi
detur ꝙ panis ſit mutatus in carnem, vino in
ſanguinē nō mutato. Nunquid ergo hoc ca-
ſu alius ſacerdos totū repetet,à principio: &
ſic ſuper panē iterabitur cōſecratio: an verò
ab eodē loco tantū incipiet, in quo ſacerdos
ille dimiſit.& ſic diuiditur myſteriū vnitatis:
extrà de elec.quod ſicut. Super hoc ita legi-
tur in concilio Tholetano.v.quæſtio.j.nihil.
Cenſuimus cōuenire,vt cum à ſacerdotibus
miſſarū tēpore ſacra myſteria cōſecrātur,ſi
ægritudinis accidit cuiuſlibet interuētus,quo
cœptū nequeat cōſecrationis explere myſte-
rium

rium:ſit liberum epiſcopo vel presbytero al
teri conſecrationem exequi cœpti officij : vt
præcedentibus,ſupple qui deferunt libenter
alij pro complemento ſuccedent:de hoc etiã
dicetur in vij.particula ſuper, verbo:noui &
æterni ad finẽ. Verũ cum inter theologos de
tempore cõſecrationis,ſit diuerſa ſententia,
quibuſdam dicentibus,ꝙ cum totũ eſt dictũ,
totũ eſt factum.alijs aſſerentibus,ꝙ panis an
tè mutatur in corpus:& poſteà vinum muta-
tur in ſanguinẽ:vt dictum eſt : ideò plerique
tutius incedentes,affirmant ꝙ alius ſacerdos
repetere debet cõſecrationem atque perfice-
re:quoniã nõ dicitur iteratum,quod neſcitur
eſſe factum:extrà de ſacra.non ite.c.j.tamen
ne vlla fiat iteratio vel diuiſio ſacramenti,ne
aliquis ſcrupulus erroris vel dubitationis re-
maneat,conſultius iudicatur,vt illa talis obla
ta ſtudioſiſsimè pro infirmis recordetur : &
ſuper alijs ſpeciebus panis & vini totus canõ
repetatur,& præmiſſa hoſtia cõſecrata in fi-
48 ne miſſæ à miniſtro vel alio ſumatur. ¶ † Sed
ſi vinum inueniri non poſsit , vel aliquo caſu
intercedente defuerit:quæritur vtrum neceſ-
ſitate cogente,vel caſu intercedente,ſola pa-
nis materia poſsit in euchariſtiam cõſecrari:
ſicut & ſub ſola panis ſpecie debet euchari-
ſtia reſeruari?Sunt ſanè,qui dicũt,ꝙ cùm ver
bum & elementũ cõficiant ſacramentũ,nec
forma verborũ nec materia rerũ,quas Chri-
ſtus expreſsit mutari ſiue dimidiari poteſt:
quia ſicut vinũ ſine pane , ſic panis ſine vino
minimè cõſecratur : vnde ſiue aqua pro vino
mittatur in calicem,ſiue ordeũ pro frumen-
to formetur in panem, ſicut neutrũ per ſe:ſic
neutrũ cum alio tranſſubſtantiatur in carnẽ,
aut mutatur in ſanguinẽ.Nam ſi panis ſine vi
no,vel vinũ ſine pane,mutari poſſet in carnẽ,
aut ſanguinẽ in his regionibus in quibus al-
terutrũ inueniri nõ poteſt:licitè poſſet alterũ
ſine altero conſecrari:minus enim ignorãtia,
quàm neceſsitas,vel negligentia quàm diffi-
cultas excuſat.Alij verò dicũt, ꝙ cum Chri-
ſtus prius cõuerterit panẽ in carnẽ,& poſteà
mutauerit vinũ in ſanguinẽ ſicut euangelicæ
lectionis textus oſtendit:& ſine vino panẽ,&
ſine pane vinũ cõſecrari cõtingit.Grauiter ta
men offendit,qui negligenter vel ignoranter
alterutrã ſpeciem prætermittit. Grauius qui
ſcienter aut ſpontè,maximè ſi formã intẽdit
mutare , vel hæreſim introducere. ¶ Quid
49 † ergo faciendũ eſt ſacerdoti,ſi vinum poſt
conſecrationẽ comperiat prętermiſſum?Re-
ſpondeo,ſi hoc ſtudioſè cauſa introducendi
hæreſim factum eſt,non eſt ſacramentũ cor
poris.Si verò per obliuionẽ,vel negligentiã:
nihilò minus facta eſt cõſecratio corporis,vt
præmiſſum eſt:de conſecra. diſtin.iiij.retule-
runt.Tunc enim,vt dicũt aliqui, vinũ appone
re debet,& ſuper illum ſolũ verba ad conſe-
crandum ſanguinem repetere,ſcilicet ab illo
loco:ſimili modo &c.vſque in finem: obmiſ-
ſis tamen crucibus duabus,quæ fiunt ſigilla-
tim ſuper panem.Alij dicũt ꝙ vino appoſito
in calice panẽ conſecratũ debet immittere,
ſícque abſq; aliqua repetitione ſumere ſacri
ficiũ,ſicut fit in die paraſceue. Alijs videtur
quòd nõ debet vinũ apponi , ne ſcandalũ ge-
neretur.Sed quod primi dicũt,verius eſt:nam
vtilius ſcandalum naſci permittitur,quàm ve
ritas requiratur.extrà de re.iu.qui ſcandaliza
uerit.Si enim hæc veritas prætermittatur,ſci
licet ꝙ vinũ non apponatur,non poteſt verè
dici hoc ſacramẽtũ,cõmiſtio corporis & ſan
guinis:nec corpus Chriſti ſine ſanguine ſumi
debet.de conſecra.diſtin.ij.comperimus. vel
hoſtia ſeruetur,& ſuper alijs ſpeciebus canõ
repetatur,vt præmiſſum eſt. Verũtamen,ſi ſa
cerdos aqua guſtata ieiuniũ ſoluerit,illa die
non iteret ſacramentum.Si autem ante verba
tranſſubſtantiationis:ſcilicet,Hic eſt calix no
ui teſtamenti &c.aduerterit vinũ fortè præ-
termiſſum,vel etiã vtrunque ſcilicet vinũ,&
aquã:tunc illa apponat in calice,& in conſe-
cratione procedat,reincipiens ab illo loco:
Hanc igitur oblationẽ &c.Si verò vinũ ſine
aqua apponatur,nõ ideò minus eſt ſacramen
tum,vt dicetur in ſequẽti particula,ſuper ver
bo,noui & æterni teſtamenti.Quia ſi aliquid
de ſanguine ſtillauerit,de hoc dicetur etiã ſu
50 per verbo,qui pro multis. ¶ Verũ † cũ inter-
dum vni pontifici multi ſacerdotes concele-
brant, prout dicetur in vj.parte ſub quinta fe
ria cœnæ domini,vbi agitur de oleo infirmo
rum:ſi fortè non ſimul omnes conſecratoria
verba pronuncient,quæritur an ille ſolus con
ficiat,qui primus illa pronuntiat : & an cæte-
ri iterent ſacramentũ?Si enim hoc conceda-
tur,poterit contingere,quòd ille nõ conficit,
qui principaliter celebrat:& ille conficit qui
ſecundariò celebrabit : & ſic pia celebrantis
intentio defraudatur.Sanè dici poteſt , quia
ſiue prius ſiue poſterius proferant ſacerdo-
tes , referri debet eorum intentio ad inſtans
prolationis



prolationis epiſcopi,cui principaliter concele
branti cõcelebrant,& tunc omnes ſimul con
ſecrant & conficiunt.Quãquam nõnulli con-
ſentiant,quòd qui primus pronuntiat,ille con
ſecrat,nec aliorũ defraudatur intentio : quia
factum eſt id, quod intenderãt. Conſueuerãt
autem presbyteri cardinales romanũ circun-
ſtare pontificem:& cum eo pariter celebrare
& conſummato ſacrificio de manu eius com
munionem accipere,ſignificãtes Apoſtolos,
qui cum Domino pariter diſcumbẽtes ſacrã
de manu eius euchariſtiam acceperunt : & in
eo,quòd concelebrant, oſtendũt Apoſtolum
tunc à Domino ritũ huius ſacrificij didiciſ-
51 ſe.¶ Sanè dictis † verbis illis, hoc eſt corpus
meum:ſacerdos eleuat corpus Chriſti.¶ Pri-
mò,vt cuncti aſtantes illud videant:& petãt
quod proficit ad ſalutẽ.Iuxta illud:Ego ſi ex-
altatus fuero à terra &c.Ioan.xij.¶ Secundò,
ad notandum,quòd non eſt aliud dignũ ſacri
ficiũ:imò eſt ſuper omnes hoſtias. ¶ Tertiò,
exaltatio euchariſtiæ in manu ſacerdotis,ſi-
gnat Chriſtum verũ panem,per prophetas in
ſcripturis exaltatũ:quãdo ſcilicet eius incar-
Eſa.7 nationẽ prophetizabãt.Vnde Eſa.Ecce virgo
cõcipiet:& hunc cibum fore cæteris excellen
tiorem.Similiter & de potu.¶ Quartò,ſignifi
cat reſurrectionẽ.¶ Quintò,hoſtia eleuatur,
vt populus non præueniens conſecrationem:
ſed ex hoc cognoſcens illam factam eſſe,&
Chriſtum ſuper altare veniſſe reuerenter ad
terram proſternantur.Iuxta illud,ad Philip-
Philip.2 penſes:In nomine Ieſu,omne genu flectatur
&c.& illum corde & ore adorent.Iuxta illud
Rom.10 Apoſtoli ad Romanos:Corde creditur ad iu-
ſtitiam,ore autẽ cõfeſsio fit ad ſalutẽ. ¶ Alia
ratio ponetur prope finem xj.particulæ cano
nis. ¶ Licet igitur fides ſufficiat ad ſalutem,
iuxta illud Augu.de cõſecra.diſtin.ij.vt quid.
crede & manducaſti:non tamen ſuperflua eſt
eleuatio,tum propter cauſas præmiſſas:tum
52 † quia ibi tẽpus & locus agendi opus ſe offe
runt:fides ſine operibus,ſecundũ Iaco.mor-
Iaco.2 tua eſt:propter eaſdem quoque cauſas calicis
eleuatio,licet ſanguis videri nõ poſsit,ſuper-
flua non eſt.Verũ autem calix coopertus de-
beat eleuari,dicetur in ſequenti particula,ſu-
per verbo:qui pro vobis.& tam corpus,quàm
calix,cum vtraque manu eleuantur , propter
maiorem reuerentiam & ſecuritatem.Et exin
de ſtringit pollices & indices : prout dicetur
53 ſuper verbo:& memores. ¶ † In eleuatione
autem vtriuſque,ſquilla pulſatur : nam & in
veteri teſtamento Leuitæ tempore ſacrificij
tubas clangebant argenteas,vt earum ſonitu
populus præmonitus foret ad adorandum
Dominũ præparatus.Et propter cauſam ean-
dem,ſquilla pulſatur,dum corpus Chriſti ad
infirmum portatur.Mula etiam capellã do-
mini Papæ baiulans,ſquillam fert ob reue-
rentiam reliquiarum,quas portat.tunc etiam
cerei accenduntur:propter cauſam in ſecũda
parte ſub titu.de acolyto ſcriptam.

## SVMMA.

1 Sacramentum, quare ſub vtraque ſpecie ſu-
matur.
2 Chriſtus paſcha typicum celebrauit cũ Apo-
ſtolis,luna primi menſis,ad veſperam.
3 Chriſtus,idem & totus in cœlo : idem & to-
tus hîc,& vbique eſt.
4 Chriſtus non ſinit nos tentari,vltra vires no-
ſtras.
5 Teſtamentum:dicitur etiam promiſsio.
6 Aqua poſita cum vino in calice,an conuerta
tur in ſanguinem.
7 Chriſtus reſurgens,an totũ ſanguinẽ ſuum
reſumpſerit effuſum in cruce.
8 Chriſti præputium,adſeruari in Lateranen.
Baſilica.
9 Aqua prætermiſſa,an quod geſtum eſt in ca-
lice,ſit irritum.
10 Vinum optimum ſumendum eſt : aliud ta-
men non violat ſacramentum.
11 Vinum ſi fuerit gelatum in calice, quid agat
ſacerdos.Et quid,ſi muſca vel aranea,quídve
aliud ceciderit in calicem.nume.12.
13 Euchariſtia non eſt danda ægroto vomenti.
Item,nec ebrioſo,inſano, hæretico,epilepti-
co,& ſimilibus.nume.14.Item de alijs acci-
dentibus.nume.15.16.17.
18 Sacerdoti quæ pœnitentia imponenda , pro-
pter ſanguinem fuſum,vel hoſtiã ſacramen-
ti quomodolibet maculatam.Ex decreto con
cilij Aurelianenſ.
19 Sanguis ſi profluat à naſo ſacerdotis , quid
agendum.
20 Sacramentum corporis Chriſti quomodo ſit
myſterium fidei.
21 Sacramentum corporis Chriſti tria habet.
22 Corporis & ſanguinis Chriſti ſubſtantia , eſt
ſacramentum.

Sacramen

23 Sacramentum,an vnum tantùm,an diuer
ſa.& nume.24.
25 Signorum diuerſitas.
26 Sacramēta legalia,& euangelica differūt.
27 Sacramentum,dicitur actiuè & paſsiuè.
28 Sacramentum,conſiſtit in tribus.
29 Sanguis Chriſti,pro quibus ſit effuſus.
30 Peccatum remittitur: & quo ad culpam,
& quo ad pœnam,per ſanguinē Chriſti.
31 Sacramentum altaris,cur quotidie Eccle-
ſia repetat.
32 Paſsionis Chriſti triplex habemus memo
riale.

## *De ſeptima parte canonis.*

### CAP. XLII.

SImili modo &c.Septima pars:
licet ſub vtraque ſpecie ſuma-
tur vtrūque , ſcilicet corpus &
ſanguis:vtraque tamen ſpecies
cōſecratur:& neutra ſuperfluit;
de cōſecra.diſtin.ij.comperimus.vt oſtenda-
tur,quòd Chriſtus humanā naturam aſſum-
pſit,ſcilicet corpus & animam,vt totum redi-
meret.Panis enim refertur ad carnē,& vinū
ad animam : quia vinum ſanguinē operatur,
in quo ſedes eſt animæ.xxiij.quæſtio.ij.Mo-
ſes.Vnde legitur in Leui.Anima carnis,in ſan
Leuit.17 guine eſt.Moſes quoque teſtatur,quòd caro
pro corpore,ſanguis autem offertur pro ani-
ma:quocirca panis & vinū in ſacrificio offe-
runtur:quod valet ad tuitionem corporis &
animæ:ne ſi ſub ſpecie panis ſanguis ſuma-
tur cum corpore,& ſic ſub altera tantū ſpe-
cie ſumatur,ad alterius tantū putetur perue-
nire ſalutem.Et quāuis ſub ſpecie panis , ſan-
guis ſumatur cum corpore:& ſub ſpecie vini,
ſumatur corpus cū ſanguine,ſecūdū Inno.iij.
nec ſanguis ſub ſpecie panis:nec corpus ſub
ſpecie vini bibitur,aut comeditur : quia ſicut
nec ſanguis comeditur , nec corpus bibitur:
ita neutrum ſub ſpecie panis bibitur:aut ſub
ſpecie vini comeditur.Et ſi cōceſsibile videa
tur,quòd corpus bibendo,& ſanguis come-
dendo ſumatur.Eſt ergo,ſecundum eum,mo
dus ſumendi carnem & ſanguinem,quo neu-
trum manducatur aut bibitur.Et ideò rectè
ſtatuitur in canone:de conſecra.diſtin.ij.com
perimus.quòd corpus Chriſti ſacerdos ſine
eius ſanguine,non ſumat. Vnde in quibuſdā
locis poſt ſumptionem corporis & ſanguinis
Chriſti aliquid de ipſo ſanguine reſeruatur
in calice,& ſuperinfunditur vinum purum,vt
ipſi cōmunicantes inde ſumāt:nō enim eſſet
decens tantum ſanguinē cōficere , nec calix
capax inueniretur. Vtrum autem per conta-
ctum ſanguinis,vinū appoſitum efficiatur ſa-
cramentū:dicetur ſuper verbo , hic eſt calix.
2 ¶†Sequitur:Poſteà , quàm cœnatum eſt &c.
xiiij.luna primi menſis ad veſperā Chriſtus
ſecundū legē , typicū paſcha cum Apoſtolis
celebrauit:de quo cū dixiſſet:Deſiderio deſi Luc.22
deraui hoc paſcha manducare vobiſcū,antè,
quàm patiar.cum hoc diceret ſtatim oſtēdit:
vt ſcilicet veteri paſchæ finem imponēs noui
paſchæ ſubſtitueret ſacramentum. Accipiens
enim panē,benedixit,ac fregit,dedítque diſci
pulis ſuis,dicēs:Accipite & comedite:hoc eſt
corpus meū:quod pro vobis tradetur.Simili-
ter & calicem,poſtquàm cœnauit,dicens:Bi-
bite ex hoc omnes.Hic eſt ſanguis noui te-
ſtamenti,qui pro vobis,& pro multis effunde
tur in remiſsionē peccatorum.hoc facite in
meam cōmemo.Hac igitur inſtitutione for-
mati,celebramus iugiter per myſteriū, quod
ſemel offerebatur in pretium:nam vbi veri-
tas venit,figura ceſſauit. Chriſtus enim poſt
cœnam,corpus & ſanguinē ſuum dedit Apo-
ſtolis:vt hoc ſacramentū velut vltimū teſta-
toris mandatū arctius memoriæ cōmendare
tur:de cōſecra.diſtin.ij.liquidò.vnde nouiſsi-
mum cōdens hæredibus teſtamentum, dixit:
Vos eſtis qui permanſiſtis mecū in tentatio- Lucæ.22
nibus meis:& ego diſpono vobis regnū:ſicut
pater meus mihi diſpoſuit : vt edatis,& biba-
tis ſuper menſam meam in regno meo.Et li
cet Apoſtoli euchariſtiam,nō ieiuni accepe-
rint , nō ideò calumniandū eſt , quòd pranſi
debeāt hoc ſacramentū recipere,ſicut facie-
bant illi,quos Apoſtolus arguit dicens:Cōue
nientibus vobis in vnū:iam nō eſt dominicā 1.Co.11
cœnam manducare:vnuſquiſque enim præſu
mit cœnam ſuam ad manducandum:& alius
quidem eſurit : alius ebrius eſt. Item ex hoc
verbo:poſtquàm ſenatū eſt:videtur quòd ſa-
cerdos cōmunicare debet prius,quàm trāſeat
ad calicis cōſecrationem.Sed de hoc dicetur
ſub titu.de cōmunicatione ſacerdotis.¶Sequi
tur:Accipiens & hunc præclarū calicē &c.po
3 nitur continens † pro cōtento. Nam & vnus
& idem:& nunc & hîc & alibi ſacrificatur ab
omnibus:totus eſt in cœlo:totus in altari,ſi-
mul & ſedet ad dexterā patris,& manet ſub
ſpecie ſacramenti: ſicut tactum eſt in vj.par-
ticula



Mar.vlt. ticula ſuper verbo :eleuatis oculis. ¶ Quod
Mat.26 autē vini in calice cōſecrauerit, patet ex eo,
quod ipſe ſubiungit: Nō bibā amodò de hoc
genimine vitis &c.Et fiunt iſtæ conſecratio-
nes cū ſigno crucis:vt dictū eſt in vj.particu-
la,ſuper verbo benedixit:quia virtute crucis
& verborū fit tranſſubſtantiatio naturarum.
Hæc autē ſunt verba: Hic eſt calix mei ſan-
guinis,id eſt,continēs ſanguinē meū,vel ſan-
4 guinis,ſignificās paſsionem.¶Et nota† quòd
paſsio dicitur calix, vel à calida potione , vel
quia menſuratè ſumitur. Fidelis enim Deus,
qui non ſinit nos affligi pluſquā portare poſ-
ſumus.j.Cor.x. De calice dictum eſt in parte
prima ſub ti.de picturis:hîc autē parum ele-
uato calice ſacerdos illū deponēs, nō deſerit
eū:ad notandū,quòd quilibet Apoſtolorū ſic
calicē accepit,quod vnicuiq; Dominus mini
ſtrauit.¶Sequitur, noui & æterni teſtamenti
&c.Subaudi confirmatio:noui,dicit:quia nos
innouat per fidem Chriſti:æterni, dicit : quia
lex noua nō eſt trāſitoria,ſicut antiqua:extrà
Heb.9 de celebr.miſ.c. cū Marthæ. Vetus enim te-
ſtamētū , quod hircorū & vitulorum fuit ſan
guine dedicatū,promittebat homini tempo-
ralia,& trāſitoria:nouum verò, quod Chriſti
ſanguine fuit cōſecratum, promittit æterna:
& ideò teſtamentum,ſcilicet illud fuit vetus
& tranſitorium:hoc autē nouum eſt & æter
num.De nouo habetur Luc.xxij.Diſpono vo
bis regnum &c. vt ſuprà : vel inde probatur
æternum,id eſt,perpetuum.vnde aſſeritur no
uum,id eſt,vltimum. Nouiſsimū enim homi
nis teſtamentum,immobile perſeuerat: quia
Heb.9 teſtatoris morte firmatur.Iuxta illud Apoſto
li :Teſtamentū in mortuis confirmatum eſt:
aliòquin nō valet,dum viuit, qui teſtatus eſt.
5 ¶ † Porrò teſtamentum non ſolùm dicitur
ſcriptura,ſed & promiſsio:vt dicetur in pro-
œmio vj.partis:& ſecundum hunc modū di-
citur:Hic eſt ſanguis noui & æterni teſtamē
Ioann.6 ti,id eſt confirmatio nouæ & æternę promiſ-
Hebr.9 ſionis,ſicut Dominus ipſe promittit: Qui mā
ducat corpus meum, & bibit meum ſangui-
nem,habet vitam æternam : vnde nec primū
teſtamētū,vt inquit Apoſtolus:ſine ſanguine
dedicatū eſt.Lecto enim vniuerſo legis mā-
dato Moſes accipiens ſanguinē hircorū , aut
Exod.24 vitulorū,ipſum librū, & omnē populū aſper-
Hebr.9 ſit,dicēs:Hic eſt ſanguis teſtamenti,quod mā
dauit ad vos Deus.Ecce , quā propriè Moſes
verba præcepit quibus Chriſtus vſus eſt in cœ
6 na.¶Quæritur vtrum aqua † cum vino con-
uertatur in ſanguinē? De quo etiā iam intrà
dicetur.Si enim cōuertitur:ergo aqua eſt ſa-
cramētū ſanguinis:imò videtur,quòd popu-
li.Nā aquæ multæ , populi multi. Et ob hoc
aqua miſcetur vino,vt Chriſto populus adu-
netur.Nā & de latere Chriſti ſanguis exiuit,
& aqua,prout tactū eſt ſub tit. de oblatione.
Si verò nō conuertitur,quæritur, vbi poſt cō
ſecrationē exiſtat : & quomodo ſeparatur à
vino , cui fuerat in vnū cōmiſta. Si autē poſt
cōſecrationē aqua pura permāſerit, ſecundū
hoc nō bibit ſolū ſanguinē ſacerdos , in hoc
ſacramēto:& ſic poſt vnam ſumptionē iterū
eodē die communicare non debet,ac ſi prius
aquā bibiſſet.Nā idcirco ſacerdos poſtquàm
perfudit eodē die, iterum non ſacrificat:quia
vinum purificationis ſumit.An fortè dicetur,
quòd ſicut vinum mutatur in ſacramentum
redēptionis:ſic & aqua trāſit in ſacramētum
ablutionis,quę de latere Chriſti pariter efflu
xerūt?quis hoc audeat diffinire?¶Nā & illud
7 inquiritur,vtrū Chriſtus reſurgēs †à mortuis
ſanguinē illum reſumpſit, quē in cruce effu-
dit?Si enim capillus de capite noſtro nō peri
bit,quantò magis ſanguis ille non perijt:qui
fuit de veritate naturæ?& tamen ille in ple-
riſq; Eccleſijs,dicitur cōſecrari.¶Quid etiam
de circūciſione præputij, vel præciſione vm-
bilici dicetur:an in Chriſti reſurrectione re-
dijt ad veritatē humanæ naturæ,& ad locum
8 glorificatum.Sed†melius eſt totum Deo cō
mittere,quā aliud temerè diffinire. Creditur
tamen præputium in lateran. baſilica cōſer-
uari:licet à quibuſdā dicatur , quòd illud fuit
in Hieruſalem delatū ab angelo Carolo ma
gno,qui tranſtulit illuc,& poſuit Aquiſgrani
honorificè in Eccleſia beatæ Mariæ ſed po-
ſteà Carolo caluo poſitū eſt in Eccleſia, ſcili
cet Saluatoris,apud Croſium:ſed ſi hoc verū
eſt,mirandū eſt.Cū enim caro illa de verita-
te humanę naturę fuerit,creditur,ꝙ Chriſto
reſurgēte ad locū ſuum glorificatum redijt.
Aliqui tamen dixerunt , quòd hoc verū eſſe
poſſet,iuxta opinionē eorū, qui dicūt id ſolū
eſſe de veritate naturæ humanæ,& reſurge-
re,quod ab Adā traductū eſt. Illud aūt omni
no nefas eſt opinari,quod quidā dicere præ-
ſumpſerūt,videlicet,aquam in phlegma con-
uerti.Nā & de latere Chriſti nō aquam ,ſed
aquaticū humorē,id eſt,phlegma mētiuntur
exijſſe:extrà de cele.miſ.in quadā. Duo nāq;

 præcipuè

præcipuè Eccleſiæ ſacramēta de Chriſti la-
tere effluxerūt: videlicet ſacramentū redem-
ptionis in ſanguine, & ſacramētū regeneratio
nis in aqua. Non enim baptizamur in phle-
Ioann. 9 gmate ſed in aqua: iuxta illud euangelij: Niſi
quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto,
nō introibit in regnū cœlorū. Quibuſdā ta-
men nō videtur abſurdū, quòd aqua cū vino
tranſeat in ſanguinē, ea videlicet ratione, ꝙ
aqua per admiſtionē tranſit in vinum: & vi-
num, per cōſecrationē tranſit in ſanguinē, vt
in c. cum Marthę. & nota de conſe. diſt. ij. c. j.
& c. nō oportet. Aqua nāq; tranſit in vinū, cū
multo vino modicū infunditur aquę: aliòquin
tota vini ſubſtātia propter guttā aquæ muta
retur vt quoddam fiat ex illis cōfuſum: quod
nec ſit aqua, nec vinū: & tota fontis vel flu-
minis aqua propter modicā vini ſtillā in cō-
fuſionis ſpeciē mutaretur: nec panis ille poſ-
ſet in euchariſtiā cōſecrari: qui factus eſt de
frumēto, cui fortè cōmiſtū fuerit vnum gra-
num ordei, vel auenæ. Sic ergo, ſi plus appo-
natur aquæ, quā vini, erit irritū ſacramentū:
oportet quidē, vt tantum vini ponatur ibi: ꝙ
aqua cōmiſtū ſaporē vini retineat: extrà de
celeb. miſ. c. pen. de hoc dicetur in vj. parte
ſub quinta feria cœnæ Domini, ad finem. Si
autē poſt calicis conſecrationē aliud vinum
mittatur in calicē, illud quidē non tranſit in
ſanguinē, nec ſanguini cōmiſcetur, ſed acci-
dētibus prioris vini cōmiſtum corpori, quod
ſub eis latet, vndiq; circūfunditur, non madi-
dans circūfuſum. extrà de cele. miſ. c. cū Mar-
thæ. Ipſa tamē accidentia vinū appoſitū vi-
dentur afficere, quod inde conficitur: quia ſi
aqua pura fuerit appoſita, vini ſaporē aſſu-
mit. Quidā autē voluerūt adſtruere, quòd ſi-
cut aqua pura per aquæ benedictæ contactū
efficitur benedicta: ſic & vinū per ſacramenti
contactū, efficitur conſecratū, & trāſit in ſan
guinē: quorū aſſertioni minimè ratio ſuffra-
gatur: extrà de con. ec. vel alta. c. quod in du-
bijs. de quo etiā dicetur ſub v. feria cœnæ Do
mini. Sed nūquid irritū † eſt, quod geritur, ſi
9 fortè aqua prætermittatur? & videtur ꝙ ſic,
ex his, quæ ſub ti. de oblatione facta ſunt.
Cautū quoq; eſt in canone Cypriani: de cōſe.
diſt. ij. ſicut in ſanctificādo: quòd non poteſt
calix Dñi eſſe aqua ſola, neq; vinū ſolū, niſi
vtrūq; miſceatur. Et ſicut calix Dñi non eſt
aqua ſola, neq; vinū ſolū: ſic nec corpus Dñi
poteſt eſſe farina ſola, niſi vtrūq; fuerit adu-
natū: & panis vnius cōpage ſolidatū: & hoc
quidā conſtāter affirmat: aſſerentes, quòd ſi-
cut aqua ſine vino cōſecrari nō poteſt, ſic nec
vinū ſine aqua tranſſubſtantiari valeat: quia
de latere Chriſti ſimul vtrūq; manauit. Alij
verò concedūt, ꝙ ſi quiſq; nō intendēs hære
ſim introducere, obliuione vel ignorātia prę
termiſerit aquā: non fit irritū ſacramentum.
Illā tamen per obliuionē prætermittens ve-
nialiter peccat: per negligentiā, mortaliter: &
eſt grauiter puniēdus: & ſemꝑ poteſt apponi
ante trāſſubſtātiationē: & quod prædicitur
vnū ſolū, nō poſſe offerri, intelligunt, niſi fiat
ſimpliciter vel ignorāter: vel non poteſt, id
eſt, nō debet. Nā & græcorū Eccleſia, dicitur
nō apponere aquā in ſacramēto: ait enim Cy
prianus: de conſe. diſt. ij. ſcriptura. Si quis de
anteceſſoribus, vel ignorāter, vel ſimpliciter
nō obſeruauerit, quod nos Dominus facere
exēplo, & magiſterio docuit: poteſt ſimplici-
tati eius de indulgentia Dñi venia cōcedi: no
bis verò nō poteſt ignoſci, qui nūc à Domi-
no inſtructi ſumus, vt calicē Domini cū vino
miſto, id eſt, vinū cum aqua in calice miſtū,
ſecundum quod Dñs obtulit, offeramus. Ex
qbus verbis, apertè colligitur, ꝙ vinū aquæ
miſtū Chriſtus in cœna diſcipulis tradidit. Si
verò vinū prætermittatur, de hoc dictū eſt in
ſexta particula, ſuper verbo: hoc eſt corpus.
10 ¶ Porrò licet † diligēti ſtudio vinū optimum
pro ſacrificio ſit quærendū: vitium tamē vini
nō maculat mūditiā ſacramēti: quocirca ſiue
nouū vinum, quod muſtum appellatur, ſiue
etiā acidū, quod appellatur acetum, offertur,
ſacramētum cōficitur: & diuinitus cōſecratur:
vitādum eſt tamē, ne tale vinum miſtum vel
coctū, vel roſatū, vel ſpeciatū in calice pona
tur. Sūt tamē qui dicūt acetū nō eſſe vinū, cū
propriā mutauerit naturā: nā vinū eſt calidū,
illud frigidū: & ideò ex eo cōfici nō poſſe, ſi-
cut nec ex agreſta. Quod concedi poteſt in
aceto ex alio, quā ex vino facto. Nā ſi ex vi-
no factū fuerit ſecus: cū eadē ꝓpriè ſit, οὐσία,
id eſt, ſubſtātia. ff. de cōtrahē. emp. & vēditio-
nibus. de cō. diſt. ij. ego. C. de ſum. trinit. inter
claras. §. omnes verò. Iulius quoq; Papa: de
cō. diſt. ij. cū omne. & c. præcedēti dixit, ꝙ cū
lacte cōfici nō poteſt. Botrus autē vuæ in ne
ceſſitate cōprimi, & inde cōfici poteſt: ſed de
ipſo botro nō cōpreſſo, nō poteſt cōmunica
ri. Nō poteſt etiā cōfici cū aqua, cum qua pa
11 nis in muſto intinctus lauatur. ¶ † Illud autē
notandum





notandum eſt, ꝙ ſi vinū in calice cōgelatum
fuerit, debet tandiu exhalare ſacerdos, donec
glacies ſoluatur ꝙ tū ſi ſic ſolui nequerit, ad-
12 hibeat ignē. ¶ † Si autē muſca, vel aranea, vel
aliquid tale ceciderit in calicē, proijci debet
vinum illud in piſcinā, & aliud vinum & aqua
apponi. Si verò poſt trāſſubſtātiationē ibi ce
ciderit vel ſanguinē tetigerit: ſanguis ſuma-
tur: & illud prius in aliquo calice ſuper vino
perfundatur: & quātò diligentius & cautius
fieri poteſt, abluatur: & demum ſuper piſcinā
crem etur: quia vix poſſet abſq; horrore, &
vomitu ſumi. Ablutionē verò ipſam ſacerdos
poſt cōſecrationē, vel miniſter ſumat. Sed &
ſi quis ſtatim Chriſti corpore ſumpto, nauſeā
patitur, vomitus ſimiliter ſuꝑ piſcinā cōbura-
tur, & puluis in piſcinā mittatur. Si tamē ali-
qua beſtiæ particula videatur ibi: vel ſi cor-
pus Chriſti infirmo datum, reijcitur, illud re-
uerēter ſuſcipiatur: & cōtritum cum vino in
calice ſumatur, ſi integrum nequeat recipi: &
ſi horror ſit illud ſumere, pro reliquijs cuſto
13 diatur. ¶ Nō eſt † igitur dāda euchariſtia ęgro
to vomēti: ſed credat, & mādūcauit: de cōſe.
diſt. ij. vt quid. Sed & ſi quis adeò ægrotus eſt,
vt maſticare nō poſſit: tunc tātū ſumat aquā,
à Chriſti corpore tactā. minimā tamē particu
lā ſumēs totū ſumit, vt præmiſſum eſt. ¶ Nō
14 eſt † etiā dāda ebrioſo, inſano, hæretico, epile
ptico, & ſimilib. niſi infirmitate ceſſante. xxvj.
q. vl. is qui. leproſo tamē dari poteſt, & muto,
& ægroto cōpoti ſumēti poſt confeſsionē &
abſolutionem à peccatis. Qualis autē pœni-
tentia imponēda ſit ei, qui propter ebrietatē,
vel voracitatem, vel infirmitatem euchari-
ſtiam euomit: in canone Bedæ habetur: de
conſec. diſtinctione ij. ſi quis per totum. Et
nota quòd is, qui cōmunicauit, ſi cōmodè, &
abſq; violentia naturæ poteſt, debet abſtine-
re à ſputo: aliòquin poſt horā cōuenientem
ſpuere poteſt, ſaltem in loco, vbi ſputum ne-
1. Cor. 2 queat pedibus cōculcari. Si quidē homo ſpiri
tualis omnia iudicat, & ipſe à nemine iudica-
tur: & omnia munda ſunt mundis. Quòd ſi
15 † ſuper lignum, vel lapidem, vel terrā eucha
riſtia, vel aliquid de ſanguine ceciderit: ſan-
guis lingua labendus eſt: & deinde radendus:
& extergēdus eſt ipſe locus & puluis in ſacra
rio ſiue cū reliquijs reponendus. Si verò ſu-
per corporale ceciderit, ſugatur ſicut diligē
tius fieri poterit: & lauetur ter in calice: &
aqua lotionis poſt miſſam ſumatur: deinde
corporale recondendū eſt: & loco reliquiarū
16 ſeruandū eſt. † Si verò palla altaris intincta
fuerit, & eodē modo ipſa particula, intincta in
ciſa, eſt pro reliquijs ſeruanda. Si autē ſuper
caſulā vel albam deguttet, ſimiliter fiat. Si
ſuper quodcūq; prophanū veſtimentum, cō-
burenda eſt pars illa, & cinis in loco ſacro re
ponendus, vt dicunt. Pius tamē Papa ſtatuit:
de cōſe. diſt. ij. ſi per negligentiā, vt ſi aliquid
de ſanguine ſtillauerit in terrā, lingua lamba
tur. Si verò fuerit tabula, locus corrdatur ne
conculcet: & raſura igne conſumatur: & cinis
intra altare cōdatur, & ſi ſuper altare ſtilla-
uerit, ſorbeat miniſter ſtillā quantum pote-
17 rit. Si † ſuper linteū altaris, miniſter lauet lin-
teamina, quæ ſtillam tetigerunt, tribus vici-
bus, calice ſubterpoſito, & aqua ablutionis
ſumatur in calice: & iuxta altare recondatur.
18 ¶ Ibidem † etiam ſequitur, qualis pœnitentia
ſacerdoti cui hæc cōtingerent, ſit prius, quàm
celebret imponenda. Et nota, quòd ſi ante
tranſſubſtantiationem effuſa fuerit pars, mu
tentur pallæ ſub ſilentio, & celebrans ſuum
officiū exequatur: ſi totum effuſum ſit, tunc
præmiſſa confeſsione miniſter denuò reinci
piat officium ab illo loco: Hanc igitur obla-
tionem &c. Si verò poſt tranſſubſtantiatio-
nem pars effuſa eſt, tunc ſimiliter officium
exequatur. Si totum, ita quòd nihil hauſerit,
quod valde enorme eſt, tunc ponat hoſtiam
ſuper propitiatorium: & miniſter denuò po-
nat vinum & aquam, & reincipiat: Hāc igitur
oblationem &c. confeſsione tamen præmiſ-
ſa, & hoſtia ſeruata ſumatur poſtmodùm à
miniſtro in fine miſſæ, vel ſeruetur pro infir
mis. Rurſus concilium Aurelian. de conſec.
diſtin. ij. ſtatuit, quòd qui non bene cuſtodie-
rit ſacrificium, vt mus vel aliud animal il-
lud comederet, xl. dies pœniteat. Qui au-
tem perdiderit illud in Eccleſia, vel pars eius
ceciderit, & inuenta non fuerit, xxx. dies pœ-
niteat. In eodem etiam capitulo, ita ſequi-
tur, in burcardo lib. v. Vnde ſcriptum eſt: per-
fundens aliquid ſuper altare de calice, quan-
do offertur, ſex dies pœniteat: aut ſi abun-
dantius, vij. dies pœniteat. Qui autem per-
fundit calicem, dum miſſæ ſolennitas ce-
lebratur, xl. dies pœnitebit. Si verò miſ-
ſa celebrata presbyter neglexerit accipe-
re ſacrificium ſimiliter xl. dies pœniteat.

Et qui pollutus nocturno tẽpore acceperit ſa
crificiũ.vij.dies pœniteat. Qui negligentiam
erga ſacrificiũ fecerit,vt à vermibus cõſum-
ptu,ad nihilũ deuenerit, tres quadrageſimas
cum pane,& aqua pœniteat.Si integru inuẽ-
tum fuerit:& in eo vermis cõburatur, & ci-
nis ſuper altare recõdatur.Et qui neglexerit,
quaternis diebus ſuã negligentiam ſoluat.Si
cum amiſsione ſaporis ſacrificiũ dulcoratur,
xx.dies ieiunio expleantur.Qui verò cõgluti
natum miſerit.vij.dies pœniteat, ſi ſacrificiũ
fuerit ſordida vetuſtate perditũ, igne cõbu-
rendũ eſt:& cinis iuxta altare ſepeliẽdus: ſi-
cut legitur in burcardo, lib.v.c.omne. ¶ Itẽ
etiã notandum eſt, quòd ſi à naſo ſacerdotis
19 † celebrantis ſanguis exierit, vel nauſea ſu-
peruenerit, recipiatur in aliquo vaſculo, ne
ſancta contaminentur: & ter terſo naſo, vel
ore abluto,reincipiat ſub ſilentio,vbi dimiſit.
Si verò infirmitas ſuperuenerit, innitatur ſu-
per crepidinẽ ſiue oram altaris,vel ſedeat,do
nec cõualeſcat:& ſic incipiat,vbi dimiſit: ſed
ſi nullo modo poteſt conſummare miniſte-
rium,alius ſacerdos paratus incipiat: vbi ille
dimiſit: prout dictũ eſt in vj. particula ſuper
verbo: Hoc eſt corpus meũ.Sed ſi incertum
eſt,vbi ille dimiſit:tũcquia periculoſum eſſet
verba ſacramẽti iterare,vel prętermittere,po
ſita oblata illa ſuper propitiatoriũ miniſtret
denuò,vt prǽmiſſum eſt.¶ Sequitur:myſteriũ
20 fidei &c.Ideò dicitur † myſteriũ fidei:quia
aliud videtur aliud intelligitur: hoc credere
iubemur:diſcutere nõ audemus:fides enĩ nõ
eſt,niſi de occultis.Iuxta illud:Fides non ha-
bet meritũ &c. vt ſuprà Greg.de conſe. diſt.
ij.quid ſit ad fidẽ.dicit quòd ideò dicitur my
ſterium fidei: quia credere debemus, quòd
ibi ſalus noſtra conſiſtit: vel quia ſine fide
non fit hoc ſacramentum,id eſt,ſine ea illud
intelligi plenè nõ poteſt. Dicitur autem my
ſterium: quia ſecretam & reconditam habet
diſpenſationem.j.q.j. multi. μυςήριον, autem
Græcè,dicitur ſecretum,latinè, & ſecundum
Innoc.iij.de cele.miſ.c.cũ Marthę.nullus euã
geliſtarum dixit hæc verba.Ex his autem &
alijs ſcripturæ verbis,quidam dixerunt in ſa-
cramento altaris veritatem corporis & ſan-
guinis Chriſti non eſſe,ſed imaginem tantũ,
& ſpeciem & figuram:pro eo,quod ſcriptura
memorat aliquoties id, quod in altari ſuſcipi
tur,eſſe ſacramentum,& myſteriũ,& exẽplũ.
Sed hi profectò laqueũ erroris incurrũt. De
quo etiã tactum eſt in vj.particula ſuper ver
bo,fregit.Nunquid enim ideò ſacramentum
altaris veritas non eſt: quia figura eſt? Abſit
omnino: ſi tamen hoc eſſet: ergo nec mors
Chriſti veritas eſt:quia figura eſt:reſurrectio
Chriſti veritas non eſt: quia figura eſt: nam
mortem & reſurrectionẽ, Chriſti figuram &
imaginẽ, & ſimilitudinẽ eſſe, manifeſtè de-
clarat Apoſtolus,dicẽs:Chriſtus mortuus eſt Rom.4
pro delictis noſtris, & reſurrexit propter iu- 1. Pet. 2
ſtificationẽ noſtrã.Et Petrus Apoſtolus:Chri
ſtus paſſus pro nobis, vobis relinquẽs exem-
plum,vt ſequamini veſtigia eius. Ergo mors
Chriſti,exẽplũ fuit ne in peccato moriamur:
& reſurrectio eius,exẽplum fuit,vt iuſtè vi-
uamus.Si enim veritas nõ fuit,ergo Chriſtus
verè mortuus nõ fuit:& verè non reſurrexit:
ſed mors eius & reſurrectio eius, vera non
fuit.ſed abſit hoc.Nã propheta de eo prædi-
xit:Verè languores noſtros ipſe tulit, & do- Eſa. 53
lores noſtros ipſe portauit. Altaris ergo ſa-
21 cramẽtũ,eſt veritas & figura.¶ Tria † quippè
ſunt in hoc ſacramento diſcreta: videlicet:
¶ Forma viſibilis.¶ Veritas corporis.¶ Et vir-
tus ſpiritualis:de conſe.diſt.ij. corpus forma
panis & vini:veritas carnis & ſanguinis:virtus
charitatis & vnitatis.Primum,oculo cernitur.
Secundum,animo creditur.Tertiũ,corde per
cipitur.Primum,eſt ſacramentum,& non res.
Secundum,eſt ſacramentum,& res. Tertium
verò, res & non ſacramentum. Sed primum
eſt ſacramentum geminæ rei. Tertium, eſt
res gemini ſacramenti. Secundum autem,eſt
ſacramentum vnius,& res alterius. Nam for
ma panis vtranq; Chriſti carnem ſignificat,
id eſt,veram & myſticam: ſed veram carnẽ
& continet & ſignificat:myſticam verò ſigni
ficat,ſed non continet.Sicut enim vnus panis
ex multis granis conficitur, & vinum ex di-
uerſis racemis confluit: ſic & corpus Chriſti
ex multis membris componitur: & vnitas
euchariſtiæ ex diuerſis perſonis conſiſtit:ſci-
licet in prædeſtinatis, vocatis, iuſtificatis &
glorificatis. Nam quos Deus prædeſtinauit, Rom.8
hos & vocauit:& quos vocauit, hos & iuſtifi
cauit.Vnde & Apoſtolus:Vnus panis, vnum 1.cor.10
corpus multi ſumus. In cuius rei typum fa-
cta eſt arca Domini de lignis Sethim, quæ
ſunt imputribilia,& albę ſpinę ſimilia. ¶ Pa-
22 tet † ergo,quòd ſubſtantia corporis & ſangui
nis Chriſti eſt ſacramentum & res:ſed alte-
rius ſacramenti eſt res: & alterius rei eſt ſa-
crame~



cramentũ & res: ſed alterius ſacramenti eſt
res:& alterius rei eſt ſacramentum. Eſt enim
res primi,quia figuratur & cõtinetur à primo
videlicet à forma viſibili &c.Et eſt ſacramen
tum tertij:quia ſignificat, & efficit tertium,
id eſt,vnitatẽ Eccleſiaſticã. Dicitur ergo hoc
myſterium fidei:quoniã aliud ibi cernitur, &
aliud ibi creditur. Cernitur enim ſpecies pa-
nis,& vini:& creditur veritas carnis & ſangui
nis. Quod autẽ hîc dicitur myſterium fidei:
2. Cor. 3 alibi dicitur ſpiritus, & vita. Spiritus enim eſt
Roma. 1 myſterium,ſecundũ illud: Litera occîdit,ſpi-
Ioann 6. ritus autẽ viuificat:& fides eſt vita, ſecundũ
illud:Iuſtus ex fide viuit.Hinc ergo Dñs ait:
Verba quę locutus ſum vobis,ſpiritus,& vita
ſunt.Verũ,cum cõſecratio perficiat ſacramẽ-
tũ,& poſt cõſecrationẽ nõ ſit in altari panis,
aut vinum: quæritur quis panis eſt corporis,
aut quod vinũ eſt ſanguinis ſacramẽtum? Nã
ſi dicatur,ꝙ panis qui fuit,vel vinũ,quod ex-
titit:profectò nec ille corporis, nec illud eſt
ſanguinis ſacramẽtum: quia panis trãſiuit in
corpus, & vinũ in ſanguinẽ. Si verò dicatur,
ꝙ ſit ſpecies illa,quæ remãſit? Illa quidẽ nec
extitit ex granis,nec cõfluxit ex racemis:quo
niã ex his nõ prouenit accidẽs, ſed ſubſtãtia.
Quam ergo ſimilitudinẽ aſsignabimus inter
ſacramentũ rei & rem ſacramenti? Nam ſi ſa
cramẽta nõ haberent ſimilitudinẽ rerũ,qua-
rũ ſunt ſacramenta propriè ſacramenta nõ di
cerentur:ſicut ſacramentũ baptiſmi,quod eſt
ablutio carnis exterior,ſimilitudinẽ habet ſi-
gnificati,quod eſt ablutio mentis interior. Sa
nè ſacramentũ iſtud in eo gerit ſimilitudinẽ
corporis,in quo panis ſimilitudinẽ repræſen-
tat:ſpecies ergo panis,ſacramentũ eſt corpo-
ris non ſolũ ratione rei ſignificatæ,verũ etiã
ratione cõtentæ.¶ Quæritur autẽ, vtrũ ſpe-
23 cies † panis & veritas corporis vnũ ſint ſacra-
mentũ,an diuerſa? Et videtur diuerſa. Cũ enĩ
diuerſa ſint ſigna,videtur ꝙ diuerſa ſint ſacra
mẽta.Prætereà,ſcriptũ eſt, proficiãt in nobis
quæſumus Dñe tua ſacramẽta,&.c.quæ ver-
ba ſub ti. de oratione nouiſsima exponentur.
Sed videtur contrà, ꝙ ſint ſolũ vnũ.Cũ enim
eãdem rẽ ſacramẽta ſignificẽt:videtur,ꝙ idẽ
ſint ſacramẽtum. Prætereà legitur:præſta vt
hoc tui corporis & ſanguinis ſacramentũ, nõ
ſit nobis reatus ad pœnã.Sup. hoc dicũt qui-
dã ꝙ forma panis & vini,ſunt vnũ ſacramen-
tũ,nõ propter vnũ ſignificatũ:ſed ꝑpter vnũ
cõtentũ. Species autẽ panis & veritas corpo-
ris,ſunt vnũ ſacramẽtũ:nõ propter vnũ cõtẽ-
tũ:ſed propter vnũ ſignificatũ. Hi debẽt cõ-
cedere,ꝙ ſicut diuerſæ res ꝑpter idẽ, & vnũ
ſignificatũ,idẽ ſunt ſacramentũ: ſic eadẽ res
propter diuerſa ſignificata,diuerſa ſunt ſacra-
menta.Quibus obijcitur,ꝙ ſi ſpecies panis &
veritas corporis,idẽ ſunt ſacramentũ,cũ ſpe-
cies panis ſacramentũ ſit corporis,ergo veri-
tas corporis, idẽ eſt ſacramentũ:& ita idẽ eſt
ſacramentũ ſui.Sed hoc nõ procedit:quia ſpe
cies panis,& eſt quoddã ſacramẽtũ, quod eſt
veritas corporis: eſt quoddam quod non
eſt illa:quoniã ſunt duo ſacramenta diuerſa.
24 ¶ † Alij verò dicũt ꝙ ſiue diuerſa ſint ſignifi-
cata,ſiue diuerſa ſignificãtia, ſemper diuerſa
ſunt ſacramẽta,quod oportet cõcedere ꝙ in
altari ſunt ad minus quatuor ſacramẽta:vide
licet ſpecies panis,& ſpecies vini: veritas car-
nis, & veritas ſanguinis. Prætereà,cũ panis &
vini diuerſa ſint accidentia:vt ſapor, & odor,
põdus,& color,quãtitas,& figura: videtur ꝙ
ſingula per ſe ſint varia ſacramẽta:qua enim
ratione potius vnũ,quã aliud dicẽdũ eſt ſacra
mentũ? Sed cuius rei ſacramẽtũ eſt odor, aut
ſapor? Ad hoc poteſt nõ incõgruè reſpõderi,
ꝙ omnia ſimul accepta,ſunt vnũ euchariſtiæ
ſacramẽtũ,eò ꝙ nullũ per ſe ſolũ ſignificet:
ſed omnia ſimul panis ſpeciẽ repręſentãt,quę
corpus Chriſti cõtinet & ſignificat.¶ Signorũ
25 autẽ alia ſunt naturalia:alia poſitiua. Natura
lia ſunt,quæ ſecũdũ naturã ſignificant:quorũ
quædã ſunt,quæ per antecedẽs, ſignant cõſe-
quẽs:vt in rubore veſpertino,ſignificatur ſe-
renitas matutina.Alia ſunt,quæ per cõſequẽs
ſignificãt antecedẽs:vt fumo,vel cinere, ſigni
ficatur ignis fuiſſe.Poſitiua ſunt illa,quæ ſe-
cũdũ impoſitionẽ ſignificãt. Quorũ alia ſunt
ſigna rei ſacræ, vt ſerpens æneus, erectus in Num.21
eremo:alia ſunt ſigna rei non ſacræ, vt arcus
triũphalis erectus in biuio.Porrò ſignorũ rei
ſacræ alia ſunt ſacra:vt baptiſmus, alia non
ſacra:vt agnus paſchalis.Sacra ſunt ſigna no.
teſt.nõ ſacra veteris:quãuis enim vtraq; ſint
ſigna rei ſacræ,id eſt,rẽ ſacrã ſignificãtia:nõ
tamẽ vtraq; ſunt ſacra,id eſt,iuſtificãtia:licet
nõnulli dixerũt ſacramẽta legalia iuſtificaſ-
26. ſe.Hæc enim eſt † differentia inter legalia &
euangelica ſacramenta: quia illa ſignifica-
bant tantùm:hæc autem iuſtificant & ſigni-
ficant, Verùm quandoq; largè, quandoque
ſtrictè ſacramentum accipitur. Largè,ſecun-
dum quod omne ſignum rei ſacræ ſiue ſit ſa
o 3 crum,

orum,ſiue non ſacrum,dicitur ſacramentum:
vnde ſigna legalia, ſacramēta dicuntur. Stri-
ctè,ſecundū quod ſacrū ſolummodo ſignum
dicitur ſacramentū.de conſe.diſt.ij. ſacrificiū.
& c.ſignū.& c.ſpecies.j.q.j.multi.Sacramentū
27 † autē dicitur actiuè & paſsiuè,quaſi ſacrum
ſignās,vel ſacrū ſignatū.Nā omne ſacramen
tum,quādoq; ſignū rei, quādoq; res ſigni va-
riè nūcupatur:ſecundū quod ſacramentū acci
pitur pro ſigno rei.Sacramentū , dicitur à ſa-
cro, & ſignū,quaſi ſacrū ſignū.ſed ſecundum
quod ſacramentū accipitur pro re ſigni,ſacra
mentū dicitur à ſacro, & ſecreto, quaſi ſacrū
ſecretū.Species ergo panis,dicitur ſacramen-
tum actiuè, id eſt, ſacrum ſignās:vnitas autē
Eccleſiæ dicitur ſacramētū paſsiuè, id eſt,ſa-
crum ſignatū. Corpus verò dominicū,vtroq;
modo dicitur ſacramentum, id eſt,& ſacrum
28 ſignās,& ſacrū ſignatū.¶ Sacramentū † verò
cōſiſtit in tribus,ſcilicet,in rebus,in factis, in
verbis:ſecundū proprietatē, ſimilitudinem,&
interpretationē. Leo nāq; , ſecundū proprie-
tatē,ſignat diabolū, vnde:Aduerſarius veſter
diabolus,tanquā leo rugiēs circuit, quærēs
1.Pet.5 quē deuoret.Seminare, ſecundū ſimilitudinē
Luc. 8 ſignificat prædicare.vnde exijt , qui ſeminat
ſeminare ſemen ſuū : & aliud cecidit in terrā
bonā:& aliud ſuper petrā : & aliud inter ſpi-
Eſa.7 nas.Emanuel, ſecundū interpretationē ſigni-
ficat Chriſtum.Vnde & vocabitur nomē eius
Emanuel: quod interpretatur nobiſcū Deus.
Res,vt aqua baptiſmi,factum.vt ſignaculum
crucis:verbū , vt inuocatio trinitatis. Singula
reperiūtur in hoc excellētiſsimo ſacramēto:
res id eſt,corpus & ſanguis:factū, id eſt,eſca,
& potus,verbū : hoc eſt corpus meū , hic eſt
ſanguis meus. ¶ Sequitur: Qui pro vobis &
29 pro † multis effundetur in remiſsionē pecca-
torum &c.Pro ſolis prædeſtinatis effuſus eſt
quātū ad efficaciā:ſed pro cūctis hominibus
quātū ad ſufficientiā. Effuſio quippè ſangui-
nis iuſti,pro iniuſtis:tā fuit diues ad pretiū,vt
ſi vniuerſitas crederet in redēptorē , nullum
omnino vinculum diaboli retineret:verbum
enim effuſionis,abūdātiā notat.xvj.q.j.reuer
30 timini.¶ Peccatū autē duobus † modis remit-
titur:videlicet quo ad meritum culpæ:& hoc
per ſanguinis fidē , qua iuſtificamur à culpa:
& quo ad debitū pœnæ:& hoc per ſanguinis
pretiū, quo redempti ſumus à pœna. Omnes
enim quaſi oues errauimus, vnuſquiſq; in viā
ſuā declinauit: & Dominus poſuit in eo ini-
quitates omniū noſtrū. Vnde vulneratus eſt
propter iniquitates noſtras , attritus eſt pro-
pter ſcelera noſtra , diſciplina pacis noſtræ ſu
per eū:& liuore eius ſanati ſumus. Verè lan-
guores noſtros ipſe tulit &c. Eſa. liij. Quia
ergo iuſtus iniuſtè punitus eſt : iniuſti iuſtè
ſunt liberati.Aſſumpſit enim in ſe pœnā, pro
omnibus, vt daret ſemper gratiam vniuerſis.
Hic autem ſacerdos eleuat calicē:vt illū po-
pulo oſtendat : nec eſt ſuperflua hæc eleua-
tio:vt dictū eſt in fine particulæ præceden-
tis.Et eſt notandū,ꝙ quædam Eccleſiæ duas
habent pallas corporales:& ibi eleuatur ca-
lix coopertus cū altera earum.In quo oſten-
ditur , hoc ſacramentum occultiſsimū fore:
& difficillimū, ad intelligendū quòd tēpore
inſtitutionis huius ſacramenti ſanguis Chri-
ſti inuiſibiliter erat, qui inter venas eius exi-
ſtebat.Aliæ verò Eccleſiæ vnā tantū habent
pallā,& ibi eleuatur diſcoopertus abſq; vela
mine.Primò,ad deſignādū, quòd poſt inſtitu
tionē huius ſacramēti ſanguis Chriſti factus
fuit viſibilis , per ipſius effuſionem in cruce:
vnde hîc dicitur:Hic eſt ſanguis meus &c. In
eo enim,quòd calix nō eſt coopertus cū pal-
la,ſuper qua eſt hoſtia cōſecrata, deſignatur,
quòd ſanguis Chriſti à corpore effuſus eſt:
& ſeparatus eſt.Secūdò, quia hoſtia eſt ſuper
pallam corporalem : nec bono modo poſſet
alibi poni. Tertiò,quia propter venti flatum,
periculoſum eſt coopertū cum palla leuare.
¶ Et nota,quòd ſacerdos actus Chriſti repre
ſentans, dum dicit : Accipiēs calicē parū ele-
uat:calicē deinde benedicit:& vt ſine pericu-
lo calicē benedicat , illum in altari deponit.
Subſequēter etiam dicit:accipite : parū tenet
eleuatū vſq; dum in altū eleuet, vt illū popu
lo oſtēdat.Sequitur: Hoc quotieſcūq; feceri-
tis &c. Hæc clauſula quia cōſecrationē tam
corporis quàm ſanguinis, reſpicit,poſt depo-
ſitum calicē , debet dici. Sanè in perceptione
corporis Chriſti & ſanguinis magna eſt no-
bis adhibenda diſcretio. Cauēdum eſt enim,
ne ſi nimiū differatur,mortis periculū incur-
ratur,Domino proteſtante, niſi manducaue-
ritis carnē filij hominis , & biberitis eius ſan
guinem , non habebitis vitam in vobis.Si ve- Ioann. 6
rò quis indignè ſuſcipit , ſecundum Apoſto- 1.Cor.2
lum,iudicium, ſcilicet dānationis ſibi mandu
cat,& bibit:de cōſe.diſt.ij.qui ſcelerate.& c.
ſeq.Ideóq; ſecundū eundē Apoſtolū, probat
ſeipſum homo :& ſic de pane illo edat ,& de 1.Cor.2
calice



calice bibat &c. Dicet ergo quiſquā cōmuni
candū eſſe quotidie.Alius verò dicet ecōtrà.
Faciat igitur vnuſquiſq; , quod piè crediderit
faciendū:nō enim ſigauerūt adinuicē,nec al-
Luc. 19 ter alteri ſe propoſuit. Zachæus , ſcilicet &
Matth. 8 ille cēturio cū alter eorū gaudēs Chriſtū in
domo ſua ſuſcepit:& alter dixit:Dñe nō ſum
dignus,vt intres ſub tectū meum:& hoc eſt:
quod Aug.ait.xij.diſt.illa.de cōſe. diſt.ij.quo.
tidie.alij quotidie cōmunicāt corpori & ſan-
guini Dñi:alij certis diebus accipiūt.quod li-
berā habet obſeruantiam:de hoc ſub titu.de
31 oſculo pacis dicetur.¶ Et † nota , quòd licet
Chriſtus ſemel credētes ſua morte redeme-
rit:Eccleſia tamē hoc ſacramentū quotidie
neceſſariò repetit,ob tres præcipuè cauſas.Pri
mò,quia in vinea laborātes,eo quotidie refi-
ciūtur.Secūdò,vt neophyti per illud incorpo
rētur Chriſto.Tertiò , vt memoria paſsionis
Chriſti quotidie mētibus fideliū, ad imitādū
infigatur:quotidie enim egemus : ideóq; pa-
nis quotidianus vocatur. Quotidianū ergo ſa
crificiū,vt probat Paſcaſius Papa.de cōſ.diſt.
ij.cùm iteratur,eſt cōmemoratio, nō iteratio
paſsionis.Et ideò ſequitur : In mei memoriā
facietis,id eſt,in hoc ſacramēto vobis quoti-
die mortis & paſsionis Chriſti memoria reno
uabitur.de conſec.diſt.ij.corpus.& c.iteratur.
Vnde j.ad Cor.x.Quotieſcūq; mādūcaueritis
panē hunc,& calicē biberitis,mortē Dñi an-
nūtiabitis,donec veniat:propter quod ipſe di
cebat Apoſtolis:Hoc facite,in meā cōmemo
rationē.Hāc vltimā nobis memoriā Dñs re-
liquit,prout dictū eſt ſup verbo:Poſtquā cœ
natū eſt.¶ Et nota,ꝙ habemus triplex memo
32 riale Dñicæ paſsionis.† Primū,quantū ad vi-
ſum in imaginibus & picturis : & propterea
crucifixi imago depingitur in libro & in Ec-
cleſijs.Secundū,quantum ad auditum,ſcilicet
paſsio Chriſti prædicata. Tertium , quantum
ad guſtum:ſcilicet ſacramentū altaris,in quo
Chriſti paſsio patenter exprimitur : & pro-
pter hoc præmiſit : & memoriā ve. Et ſequi-
tur:vnde & memores. Qui autē calicem di-
ſcoopertum eleuant, illum in hoc loco cum
palla corporali cooperiunt , innuentes quòd
ſepulto Domino aduoluto lapide ,clauſum
eſt oſtium monumenti:vt d.Mar.&c.

S V M M A.

1 Canonis pars octaua. Et eius interpreta-
tio.Et num.4.9.10.
2 Deus , propter nos , proprio filio non pe-
percit.
3 Sacerdos quare brachia extendat in octaua
parte canonis.
5 Digiti conſecrati, à ſacerdote conſtringūtur,
in octaua parte canonis, tribus de cauſis.
6 Cruces quinq; ſuper hoſtia, quid ſignificent.
7 Signa cur fiant ſuper euchariſtia.
8 Hoſtiam puram.&c. illa pars canonis , quàm
variè exponatur.
11 Offerre Deo, quid:& qualiter debeamus. Et
in quo peccarit Cain, Deo offerendo.
12 Abrahæ ſacrificium gratum Deo.Item, Mel
chiſedech.num.13.

*De octaua parte canonis.*

CAP. XLIII.

VNde & memores &c. Octaua
1 † pars : quia Dominus ipſe &
præceperat in c. Simili modo:
& hoc in ſui memoriā facie-
mus. Idcirco in hac parte tria
ſibi cōmemorāda proponit Eccleſia , ſcilicet
tam beatam paſsionem:necnon & ab inferis
reſurrectionem : ſed & in cœlos glorioſam
aſcenſionem:quorum primum , id eſt, paſsio
excitat charitatem:ſecundum,id eſt,reſurre-
ctio,corroborat fidem:tertium,id eſt, aſcen-
2 ſio,lætificat ſpem .Quid † enim in nobis ma- 1.cor.15
gis charitatem aſcendit quàm quòd proprio Pſal.67
filio ſuo non pepercit Deus?Rom.viij. Quid Ioan.12
magis in nobis fidem confirmat, quàm quòd
Chriſtus reſurrexit à mortuis? Sicut enim in
Adam omnes moriuntur : ita & in Chriſto
omnes viuificabuntur. Quid magis in nobis
amplificat ſpem, quàm quòd Chriſtus aſcen
dens in altum capti.dux.cap.de do. ho. vt vbi
3 ipſe eſt,illic ſit & miniſter eius.¶ † Sacerdos
igitur hoc repræſentans dicendo : tam beatæ
paſsionis : manus in modum crucis extendit,
vt habitu corporis , manuum Chriſti exten-
ſionem in cruce repræſentet : quod tamen
alij faciunt quando dicunt :Hanc igitur obla Luc.22
tionem repræſentantes crucifixionem ſta-
tim ſecuturam . Et quia Chriſtus prolixius
orans factus eſt in agonia : ideò agoniam
illam habitu oculorum & faciei quodammo
do repræſentat.Dicens autem. necnon & ab
inferis reſurrectionem:illas ad ſe,vt prius re
ducens,eas parum erigit:vnde in cantico Aba Abac.3
cuc: altitudo manus ſuas leuauit : & hoc in Act.1
 ſignum,

ſignũ, quòd Chriſtus inuictus leo ſurrexit à
mortuis. Itẽ dicens: ſed & in cœlos glorioſæ
aſcẽſionis:eas erigit æqualiter vſq; ad hume
ros in ſignũ,ꝙ Chriſtꝰ eleuatis manibꝰ fere-
Mar. vlt. batur in cœlũ,& ſedet ad dexterã Dei patris.
4 † Quod igitur dicitur:vnde & memores &c.
ſic eſt intelligẽdum.q. d. nos eſſe ſacerdotes
profitemur,& plebẽ tuã memorem eſſe te-
ſtamur Chriſti filij tui &c. ſacerdotes quidẽ
memores & inſtructi eſſe debent : quia ipſi
miſſam celebrant:& ſacrificium Chriſti exẽ-
plo offerunt.Plebs etiam ſancta memor eſſe
debet:quia Chriſtus nõ ſolùm pro ſacerdoti
bus:verùm etiã pro plebe paſſus eſt quæ ſan
cta dicitur : quia fide & baptiſmo percepto
5 ſanctificata eſt.¶ Itẽ† exnunc ſtringuntur di-
giti,ſcilicet pollices & indices, nec diſiũgun-
tur, niſi quando oportet hoſtiã tangi vel ſi-
gna fieri:quod ſit primò ob reuerentiã ſacra
mẽti.ne videlicet aliquid tangant, poſt tactũ
corporis Chriſti.¶ Secundò , videlicet in ſi-
gnum,quòd in hoc ſacramẽto ſecundus acce
dit primo,ideſt,filius patri obedit.& ideò ſub
ijcitur:Vnde & memores tam beatæ paſſio-
nis,reſurrectionis,& aſcẽſionis &c.¶ Tertiò,
digiti qui corpus Chriſti tetigerunt, iungun-
tur ad oſtendẽdum,quòd fideles illud fide &
deuotione tãgentes,debẽt eſſe charitate cõ-
iuncti:& ſicut digiti in tangendo,& ſignando
abinuicẽ ad orã diuiduntur:ſic & fideliũ ope
rationes in hac vita , cum expedit ſeparãtur:
quoniã quãdoq; per cõtẽplationẽ ad ſpiritua
lia eleuãtur, & quãdoq; pro mũdanis neceſſi
tatibus tẽporalia adminiſtrãt . ¶ Quartò,di-
gitorum cõiunctio,indicat ꝙ corporis,& ſan
guinis Dñi noſtri ſacramẽto,& mens & cor-
pus ſacerdotis inſeparabiliter eſſe debẽt affi
xa.¶Quintò ſtringuntur, ne puluis ſeu parti-
cula hoſtiæ illis fortè adhærẽs cadat. Quia
6 verò Eccleſia dixit ſe memorẽ † dominicæ
paſſionis,ideò ſtatim acerbiorẽ ſpeciẽ ipſius
paſſionis cõmemorat recolẽs, in quinq; cruci
bus quinq; plagas.ſicut enim ſubſequẽs ex-
poſitio declarabit, abhinc vſq; dum corpora
le deſuper calicẽ remouetur , dominicæ paſ-
ſionis ordo memoratur. Nã vbi dicit ſacer-
dos hoſtiã purã,hoſtiã ſanctã , hoſtiã imma-
culatã:panẽ ſanctũ vitæ æternæ:& calicẽ ſa-
lutis perpetuæ:quinarium crucis ſignaculum
imprimit ſuper oblatã & calicem: ſignificans
quinq; Chriſti plagas , videlicet duas manuũ
totidẽq; pedum & vnã lateris.vel quinq; cru
ces,ſignificãt,ꝙ Chriſtus quinq; ſecula rede-
mit.Tres autẽ cruces cõmuniter facit ſacer-
dos ſuper oblatã & calicem, quoniã in tribus
verbis vtrunq; pariter intelligitur. Nũquam
enim in crucis ſignaculo panis ſeparatur à ca
lice,niſi cùm ſeparatim nominantur,in cano-
ne:& quãdo hoſtia collocatur à miniſtro in
latere calicis,recta pars crucis ſolũmodo ſu-
per panẽ,trãſuerſa verò vſq; ad calicẽ debet
protẽdi:quoniã recta pars crucis,corpus Chri
ſti ſuſtinuit:trãſuerſa verò, brachia diſtendit.
Duæ verò cruces, ſeparatim factæ , animam
Chriſti ſeparatã à corpore ſignificãt. Sed cũ
iã plenè & perfectè ſit cõſecratio celebrata:
nã materia panis,& vini iã tranſit in ſubſtan-
tiã carnis & ſanguinis:nec vlterius poteſt de
teriorari , vel meliorari : & ſacerdos vlterius
vtitur ſuis,non Chriſti ſermonibus:de cõſec.
7 diſt ij.panis eſt.¶Quæritur † quare ſuper eu-
chariſtia adhuc benedictionis ſignũ imprimi
tur,aut aliquod conſecrationis verbum pro-
fertur? Prætereà quędã ſubiungũtur in cano-
ne inuẽta , quòd nondum ſit tranſſubſtantio
cõſummata. Super hoc dicunt quidã:de cõſe.
diſt.ij.vtrum.quòd ſcriptura nõ attendit hìc
huiuſmodi anguſtias temporis : ſed ſacerdos
cũ nõ poſſit ſimul multa proferre, agere:ita
loquitur & agit,ac ſi tempus ſtaret:& eſſent
adhuc faciẽda,quę in principio ſermonis nõ-
dum erant facta:& verba & ſigna non ad tẽ-
pus ſuæ prolationis,ſed ad cõceptionem lo-
quentis ſunt referenda. Innocentius Papa iij.
dixit,quòd in canone aliud verba ſignificant:
& illud ſigna prætendunt. Nanq; verba prin
cipaliter ſpectant ad euchariſtiam conſecrã-
dam:ſigna verò principaliter pertinent ad hi
ſtoriam recolendã : nam verbis vtimur ad
conſecrandum panem,& vinum in corpus, &
ſanguinem Ieſu Chriſti: ſignis vtimur ad re-
colendum ea,quæ per hebdomadam ante pa
ſcha geſta ſunt circa Chriſtum. Patet ergo,
quòd quantum ad ordinem euchariſtiæ con-
ſecrandæ,c.illud: qui pridiè , quàm pateretur
&c.in fi.canonis ſubijci debuiſſet:quia in eo
conſecratio conſummatur:ſed quoniam im-
pediſſet ordinem hiſtoriæ recolendæ , quia
quod fuit geſtum in medio , poneretur in fi-
ne.Prouidus canonis ordinator , vt ordinem
ſeruaret hiſtoriæ , quaſi quadam neceſſitate
compulſus, capitulum illud : Qui pridiè &c.
quaſi cor canonis in medio collocauit : vt
quæ ſequuntur,intelligantur præcedere , ſe-
cundum



cundum illam figuram,qua ſæpe fit,vt quæ
narratione ſuccedunt , intellectu præcedant:
vel potius,vt tam literæ,quàm hiſtoriæ ſuus
ordo ſeruetur. Dicatur itaq;,ꝙ pertinent ſi-
gna ad hiſtoriam paſſionis recolendam:quia
ſignificãt quinque ſenſus,qui tunc re vera pa
tiebãtur in Chriſto:vel quinque eius plagas:
vt dictum eſt:ſed verba nõ pertinẽt ad eucha
riſtiam cõſecrandam:imò pertinẽt ad eucha
riſtiam conſecratã,hoc modo nos ſerui,vide-
licet ſacerdotes:ſed & plebs tua ſancta ſcili-
cet populus Chriſtianus.Nam quod populus
agit voto , ſacerdotes peragunt miniſterio.
Offerimus præclaræ maieſtati tuæ,id eſt,præ
Matt. 23 cæteris clarę.Nam ſi iuſti fulgebũt,ſicut ſol,
in regno patris eorũ:quantò clarius maieſtas
diuina præfulget? De tuis donis,id eſt,de fru
gibus ſegetum,& hoc quantũ ad panem,qui
eſt cõſecratus in carne. Ac datis,id eſt,de fru
gibus arborum,& hoc quãtum ad vinũ,quod
8 eſt cõſecratum in ſanguinem.De † his inquã
& illis offerimus hoſtiam purã,hoſtiam ſan-
ctam,hoſtiam immaculatam,id eſt,euchari-
ſtiam immunem ab omni culpa originali:ve
niali,& criminali.Vnde dicatur hoſtia,dictũ
eſt in ſexta particula,ſuper verbo : Qui pri-
diè.Vel purã,quantũ ad cognitionem , quaſi
puro corde:ſanctam,quantũ ad locutionem:
immaculatã,quantum ad operationem:quia
1.Petr.2 peccatum nõ fecit:nec dolus inuentus eſt in
ore eius:ſupple hoc eſt,panem ſanctũ,id eſt,
ſanctificantem:ſupple,datorem vitæ æternę,
quantum ad ſtolam carnis:& calicem ſalutis
perpetuæ,quantum ad ſtolam animæ ſecun-
Ioan.6 dum illud:Ego ſum panis viuus,qui de cœlo
deſcendi.Si quis manducauerit ex hoc pane,
9 viuet in æternum. Poſſunt † etiam ſecundo
modo hæc verba exponi : vt videlicet Chri-
ſtus dicatur hoſtia pura : quia conceptus eſt
ſine peccato:dicatur panis vitæ æternæ : quia
eſt refectio angelorum:& calix ſalutis perpe
tuæ:quia refectio eſt hominũ.Vel tertio mo
do,hoſtiam purã:quia Chriſtus oblatus eſt,
vt nos liberaret de fœditate originalis pecca
ti.Sanctam:quia vulneratus eſt,vt ſuperflue-
rent ſacramẽta,quibus Eccleſia ſanctificatur.
Immaculatam:quia mortuus eſt,vt nos libe-
raret de morte æterna.Panem vitæ æternæ:
quia eſt noſtrum viaticũ : quaſi via.Et calicẽ
ſalutis perpetuæ:quia eſt refectio angelorũ,
inebrians in patria.Vel ſic quarto modo : de
tuis donis ac datis. Dona ſunt , in re æterna:
data,in opera temporalia. Offerimus hoſtiã
puram,ſcilicet corporis:hoſtiam ſanctam,ſci
licet ſanguinẽ : hoſtiam immaculatã,quo ad
vtrũq;.Vel puram,id eſt,ab alijs ſeparatam:
ſanctã,id eſt, ſanctificatã:immaculatã,id eſt,
à maculis emundatam:hoſtiam de corde pu-
ro,cõſcientia bona,& fide non ficta.¶Sequi-
tur : ſupra quæ &c. Cùm autem orauerit, 1.Tim.1
pro hoſtia tranſſubſtantiãda,eámq; iam trãſ-
ſubſtantiatam patri obtulerit , nunc orat pro
ipſius acceptatione:vt eam ad inſtar antiquo
rum ſacrificiorũ acceptet , propitio (ſupple)
nobis,ac ſereno vultu,id eſt,reſpectu placa-
bili digneris reſpicere,nõ ꝙ vultus eius mu-
tetur aliquãdo:ſed tunc Deus vultum ſuum
ſuper nos illuminat,& ſerenat:cũ miſericor-
diam ſuam ſuper nos exhibet:& declarat ſe-
cundum illud Pſal.Illuminet vultũ ſuum ſu- Pſal.66
per nos,& miſereatur noſtri.Item per hoc,ꝙ
dicit:digneris reſpicere:notatur quòd ſacer-
dos noſter vultũ habet verſum ad propitia-
torium:de quo in procemio huius partis di-
ctum eſt:& tunc aſpergit intus tabernaculũ,
dum per miſericordiam Dei,quærit eius propi
tiationem,vt habeat Deus illa munera acce-
pta,ſicut habuit munera Abel iuſti.Vnde ſe-
10 quitur:Sicuti accepta † habere dignatus es Gene. 4.
munera Abel &c.Hoc autẽ aduerbium ſicuti
ſimilitudinem innuit,nõ exprimit quantitatẽ.
Multò quippè acceptius eſt hoc ſacrificium
Deo,quàm quod obtulit Abel:quod obtulit
Abraam:quod obtulit Melchiſedech : valet Gen. 22.
enim amplius res,quàm vmbra:veritas,quàm Gen. 14.
figura .Ipſam ergo ſimilitudinẽ magis,quàm
quantitatem debemus attendere.Offerendo
11 † igitur,ſimiles ſumus Abel rectè quidẽ offe
rentes, rectè nihilominus diuidamus : quod
quia Cain nõ egit,peccauit ſua nãque rectè,
cui debebat,obtulit Deo:ſed retinẽs ſibi ſe-
ipſum,& cor ſuũ ſubtrahẽs Deo,malè diuiſit:
Abel autem acceptũ Deo intus in corde ob-
tulit holocauſtũ:quia nõ ſe ſibi retinuit : ſed
Deo totum ſe ſubdiuidit & impẽdit.Et ideò
legitur in gen.Reſpexit Deus ad Abel , & ad Gene. 4.
munera eius. Ad Cain verò & ad munera eiꝰ
nõ reſpexit.xiiij.q.v.ſcriptum. Prius reſpexit
ad Abel:& poſteà ad munera eius:quia nõ of
ferẽtes à muneribus:ſed munera ab offerẽte
12 placuerũt. † Similiter & Abraham egregius
fide,totum prius ſe offerebat altiſſimo : &
propterea cum ſua duceret offerenda,placi-
cidas ei hoſtias offerebat:quòd vt nos ſciẽtes

 imita

imitaremur, paternos ab illo Deus exegit
Geñ.14 affectus. Tolle (inquit) filium tuum vnigeni
tum, quem diligis Iſaac: & offer eum in holo
cauſtum ſuper vnum montiũ, quem monſtra
uero tibi. Statimq; promptum & obedientẽ
Geñ.14 inuenit: imò nobis oſtendit. Melchiſedech
13 † quoq;, niſi ſe prius acceptum Deo ſacrifi-
cium obtuliſſet, futurorum cauſas minimè
præuidiſſet: quarũ intuitum myſticum panis
& vini primus obtulit ſacrificium: erat enim
ſacerdos Dei altiſsimi. Nominãtur igitur iſti
tres patres veteris teſtamenti: quia illi eorũ
ſacramenta, ſpecialius cæteris, hoc ſacramen
tum præſignauerant. Quid enim per munus
Abel offerentis de primogenitis gregis, niſi
Chriſtus primogenitus, in multis fratribus,
exprimitur: qui malitioſè occiſus eſt à popu-
lo Iudæorum: ſicut ille inuidioſè à fatre ſuo?
Rom.8 Nam ſecundum Apoſtolum: Ipſe eſt agnus
Apoc.5 Dei: qui occiſus eſt ab origine mundi. Quid
per ſacrificium Abrahæ, dilectum & vnicum
filium offerentis, niſi Chriſti paſsio deſigna-
Rom.8 tur? de quo dicit Apoſtolus: Proprio filio ſuo
Matt.17 non pepercit Deus: ſed pro nobis omnibus
tradidit illum. Hic eſt (inquit) filius meus di
lectus, in quo mihi complacui. Oblatio quo
que Melchiſedech tam propriè nouum ſacri
ficium præſignauit, vt inde prędictum ſit: Tu
Pſal.109 es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem
Melchiſedech, qui ſecundum Apoſtolum aſ-
ſimilatus per omnia filio Dei, manet ſacer-
dos in perpetuum. Abel, dicitur puer: nõ tam
à pueritia, quàm à puritate: ſecundum illud:
Ecce puer meus, dilectus, quem elegi: poſui
ſuper eum ſpiritũ meum. Abraham dicitur pa
triarcha, non ita Iſraëliticæ plebis, quàm po-
puli Chriſtiani, illius per carnem: huius per
fidem, ſecundũ illud: Nõ vltra vocabitur no-
Geñ.17 men tuum Abram: ſed appellaberis Abrahã:
quia patrem multarum gentium cõſtitui te.
Melchiſedech interpretatus eſt, rex iuſtitiæ,
deinde rex Salem, id eſt, pacis propter illud,
Pſal.71 quod legitur: Orietur in diebus eius iuſtitia,
& abundãtia pacis, donec auferatur luna: ſan
ctum ſacrificium, immaculatã hoſtiam: hoc
addidit in canone, Leo Papa primus.

SVMMA.

1 Chriſtus quomodo ſanguinem ſuum ad-
ſpergit.
2 Sacerdos cur ſe inclinet, dicturus: ſuppli-
ces &c.
3 Cruces tres factæ à ſacerdote, ſuper obla
tam, quid ſignificent.
4 Sacerdos, cur ſe inclinet, cancellatis manibus
ante pectus: in noua parte canonis.
5 Diaconus cur manus, in noua parte canonis
lauet.
6 Sacramenti dignitas & excellentia.
7 Canonis interpratio, in octaua parte. & nu. 9.
8 Angelus adſtat ſacerdoti celebranti.

## *De nona parte canonis.*

### CAP. XLIIII.

SVpplices te rogamus &c. No- Hebr.9
na pars. Pontifex, vt lex iube-
bat, & in procemio huius par-
tis dictum eſt, aſpergebat tabu
lam & aram, & exterius ſacrũ
1 ſanguine pacifico: & Chriſtus toties † aſper-
git patrem ſanguine, quoties eum placat per
carnem aſſumptã: aram aſpergit, quãdiu nu-
merum reſtaurat angelorum. Exterius ſacrũ
aſpergit, dum homines ſanctificat, & patri,
qui in terris ſunt, recõciliat. Sacerdos eoſdem
aſpergit: quia hoc ſacrificiũ placat Deum, &
veniam impetrat, & ſic etiam ſuper hos aſper
git: nam qui nos emundat, augmentat nume
rum ciuium ſupernorum. Aſpergit etiam in-
tus tabernaculum: prout in præcedenti parti
cula dictũ eſt. Dum autẽ hic nominat ſubli-
me altare, cõmemorat ſancta ſanctorũ. ¶ Sa-
nè hymno dicto poſt cœnam, exiuit Ieſus in Ioan.18
montem oliueti trans torrentem Cedron, & Matt.26
progreſſus puſillum cecidit in faciem ſuam, Luc.22
orans: & dixit: Pater, ſi fieri poteſt, transfer ca
licem hũc à me. Sed & ſecũdò & tertiò abijt
& orauit eundem ſermonem dicẽs: & factus
in agonia, plixius orabat: & factus eſt ſudor Mar.14
eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in ter-
ram: Tunc venit ad diſcipulos ſuos dicẽs: Sur
gite, eamus: ecce appropinquat, qui me tra-
det. Traditor autem dedit eis ſignum, dicens,
quem oſculatus fuero ipſe eſt, tenete eum. Et
confeſtim accedens oſculatus eſt eum. Quia
2 ergo Ieſus † pcidit orans & dicens: Pater ſi
fieri &c. ideò ſacerdos ſe inclinans orat, & di
cit: Supplices te rogamus &c. vel ſacerdotis
inclinatio ſignificat emiſsionẽ ſpiritus Chri-
ſti: prout dictum eſt in procemio canonis. De
inclinationibus, dictum eſt ſub titu. de cõfeſ-
ſione. Item dicens, vt quotquot ex hac alta-
ris &c. oſculatur ſemel altare per quod reprę
ſentatur oſculũ pditoris, poſtquã Dominus
ab oratione ſurrexit. Quidam ter oſculantur,
agentes



agentes gratias trinitati, quæ per paſsionem
Domini genus reconciliauit humanum. Alij
bis, ad notandum geminã in Chriſto naturã
ſeu ipſum in anima & corpore paſſum. Quia
Luc.22 verò in agonia prolixius orabat tertiò dicẽs
3 eundem ſermonẽ: ideò † ſacerdos facit tres
cruces. Primã ſuper oblatã dicendo, ſacroſan
ctum filij tui corpus: & ſecũdam ſup calicem
dicendo & ſanguinẽ: tertiã ſignando ſeipſum
in facie dum dicit: Omni benedictione cœle
ſti, fortè propter ſudorẽ corporis crucem im-
primens ſup corpus: & propter guttas ſan-
guinis crucem imprimẽs ſuper ſanguinem: &
quia procidit in faciem ſuam orans: ideò im-
primit ſibi crucem in facie. Vel potius crux,
quæ fit ſupra corpus deſignat vincula, quibus
eſt ligatũ corpus: illa, quæ fit ſup ſanguinem
deſignat flagella, quibus alliſus eſt & ſanguis
Mar.14 eductus. De vinculis legitur: Miniſtri Iudęo-
rum cõprehenderunt & ligauerũt: vincien-
Ioan.19 tes, duxerunt & tradiderũt Pontio Pilato. De
flagellis legitur: Apprehendit Pilatus Ieſum,
& flagellauit: cuius liuore ſanati ſumus. Per
tertiam verò crucem, quæ fit in facie, recoli-
tur illud: quòd expuebant in faciem eius: &
palmas in faciem eius dabant: & velantes fa-
ciem eius dicebant: prophetiza nobis Chri-
Matt.26 ſte quis eſt qui te percuſsit. Tertiò, crux quæ
fit ſupra corpus, martyrium Chriſti: quæ fit
ſupra ſanguinem, martyrium ſanctorũ deſi-
gnat. Quartò, primæ duæ cruces ſignificant,
quòd Chriſtus pro duobus populis paſſus
eſt. Tertia, quæ fit in facie, ꝙ in corpore ſuo
paſſus eſt. Alij verò nõ faciũt præmiſſas duas
4 cruces. Cõſiderari † etiã oportet ꝙ ſacerdos
dicendo ſupplices &c. ſtat inclinatus cancella
tis manibus ante pectus, ad deſignandum, ꝙ
orationis humilitas per inclinationem deſi-
gnata, tũc demum & nõ alias exaudiri digna
eſt, ſi ex fide pcedat pectoris id eſt, mentis.
Fide dico, per dilectionem operãte, quæ ope
ratio per manus intelligitur. Quia verò quæ-
dam ſunt opera vitæ actiuæ, quędam verò vi
tæ cõtemplatiuæ: ſed opera vitæ actiuæ quo
dammodo cancellatim ad opera contempla
tiuæ vitæ ſicut ſiniſtra ad dexteram, cõparan
tur: eò ꝙ opera actiuę ſicut ſuppoſita ſeu in-
feriora, ad opera cõtemplatiuę diſponunt: &
opera cõtemplatiuæ ſicut ſuperpoſita & al-
tiora illa perficiunt & confirmant: & ideò in
ipſa manuum cancellatione dextra ſuperpo-
nitur ſiniſtræ. Rurſus orat cancellatis mani-
bus ante pectus, quaſi ipſo facto dicat: Obſe-
cro te per crucem, & paſsionem tuam, vt iu-
beas hæc perferri &c. Cancellatio enim ma-
nuum paſsionẽ Chriſti figurat, & dextera per
quam reſurrectio, læuæ, per quã paſsio deſi-
gnatur ſuperponitur, vt per hoc Chriſti reſur
rectio à mortuis inſinuetur. ¶ Verũ in nõnul-
5 lis Eccleſijs † diaconus infra actionem lauat
manus, ſignificans primò, quòd Pilatus ſe la-
uit, cum ſe mundum à Chriſti ſanguine pro-
clamauit. Vel ſecundò, ꝙ noſtra ſordida ope
ra Chriſti paſsione mundãtur. Tertiò, ꝙ nul
lus niſi mundus ad percipiẽda fidei ſacramen
ta pcedat. ¶ Sequitur: Iube hæc perferri &c.
tantæ ſunt pfunditatis hæc verba: vt intelle-
ctus humanus vix ea ſufficiat penetrare. Vn-
de beatus Grego. de cõſecra. diſtin. ij. quid ſit
6 ſanguis. & in fine † dialogi, tanti ſacramenti
dignus interpres de illis tanquam de re inef-
fabili penè, ineffabiliter loquens, quis inquit
fidelium habere dubium poſsit in ipſa immo
lationis hora ad ſacerdotis vocẽ cœlos ape-
riri: in illo Ieſu Chriſti myſterio angelorum
choros adeſſe: ſummis ima ſociari: terrena
cœleſtibus iungi: vnũmq; ex inuiſibilib atq;
viſibilibus fieri? Idem etiã alibi dicit: Vno eo
dẽmq; tempore ac momento in cœlũ, id eſt,
cœleſtem naturã rapitur, miniſterio angelo-
rum, cõſociandũ corpori Chriſti, ſcilicet my-
ſtico: & ante oculos ſacerdotis in altari vide-
7 tur. ¶ † Saluo tamen occulto cœleſtis oracu-
li ſacramento: poſſent hæc verba, licet ſimpli
cius, tamẽ ſecurius ſic exponi. Iube, id eſt, fac
hæc, ſcilicet vota fidelium, id eſt, ſupplicatio-
nes & preces: perferri, id eſt, præſentari: per
manus ſancti angeli tui, id eſt, per miniſteriũ
angelorum, qui ſunt adminiſtratorij ſpiritus:
& vota noſtra corã Deo offerũt. Iuxta illud, Hebre.1
quod ait Raphaël angelus ad Thobiã, Tho-
biæ xij. Quãdo orabas, cũ lacrymis, ego obtu
8 li orationẽ tuã Domino. Ex hoc † ergo eui-
denter apparet, ꝙ angelus ſacris myſterijs
adeſſe credendus eſt: nõ vt cõſecret: quia hoc
non poteſt: ſed vt orationes ſacerdotis & po-
puli Deo repræſentet: ſecundum illud Apoc. Apoc.8
Aſcendit fumus aromatum in cõſpectu Do-
mini de manu Angeli, quę ſunt orationes ſan
ctorum. In ſublime altare tuum, ſupple, hoc
eſt in conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ, id eſt,
in contemplatione maieſtatis, & curiæ tuæ
cœleſtis: nam ipſe Deus, dicitur altare ſubli-
me. Exod. xx. Non aſcẽdas ad altare meũ, per
gradus

gradus,id eſt,in trinitate non facies gradus.
Dañ.13 ¶Porro ſicut beatus Augu.determinat nõ di
citur angelus offerre orationes Deo, quaſi
tunc primò Deus nouerit,quid velimus:quia
Deus omnia nouit antè,quàm fiant:ſed quia
neceſſe habet rationalis creatura temporales
cauſas ad æternitatem referre,ſiue petendo,
quid erga ſe fiat,ſiue cõſulendo quid faciat:
aut quid Deo iubẽte implendum eſſe cogno
uerit,hoc nobis,vel euidenter,vel latenter re
portet.¶Poſſunt etiam ſecundo modo præ-
9 miſſa verba ſic exponi.† Omnipotens Deus,
iube hæc ſcilicet panem & vinum : perferri,
id eſt,tranſmutari:in ſublime altare tuum,id
eſt,in corpus & ſanguinẽ filij tui,ſuper cho-
ros angelorũ exaltari:quia corpus Domini di
Exod.20 ctum eſt altare:iuxta illud:Altare de terra fa
cietis mihi:per manus angeli tui,id eſt,per mi
niſteriũ ſacerdotis.Non enim ſecundũ Augu.
depoſcit ob aliud illic deferẽda,niſi vt intel-
ligatur,ꝙ illa fiant,id eſt,tranſſubſtantientur
in eo ſacerdotio,id eſt,in eius myſterio,virtu
te ſpiritus ſancti.Sed cũ iam tranſſubſtantiatę
ſint, exponi poſſent tertio modo ſic : Iube
hæc,id eſt,corpus Chriſti myſticum, ſcilicet
Eccleſiam Chriſti militantem perferri,id eſt,
aſſociari:in ſublime altare tuum,id eſt,in Ec-
cleſiã triumphantẽ,quæ dicitur altare:ſecun-
Leuit.6 dum illud Leui.Ignis in altari meo ſemper
ardebit, id eſt,feruor charitatis in Eccleſia
triũphabit:& hoc per manus angeli tui,id eſt,
per operationẽ & virtutẽ Chriſti filij tui,qui
eſt magni conſilij angelus. Eſa.ix.Ipſe enim
corpus ſuũ myſticũ Deo patri coniungit,&
Eccleſiæ triumphanti.Quarto modo,hic an-
gelus magni conſilij.Conſiliarius ille, cuius
cõſilio pater mundum creauit, & recreauit
ſublime altare:in cõſpectu Dei eſt Chriſtus
crucifixus,ſedens in dextra patris.Igitur ange
lus fert hæc ſacramenta in ſublime altare,in
conſpectu Dei:dum cicatrices oſtendens,in-
terpellat apud patrẽ pro nobis,hęc ſacramẽ-
ta cõficientibus.Quæ verò ſint illa,quæ petit
in ſublime altare perferri,determinat Domi
nus dicẽs:vt quot quot &c.per hoc enim de-
monſtratur corpus Chriſti myſticum : quod
Chriſtus quotidie ad ſe trahit per membra:
Hiere.3 vnde Hieremias:patrem vocabis me,& poſt
me ingredi non ceſſabis.

SVMMA.

1 Canonis decima pars.Et interpretatio.&
nume.4.

2 Eccleſia orat in miſſa,pro defunctis.
3 Dormientes,hoc eſt mortui,reſurgent.
5 Quieſcentes in Chriſto,qui dicantur.
6 Paradyſus,locus refrigerij.

## De decima parte canonis.

CAP. XLV.

MEmento etiam Domine &c.
1 †Decima pars.Hęc cõiunctio
etiam cõtinuat ſequentia pro-
ximè præcedentibus, vel dici
poteſt quòd ſuperfluit. Nam
in antiquis codicibus præcede
bat immediatè quædam oratio,incipiẽs:Me-
mento mei,quæſo Domine &c.in qua ſacer-
dos pro ſe orabat vt dignè poſſet offerre:vn-
de tunc rectè ſequebatur:Memento etiã Do
mine famu.&c. Sed quia in multis modernis
codicibus oratio illa non inuenitur, ideò ſe-
cundum illos iſtud etiam ſuperfluit:vel quod
melius eſt,reſpicit aliud:Memẽto,quod præ-
cedit,in quo rogauit pro viuis:hîc autẽ orat
2 pro defunctis.¶Orat † ergo pia mater Eccle
ſia,nõ ſolùm pro viuis:verũ etiam pro defun
ctis,& eos Deo patri ſacræ oblationis inter-
ceſsione cõmendat:certiſsimè credens,quòd
ſanguis ille pretioſus,qui pro multis effuſus
eſt in remiſsionem peccatorũ, nõ ſolùm ad
ſalutem viuentiũ:verũ etiam ad abſolutionẽ
valeat defunctorum.Ideóq; Gabilonẽ.conci-
lium,de conſecra.diſtin.j. viſum.ſtatuit,vt in
omnibus miſſarũ ſolennijs loco competenti,
videlicet in hoc loco ſecretæ, vel in diebus
non ſolennibus:in dominica enim die ob re-
ſurrectionem dominicã animæ requiem cre-
duntur habere:Eccleſia pro defunctis Domi
num deprecetur.iuxta illud Augu. Nõ ſunt
prætermittẽdæ ſupplicationes pro ſpiritibus
mortuorum,quas faciendas pro omnibus in
Chriſtiana catholica ſocietate laudamus.Et
quia quandoq; deſunt defunctis parentes,filij
cognati,amici,qui ſupplicationes pro eis ef-
fundant:vnà & pia mater,id eſt,tota Eccleſia
omnes defunctos ſub generali cõmemora-
tione ſuſcipit tacitis illorũ nominibus, & eis
exhibet cõmunionẽ.Inn.quoq; Papa ſtatuit.
ea.di.de nominibus.vt ante conſecrationem
hoſtiæ non recitentur communia defuncto-
rum:poſſent enim populo recitari : ſed Deo,
quem nihil latet,neceſſe non eſt:qui cùm ſi-
gno fidei nos præceſſerunt,ſcilicet ad Domi
num.xiij.q.ij.quàm prępoſterũ.in fi.nõ quòd

ibi ſit



ibi ſit fides aut ſpes:vbi ſpes eſt, & res : nam
1.Co.13 fides euacuatur:charitas nunquã excidit:ſed
ſignũ fidei pro charactere fidei Chriſtianita-
tis accipitur.de pœniten.diſtin.ij.charitas.qui
fideles ab infidelibus diſcernuntur:ſecũdum
Apoca.4 illud:Audiui numerum ſignatorũ cxliiij.mil-
lia ſignati ex omni tribu filiorũ Iſraël:& dor
Pſal.4 miunt in ſomno pacis ſecundum illud:In pa-
ce in idipſum dormiam, & requieſcam.Fre-
quenter enim ſacra ſcriptura defunctos dor-
3 miẽtes appellãt:pro eo quia ſicut † dormien
tes euigilant,ita mortui reſurgent, propter
1.The.4 quod dicit Apoſtolus:Nolo vos ignorare de
dormientibus,vt non contriſtemini, ſicut &
cæteri,qui ſpem nõ habent. Et Dominus in-
Ioan.2 quit in euangelio:Lazarus amicus noſter dor
mit. Ipſis Domine & omnibus in Chriſto
quieſcentibus:in hoc loco ſacerdos, quorum
maluerit defunctorum debet agere memo-
riam ſpecialẽ.Finita eſt enim memoria mor-
tis Domini : & ideò ſequitur : Mors noſtra
Chriſtus præceſsit,& nos eius veſtigia ſequi-
4 mur.¶In Chriſto quieſcentibus. † Sed nõne,
qui deceſſerunt cũ fide & dormiũt in ſomno
pacis,de quibus præmiſſum eſt, quieſcunt in
Chriſto : & ſic videtur hoc ſuperfluere? Sed
quia ſacerdos poſt verba illa in ſomno pacis,
fecerat ſpecialem memoriam pro aliquibus:
ideò ſubijcit:pro ipſis Dominus:& mox non
incompetenter ſupponit clauſulã generalẽ:
& omnibus in Chriſto quieſcentibus:de qui-
5 bus præmiſerat.Hic † autẽ vocãtur quieſcen
tes in Chriſto qui in charitate mortui ſunt:
habentes tamen aliqua purgabilia,eò quòd
non plenè ſatisfecerũt pro peccatis cõfeſsis,
propter quod ad locũ purgatorij deſcende-
runt:vbi exiſtentes ſuffragio indigẽt Eccleſię
militãtis,tanquã nondũ habẽtes in re pacẽ,&
refrigeriũ gloriæ:licet habeãt in certa & in-
fallibili ſpe locũ refrigerij : in quo nõ eſt ar-
dor pœnarũ:lucis,in quo nõ eſt obſcuritas te
Apoc.21 nebrarũ:& pacis.in quo nõ eſt cõflictus pu-
gnarũ.Nam abſterget Deus omnẽ lacrymã
ab oculis eorũ:& iam nõ erit amplius neq; lu
ctus,neq; clamor:ſed nec vllus dolor : quo-
niam priora tranſierunt:ſed delectabuntur in
6 multitudine pacis,cum placebũt corã Domi-
no in regione viuentiũ. † Paradyſus dicitur
ergo locus refrigerij,propter ardorem ignis
purgatorij.per quẽ animæ tranſeunt.iuxta il-
Pſal.65 lud Pſal.Tranſiuimus per ignẽ, & aquã &c.
Locus lucis cõtra tenebras inferni:de quibus
Matth.xxiij.Mittite eum in tenebras exterio
res.Locus pacis propter mentis tranquillita-
tem,quæ eſt ibi:contra vermem conſcientiæ
eorũ,qui ſalui nõ erũt.Vnde Eſa.Vermis eo- Eſa.66
rũ non morietur:nec ignis eorũ extinguetur.

SVMMA.

1 Sacerdos quare percutiat pectus ſuũ, in vn-
decima canonis parte.& nu.2.3.
4 Peccatum negare in nobis,non poſſumus.
5 Miſericordiæ & miſerationes Domini ma-
gnæ,& multæ.
6 Præmium gloriæ æternæ an vnum idémq;
ſit omnium.
7 Ioannes cur denuò repetatur in vndecima
parte canonis : atq; præmittatur Matthiæ &
Barnabæ Apoſtolis.
8 Canonis octauæ partis interpretatio,& ſum-
ma.& nu.9.10.12.14.16.17.18.21.22.
11 Calix cooperitur:hoſtia non.Et quid ita.
13 Chriſtus crucifixus,ſexta feria.
15 Sacerdos faciens cruces,manus ſuper menſa
altaris extendit.& qua id ſignificatione.
19 Sacrificium ſeptem vicibus ſignatur in cano
ne.& qua idipſum admonitione.
20 Senſus quinque exercentur,in Euchariſtiæ ſa
cramento.
23 Chriſti paſsione quatuor impetramus. Et
quot digitos ſacerdos calici leuando adhi-
beat.Quidq; illud notet.
24 Diaconus cur oſculetur humerum ſacerdo-
tis,in vltima parte canonis.

## De vndecima parte canonis.

CAP. XLVI.

NObis quoque &c. Vndecima
pars:hæc autẽ oratio protendi
tur vſque:Per omnia ſecula ſe
1 culorũ.Et hæc verba † profe-
rendo ſacerdos, paululum ex-
preſſa voce percuſſo pectore ſilentiũ inter-
rumpit,repræſentans contritionem & cõfeſ-
ſionem latronis in illo paſsionis dominicæ ar
ticulo increpantis alterum,& dicentis : Nos
digna factis recipimus:hic autem nihil mali
geſsit:& dicebat ad Ieſum Luc.xxiij.Domi-
ne,memento mei, dum veneris in regnum
tuum:propter quod dixit illi Ieſus:Amen di-
co tibi,hodie mecum eris in paradyſo.Rur-
2 ſus † per exaltationem vocis, & percuſsionẽ
pectoris exprimitur illud,quòd Centurio,&
qui cum illo erant, viſis his, quæ fiebant ti-
muerunt

Matt. 27 muerunt valde dicentes:Verè filius Dei erat
iſte:& omnis turba quæ ſimul aderāt,ad ſpe
ctaculum illud,percutientes pectora ſua re-
uertebantur.Noti verò eius & mulieres,quæ
Chriſtum ſecutæ fuerāt,à Galilea , ſtabant à
longè,hæc videntes.quos ſignificāt miniſtri,
ſcilicet diaconus & ſubdiaconus retrò ſtan-
tes:qui ad hanc vocē erecti in os ſacerdotis
3 vel epiſcopi intuētur.Præmiſſa † autē pecto
ris vnica tonſio:ſignificat quòd ſecundū Apo
ſtolum ad Roma.vij.Chriſtus ſemel pro pec
catis noſtris mortuus eſt,& fit cum tribus di
gitis:ſcilicet ſine pollice,& indice:vt trinitas
in vnitate notetur. Pectoris quoque tonſio,
quandoq; pœnitentiā deſignat:prout ſub tit.
4 de confeſsione dictum eſt.¶ † Peccatoribus:
1.Ioan.1 ideò dicit.Quia ſi dixerimus,quòd peccatum
non habemus noſmetipſos ſeducimus,& ve-
ritas in nobis non eſt : de pœniten.diſtin.ij.ſi
enim inquit. Licet enim omni tempore de-
beamus ex corde nos recognoſcere peccato
res.vj.diſtin.teſtamentū pręcipuè tamē cum
pro remiſsione peccatorū ſacroſanctū my-
ſterium celebramus.¶ De multitudine miſe-
rationū tuarū ſperantibus : iuxta quod Pſal.
Pſal.50 inquit:Secundum † multitudinem miſeratio
5 num tuarū dele iniquitatem meam.Et nota,
quòd vna tantū eſt Dei miſericordia,nō aliud
quidem,quàm ipſe miſericors:ſed multi ſunt
eius affectus,qui miſerationes dicūtur:vnde:
Pſal.24 Reminiſcere miſerationū tuarū Domine , &
miſericordiarū tuarū quæ à ſeculo ſunt.Par-
tem aliquā & ſocietatē donare digneris : ſed
cum ipſe Deus ſit omnia in omnibus,ſalus,&
præmium,& gloria ſingulorū:iuxta illud:Sa
lus populi ego ſum:quid eſt quod dicitur ali
quam ſocietatem &c.tanquā nō omnes ſint
eundem denariū accepturi?Sanè licet vnum
6 & idem ſit † præmiū ſingulorū:videlicet ipſe
Deus,in cuius cognitione ſalus æterna conſi
ſtit.ſecūdum illud quod ipſe dicit in euange-
Ioan.17 lio:Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ve
rum Deū:& hunc quem miſiſti Ieſum Chri-
ſtum:tamen ſecūdum differentiā meritorum
alij plus,alij minus,diuina viſione fruuntur:
1.Cor.15 nam & ſtella differt à ſtella in claritate, pro-
Ioan.14 pter quod ipſe Dominus ait:In domo patris
mei māſiones multæ ſunt.de pœni.diſtin.iiij.
in domo.ſicut vnus ſol eſt,cuius lumine par
ticipant vniuerſi:alij plus,alij minus ſecundū
7 differentiā intuentiū.¶ Cum † Ioāne, Stepha
no,Matthia,Barnaba.In hac ſecunda cōme-
moratione ſanctorū magna ex parte ſupplen
tur,qui de primitiuis ſanctis deeſſe videban-
tur in prima.Sed quare Ioannes repetitur,&
Stephanus ſociatus Ioanni , præmittitur Ma-
thiæ ac Barnabæ Apoſtolis:Super hoc dici
poteſt,ꝙ Ioannes in prima cōmemoratione
diſponitur, & cū cæteris numeratur propter
dignitatē apoſtolatus.In hac autē cōmemo-
ratione repetitur & cum Stephano ſociatur,
propter priuilegiū cœlibatus: virgines enim Apoc.14
ſunt & ſequuntur agnū quòcunq; ierit : pro-
ptereà cæteris præmittitur.Virginitas naque
Ioānis inde maximè cōmendatur:quia Chri-
ſtus in cruce matrē virginē diſcipulo virgini
cōmendauit:& ex illa hora accepit eam diſci Ioan.19
pulus in ſuā . Stephani verò virginitas ex eo
maximè comprobatur : quia ipſe deputatus
eſt ſub Apoſtolis,ad miniſteriū viduarū,& in Actu.6
eo,ꝙ fœminis eſt prępoſitus,teſtimoniū me
ruit ſynceriſsimæ caſtitatis. Poſſet autē non
euangeliſta,ſed baptiſta Ioānes intelligi,niſi
præmitteretur cum ſuis ſanctis Apoſtolis ac
martyribus:vnde cōuincitur ꝙ Apoſtoli tan-
tùm ac martyres ſubnotātur:quauis & Ioan-
nes baptiſta meritò poſſet inter martyres
numerari.Enumerat ergo ſacerdos ſanctos,
quorū ſocietatē petit:quia & ſacerdos lega-
lis nomina filiorū Iſraël habebat ſcripta,vt
ſuprà dictū eſt.Et aduerte ꝙ hîc octo viri,&
ſeptē mulieres computātur:quia per hoc ſa-
crificiū ſeptē chariſmata gratiarū,& octo bea
8 titudines iūgūtur in nobis.¶ Sequitur:† Non
æſtimator meriti:quia nō ſecundū exigentiā
meritorum retribuit,ſed mitius puniēdo,vel
magis remunerando,quàm quiſquā meruit.
Vnde nō ſecundū peccata noſtra fecit nobis, Pſal.102
neq; ſecundū iniquitates noſtras retribuit no
bis:& alibi:Menſurā bonā & confertā & co- Luc.6
agitatā,& ſuperfluentē reddēt in ſinū veſtrū.
¶ Per Chriſtū Dominū noſtrū.Hîc nō reſpō-
detur,Amen:tum quia angeli,qui ſemper aſsi
ſtunt,reſpōdent,prout in fine tertiæ particu-
læ dictū eſt:tum quia hæc tacitè dicūtur:nec
reſpondentes audire poſſunt:tum quia verba
ſequētia per quē omnia &c.iſtis cōiungūtur,
& ab eis depēdent : ita ꝙ nihil interponi po-
teſt.Hoc autē loco benedicuntur vuæ,prout
dicetur in vij.parte ſub quinta feria cœnæ
Domini,vbi agitur de diurno officio.In cano
ne Apoſtolorū in bucardo lib.v.c.offert ita
legitur.Offerri nō liceat ad altare,ſcilicet ad
benedicendū præter nouas ſpicas & vuas : &
oleum:



oleū:& fabas:& thymiama ad inceſum tem-
pore,quo ſancta oblatio celebratur.¶ Sequi-
9 tur: † Per quē hæc omnia &c.ideò dicit o-
mnia:quia per filiū omnia creata ſunt.vnde
Ioan.1.Omnia per ipſum facta ſunt , & ſine
ipſo factū eſt nihil.& vidit Deus cuncta,quæ
Gen.1 fecerat,& erāt valde bona.Creas igitur,con-
dendo naturā:ſacrificas,cōſecrando materiā:
viuificas, traſſubſtantiando creaturā:benedi-
cis,accumulādo gratiam. Quod autē dicitur,
hæc omnia,eſt ſimplex,pronominis demon-
ſtratio,ſicut tēpus verbi cōfuſum.Nam præ-
ſens cōfuſum præſentis nō tenet vſum:& eſt
ſenſus : hæc omnia,ſcilicet panem & vinū,&
aquā,ſemper bona creas,ſecundū cauſas ca-
nonicas primordiales:& ſanctificas , ſecundū
cauſas ſacramentales:viuificas,vt tranſeat in
carnem & ſanguinē:& benedicis,vt cōſeruēt
Ioan.1 vnitatē & charitatē.¶ Ruſus in eo,quod di-
10 cit ſanctificas,notatur quòd † quodcunq; ſan
ctificatur:per gratiā Chriſti ſanctificatur. De
plenitudine eius omnes accepimus:vnde Ioā.
xvj.Pater ſanctifica eos in veritate,id eſt,in
filio.In eo,ꝙ dicit viuificas,notatur ꝙ quic-
quid viuificatur,per filiū viuificatur.Ioan.ij.
Ego ſum via,veritas,& vita.viij.diſtin.qui cō-
tempta.In eo,ꝙ dicit benedicis , inſinuat,ꝙ
benedictio cœleſtis datur nobis per fructum
virginis benedictū:vel creas,vt ſint:ſanctifi-
cas,tibi deputādo:viuificas,animādo:benedi-
cis,vt vtilia ſint:præſtas vt proſint. Fiūt autē
tres cruces ſup dictis verbis: ſanctificas,viuifi
cas,bn̄dicis.In qbus Eccleſia primitiua,repræ
ſentatur,q̄ fidē trinitatis ſuſcepit. De hoc tn̄
aliter iam dicetur.Si qdē ſacerdos dicturus:
præſtas nobis:vel diaconus remouet corpora
le deſup calicē,ad notādum ꝙ qn̄ Chriſtus
Matt.27 emiſit ſpiritū,velū tēpli ſciſſum eſt à ſummo
Luc.18 vſq; deorſum,& aperta ſunt nobis ea,q̄ prius
Ioan.19 obſcura erāt in lege,& clauſa,ſicut dicitur in
euāgelio,de qbuſdā:& erat abſcōditū verbū
iſtud ab eis:vbi em̄ ſumpto aceto cōſumma
tū eſt:reuelatū eſt:& calice diſcooperto acci
piēs hoſtiā dicit:Et p̄ſtas nobis. ¶ † Dubitari
11 autē vidimus,quare calix,& nō hoſtia coope
ritur.Ad qd̄ quadruplex pōt ratio aſsignari.
¶ Primò,ꝓpter periculū , qa ſanguis facilius
poſſet recipere immūditiā quàm hoſtia.¶ Se
cūdò,qa in calice & ſanguine magis ſignifica
tur paſsio Chriſti quàm in hoſtia:vñ illud:Pa
ter,ſi fieri poteſt,trāſeat à me calix iſte:& in
cano.in forma ſanguinis ponitur actus effu-
ſionis,ibi:Qui pro vobis effundetur &c.qa er
go in calice & in ſanguine magis ſignificatur Matt. 26
Chriſtus mortuus,quam in corpore:ideò ſi-
cut & mortuus,panis,& lapidib9 operitur:ita
& calix panno,& ſanguis calice,& corporali
cooperitur.¶ Tertiò,ſanguis in calice coopto
rep̄ſentat corpus Chriſti in ſepulchro clauſo
& ſignato:hoſtia verò corpus Chriſti extra
ſepulchrū. ¶ Quartò, ſanguis Chriſti calice
cooperto rep̄ſentat Chriſti corpus in ſyndo
ne inuolutū:hoſtia verò,non inuolutū.¶ Se-
12 quitur:Per ipſum &c.Sic † abſq; alicuius ver-
bi vel tēporis interpoſitione coiungas p̄miſ-
ſa verba:per Chriſtū Dn̄m noſtrū.Per quem
hæc omnia &c.& facis punctū ibi.Et p̄ſtas no
bis:plana eſt litera. Dic ergo ꝑ ipſum,id eſt,
tanquā per mediatorē cū coæquali:quia ipſe
coæqualis patri.In ipſo,tanquā in cōſubſtan-
tiali:vel in ipſo,id eſt,in mēbris eius,in patre
quippè notatur authoritas,propter principiū:
in filio,æqualitas propter medium:in ſpiritu
ſancto cōmunitas propter cōſortiū.Sanè vj.
13 feria † crucifixus eſt Chriſtus:hora tertia lin
guis Iudæorū:qđ narrat Marcus:hora ſexta
manibus gentiliū:quod narrat Ioan.circa ho Matt. 29
ram autē nonā inclinato capite tradidit ſpiri
tum.Ad recolēdā igitur crucifixionē hora iij.
factā ex linguis Iudæorū clamantiū ter:Cru-
cifige,crucifige eū:& rurſus:Tolle, tolle,cru
cifige eū.Sacerdos facit tres cruces ſup obla
tam & calicē,dum dicit:Sanctificas,viuificas,
& bn̄dicis.Ad recolendā verò crucifixionē,q̄
poſt interuallū triū horarū eſt facta manib9
gentiliū,cū milites crucifixerūt Ieſum:ſacer-
dos facit iterū tres cruces,cū hoſtia,ſup cali-
cem,ſuper p̄miſsis tribus verbis, ſcilicet per
14 ipſum:& cū ipſo:& in ipſo.¶ † Poſtmodū autē
ad deſignandū diuiſionē carnis & animæ Dn̄i
moriētis,facit duas cruces cū ipſa oblata in
ore calicis dū dicit:Eſt tibi Deo patri omni-
potēti in vnitate ſpiritus ſancti.Cū enim in
xp̄o tres ſint vnitæ ſubſtātiæ:videlicet diuini
tas,corpus,& anima:duæ tantū.ſ.corpus & a-
nima fuerūt in morte diuiſę : nam diuinitas à
neutra eſt diuiſa & ſeparata:& ꝓpterea nō tri
bus crucibus:ſed duabus mors Dn̄i deſigna-
15 tur.¶ † Cęterū ſacerdos faciēdo cruces ma-
nus ſup mēſam altaris extēdit:qa & xp̄s ſup
arā crucis manus expādit:iuxta illud prophe
ticū Eſa.lxv.Expādi manus meas ad populū
non credentē mihi.Secūdò etiā p̄miſſæ tres
16 cruces cū corpore ſuper nudū calicē † factæ
ſignificāt

ſignificat tres cruciatus,quos Chriſt' in nuda
cruce ſuſtinuit:videlicet,paſsionem , propaſ-
ſionem:& compaſsionem:paſsionem,in cor-
pore:propaſsionem,in mente : compaſsionẽ,
in corde.De paſsione corporis ait Dominus
Tre.1 per prophetam:O vos omnes,qui trãſitis per
viam,attendite & videte,ſi eſt dolor,ſicut do
Matt. 21 lor meus.Foderunt enim manus meas,& pe-
des meos,& dinumerauerũt omnia oſſa mea.
De paſsione mentis,Dominus inquit Apoſto
Mar.14 lis:Triſtis eſt anima mea,vſque ad mortem.
Cœpit enim Ieſus tædere & pauere : cœpit
contriſtari,& mœſtus eſſe. Ex compaſsione
Luc.23 verò cordis,pro crucifixoribus orauit ad pa-
trem,dicens:Pater ignoſce illis:quia neſciunt
quid faciunt:ſi enim cognouiſſent, nunquam
Dominum gloriæ crucifixiſſent. Et ideò ſa-
cerdos facit has cruces cum hoſtia ſuper cali
cem:quia Chriſtus ſuſtinuit huiuſmodi cru-
ciatus in corpore ſuper patibulum. Per cali-
cem enim paſsio deſignatur,vt iam dictũ &c.
17 Tertio † modo,tres cruces cum hoſtia ſu-
per calicem factæ,ſignificant fidem Centu-
rionis dicentis Matth.xxvij. Verè filius Dei
erat iſte:& ita cognouit eum vnum in trini-
tate,ſcilicet Chriſtum Deum & hominem.
Duæ verò,quæ fiunt in ora ſeu latere calicis,
deſignant duo ſacramẽta,quæ de latere Chri
ſti profluxerunt:videlicet aqua regeneratio-
nis,& ſanguis redemptionis : iuxta teſtimo-
Ioan.19 nium Ioan.dicentis:Vnus militum lancea la-
tus eius aperuit,& continuò exiuit ſanguis &
aqua:& ideò immediatè poſt has duas cru-
ces latus calicis , in quibuſdam Eccleſijs cum
hoſtia tangitur : per quod percuſsio lateris
Chriſti cum lancea militis deſignatur. Quar
tò tres præmiſſę cruces in quibuſdam Eccle-
18 ſijs ita fiunt & bene. † Nam prima quæ fit
ſuper ipſum:fit ſupra os calicis exterius:ſigni
ficans,quòd Deus eſt extra omnia,non exclu
ſus.Secunda,quæ fit ſuper,cum ipſo : fit parũ
inferius ſub prima:videlicet à labio calicis,in
labiũ,ſignificans quòd Deus eſt ſuper omnia,
non elatus.Tertia,quæ fit ſuper in ipſo , fit
inter os calicis , circa medium concauitatis
eius.ſignificans quòd eſt inter omnia nõ in-
cluſus.Quarta,quæ fit ſuper Deo patri,fit à
medio oris calicis recto diametro contra fa
ciem ſacerdotis,ſignificans quòd omnia quæ
in miniſterio miſſæ occultè aguntur , in fine
nobis ante oculos ponentur.Quinta, quæ fit
ſuper in vnitate ſpiritus ſancti: fit à latere
calicis,inter ipſum calicem & ſacerdotem:vi
delicet deſcendendo à ſummitate calicis cõ-
tra pedem,ſignificans quòd Deus eſt ſuper
omnia,non compreſſus ſeu proſtratus:quidã
tamen de his duabus vltimis non faciunt,niſi
vnam.Quintò dictæ tres cruces , ſignificant
tres cruciatus,quos Chriſtus ſuſtinuit tribus
temporibus,videlicet ante mortem , alapas,
flagella,ſputa,& huiuſmodi:in morte,crucifi
xionem,& poſt mortem , lateris perforatio-
nem.Prima ſignificat primum,ſecũda ſecun-
dum,tertia,tertium:quarta verò,ſignificat ſe
parationem animæ à corpore Chriſti : quinta
deſcenſum in limbum,vel cruciatum in pedi
bus.Sextò quinque ordines ſignorum , quæ
fiunt ante ſextum,ſcilicet ante tactum cali-
cis cum hoſtia : quando videlicet de duabus
vltimis non fit niſi vna , ſignificant quinque
ætates mundi,quæ fuerunt ante Chriſti nati
uitatem.Sextum verò , videlicet ipſe tactus
ſignificat ſextum tempus , ſcilicet à Chriſti
natiuitate,vſque ad finem mundi. Ipſe enim
vnicus tactus ſignificat Dominũ ſemel aſcen
diſſe crucem,vt finem haberet. Ipſa autẽ res
eſt cruciatus , qui per dictas quinque ætates
19 omnibus hominibus fiebat.¶ Notandũ † igi-
tur eſt,quòd ſacrificiũ ſeptem vicibus ſigna-
tur in canone.Prima vice ter,vbi dicitur:Hęc
dona , hæc munera &c. Secunda vice,quin-
quies,vbi dicitur:Quam oblationem tu Deus
&c.Tertia vice bis ſemel,vbi dicitur:Qui pri
diè,&c. Tibi gratias agens benedixit &c.&
iterum,vbi dicitur : Similique modo &c.ibi:
Item gratias agens &c. Quarta vice quin-
quies,vbi dicitur:Hoſtiam puram &c. Quin-
ta vice,bis,vbi dicitur:Sacroſanctum filij tui
corpus &c.Sexta vice ter,vbi dicitur:Sanctifi-
cas,viuificas &c.Septima vice quinquies,vbi
dicitur:Per ipſum &c.prout in ipſis locis di-
ctum eſt.Inter quas ſeptem vices ſacrificium
ſignificatur duabus vicibus bis:& duabus vi-
cibus ter:& duabus vicibus quinquies : ſepti-
ma verò vice bis & ter. Signatur ergo ſimul
omnibus vicibus,iunctis quinquies quinque:
quæ ſunt ſimul xxv.quo numerus per ſe du-
ctus ſemper in ſeipſum reducitur,ſi ducatur
in infinitum:quantumlibet enim multiplice-
tur euchariſtiæ ſacramentũ,ſemper eſt idem
ſacrificium.Augu.tamen de conſecratione di
ſtinctione ij.ſemel.dicit , quòd ſi tantùm ſe-
mel ſignum crucis fieret ſuper panem,& vi-
num,ſufficere poſſet : quia ſemel Dominus
crucifixus



20 crucifixus eſt. ¶ In † hoc etiam ſacramento
quinq; ſenſus corporis.ſcilicet viſus, auditus,
guſtus,adoratus,& tactus exercẽtur , ſcilicet
circa colorẽ,ſaporẽ,odorẽ, fractionẽ,& ſum
ptionem : vt quinq. ſenſus animæ ſpirituales
exuberent,ſcilicet viſus intelligẽtiæ,auditus
obediẽtiæ,odoratus diſcretionis,guſtus dile-
ctionis , & tactus operis:de quibus reperitur
Matt.25 in euãgelio:Dñe quinq; talẽta tradidiſti mi-
hi:ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum.Sed &
binarius & ternarius bene congruit ſacra-
mẽto:binarius propter carnẽ, & ſanguinẽ:ter
narius propter panẽ,& vinũ,& aquã.Itẽ bina-
rius propter duplicẽ modũ edẽdi, ſcilicet ſa-
cramẽtalẽ ſub ſpecie panis,& vini:& ſpiritua
lem,in fide cordis. Et ternarius propter tria,
quæ ſunt in hoc ſacramẽto diſcreta:videlicet
forma viſibilis vini , & panis:veritas corporis
& ſanguinis : & virtus ſpiritualis vnitatis &
charitatis:de quibus eſt in vj. particula ſuper
verbo:Myſteriũ fidei:vt ita ternarius binariũ
id eſt,fides trinitatis per dilectionem Dei,&
proximi operetur.Fiũt igitur tres cruces:quę
quatuor habẽt angulos ſuper ſacrificiũ : quia
Chriſtus dũ in cruc pepẽdit , quatuor clima
ta mũdi redemit:& ſeptẽ ordinibus ordinan-
tur,ad notãdũ ſeptiformẽ ſpiritus ſancti gra
tiã,quę in hoc myſterio neceſſaria eſt, & fe-
rè in quolibet ordine,per numerũ imparẽ ſi-
gnacula diſponũtur:quia corpus Chriſti vnũ
Mat.27 manẽs nõ ſcinditur:omnis honor tãquã dño:
21 & gloria tanquã Deo.¶ Sequitur:Per † omnia
ſecu.ſecu.nõ ſolũ crucis impreſsio , verũ etiã
vocis expreſsio,& pectoris percuſsio,quæ ge
ſta ſunt iuxta crucẽ,inſinuat : prout dictũ eſt
ſuper verbo : Nobis quoq;. Quia ergo Ieſus
clamãs voce magna , tradidit ſpiritũ:ideò ſa-
cerdos dicẽdo:Per omnia ſe.ſe. exaltat vocẽ
& aliquãtulũ calicẽ eleuat. Vel dicitur altè,
ad incitationem populi,vt ſciẽs finẽ canonis,
reſpõdeat:Amẽ.Vel ideò,quia Centurio cla-
mauit:Verè filius Dei erat iſte:qa verò mu-
lieres lamentabãtur, flẽtes Dominum : ideò
chorus quaſi lamentando, reſpõdet:amen:re
præſentans fideles , qui Dominum contrito
Gen.4 corde lugebant:velut quondam Abel inuidi
fratris furore occiſum parentes eius lamenta
22 bantur.¶ † Conſequenter diaconus accedit &
exaltatum parumper ſacrificium ſeu calicẽ
cum corpore de altari tam ipſe,quã ſacerdos
deponit : quia vt legitur Ioan.xx. Venerunt
Ioſeph ab Arimathia, & Nicodemus,& im-
petratũ corpus Ieſu à Pilato, deponẽtes ſepe
lierũt.Sacerdos ergo eleuans , Nicodemum
repræſentat:ipſa verò eleuatio ,Chriſti depo
ſitionẽ de cruce:depoſitio collocationẽ in ſe
pulchro demõſtrat. Et aduerte , quia ſacer-
dos dicẽs:Præceptis ſalutatibus moniti:calicẽ
ſimul & hoſtiã deponit.¶ Ad cuius rei euidẽ-
tiã notandũ eſt , quòd Chriſti corpus & ſan-
guis bis in ſexta feria eleuata,& depoſita fue
rũt ſemel in cruce leuata,de cruce ad terram
depoſita:& ſemel de terra eleuata,& in ſepul
chro collocata.primũ repręſentatur in prima
eleuatione,& depoſitione corporis,& ſangui
nis Chriſti quæ fit ſtatim poſt eorũ cõſecra-
tionem : alia repræſentatur in eleuatione &
depoſitione , quæ fit in hoc loco. Congruè
igitur,dum hæc verba proferuntur, fit corpo
ris & ſanguinis eleuatio ,& depoſitio,deſignã
tes eleuationem corporis Chriſti de terra &
locationem eius in ſepulchro : quia Ioſeph,
qui illud de cruce,& de terra leuauit,& in ſe
pulchro locauit : monitus & inſtructus erat
præceptis ſalutaribus Chriſti ſicut fidelis di-
ſcipulus eius . vnde de eo legitur in Marco: Mar.15
Et ipſe erat expectans regnum Dei. Simul
autẽ eleuantur corpus & ſanguis iam cõſecra
ta:quia ipſe Ioſeph (vt aiunt quidã) ſimul cor
pus cũ ſanguine in ſepulchro locauit.Adhuc
in ipſa eleuatione tenetur hoſtia cũ quatuor
23 digitis.¶ Cùm † enim expectemus, & neceſſe
habeamus impetrare quatuor principaliter
per merita paſsionis Chriſti,ſcilicet, poteſta-
tem cõtra diabolum,humilitatẽ contra mun
dum,caſtitatẽ cõtra corpus propriũ , & ſubie
ctionem ac dilectionem,quo ad Deũ & pro-
ximum:ideò ad hoc repræſentandum,meritò
cum quatuor principalibus digitis hoſtia te-
netur . Quædam tamen Eccleſiæ in tribus
primis petitionibus dominicæ orationis te-
nent calicem eleuatum : & tunc calicis ele-
uatio aliud ſignificat,prout ibi dicetur.In qui
buſdam etiam Eccleſijs dum calix parumper
ab altari eleuatur , quidam puer ſtans vlti-
mus,poſt diaconum,habens cappam ex trãſ-
uerſo,ad deſignandum,quòd caput,id eſt, Iu
dæi expectantes Meſsiam , id eſt , Chriſtum
cùm iam venerit,tranſuerſum eſt in caudam.
Quia verò Nicodemus ſepulto Domino Ioan.19
aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monu-
menti,ideò diaconus ſuper os depoſiti calicis
corporale deponit : diaconus quoq; calicem
cum corporali inuoluẽs,repræſentat Ioſeph:
P qui cor

qui corpus Domini ſyndone munda inuol-
Mat.27 luit. ¶ Rurſus, quia in pace factus eſt locus
24 eius:diaconus † ſecundum morem quarundã
Eccleſiarũ menſam oſculatur altaris: & quia
factus eſt principatus ſuper humerum eius:
oſculatur dextrum armum pontificis: vt in 1
vtroq; ſignificet Chriſtus quieuiſſe poſt mor
tem,& viciſſe poſt mortem iuxta quod ipſe
prædixit in Pſal. In pace in idipſum,dormiam
& requieſcam.& alibi:O mors,ero mors tua:
morſus tuus ero inferne. Chriſtus enim per
mortem triumphauit de morte:nam quia fa
Pſal.4 ctus eſt obediens vſq; ad mortem: mortem
Oſee 13 autem crucis: idcirco Deus exaltauit illum
Phil.2 &c.Hoc ipſum etiam ſignificat, quòd Chri-
ſtus ſibi crucem ſuper humerum baiulauit.
Secundò,diaconus oſculando dextram ſacer
dotis,ſignificat quòd vult eſſe particeps la-
boris,vt ſit ſocius æternæ retributionis.. Ter
tiò, per hoc innuit, quòd Ioſeph deponens
corpus, illud fuit oſculatus. In quibuſdam
Eccleſijs ſacerdos hîc etiam hoſtiam oſcula
tur,innuens quòd Nicodemus idem fecerit,
quod Ioſeph:vel potius per Domini paſsio-
nem,factam eſſe noſtram reconciliationem.
Poſt oſculum huiuſmodi, diaconus retroce-
dit à facie ſacerdotis, repræſentans mulieres
ſepulto Domino à monumento receden-
tes.

## SVMMA.

1 Miſſæ tertia pars.
2 Sacerdos populum precibus lauat.
3 Oratio Dominica, tanquàm ſumma & maxima, ſubijcitur à ſacerdote, amplectenda à populo.
4 Orationis Dominicæ vis. Et cõmendatio à quatuor cauſis.
5 Orare nos vult Chriſtus: licet nihil ſit inſcius eorum, quæ nobis conferunt. Et maximè ob rationes quinq;.
6 Orationis Dominicæ ſumma.
7 Orationis Dominicæ ſeptem petitiones. Et earum diſtributio.num.8.
9 Oratio Dominica, duplici ordine diſtincta.
10 Dona ſeptem. Virtutes ſeptem.num.10. Beatitudines ſeptem.num.11.
12 Vitia ſeptem capitalia. Cui reſpondent numero,ſeptem populi Cananæorum.

## *De oratione Dominica, Pater noſter, &c.*

### CAP. XLVII.

SEcũdum eos, qui dicunt,quòd
tertia pars miſſæ, quæ dicitur
† poſtulationes. incipit hîc:
Oremus præceptis ſalutaribus
&c.& quòd durat vſq; ad col-
lectas. Hæc pars continet quinq; clauſulas.
¶Prima, eſt ipſa præfatio, ſcilicet: Oremus
præceptis:quod addidit beatus Greg.¶Secun Luc.23
da eſt,pater noſter.¶Tertia,libera nos quæ-
ſumus Domine. ¶ Quarta, pax Domini.
¶Quinta fiat communicatio. Quia ergo Ie-
ſus voce magna clamabat,In manus tuas Do
mine commendo ſpiritum meum:ideò ſacer
dos & nõ totus populus,prout Græci faciũt,
eleuata facie pronuntiant: Oremus, præce-
ptis &c. Non enim dicitur ſub ſilentio, ſed
palam:quia eſt de euangelio, ad notandum
quòd rex cœlorũ in noua lege palam loque-
batur & ſine velamine prædicauit. Ad hoc
ideò hæc dominica oratio,& etiam Credo in
vnum Deum, alta voce dicuntur:vt omnes
illam dicant & addiſcant. Alia etiam ratio po
ſita eſt ſub titu.de prædicatione. Sed tertia
clauſula, ſcilicet libera nos &c. ſub ſilentio
dicitur,in ſignum,quòd Chriſtus interdum à
prædicatione ſiluit: aliter tamen ibi dicetur.
Sed & proferens,Pater noſter &c.iterum ſi-
cut prius extendit ac ſurſum eleuat manus.
Primò enim dicẽs: Præceptis ſalutaribus &c.
actus Ioſeph de quibus in præcedenti colũna
dictũ eſt: quos præceptis ſalutaribus moni-
tos, & diuina inſtitutione formatos geſsit,re
præſentauit. Quia igitur doctrina audiendo
meditando, & in quiete docenda eſt.v. q.iiij.
in loco.ideò verba iſta depoſitis ſuper altare
manibus protulit dicens: Pater noſter, &c.
Chriſtum populum orare docentem repræ-
ſentans:ideóq; Moſi orantis exemplo manus
extendit,& ſurſum eleuat, vt feruorem cor-
dis & rectam ad Deum intentionem oſten
dat.xxxvij.diſt. ſi quis vult. Rurſus dicendo:
præceptis ſalutaribus &c. calicem ſimul &
hoſtiam deponit vt præmiſſum eſt.¶ Sanè le
2 galis†pontifex regreſſus ad populum, laua-
bat veſtes:immundus tamen erat vſq; ad ve-
ſperam:ſicut in procemio huius partis dictũ
eſt. Sic & Chriſtus qui intrauit in ſancta ſan-
ctorum,redit ad Eccleſiam, compatiendo &
auxiliando:& lauat veſtes ſuas, ideſt, ſanctos
mundificat



mundificat: & tamen vſque ad finem mundi
membris eius aliquæ maculæ adhærent. Sa-
cerdos etiam redit ad populum: quia dum
rurſus alta voce multiplicat preces, foras
exire videtur: & precibus velut aquis veſti-
menta ſua,id eſt, populum lauat & mundat:
& tamen immundus iudicatur: quia vſq; ad 5
mortem erit in omni homine, quid lauetur.
Oraturus ergo & oſtenſurus ſe cauſam ſuã
agere coram Deo:& quæ quotidie petere de
3 beamus,monet populum orare†dicens: Pa-
ter noſter &c.quæ oratio habetur Matt.vj.c.
Fiducialiter enim orare poſſumus,vt filij pa-
trem quos ipſe Dominus ad ſic orandum in-
formauit,& ipſe vice vniuerſalis Eccleſiæ quã
repræſentat,orat:ne tamẽ ſua authoritate &
quaſi præſumptiuè petere videatur, præ-
mittit quaſi loco præfationis, præceptis ſa-
lutaribus &c. Dicit autem præceptis, & di-
uina inſtitutione: quia Dominus & hanc
orationem inſtituit, & Apoſtolos ſic orare
præcepit: & extunc maximè proſtrati orare
debemus, vſque in finem dominicæ ora-
tionis, ſaltem in profeſtis diebus: in feſti-
uis verò ſtantes. Tres autem articuli ſe-
quentes, ſcilicet, præceptis ſalutaribus: pa-
ter noſter:& libera nos: ſignificant tres dies
Exod.17 dominicæ ſepulturæ: ideóq; & his duntaxat
vtimur in paraſceue. In quibuſdam Eccleſijs, 6
dum ſacerdos dicit: Pater noſter, à diacono,
& dum prælatus dat benedictionem ſolennẽ
poſt:Pater noſter:manus eius à diacono, &
ſacerdote ſuſtentantur: in quo repræſenta-
tur,quòd Hur,& Aaron ſuſtentabant manus
Moſi orantis, de quo ſub tit. de oratione di
ctum eſt.¶ Beatus Greg. orationẽ dominicã
poſt canonem ſuper hoſtiam cenſuit recita-
ri,aſſerens in regiſtro incongruum eſſe,vt ſu
per euchariſtiã diceretur oratio,quam ſcho-
laſticus compoſuerat:& illa omitteretur quã
Dominus ipſe dictauerat:& Apoſtoli dicere
cõſueuerant. Et cantatur apud Græcos à to-
4 to populo: ſed apud nos à ſolo ſacerdote. 7
† Illud autem notandum eſt, quòd hæc ora
tio cæteras orationes propter quatuor ante-
cellit,ſcilicet authoritate doctoris, breuitate
ſermonis,ſufficientia petitionum, & fecundi-
tate myſteriorum. Authoritate doctoris,quia
fuit ipſius ſaluatoris Apoſtolos orare decen
tis ore prolata:& inde dicitur oratio domini
Mat.6 ca. Breuitate ſermonis: quia facilè dicitur &
profertur. Iuxta illud: Cum oratis, nolite mul
tum loqui &c. Sufficientia petitionum: quo-
niam vtriuſque vitæ neceſſaria continet. Fe-
cunditate myſteriorum: quia immenſa con-
tinet ſacramenta.¶ Verùm licet ſciat Domi-
nus, quid velimus: vult tamen nos orare
vocaliter propter multa.¶ † Primò,pro exci- Pſal.65
tanda deuotione:quia quod facit flatus car- Exd.36
boni,hoc facit pronuntiatio deuotioni:vnde, Apoc.22
ad ipſum ore meo clamaui, & exaltaui ſub Mar.5
lingua mea. ¶ Secundò, pro aliorum inſtru- Rom.6
ctione:vt cortina cortinã trahat,& qui audit,
dicat: veni,extrà de ſa.vnc. c. j. vnde:Luceat
lux veſtra coram hominibus. ¶ Tertiò, pro
linguæ obſequio:vt quod lingua peccamus,
lingua ſatisfaciamus: vnde Sicut exhibuiſtis
membra veſtra ſeruire iniquitati, ad iniqui-
tatẽ,ita exhibete ea ſeruire iuſtitiæ in ſatiſ-
factionem.xlvij.diſt. omnes.¶ Quartò, pro
rei petendæ commemoratione:quia facilius
obtinetur,quod inſtantius poſtulatur:de pœ.
diſtin. j. importuna.xliij. diſtin. ſit rector.in
fine. vnde: petite, & accipietis: pulſate, &
aperietur vobis. ¶ Quintò, pro impetratæ Luc.40
rei cuſtodia: quia quod ſæpius requiritur, Apoc.5
diligentius cuſtoditur: vnde tene quod ha-
bes, ne alius accipiat coronam tuam. ¶ Sa-
nè in hac oratione oratur pro bonis adipi-
ſcendis,& pro malis vitandis. Pro † bonis
temporalibus, ſpiritualibus & æternis. Pro
malis præteritis, præſentibus & futuris. De
bonis æternis dicitur: Adueniat regnum tuũ.
De bonis ſpiritualibus: Fiat voluntas tua,
ſicut in cœlo & in terra. De temporalibus:
Panem noſtrum quotidianum da nobis ho-
die. Aeterna petuntur in prœmium: ſpiritua-
lia in meritum: temporalia in ſuſtentacu-
lum. De malis præteritis: dimitte nobis de-
bita noſtra, &c. De præſentibus: ſed libera
nos à malo. De futuris: & ne nos inducas
&c. Præterita ſunt dolenda, præſentia ſunt
vincenda, futura ſunt præcauenda. ¶ Se-
ptem † ſunt orationis dominicæ petitiones
propter captationem beneuolentiæ:quæ ſi-
gnificant ſeptem verba Chriſti in cruce. Pri-
mum, fuit: Pater, ignoſce illis. Secundum:
Ecce mulier filius tuus. Tertium: Ecce
mater tua. Quartum: Hodie mecum eris
in paradyſo. Quintum: Eloi eloi. Sex-
tum: Pater, in manus tuas. Septimum:
Conſummatum eſt. Vel ſignificat ſeptem Luc.2

 verba,

verba, quæ tantùm beata virgo legitur de
Chriſto dixiſſe. Primũ fuit diſcretionis, quo-
Ioan. 2 modo fiet iſtud. Secundum humilitatis: ecce
ancilla Domini. Tertium ſalutationis: ecce,
vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus
Luc. 2 meis. Quartum gratiarum actionis: Magnifi-
cat anima mea Dominum. Quintum compaſ-
ſionis: fili, vinum non habent. Sextum inſtru-
ctionis: quodcunq; dixerit vobis, facite. Se-
ptimum amoris: fili, quid feciſti nobis ſic. Pri
ma autem petitio eſt: ſanctificetur nomen
tuum. Secunda: Adueniat regnum tuum. Ter
tia: Fiat voluntas tua. Quarta: Panem noſtrũ
quotidianum. Quinta: Et dimitte nobis debita
noſtra. Sexta: Et ne nos inducas in tentationẽ.
Septima: Libera nos à malo. Et hæ ſeptem
8 † petitiones ſecundum Apoſtolum: ſeptem
poſtulationes dicuntur: quarũ primæ tres ſpe
ctant ad vitam æternam ſiue ad patriam. &
ideò ſacerdos in quibuſdam locis eleuato ca
lice dicit eas, & præfationem: præceptis ſaluta
ribus &c. dicens verò: Sicut in cœlo: paruum
magis eleuat illum: & dicens: & in terra: de-
ponit illum. Tres vltimæ ad præſentem vitã
ſiue ad viam pertinent: & ideò depoſito cali
ce, dicit eas: media verò, ſcilicet panem no-
ſtrum &c. pertinet ad vtrunq;. Porrò tres pri-
mæ ſuccedunt ordine temporis, ſed præce-
dunt ordine dignitatis. Tres vltimæ ſucce-
dunt ordine dignitatis: ſed præcedunt ordine
9 temporis. Duplex igitur † ordo eſt in domini
ca oratione notandus: vnus in aſcendendo,
qui conuenit cum virtutibus: alter in deſcen-
Eſa. 11 dendo, qui concordat cum donis: dona nãq;
Mat. 5 de ſummis ad ima deſcendunt, vnde: Requie-
ſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intelle-
ctus &c. Virtutes verò de imis ad ſumma cõ
deſcendunt. vnde: Beati pauperes ſpiritu: quo
niam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati
mites &c. Nempe Dominus in oratione ipſa
ſecutus eſt ordinem dignitatis, qui eſt artifi-
cialis: vt de maioribus ad minora deſcende-
ret. Sed doctores in illius expoſitione ſequũ-
tur ordinem temporis, qui eſt naturalis, vt de
minoribus ad maiora, id eſt, de temporalibus
ad æterna condeſcendant: quem modum ſer-
uabimus exponendo. Et fit hîc adaptatio ſe-
ptem petitionum ſeptem virtutum, ſeptem
donorum ſpiritus ſancti: & ſeptem beatitu-
dinum: contrà ſeptem vitia capitalia, ſeptem
Eſa. 11 virtutibus oppoſita. Nam dona petitionibus:
virtutes donis & beatitudines virtutibus obti
nentur. Septem dona ſunt hæc: ſapientia, intel
lectus, conſilium, fortitudo, ſcientia, pietas, &
timor. de quibus dicit propheta: Requieſcet
ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus:
ſpiritus conſilij & fortitudinis: ſpiritus ſcien-
tiæ & pietatis: & replebit eum ſpiritus timo-
10 ris Domini. ¶ Septem † verò virtutes ſunt hæ:
paupertas ſpiritus, mãſuetudo, luctus, eſuries
iuſtitiæ, miſericordia, munditia cordis, & pax.
11 ¶ Septem † quoq; beatitudines ſunt iſtæ: re-
gnum cœlorum, poſſeſſio terræ, conſolatio,
ſaturitas, miſericordiæ conſecutio, viſio Dei:
filiatio Dei: de quibus coniunctim Dominus
ait. De prima: Beati pauperes ſpiritu: quoniã
ipſorum eſt regnum cœlorum. De ſecunda:
Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terrã.
De tertia: Beati, qui lugent: quoniam ipſi con
ſolabuntur. De quarta: Beati, qui eſuriunt &
ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur.
De quinta: Beati miſericordes: quoniam ipſi
miſericordiam conſequentur. De Sexta: Beati
mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt.
De ſeptima, Beati pacifici: quoniam filij Dei
12 vocabuntur. Septẽ verò vitia † capitalia ſunt:
inanis gloria, ſiue ſuperbia, ira, inuidia, acidia,
auaritia, gula, luxuria: quæ ſignificata fuerũt
in ſeptem populis, qui terram Iſraël promiſ-
ſam tenebant: videlicet Etheus, Gergezeus,
Amorrheus, Cananeus, Ferezeus, Eueus, & Ie
buſeus. Homo igitur eſt ægrotus: Deus me-
dicus: vitia ſunt languores: petitiones ſunt
planctus, dona ſunt antidota: virtutes ſunt ſa
nitates: beatitudines ſunt felicitates & gau-
dia. Hæc ſeptem vitia per ſeptem petitiones
huiuſmodi fugantur orationis, prout inferius
oſtendetur. ¶ Ad orationis ergo ipſius expoſi
tionem veniamus. Et nota, quòd in quibuſdã
Eccleſijs dum hæ ſeptem petitiones dicun-
tur, diaconus ſtat inclinatus communionem
expectans, in quo ſignificat Apoſtolos, qui
poſt mortem Domini per ſeptem hebdoma-
das confirmationem ſpiritus expectauerunt.
Subdiaconus verò quieſcit, quia mulieres in
ſabbato, quæ eſt dies ſeptima, ſiluerunt.

SVMMA.

1 Orationis Dominicæ expoſitio.
2 Pater quis dicatur. Et cur Deus, dicatur pater noſter. quãmq; variè.
3 Beneuolentia captatur à tribus.
4 Cœlum, vnde dicatur.





5 Malũ, eſt triplex. à quo petimus liberari.
6 Timor, quo auertimur à malo, eſt triplex.
7 Tentamur à tribus: Deo, homine & Sathana, idq; variè.
8 Tentatio Dei in hominem.
9 Peccata, ſunt debita pœnæ. Et quotuplicia ſint debita, quæ petimus nobis remitti.
10 Debitorum veniæ petendæ diuerſus modus, perfecti hominis, & imperfecti.
11 Peccatum in Deũ, vel in proximũ, an debeamus remittere: an verò potius punire.
12 Panes quinq; ſunt nobis neceſſarij.
13 Panem ſuperſubſtantialẽ, quẽ petamus.
14 Voluntas Dei, dupliciter intelligitur.
15 Voluntas Dei, qualiter fiat in cœlo & in terra.
16 Patrem, filium, & ſpiritum ſanctum, quomodo debeamus diligere.
17 Regnum Dei, quod petimus aduenire, quod dicatur. & num. 18. Et quàm varia regna.
19 Nomen Dei Patris, quatuor modis ſanctificatur.
20 Amen, omnes ferè orationes claudit. Et quid ſignificet. Et qualiter accipiatur in oratione Dominica. Et qualiter alibi. Et cur in eadem oratione, proferatur à ſacerdote met, cùm ſecus fiat aliâs. nu. 21.

*De expoſitione dominicæ orationis.*

CAP. XLVIII.

1 PAter noſter &c. Ordinem tem
poris, vt præmiſſum eſt † in
huius orationis expoſitione,
ſeruantes, à fine eius initium
ſumamus, verſus principium,
Iob 7 ordine retrogrado procedendo. Siquidem
1. Ioan. 1 homo multis malis circundatus, primò petit
liberari à malo, quia verò ſine tentatione
non eſt vita hominis ſuper terram: ideò libe
ratus à malo, petit in tentationem ne indu-
catur. Et quia dum in hac vita conſiſtit, ſem-
per eſt in quocunq; peccato: nam ſi dixeri-
mus, quia peccatum non habemus, veritas in
nobis nõ eſt: ideò petit, vt debita, id eſt pec-
cata ſibi dimittantur. Cùm autem liberatus
fuerit à malo, cùm vicerit tentationes: cùm
debita fuerint ei dimiſſa: quia qui per ſe ſta-
re non poteſt, neceſſarius eſt ei ſpiritus for-
titudinis, ne præmium expectando deficiat
ideóq; petit, vt panis quotidianus ſibi done-
tur: deinde cùm fuerit liberatus à malis, &
roboratus in bonis, petit vt fiat voluntas Dei
ſicut in cœlo & in terra. Et quoniam præ-
miſſa in hac vita perfectè fieri non poſſent,
mox petit vt regnum adueniat, in quo nomẽ
patris ſanctificetur in cœlis: vt nunquam de-
cæterò poſſit à ſanctificationis gratia ſepa-
rari. ¶ Poſtquàm petitionum continuationẽ
2 præmiſimus, mox ad eorum exciſionem ve-
niamus. Prænotandũ † tamen eſt, quod illud,
quod in oratione præmittitur: videlicet pater
noſter, qui es in cœlis: captatio beneuolentiæ
eſt vt iam dicetur: Nẽpe πάτηρ Græcè, dici-
* tur genitor latinè, & hebraicè abba: * & dici-
tur deus, pater, à patrãdo ſiue perficiẽdo: quia
per eum omnia facta ſunt. Deus autem &
generaliter, & ſpecialiter & ſingulariter dici
tur pater. Generaliter omniũ per creationẽ.
Specialiter iuſtorum per adoptionem. Singu- Ephe. 3
lariter Chriſti per generationem. Per creatio
nem, vt ibi: Flecto genua mea ad te Deum
patrem omnipotentem: à quo omnis paterni
tas in cœlo & in terra nominatur. Per ado- Luc. 2
ptionẽ, vt ibi: Si vos, cùm ſitis mali, noſtis bo
na data dare filijs veſtris: quãtò magis pater
veſter de cœlo dabit vobis ſpiritum bonum
petentibus ſe? Per generationẽ, vt ibi: Nemo Matt. 2
nouit filium niſi pater: & patrẽ, niſi filius: &
cui voluerit filius reuelare. Per hoc quod di-
cit: Pater noſter, qui es in cœlis: dehortatur
nos à duobus: videlicet à ſuperbia: ne dica-
mus pater mi: quaſi reputantes propriũ, quod
eſt cõmune: & ab indignitate, ſcilicet ne red-
damur indigni tãto patre, qui conſiſtit in cœ-
lis. Deus enim ſolius Chriſti eſt pater, per na
turã, cui ſoli cõpetit dicere pater mi. fideliũ
autẽ eſt pater, per gratiã, quibus cõpetit di-
cere, Pater noſter. Ille dicit pater mi, ſi poſſi- Matt. 26
bile eſt, trãsfer à me calicẽ hũc. Iſti dicũt pa-
ter noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur no-
men tuũ & ipſemet dicit: Vado ad patrem Ioan. 20
meũ, & ad patrẽ veſtrũ: meũ quidẽ, per natu-
ram: veſtrũ, per gratiam. ¶ Hortatur etiã nos
per hęc ad duo, ſcilicet ad ſeruandũ gratiam
adoptionis, cùm dicit pater: & vnionem fra-
ternitatis, cùm ait noſter. ¶ Rurſum per hoc
quòd dicit pater: quod eſt nomem piũ: nota-
tur bonitas eius, & Eccleſiæ deuotio, quæ
ipſum patrẽ appellat. Per hoc verò, quod di-
citur, noſter, oſtenditur dilatatio charitatis.
Per hoc, quod dicitur in cœlis, id eſt, in ſan-
ctis, quorũ conuerſatio à fæce mũdi remota

eſt,Dei pietas deſignatur.Quia igitur capta-
3 tio beneuolētiæ in hac† oratione præmitti-
tur:ſciendũ eſt, quòd beneuolētia captatur à
tribus,ſcilicet à perſona cognitoris,petitoris
& aſſeſſoris : cognitor eſt Deus : petitor eſt
homo:aſſeſſor,eſt angelus.A perſona cogni-
toris,cum ait pater :petitoris,cum ait noſter:
aſſeſſoris,cũ ait,qui es in cœlis,id eſt,in ange
lis , vel in ſanctis : de quibus habetur : Cœli
enarrãt gloria Dei:vnde ſpes nobis attribui-
Pſal. 18 tur,vt ſanctos nos faciat. Vel in cœlis,id eſt,
in ſecreto maieſtatis diuinæ : per quod datur
fiducia obtinendi bonum occultũ:Quod ocu
lus non vidit:nec auris audiuit:nec in cor ho
minis aſcendit. Dat ergo fiducia impetrandi
Eſa. 44 bonũ:vnde nõ dicitur: Domine , cui ſeruitur
timore:ſed pater,cui ſeruitur amore.q.d.quia
pater es,vis:quia in cœlis es,potes:ergo libe-
4 ra nos à malo.¶Et † nota,quòd cœlũ dicitur
à cœlãdo:quia cœlat diuina ſecreta:vel à cel
ſitudine:quia altius eſt terrenis rebus.Sed li-
5 bera nos à malo.Triplex eſt † malũ , à quo
petimus liberari:innatũ, auditũ, & inflictum.
Primum , contrahitur , ſcilicet originale.Se-
cundũ,cõmittitur,ſcilicet actuale.Tertiũ, ſu-
ſtinemus, ſcilicet pœnale. Malũ autem vita-
mus,per ſpiritũ timoris.Nam( vt inquit ſcri-
Eccle.1 ptura ) Timor Domini expellit peccatum.
6 Porrò triplex eſt†timor quo ceſſamus à ma
lo:ſeruilis:initialis & filialis. Timore ſeruili,
ceſſamus à malo formidine pœnæ. Timore
filiali,ceſſamus à malo , amore iuſtitiæ. Ini-
tiali,timore ceſſamus à malo, partim formi-
dine pœnæ , partim amore iuſtitiæ. Seruilis
timor,eſt incipientiũ.Initialis proficientiũ. Fi
lialis,perficientiũ.Dicit ergo: Sed libera nos
à malo.q.d.da nobis ſpiritum timoris & pau
pertatē ſpiritus, vt per ſpiritum timoris vite-
mus mala:per paupertatem ſpiritus addiſca-
mus bona:quatenus excluſis vitijs , & contē-
ptis terrenis,habeamus ęterna,ſcilicet regnũ
cœlorum:quod lucifer & primi parentes per
inanem gloriam ſiue ſuperbiam amiſerunt.
Per hoc ergo,quòd ſe humiliando,petit libe
rari à malo, quod fit per donum timoris:fu-
gatur ſuperbia, quæ opponitur timori , & ſic
finis orationis concordat cum principio , vbi
ab humilitate contra ſuperbiam incœpit , vt
7 præmiſſum eſt.¶ Et ne † nos inducas in tenta
tionem,ſcilicet diabolicam.Nota,quòd ten-
tat nos Deus:tentat homo , tentat diabolus.
Deus tentat,vt probet:homo,vt ſciat:diabo-
lus , vt fallat . De primo legitur : Tentauit
Deus Abraham.De ſecundo: Tenta nos obſe
cro diebus decem .De tertio: Cur Sathanas
tentauit cor tuum. ¶ Porrò duobus modis
tentamur interius per delectationem,& exte
rius per ſuggeſtionem : interior tentatio pa-
rum efficit:exterior multum proficit , ſi non
conſentiatur,ſed reſiſtatur. Scriptũ eſt enim: 1.cor.10
Tentatio vos non apprehendat , niſi huma- Iac. 1
na.Rurſus:Beatus vir,qui ſuffert tentationē:
quia cùm probatus fuerit , accipiet coronam
vitæ Cùm igitur citra conſenſum tentamur,
ducimur in tentationem : cùm conſentimus,
in tentationem inducimur : ſicut piſcis ante
capturam ducitur in rete. Cum autem induci
tur,capitur & tenetur : tunc impletur , quod
Iacobus Apoſtolus ait : Tentatur autē vnuſ- Iacob.1
quiſq; à concupiſcentia ſua mala abſtractus,
& illectus:deinde,concupiſcentia cùm conce
perit , parit peccatum : peccatum verò cum
conſummatum fuerit, generat mortem. Ve-
rùm cum idem Apoſtolus dicat : quia Deus
eſt intentator malorum.Quid eſt, quòd peti
mus,ne Deus nos inducat in tentationē ? Sed
8 † dicendum eſt , quòd Deus quodammodo
tentat & quodammodo non tentat:tentat vt
probet iuxta illud: Proba me Deus , & tenta Pſal.138
me:non tentat vt fallat:iuxta illud:Deus ne- Iacob.1
minem tentat.Petimus ergo, ne nos Deus in Amos 3
tentationem inducat, id eſt, ne permittat in-
duci:quia ſicut dicitur:Non eſt malum in ci-
uitate,quod Deus non faciat,id eſt.quod fie-
ri non permittat. Scriptum eſt enim : Fidelis 1.cor.10
Deus , qui non patitur vos tentari ſupra id,
quod poteſtis:quaſi dicamus: Da nobis ſpiri-
tum pietatis : & manſuetudinem ſpiritus : vt
per ſpiritum pietatis vincamus tentationes,
exercendo nos ad pietatem:& per manſuetu
dinem vincamus iram , non reddēdo malum
pro malo. Vincamus etiam inuidiam , quæ
opponitur pietati:vt ita poſsideamus terram Rom.12
viuentium,quam per ſpiritum pietatis, & per
manſuetudinem ſpiritus obtinebimus. Nam
pietas promiſsionem habet vitæ , quæ nunc
eſt & futuræ : & beati mites : quoniam ipſi
poſsidebunt terram , Vnde pſalmiſta : Man- Pſal.36
ſueti poſsidebunt terram , & delectabuntur
in multitudine pacis.¶ Dimitte nobis debita
9 noſtra &c.debita†dicuntur peccata, quæ nos
debitores pœnæ conſtituunt : non enim hîc
agitur de debitis pecuniarum : ſed offenſa-
rum. Tria autem ſunt debita , quæ petimus
nobis



nobis dimitti,ſcilicet peccatũ in Deum :pec-
catum in proximum:& peccatũ in nos : vnde
peccauimus cum patribus noſtris iniuſtè egi-
mus,iniquitatē fecimus.vnde Pſal.cv. Pecca-
uimus cum patribus noſtris in Deum:iniuſtè
egimus in proximum : iniquitatem fecimus,
in noſmetipſos. Et quia peccauimus in Deũ:
ideò petimus , vt ipſe dimittat nobis debita
noſtra : quia peccauimus in nos:ideò peti-
mus,vt dimittat nobis debita noſtra:quia pec
cauimus in proximum , ideò petimus , vt di-
mittat nobis debita noſtra, ſicut & nos dimit
timus debitoribus noſtris. Hoc pacto ergo
& ea conditione nobis dimittuntur,ſi nos di-
mittamus debitoribus:aliôquin etiã dimiſſa
reuocantur in debitum, ſecundum illud euã-
Mat.18 gelij : Serue nequam , omne debitum dimiſi
tibi,quoniam rogaſti me:nónne ergo opor-
tuit & te miſereri conſeruo tuo , ſicut & ego
miſertus ſum tui?Et iratus Dominus eius tra
didit eum tortoribus quoaduſq; redderet vni
uerſum debitum : ſic & pater meus cœleſtis
faciet vobis,ſi non dimiſeritis vnuſquiſq; fra
tri ſuo de cordibus veſtris.Vt ergo Dominus
euidenter oſtenderet, quòd nullus eſt totius
orationis fructus , niſi debitoribus dimitta-
mus:in fine eiuſdem euangelij ſubiunxit ad
omnia:Si dimiſeritis hominibus peccata eo-
rum,dimittet vobis pater veſter cœleſtis pec
cata veſtra.Si autem non dimiſeritis homini-
bus peccata eorum,nec pater veſter dimittet
vobis peccata veſtra.His ergo , qui debitori-
bus non dimittunt, hæc oratio non prodeſſe
videtur,ſed obeſſe. Nam qui ſic petit ſibi di-
mitti,ſicut debitoribus ſuis ipſe dimittit:pro
fectò ſibi nõ dimittit ipſe debitoribus, vide-
tur petere,vt ſibi nõ dimittatur.de cõſe. diſt.
10 ij.panem.¶Sed quæritur , quid † tenetur illi
dimittere , qui nec ſatisfacere vult : nec ve-
niam poſtulare?Sanè diſtinguendum eſt inter
perfectum & imperfectum.Is, qui viam per-
fectionis arripuit,etiam non petenti veniam
omnibus modis indulgere tenetur : vnde in
canone Inno.de pœ.diſt.v.c. ſi. legitur :Falſa
eſt pœnitentia , ſi pœnitens offenſo non ſa-
tisfaciat : aut ſi offendenti offenſus non in-
dulgeat.Qui verò nondum perfectionis vo-
tum aſſumpſit , tenetur quidem rancorem
cordis deponere : ſed non tenetur ſatisfa-
ctionem debitam condonare : vnde in ca-
none Fabiani xxiij.q.iiij. cum in lege.ita ca-
nitur:Si quis contriſtatus reconciliari nolue-
rit fratri ſuo , ſatisfaciente eo , qui contri-
ſtauit , acerrimis maceretur inedijs , vſque
dum gratanti animo ſatisfactionem recipiat.
Quanquàm omnes vniuerſaliter teneamur Mat. 5
diligere inimicos noſtros, & benefacere his,
qui oderunt nos : & orare pro perſequenti-
bus & calumniantibus nos.xc.diſtin. ſi quis.
Quia verò ſunt culpæ in quibus culpa eſt
relaxare vindictam , xxviij. diſtin. quæ ſunt.
11 & ſi† peccatum in nos teneamur dimittere:
peccatum tamen in Deum & in proximum
debemus punire . Quiſquis ergo laborans
odio vel inuidia ,grauatur magis hac oratio-
ne,quàm iuuetur:niſi iam propoſitum habet
dimittendi. Verumtamen non in ſua quiſq;,
ſed in totius Eccleſiæ videtur perſona orare:
vnde non dicit:dimitte mihi debita mea , ſi-
cut & ego dimitto debitoribus meis : ſed di-
cit:dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos
dimittimus debitoribus noſtris . Quidam
etiam volunt ita illud intelligi: dimitte no-
nis &c.id eſt , ſic dimitte nobis debita noſtra
vt & nos dimittimus debitoribus noſtris.q.d.
Da nobis donum ſcientiæ , luctum & virtu-
tem:quatenus tam noſtra , quàm aliena pec-
cata cognoſcamus & defleamus,vt nobis de-
bita noſtra dimittas:& ita conſolationem ha
bebimus aduerſus inuidiam , quæ facit ho-
minem dolere, & de alieno bono tabeſcere:
aduerſus iram , quæ eſt contraria ſcientiæ:
quia ira impedit animum ne poſsit cernere
verum. xj. q. iij. illa.& c. ſeq. per ſcientiam
enim & luctum in præſenti remiſsione acci-
pimus : & in futuro conſolationem habebi-
mus:iuxta illud quod legitur:A delicto meo Pſal.50
munda me:quoniam iniquitatem meam ego
cognoſco:& beati qui lugent : quoniam ipſi
conſolabuntur . Panem noſtrum quotidia- Matth. 5
num &c.Vnde in euangelio Ioannis:Domi- Ioann. 6
ne ſemper da nobis panem hunc : πᾶν, autē
Græcè,interpretatur latinè omne.vnde:Ora-
mus vt omnipotens pater omnem victum
ſpiritualem , & carnalem & corporalem o-
12 mni tempore largiri dignetur. ¶ † Quinque
autem panes ſunt nobis neceſſarij:in via qua
tuor : & quintus in patria : corporalis ad ſu-
ſtentationem : ſpiritualis ad informationem:
doctrinalis ad eruditionem:ſacramentalis ad
expiationem:& æternalis ad fruitionem. De Deut. 6
primo legitur:Nõ in ſolo pane viuit homo. Matth. 4
 De ſecun-

Luc. 11 De ſecundo:Amice, accõmoda mihi tres pa-
1.cor. 11 nes.De tertio:Venite,comedite panẽ meum.
Ioan. 6 De quarto : Qui panẽ Domini manducat in-
dignè , reus erit corporis Domini. De quin-
to:Ego ſum panis viuus,qui de cœlo deſcẽdi.
Poſtquã enim fuerint homini peccata dimiſ-
ſa , neceſſarius eſt ei ſpiritus fortitudinis , vt
præmiſſum eſt:ideò dicit:Panẽ noſtrũ quoti
dianũ,id eſt,nobis quotidie neceſſariũ : aliò-
quin quod noſtrũ eſſet,nobis dare nõ poſſet,
niſi prius deſineret eſſe noſtrũ : extrà de fide
inſtru.c. inter.Da nobis hodie. q. d. da nobis
ſpiritũ fortitudinis:qui multiplici pane robo
rat animã,ne deficiamus in præſenti,eſurien-
do iuſtitiam , per quã expellentes acidiam &
tædiũ de bono, plena iuſtitia ſaturabimur in
Mat. 5 futuro:ſecundũ illud: Beati , qui eſuriunt , &
Mat. 6 ſitiunt iuſtitiam , quoniam ipſi ſaturabuntur.
13 Mat.dicit.†Panẽ noſtrum ſuperſubſtantialẽ:
quod duobus modis poteſt intelligi : velut
vna ſit dictio:quaſi da nobis panem noſtrum
ſuperſubſtantialem, id eſt , Chriſtum qui eſt
ſuperſubſtantialis, id eſt, ſuper omnem ſub-
ſtantiam,ſcilicet creatam qui panis eſt in al-
tari:vel vt ſint duæ dictiones, quaſi da nobis
panem noſtrum,id eſt,Chriſtum,qui eſt pro-
prius cibus fidelium:& hoc ſuper panem , id
eſt,præter panem ſubſtãtialẽ,id eſt, neceſſa-
rium ad ſuſtẽtationem.q.d. Da nobis vtrũq;,
Luc. 11 ſcilicet mentis & corporis.Lucas dicit : Panẽ
noſtrum quotidianum , quod tam de corpo-
rali,quàm de ſacramentali pane poteſt intel
ligi : videlicet de viatico. Græcus habet ἐπι-
ούσιον, quod interpretatur ſuperſubſtantia-
lem.de conſe. diſt. ij.in calice.in fi.Hebræus
verò ſegola , quod interpretatur egregium,
vel peculiarem. Ob hoc fortè Lucas videns
Matthæum dixiſſe ſegola, quod ſonat pecu-
liarem,dixit quotidianum. Græcus autem in-
terpres Matthæi:quia vidit eum dixiſſe ſego
la,quod ſonat egregium,dixit ἐπιούσιον,ſcili-
cet ſuperſubſtantialem. ¶ Fiat voluntas tua.
14 Hoc † rogamus , vt quomodo angeli vel o-
mnes ſancti inculpabiles Deo ſeruiunt:ita &
nos abſq; graui peccato illi ſeruiamus in ter
ra.¶ Voluntas Dei,dupliciter intelligitur, ſci
licet & beneplacitum Dei æternum,& ſignũ
beneplaciti temporalis. Beneplacitum Dei
æternum,ſemper impletur.vnde:& voluntati
eius quis reſiſtet ? & omnia quæcunq; voluit
Rom. 9 Dominus,fecit.Signa beneplaciti temporalis
ſunt quinq;:præceptio,prohibitio, permiſſio,
conſilium, & operatio : vnde Magna opera Pſal. 134
Domini exquiſita in omnes voluntates eius. Pſal. 109
Hæc non ſemper implentur:ſed,vt implean-
tur oratur:vnde dicitur:Fiat voluntas tua , id
eſt,opere compleatur , quod præcipis , quod
conſulis,quod ſuades:quia non ſufficit volun
tas, niſi adſit facultas. lxxxvj. diſt. non ſatis.
15 ¶Sicut in † cœlo & in terra , id eſt , ſicut illi
qui ſunt in cœlo,voluntatẽ eius faciunt,ſic &
nos in terra faciamus. vel ſicut in cœlo & in
terra,id eſt, ſicut in angelis:ita & in homini-
bus:vel ſicut in perfectis ita & in conuerſis.
Vel ſicut in Chriſto,ita & in Eccleſia:vel ſi-
cut in mente, ita pariter & in carne: vt caro
non concupiſcat aduerſus ſpiritum : ſecundũ
illud : Cor meum & caro mea exul.in d.v.q. Gal. 5
di.da nobis ſpiritum conſilij:vt faciamus vo- Pſal. 73
luntatem tuam,maximè miſericordiam,quæ
perimit auaritiam , quatenus miſericordiam
conſequamur:ſecundum illud : Beati miſeri- Matt. 5
cordes.q.mi. cõ. Sicut enim auaritia conſiſtit
in acquirendo,& retinendo : ita miſericordia
conſiſtit in dando & dimittendo : huius peti-
tionis & aliarum duarum impletio,inchoa-
tur in via ,& conſummatur in patria, vbi nil
velle poterimus, niſi quod Deum velle ſcie-
mus:tunc diligemus Deum ex toto corde,&
ex tota mente , & ex tota anima . ¶ Et ex
16 † corde,id eſt , intellectu , diligimus filium:
toto,id eſt,ſine errore. Ex mente, id eſt,me-
moria , diligimus patrem , tota , id eſt ſine
obliuione.Ex anima , id eſt, voluntate , dili-
gimus ſpiritum ſanctum ,tota , id eſt , ſine
contrarietate: patrem potentem , filium ſa-
pientem , ſpiritum ſanctum benignum , id
eſt trinitatis potentiam , ſapientiam & bo-
nitatem . ¶ Adueniat regnum tuum.Hoc ro
gamus vt ſemper Chriſtus regnet in nobis
& non peccatum , vt nos paratos inueniat
quando animam à corpore iubebit exire.
17 ¶Regnum autem Dei dicitur , & † militans
Eccleſia,quia regitur : & triumphans Eccle-
ſia:quia regnat.Item regnum Dei dicitur, &
gratia fidei , & gloria ſpei. Rurſus regnum
Dei,dicitur & intellectus ſcripturæ & locus
patriæ.¶ De regno militantis Eccleſiæ ſcri- Matt. 13
ptum eſt:Exibunt angeli meſſores , & colli-
gent de regno eius omnia ſcandala.¶ De re- Matt. 8
gno triumphantis Eccleſiæ reperitur : Ve-
nient & recumbent cum Abraham , Iſaac &
Iacob in regno cœlorum. ¶ De regno fidei Luc. 17
dicit ſcriptura : Regnum Dei intra vos eſt.
¶ De



Matt. 25 ¶De regno ſpei Dominus ait: Percipite re-
gnum,quod vobis paratũ eſt ab origine mun
Matt. 21 di.¶ De regno ſcripturæ legitur:Auferetur à
vobis regnum Dei:& dabitur genti facienti
Matt. 13 fructus eius.¶ De regno patriæ reperitur:Ful
gebunt iuſti,quaſi ſol in regno patris eorum:
Luc. 11 ſed etiam ipſe Chriſtus dicitur regnum Dei:
18 ſecundum illud:Si ego in digito † Dei eijcio
dæmonia,profectò venit in vos regnũ Dei.
Adueniat igitur regnum tuum,id eſt,adue-
niat regnum ad regnum, militans ſcilicet ad
triumphantem. Vel regnum tuum adueniat,
id eſt,ad videndum te veniat:vt regnum fidei
ad regnum ſpei tranſeat:quoniam hæc eſt vi
ta æterna,vt cognoſcamus te ſolum , verum
Deum:& quem miſiſti Ieſum Chriſtũ. quaſi
Ioan. 17 dicat:Da nobis ſpiritũ intellectus,quo mun-
dati corde intelligamus te in præſenti regna
re,per fidem : vt in futuro , videamus te re-
gnantem in nobis per ſpem. Tunc cognoſce
mus ,ſicut & cogniti ſumus , videntes tunc,
1.Co. 13 quaſi per ſpeculum in ænigmate,ſed tunc fa-
cie ad faciem eum videbimus:quomodo vi-
debimus Deum Deorum in Syon. Quod eſt
Oſee 4 cõtra gulam,de qua propheta:Vinũ (inquit)
& ebrietas aufert cor.Per intellectum enim
deſinit homo carnaliter viuere. Vnde Hiero.
Ama ſcientiam ſcripturarum : & carnis vitia
19 nõ amabis.¶ Sanctificetur nomen tuũ.†Hoc
rogamus,vt nos ſancti ſimus,& iuſti,& rece-
damus à malo,& ſemper faciamus bonum.
Et nota,quòd nomen patris quatuor modis
ſanctificatur,in filijs duobus modis,in via:&
duobus in patria.In via , per efficientiam &
perſeuerantiam:in patria per conſummatio-
nem & effectionem. In via nanq; nomen pa-
tris ſanctificatur,in filijs , quando ſanctifica-
tionis effectum operatur in eis. Vel, quando
ſanctificatio,quam acceperunt in nomine pa
tris,perſeuerat in illis.In patria verò, nomen
patris ſanctificatur in filijs:quia ſanctificatur
& confirmatur in eis:vt nunquàm poſſit à fi-
liationis gratia ſeparari:hîc eſt quaſi mobile
nomen patris in filijs.Nam & Iudas quãdoq;
fuit filius,& quandoq; non fuit:pro qua poſ-
ſibilitate mouendi,dixit Apoſtolus:& habe-
1. Cor. 9 tur iij.quæſtio.vij.§. quod teſtatur : Caſtigo
corpus meum,& in ſeruitutem redigo:ne for
tè cùm alijs prædicauerim,ipſe reprobus effi
ciar.Ibiq; nomen patris ſanctificatur in filijs:
quia vbi tales ſunt filij , in quibus pater ſan-
ctus apparet : tunc erunt manifeſti , qui nunc
ſunt occulti.ſecundum illud:Nos inſenſati vi Sap. 1.
tam illorũ æſtimabamus inſaniam : & finem
illorum ſine honore:& ecce,quomodo com-
putati ſunt inter filios Dei , & inter ſanctos
ſors illorum eſt. Dicitur ergo : ſanctificetur
nomen tuum : quaſi dicat:Da nobis ſpiritum
ſapientiæ:prout dicitur à ſapore,id eſt,iucun-
ditatem æternam,vt guſtemus quàm ſuauis
eſt Dominus,generãs in nobis pacem,id eſt,
motuum interiorum quietem,vt caro noſtra
non concupiſcat aduerſus ſpiritum:quia non
eſt pax oſſibus meis à facie peccatorũ meo- Pſal. 33
rum : vt ita ſanctificetur nomen tuum,id eſt, Gal. 5
pater in filijs , quatenus in præſenti difficile, Pſal. 37
in futuro nequaquam à filiationis gratia ſe-
paremur:quod eſt manifeſtè contra luxuriã:
quia qui laborat,non iucundatur in ea:& qui
pacem mentis non habet,filius Dei non eſt,
ſed iumento aſſimilatur:quia quaſi iumentũ
in ſuo ſtercore computreſcit : guſtato enim
20 ſpiritu deſipit omnis caro.¶ In † fine domini- Iob 1
cæ orationis ponitur Amen : quod ad omnes
petitiones refertur.Hebræus autem ponit in
fine,vnum ex his tribus amen,ſela,ſalem,quę
quæ ſonant verè ſemper pacem.De amen,di
ctum eſt ſub titulo de ſalutatione ad popu-
lum:licet autem amen,quandoque affectum
optantis exprimat:hîc tamen concluſionis
affirmationem oſtendit. Vnde gloſſa Matth.
vj.Amen ſignificat in his omnibus petitioni-
bus indubitanter à Domino tribui, quod pe-
titur ſi vltimæ conditionis pactum ſeruaueri
mus : vnde ſubdit : Si dimiſeritis &c.& ideò
amen hîc non à populo,vel à clero:ſed à ſa-
cerdote profertur:cum enim ipſe ſit media-
tor inter Deum & hominem:quia eius eſt vo
ta populi Deo offerre,& ipſius voluntatem
populo renũtiare ſicut legitur Exod.xix.Ma-
21 gis†cõgruit illud à ſacerdote proferri,à quo
conuenit petita à Domino fuiſſe conceſſa
affirmari,quàm à populo cui huiuſmodi re-
nuntiatio ipſo mediante fieri debet. In alijs
verò orationibus,quæ in officio eccleſiaſtico
dicuntur : Amen exprimit potius affectum
optantis,quàm concluſionem affirmantis:
ideóq; in illis congruè profertur à populo,à
quo optatur:quod in illis à ſacerdote orante
poſtulatur.Profert tamẽ hîc ſacerdos amen,
ſub ſilentio. Primò in ſignum , quòd Domi-
nus vult orãtes latêre, quòd à Domino exau
diti ſint,ne poſtmodum tepeſcant. Secundò,
quia ſi altè proferret , amen,quo affirmatur
 orationem

orationem dominicam exauditam eſſe, iudi-
cari poſſet præſumptio, & quędam oſtentatio
ſacerdotis.

ADNOTATIO.

AEBA. *Vel ſeruans pueros, παῖδας ϖῆρων. ſi uerbum compoſitum explices.*

SVMMA.

1 Miſſæ tertia pars, vbi incipiat.
2 Emboliſmus, duplex.
3 Emboliſmorum & præfationum conſue-
tudo.
4 Pacem petens ſacerdos, quorum precibus
innitatur, & ſuffragijs. & numero 5.

## *Tertia pars miſſæ de ſilentio, poſt dominicam orationem.* CAP. XLIX.

TErtia pars miſſæ incipit in hac
1 oratione. Libera † nos quæſu-
mus Domine &c. Quæ oratio,
dicitur ἐμβόλισμος vel ſuper-
excreſcentia, eò quod nihil in ea
petitur, quod in præcedenti oratione domini
ca petitum non fuerit: nec tamen ſuperfluit:
quoniam eſt repetitio & expoſitio nouiſsimæ
petitionis illius. Illa enim dicit: Libera nos à
malo: iſta dicit: Libera nos quæſumus &c. Et
ſubdit, à quibus malis: ſcilicet à præſentibus,
præteritis & futuris: ſubditur etiam tranſitus
ad orationem, pro pace ibi: Intercedente bea
ta &c. Vel dicitur ſuperexcreſcentia, quia in
primitiua Eccleſia multo tempore dicta non
2 fuit. ¶ Et no. quòd † duplex eſt ἐμβόλισμος: vi
delicet quotidianus & annuus: quotidianus
eſt hæc oratio: cum enim amen ſit finis domi
nicæ orationis: & illud reſeruetur ſacerdoti, à
clero dicente: ſed libera nos à malo: vt præ-
miſſum eſt: patet quod hæc oratio intelligitur
emboliſmus, non ſolùm quotidianus: verũ
etiam dominicæ orationis. Emboliſmus etiã
quotidianus, ſunt præfationes: vt Verè dignũ
&c. Et cõmunicantes &c. & hanc igitur obla-
tionem offeri. &c. te igitur clementiſsime
pater. Annuus verò emboliſmus, eſt conſecra
tio olei infirmorum: de qua dicetur in ſexta
parte ſub titulo de cœna Domini: & benedi-
ctio vuarum & agni paſchalis & huiuſmodi:
& etiam frugum & fabarum primarum, quæ
ex inſtitutione Euthiciani Papæ ſuper altari
benedicuntur. ¶ Emboliſmo finito non con-
3 cluditur, per Dominũ. ¶ † Hæc enim eſt em-
boliſmorum & præfationum cõſuetudo, ſed
ei cõtinuatur oratio: Da propitius pacem &c.
Da pacem inquam pectoris: vt ſimus à pecca
to liberi. Da pacẽ temporis, vt ſimus ab omni
perturbatione ſecuri: nocet enim infirmis
perturbatio: & ecce quàm apertè enodatur à
quibus malis erui deprecemur. Hæc autẽ ora
tio: Libera nos &c. ſub ſilentio dicitur: prout
dictum eſt ſub tit. de pater noſter ſuper ver-
bo: Oremus præceptis, quod ſilentium ſigni-
ficat ſabbatum, quo corpus Domini in ſepul
chro quieuit: tunc enim nullus fidem prædi-
cauit. Vnde Luca teſtante: Mulieres, quæ pa- Luc. 23
rauerant vnguenta, ſabbato quidem ſiluerũt,
ſecundũ mandatũ legis. Chriſtus tamen non
ſiluit: imò ipſe qui ſecundum carnem in ſe-
pulchro quieuit: ſecundum animã deſcendit
ad inferos, vt fortior ſuperueniens ſuperaret
fortem armatũ: ad quod ſignificandum Ec-
cleſia romana, dicit ipſam orationem alta vo
ce in die paraſceues: & Mediolañ. ſemper: &
tunc momordit infernũ, ducens ſuos vinctos
de lacu, in quo non erat aqua liberans eos de
malis præteritis, præſentibus, & futuris: &
dans eis perpetuam pacem: in qua ſunt ſem-
per & à peccato liberi, & ab omni perturba-
tione ſecuri. Vnde de hoc lacu liberari ſe, &
totam Eccleſiam orat presbyter dicens: Libe
4 ra nos &c. Et † quia nos indigni ſumus ve-
niam de præteritis, & præſentibus atq; futu-
ris promereri, niſi nobis donetur oratione
beatæ virginis, & beatorũ Petri & Pauli atq;
Andrææ & aliorum ſanctorũ, ideò hîc eos in
noſtrũ patrocinium inuocamus. Ad impetran
dum ergo pacis gratiam, imploratur mater
Salomonis, id eſt, viri pacifici, & Michaël nun
tius pacis, & Baptiſta præco pacis, & tres Apo
ſtoli teſtes pacis, & nõ plures: quia in ore duo
rum vel trium teſtiũ ſtat omne verbũ. Prius Matt. 18
ergo orauimus, vt liberaremur à malis: nunc
verò pro pace oramus. Rurſus licet omnes
Apoſtoli ſuperius fuerũt propter authoritatẽ
apoſtolatus cõnumerati: in hac tamen ora-
tione, quæ triduum, quo Dominus in ſepul-
chro iacuit, deſignat, tres reperiũtur: & ſpecia-
liter iſti tres propter aliquas eorũ prærroga-
tiuas, videlicet propter priuilegiũ prærogati
uæ dignitatis, quo ad Petrũ: propter priuile-
gium prædicationis & immenſi laboris, quo
ad Paulũ: & propter priuilegiũ nimiũ cõcupi
5 tæ crucifixionis, quo ad Andreã. Adhuc † in
hac oratione eſt intentio inuocare nõ ſolùm
Apoſtolos:



Apoſtolos: verumetiã omnes ſanctos, qui per
triplicem ſtatũ diſtinguuntur: ſicut & omnes
qui ſunt in Eccleſia militante: aut enim fue-
runt, vel ſunt in ſtatu coniugali, qui per Pe-
trum: aut in ſtatu cõtinentiæ: aut viduali: qui
per Andræam: qui ſecundũ Chryſoſtomũ cre
ditur in viduali ſtatu fuiſſe: aut in ſtatu virgi-
nali, qui per Paulum deſignatur: ad quem ſta
tum etiã angeli reducũtur: quia virginitas, eſt
ſoror angelorũ. & de beata Maria etiam fit
mentio, tanquã de porta miſericordiæ. ¶ Po-
ſtremò nota, quòd poſt ſecretam tria dicun-
tur ad myſteriũ conſecrationis corporis Do-
mini perficiendum, videlicet: Præceptis ſaluta
ribus: & oratio dominica, & hæc oratio: Libe-
ra nos quæſumus: & hoc propter tres dies,
quibus Domini corpus iacuit in ſepulchro:
ſiue propter triplicem legem, ſcilicet natura
lem, Moſaicam & euangelicam.

SVMMA.

1 Patenam tradit ſacerdoti diaconus, finita
oratione dominica.
2 Patena cur ſe ſignet ſacerdos.
3 Sacerdotis manum ſeu humerũ dextrum
diaconus oſculatur. Et quare id.
4 Patenam adquid oſculetur ſacerdos.

## *De reſumptione patenæ.* CAP. L.

QVia poſt paſsionis triſtitiã, ad
reſurrectionis gaudiũ perueni-
Pſal. 29 tur, Iuxta illud: Ad veſperũ de-
morabitur fletus, & ad matuti-
num lætitia: ideò ſubdiaconus
intereà dum chorus reſpõdet: ſed libera nos
1 à malo. accedens † ad diaconũ, tradit illi pa-
tenam inuolutã: diaconus verò illã recipiens
eam, reuelat & reuelatã repræſentat, & tradit
ſacerdoti, oſculando illius manũ, aut humerũ
dextrũ. Sacerdos verò cum ea ſignũ ſanctæ
crucis ſibi facit in facie, & eandem poſtmo-
dùm oſculatur. Hi quidẽ tam numero quàm
obſequio ſanctas illas mulieres ſignificant,
Matt. 28 de quibus narrat euangeliſta Matthęus: quod ve
ſpere ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati
venit Maria, & altera Maria videre ſepulchrũ
præſentantes patenã, id eſt, cor patẽs latitudi
ne charitatis, in obſequium ſepulturæ. Iuxta,
quod legitur, quòd mulieres emerunt aroma
ta: vt venientes vngerent Ieſum: & valde ma-
Marc. 16 ne vna ſabbatorũ veniũt ad monumẽtũ orto
iam ſole: & dicebant ad inuicem quis reuol-
uet nobis lapidẽ ab oſtio monumenti? Acceſ-
ſus igitur diaconi, qui Marias ſignificat in tra
dendo patenã, ſignificat illud quòd Mariæ ve
nerunt videre ſepulchrũ: & reſurrectionem
Chriſti latè credentes, eam Apoſtolis nuntia-
uerunt: qui demũ Domino ſuæ fidei latitudi-
nem obtulerũt, & ideò de manu diaconi pa-
tenã, id eſt, latitudinẽ charitatis accipit ſacer- Ioan. 20
dos, id eſt, Chriſtus acceptat. Vel per ſubdia-
conũ intelligitur Nicodemus, qui etiam latè
credidit & obſequium exhibuit ſaluatori.
Quòd verò patena prius inuoluta, dehinc re-
uelata ad altare deportatur: hic eſt Moſes de
fiſcella ad regiã perductus domũ. Exo. ij. Lex
quidem quæ latuit ſed cognitis myſterijs, ab
Eccleſia exaltata, ad Chriſtum aſcendere de
2 Aegypto docẽs. ¶ Quod verò ſacerdos † ſup
patena ſibi à miniſtris oblatã ſignũ crucis fa-
cit, repræſentat illud, quod in Matthæo legi-
tur: quod principes ſacerdotũ, & Phariſæi ſigna-
uerũt lapidem cum cuſtodibus. ſed nec ratio
iſta nec ſignũ ſanctæ crucis, neceſsitatis ſunt.
Item, quod patenã oblatam recipit, ſignificat quod
Chriſtus omnes ad ſe ex charitate redeuntes
cum deſiderio recipit: quod etiã ex eo patet,
quòd ſtatim Mariæ perſeuerãti & alijs cõpa-
ruit. De hoc etiã dictũ eſt ſub titulo de obla
tione ſacerdotis. Poſt traditam diacono pate
nam, ſubdiaconus manipulam, qui patenã te-
nuerat inuolutã, plicatã nõ ſuper pallã alta-
ris: ſed alibi deponit, in quo ſignificatur illud,
quod legitur Ioan. xx. quia Petrus in monu-
mentũ intrãs, vidit ſudariũ, quod ſuper caput
Chriſti fuerat nõ cum linteaminibus poſitũ:
3 licet ſeparatim in vnũ locũ inuolutũ. † Dia-
conus autẽ manũ ſeu humerũ dextrũ ſacer-
dotis oſculatur: ad notandũ, quod ipſe vult eſſe
ſocius in paſsione, vt ſocius ſit in regno: extrà
de ſepul. c. j. ſecundũ quod dicit Apoſtolus: Si
compatimur, & conregnabimus. ¶ Rurſus, quod
oſculetur dextrum illius humerũ, ſignificat,
quòd Deum hîc videre nõ poſſumus, niſi per
ſpeculum & in ænigmate: in futuro verò vi-
debimus eum, ſicuti eſt: quia verò crucifixus
ardẽti deſiderio quærebatur, iuxta quod an-
gelus inquit mulieribus: Scio, quia Ieſum 1. Ioan. 3
quæritis crucifixũ. idcirco cũ patena ſignatur Matt. 28
crux in facie ſacerdotis: in qua maximè vires
animæ vigent: & vt hoc ſigno munitus poſ-
ſit Dei ſeruitium, ſine impedimento conſum
mare. Statimq; ſacerdos oſculatur patenam:
oſtendens, quòd Chriſtus confeſtim impleuit
deſiderium mulierũ. Mox enim occurrit illis, Matt. 28
dicens:

Matt. 28 dicens:auete:quæ procidentes tenuerunt pe-
des eius,& adorauerũt.Nec eſt dubium,quin
pedes eius fuerint oſculatæ:de hoc ſub titu-
lo de oſculo pacis dicetur.Oſculatur etiã pa
tenam, quaſi petens à Deo pacem corporis
& animæ.Oratur etiam pro pace temporali,
quod fit ſpecialiter in quibuſdam Eccleſijs,
oſculum etiam huiuſmodi charitatem ſigni-
4 ficat,prout dicetur ibidem.¶†Rurſus ideò ſe
ſignat cum patena,& oſculatur pòſt illam,ad
notandum,quòd ſi per paſſionem filij recon
ciliamur Deo patri:erimus & hæredes regni
cœleſtis:vel ſignum crucis,cum oſculo ſigni
ficat gloriationem Chriſti in cruce cum cha
ritate.Quidam etiam cum patena ſe ſignant,
ante pectus:per quod ſignificatur ſyncera af-
fectio,quæ per partes corporis & cordis in ſa
cra ſcriptura ſignificatur.Quidam autẽ prius
oſculantur patenam,cũ dicunt: Da propitius
pacem:& poſteà cum oſculata patena in vlti-
ma clauſula,ſcilicet ab omni perturbatione
ſecuri,ſe ſignant:quia per crucem,& hoc ſa-
crificium & odorem eius omnia in cœlis,&
in terris pacificata denũtiant.Quidam quoq;
cõſequenter oſculantur ſummitatem, & pe-
dem calicis:quod oſculum prætendit intimũ
effectum ad monumentum ſeu ſepulturam
Chriſti:exemplo Magdalenę:quæ ex affectu
ſtabat ad monumentum foris plorans:vt dici
Ioan.20 tur in Ioanne .Oſculum quoq; pedis calicis,
ſignificat oſculũ pedum Chriſti : de quo iam
dictum eſt.Aliqui etiam cum patena ſummi-
tatem,latus & pedem calicis tangunt : quod
ſimiliter ex affectu intimo faciunt, quaſi to-
tum monumentum amplectentes, quod per
calicem & patenam repræſentatur.hoc enim
proprium eſt feruenter amantium,quòd non
ſatiantur dilectum ex omni parte corporis
ſui tangere,& etiam res dilecti : quod maxi-
mè oſtendit Magdalena,quæ à monumento
non recedebat. Tactus quoque cum patena
in ſummitate,& latere,& pede calicis, ſigni-
ficat tres cruciatus Domini,ſcilicet in capite,
in latere,& in pedibus.

## SVMMA.

1 Hoſtiæ fractio quomodo fieri debeat.&
nu.2.3.8.10.11.12.13.15.16.18.19.
4 Hoſtiæ fractio, adquid fiat.
5 Hoſtia,primò per medium frangitur.&
quare idipſum.
6 Hoſtiæ altera dimidietas, cur iterum diui-
datur.
7 Hoſtiæ particula,poſt ſubdiuiſionem rema-
nens in ſiniſtra, cur coniungatur parti ſuper
patenam poſitæ.
9 Beatorum tres ordines.
14 Sacerdos,cur dicit in Miſſa ſub fractione ho-
ſtiæ,Pax Domini ſit ſemper vobiſcum.
17 Hoſtię particula,cur mittatur in ſanguinem.
20 Hoſtia cur diuidatur in tres partes.
21 Hoſtiæ tres partes, quid ſignificent. & nu-
mero 22.
23 Benedictio ſolennis [illegible] detur ab Epiſcopo.
In miſſa verò pro defunctis,minus.nu.24.

## *De fractione hoſtiæ.* CAP. LI.

FInita oratione præmiſſa, ſcili-
cet:Libera nos & reſumpta pa
tena diaconus diſcooperit cali
cem,inde remouens corpora-
le:& ſuper calicem ſedulò in-
tuetur.Deinde ſacerdos inten
1 dens hoſtiam † frangere,ipſam de altari le-
uat,ſupponens illi patenam & ſuper ora eius
collocat:inde tollens eam ſuper calicem per
medium frangit,dicens:Per eundem Domi-
num noſtrum.Et in quibuſdam Eccleſijs par
tem,quę poſt fractionem in dextra manu re-
manſit,ponit ſuper patenam,dicendo:qui vi-
uit &c.Partem verò,quæ in ſiniſtra remanſit,
iterum per medium frangit : & particulam,
quæ poſt ſubdiuiſionem in ſiniſtra manu re-
manſit,coniungit parti prius ſuper patenam
poſitæ dicendo,in vnitate ſancti ſpiritus &c.
Alteram verò particulã in dextra remanẽtẽ,
tenet ſuper os calicis,cum duobus digitis,ſci
licet cum pollice & indice, & erecto calice
ſimul & ipſa particula,parum cum ambabus
manibus eleuatis alta voce,dicẽs:Per omnia
ſecula ſeculorum,quo dicto calicem ſimul
cum hoſtia deponit proferens : pax Domini
ſit ſemper vobiſcum:& hoc dicendo, produ-
cit ter ſignum crucis ſuper calicem, cum di-
cta hoſtiæ particula : deinde mittit particu-
lam illam in calicẽ,dicens:fiat cõmiſtio cor-
poris &c.& poſteà per Epiſcopum datur be-
nedictio ſolẽnis.De ſingulis igitur eſt viden
dum:& primò quare diaconus diſcooperit ca
licẽ,& in eum diſcoopertũ intuetur. ¶Circa
quod dicendũ eſt,quòd os calicis,in hoc loco
oſtium



oſtium ſignificat monumenti:de quo diaco-
nus corporale remouet,& in eo ſedulò intue
tur:ſignificans quòd angelus Domini lapidẽ
ab oſtio monumenti reuoluit, & linteamen
amouit : & in ſepulchro diligenter aſpexit.
¶Secundò videndum eſt,quare ſacerdos ho-
ſtiam ſuper patenam locat:& inde eam tol-
lens ſuper calicem frangit.Circa quod dicen
dum eſt,ꝙ per calicẽ Chriſti paſſio,vel etiã
æternæ beatitudinis fruitio deſignatur:vnde
Pſal. 22 Pſal.Et calix meus inebrians quam præcla-
Pſal. 35 rus eſt:& iterũ:Inebriabũtur ab vbertate do
mus tuæ &c.Per patenæ rotunditatem,bono
rum operum perfectio ſignificatur:ſacerdos
2 ergo volens hoſtiam † frangere,primò eam
ſuper patenam locat:vt inde illam tollens ſu
per calicem frangat:ad ſignificandum, quòd
nemo paſſionibus mundi meritoriè valeat
exponi:vel etiam ad æternæ beatitudinis frui
tionem admitti:niſi prius in bonorum operũ
operum perfectione fuerit ſolidatus : vnde
Apoſtolus ad Ephe.vj.Accipite armaturam
Dei, vt poſſitis reſiſtere in die mala : & in
omnibus perfectè ſtare: ¶Ad hoc patena
3 † hoſtię ſupponitur,& ſuper calicẽ frãgitur:
ad ſignificandum quòd Chriſtus ex latitudi-
ne charitatis per patenæ diſpoſitionem ſigni-
ficatæ ſe ſupponit paſſioni.Rurſus ſuper cali
cem frangitur,ne minutiæ ſpargantur:ſed in
eius cõcauitate cautè recipiatur.Alibi tamen
ſuper patenam poſteà frangitur,vt ipſe panis
Ioan.6 viuus,qui de cœlo deſcendit fractus,pro no-
bis in ara crucis rememoretur.Alibi quoque
hoſtia comedenda de altari tollitur : nam in
veteri teſtamento ſacerdos panes propoſitio
nis de altari ſublatos comedebat : prout di-
ctum eſt ſub titulo dè oblatione ſacerdotis.
4 ¶Tertiò videndum eſt quare hoſtia † frãgi-
tur:& quidem,quia in lege iubebatur ſimila
go fruſtratim offerri : ſed & redemptor no-
ſter benedixit panem & fregit:fractúmq; di-
ſcipulis diſtribuit:& ideò ſacerdos & legẽ &
Chriſtum ſequens, panem ſacroſanctum in
tres partes partitur:vt in fractione panis Do-
minum agnoſcamus,ſicut & illi duo diſcipu-
Matt. 26 li,Dominum cognouerunt:quibus ipſe reſur
Luc.24 rectionis die euntibus in Emaus apparuit.
Dum enim ſicut ait Proſper de conſecratio-
ne diſtinctione ij.frangitur hoſtia:& ſanguis
in ora fidelium infunditur,immolatio corpo
ris Chriſti in cruce, & effuſio ſanguinis eius
de latere deſignatur. ¶Quartò, quare per
5 † medium hoſtia frangitur? Circa quod no-
tandum eſt,quòd in duas medietates frangi-
tur,iuxta duplicem prædeſtinatorũ ſtatum,
ſcilicet æternæ gloriæ:& temporalis miſerię:
ideóq; vna medietas ſubdiuiditur in duas par
tes.quarum vna eſt de prędeſtinatis, qui pur-
gantur in purgatorio:alia pro illis,qui adhuc
viuunt in hoc mundo caduco:prout infrà di-
cetur.¶Quintò, quare pars hoſtiæ poſt fra-
ctionem in manu dextra remanẽs,potius po-
nitur ſuper patenam,quàm quæ in manu ſini
ſtra remãſit?& quidẽ pars ipſa, quæ in dextra
manu remanſit,deſignat prædeſtinatos, qui
iam ſunt in gloria:& iam tenent illam recti-
tudinem,cui nulla rectitudo admiſceri pote-
rit:& ideò meritò in parte dextra tenetur.
Altera verò pars deſignat illos prædeſtina-
tos,qui adhuc ſunt in temporali miſeria : vbi
multa obliqua, & pauca recta inueniuntur:
quare meritò in ſiniſtra tenetur.Illa igitur,
quæ eſt in dextra, cùm diuidenda non ſit,vt
iam dicetur,ſuper patenã deponitur,quæ ve-
rò eſt in ſiniſtra,cùm diuidenda ſit,non depo
nitur:ſed diuidenda retinetur.¶Sextò, quare
6 pars † quæ in ſiniſtra remanſit, iterum ſubdi
uiditur?Ad quod dicendum eſt, quòd illi qui
ſunt in gloria,vniformem ſtatum tenent : &
vna beatitudine fruuntur:ideò pars in dextra
manu retenta, & ſuper patenam collocata,
quæ illos,vt præmiſſum eſt,ſignat,non fran-
gitur:ſed illi qui ſunt in temporali miſeria,
in ſtatu,& miſeria,ſunt diuiſi. Nam alius eſt
ſtatus miſeriarum,eorum qui adhuc viuunt
in corpore:& alius eſt eorum,qui purgantur
in purgatorio igne:ideò pars,quæ in ſiniſtra
tenetur,illos ſignificans,diuidi debet.¶Septi-
7 mò,quare † particula poſt ſubdiuiſionem re
manens in ſiniſtra,cõiungitur parti ſuper pa-
tenam prius poſitæ? Ad quod dicendum eſt,
quòd ſecundum Augu.Deus duas habet ma-
nus,ſcilicet dextram,qua miſeretur : & ſini-
ſtram,qua punit illos,qui ſunt in purgatorio:
inquantũ ibi purgantur:reſpondet ſola puni-
tio:& ideò particula,quæ in ſiniſtra tenetur,
illos figurat.Hi verò,qui ſunt adhuc in præ-
ſenti vita,in qua eſt ſtatus mœrendi,cõſequi
poſſunt miſericordiam:& ideò ipſi per aliam
particulam,quę eſt in dextra,ſignantur.Quia
ergo de his, qui ſunt in purgatorio, nullum
eſt dubiũ:ſicut de illis, qui ſunt in paradyſo:
quantũ ad futuram gloriam:ideò meritò par
ticula,quæ erat in ſiniſtra,eos deſignãs,con-
iungitur

iungitur parti prius ſuper patenam poſitæ:
quæ illos,qui ſunt in paradyſo deſignat:quo
niam iſti illis indubitanter ſunt coniungendi:
de hoc tamen aliter infrà dicetur.Sed parti-
cula,quæ in dextra parte remãſit,& deſignat
eos,qui ſunt in vita præſenti,illi parti quę eſt
ſuper patenam,non coniungitur : ſed in ſan-
guinem mittitur:quia illi adhuc egent meri-
tis paſsionis Chriſti:quæ merita proceſſerunt
ex effuſione ſanguinis agni immaculati.ex
pręmiſſa autem duarum partium cõiunctio-
ne duo reſultant quaſi in modum lunæ cor-
nua connexionem vtriuſque teſtamenti in
Chriſti paſsione factam deſignantia : & illa
verſus calicem corrigenda ſunt,quaſi ſibi in-
corporent ſanguinem , ſine quo corpus non
eſt.In hac etiam coniunctione repræſenta-
tur,quòd poſtquam aliqui tam præſentibus
quàm futuris preſſuris purgati fuerint , ipſi
Deo,qui eſt noſtra beatitudo , perfectiſsima
8 vnione iungẽtur.¶†Octauò quare præmiſſæ
duæ partes extra calicem,ſuper patenam re-
ſeruantur:ſuper quo aiunt quidam quòd tres
9 partes hoſtiæ,tres ſtatus † beatorum figurãt:
ſcilicet qui ſunt in cœlo:qui in purgatorio:&
qui in mundo verſantur , vt iam dicetur. Per
calicem autem,ſecundum aliquem reſpectũ,
ipſa æterna fruitio,vt præmiſſum eſt , figura-
tur.Quia ergo tam illi , qui verſantur in hoc
ſeculo,quàm illi,qui ſunt in purgatorio,non-
dum ad illam fruitionem admiſsi ſunt : ideò
ipſæ duæ partes extra calicem reſeruantur,
donec ſumantur.Sed hæc ratio non concor-
dat per omnia cum præmiſsis:& ideò alia ra-
tio inferius aſsignatur.Poteſt etiam dici , ꝙ
duæ hoſtiæ partes ideò ſuper patenam po-
nuntur:quoniam ſi omnes partes ſuper os ca
licis ambabus manibus tenerentur , multa
quidem pericula contingere poſſent:de faci-
li enim poſſet errare , & pars non mittenda
in calicem mitti:vel propter manuum tremo
rem partes poſſent in calicem cadere.Sacer-
dos etiam taliter impeditus,non poſſet quæ
incumbunt liberè expedire,& ſimilia.Alij ta-
men omnes partes ſupra os calicis tenent,ne
fortè propter illarum deportationem ſeu
tranſlationem aliqua inde particula cadat,
aut remaneat in patena:de quo etiã ſub titu.
10 de cõmunicatione ſacerdotis dicetur. ¶†No
nò.quare particulam,quæ remanſit in dextra,
ſacerdos ſuper os calicis tenet ? Ad quod di-
cendũ eſt,quòd particula ipſa,vt præmiſſum
eſt,repræſentat illos,qui adhuc in corpore vi
uentes,indigent miſericordia Dei,ſine prædi
ctis meritis paſsionis Chriſti & ſanguinis eius
effuſionis præcedentibus. Tenetur ergo ipſa
particula , ſupra os calicis , reſpectu directo
ad ſanguinẽ,vt detur intelligi intentio,nec-
non expectatio,& conſideratio viuentiũ,quo
ad merita & paſsionem Chriſti:& tenetur cũ
pollice,per quem vigor virtutis,& cum indi-
ce,per quem mentis diſcretio ſignificatur:ad
oſtendendum,quòd cum fidei vigore & men
tis diſcretione hæc conſideranda,& expectan
da ſunt.Vel cum duobus digitis tenetur : ad
deſignandum duplicem naturam,quæ fuit in
corpore Chriſti:diuinitatem,ſcilicet & huma
nitatem.Et cõiungitur ſanguini:ad oſtenden
dum,quòd qui dignè & cum fide merita , &
paſsionem Chriſti conſiderant,& expectant,
eius paſsione & meritis iuuantur. ¶Decimò,
11 quare † ſacerdos dicturus,per omnia ſecula
ſeculorum ſe erigit?Et eſt dicendum , quòd
cum ipſe petere velit perpetuã exiſtentia Do
mini nobiſcum:& omne datum optimum,&
omne donũ perfectum deſurſum ſit.j.quæ-
ſtio.ij.quàm pio.meritò ad Deum ſe tũc cor
pore & mente erigit,ſperans ſe accepturum,
12 quod petit. ¶†Vndecimò , quare verba ipſa
proferens vocem ſuam exaltat,& parum ca-
licem eleuat.Super quo dicendum eſt, quòd
ſacerdos Chriſti vicarius,hoſtia , vt præmiſ-
ſum eſt,fracta,mox pacem annuntiaturus,vo
cem exaltat:vt populus pacẽ deſiderans, hoc
intelligens dicat:Amen., xxxviij.diſtinctione.
ſedulò.& calicem parum ab altari eleuando
oſtendit,quòd Chriſtus qui per paſsionem
quæ per calicem deſignatur,deſcenderat ele
uatus per reſurrectionem à mortuis , pacem
poſtmodum diſcipulis timentibus nuntiauit,
dicens eis:Pax vobis.Poteſt etiam dici,quòd Ioan.20
quemadmodum præmiſſum eſt : particula,
quæ ſuper os calicis tenetur repræſentat vi-
uentes,& credẽtes,& expectãtes iuuari me-
ritis paſsionis,& effuſionis ſanguinis Chriſti.
Sed,vt credamus duo.Primum ſcilicet Chri-
ſtum,verum fuiſſe Deum , & ſanguinem &
corpus nunquam fuiſſe à diuinitate ſeparata.
Secũdum,Chriſtum fuiſſe verum hominem
& corpus verum,& ſanguinem verum , dicta
non cõſequimur:propter hoc ergo calicem:
& dictam particulam parum ſimul eleuat,vt
oſtendat,quòd firmiter credimus primum:&
eam ſtatim deponit:vt oſtendat,quòd etiam
eodem



eodem modo credimus ſecundum. ¶†Duo-
decimò quare dicta eleuatio,& depoſitio fit
cum vtraque manu,& non cum altera tantũ?
Ad quod dicendum,quòd hoc fit,vt per hoc
detur intelligi,quòd ſicut præmiſſa duo cre-
dit intellectu : ita amat & appetit affectu &
toto conatu.Fit etiam hoc modo,vt ſecurius
14 & decẽtius fiat.¶†Decimotertiò quare mox
dicit altiori voce,Pax domini &c.Et quidem,
quia non ſolùm per ſigna , verumetiam per
verba reſurrectionis eſt gaudium exprimen-
dum:ideò ſacerdos per lætitiam de reſurre-
ctione habitam procedens ſtatim depoſito
calice altiori voce dicit.Pax Domini ſit ſem-
Ioan. 20 per vobiſcum.repræſentans,quòd vna ſabba-
torum Ieſus poſtquam ſurrexit à mortuis,
ſtans in medio diſcipulorum,dixit eis:Pax vo
bis & iterum:Pax vobis. Ioan.xx.quaſi dicat:
Do vobis pacem pectoris in via : & pacem
æternitatis in patria.Idem ergo innuit ſacer-
dos dicens : Pax Domini,id eſt,pax pectoris
ſit ſemper vobiſcum,id eſt,in præſenti hîc:&
Apoc.7 pax æternitatis in futuro. Hæc quidem pax
eſt illa,quæ tunc iuſtis data eſt , quando ani-
ma Chriſti in infernum deſcendens , inde
omnes fideles eduxit,abſtergens omnem la-
crymam ab oculis eorum,vt amplius non ſit
eis dolor:ſed pax,qua cum eo viuant in æter
num : vel illa , quæ data eſt corpori Chriſti,
quando anima eius ad corpus redijt : vt ſicut
nunquã anima turbata eſt,pro corporis mor
te,ita nec ipſum corpus vlterius de ſua muta-
tione turbetur:ſed vtraque pace fruatur , &
15 ſemper de ęterna beatitudine lętetur.¶†De-
cimoquartò,quare dicendo Pax Domini,&c.
facit ſignum crucis ſupra ſanguinem,cum di-
cta hoſtiæ particula? Ad hoc dicendum eſt,
quòd tres cruces ſignificant triduum , quo
Chriſtus fuit in ſepulchro:vel quòd tres mu
lieres quærebant Chriſtum crucifixum, ad
Luc.24 oſtium monumenti:vnde illud: Quem quęri
tis viuentem cum mortuis.¶†Decimoquin-
16 tò,quare dicto, Pax Domini &c. chorus re-
ſpondet:Et cum ſpiritu tuo:& quidem hoc di
cendo,optat pacẽ ipſi ſacerdoti:& petit etiã
pacem ſibi dari,& vt dignus ſit illam recipe-
re,prædicit ter Agnus Dei.Verũtamen Papæ
celebranti in Eccleſia Sanctæ Mariæ maio-
ris in vrbe:& dicenti , Pax Domini. reſpon-
detur:prout in vj.parte ſub titulo de paſcha
17 dicetur. ¶Decimoſextò , quare † dicta ho-
ſtię particula immittitur in ſanguinẽ?Nempè
fit hæc cõmiſtio.Primò,ad notandum,quòd
Chriſti corpus nõ fuit ſine ſanguine,nec ſan-
guis ſine corpore.Secundò,ad deſignandum,
quòd vnum ſacramentũ conficitur ex ſpecie-
bus panis & vini.Tertiò, corporis & ſangui-
nis poſt trinum crucis ſignum permiſtio,eſt
animæ ad corpus reditio.Omnibus enim in
cœlo & in terra pacificatis virtus trinitatis
animam crucifixi reduxit,ad carnem , ne de-
relinqueret animam eius in inferno , nec da- Pſal.15
ret carnem eius videre corruptionem. Iuxta, Pſal.3
quod ipſe dicit in Pſal.Ego dormiui & ſomnũ
cepi:exurrexi:quia Dominus ſuſcepit me.ſi-
gnificat ergo vnitatem & animæ & carnis,
quæ in reſurrectione Chriſti denuò ſunt vni
tæ.Nam vt præmiſſum eſt panis ad carnẽ &
vinum,refertur ad ſanguinem:quia ſecundũ
Philoſophum in ſanguine eſt ſedes animæ.
xxxiij.quæſtio.ij.Moſes.de hoc etiam ſub tit.
de oblatione dictum eſt. ¶Decimoſeptimò,
18 quando immiſsio † ſit facienda : & quidem
aliqui infundunt particulam ipſam in calicẽ,
poſtquam dicunt:Pax Domini &c.quoniam
manifeſtum eſt pacem datam eſſe homini-
bus bonæ volũtatis,per reſurrectionem quã
verba ipſa ſignificãt.Alij verò dicto,Pax Do
mini &c.& dicto etiam prius,Agnus Dei &c.
demum immittunt ipſam in ſanguinem : vt
eorũ oratio efficacior ſit:pro eo quòd tenen
tes eam in manibus,dum dicunt : Agnus Dei
&c. oculo corporali & mẽtali reuerẽter in-
tuẽtur.Tertij verò eã immittũt cũ dicũt:da
nobis pacẽ.Cũ eñ ter dicatur,Agnus Dei:&
in primis duabus vicibus dicatur miſerere no
bis.in primo dicitur,miſerere nobis:quãtũ ad
animã,quę maximè fundatur in ſanguine.In
ſecũdo quantũ ad carnẽ:patet,ꝙ iſta duplex
oratio diuiſim dicitur:& ideo illa pars hoſtię
per quã caro ſignificatur:& ſanguis , per quẽ
anima intelligitur,nõ debẽt cõiungi:dum il-
lis duabus vicibus,dicitur Agnus Dei:ſed ſo-
lùm in fine tertij Agnus Dei,vbi repetitur,
Pax.ſecũdũ vtrũq; ſcilicet ſecundũ corpus,& Apoc.1
ſecundũ animã.Ipſe eñ lauit nos à peccatis
19 noſtris,in ſanguine ſuo.†Quarti rectius & vſi
tatius agunt,quoniam dicto Pax Domini:&
priuſquam dicãt Agnus Dei &c.immittũt.cer
tum eſt autẽ,ꝙ Agnus Dei poſt ſalutationẽ
repſentãt illud,qđ Dñs fecit:poſtquã diſcipu
los viſitauit:qñ videlicet dedit eis poteſtatẽ Ioan.20
dimittẽdi peccata:& ideò ſacerdos illud repſ-
ſentãs poſt immiſsionẽ particulæ hoſtiæ in
ſanguine

ſanguine,dicit Agnus Dei,qui tollis peccata
mundi,miſerere nobis:ad deſignãdum,quòd
ſicut ipſe corpus ſanguini coniungit : ita nos
cõiunctos eidem ſanguini ſeu meritis ex eius
effuſione procedentibus ſua pietate à pecca-
tis emundet.Et immittendo,dicit verba illa:
fiat commiſtio corporis &c.quæ verba refe-
renda ſunt ad ſpecies panis,& vini,quibus cor
pus Chriſti & ſanguis continetur.Dicunt au-
tem Agnus Dei calice iam cooperto,ad no-
tandum,quòd Chriſtus in domo oſtijs clau-
ſis dedit Apoſtolis poteſtatẽ dimittendi pec-
20 cata.¶ Decimooctauò quare fiunt † tres par
tes?Ad quod dicendum eſt quòd frangitur in
tres partes.Primò in memoriã trinitatis.Se-
cundò,in memoriam triplicis ſtatus Chriſti.
Primus,fuit in hominibus manens. Secũdus,
fuit mortuus in ſepulchro iacens.Tertius,eſt
immortalis,in cœlo exiſtens. Tertiò verò,in
memoriam & ſignum,quòd Chriſtus paſſus
fuit in triplici parte ſui,id eſt , in pedibus , in
manibus,& in latere.Quartò,in ſignũ , quòd
tres ſunt partes myſtici corporis : prima eſt
in cœlo,ſiue in patria,ſcilicet Eccleſia trium-
phans : ſecunda eſt in terra:ſcilicet Eccleſia
militans:tertia eſt in purgatorio:& hæc dici-
tur purgans. Quintò in typum trium perſo-
Luc.24 narum euntium in Emaüs,ſcilicet Chriſti &
Cleophæ & vt quidam dicunt,Lucæ.¶ Deci-
mononò,quid partes ipſæ ſignificant,viden-
21 dum † reſtat : & quidem primum ſecundum
Gelaſium Papam pars in calice poſita , ſigni-
ficat corpus Chriſti quod de virgine traxit:
pars ſicca comeſta,ſignificat omnes fideles:
pars reſeruata vſque in finem miſſæ ſecun-
dum antiquum Eccleſiæ Romanæ morem,
pro miniſtris vel infirmis , ſignificat omnes
mortuos.Secunda pars in calice poſita,ſigni-
ficat Eccleſiam militantẽ:pars reſeruata,eos,
qui ſunt in purgatorio. Tertiò Sergius Papa
de conſecratione diſtinctione ij.triforme.ita
dicit:Triforme eſt corpus Domini.pars obla
ta in calice miſſæ , corpus Chriſti quod iam
reſurrexit monſtrat:pars à ſacerdote come-
ſta,ambulantem adhuc ſuper terram:pars in
altari vſque ad miſſæ finem remanẽs,corpus
Chriſti.Vel ſecundum alios,corpus fidelium
latens in ſepulchro:hæc pars remanet in alta
ri,vſque ad finem miſſæ:quia vſque in finem
ſeculi corpora ſanctorum in ſepulchris erũt:
ſed quòd pars vſque in finem miſſæ reſerue
tur,nõ eſt in vſu.Quarto etiam modo,poteſt
hoc myſteriũ explicari.eſt enim corpus Chri
ſti vniuerſalis Eccleſia , ſcilicet cũ membris,
iuxta illud Apoſtoli:Vnus panis,& vnum cor 1. cor. 10
pus,multi ſumus.Et inueniuntur in iſto cor-
pore,quaſi tres partes,ex quibus totum conſi
ſtit:vna pars eſt ipſum caput : videlicet Chri-
ſtus : qui caput eſt , & pars corporis : altera
pars,ſunt illi,quorum corpora requieſcunt in
tumulis:& animæ quæ regnãt cum Chriſto:
& ſunt quaſi ſimul iunctæ.Hæ duæ partes
caput,ſcilicet & hæc corporis pars altera:ſi-
cut ſcriptum eſt:Vbicũque fuerit corpus,illic Luc.17
congregabuntur & aquilæ.Propterea in alta
ri ſuper patenam duæ partes coniunctæ ex-
tra calicem reſeruantur , quaſi extra paſsio-
nem , quæ per calicem deſignatur.Chriſtus Rom.6
enim reſurgens à mortuis,iam non moritur:
mors illi non dominabitur : & qui cum ipſo
ſunt ſancti,non eſurient,neq; ſitient amplius, Apoc.7
non cadet ſuper illos ſol : neque vllus æſtus:
quoniam priora tranſierunt.Tertia pars in ca
lice ponitur,ſignificans ſanctos,qui adhuc in
mundo viuunt,paſsionéſq; paſſuri ſunt,donec
de hac vita migrãtes ad caput ſuũ tranſeant:
vbi nec moriantur amplius,nec vllatenus pa
22 tiantur:vnde verſus : Tres † partes factæ de
Chriſti corpore,ſignant.Prima,ſuam carnem:
ſanctóſq; ſecunda ſepultos. Tertia viuentes:
hæc eſt in ſanguine tincta.Martyrij calicem
guſtant in carne fideles.Quinto modo,ſecun
dum magiſtrum Gulielmum antiſsiodorenſ.
pars,quæ in ſanguine mittitur , ſignificat vi-
uos.vna illarum,eos qui ſunt in purgatorio:
alia verò illos , qui ſunt in paradyſo. Orat
enim Eccleſia pro viuis:vt in bono cõſeruen
tur:pro eis,qui ſunt in purgatorio:vt citius li-
berentur,& purgentur . pro eis qui in cœlo
ſunt,vt orent pro nobis. Sextò etiam modo
ſecundum Auguſti.pars in calicem mittitur
vel ponitur , pro non ſanctè viuentibus , qui
voluuntur in ſanguine & in peccatis.Aliæ ve-
rò duæ,pro mortuis offeruntur. Vna, pro ſan
ctis,qui iam ſunt in requie:& illa eſt gratia-
rum actio:quia nil reſtat in eis purgandum:
altera pro illis animabus,quæ licet ſaluandę
ſint,tamen adhuc ſunt in pœnis:& ideò pars
illa dicitur oblatio. Sanè particula hoſtiæ in
calice dimiſſa,ſtatim calix cum palla corpo-
rali cooperitur:quia Chriſti corpus de cruce
depoſitum,latuit in ſepulchro ſyndone inuo
lutum , quæ per ipſam pallam ſignificatur.
¶ Vigeſimo loco videndum eſt,quare nunc
ſolennis



23 ſolennis † benedictio datur.Et quidem hoc
loco , ſcilicet ante pacem ſolennis epiſcopa-
lis benedictio datur:ad notandum,quòd pa-
cem nullatenus habere poſſumus, niſi Domi
nus noſter Ieſus Chriſtus præueniat nos in
benedictionibus dulcedinis : quæ ſunt bene-
Pſal.20 dictiones gratiæ ipſius:quia ſecundũ Pſal.Do
Pſal.3 mini eſt ſalus,& ſuper populum ſuum bene-
Pſal.66 dictio ſua.Dum autem epiſcopus ſe ad popu
lum benedicendum conuertit,populus reue-
renter genu flectit:quaſi ipſo facto dicat:Be-
nedicat nos Deus Deus noſter , & metuant
eum omnes fines terræ : nam ipſe eſt Domi-
nus qui ad illius inuocationem benedicit.
Pſal.147 Vnde Pſal. Benedixit filijs tuis in te.Et licet
hæc ſolẽniter benedicatur:nihilominus qui-
dam in fine miſſæ iterum ſolenniter bene-
dicunt:de qua benedictione ibi dicetur , tum
quia poſtquàm Dominus ſalutauit Apoſto-
los,iterum dixit eis: Pax vobis : vt iam dictũ
eſt:& dicetur ſub tit.de pacis oſculo : tũ quia
ſicut non poſſumus bene incipere,vel pacem
acquirere , niſi diuinæ benedictionis gratia
præueniat:ita nec in bono proficere : nec in
pace finaliter perſeuerare:niſi benedictionis
24 ſuæ gratia ſubſequatur.In † miſſa verò pro
defunctis,pontifex ſolenniter non benedicit:
tum quia in ea omnes ſolennitates ceſſant:
tum quia hæc ſolennis benedictio fit non
ſolùm pro venialium deletione : verumetiã
pro populi excitatione:vt in Domini adiuto-
rio confidat , & benedictum in ſecula confi-
teatur:ac defuncti velut abſentes excitari ne
queunt , licet poſsint noſtris ſuffragijs adiu-
uari:tum quia gaudium non debet luctui ad-
miſceri.Illud autem notandum eſt,quòd per
mortem , & in morte Domini fidelis anima
benedictionem percipit. Vnde circa mortis
officium ritè diaconus ad eam humiliari inui
tat,dicens:humiliate vos,ad benedictionem:
& ſtatim pontifex benedicit .Quidam aſſe-
runt hoc officium non eſſe de ſeptem offi-
cijs miſſæ:eò quòd has benedictiones roma
na nõ inuenit Eccleſia:vnde nec vtitur eis:&
ideò non hîc,ſed in fine miſſæ benedicit. Sed
quicũq; inuenerit , rectè in hoc loco ponun-
tur,vbi Chriſtus ad inferos deſcẽdiſſe reprę-
ſentatur,ſcilicet proximè ante reſurrectionẽ
cũ eductis de carcere æternã tribuit benedi-
Gen.49 ctionẽ. Has benedictiones præfigurauit Ia-
Deut.33 cob,qui filijs ſuis,& Moſes qui filijs Iſraël,&
Chriſtus qui diſcipulis moriens,benedixit.

## SVMMA.


1 Agnus Dei, cur dicatur.
2 Agnus,quid ſignificet.Et quare ter dicatur.
3 Chriſtus ad tria venit.
4 Pax,eſt quadruplex.
5 Requies triplex optatur defunctis.
6 Sergius Papa.


## De, *Agnus* Dei. CAP. LII.

QVia Ieſus ſtatim , vt ſalutauit
Apoſtolos, vt iam præmiſſum
eſt,dedit eis poteſtatem remit
tendi peccata,dicẽs : Quorum
remiſeritis peccata, remittun-
1 tur:& † quorũ retinueritis,retenta ſunt.Ioan.
xx.idcirco chorus clamat ad Deum & poſtu
lat:Agnus Dei,qui tollis peccata mũdi miſe-
rere nobis.Siquidem Ioan.videns Ieſum am- Ioann. 1
bulantẽ dixit:Ecce agnus Dei ecce,qui tollit
peccata mundi Quare autem cum vocauerit
agnum determinat ſubdens:qui tollit,id eſt,
qui venit,vt tollat peccata mundi : quia pro
peccatis tollendis paſcha noſtrum immola-
tus eſt Chriſtus.Nempe in vete. teſt. offere-
batur agnus , pro peccatis populi:& in nouo
teſtamẽ.Chriſtus obtulit ſeipſum Deo patri:
vt humanum genus liberaret , & lauaret à
peccatis in ſanguine ſuo. Meritò ergo , dum Apoc. 1
corpus & ſanguis Domini ſumitur , Agnus
Dei cantatur:vt omnes credamus,quia ipſius
agni corpus & ſanguis tunc ſumitur,qui pec-
cata mundi moriendo tulit:& vitam æternã
nobis reſurgẽdo, donauit Ieſus Chriſtus Do
minus noſter:& vt oremus ipſum nunquàm
deſiſtere miſereri nobis , qui in paſsione mi-
2 ſertus eſt noſtri.† ἁγνός autem Græcè ,latinè
purus & caſtus,dicitur : quòd ſit hoſtia pura,
* & immolationi apta.* quia ipſe verus agnus
ſola pietate ſua ſe obtulit hoſtiã pro nobis,
& nos redemit.Dicitur etiã agnus ab innocẽ
tia:quia agnus nec hominibus,nec beſtijs no
cet.In præmiſsis ergo verbis,Agnus Dei, qui
tollis peccata mũdi, miſerere nobis.eſt quæ-
dam deprecatio:vt videlicet innocentis agni
miſericordia peccata irruentia & ſubitanea
auferantur. Tertio modo dicitur agnus , ab
agnoſcendo:quoniã in magno grege ſolo ba
latu matrẽ agnoſcit:ſic & Chriſtus in ara cru
cis donãs nobis prius pacẽ, agnouit nos cura,
vt iam dictũ eſt.Agnouit etiam patrem obe
dientia:Iuxta illud Apoſtoli ad Phil.ij.factus
q eſt obe

eſt obediēs vſq; mortem. Agnouit etiam ma
trem cura, quam de ea habuit. Vnde illud
Ioan.xx. Ecce mater tua. Ob hoc ergo in alta
ris immolatione ter dicitur, Agnus Dei: quaſi
Agne, qui agnouiſti patrem, miſerere nobis.
Agne, qui agnouiſti matrem, miſerere nobis.
Pie, qui redemiſti mundum: & qui obtuliſti
te pro nobis, dona nobis pacem. Vel ideò ter
dicitur, vt triforme corpus Domini intelliga-
tur: videlicet ambulans in terra, quieſcens in
ſepulchro: & reſidens in cœlo. Poteſt etiam
dici, quòd Chriſtus ad tria venit. ¶ Primò vt
3 nos † liberaret à miſeria culpę. Secundò, vt
nos redimeret à malo pœnæ. Tertiò, vt no-
bis daret de plenitudine gratiæ ſuæ. quātum
ad prima duo, bis dicitur miſerere nobis.
Quantum ad tertium dicitur, dona nobis pa
cem: quæ petitio pacis ſequitur ſtatim, poſt-
quàm Agnus Dei dictum eſt ter: ad notan-
dum, quod ex beneuolentia trinitatis agnus
Eſa. 16 miſſus eſt: vnde Eſa. Emitte agnum Domine
Apoc. 5 &c. Nam ſicut in Apoc. legitur: Chriſtus eſt
agnus, qui occiſus eſt ab origine mundi. Et
attende, quia quidā ſacerdotes dicunt Agnus
Dei. manibus ſuper altare depoſitis: oſtenden
tes in hoc quòd ad ea, quæ proferunt tota
mente intendunt. Intentio enim propriè per
linguam exprimitur, non per manus: ideóque
loquente lingua, manus quieſcunt, quódque
ipſam miſericordiam & pacem cœleſtem pro
populo petunt: non autem terrenam: quod in
manuum diſpoſitione ſignificatur. Alij verò
ſtant manibus iunctis, parum ſuper altare
inclinati: oſtendentes in inclinatione humili-
tatem: quæ in oratione neceſſaria eſt: & in
manuum coniunctione, vnicam & non variā
intentionem. Porrò ſecundum antiquam con
ſuetudinem ſcholæ cantorum, in Eccleſia ro
mana, quam adhuc ipſa ſchola obſeruat, nul-
latenus variatur, ſed tribus vicibus vniformi-
ter dicitur Chriſte, miſerere nobis. propter
tria genera peccatorum, quæ petimus remit-
ti: cogitationis in corde: locutionis in ore: &
actionis in opere. Vel in honorem trinitatis,
vel propter tres ordines fidelium in Eccleſia,
Eze. 14 qui ſunt Noë, Dauid, & Iob: quos Ezechiel
vidit in viſione ſaluandos. Poſtmodùm autē
multis, ac varijs Eccleſiæ aduerſitatibus in-
gruentibus, cœpit ad Dominum de tribula-
tione clamare: dona nobis pacē: & vt clamor
eius facilius audiatur, ideò in ipſa immola-
tionis hora clamat: & hæc varietas non di-
ſcrepat à conſuetudine vete. teſt. vbi cum ſe-
cundò repetatur: Parce Domine parce popu-
lo tuo: tertiò variatur, & ne des hæreditatem
tuam in opprobrium. Dicamus ergo miſere- Ioël. 2
re nobis, quantum ad animam. Item miſere-
re, quantum ad carnem: & dona nobis pacē,
quantum ad vtrunq;: vt habeamus pacem pe
ctoris ſpiritualem: & pacem corporis tempo
4 ralem. † Eſt enim pax peccatorum: pax iuſto-
rum: pax temporis: & pax æternitatis: vnde &
ter oratur in miſſa pro pace: de quo dictum
eſt ſub quarta particula canonis: ſuper verbo
Diéſq; noſtros: & quia Deus non dat pacem,
niſi illis quorum miſeretur: ideò vltimò dici-
tur: dona nobis pacem. Eccleſia etiam Late
rañ. nunquàm dicit, dona nobis pacem: ſicut
nec ſchola cantorum: ſequens vt præmiſſum
eſt, morem antiquum. Vnde nec valet,
nec vera eſt ratio dicentium, quòd in Eccle-
ſia lateraǹ. ideò non dicitur dona nobis pa
cem: quia omnes aliæ Eccleſiæ ab illa, quæ
primò fuiſſe dicitur cōſecrata: ſumere debent
pacem: non ipſa ab illis. In feria quinta cœnę
Domini: Agnus Dei, ter dicitur, cum, miſere-
re nobis: vt ibi dicetur. ¶ Rurſum in miſſa,
pro defunctis dicitur bis Agnus Dei, cum, Do
na eis requiem. tertiò additur Sempiternam:
nec dicitur dona nobis pacem: quia tunc imi-
tamur exequias ſaluatoris. Vltimò ergo a-
gnus Dei, tantum adiungitur ſempitenam.
Super quo notandum eſt, quòd pro fidelibus
5 defunctis triplex requies debet optari. ¶ † Pri
mò, vt auferatur ab eis pœna, in qua eſt eis
labor, non requies. ¶ Secundò, vt eis gloria
animæ conferatur: quia tunc veraciter re-
quieſcent in bono deſiderato: ſcilicet in ipſo
Deo. ¶ Tertiò, vt dotentur gloria corporis:
ne illud vlterius miſerijs exponatur. ¶ Prima,
non eſt requies ſempiterna: quia pœna ſubla
ta adhuc deſiderant gloriam. Secunda etiam,
non eſt totaliter requies ſempiterna: ſecun-
dum Aug. ante reſurrectionem corporum,
ſemper ineſt animabus quidam naturalis
appetitus reſumendi corpora, quo aliquali-
ter corpora retardantur, ne totaliter feran-
tur in Deum. Sed tertia requies cum præ-
miſſis eſt verè requies ſempiterna: quia ani-
mæ quę Deum præſentialiter vident, reſum-
ptis corporibus in ipſa vlterius, & æternaliter
& perfectiſsimè requieſcent: ideóq; ſolùm in
tertia vice, & non in duabus præcedentibus
congruit dicere: requiem ſempiternam. Ser-
gius



gius † Papa primus conſtituit agnus Dei inter
communionem ter à clero & populo decan-
tari.

ADNOTATIO.

*Apta. ἁγνὸς, *uerbum eſt æquiuocum. Præter enim hîc datam ſignificationem, eſt uitex, genus arboris, qua uiæ omnes ornabantur Athenis, in feſto* Palladis. *Sed prior ſignificatio aptiſsima eſt huic loco.* N. D.

SVMMA.

1 Pax, quæ datur in Miſſa, quid ſignificet. Et vnde id præſignatum. num. 4. Et cur non in Miſſa pro defunctis. num. 8

2 Chriſtiani in primitiua Eccleſia, quotidie communicabant. paulò pòſt, omni Dominica: tandem aliquando rarius.

3 Populus cur ſe oſculetur in Miſſa. & nu. 5. 6. 7. Mulieres non. Et quid ita, numero 9

10 Oſculum, quatuor ſacramenta ſignificat.

11 Epiſcopus, ſolenniter celebrans, quoties oſculetur, & quos.

12 Epiſcopus, bis Codicem oſculatur.

13 Papa, in ſeptem locis, oſculum accipit.

## De pacis oſculo.

### CAP. LIII.

POſtquàm Dominus ſalutauit
Apoſtolos, vt præmiſſum eſt,
Ioann. 20 iterum, dixit eis: Pax vobis:
oſtendemus, quòd non ſolùm
debemus pacem habere in
ore: verum etiam in pectore: ne ſimus ex il-
lis, qui loquuntur pacem cum proximo ſuo:
mala autem in cordibus eorum: ideóq; cum
hæc dixiſſet Apoſtolis, inſufflauit in illos,
& dixit: Accipite ſpiritum ſanctum. ad quod
Pſal. 27 deſignandū vtiq; ſacerdos facta † commiſtio-
1 ne & finita oratione accipit in quibuſdam
Ioan. 20 Eccleſijs pacem ab euchariſtia, ſiue ab ipſo
corpore Domini: vel ſecundum alios, ab ipſo
ſepulchro, id eſt, calice vel altari: & mox prę-
bet oris oſculum miniſtro, ſcilicet diacono.
Qui ab ipſo corpore accipiunt, hoc faciunt
in ſignū, quòd pax ſpiritualis à Chriſto data
eſt humano generi. Alij etiam idem ſignant.
Diaconus verò dat pacē alijs: & alij inter ſe
in ſignum, quòd omnes debent pacem habe-
re: præſertim filij Eccleſiæ. Ipſe verò diaco-
nus pacem à ſacerdote accipiens, reuerenter
ſe inclinat, & pectus oſculatur ipſius: ſecun-
dum morem quarundam Eccleſiarum: &
planetam extendit: vt per pacis oſculum, &
per planetæ extenſionem, charitas extenden
da monſtretur, quam per planetam in parte
iij. diximus deſignari. Quia ergo charitas Rom. 5
Dei diffunditur in cordibus noſtris, per ſpiri-
tum ſanctum, qui datus eſt nobis: ideóq; pa-
cis oſculum, per vniuerſos fideles in Eccleſia
diffunditur. Nam Apoſtolus admonet: Salu- 1. cor. 16
tate vos inuicem, in oſculo ſancto. ¶ Rurſus,
2 quòd ſacerdos † pacem populo tribuit, præfi-
guratum fuit à Ioſue, qui hoſtibus ſupe-
ratis terram obtinuit, quam ſortem diuiſit,
& in pace poſſedit: & Chriſtus reſurgens, dia
bolo ſuperato: pacem & dona dedit homini-
bus. Pontifex verò primò, dat pacem mini-
ſtro, qui prius erat à ſiniſtris: ſed pacem rece-
pturus accedit ad dexteram eius: per quam
ſignatur populus gentilis, qui primus in pace
tranſiuit à ſiniſtra infidelitatis, ad dextram
fidei, & æternitatis: & per hunc pax ad popu-
lum deſcendit. ¶ Cæterùm in primitiua Eccle
3 ſia, omnes, qui † celebrationi miſſarum inter-
erant, ſingulis diebus communicare ſole-
bant, eò quòd Apoſtoli omnes de calice bi-
berunt Domino, dicēte: Bibite ex hoc omnes
de conſe. diſtin. ij. non iſte. Offerebant enim Matt. 10
magnum panem, & omnibus ſufficientem,
quod adhuc Græci ſeruare dicuntur. Sed ex-
creſcente fidelium multitudine, traditur in-
ſtitutū: vt tantùm diebus dominicis cōmuni-
carent. e. diſt. quotidie. de quo dictum eſt: ſub
ſeptima particula canonis, ſuper verbo: hoc
quotieſcunq;. Poſtmodùm autem, quia nec
dignè hoc potuit obſeruari, tertia ſecuta eſt
inſtitutio, vt ter ſaltem in anno quilibet Chri
ſtianus acciperet euchariſtiam. ea. diſt. & ſi
non frequentius. vel hodie ad minus in pa-
ſcha: extrà de pœnitentia & remiſsione. o-
mnis. hoc inuento remedio, vt videlicet
pro eo, quòd ſingulis diebus communicaba
tur, ſingulis diebus oſculū pacis daretur, pro
miniſterio vnitatis, quod ſacerdos dans mini
ſtro dicit in quibuſdā locis: Sumite vinculū pa
cis, & dilectionis: vt apti ſitis ſacroſanctis my
ſterijs: quaſi dicat: Sumite ex hoc omnes,
& diuidite inter vos: & pro communione,

quæ ſingulis diebus dominicis fieri ſolebat,
daretur in diebus dominicis panis benedictus
ſanctæ cõmunionis vicarius,qui & εὐλογία di
citur.Sed & loco quotidianæ cõmunionis, in
quadrageſima dicitur in fine miſſæ oratio ,ſu
per populum,cui prædicitur: Humiliate capi
ta veſtra Deo. ¶ Sanè populus ſe ſe in miſſa
4 oſculatur.¶†Primò,quia cùm,ſicut præmiſ-
ſum eſt,per immolationem hoſtiæ ſalutaris,
dimiſsis peccatis reconciliemur altiſsimo,re-
ctè pacis oſculũ dari decreuit Eccleſia , cùm
pro peccatis immolatur hoſtia ſalutaris.Ho-
mines igitur oſculũ , id eſt pacis ſignum ſibi
inuicẽ dant:vt oſtendant ſe coniunctos eſſe
in corpore Chriſti per quem facta eſt pax in
5 cœlo & in terra. ¶ † Secundò Inno. primus,
qui oſculum in Eccleſia dari decreuit : quod
etiam Leo Papa.ij.primò ſtatuerat:de conſe.
diſt.ij.pacem.ita dicit: Pacẽ aſſeritis ante cõ-
fecta,id eſt,cõſecrata myſteria, quoſdã popu
lis impetrare:vel ſibi inter ſe ſacerdotes tra-
dere:eum poſt omnia,id eſt poſt conſecratio
nem,quæ aperire non debeo:id eſt,non poſ-
ſum : pax ſit neceſſariò:id eſt,cauſa myſterij
inducenda:per quã,id eſt,quia per eã conſtat
populum ad omnia,quę in myſterijs agũtur,
ac in Eccleſia celebrantur,præbuiſſe conſen-
ſum:ac finita eſſe pacis cõcludentis, id eſt,de
terminantis ſignaculo demonſtratur.¶ Ter-
6 tiò ,ideò ſe † populus inuicem oſculatur:quia
Domini ſui gratiam , & angelorum concor-
diam per mortem eius ſe promeruiſſe gratu
latur.¶ Quartò quia in oſculo caro carni , &
ſpiritus ſpiritui iungitur:vt nos qui carnis pro
pagine de Adam coniungimur , etiam chari-
tatis vinculo connectamur.qui ergo ſe odiẽ-
tes oſculantur,Iudæ proditoris oſculum imi-
7 tantur.¶Quintò,propter præceptum † Apo-
1.cor.16 ſtoli , de quo præmiſſum eſt. ¶ Rurſus ideò
prius , quàm communicemus pacem damus:
vt inter nos eſſe concordiã oſtendamus:& cũ
illa corpus Domini ſumamus, ſine quã mune
8 ra noſtra non recipiuntur à Deo.¶† In miſſa
verò,pro defunctis pax non datur:quia fide-
les animæ iam non ſunt , nec vlterius erunt
in turbatione huius mundi:ſed quieſcunt iam
in Domino.vnde non eſt eis neceſſarium pa-
cis oſculum : quod eſt pacis & concordiæ ſi-
gnum:& ideò in miſſa illa non dicitur oratio
illa:Domine Ieſu Chriſte qui dediſti Apoſto
lis tuis pacem &c. nec ſacerdos recipit pa-
cem ab altari. De hoc dicetur in ſexta parte
ſub tit.de officio mortuorum. Hinc eſt,quòd
etiam inter monachos pax non datur : quo-
niam mundo mortui reputantur : de conſe.
9 diſt.ij.pacẽ.¶Viri† quoq; & mulieres nõ ſibi
inuicem oſculũ in eccleſia porrigunt,ne for-
tè aliquid laſciuiæ ſurrepat:quia ibi carnales
fugiẽdi amplexus:& caſti ac ſpirituales actus
habendi:propter quod etiam in Eccleſia ſitu
ſequeſtrantur locali.Odia pax pellit , caſtum
10 pax nutrit amorẽ.¶†Sanè oſculũ in ſacra ſcri
ptura ſignificat vnionẽ, charitatem,pacem &
reuerentiã. De oſculo vnionis dicit ſponſa in
Canticis: Oſculetur me oſculo oris ſui. De Cant. 1
oſculo charitatis Iſaac inquit ad filiũ:Accede Gen.27
ad me,& damihi oſculũ fili mi.De oſculo pa 1.cor.16
cis dicit Apoſtolus. Salutate vos inuicem in Luc. 7
oſculo ſancto. Deus autẽ pacis:& dilectionis Heſt. 5
&c. De oſculo reuerentiæ Dominus inquit
ad Simonem: Oſculum mihi non dediſti:hęc
autem ex quo intraui , non ceſſauit oſculari
pedes meos.Et Heſter in ſignum reuerentiæ
ſummitatem virgæ regiæ dicitur oſculata
eſſe. ¶ Ad deſignandum igitur tres vniones
in Chriſto,ſcilicet vnionem diuinitatis ad ani
mam:diuinitatis,ad carnem:& carnis, ad ani-
mam,Vel vnionem, qua vnita eſt in Chriſto
humana natura, ſancta Eccleſia:& fidelis ani
ma.Et ſacerdos ter oſculatur altare, vt dictũ
eſt ſub quarta particula canonis ſuper verbo:
diéſq; noſtros,ad deſignandum triplicem pa
cem,ſcilicet temporalẽ,ſpiritualem,& æter-
11 nam. † Epiſcopus ſolenniter celebrans,iuxta
morem quarundam Eccleſiarum ter oſcula
tur : ſemel miniſtrum:& ſecundò diaconum:
& tertiò ſacerdotem.Sed & in miſſa ter ora-
tur,pro pace vt dictũ eſt ſuper verbo:Diéſq;
noſtros.¶Rurſum ad notandam duorum te-
ſtamentorum concordiam epiſcopus duabus
12 † vicibus codicem oſculatur:quia rota con-
tinetur in medio rotæ, & duo Cherubin ſeſe
recipiunt verſis vultibus in propitiatorium.
Ad notandam etiam charitatem , ſacerdos
oſculatur patenam , quæ deſignat cor patens
in latitudine charitatis. Vnde: Nónne cor Exod.25
noſtrum ardens erat in nobis, dum loquere- Luc.24
tur nobis in via. In ſignum verò reuerentiæ
ſubdiaconus & diaconus pedes & manus
ſummi ponti.oſculantur:pedem ſubdiaconus
oſculatur poſt epiſtolam lectam:& diaconus
ante legendum euangelium : manum verò
ſubdiaconus oſculatur offerens ampulam
cum aqua , calicémq; cum vino:& diaconus
offerens



offerens patenam cum hoſtia , & turibulum
cum incenſo , vterq; etiam de manu ſummi
pontificis euchariſtiam:vt dicetur in titu.ſeq.
13 ¶ Illud † quoq; vacare non creditur myſte-
rio , quòd ſummus pontifex ſeptem modis
accipit oſculum:videlicet ad os,ad pectus,ad
humerum,ad manus,ad brachia,ad genu , &
ad pedes.

SVMMA.

1 Miſſæ quarta pars:de communione. Et
qualiter ea fiat.& num.3.4.
2 Sacerdos quare in communione, non ac-
cipit calicem per ſe,ſed à diacono.
5 Papa volens communicare , quare acce-
dat ad ſedem ſuam. Et quando commu-
nicet in altari.nu.6. Et qui Euchariſtiã ac
cipiẽtes.ab eo oſculum recipiant.num.7.
Et de communione . eiúſq; forma : latè
num.8.9.
10 Sacerdos quid agere,dicere, aut meditari
debeat,ante corporis & ſanguinis Domi-
nici ſumptionẽ.Quid poſt.num.14.
11 Communicandi corporis & ſanguinis
Dominici legitimum tempus.
12 Sacerdos ſumens ſanguinem,debet tene-
re calicem, vtraq; manu.
15 Communicaturus , debet eſſe ieiunus. Et
cur ita.

## *Quarta pars miſſæ. & primò de, communione ſacerdotis.*

CAP. LIIII.

HIc incipit quarta pars miſſæ:
poſt pacis etenim oſculum ſa-
cerdos communicat hoc mo-
do:Nam† ſicut in Nicẽ.con-
1 cilio xciij. diſt. peruenit. Legi-
tur euchariſtiam confectam per ſe de alrari
ſiue de patena ſumit & comedit .Calicem
verò cum ſanguine non ipſe ſed diaconus
2 eleuat de altari,& porrigit ei. † Vnde in ca-
none Hiero.ea.diſt.diaconi ſunt.inter cætera
ita legitur. Sacerdotibus etiam propter præ-
ſumptiones non licet de menſa calicem Do-
mini tollere:niſi eis traditus fuerit à diaconis
Ideò autem ſacerdos corpus Chriſti per
ſe ſumit,& non calicem cum ſanguine : quia
ſumptio corporis,ſignificat corporum noſtro
rum reſtaurationẽ , quã Chriſtus nullius mi-
niſterio perfecit,& futurã reſurrectionẽ,quã
ſua virtute abſq; omni miniſtro faciet. Sum-
ptio verò ſanguinis,redemptionem animarũ
ſiue peccatorum ſignificat : quæ ſit interceſ-
ſionibus aliorum. Hoc tamen, & ſi iure cau-
3 tum ſit:non tamen ſeruari videmus.¶† Sanè
ſacerdos ipſe omnes partes hoſtiæ comedit.
In quibuſdam tamen Eccleſijs ipſe vnam
partem ſumit : & reliquam euchariſtiæ me-
dietatem ſuper patenam in duas partes diui-
dit,quas miniſtris,ſcilicet diacono & ſubdia-
cono comedendas impendit, inſinuans illud,
quod Lucas cõmemorat:quia Ieſus in Emaüs Luc. 24
accepit panem , & fregit ſuper menſam. Et Ioan. 21
etiam ( vt aiunt quidam) comedit corã duo-
bus diſcipulis : ſuméntſq; reliquias dedit illis.
Ipſe quoq; poſtmodum partem piſcis aſsi , &
fauum mellis manducauit, & reliquias diſci-
pulis dedit , & ideò poſtquàm diaconus &
ſubdiaconus cõmunicarunt , clerici & reli-
gioſi ad cõmunicandum accedunt:vt ipſi par
tem ſanctæ cõmunionis accipiant. Poſtmo-
dùm cõmunicat populus : quia Chriſtus co-
medit , non ſolũ cum paucis Apoſtolis : ve- Act. 1
rumetiã aſcenſurus in cœlum , comedit cum
multitudine diſcipulorũ . Vnde & ſumptio
corporis , aſcenſionem ſignificat ſaluatoris.
4 ¶† Illud autem prætermittendũ non eſt , quòd
vt perceptione corporis & ſanguinis Chriſti
nulla poſsit fallacia ſuboriri : ſed in vtraque
perceptione veritas euidenter appareat:ſum-
mus pontifex non ſtatim particulam hoſtiæ
permittit cadere in calicem,ſed eam poſt tri-
num crucis ſignaculum ſuper patenam repo
nit:& poſt oſculum pacis , ad ſedem aſcen-
dens , ibiq; conſiſtens , vniuerſis cernentibus
maiorem partem oblatæ ſuſcipit de patena,
quam ſubdiaconus apportauerat de altari:
ipſámq; dentibus ſubdiuidens,vnam particu-
lam eius ſumit:& aliam in calicem mittit:&
de ſanguine,cum calamo haurit.Deinde alte
rã particulam tradit cum oſculo diacono,
aliámq; ſubdiacono,ſine oſculo:quem diaco
nus miniſtrans ei, ad altare , calicem oſcula-
tur:& tunc ſubdiaconus reſiduum ſanguinis
cum particula immiſſa in calice ſumit.¶Ro-
5 manus † itaq; pontifex ideò non communi-
cat,vbi frangit:quoniam ad altare frangit:&
ad ſedem communicat : quia Chriſtus in
Emaüs coram duobus diſcipulis fregit,& in
Hieruſalem coram diſcipulis duodecim man
ducauit.In Emaüs enim fregiſſe legitur, ſed
non comediſſe legitur. In Hieruſalem verò
fregiſſe non legitur:ſed legitur comediſſe,
ſecundum Inno. iij. Aſcendens igitur ſedem,
 ibi com

ibi communicat. Siquidem ſecundum Apoſto
Luc. 24 lum Chriſtus caput eſt Eccleſiæ : caput autē
Col. 1 in corpore ſublimius & excellentius ob ſui
perfectionem cæteris membris collocatur.
Per calicem verò, ſecundum quendam reſpe
ctum, æterna beatitudo ſeu ipſius fruitio de-
ſignatur: quia in Eccleſia militante ſummus
pontifex, ſicut Chriſti vicarius, & caput o-
mnium prælatorum perfectius Chriſtum re
præſentat, congruum eſt, vt ipſe non in alta-
ri, ſed in loco ſublimiori communicet, oſten
dens, quòd Chriſtus etiam in ſua humanitate
perfectius & copioſius participat illa ineffa-
bilia gaudia: vtpotè in bonis potioribus col-
locata. Cùm verò celebrat pro defunctis,
tunc ſuper altare communicat: quia tunc ſpe
cialiter membrorum Chriſti hinc fideliter
decedentium gloriam repræſentat, ac mēbra
Chriſti cum ad illam gloriam perueniunt,
inferiorem poſt Chriſtum gradum obtinēt:
ſicut membra poſt caput. In paraſceue quoq;
6 ad altare communicat: tum ob† reuerentiam
paſsionis Chriſti: tum quia tunc quaſi exe-
quias celebrat Ieſu Chriſti: tum & iam tunc
ſolus communicat: quia in Chriſti paſsione
omnibus diſcipulis fugientibus ipſe ſolus re-
manſit. Alij autem prælati non ſic: ſed ſuper
altare communicant: quia non ita propriè
Ioan. 21 Chriſtum caput Eccleſia repræſentat. Mini-
ſtri autem repræſentant pontifici oblatam
& calicem: quia diſcipuli obtulerunt Chriſto
partem piſcis aſsi, & fauum mellis: pars piſcis
aſsi, eſt corpus Domini crucifixi, qui fuit in
Pſal. 18 ara crucis aſſatus. Fauus mellis, eſt ſanguis
Chriſti, ſuper mel & fauum dulcis faucibus
animæ diligentis: ambo de manu Papæ cō-
municant: quia & Apoſtoli de manu Chriſti
7 communicauerunt. ¶ † Ad notandum verò
diſtinctionem inter ſacros ordines, & non ſa
cros, Diaconi qui & ſuperioris ordinis ſunt:
cùm recipiunt euchariſtiam, oſculum ſuſci-
piūt ab ipſo. Acolytus & qui ſunt inferiorum
ordinum, non ſuſcipiunt. Subdiaconus etiam
qui charactere huiuſmodi quondam inter
nos ſacros: nunc autem inter ſacros ordines
reputatur in perceptione corporis non ſuſci-
pit oſculum à pontifice: ſed in perceptione
ſanguinis ſuſcipit oſculum à diacono: vt ſic
qui non ſacri ſunt minus, & qui ſacri ſunt am-
plius, honorentur: quanuis & in hoc myſtica
8 poſsit ratio aſsignari. ¶ † Ipſe autem ſumit
illam euchariſtiæ partē, per quam prout ſub
tit. de fractione hoſtiæ dictum eſt: caput Ec-
cleſiæ, ſcilicet Chriſtus intelligitur: cuius ty-
pum ipſe ſpecialius gerit: quod facit hoc mo
do. Ea nanq; dentibus ſubdiuiſa, particulam
in ore remanentem ſumit: alteram verò inter
digitos reſidentem in calice dimittit: ad no-
tandum, quòd Chriſtus reſurgens, qui ſecun-
dum Sergium Papam per partem in calice
immiſſam ſignificatur quòd infernum mo-
mordit, & ſuos inde ſumptos in paradyſum
miſit: iuxta illud Oſee vlt. ca. Exod. mors tua
&c. Alia verò pars ex qua miniſtri communi-
cant, ſignificat membra magis ipſi Chriſto
conformia: & ideò ipſi communicant de illa,
ad offerendum myſterium vnionis: euchari-
ſtia enim ſacramentum eſt maximæ vnionis.
9 Partem verò in† calice intinctam quæ ſigni-
ficat membra, propter Chriſtum paſsionibus
ſubiecta, Dominus Papa non recipit. Primò Rom. 6
quia ipſe magis quàm alij repræſentat in of-
ficio miſſæ Chriſtum cui mors vltra non do
minabitur: ſecundò, quia ipſe illorum typum
gerit in Eccleſia: qui propter eximiam ſan-
ctitatem à vita actiua ſemoti, per contempla
tiuam iam Chriſto ſociantur. Sed miniſtri il-
lam ſumunt, quia typum actiuæ communi-
ter repræſentant: & præcipuè ſubdiaconus
eam ſumit. pro eo, quia ipſe vltimus commu
nicat: & vltimi eſt reliquias ſumere, & cali-
cem purificare. Vnde & Dominus reliquias Ioan.
dedit diſcipulis, vt præmiſſum eſt. Poteſt etiā
myſticè dici, quòd pars intincta, ſignificat
partem corporis myſtici, quæ iam regnat cū
Chriſto. Cum ergo Dominus Papa expreſsè
repræſentet Chriſtum, qui realiter & ſacra-
mentaliter incorporatus eſt patri ipſius my-
ſtici corporis: ideò ipſe non recipit illam: nec
etiam diaconus, qui legem euangelicā, quam
pronuntiat, repræſentat: quæ eſt lex amoris:
propter amorem enim charitatis quilibet in-
corporatur Chriſto capiti, & omnibus parti-
bus corporis eius myſtici. Subdiaconus verò
repræſentat veterem legem, quam ſæpe pro
nuntiat: quæ fuit lex timoris: ſed timor non
eſt in charitate: imò eum foras mittit: & ideò 1. Ioan. 4
ipſe particulam in ſanguine miſſam ſacra-
mentaliter, ſiue in ſignum recipit: quia immi-
ſtio ipſius partis cum ſanguine dictam incor
porationem figurat, quam non faciebat lex
illa: licet eam figuraret. ¶ Hoc autem breui-
10 ter† notandum eſt. quòd ſacerdos ante perce
ptionem corporis & ſanguinis Chriſti debet
dicere



dicere orationes à ſanctis patribus inſtitutas:
deinde meditari debet in incarnatione: in paſ
ſione, in virtute huius ſacramēti, dicens: Panē
cœleſtē accipiā &c. Sed cū ſtatim poſt verba
ipſa ſubiungat: Domine non ſum dignus &c.
Ioan. 6 videtur cōtrarius ſibijpſi. abſit tamē hoc: ſed
dicēs: Panē &c. ſeipſum incitat ad deuotionē,
reducēs ad memoriā, quid eſt, quod ſumere
debet: quia panem, qui de cœlo deſcendit: &
qualiter ſumere debet: quia nomen Domini
inuocādo. vt ſic cū maiori ſumat reuerētia &
timore. Dicēdo verò ſubſequenter: Dn̄e non
ſum dignus, &c. ex humilitate ſua profitetur
indignitatē: at exercitatio ad deuotionē, &
11 profeſsio humilitatis, contraria nō ſunt. † Le
gitimū itaq; cōmunicandi tēpus eſt ante vlti-
mā orationem, quę dicitur ad cōplendū: quia
ibi maximè petitio pro eis eſt qui communi-
cant. Deinde corpus & ſanguinem Domini
ſumpturus, ſe cum illis ante faciem cruce ſi-
gnat. Sicut enim prius cruces faciēdo actiuè,
tanquàm miniſter illa ſanctificauit, ſic ſe eis
nunc cruce ſignando, paſsiuè petit ſanctifica-
ri. Dicto itaq;, corpus Domini cuſtodiat, &
cætera, ſumat euchariſtiam: deinde iunctis
manibus inclinans ſanguini dicat: Quid re-
tribuam &c. Et dicens: Calicem Domini acci
piam: & non prius accipit, & eleuat calicem
Pſal. 17 de altari. Poſteà verò dicens: Laudans inuoca
bo Dominum. ſe ſignat cum illo: quo verſu
expleto, ſanguinem ſumit. ¶ Sanè quia circa
12 maiora cautius eſt† agendū. ſacerdos ſangui-
nē ſumens propter maiorē ſecuritatē & reue
rentiā, calicē cū vtraq; manu tenere debet:
ſed in ſumptione perfuſionis ſufficis alteram
tātùm duobus digitis alterius adiunctis: qua-
ſi per hoc innuēs iā ſanguinē ibi nō eſſe. Sed
& ſanguinē ſumēdo ter haurit: trinitatē deſi-
gnans perfuſionē verò, ſumendo bis: vt per
hoc charitas quæ inter duo cōſiſtit, ſignifice
tur, ſeu etiā quoties nouerit expedire. Rurſus
qui eadē die debet iterū celebrare, nō ſumat
vinū perfuſionis: vt dictū eſt in procœmio hu-
iuspartis. Sed cum in canone dicatur: Similiq;
modo poſtquàm cœnatum eſt, accipiens &
hunc præclarum calicem, &c. videtur ex hoc,
quòd ſacerdos ſtatim hoſtia conſecrata, il-
lam debet ſumere prius, quàm ad calicis con
ſecrationem procedat: quia omnis Chriſti
actio, noſtra debet eſſe inſtructio. xij. q. j.
exemplum. Sed ad hoc dicendum eſt, quòd
Eccleſia inſtituit illam poſt vtranq; conſecra
tionem ſumi: ad oſtendendum, quòd ſolùm
hoſtiam recipiens, non plenum ſacramenta-
13 liter recipit ſacramentum. Etſi enim† in ho-
ſtia conſecrata Chriſti ſanguis ſit: non tamē
eſt ibi ſacramentaliter: eò quòd panis cor-
pus non ſanguinem: & vinum ſanguinem ſi-
gnificat, & non corpus. Quia ergo ſub altera
tantum ſpecie non eſt completum ſacramen
tum, quo ad ſacramentum vel ſignum: debet
hoc ſacramentum compleri prius, quàm preſ
byter eo vtatur. Veruntamen cùm vnum
ſine reliquo nec ſit, nec vnquàm fuerit, niſi in
ſolo triduo, ante paſcha, in quo Chriſti cor-
pus mortuum fuit: in quo triduo ſi quis de
Apoſtolis hoſtiam conſecraſſet, ſanguis ibi
non eſſet: ſi vinum, caro ibi non eſſet: quia, vt
pręmiſſum eſt, nec panis ſanguinem, nec vinū
ſignificat carnem. ſecundum hoc nunc Chri-
ſti ſanguine intra venas eius exiſtente, vnum
ſine reliquo propter vnionem ſeu miſtionē
huiuſmodi recipi non poteſt: quod tamen nō
eſt ratione ſacramenti, vel ſigni, quod idem
14 eſt. Poſt† ſumptum ſacrificiū non eſt ſpuen-
dum: de conſe. diſt. ij. vt quid. prout dictum
eſt ſub ſeptima particula canonis, ſuper ver-
bo noui & æterni: ſed nec euchariſtia ſicut
alius cibus eſt maſticanda: ſed diſcretè, mo-
deratè ac leniter anterioribus dentibus tenē
da, & lingua mollificanda: ne qua eius par-
ticula dentibus adhæreat, quam fortè poſt-
modū emittit ſecando, contingat. poſt cōmu
nionem ilico, calix de altari aufertur. Circa
quod notandū eſt, quòd corpus Domini re-
manet ſuper altare, vſq; dum tria capitula
cōpleantur: ſcilicet prologus Dominicæ ora-
tionis: & ipſa oratio: & libera nos quæſumus:
quia Dn̄s tribus diebus in ſepulchro quieuit.
Poſteà verò cōmiſto Dn̄i corpore cum vino
ſimul: quia pace annuntiata aufertur corpus
Domini cū de altari: quoniā in tertia die ani
ma eius, quæ deſcendit ad inferna, vt libera-
ret iuſtos & mēbra viuificaret: redijt ad cor-
pus, nec amplius inuētū eſt corpus Domini,
cū in ſepulchro: quia ergo Chriſtus totus ho
mo reſurrexit, ſimul: ideò ad hoc notandum
ilico ſimul cū oblatione corpus Domini de
altari aufertur, & ſumitur: & inde calix & cor
porale de altari totaliter eleuantur, prout di
ctū eſt ſub ti. de pallis & corporalibus. Poſtre
15 mò† notandū eſt, quòd quiſq;, qui cōmunica-
re debet, corpore à carnalibus eſcis ieiu-
nus eſſe debet. Cùm enim animæ ſpirituales
ſint &

ſint & immortales, ſpiritualia primitus ali-
menta vitæ æternæ ſumere debent.

### S V M M A.

1 Communione facta, cur ſacerdos lauet digitos.& in quo altaris cornu. num.3
2 Manuũ ſacerdotis lotio, quid ſignificet.

## De perfuſione. CAP. LV.

1 POſt ſumptum euchariſtiæ ſa-
crificium, ſacerdos † digitos
abluit, & perfundit: ne quid
fortè incautè remaneat ſeu ad
hæreat, ex contactu diuini ſa-
cramenti: non quòd quicquam immundum
ex ipſo contactu contraxerit: ſed vt potius
ſuam cõmemoret indignitatem: qui ſe iudi-
cat tantis ſacramentis celebrandis indignum
Luc. 17 Iuxta illud quod Dominus ait: Cùm omnia
benefeceritis, dicite, ſerui inutiles ſumus: ſi-
cut & ſacerdos legalis immũdus erat, vſq; ad
veſperã, poſt immolationem vitulę ruffę. vn-
de omnia veſtimenta ſua lauabat. Indignũ
quidem exiſteret, vt manus quæ corpus in-
corruptibile contrectarunt, corpus corrupti-
bile contingant: vel ad res communes tan-
gendas accedant: donec ſtudioſè lauentur. Et
propter hoc etiam quidam miſſa finita, exu-
tis ſacris veſtibus, iterum manus lauant. Per-
fuſionis autem aqua, debet in locum mun-
dum & honeſtum diffundi: vt altitudo ſacra-
2 menti reuerenter honoretur. ¶ Trina † ergo
ſacerdotis ablutio, quæ fit in principio, in me
dio, & in fine, deſignat mundationem cogita
tionis, locutionis, & actionis, vel purgationẽ
peccati originalis, venialis, & criminalis: ſiue
quod agitur per ignorantiam, & negligen-
tiam & induſtriam: ad quorum mundationẽ
offertur ſacrificium ſalutare. de conſe. diſt. ij.
cùm omne. in princ. Hæc tamen ablutio re-
ferri poteſt ad ablutionem baptiſmi: cuius
fõrmam Chriſtus poſt reſurrectionem inſti-
Matt. 25 tuit, dicens: Euntes docete omnes gentes, ba-
ptizantes eos, in nomine patris, & filij, & ſpi-
ritus ſancti: qui crediderit & baptizatus fue-
3 rit, ſaluus erit. ¶ Sanè ſacerdos † digitos per-
fundit: & perfuſionem ſumit in dextro cor
nu altaris: vel ſaltem reuolutus ad illud. Pri-
mò, propter rationem tactam ſub titu. de ma
nuum ablutione. Secundò, quia ipſum cornu
iudaicum populum, ex quo humanam natu-
ram Chriſtus aſſumpſit, ſignificat. Sicut autẽ
ab illis naturam accepit: ſic & ab eis illius
naturæ purgationem ab omnibus defecti-
bus, quos aſſumpſit habuit: quoniam ab eis
occiſus fuit, ad quam mortem ſecuta eſt re-
ſurrectio: in qua omnes defectus dimi-
ſit, & eis appoſitas virtutes accepit. Ad hoc
igitur repræſentandum in dextro cornu alta-
ris, vel ſaltem reuolutus ad illud ſacerdos
profundit, & perfuſionem ſumit. Tertiò, quia
vt aiunt quidam, hæc purificatio deſignat
ablutionem manuum: quam Pilatus fecit ad
perditionem ſanguinis iuſti, ſuper Iudæos,
per dextrum cornu altaris ſignificatos. Ad
hoc quidam hauſta purificatione inclinant
calicem, ad oſtendendum ſepulchrum eſſe
vacuũ: quia ſurrexit, & inde prodijt Chriſtus.

### S V M M A.

1 Poſtcommunio, cur ſic dicta. Et quid. num. 5
2 Poſtcommunio, quid denotet.

## De poſtcommunione. CAP. LVI.

1 ANtiphona, quæ poſtcommu-
nio à pluribus † nuncupatur,
ideò ſic appellata eſt: quoniã
poſt communicationem, ſiue
in ſignum, quòd communica-
tio expleta eſt, concinitur. In primitiua nãq;
Eccleſia omnes fideles, qualibet die corpore
& ſanguine Chriſti communicabant: prout
dictum eſt, ſub titu. de communicatione ſa-
cerdotis. & ſtatim poſt cõmunicationem can
tus iſte fiebat, vt populus oſtenderetur gra-
tias, & laudes agere de Chriſti corpore, &
ſanguine ſuſceptis. Verùm propter circunſtãs Heb.11
nos peccatum, ſequenti tempore ſtatutum
eſt, vt ter in anno cõmunionem, & ſacerdos
quotidie pro omnibus ſacramẽtaliter ſumat,
prout ſub titu. de pacis oſculo dictum eſt.
Quis autem ſpecialiter introduxerit vſum
cantandi hanc antiphonam, ignoratur. ¶ Hæc
autem antiphona Apoſtolorum gaudium
2 † de Chriſti reſurrectione ſignificat: iuxta
illud: Gauiſi ſunt diſcipuli viſo Domino & Ioan.20
præ gaudio mirabantur. Quod verò recipro-
cando, in quibuſdam Eccleſijs cantatur, inſi-
nuat quòd diſcipuli reſurrectionis gaudium
ſibi mutuò nuntiabãt. Vnde duo diſcipuli cũ
inueniſſent cõgregatos vndecim, & eos q cũ Luc. 24
ipſis erãt, dicentes: Quia reſurrexit Dominus
verè, & apparuit Simoni: narrabant, quæ ge-
ſta erant,



ſta erant in via, & quomodo cognouerunt
eum in fractione panis. Cantur etiã ab omni-
bus, vt notetur communitas gaudij: & quòd
omnibus diſcipulis apparuit Dominus. Eſt er
3 go † cõmunio gratiarum actio: iuxta illud:
Pſal. 21 Edent pauperes, & ſaturabũtur & laudabunt
Dominũ. Propriè tamẽ nouiſſima oratio, de
qua infrà dicetur, poſtcommunio dici poteſt.

### S V M M A.

1 Communione peracta, ſacerdos oſculatur altare.
2 Poſtcommunio, quæ contineat.
3 Orationes dicuntur ad dextrum cornu altaris communione facta.
4 Poſtcommunio, quæ dicatur menſe Septembri, ſabbato quatuor temporum.
5 Miſſa finitur tribus, diuersiſq; illis periodis. Secũdum modum vide nu.7. Tertiũ, nu.8. Et quid ſignificent illi. nu.9.
7 Ite, Miſſa eſt. periodus Miſſæ. quid ſignificet, aut moneat.

## De oratione nouiſſima, & de, Ite, miſſa eſt. CAP. LVII.

1 PEracto cõmunionis † myſte-
rio, pontifex ſeu ſacerdos oſcu
latur altare, innuens ſe credere
firmiter & conſentire his, quæ
circa ſacrificiũ acta ſunt, & cõ-
uerſus, populum ſalutat: & deinde redit ad
dextrum cornu altaris, ſignificans quòd in
fine mundi poſt Antichriſti mortem, Chriſti
prædicatio ſiue Chriſtus rediturus eſt ad Iu-
dæos, quos iam reprobauit. Tunc enim con-
Eſa.10 uertentur, & reliquiæ Iſraël ſaluæ fient. Et
Roma. 9 eleuatis manibus, vltimã orationẽ, quæ pro-
priè poſtcõmunio vocatur exequitur: in † qua
rogat & gratias agit de ſacramenti perceptio
2 ne, dicens collectas pro numero ſecretelarũ.
Orat enim pro his, qui ad hanc cõmunionem
euchariſtiæ acceſſerũt. Hæc autẽ oratio, ſigni
ficat orationẽ capitis noſtri Ieſu Chriſti qui
pro nobis interpellat quotidie apud patrem.
Significat etiã, ꝙ Apoſtoli poſt aſcenſionem
Domini, in oratione perſeuerauerunt. Finis
verò illius orationis, vbi dicitur: Per Domi-
num noſtrũ Ieſum Chriſtũ filiũ &c. ſignificat
quòd aduocatũ habemus in cœlo apud patrẽ.
1. Ioan. 2 ¶ Illud autẽ conſiderandũ eſt, quòd ſacerdos
dicturus poſtcõmunionẽ, premittit Dominus
vobiſcũ, & Oremus, ſtans ante mediũ altaris,
deinde tranſiẽs ad dextrum cornu altaris: ibi
pronũtiat orationem: qua finita rediens ante
altaris mediũ, dicit Per Dominũ. prout tactũ
3 fuit ſub tit. de ſalutatione. ¶ † Circa quod no
tãdum eſt, quòd dextrũ cornu altaris, ſignifi
cat populũ iudaicũ: ſiniſtrum verò gentilem.
Prædicatio Chriſti & euangeliũ eius, incœpit
à Iudæis, & tranſiuit ad gentiles, & iterũ redi
re debet ad Iudæos, ad quod ſignificandũ ſa-
cerdos à dextro cornu altaris, tranſit ad ſini-
ſtrum, & econuersò. Meritò ergo poſtcom-
munio, quæ eſt quaſi finis miſſæ dicitur in
dextro cornu altaris. Quia verò altaris me-
dium, repræſentat fidẽ Chriſti & ipſum Deũ,
in quem vterque populus vnitur, reducitur,
& finitur: ideò Per Dominũ noſtrũ &c. quod
eſt quaſi finis poſtcommunionis ibi dicitur:
Ipſe etiam eſt qui vtrũque populũ ad ſe pe-
tendum inducit, & illuminat: & ideò Domi-
nus vobiſcũ ibi dicitur: Per ipſum etiã, quic-
quid boni oratione petimus, impetramus: &
ideò ibidem pronuntiatur Oremus. de hoc
dictum eſt ſub titulo de mutatione ſacerdo
4 tis. ¶ Et nota † quòd in ſabbato quatuor tem
porũ menſis ſeptembris dicitur poſtcõmunio
illa: Perficiant in nobis quæſumus Domine
tuæ ſacramenta, quod cõtinent: vt quæ nunc
in ſpe gerimus, rerũ veritate capiamus. Cuius
vltimam partẽ Grego. exponens de cõſecra.
diſtin. ij. ſpecies. ita dicit: Poſtulat quippè ſa-
cerdos, vt corpus Chriſti quod ſub ſpecie pa-
nis & vini nunc geritur, manifeſta viſione ſi-
cuti re vera eſt quãdoq; capiatur: quãuis non
improbabiliter quidam exponant hoc loco
carnis & ſanguinis veritatẽ, ipſam eorundem
efficientiam, id eſt, peccatorũ remiſſionẽ. De
hac etiam oratione dictũ eſt, ſub ſeptima par
ticula canonis ſub verbo: Myſteriũ fidei. ¶ Sa-
nè oratione finita, iterũ populũ ſalutat dicẽs:
Dominus vobiſcũ. Circa quod notandũ eſt,
quòd Chriſtus poſt reſurrectionẽ, bis legitur
diſcipulos ſalutaſſe, dicẽs: Pax vobis. in ſignũ Ioan.20
duplicis pacis: videlicet pectoris & æternita-
tis qui ſecundũ prophetam eſt pax ſuper pa-
cem: de qua Dominus inquit Apoſtolis: Pacẽ
relinquo vobis, pacem meam do vobis. hanc Ioan.14
duplicem pacem per duplex oſculum ſacer-
dos inſinuat: cùm videlicet prius oſculatur
miniſtrũ, & poſterius oſculatur altare. Prima
ergo ſalutatio, quæ fit ante orationẽ ſignifi-
cat benedictionẽ illã, quã Chriſtus aſcenſu-
rus in cœlum, legitur dediſſe diſcipulis ſuis.
Nanq; (vt Lucas commemorat) eduxit eos Luc.24

foras in Bethaniā: & eleuatis manibus, be-
nedixit eos:& cũ benedixiſſet, receſsit ab eis,
Actu.1 & ferebatur in cœlum. Vnde poſt ſalutatio-
nem nouiſsimam, quam ſacerdos orationem
expleta facit ad populum, qui ſignificat vitã
æternam, diaconus alta voce pronuntiat, Ite
miſſa eſt: repræſentans, quod dictum eſt ad
Apoſtolos: Hic eſt Ieſus, qui aſſumptus eſt à
5 vobis in cœlum. ¶Notãdum † eſt autem, ꝙ
miſſa tribus modis finitur: primò per, Ite,
miſſa eſt:& hoc in ſolẽnitatibus quoties can-
tatur: Te Deum laudamus,& Gloria in excel
ſis Deo: prout dicetur in procœmio vij. partis.
quaſi dicat: Redire ad propria: quia miſſa ſeu 7
oblata eſt Deo hoſtia ſalutaris, pro genere
humano: prout tactum eſt in procœmio huius
partis. Vel annuntiat populo, quòd miſſa ſeu
preces ſunt finitæ: quoniã ſtatutũ eſt in conci
lio Aurelian̄. de cõſecra. diſtin. j. cum ad cele
brandum. quòd nullus exire debet de Eccle-
ſia, donec annuntiatũ ſit per miniſtrum. Vel
eſt ſenſus. Ite: miſſa eſt: ſcilicet ite, poſt Chri-
ſtum,& ſequimini ipſum. Non eſt enim in
hoc mundo ſtandum: ſed ad patriam, per bo-
na opera feſtinandum: quod leuiter facere
poſſumus: quia miſſa eſt ad Deum patrẽ pla-
candum hoſtia, per quam fracta ſunt tartara,
& reſeratus paradyſi introitus. Dicens autẽ,
Ite, miſſa eſt dirigit vultũ ad populum: quia
ad eos, quos præſentes licentiamus, ſermonẽ
dirigimus:& eis, ad quos ſermonẽ dirigimus,
faciem repræſentare ſolemus, ſicut fit, quan-
do dicitur, Dominus vobiſcum: vel, Orate fra
tres: prout dictum ſub titulo de inclinatione
ſacerdotis. Sed dicens benedicamus Domino:
vel requieſcant in pace, vel oremus: non ſtat
verſus ad populum: quia illum diſtinctè non
alloquitur, ſed dirigit faciem ad orientem,&
6 mentem ad Deum. ¶Dicto † autem Ite, miſ-
ſa eſt. clerus & populus gratulãdo reſpondẽt,
Deo gratias. imitãtes Apoſtolos, qui adoran-
tes ingreſsi ſunt in Hieruſalem, cum gaudio
magno,& erant in templo, laudantes & be-
nedicẽtes Deum. Etenim, prout quidam aſſe-
runt, Deo gratias. interiectio gratulatiua, vel
cõgratulatiua.& hoc ſumptũ eſt de Eſdra, nõ
ſecundum verba, ſed ſecundum ſenſum: quo-
niam populus Iſraël per iuſſum Pharaonis li-
centiante Cyro de Babylonica captiuitate ad
Hieruſalem reuerſus, gratias egit Deo. Sed &
Apoſtoli poſt aſcenſionem Domini, regreſsi
ſunt in Hieruſalem, benedicẽtes Dominũ: ſic
& nos vltima benedictione accepta, ad cœle
ſtem patriam ibimus, vbi ſemper erimus in
gratiarũ actione. Apoſtoli quoque prædican- 1.Theſ.
tes, dicebant, gratias agite, ſine intermiſsione
orate. Poteſt etiam dici, quòd ſacerdos inci-
piens: Gloria in excelſis Deo. ſignificat ange-
lum annuntiantem paſtoribus ineffabile gau
dium de Chriſti natiuitate. Ite, miſſa eſt. deſi-
gnat acceſſum paſtorũ ad locum natiuitatis
Chriſti, prout dicetur in procœmio vij. partis.
Chorus reſpondens, Deo gratias: repræſen- Luca 2
tat, quòd ſicut Lucas refert ibi: Paſtores re-
uerſi ſunt glorificantes Deum, in omnibus,
quæ viderant,& audierant. ¶Secũdo † modo,
miſſa terminatur per Benedicamus Domi-
no: videlicet in profeſtis diebus:& generali-
ter, quando præmiſſa cantica lætitiæ non di-
cuntur, per quod populus ad gratiarũ inuita-
tur actiones: quia poſt omnia, debemus Deo
humiliari:& eſt ſumptũ de Apoſtolo, vel de
Pſalmiſta, vel de Hymno trium puerorũ, vbi
dicitur: Benedicamus patrem & filium:& re-
ſpondetur, Deo gratias. quod ad gaudiũ Apo
ſtolorũ, de quo præmiſſum eſt, refertur. De
hoc dicetur prope finem, in procœmio v. par-
tis. Et populus Deo gratias agendo, ad pro-
pria rediens, ſignificat diſcipulos cum gratia-
rum actione poſt paſsionem Domini in Hie-
ruſalem reuertentes. Circa hoc etiam dicen-
dum eſt, quòd in primitiua Eccleſia cum mi-
niſtri Eccleſiæ miſſam ſine populo celebra-
bant, claudebatur miſſa, per Benedicamus.
quando verò populus erat præſens, quia aliâs
neſciebat ille, quando finita eſſet, dicebatur:
Ite, miſſa eſt. Quia ergo in profeſtis diebus
miniſtri, vt plurimùm, quaſi ſoli ſine populo
miſſas dicũt: ideò iuxta morem antiquum in
illis diebus dicunt Benedicamus. in ſolennita
tibus verò, quia tunc populus conuenit, dicũt,
Ite, miſſa eſt. Prima tamen miſſa in natali Do
mini in quibuſdam locis clauditur per Bene-
dicamus Domino. eò quòd ſaluatoris natiui-
tas, de qua in illa agitur, paucis ab angelo
nuntiata eſt, ſcilicet paſtoribus. qui miniſtros
Eccleſiæ eſſe figurant. Et prętereà ſępe quaſi
ſoli miniſtri in illa præſentes ſunt. Alia tamen
ratio ſcribitur in vij. parte. ſub titulo de Ad-
uentu:& quia recedere nõ debẽt: ſed intereſ-
ſe etiam ſecundæ miſſæ in aurora. In diebus
quoque ieiuniorum, clauditur miſſa per Be-
nedicamus. ad notandũ, quòd ſi Domino ſem
per benedicendũ ſit: multò fortius hoc tem-
pore,



pore, id facere debemus. Significat autem be
nedicamus idem, quod benedictio: de qua
iam ſub titu. de benedictione dicetur. ¶Ter-
8 tiò † finitur miſſa per, Requieſcant in pace,
ſcilicet miſſa pro defunctis:& tunc reſponde-
tur, Amen, id eſt, fiat. Optatur enim requies.
9 † Rurſus finis miſſæ, finem mundi ſignificat.
Ite, miſſa eſt. vel Benedicamus Domino, li-
bertatem, quæ dabitur iuſtis in patria, vbi
ſemper Deum benedicent.

SVMMA.

1 Sacerdos, quo cõſilio aut intentione oſcu
letur humerum Epiſcopi. Et quid in Ro-
mana Eccleſia. nu. 2.

## *Quare ſacerdos humerum pontifi-cis oſculatur.* CAP. LVIII.

1 DIcto, Ite, miſſa † eſt, ſacerdos,
qui adſiſtit Epiſcopo ad altare
in quibuſdam Eccleſijs men-
ſam altaris, ad armum dextrũ
pontificis oſculatur, oſtendens
hunc illum eſſe pontificem: cui ſecundum le 2
gis figuram dexter armus ſeparationis debe-
batur de hoſtijs ſalutaribus & pacificis. ¶Sa-
nè per humerũ exprimitur principatus, ſecun
Eſaiæ 9 dum illud propheticum: Factus eſt principa-
tus ſuper humerũ eius. Principatũ verò ſalua
toris verè expreſsit vox angelica, propheti-
ca,& legalis. Angelus enim dixit ad virginẽ:
Luc. 1 Dabit ei Dominus ſedem Dauid patris eius:
& regnabit in domo Iacob in æternũ, & re-
Pſal. 44 gni eius non erit finis. Propheta dicit: Sedes
tua in ſeculũ ſeculi, virga regni tui: propterea 3
vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ
conſortibus tuis. Moſes inquit in lege: Læta-
mini ſimul cum eo cœli, & adorent eum o- 4
mnes angeli Dei. Ad quod deſignandum in
2 Eccleſia Romana tres † humerum pontifi-
cis oſculantur, in ſignum reuerentiæ: videli- 5
cet primicerius, in principio, diaconus, in me
dio,& ſacerdos in fine miſſæ.

SVMMA.

1 Benedictio ſuper populum quorſum fiat.
Et num. 3. 4. Et qualiter. num. 2. Et vnde
ea profecta ratio benedictionis. num. 5.
6 Benedictio à quo regulariter fiat.
7 Benedictio epiſcopi, qualiter fiat.
8 Miſſa abſoluta, quid agendum, cùm à ſa-
cerdote, tum à populo. & num. 9.

## *De benedictione nouiſsima.* CAP. LIX.

ALtari ſeu humero oſculatis,
epiſcopus vel ſacerdos † popu-
lum benedicit. Ritè quidẽ poſt
communionem benedicitur:
quoniam ſicut legitur Luc. vlt.
poſtquam Chriſtus in cruce orauit,& coram
diſcipulis manducauit: & reliquias eis dedit:
eleuatis manibus benedixit eis. Vnde ſtatuit
concilium Aurelian̄. de cõſe. diſt. j. cùm ad ce
lebrandas.& c. præcedẽti. vt populus ante be
nedictionem epiſcopi, vel vbi ipſe abeſt, ſa-
cerdotis, de Eccleſia non diſcedat. Hæc autẽ Act. 2
vltima benedictio, ſuper populum, miſsionẽ
ſpiritus ſancti ſignificat, quẽ Dominus aſcẽ
dens in cœlum de cœlo miſit in Apoſtolos,
iuxta quod ipſe promiſerat eis. Accipietis (in- Act. 1
quit) virtutẽ ſuperuenientis in vos ſpiritus
ſancti, vt iã dictũ eſt ſub tit. de oratione no-
uiſsima. Vnde hæc benedictio per verbum
oris & ſignum crucis exprimitur: quoniã illa
† miſsio perſonam aëris & linguã ignis inno
tuit: iuxta illud: Factus eſt repentè de cœlo ſo Act. 2
nus, tanquam aduenientis ſpiritus vehemẽtis:
& apparuerunt illis diſpertitę linguæ tanquã
ignis &c. Et licet ſpiritus ſanctus ſpecialiter
miſſus fuerit in Apoſtolos: quia tamen indi-
uiſa ſunt opera trinitatis, miſsionẽ illam tota
fuit trinitas operata. Ideóq; benedictionem Pſal. 66
iſtã facit epiſcopus in nomine trinitatis, au-
thoritate Pſalmiſtæ dicentis: Benedicat nos
Deus, Deus noſter: benedicat nos Deus. ¶Se-
cũdò † hæc vltima benedictio ſignificat illã
vltimã benedictionẽ: Venite benedicti patris Matt. 25
mei &c. ¶Tertiò illã quã Chriſtus aſcenſurus
† in cœlũ diſcipulis dedit: vnde ea facta ſacer
dos ſe ad oriẽtẽ vertit: quaſi ſe Chriſto aſcẽ-
denti cõmendãs. Cæterũ benedictonis formã
† legis expreſsit authoritas, dicente Domino
per Moſen: Inuocabis nomẽ meũ ſuper oẽs
filios Iſraël,& ego Dñs benedicã. Et iterũ ꝑ
prophetã: Effundã ſuꝑ vos ſpiritũ gratiæ:& Zach. 12
præcũ. Itẽ Aarõ, poſtquã ſacrificauerat, extẽ-
dẽs manũ ſupra populũ, benedixit illi. Leuit.
ix. Itẽ Moſes & Aarõ expletis hoſtijs & holo Gen. 49
cauſtis. intrauerũt tabernaculũ teſtimonij, &
poſteà exeũtes benedixerũt populo. Leuit. xj.
in fine. Huiuſmodi ergo finales benedictio-
nes à ve. teſt. ſumũtur: quoniã & Iacob in fine Deut. 33
vitæ ſuæ filijs benedixit, & Moſes populo
ante mortem, ſicut & Chriſtus diſcipulis ante
aſcenſio

Luc.24 aſcenſionem, vt prædictum eſt. Et inde eſt,
quòd cùm ſeparamur, comitiuam & protecti
uam quærimus benedictionem. Sumuntur
Deut. 27 etiam ab eo, quod Dominus præcepit dari
benedictiones in monte Garizim, ſuper legis
obſeruatores: ſicut econuersò maledictiones
in Hebal, ſuper tranſgreſſores, à quibus ex-
communicationes originem habuerunt. xxj.
6 diſtinctione. denique. Regulariter † autem
Gen. 14 maior minori benedicit. Vnde Abraham à
Melchiſedech benedicitur, & nõ econuersò.
Nullus ergo ſacerdos maiore ſuo nõ innuen
te benedictionem dare nitatur, imò Epiſco-
po miſſam audiente ſacerdos celebrans in
cunctis illius licentiam & benedictionem
expoſcit. Sacerdos tamen miſſam celebrans,
poteſt benedicere etiam Epiſcopo præſente
& permittere, ac benedicere nolente, aliter
non: prout in pręmiſſo concilio Aurelian̄. ca-
uetur. Nam ſecundum Hiero. xcv. diſtin. ea-
dem. presbyter populum benedicere poteſt,
qui Chriſtum non metuit conſecrare: illud
autem quod in Carthagin̄. concilio legitur
xxvj. quæſtio. v. miniſtrare presbytero, bene-
dictionem ſuper plebem fundere non licet:
7 de ſolenni † benedictione ſoli Epiſcopo cõ-
petenti, quæ fit per verba iſta: Sit nomen Do
mini benedictũ &c. eſt intelligendũ. ¶ Rurſus
benedictio epiſcopalis fit per modũ manus
impoſitionis. Vnde & Epiſcopus eos benedi-
cens, tenet manũ more Aaron, ſuper populũ
eleuatam: & exemplo Chriſti, qui, vt præmiſ-
ſum eſt, coram diſcipulis manducauit: in cœ-
Act. 1 lum aſcenſurus, eleuatis manibus eis benedi-
xit. Quia ergo ſoli Epiſcopi manus imponũt:
quia ſicut legitur in Actibus Apoſtolorum,
Actu. 6 ſoli Apoſtoli manus imponebant, & nullus
alius diſcipulus: ideò ſolennem benedictio-
nem ſolus Epiſcopus dat. Sanè poſt benedi-
ctionem ſolennem, quæ fit per Epiſcopum,
ante Agnus Dei, iterum benedici ſolenniter
in fine miſſæ nõ oportet. In miſſa tamen pro
defunctis non benedicitur, prout ſub titulo
de fractione hoſtiæ dictum eſt. ¶ Placeat tibi
8 &c. quia Luca teſtante Actu. j. † Dominus Ie
Luc. 14 ſus poſtquam locutus eſt diſcipulis, benedi-
Act. 1 cens illis, aſſumptus eſt in cœlum, ſedet ad
dextrã Dei: ideò ſacerdos nõ ad Chriſtum ſo
lum, quem nubes ſuſcepit ab oculis eorũ: ſed
ad totam trinitatem ſermonẽ dirigit dicens:
Placeat tibi &c. Qua oratione finita oſcula-
tur altare, oſtendens per hoc ſe præmiſsis
omnibus deuotè toto mentis & corporis aſ-
ſentire affectu: quo facto recedens a coſpe-
ctu populi, ingreditur veſtiariũ: vel cortinam
interponit, repræſentans quòd, vt præmiſſum
eſt, Chriſtũ in cœlũ aſcendentẽ, nubes ſuſce-
pit eum ab oculis intuentiũ: & ſicut legitur
Luc. vlti. receſsit ab eis, & ferebatur in cœlũ.
Si verò Epiſcopus miſſam ſacerdotis audiue-
rit, ſacerdos ipſo oſculato altari, & depoſitis
ſacerdotalibus veſtibus mox accedit ad Epi-
ſcopum: & genua flectens coram illo oſcula
tur eius manum. In hoc figurans magnã filij
obedientiã, qui patri obediuit in incarnatio-
ne, in paſsione, in aſcenſione, & in alijs, quæ
idem ſacerdos in officio miſſæ reprę́ſentauit
& oſtendens ſe illis fidem verã habere & con
ſentire. Pontifex verò illi benedicit: quaſi di-
cat hic eſt filius meus benedictus &c. Dein-
9 de ſtatim dicũtur hymni illi: Benedicite † &
laudate: vel in totũ vel in partem, quia Deo
pro omnibus beneficijs gratias agere debe-
mus, quẽ in æternũ laudabimus. Vnde in cõ-
cilio Agathen̄. de conſecratione. diſtinctione
v. conuenit. ita legitur. Poſt concluſionẽ ma-
tutinarũ vel veſpertinarũ miſſarũ, id eſt, quæ
dicuntur mane, vel circa nonã, poſt Hymnos,
id eſt, poſtquam ſacerdos dixit: Benedicite &
Laudate, capitula de Pſalmis dicãtur: ſcilicet
Confiteantur tibi Domine omnia opera tua, Pſal. 14
&c. & plebs collecta oratione & orationis
cauſã, ad veſperã ab Epiſcopo dimittitur, cum
benedictione. Per hoc autẽ, quod dicit ad ve-
ſperã, innuitur ꝙ loquitur Dominus de miſ-
ſis, quæ in quadrageſima dicuntur poſt quas
ſtatim veſperæ decantãtur: de cõſecra. diſtin.
j. ſolet. Et ſic innuit, ꝙ Epiſcopus vel presby-
ter nõ debet tunc benedicere donec veſperæ
ſint cantatæ, quod tamen in vſu nõ eſt ¶ Po-
10 ſtremò licet propter † propoſitũ notandũ eſt,
quòd benedictio mẽſæ dupliciter inchoatur.
Primò, quia maior incipiens, dicit: Benedici-
te. & cæteri reſpõdent: Dominus: quia ſicut
debemus Dño per gratiarũ actiones benedi-
cere. ad quod maior dicẽdo: benedicite: hor-
tatur: ſic & indigemus benedici à Dño ſuæ
gratiæ infuſione, quã illi optãtes poſtulãt re-
ſpõdendo: Dñs. ſupple nos benedicat ſuę gra
tiæ infuſione. Secũdo modo maiore incipien
te: Bñdicite: cæteri ſimiliter rñdent: bñdicite:
ad oſtẽdendũ, ꝙ ad Dei bñdictionẽ debem⁹
mutuò nos hortari. Poteſt etiã dici, ꝙ in prio
ri modo reuerẽtia Dei cõſideratur. Cũ eñ re-
ſpondetur



ſpondetur, Dominus. ſupplendum eſt, benedi
cat: quia nos digni non ſumus benedicere. In
ſecũdo verò reuerẽtia ſuperioris. Cùm enim
reſpondetur: benedicite: ſupplendum eſt: vos
pater: quia minor maiore pręſente benedice-
re nõ debet. deinde maiore verſum inchoan
te cæteri coadiuuant ad dicendum: ad notan-
dum, quòd inferiores coadiutores ſunt præ-
poſitorũ in oneribus ſupportandis. In nonnul
lis Eccleſijs pueri benedicunt menſas, etiam
prælatorũ, pro eo quòd lectoris officium eſt
Luc. 24 benedicere panem. Conuenientius tamen fit
per prælatos: exemplo Chriſti qui in Emaus
menſam coram duobus diſcipulis benedixit.
Poſt omnia in quibuſdam Eccleſijs benedici
tur à ſacerdote panis populo diſtribuendus,
exemplo Chriſti qui in deſerto quinq; panes
Ioan. 1 benedixit: & ex eis quinque milia hominũ ſa
tiauit. de quo pane ſub titulo de pacis oſculo
dictum eſt: deinde ſacerdos, & alij ad propria
reuertũtur. Sacerdos quidẽ ad propria rediẽs,
eſt Chriſtus: qui legatione peracta, in gloriã
patris aſcendit. Et fideles etiam reuertuntur,
dum de carceris exilio liberati, in gloriæ li-
bertatem eripiuntur.

## *LIBER QVINTVS.*

### SVMMA.

1 Diuina officia colere debemus, exemplo & typo Hieruſãlem cœleſtis, ducti.
2 Eſdras populum Iſraëliticum ad Dei laudes erudit. Ibiq; horæ canonicæ ſubijciuntur.
3 Nocturnum tempus, refert tempus tenebrarum, ſcilicet ante aduentum Chriſti.
5 Horæ ſeptem canonicæ, repræſentant ſeptem hominis ætates.
5 Horis quatuor diei tantùm, cur laudemus Deum: & non omnibus.
6 Horæ ſingulæ canonicæ, reſpondent ſingulis actibus paſsionis Chriſti.
7 Daniel induxit primus horas tres canonicas cantari, tertiam, ſextam, & nonam.
8 Maria virgo, iure laudanda eſt horis canonicis.
9 Mariæ virginis officium, ab Vrbano Papa inſtitutum.

#### ARGVMENTVM.

*De diuinis officijs, tam nocturnis quàm diurnis in genere.* CAP. I.

IN Exodo legitur xxv. c. in
fine, Dominum dixiſſe ad
Moſen, Omnia fac ſecun-
dum exemplar quod tibi in
1 monte monſtratum † eſt:
quocirca nos conformari
conuenit illi cœleſti Hieruſalem, quæ Domi
num laudare iubetur: & quæ ſicut ait Apo-
ſtolus ad Galat. iiij. de ſurſum eſt, & mater
noſtra eſt, pręſertim inſimul laudãdo Deum:
iuxta illud: Super muros tuos Hieruſalẽ con-
ſtitui cuſtodes, qui tota die & nocte non ceſ-
ſabunt laudare nomen Domini. Et in Apoca.
iiij. cap. habetur, quòd animalia requiem non
habebant, dicentia: Sanctus, ſanctus, ſanctus
&c. Verũtamen militans Eccleſia imitari ple
nè nequit triumphantem: quia ſicut legitur
in libro Sapientiæ cap. ix. Corpus, quod cor- Eſa. 62
rumpitur, aggrauat animã. Nequimus enim
infirmitate noſtra pręcediente in ſingulis xij.
diei horis, iugiter diuinis inſiſtere laudibus,
quoniam neceſſe habet homo aliquãdo ne-
ceſſarijs corpori intendere: iuxta illud Gen̄.
iij. c. In ſudore vultus tui, veſcêris pane tuo. I.
diſtinctione. in capite. & ideò facimus quod
poſſumus, certis diei naturalis horis Deum
1 laudando. Vnde Eſdras † propheta populum
Iſraëliticum de Babilonica captiuitate reuer
ſum, docuit Deum laudare, quater in nocte,
& quater in die: vt vnũquodque quatuor ele-
mentorũ, ex quibus homo conſtat, per com-
petẽtes horas obſequio ſe offerat creatoris:
videlicet de nocte in veſperis: in completo-
rio: in nocturnis: in diluculo, ſcilicet in laudi-
bus matutinis. De die verò, in prima: in ter-
tia: in ſexta: in nona horis. Veſpertinum igitur
officium quod eſt cuiuſcunque officij initiũ,
ad noctem pertinere probatur, quod ſecun-
dum Iſidorum lib. Etymologiarum dicitur à
veſpera ſtella, quæ ſurgit nocte oriente. Ve-
rùm Dauid inquit: Septies in die laudem tibi Pſal. 118
dixi: & rurſus: media nocte ſurgebam ad con
fitendum tibi &c. Quem ordinem concilium
Agathen̄. extrà de celeb. miſ. c. j. approbat &
ſancta Eccleſia ſeruat: quoniam nocturnum
officium media nocte canitur. Reliquæ verò
ſeptem canonicę horæ de die dicuntur, vide-
licet laudes, matutinæ: quæ olim in aurora di
cebantur: licet hodie, cum nocturnis coniun-
gantur, prima, tertia, ſexta, nona, veſperæ &
completorium, quæ ſeptem horæ vocantur
canonicæ, quaſi regulares: extrà de pœniten.
& remiſ.

& remiſ.quod in te.quia regulariter à ſanctis
patribus obſeruatę ſunt. Nam κανὼν græcè,
regula dicitur latinè. Miſſæ autem oblatio,
propter tanti ſacramenti excellentiam,quod
in ea conficitur,ſuper alias laudes eſt: & eſt
laus per ſe,nec ſub numero comprehenditur
aliarũ.Propter quod,& in hoc opere tracta-
tum per ſe obtinet ſpecialem:quãuis nonnul
li aſſeruerũt illam fore de officio tertiæ ſiue
nonæ:pro eo,quia in his duabus horis ſolet
regulariter celebrari.¶Sanè nocturnũ † offi-
3 cium,tempus miſeriæ,quo genus humanum
à diabolo tenebatur obſeſſum, repræſentat:
diurnum verò,noſtræ redemptionis & libe-
rationis per Chriſtum ſolem iuſtitiæ factæ
tempus ſignificat: qui claritate ſuæ diuinita-
tis tenebras noſtras illuminauit:& à ſeruitu-
te diaboli nos eduxit. Qui ergo tantum bo-
num dono ſeptiformis gratiæ ſpiritus ſancti
adepti ſumus, meritò ſepties laudem Deo
cantamus.¶Secundò,quia † dies naturalis re
4 præſentat vniuſcuiuſq; ætatem:nõ quam qui-
libet homo habet,ſed quam ſi nõ peccaſſet,
haberet.Quæ naturalis dies,ſeptem habet va
rietates.Prima,eſt infantia,quæ per matuti-
nas laudes repræſentatur. Secunda, pueritia,
quæ per primam. Tertia, adoleſcentia, quæ
Pſal.118 per tertiam.Quarta,iuuentus:quæ per ſextã.
Quinta,ſenectus,quæ per nonam. Sexta, ſe-
nium,quæ per veſperas. Septima, decrepita
ætas ſiue finis vitæ noſtræ,quæ per comple-
torium deſignatur.In his ideò ſingulis ætati
bus creatorem noſtrum ſuper iudicia iuſtitię
ſuæ laudare debemus. De infantia beatus
Nicolaus nobis oſtenditur in exemplum:
qui quarta & ſexta ferijs virtute abſtinentiæ
materna vbera non ſugebat, niſi ſemel in
die:de alijs quoq; ętatibus ſatis liquet.¶Ter-
Prouer. 24 tiò,quia ſecundum Salomonem ſepties in die
cadit iuſtus per negligentiam.de pœnitentia.
diſtinctione iiij. ſepties.ideò meritò ſepties,
vt per orationis vigilãtiam reſurgere valeat,
diuinum debet ſubſidium inuocare. ¶Quar-
tò, quia numerus ſeptenarius vniuerſitatis
5 eſt.¶Cæterũ cum xij.horæ diei † attribuan-
tur,in quibus à omnibus laudandus eſſet Do
minus:quare in quatuor tantùm diei horis in
Eccleſia pſallitur? Reſpondeo,cum in ſingu-
lis horis,vt præmiſſum eſt,diuinis iugiter in-
ſiſtere laudibus nequeamus:quod in alijs mi
nus fit:in prima,in tertia,in ſexta,in nona ho
ris ſuppletur.In earum nanq; qualibet dicun-
tur tres Pſalmi:& ſic in quatuor horis nume
rus Pſalmorum,reſpondet numero horarũ.
Et quilibet pſalmus continet verſuum octo-
narios,octauam reſurrectionis ſignificantes:
de quibus ſub titulo de cõpletorio dicetur:
per octonarios ſiquidem in horis pſallimus:
quia de reſurrectionis gloria exultamus.Rur
ſus in qualibet horarum ipſarum, dicitur ter
ſuper Pſalmos,gloria patri &c. vt quot diei
horæ nobis pro corporis ſuſtentatione,ad la
borandum conceſſæ ſunt,toties in ipſis ho-
ris,& gloria patri dicatur: vt per hoc in Dei
ſeruitio omni hora nos eſſe monſtremus.Si
quidem tres glorificationes:quæ ſunt in ho-
ra prima,indicant nos eſſe in Dei famulatu,
in prima,ſecunda,& tertia horis:& tres, quæ
ſunt in tertia,nos ꝓtegunt in quarta & quinta
horis,& ſexta:tres quoque quæ ſunt in ſexta,
nos muniunt contra inſidias diaboli:in ſepti-
ma octaua & nona horis. Nona verò, cum
ſuis glorificationibus nos protegit in deci-
ma, vndecima, & duodecima horis. Poſſet
etiam non incompetenter dici,quòd ſub pri-
ma duæ horæ comprehenduntur: videlicet
ipſa prima,ſecunda:ſub tertia ſimiliter tres,
ſcilicet ipſa tertia, & quarta & quinta: ſub
ſexta ſimiliter tres, ſcilicet ipſa ſexta, ſepti-
ma,& octaua;ſub nona duæ, ſcilicet ipſa no-
na,& decima:veſperæ verò repræſentant vn-
decimam,& completoriũ duodecimam.Sed
in pręmiſsis ſex diei horis,videlicet in prima,
tertia,ſexta,nona, veſperis, & completorio,
ideò ſpecialiter Deum laudamus, & non in
ſecũda,quarta,quinta,ſeptima,octaua, & de-
cima:quia illæ in aliquibus præ alijs ſunt pri
uilegiatæ:prout in principio tractatus cuiuſ-
libet earum oſtendetur.propter quod meri-
tò in illis diuinum celebratur officiũ.¶Nem
6 pè in nocte Chriſtus eſt comprehẽſus:† ma-
ne illuſus: & hora prima gentibus traditus:
tertia,flagellatus,voce crucifixus,ſexta,cruci
affixus:nona, mortuus: vndecima, de cruce
depoſitus:in duodecima,ſepultus. Item in no
cte ſpoliauit infernum:mane ſurrexit.In pri-
ma hora Mariæ apparuit:tertia,de monumen
to redeuntibus obuiauit:ſexta Iacobo:nona,
Petro:veſpera,duobus diſcipulis euntibus in
Emaus,ſcripturas aperuit,& ſe manifeſtauit.
In completorio Apoſtolis.pax vobis dixit,&
cum eis manducauit.¶Has autem horarum
laudes,qualiter abſoluere debeamus, oſten-
dit Bernardus, dicens:Fratres mei,immolan-
tes



tes hoſtiam laudis, iniungamus verbis ſen-
ſum,ſenſui affectum,affectui exaltationem,
exultationi maturitatem, maturitati humili-
tatem,& humilitati libertatem. ¶Prætereà,
diutinæ pſalmodię ideò à prima,tertia,ſexta,
& nona,& non ab alijs nomen ſumpſerunt,
Mat. 20 vt per eas Dei ſeruitium agamus: quoniam
paterfamiliãs commemoratur in euangelio
exiſſe illis conducere operarios in vineam
ſuam,quæ ſanctam ſignificãt Eccleſiam.Sunt
etiam, qui dicunt morem cantandi tertiam,
7 ſextam † & nonam fuiſſe à Daniele ſumptũ:
Dan. 6 qui intellecto,quòd Nabuchodonoſor ſta-
tuam erexiſſet, quam omnibus adorandam
præceperat,intra domum ſuam,& apertis fe-
neſtris ter in die genua flectebat verſus Hie
ruſalem:quod Hier.exponens dicit.hinc ha-
bet Eccleſiaſtica traditio quòd ter in die ge-
nua ſunt flectenda,ſcilicet in tertia, ſexta,&
8 nona.¶In eiſdem quoque † horis beatam vir
ginem laudare debemus,ſcilicet in noctur-
nis ſiue matutino: quia tali hora, quædam
ſtella apparet in cœlo,quæ tranſmontana vo
catur,cuius ductu nautæ perueniunt ad por-
tum:& ipſa beata virgo,eſt ſtella tranſmon-
tana:quia & ſi eam dignè laudauerimus, nos
qui ſumus in hoc ſeculo,ducet ad portum ſa
lutis.Item,in prima:nam tunc apparet quædã
ſtella,quę Diana vocatur,quam ſequitur ſol:
& ipſa beata virgo eſt vera ſtella Diana,quæ
verum ſolem ſcilicet Chriſtum nobis porta-
uit,quæ illuminat totum mundum. Item in
tertia:nam hora tertia conſueuimus eſurire:
& ipſa portauit nobis panem verum:ſcilicet
Chriſtum:cum quo eſt omnis ſatietas.Item
in ſexta:quia illa hora magis feruet,& cale-
facit ſol:& ipſa laudanda, & roganda eſt,vt
nos frigidos calefaciat in charitate, per ſolẽ
Chriſtum quem genuit.Item in nona:quia il-
la hora ſol declinat ad occaſum:& ipſa iuuat
nos,& protegit: cum ad occaſum,id eſt,ad
ſenectutem declinamus. Item in veſperis:
quia tunc incipit dies finiri:& ipſa laudatores
ſuos in hora mortis defendit. Item in com-
pletorio.Nam tali hora dies eſt completa:&
ipſa in complemento vitæ noſtræ pro nobis
intercedit,& in æterna tabernacula recipi fa
cit:vbi completum eſt gaudium electorum.
9 ¶Officium † beatæ Mariæ inſtituit Vrbanus
Papa cantari:vt dicetur in titulo de tempore
aduentus.Nocturnale autem officium,nobis
ad memoriam reducit tempus ab Adam,vſq;
ad Noë.Matutinale tempus à Noë,vſque ad
Abraham.Prima,tempus ab Abraham,vſque
ad Moſen. Tertia,à Moſe vſque ad Dauid.
Sexta,tempus à Dauid vſque ad aduentum
Chriſti.Nona, tempus ſequens vſque ad ſe-
cundum aduentũ,quando venturus eſt red-
dens vicem pro abditis.Per veſperas recoli-
mus ſabbatum,id eſt,requiem animarũ, poſt
exitum à corporibus vſque ad diem iudicij.
Per completorium verò recolimus repletũ
numerum,& conſummatum gaudium ſancto
rum:quod complebitur in die magnæ feſti-
uitatis,quando benedicti percipient regnum
Dei.In hac igitur parte,de officijs eccleſiaſti
cis in genere tractare intendimus: videlicet
de his,quæ in officio cuiuſlibet Eccleſiæ di-
cuntur.De nocturnis.De laudibus.De matu-
tinis. De prima.De tertia.De ſexta. De nona.
De veſperis.De completorio.

## SVMMA.

1 Officium,quid.
2 Officium Primitiuæ Eccleſiæ,primùm cuili-
bet liberum,& vagum fuit ac ſolutum.Tan-
dem poſteà à Hieronymo presbytero,procu
rante Theodoſio Imperatore,& mandante
Damaſio Papa,ordine,canone,& legibus eſt
diſtinctum & ornatum.nu. 3.
4 Officij Eccleſiaſtici compilatores.
5 Officium Gregorianũ,per vniuerſam Eccle-
ſiam diuulgatum fuit:& Ambroſianũ ſolùm
Mediolani celebrari cõceſſum.idq; poſt mul
tas multorum doctorum,Epiſcoporum,con-
ciliorum,& Imperatoris altercationes,ac tan
dem miſſas ſortes.
6 Oratio Dominica in principio & fine hora-
rum canonicarum,dicenda eſt.
7 Horarum ſingularum initio cur præpona-
tur,Deus in adiutorium meum intende.
8 Horæ tribus modis incipiuntur,eò quòd tri-
bus modis contingit peccare.
9 Dæmones non ſecus timent ſignum crucis,
quàm baculum,quo percuſsi fuerunt.
10 Crux Chriſti,multipliciter & variè præfigu-
rata in veteri teſtamento.
11 Crucis ſigno armatur Eccleſia: confunditur
ciuitas Diaboli.
12 Crucis ſignum, tribus digitis eſt impri-
mendum.
13 Crucis ſignum,quàm variè fiat.& nu.14.Et
vbi ſit faciendum.nume.15.

Crux,

16 Crux,eſt quadripartita. & quid notet ea forma.
17 Gloria patri,principio omnium horarum dicendum.Excepto mortuorum officio. nu.18.Et quid ille verſus portendat.nu. 19.20.Et quot vicibus dicatur in nocturnis feſtiuitatum.nu.21.
22 Gloria,quid.
23 Hymnus,vnde natus primùm.Et quid.
25 Hymni,an & vbi præcedant Pſalmos: aut econtrà.
25 Hymnus,Pſalmus,& Canticũ,an & quid differant.
26 Antiphonæ,vnde ortũ habuerint. Et vnde dicatur.nu.27.30.31. Et qualiter cantentur.nu.28.29.
32 Neuma,quid.Et quid differat à dictione pneuma.nu.33.
34 Adæ & Euæ nomen naſcentes hodie exprimunt,quanuis fuerit mutatum.
35 Neumæ vbi maximè ſit vſus.
36 Pſalmi quare dicantur alternatim.
37 Pſalmi dicuntur ſex in diuinis horis.
38 Pſalmus idem,cur in diuerſis ſolennitatibus legatur.
39 Pſalmi graduales,quot:& vnde dicti.
40 Verſiculi,in diuino officio,cur dicantur. Et vnde dicantur.
41 Verſiculi,cur dicantur ante lectiones,in nocturnis.
42 Verſus,quid notet.
43 Lectiones matutinales,quid ſignificent.
44 Benedictionem petens, ante lectiones, cur dicat,donne,potius,quàm Domine.
45 Genu vtrunque flectendum in Eccleſia: dominis autem, alterum tantùm.
46 Lectionibus finitis,dicitur,Tu autem Domine.& cur ita.
47 Lectionum pluralitas,quid notet.
48 Ordines duo ſunt in Eccleſia: & lectionum duo modi,ſiue formæ.
49 Lectiones quotuplici fine terminentur.
50 Lectio nona,cur inſtituta nomine Trinitatis.
51 Capitula cur dicantur in officijs.
52 Lectionum author cur non exprimatur in nocturnalibus,ſiue in diurnalibus.
53 Reſponſorium,vnde dicatur.
54 Cantica, vnde dicantur.quid.Et quot habeant verſus.
55 Orationes cur dicantur in ſingulis horis.
56 Nocturnum,cur oratione & benedictione non concludatur.
57 Orandum eſt,verſus orientẽ,multis de cauſis.
58 Eccleſia,domus orationis.Et an alibi ita meritò orari poſsit.fuſiſsimè.
59 Adorandi quomodo ſint pater,filius,& ſpiritus ſanctus.
60 Deus,qualiter ſit adorandus.
61 Adorationis duæ ſpecies.
62 Benedicamus Domino,dicitur finita oratione.& vnde ſumptum.Et quid ſignificet.Item, Deo gratias.nu.63.
64 Sanctorum ſuffragia,quorſum fiant.
65 Cantandi vſum vnde accepit Eccleſia.
66 Sonorum tres ſpecies.
67 Muſicorum tres ſpecies,in tres partes officij diuiduntur.
68 Cantus Eccleſiaſticus, cœleſtem lætitiam ſignificat.
69 Tholetani concilij decretum,de pſallendi & miniſtrandi conſuetudine.

## *Quid ſit officium, & de eius inſtitutione & partibus.* CAP. II.

1 EST autem † officium,ſecũdum
Iſidorum , proprius vel con-
gruus actus vniuſcuiuſq; per-
ſonæ,ſecundum mores ciuita-
tis:vel inſtitutæ profeſsionis.
Alia nanq; habent inſtituta monachi:alia ca-
nonici:alia eremitæ:& ſic de reliquis.Et di-
citur officium,ſecundũ Hiero.in libro de of-
ficijs,ab efficiendo:quaſi efficium,ab efficio
efficis,vna litera in aliam propter decorẽ ſer
monis, mutata. Vnicuique etenim conuenit
ſuum efficere officium. Vel ſecundum Iſido
rum,officiũ dicitur,vt quiſque illa agat,quæ
2 nulli officiant,ſed omnibus proſint.¶ † Cæte
rùm in Eccleſia generaliter nil canendũ aut
legendum eſt,quod à ſancta Romana Eccle
ſia canonizatum & approbatum expreſsè,aut
per patientiam nõ ſit.In primitiua tamen Ec-
cleſia diuerſi diuerſa quiſque pro ſuo velle
cantabant,dummodo quod cantabãt,ad Dei
laudem pertineret. Quædam tamen officia
obſeruabantur ab omnibus ab initio cõſtitu-
ta:vel ab ipſo Chriſto , vt oratio dominica:
vel ab Apoſtolis,vt ſymbolus.Succedentibus
verò temporibus,quia Eccleſia Dei propter
hæreſes ſciſſa eſt, Theodoſius Imperator,
3 hæreticorũ † extirpator, rogauit Damaſium
Papam,vt per aliquem prudentem & per ca-
tholicum virum eccleſiaſticũ faceret officiũ
ordinari.



ordinari. Vnde idem Papa præcepit Hiero.
presbytero,nunc in Bethleem cum Paula &
Euſtochio , & alijs virginibus moräti , qui
prius ſub ſeptem Apoſtolicis Romæ vixerat,
quatenus officium Eccleſiæ ordinaret. Ipſe
nanq; nouerat linguas quatuor, hebraicam,
græcam,caldaicam,& latinam quod ille ob-
temperans fecit. Ordinauit itaq; quantũ de
pſalmis in dominica : quantũ in ſecũda feria:
& quantũ in tertia feria:& ſic deinceps lege-
retur.Euangelia quoq;,epiſtolas,&c. quæ de
nouo & veteri teſta. in Eccleſia legũtur,prę-
ter cantum,magna ex parte ordinauit : cuius
operis exemplũ idem Hiero.romam miſit,&
à Damaſo Papa canonizatũ eſt, & præceptũ
à cunctis Eccleſijs obſeruari , & appropriatũ
eſt ipſi Damaſo , propter authoritatem ſuã,
quam interpoſuit. C. de ve. iu. enu. l. tanta.
4 Conſequenter † tamen beatus Gregorius , &
Gelaſius orationes , & cantus addiderunt , &
lectionibus & euangelijs , Reſponſoria coa-
ptauerũt.Gradualia verò Tractus , & Allelu
Ia Ambroſius Gelaſius,& Gregorius ad miſ-
ſam cantari inſtituerunt. Pleriq; quoq; alij
doctores Eccleſiæ aliqua alia ſuperaddidiſſe
noſcuntur. Sancti enim patres non ſimul o-
mnia ad decorem officij pertinentia , ſed di-
uerſi diuerſis temporibus ordinauerũt.Vnde
& miſſæ inceptio tres habuit varietates.Ali
quando enim à lectione inchoabatur , prout
fit hodie in ſabbato ſancto. Poſteà cœleſti-
nus Papa pſalmos ad miſſę inroitum dici in-
ſtituit.Grego.verò introitus cum cantu ordi
5 nauit.¶ Legitur † in vita beati Eugenij , quòd
dum adhuc officium Ambroſianum magis,
quàm Gregorianum ab Eccleſia ſeruaretur,
Adrianus Papa concilium conuocauit:vbi ſta
tutum eſt, quòd Gregorianum deberet vni-
uerſaliter obſeruari.ad quod Carolus Impe-
rator omnes clericos minis & ſupplicijs per
diuerſas prouincias cogebat , libros Ambro-
ſiani officij comburens. Beatus verò Euge-
nius ad concilium quoddam propter hoc
conuocatum veniens, inuenit ipſum conciliũ
per triduum iam ſolutum , inducens Domi-
num Papam,quòd omnes prælatos qui con-
cilio interfuerant , & iam per tres dies receſ-
ſerant , reuocaret. Concilio igitur iterum
congregato, omnium patrum fuit vna ſenten
tia,quòd miſſale Ambroſianum & Gregoria
num ſuper altare ſancti Petri Apoſtoli pone
retur : plurimorum epiſcoporum ſigilis mu-
nita , & fores Eccleſiæ clauderentur : & ipſi
tota nocte orationi inſiſterent , vt Dominus
per aliquod ſignũ indicaret,quod horum ma
gis ab Eccleſia ſeruari vellet:ſicq; per omnia
factum eſt.Manè igitur Eccleſiam intrantes,
vtrunq; miſſale ſuper altare apertum inue-
nerunt,vel,vt alij aſſerũt,miſſale Gregoria-
num penitus diſſolutũ, & huc illúcq; diſper-
ſum inuenerunt:Ambroſianũ verò ſolummo
do apertum ſuper altare in eodem loco , vbi
poſitum fuerat inuenerunt. Quo ſigno edo-
cti ſunt diuinitus Gregorianum officium per
totum mundũ diſpergi : Ambroſianum verò
tantùm in ſua Eccleſia obſeruari debere : &
ſic vſq; hodie ſeruatur. Siquidem tempore
Caroli Imperatoris officium Ambroſianum
præcipuè dimiſſum eſt:& Gregorianũ impe
riali authoritate plurimũ adiuuante,diuulga
tum. Ambroſius enim multa inſtituit , iuxta
ritum græcorum : vt dicetur infrà : vbi de
6 hymnis agetur. † ¶ Vt autem muſcæ morien
tes abigantur,& mens orationis ſerenetur,vt
dignè cum Deo loquatur ; vt ſi mente non
orauerit , Dominus in furore non iraſcatur:
ſed miſereatur , ideò laudabili conſuetudine
inductum eſt , vt ſacerdos ante canonicarum
horarum initia , & in fine dominicæ oratio-
nis , & ante horas beatæ Mariæ & in fi. Aue
maria,&c.voce ſubmiſſa præmittat. Vnde in
concilio Gerungiñ.de conſe.diſt.v.id ſemper
ſtatutũ eſt,vt etiã poſt ſingulas horas dica-
tur:ne diabolus de corde ſacerdotis rapiat, ſi
quid boni ibi ſeminatũ eſt.Vnde in primitiua
Eccleſia poſt quãlibet horã , alta voce abſq;
alia oratione dicebatur.quod adhuc Eccleſia
lateranñ.dicitur obſeruare. Quidã etiã in fine
horarũ dicunt:Dominus det nobis ſuã pacẽ.
De hac dominica oratione ſub prima,& ſub
7 veſperis dicetur.¶ † Quia verò Dñs ait in euã Ioan.15
gelio:Sine me nõ poteſtis facere quicquam:
ideò in ſingulis diurnis horis ſacerdos inci-
pit:Deus in adiutoriũ meũ intẽde:& ſingulæ
finiũtur,per Deo gratias:& ſic initiũ & finis
referũtur ad idẽ, ſcilicet ad Deũ, qui eſt α &
ω id eſt, principiũ & finis.xxxv. diſt. ab exor-
dio.dicẽdo igitur , Deus in adiutorium meũ
intende : mater Eccleſia inuitat homines.Iu-
xta illud:Venite filij,& audite me:quod ideò Pſal. 33
introductum eſt:quoniã dũ arca Domini ad Num.10
portandũ leuabatur , dicebat Moſes : Surge
Domine,id eſt,ſurgere fac:& diſsipentur ini-
mici tui,& fugiant, qui oderũt te à facie tua.

Sic & ſacerdos noſter dicit:Deus in adiutoriũ
meum intende:hoc eſt, præſta mihi auxiliũ
in reſurgendo à peccatis:& contra varios ini-
micos, qui tuam circundant Eccleſiam. Per
arcam enim intelligitur Eccleſia,quæ vſq; in
finem circundabitur à perſecutoribus, ſiue
apertis, ſiue occultis: ſicut arca ab inimicis
circundabatur.Orat ergo ſacerdos,ne inimi-
ci præualere valeant, aliquos à cœtu fideliũ
per aſtutiam forſitan ſeparando. Cùm enim
perſecutio iuſti ſit à leone, id eſt, à diabolo,
impetu,id eſt, manifeſtè ſæuiente:vel à dra-
cone,id eſt,à diabolo:in inſidijs,id eſt occul-
tè perſequente,omnes clament,Deus in adiu
torium meum intende.vij. q. j. §. cùm verò.
Coloſſ. 3 prætereà,cùm ſecundum Apoſtolum, in Dei
nomine omnia facienda ſint.xxvj. q. vlt. non
obſeruetis. meritò eſt ab eo inchoandum.
¶ Circa hoc notandum eſt, quòd contingit
8 tribus modis peccare:videlicet corde, ore, &
opere:ideóq; tribus diuerſis modis horæ in-
choantur:videlicet completorium per Con-
uerte nos Deus, contra peccatum cordis.ma
tutinum,per Domine labia mea aperies con
tra peccatum oris.Aliæ verò omnes diei ho-
ræ per Deus in adiutorium,contra peccatum
operis.Et quoniam in peccato cordis & oris
eſt aliquid operis:ideò in omnibus horis tã
diurnis,quàm nocturnis dicitur, Deus in adiu
torium meum intende,contra peccatum ope
ris. Monachi verò dicunt primò, in noctur-
nis,Deus in adiutorium meum intende. Po-
ſteà, Domine labia mea aperies: quia ſine
adiutorio Dei,nec cor nec labia ad ipſius lau
dem aperire valeant. Ioan. xv. Sine me nihil
poteſtis facere. ¶ Intereà verò ſacerdos cum
9 dicit:† Deus in adiutorium meum intende.
ſigno crucis, ſe munit, ad effugandam illius
virtutem,ſcilicet quamlibet diaboli verſutiã,
& poteſtatem. Valde enim timet ſignum cru
cis. Vnde Chryſoſtomus: Vbicunq; dæmo-
nes ſignum crucis viderint,fugiunt, timentes
baculum, quo plagam acceperunt Stepha-
nus quoq; Papa de conſec.diſtin. v. nunquid.
ait:Nunquid non omnia chriſmata,id eſt,ſa-
cramenta,quæ cum chriſmatis vnctione pręſtantur,ſacerdotalis miniſterij crucis figura,
id eſt ſigno perficiuntur?Nunquid baptiſma-
tis vnda,ſiue cruce ſanctificata,peccata rela-
xat?& vt cætera prætereamus, ſine crucis ſi-
gnaculo,quis ſacerdotij gradus aſcendit? Ba-
ptizandus quoq; ſigno crucis ſignatur in frõ-
te, & in pectore. De profundo quidem cru-
cis myſterio, dicetur in vj. parte ſub titu.de
paraſceue: & hic etiam aliqua ſupponamus.
10 ¶ † Sanè crux Domini multipliciter fuit in
veteri teſtamento præfigurata. Legitur ſi-
quidem,quòd Moſes ad mandatum Domini
æneum ſerpentem erexit in palo,in deſerto,
pro ſigno,quem aſpicientes qui percuſsi fue-
runt à ſerpentibus,ilico ſanabantur.Num.xx.
quod ipſe Chriſtus exponens inquit, in euan
gelio:Sicut Moſes exaltauit ſerpentem in de
ſerto:ita exaltari oportet filium hominis:vt
omnis qui credit in ipſum, non pereat:ſed ha
beat vitam æternam.Legitur etiam,quòd cũ
Ioſeph applicuiſſet Manaſſen & Effraim, ad Ioan. 3
Iacob,ſtatuens maiorem ad dextram, & mi- Gene. 48
norem ad ſiniſtram, vt eis ſecundum ordi-
nem benediceret:Iacob manus commutans,
id eſt,in modum crucis cancellans, dextram
poſuit ſuper caput Effraim minoris: & ſini- Deut. 28
ſtram ſuper caput Manaſſe maioris, & dixit:
Angelus qui eruit me de cunctis malis,bene-
dicat pueris iſtis &c. Item Moſes ait: Die ac
nocte erit vita noſtra pendens:& videbitis &
cognoſcetis:Chriſtus enim nocte fuit in cru
ce pendens:quia tenebræ factæ ſunt ab hora
ſexta,vſq; ad nonam. Quod etiam fuerit pen
dens,certum eſt. ¶ Rurſus legitur Ezechie-
lis ix. Ezechiel audiuit Dominum dicentem Mat. 17
ad virum veſtitum lineis: habentem atra-
mentarium ſcriptoris ad renes: Tranſi per
mediam ciuitatem, & ſigna Thau in fronti-
bus virorum dolentium, & gementium: &
poſt hæc dixit vij.viris:Tranſite per mediam
ciuitatem,& percutite omnem, ſuper quem
non videbitis Thau:nemini parcet oculus ve
ſter. Item Hiere. Congregabo omnes gen-
tes,& erit eis in ſignum Thau.Item alibi: Et Eſa. 9
erit principatus eius ſuper humerum eius.
Chriſtus enim portauit ſuper humeros cru-
cem,in qua triumphauit. Ioannes quoq; vidit Apoc. 7
angelum aſcendentem ab ortu ſolis, haben-
tem ſignum Dei viui:& clamabat voce ma-
gna quatuor angelis, quibus datum eſt no-
cere terræ & mari, dicens: Nolite nocere
terræ & mari, neq; arboribus quouſq; ſigne-
mus ſeruos Dei in frontibus eorum. Item
lignum miſſum in Marath, aquas dulcorauit Exod. 15
amaras: & ad lignum miſſum in Iordanem,
ferrum quod inciderat, enatauit: hoc eſt li-
gnum vitæ in medio paradyſi:de quo ſapiens
proteſtatur:benedictum lignum,per quod fit
iuſtitia:



Gen. 31 iuſtitia: quoniam regnauit in ligno Deus.
11 Hoc ergo crucis ſigno ſe armat Eccleſia, in
pectore,& in fronte:ſignificans crucis myſte
rium eſſe corde credendũ: & manifeſtè ore
confitendum.Per hoc enim ſignum confun-
ditur ciuitas diaboli,& triũphat Eccleſia:ter-
Sap. 14 ribilis vt caſtrorum acies ordinata: iuxta il-
lud: Terribilis eſt locus iſte &c.& alibi: Vidi
ciuitatem magnam ſanctam,Hieruſalem, no
nam &c. Augu. tamen dicit xj. diſti. Eccleſia
ſticarũ. quòd nulla ſcriptura noui teſtamenti
vel vete. docet fideles crucis ſignaculo inſi-
12 gniri.¶ † Eſt autem ſignum crucis tribus di-
gitis exprimendum:quia ſub inuocatione tri
nitatis imprimitur.De qua propheta ait:Qui
appendit tribus digitis molem terræ. Eſa.xl.
Pollex tamen ſupereminet, quoniam totam
fidem noſtram ad Deum vnum & trinum re
ferimus:& mox poſt ipſam inuocationẽ tri-
Pſal. 85 nitatis poteſt dici verſus ille:Fac mecum Do
mine ſignũ in bonum,vt videant qui me ode
runt, & confundantur: quoniam tu Domine
adiuuiſti & conſolatus es me. Iacobitæ verò
aſſerentes,ſicut & Euticiani,vnam tantum na
turam,ſcilicet,diuinam eſſe in Chriſto: & ſi-
cut vna eſt perſona, vno tantùm digito ſe ſi-
gnare dicuntur: quorum error in canonibus
extirpatur xij.diſtin. ca.j.& ij.xxiiij.q.iij.qui-
13 dam. ver. Euticiani. ¶ † Verùm quidam ſi-
gnant ſe à fronte deorſum: in quo illud ex-
Pſal. 17 primitur myſterium, quòd inclinauit Deus
cœlos, & deſcendit in terram. Deſcendit
quidẽ, vt nos de terra eleuaret in cœlum.
Deinde à dextra ad ſiniſtram:primò vt æter-
na,quæ per dextrã,temporalibus,quæ per ſi-
niſtram ſignificantur, præferendo deſignẽt.
Secundò ad notandum, quòd Chriſtus de
Iudæis tranſiuit ad gentes.Tertiò,quia Chri
ſtus à dextra, id eſt, à patre veniens, diabo-
lum, qui per ſiniſtram ſignificatur in cruce
Ioan. 16 peremit. vnde:Exiui à patre, & veni in mun-
dum.Alij verò ſignum crucis à ſiniſtra, pro-
ducunt in dextram fulti authoritate illa:
Egreſſus eius à patre, excurſus vſq; ad infe-
ros:recurſus ad ſedem Dei.Incipiunt enim ſe
ſignare à parte ſuperiori:quæ patrem ſignifi-
cat,& deſcendunt ad inferiorem, quæ mun-
dum deſignat: deinde à ſiniſtra parte, quæ
infernum, producunt ad dextram, quæ cœ-
lum ſignificat. Nam Chriſtus deſcendit de
cœlo in mundum: de mundo ad infernum:
ab inferno aſcendit in cœlum: vbi ſedet ad
dexteram Dei patris. Secundò hoc faciũt, ad
inſinuandum, quia de miſeria tranſire debe-
mus in gloriam:& de vitijs,quę per ſiniſtram
ad virtutes, quæ per dextram ſignificantur:
vt legitur in euangelio Matt. nam & Chri-
ſtus de morte tranſiuit ad vitam. Tertiò,quia
Chriſtus à temporalibus, ad æterna per fi-
14 dem crucis nos eleuat. ¶ † Conſiderandum
autem eſt, quòd qui à ſiniſtra producunt in
dextram ſeipſos, & alios pariter conſignant:
ſed tunc ſuper illos ſignum crucis à dextra
in ſiniſtram producunt:quia non conſignant
eos,quaſi vertentes dorſum:ſed quaſi faciem
præſentantes: ſed & cum ſuper alios princi-
paliter ſignum crucis imprimunt, etiam ſei-
pſos à ſiniſtra in dextram: ſed alios à dextra
15 in ſiniſtram conſignant.¶ † Sanè regulariter
in omnibus euangelicis verbis debemus fa-
cere ſignum crucis,vt in fine euangelij,ſym-
boli, dominicæ orationis, gloria in excelſis
Deo, ſanctus, Agnus Dei,benedictus Domi-
nus Deus Iſraël, magnificat, & nunc dimit-
tis:& in principio horarum, & in fine miſſæ,
quando ſacerdos dat benedictionem: &
etiam vbicunq; de cruce vel crucifixo men-
tio fit: quæ etiam omnia ſtando, ſicut &
euangelium audire debemus. In omni etiam
actu noſtro ſignum crucis facere debemus.
Vnde Ambr. ad omnem actum inceſsũm ve,
16 manus impingat in crucem. ¶ † Et aduerte,
quoniam crucis figura quadripartita eſt: vel
propter quatuor elementa, quæ in nobis vi-
tiata,Chriſtus ſua paſsione curauit: vel pro-
pter homines, quos ex quatuor partibus or-
bis ad ſe traxit: iuxta illud: Si exaltatus fue-
ro à terra, omnia traham ad meipſum. Vel
& hæc quadratura pertinet ad moralita-
tem: habet enim longitudinem, latitudi-
nem,ſublimitatem, & profundum. Profun-
dum eſt acumen, quod terræ infigitur: lon-
gitudo eſt inde ad brachia: latitudo eſt in
expanſione: latitudo ſeu ſublimitas, eſt
à brachijs vſque ad caput.Profundum ſi-
gnificat fidem, quæ eſt poſita in funda-
mento: altitudo, ſpem, quæ eſt repoſita in
cœlo: latitudo, charitatem, quæ eſt ad ſi-
niſtram: & ad inimicos extenditur: longi-
tudo perſeuerantiam, quæ ſine fine con-
cluditur. De hoc dicetur in ſexta parte
ſub titul. de paraſceue. De ſigno crucis,

quod ſit in principio,& in fine euanlegij , di-
ctum eſt in quarta parte, ſub tit. de euange-
lio. ¶ Poſt Deus in adiuto.meũ intende &c.
17 ſtatim† in ſingulis horis ſubijcitur, Gloria pa
tri & filio.Sicut erat &c.quos duos verſus bea
tus Hiero.ſcripſit inter opuſcula , quæ Papæ
Damaſo miſit:& ipſius rogatu idẽ Damaſus
illos in fine pſalmorũ cantari inſtituit:ipſum
tamen verſum,Gloria : Nicæna ſynodus di-
citur ediditſſe. Quia enim Dominus dixit:
Adhuc te loquente ecce adſum.ideò quaſi iã
nos intellexerimus exauditos eſſe,gratiarum
actiones trinitati tribuimus, dicentes:Gloria
18 patri &c.¶ † In exequijs tamen mortuorum
nec Deus in adiutorium:nec Gloria patri di-
cimus.quia in illis ſaluatoris exequias imita-
mur:in quibus hæc ceſſant:prout in ſequenti
parte ſub tit.de quinta feria cœnæ Domini
dicetur. Similiter poſt vnũquẽq; pſalmum,
19 dicitur Gloria patri &c.quia † verſus iſte to-
tius trinitatis ſimplex laus eſt. Pſalmus nãq;
bonam operationem ſignificat : qua finita
meritò Deo gloria danda eſt , qui pro omni
opere bono laudandus eſt, & nũc,& ſemper,
ſicut laudandus erat in principio,quando cœ-
lum & terram creauit. Sicut enim ſibi ſoli
laus eſt de creatione cœli & terræ:ſic & ei
laus eſt de omni opere bono , nunc & ſem-
per. In præmiſſo quidem verſu : Sicut erat in
prin.&c.multipliciũ temporum varietas de-
monſtratur : videlicet , in Sicut erat in prin.
præteritum:in & nunc ,præſens:in & ſemper,
futurum & æternum : in & in ſecula ſeculo-
rum,longitudo magna.Vnde Origeñ. Quo-
ties ſecula ſeculorum nominantur , fortaſſe
licet nobis ignotus, tamen à Domino ſtatu-
20 tus aliquis terminus indicatur . † Legitur
quòd Ildebrandus prior Cluniaceñ. factus
Papa,Gregorius dum in minoribus agens, le
gationis officio fungeretur , archiepiſcopum
Ebreduñ. de ſimonia accuſatum & accuſato-
res omnes corrumpentem.ita vt conuinci nõ
poſſet,miraculosè conuincit : præcepit enim
illi, vt diceret verſum Gloria patri &c. Ille
verò licet expeditè diceret Gloria patri &
filio:tamen & ſpiritui ſancto proferre non
poterat:quippè quia in ſpiritum ſanctum pec
cauerat.Reatum ergo ſuum confeſſus,& de-
poſitus:mox expeditè & ſpiritui ſancto pro-
21 nuntiauit.Et nota,quòd gloria † patri dicitur.
xxiiij.vicibus in nocturnis feſtiuitatũ : prout
dicetur in ſexta parte ſub ti.de feria quinta
cœnæ Domini:quod fit in honorem xij.Apo
ſtolorum,qui ſunt xij.horæ Diei,id eſt,Chri-
ſti à vero ſole illuminatæ : & ſunt xij. horæ
noctẽ,id eſt,Eccleſiam illuminantes:qui Do
minũ gloriæ in nocte huius ſeculi prædica-
22 uerunt.Tullius † dicit , quòd gloria eſt fre-
quens de aliquo fama,cum laude, Ambr. di-
cit , quòd gloria eſt clara cum laude notitia.
Aug.dicit in v.diſtin. de ciuita. Dei.de gloria
ſeculi,quòd gloria, eſt iudiciũ hominũ bene
de hominibus opinatum. Et poſt , gloria pa
tri ſubijcitur , allelu Ia : de quo ſub titu. de
24 prima dicetur. Hymni † quoq; tã ex inſtitu-
tione Gelaſij Papæ , quàm ex approbatione
conciliorum Tholetani , & Agatheneñ. de
conſec.diſtin.j.de hymnis.& diſtin. v.conue-
nit. in ſingulis diuinis officijs canuntur. Eſt
autẽ ὕμνος,Græcè,latinè laus Dei, cum can-
tico vel vox humana in laudẽ Dei metricè
cõpoſita. Canticũ verò eſt exultatio mentis
habita de æternis in vocẽ humanã prorum-
pens : quia verò pſalmi ſunt hymni , vnde &
pſalteriũ , dicitur liber hymnorum : ideò in
quibuſdã Eccleſijs hymnos non cantant:
quod tamen approbandũ non eſt : quoniam
non ſine cauſa ſunt à ſanctis patribus inſti-
tuti : & præterea non omnis hymnus pſal-
mus eſt : vt quando nil operando , Deũ cum
mentis exultatione laudamus , propter quã
laudẽ exprimendã hymnus cantatur. Pſalmi
vero opera bona ſignificant : vt infrà dice-
24 tur.¶Illud † autẽ notandũ eſt,quòd in diui-
nis officijs hymni præcedunt pſalmos:in no-
cturnis verò,ſcilicet in veſperis , cõpletorio,
& laudibus matutinis econuersò. Dies enim
pertinet ad ſpirituales , qui habent gaudium
conſcientiæ:nox pœnitentes , qui habent re-
morſum conſcientiæ:illos exultatio inducit
in operationẽ:quibus dicitur : Cãtate ei can-
ticũ nouũ , bene pſallite ei in vociferatione. Pſal. 32
Iſtos per operationẽ oportet venire ad exul
tationẽ.Idcirco in diuinis officijs hymni præ-
cedunt pſalmos.In nocturnis verò ecõuersò:
in veſperis autẽ & in prima quo loco hymni
canentur vbi dicetur.Rurſus ſtando hymnos
cantamus in erectione corporũ , oſtendentes
quòd in laudando Deũ corda ſurſum erecta
habere debemus. Veruntamen , niſi mens
conſonet linguæ,certũ eſt, vocẽ quantũlibet
25 clamoroſam Domino non placere.¶† Diffe
rentia ergo eſt inter pſalmum , hymnũ , &
canticum.Nam in pſalmo opera , in hymno
laus,in



laus,in cantico,mentis exultatio intelligitur:
de quo dicetur ſub titu. de laudibus matuti-
nis. De his tribus dicit Apoſtolus ad Coloſſ.
iij.In pſalmis,& hymnis , & canticis ſpiritua-
libus cantantes & pſallentes in cordibus ve-
ſtris Domino.xciij.diſt.cantantes. & in his tri
bus varietatibus omne genus muſicorũ acci-
pi poteſt, prout iam dicetur in no.teſt. Hila-
rius Pictaueñ.epiſcopus primus hymnorum
carmine floruit & poſt eum Ambro.ideóque
hymni Ambroſiani dicuntur:quia eius tẽpo-
re plurimùm in Eccleſia Mediolañ. cantari
cœperunt.Poſteà verò in Eccleſijs occiden-
talibus quæcunq; carmina in Dei laudẽ bene
dicuntur,hymni vocantur.Aug.dicit in li.cõ-
feſſionum , quòd cum Amb. a Iuſtina impe-
ratrice Ariana perfidia damnata,perſecutio-
nem pateretur,& intra Eccleſiam cum plebe
catholica inſidijs vrgeretur,inſtituit hymnos,
& pſalmos ſecundum morẽ orientalium de-
cantari:ne populus mœroris tædio contabe-
ſceret,quod ad omnes fuit poſtmodùm deri
uatum.Et aduerte,quòd in quibuſdam Eccle
ſijs hymnus natalis Domini,& feſtorum il-
lius ſeptimanæ ſub eodem cantu dicuntur.
Ratio eſt , quoniam ſicut membra ad caput,
ſic ſancti ſe habent ad Chriſtum à quo,ſicut
à capite influentiæ æternæ beatitudinis par-
ticipare noſcuntur. Quia igitur hoc inchoa-
tum exiſtit in eius natiuitate , & conſumma-
tum in reſurrectione: quia tũc chirographus
damnationis deletus eſt,& reſeratum cœlũ,
quod tot annis manſerat clauſum:idcirco eo
præcipuè tempore ſolennitates ſanctorum
ſub cantu ſolennitatis Chriſti rationabiliter
recoluntur : Hoc autem non contingit in
cantu hymnorum paſchalis temporis:in quo
ſignificatur , quòd ſanctorum gloria in ipſis
nondum totaliter eſt perfecta,propter appe-
titum reſurrectionis corporum ſuorum : &
ideò ipſi Chriſto nondum totaliter confor-
26 mantur.¶Antiphonæ quoq;† in ſingulis ho-
ris ex inſtitutione beati Ambroſij , dicuntur,
pro eo quòd beatus Ignatius tertius à beato
Petro, Anthiochenus epiſcopus audiſſe legi-
tur,in tripartita hiſtoria ſuper quendam mon
tem angelorum choros antiphonas canen-
tes.Inde enim græci primò antiphonas cõpo
ſuerunt:& eas cum pſalmis in choro,quaſi in
chorea cantari ordinauerunt : qui mos ad
vniuerſas tranſiuit Eccleſias : vt iam vbique
antiphonæ decantarentur. Dicuntur autem
antiphonæ,reſpectu ad pſalmodiam ,cui re-
ſpondent:ſicut & reſponſoria, reſpectu ad hi
ſtoriam:vnde & antiphona,dicitur quaſi ante
27 pſalmum ſonans.† Inchoatur enim ante pſal
mum,qui opus ſignificat:ipſa verò ſignificat
charitatis copulam ſeu mutuam dilectionẽ,
ſine qua opus non prodeſt:& per quam opus
incipit meritorium eſſe.Rectè igitur, ſecun-
dum eius tonum,melodia pſalmi informatur:
quia dilectio opera noſtra informat:& ſecun
dum hoc , dicitur ab ἀντὶ,quod eſt contra,&
φωνὸς quod eſt ſonus: quia pſalmus ſecundũ
melodiam eius intonatur : & manus opera-
tur,ſecundum quod charitatis igniculo exci-
tatur. Pſalmus autem antiphonæ intermiſce
tur,quia fides per dilectionem operatur.Ve-
rùm ante pſalmum imperfectè , & poſt per-
fectè dicitur:quia charitas in via imperfecta
habetur,ſeu hîc initiatur:ſed in patria per bo
na opera,quæ hîc ex charitate fiunt perficie
tur : iuxta illud Eſa. Viuit Dominus , cuius Eſa. 31
ignis in Syon , & caminus in Hieruſalem. In
præcipuis tamen feſtiuitatibus , etiam ante
pſalmum perfectè dicitur,ad notandũ, quòd
in illis perfectiores in bonis operibus nos
28 exhibere debem⁹.† Inchoatur quoq; ab vno
vnius chori , & finitur à pluribus vtriuſque
chori.Primò , quia charitas ab vno , ſcilicet
Chriſto incipit : & in membris eius conſum-
matur ab ipſo , ſicut ipſe dicit in euangelio
Io. Mandatũ nouũ do vobis &c. Deus enim Ioan. 13
prior dilexit nos : vnde & nos communiter 1. Ioan. 4
dilectioni eius correſpondere debemus. Se-
cundò,ad notandum,quòd vox prædicatorũ,
quæ ſemper ad vnitatem tẽdit nos monet:vt
quod vnuſquiſq; ſingulariter operãdo, acqui
rit,alteri per dilectionem porrigat:vt ſi vnus
addiſcit in ſcholis,& alter ſeminat in campo,
tempore fructus doctor ſeminanti doctrinã
29 porrigat,& ſator doctori panem.¶ † Cæterũ
antiphona, poſt pſalmos cõmuniter ab omni
bus cantatur : quia de dilectione commune
gaudiũ ſurgit.Cantatur etiã à duobus choris
alternatim , ad notandũ mutuã dilectionem
ſiue charitatẽ,quæ in paucioribus quàm duo
bus conſiſtere nequit. Coniungit ergo anti-
phona duos choros : vt charitas per bonum
opus coniungat duos fratres.Iſidorus dicit in
30 lib.vj.ethi.† quòd ἀντίφωνον Græcè,interpre
tatur latinè vox reciproca : quia duo chori
ſiue de vno ad vnum reciprocando , viciſsim
melodiarum cantus alternant:quaſi duo Se-

raphin duóq; teſtamenta inuicē ſibi concla-
mantia. Vnde clerici antiphonas cantantes,
non vertunt vultus ad altare, ſed ſe adinuicē
verſi vultibus recipiunt:quod genus canen-
31 di græci adinueniſſe traduntur. Eſt † itaque
antiphona, quædam cantilena diuinis laudi-
bus ad recreationē inſerta. Nihil enim am-
plius charitate recreat animos,quæ quia mo-
dulando cantatur,mentis iucunditatem ſigni
Pſal. 46 ficat : iuxta illud Pſalmiſtæ:Pſallite ſapiēter:
Prou. 3 tunc enim iucūditas ſapida eſt , cùm de Deo
eſt.Tunc etiam manus ſub pennis ſunt. Eze-
chielis j.& in prouer. Beatus vir , qui inuenit
ſapientiam & qui affluit prudentia : quia qui
habet iocunditatē mentis de æternis,de faci
li affluit prudentia,id eſt,bonis operibus, qui
bus ſibi prouidet in futuro.Vel ſecundū Mo
ſen,antiphona , eſt quædam vox,qua ſibi in-
uicem angeli colloquuntur.Sex autem anti-
phonæ quæ diebus feriatis ante pſalmos no
cturnales dicuntur:de pſalmis ſumuntur &
bonorum operum perfectionem , vel ſex
opera miſericordiæ deſignant : quoniam ſe-
narius numerus perfectus eſt. Illæ verò,quæ
dicuntur ſuper benedictus in laudibus:& ſu-
per magnificat in veſperis:de euangelijs die-
rum , in quibus dicuntur ſumuntur , exceptis
illis,quæ in quinta feria dicuntur:prout dice-
tur in ſexta parte , ſub quinta feria ſecundæ
32 dominicæ quadrageſimæ.¶ † Rurſus in qui-
Pſal. 88 buſdam Eccleſijs,in fine antiphonæ fit neu-
ma ſeu iubilus : quia beatus populus qui ſcit
iubilationem: Eſt autem neuma ſeu iubilus,
ineffabile gaudium,ſeu mentis exultatio ha-
bita de æternis.Ideóq; in diebus ieiuniorum,
& afflictionum non debent fieri:ſicut nec in
luctu cytharizari:& fit neuma in vnica, & fi-
nali litera antiphonæ , ad notandum , quòd
laus Dei ineffabilis, & incomprehēſibilis eſt.
Ineffabile nanq; gaudium per πνεῦμα, ſigni-
ficatum , quod hic prægustatur , nec penitus
exprimi , nec penitus taceri valet:quare me-
ritò Eccleſia verbis obmiſsis iubilando cum
neuma,quaſi in admirationem proſilit : ac ſi
dicat,quæ vox,quæ poterit lingua retexere
&c.Verba enim hæc non ſufficiunt:nec intel
lectus capit:nec amor etiā dicere ſinit. Quis
enim plenè enarraret, quod oculus non vi-
dit,nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcē
Eſa. 14 dit?Neumatizādo ergo expreſsius quodam-
modo ſine verbis dicit , quòd per verba in-
nuat , quantum ſit illud cœli gaudium , vbi
verba ceſſabunt : & homines omnia ſcient.
Verùm,quia perfectorum tantum iubilus eſt
in magnis feſtiuitatibus,nō tā maiores quàm
etiam minores exultant : inde eſt , quòd in
quibuſdam Eccleſijs in quibus neuma non
dicitur,vox non ſignificatiua in vocem ſigni-
ficatiuam conuertitur : quia loco iubili &
neumæ ,trophi & ſequentiæ decantantur: ad
quas laudes & minores & maiores paſsim
admittuntur : & ideò communiter ab omni-
bus decantantur. In quibus antiphonis dica-
tur neuma, ſeu iubilus , & quare hoc potius
fit in tempore paſchali:dicetur ſub tit.de lau
dibus matutinis. Iubilus autem diuerſa ſigni-
ficat : & in diuerſis locis in eodem reſpon-
ſorio ſæpe fit : prout dicetur in ſexta parte
ſub natali.Item de neuma,quæ fit per allelu
Ia , in quarta parte ſub allelu Ia dictum eſt.
Item,in quibus antiphonis dicatur allelu Ia,
in ſequenti parte ſub feſto natalis dicetur.
33 ¶†Et nota,quòd neuma,neumæ, ſine p.& in
fœminino genere,eſt iubilus:de quo dictum
eſt:ſed πνεῦμα,Græcè,ſcriptum per π.in neu-
tro genere, eſt ſpiritus ſanctus:vtrunq; tamē
pro fœminino ſepe ponitur,in ſcripturis.Sanè
neumæ,quæ in miſſa fiunt,repræſentant gau
dium:quæ potius fieri ſolent in e,vt in Κύριε,
ἐλέησον, vel in a,vt allelu Ia:quàm in alijs vo
calibus : ad notandum gaudium ſpirituale,
quod nobis reſtitutum eſt in partu virginis,
cui facta eſt mutatio huius nominis Eua , in
aue : dicente angelo : Aue Maria , &c. & ibi:
34 Mutans nomen Euæ.Significatio † nanq; hu-
ius nominis Euæ,manſerat vſq; ad angeli ſa-
lutationem.Illam autem ſignificationē Adę
& Euæ naſcentes niſantes exprimunt. Nam
fœmina naſcens profert e, maſculus verò a:
vnde verſus:& dicunt,e, vel a: quotquot na-
ſcuntur ab Eua.Illæ ergo neumæ non ſigni-
ficant dolorem,quem nobis attulit tranſgreſ
ſio Adæ & Euæ : prout quidam ſcripſerunt:
ſed gaudium nobis in præmiſſa ſalutatione
35 virginis reſtitutum.¶ † Rurſus conſideran-
dum eſt, quòd ferè vbicunq; in cantu ſcribi-
tur Hieruſalem, neuma producitur:vt cœle-
ſtis Hieruſalem iubilatio figuretur , exem-
plum habetur in allelu Ia.Te decet : quod
cantatur dominica x.poſt pente.Idem etiam
eſt quoties allelu Ia duobus verſibus inſigni-
mus , vt de ſtola duplici gaudeamus .exem-
plum eſt in Allelu Ia:Paſcha noſtrum, quod
dicitur in die reſurrectionis , & in allelu Ia
Angelus



Angelus Domini: quod dicitur in ſexta feria:
tunc ſequenti. Vtrunq; enim allelu Ia , duos
habet verſus,prout gradualia antiqua oſten-
dunt:& ſic de alijs. In quibuſdam tamen fe-
ſtiuitatibus quidam verſiculi in nocturnis an-
tiphonam precedunt.de quo in ſequenti par-
te,ſub dominica de trinitate dicetur.Poſt an-
tiphonas in ſingulis horis diurnis & noctur-
nis,ex inſtitutione Damaſi Papæ pſalmi ad
antiphonę ſimphoniam canuntur, & ſignifi-
cat tempus bonam & diuinā operationem.
Pſal.143 Vnde Dauid:in pſalterio decachordo pſal-
lam tibi. In tali enim inſtrumento pſallebat,
innuens , quòd in pſalterio ſpirituali ſpiritu
viuificato per fidem debemus pſallere Deo
decem legis mandata implendo. Ipſe autem
36 † Damaſus inſtituit , vt chori in duas partes
diuiſi pſalmos canerent alternatim:& dicun-
tur pſal.alternatim ad notandum alternam
ſanctorum ad bene operandum exhortatio-
nem. Priſcis nanq; temporibus confusè &
quaſi in chorea dicebantur:ideóq; ſancti pa-
tres ordinauerunt,vt alternatim dicerentur,
id eſt,vna pars chori vnum verſum, & altera
alium diceret. quod beatus Ignatius primus
ſtatuiſſe fertur in Eccleſia Antiochena : pro
eo,quòd in viſione audiuit angelos antipho-
natim pſalmos pſallentes. de hoc etiam di-
ctum eſt in prima parte ſub titu. de Eccleſia.
Dicuntur etiam alternatim , ad notandum
quòd alter alterius onus ferre debet. Pſal-
mos quoq; ſtando , dicimus , ad oſtenden-
dum , quòd ſtantes in bonis operibus vinci-
mus. Dum enim populus Iſraël cum Ama-
lech pugnabat, quandiu Moſes manus leua-
bat, populus vincebat : quando verò manus
dimittebat,populus vincebatur.xxxvij.diſtin.
ſi quis vult. Eleuatio igitur ad ſtandum , ſi-
gnificat mentis noſtræ deuotionem:vt ſtatu
corporis mentis affectionem monſtremus:vi
delicet nos paratos eſſe,ſiue ad domādū car-
nem,ſiue ad exercitium operis.Lectiones ve-
rò , quæ ſunt doctrina noſtra , in ſilentio &
ſedendo audimus : quoniam doctrinam ſe-
dendo,& quieſcendo recipimus:vnde eccle-
Eccl. 38 ſiaſticus:Sapientiam ſcribe in tempore ocij:
Esa. 32 & qui minoratur actu , percipiet eam:Et ite-
rum:verba ſapientiæ in ſilentio,& quiete di-
ſcuntur. Et propheta ait: Erit cultus iuſtitiæ
ſilentium.v.q.iiij.in loco. Sanctos quoq; ſtan
tes oramus,ſignificantes eos in perpetua læ-
titia fore.Iuxta illud:Stantes erant pedes no Pſal. 121
37 ſtri in atrijs tuis Hieruſalem.¶ † Sanè in diui
nis horis ſex pſalmi dicuntur , per quos ſex
opera miſericordiæ denotantur , quibus in
vinea Domini laborantes intendere debēt:
quaſi piè , & mundo corde & exerceamus
nos : à ſeruitute Diaboli liberati, ad liberta-
tem vitæ perueniemus : & retributionem
diurni denarij recipiemus. Veruntamen ſub
tribus glorificationibus dicuntur , ad inſi-
nuandum fidem ſanctæ trinitatis , ad quam
diuina ſunt opera referenda.In veſperis verò
quinq; dicuntur : prout ibi dicetur : & ſunt
pſalmi horarum inuariabiles,prout ſub com-
38 pletorio dicetur.¶ † Illud quoq; prætermit-
tendum non eſt , quòd vnus atq; idem pſal-
mus in varijs feſtiuitatibus cantatur : pro
eo, quia ibi verſus pertinentes ad illas inue-
niuntur : verbi gratia. In natiuitate Domini
cantamus pſalmum: Eructauit : propter ver-
ſum illum:Specioſus forma. Cātamus etiam
illum,in feſto virginum,propter verſum:Ad-
ducentur regi virg.&c. & etiam in feſto Apo
ſtolorum, propter verſum : Pro patribus tuis
&c. Item pſalmus: Quare fremuerunt gen-
tes:cantatur in natiuitate , propter verſum:
Dominus dixit ad me. Et in paſsione Domi-
ni,propter verſum : Aſtiterunt reges terræ:
& ſic de alijs.Præterea , vnum & idem voca-
bulum ſæpe diuerſimodè accipitur : verbi
gratia : Hoc nomen templum ſignificat cor-
pus Chriſti.vt ibi:Soluite templum hoc. Ali- Ioan. 2
quando ſignificat templum materiale : inde
eſt , quòd pſalmum illum : Magnus Domi- Pſal. 47
nus &c.cantamus in natiuitate , propter ver-
ſum illum : Suſcepimus Deus &c. intelligi-
mus enim ibi de templo corporis.Cantamus
etiam eundem pſalmum,in purificatione : &
ibi accipimus de materiali templo , in quo
fuit eadem die præſentatus. De pſalmodia
tam nocturna , quàm diurna in ſuis locis di-
cetur. ¶ Et not.ſecundum Hiero. de conſec.
diſtin. v. non mediocriter : quòd melior eſt
quinque pſalmorum cum cordis puritate,
& ſerenitate ſpirituali , & hilaritate, decan-
tatio , quàm totius pſalterij cum anxietate
39 cordis atq; triſtitia modulatio.¶ † Poſtre-
mò notandum eſt , quòd pſalmi graduales
ſunt quindecim, qui ſignati ſunt per quinde-
cim gradus, quibus aſcendebatur ad templū
Salomonis , quod erat in monte. Hos quin-

decim gradus,vocant quidam canticum gra-
duum:eò quòd in quolibet præmiſſorũ quin
decim graduum ſinguli pſalmi decantaban-
tur:& verbum graduum, caſus genitiui eſt.
De dictis gradibus dictum eſt in prima parte
ſub tit.de altari. Significati ſunt etiam dicti
quindecim pſalmi, per alios quindecim gra-
dus Ezechielis:quibus viſum eſt ei aſcẽdere
in ciuitatẽ Dei. de qbus habetur de pœ. diſt.
ij.dum ſcientiã.& Ezechielis x. vbi primò ha-
betur de ſeptem gradibus:& poſteà de octo.
Nẽpe quindenarius numerus, conſtat ex nu-
mero ſeptenario, & octonario: ſeptenarius
refertur ad vetus te.quia aliqui ſeptimũ diẽ:
ſeptimum menſem, & ſeptimũ annum cele-
brant:octonarius, ad nouum teſtamentũ re-
fertur:propter reſurrectionem vnicam, quæ
octauo die facta eſt. Quindecim ergo pſal-
mos pſallimus,oſtendentes,quòd vtriuſq; te
ſtamẽti præcepta obſeruare debemus:quinq;
pſalmi, quinq; corporis ſenſus per quos pec-
camus,ſignificat:& ideò in aliquo illorũ non
dicitur Gloria patri:quia illa peccata, quę per
quinq; ſenſus corporis committuntur, nobis
non Deo imputare debemus:ſed dicitur poſt
illos requiem æternam:quoniam in illis pro
defunctis oramus:ac ſi dicatur:Oramus Do-
mine, ne pro peccatis illis, quæ cõmittuntur
corporis ſenſibus, vita negetur æterna: ſed
per Dei miſericordiam requies concedatur
æterna.In ſequentibus decẽ pſalmis nobis,&
noſtris proximis,& congregationibus,& prę-
latis Dei miſericordiã implotamus: & glo-
ria patri ſubiungimus: quia quòd à catena
peccatorum abſoluimur: quòd te Deũ toto
corde perquirimus: quòd tuum decalogum
obſeruamus: non nobis Domine, non nobis,
Pſal.113 ſed nomini tuo gloriam exhibemus.¶ Rur-
ſus numerus decem ex ſeptenario & trinario
conſtat. Trinarius ad præcepta primæ tabu-
læ,quæ ad Deum ſpectant: ſeptenarius verò
ad præcepta ſecundæ tabulæ quæ ad proxi-
mũ ſpectant,refertur: ac ſi dicat quòd deca-
logus obſeruatur, per Deũ eſt. Verſiculi etiã
in ſingulis dicuntur horis. Legitur enim in li
bro Numeri, quòd dum arca Domini, quæ
Eccleſiã figurabat in tabernaculo reponeba
Num.20 tur,dicebat Moſes: Reuertere Domine, ad
multitudinẽ filiorũ Iſraël. Sanè reuerſio Do
mini ad Iſraël,nihil aliud eſt:quàm vt reuer-
ti faceret Iſraël ex toto corde ad ſe. Deus
enim,cui omne tẽpus præſens eſt, non habet
ad quos reuertatur:ſed intelligitur reuerte-
re,id eſt fac nos reuerti ad te.Iuxta illũ ergo
40 † morẽ verſiculi dicuntur:vt ſi fortè mentes
noſtræ cogitando vana præ nimio pſalmorũ
opere deuiauerunt,audito verſu conuertan-
tur ad orientem,id eſt,ad Chriſtũ qui eſt no Zach.6
ſter oriens:ſeu ad mentẽ, ſecundũ verſus ſi-
gnificationẽ: qui ab ipſa reuerſione nomen
traxit:nam dicitur à verto, vertis, & inde eſt,
ꝙ dũ verſ.dicitur,ad orientem ſiue ad altare
nos vertimus. Rectè ergo verſus,qui,ſignifi-
cat fructũ boni operis,alta & acuta voce dici
tur:ad excitandũ pigros, qui in laudãdo Deũ
& intelligẽdo diuina,torpent,vt reuertamur
ad cor:vt videlicet eo audito, omnis cogita-
tio,quæ fortè videndo tẽporalia, foras exijt,
reducatur intra nos.¶ Rurſus verſus noctur-
nalis ſignificat:qa ab officio pſalmorũ ſiue à
labore, tũc nos vertimur ad officia lectio-
num ſiue ad quietẽ: vt qui pſallendo ſtabat,
nunc ad lectionẽ ſedeat. Vnde verſus dicitur
à vertendo:de hoc dictũ eſt in quarta parte
ſub titu.de graduali.¶ Et no.quòd in quibuſ-
dam Eccleſijs in die dominica poſt primum
nocturnum, dicitur iſte verſus: Memor fui
nocte nominis tui Domine. Poſt ſecundũ di-
citur. Media nocte ſurgebam. Poſt tertium:
Exaltate Domine.Primum ſiquidem verſus,
ſcilicet memor fui &c. ad quid Eccleſia de
lecto ſuo ſurrexit oſtendit:quo verò tempo-
re ſurgendum ſit,notat.Secundus,ſcilicet me
dia nocte,&c.& ad quid ſurgendum ſit oſten
dit, quod ſequitur: ad confitendum nomini
tuo. Verùm quidam nolentes mentiri, quia
non ſurgunt in media nocte,loco huius ver-
ſus,ponunt illum:Quoniam tu illuminas lu- Pſal.17
cernam meam Domine.Quòd tamen media Pſal.118
nocte ſurgendum ſit, oſtendit Dauid dicens:
media nocte &c. & alibi: Præueni in matu-
ritate & clamaui:quod idem eſt:nam imma-
turitate vnica eſt dictio. Vnde & quidam li-
bri habent in maturitate: & ſonat in matu-
ritate,quaſi tempus non apertum operi.Alia
tamẽ litera habet præueni intẽpeſta nocte,
quia tempeſtũ apud antiquos idem erat,quod
opportunũ,à tẽpore vel à tẽpeſtate vocabu-
lo dicto. Vnde in antiquis hiſtorijs ſæpe ita
legitur: hoc factũ eſt in illa tẽpeſtate,id eſt,
in illo tẽpore:vnde intempeſtiuũ vel intem-
peſtũ, aiũt, tẽpus inopportunũ,id eſt noctur
nis actionibus non opportunũ. Tertius autẽ
verſus,ſcilicet exaltare Domine &c.manife-
ſtè per



ſtè pertinet ad nouum teſtamentum, in quo
ſaluator noſter,ſecũdum humanitatem fuit
exaltatus:quidam tamen dicunt tunc: Ego di
Pſal.40 xi Domine miſerere mei:quia ad gloria quæ
data eſt tempore noui teſtamenti,nõ perue-
41 nitur,niſi per remiſſionem peccatorũ.¶ † Sed
quæritur,quare verſiculi in nocturnis ante le
ctiones dicuntur:in alijs verò horis poſt capi
tula? Reſpondeo in nocturnalibus lectioni-
bus propter earũ vniuerſitatem,& magnitu-
dinẽ ſedere ſolemus. Ne igitur propter lon-
gam ſeſſionem aut propter laſſitudinem,ſiue
otium obliuiſcamur doctrinæ Domini, quã
lectiones ſignificant,cogitando fortè inania,
aut dormiendo,vel confabulando,ideò verſu
præcedente ad lectiones audiẽdas incitamur.
In alijs verò horis, quia nec tot,nec tantæ
ſunt lectiones,nõ eſt neceſſe ſedere,nec ver-
ſiculos præmitti.Vel ideò in alijs horis verſus
poſt lectiones dicuntur,ad notandum, quòd
propter interualla horarũ doctrina Domini
non negligitur.¶ Rurſus verſus ſæpe à pueris
cantatur,ad notandum ſeruitium noſtrũ cum
innocentia præſtitum,Domino fore gratum.
De verſiculis,qui in veſperis ſeu laudibus di-
42 cuntur,ſub illis locis dicetur. Et † vide, quia
verſus debet notare,aut ſtatum temporis aut
officij. Statũ temporis notat verſus primæ,
ſcilicet Exurge Chriſte adiuua nos: vbi cum
dicitur:exurge innuit initium operis. Simili-
ter in verſu tertiæ:Adiutor meus eſto Domi-
ne,ne derelinquas me:cum dicitur,ne derelin
quas me.notatur ſtatus pugnæ. Similiter in
verſiculo ſextæ, ſcilicet Dominus regit me,
& nihil mihi deerit in loco paſcuæ: ibi me
collocauit: ſignificatur ſtatus perfectus, &
perfectionis. In verſiculo nonæ, ſcilicet Ab
occultis meis munda me Domine,& ab alie-
nis parce ſeruo tuo:ſtatus demonſtratur fri-
geſcentis dilectionis. Statũ quoque temporis
innuunt verſiculi,qui in paſſione & reſurre-
ctione cantantur.Sed verſus veſpertinalis,of-
ficij ſtatum officij inſinuat:vt veſpertina ora-
tio &c.& dirigatur Domine oratio &c. Ex
quibus verbis colligitur,quòd veſpertina ora
tio actitatur.Poſt verſum ſequitur oratio do-
minica:& poſt eam preces:de quibus dicetur
43 ſub nocturnis.¶ † Lectiones quoq; in ſingulis
horis,tam nocturnis,quàm diurnis dicuntur.
Et dicitur lectio,quia non cantatur, vt Pſal-
mus vel hymnus ſed legitur tantũ.Illic enim
modulatio, hic ſola pronuntiatio quæritur:
Siquidem lectiones nocturnales ſunt doctri
na noſtra:quia per eas docemur opera noſtra
retorquere ad Deum. Obtinent ergo vicem
lectionum,quas doctores faciunt ad ignaros:
per eas quoque ſanctorũ opera imitamur,&
earum cõmemoratione ad Dei laudem com
pungimur:& ideò,vt præmiſſum eſt,ſedẽdo,
& in ſilentio audiuntur. Lecturus autem le-
ctionem,ad librum accedens, ſuper gradum
aſcendit:quia doctor perfectiori vita vulgus
tranſcendere debet.Et à presbytero,vel Epi-
ſcopo benedictionẽ,tanquã legendi licentiã
poſtulat,dicẽs:Iube Domne benedicere:per
44 quod principatus † Eccleſiæ, quódque nul-
lus,niſi à maiore iuſſus, debet in Eccleſia le-
gere,deſignatur.& dicit,donne:& nõ Domi-
ne: quia ſolus Deus verè Dominus eſt.Hinc
eſt,quòd presbyter ſeu Epiſcopus nõ à ſe be
nedictionem largitur:ſed diſcretè à Deo po-
ſtulat illam dari dicens:Benedictionem per-
petuam tribuat nobis &c.In fine verò dicit:
Tu autem Domine miſerere &c. Quia tunc
ſermonem ad Deum dirigit,qui verè Domi-
nus eſt.¶ Rurſus ideò in principio imperfe-
cto,& ſyncopato vocabulo pronuntiat: quia
tunc ad imperfectum:videlicet ad hominem
ſermonem dirigit.Iuxta illud Prophetæ:Im- Pſal.138
perfectum meum viderunt oculi tui. Quod
etiam monachi cõmuniter obſeruant,dicen-
tes:Domnus abbas. Hac quoq; cõſideratio-
ne famuli dominis ſeruientibus alterũ genu
tantùm,ſcilicet ſiniſtrum flectere debent:per
quam partẽ corporalis ſeruitus ſignificatur,
quæ tantùm hominibus & non ſpirituali-
45 bus † debetur:ſed in Eccleſia vtrunque genu
flectendũ eſt:nõ alterũ tantũ:ne Iudæis aſſi-
milemur.Nam & Chriſto omne genu flecte
tur:ad Philippen.ij.c. extrà de immu.eccle.
decet. Salomon quidem pro populo orans
vtrũque genu in terram figebat,& manus ad
cœlũ expandebat:prout legitur iij.Reg.cap.
viij.Eadem etiam ratione,nõ eſt inclinandũ
principi ſeculari,facie recta, ſiue ſecretè ſibi
loquendo,ſiue auſcultando:ſed duntaxat ab
aure ſiniſtra,capite flexo.In fine verò perfe-
ctè & cõpletè pronũtiat:quia ad perfectũ,&
perfecto vocabulo dignũ, videlicet ad Deũ
dirigit ſermonem.Porrò Epiſcopo volenti le
gere & dicenti.Iube domine benedicere nul
lus minor benedicere debet.xxj.diſtin.dein-
de.Vnde & in quibuſdã Eccleſijs nihil ei re-
ſpõdetur:in alijs verò reſpõdet vnus presby-
ter.

ter.Ora pro nobis pie pater ad Dominum:&
tunc Epiſcopus dicit:Magnificate Dominum
mecũ.Tunc autẽ Epiſcopus habet perfectè
pronũtiare:Iube Dñe benedicere:quoniã ad
Deũ,qui perfectus eſt ſermonẽ dirigere in-
telligitur.¶In nõnullis verò Eccleſijs,legere
volẽte Epiſcopo,ſacerdos dicit:Iube Dñe be
nedi.& ipſe Epiſcopus data benedictione le-
git.Cum enim legere lectionẽ, nõ ſit ſacer-
dotis,vel Epiſcopi officiũ,ſed lectoris:ſi nul-
lus alius Epiſcopus vel ſacerdos adſit:poteſt
alius inferioris ordinis tanquã lecturus in per
ſona Eccleſiæ dicere:Iube Dñe bene.& ipſe
ſacerdos vel Epiſcopus lecturus in perſonã
Chriſti ei reddit benedictionem : vel legat
abſq; Iube Dñe benedi.In quibuſdã Eccle-
ſijs ipſe Epiſcopus dicit : Iube Dñe.& minor
cui volũtariè in hoc ſe ex humilitate ſubijcit
benedicit.ij.quæſtio.vij.nõ ſum.ij.quæſtio.v.
46 mandaſtis.Lectione † finita,dicit lector:Tu
autẽ &c.quod neq; de lectione eſt , neque ei
cõtinuatur:ſed ille ad Deũ ſermonẽ dirigẽs,
ſe excuſat.quaſi dicat:Dñe peccaui,legendo
forſan modulatè:pronũtians cupidine laudis
humanæ:vel captãdo ventũ humani fauoris:
& audiẽtes ſimiliter forſan peccauerũt,vanis
cogitationibus intẽdentes,vel à lectione au-
ditũ auertẽtes:autẽ.pro ſed.tu Dñe miſerere
noſtri.Quod verò reſpondetur à cũctis. Deo
gratias:nõ ad Tu autẽ.ſed ad lectionẽ refer-
tur.Eſt enim vox Eccleſiæ Deo gratias exol
uentis ac ſi dicat:Deus pauit nos verbis ſalu-
tis,quæ ſunt cibus animæ : & pro huiuſmodi
beneficio Deo gratias ſupple exoluimus.
47 ¶†Rurſus pluralitas lectionũ pluralitatẽ ſi-
gnificat predicatorũ:qui ſunt tẽpore gratiæ,
ſicut & paucitas in ꝑfeſtis.raritatẽ ſignificat
tempore legis. Sed & viciſsitudines lectorũ,
ſunt ſucceſsiones legatorum , qui dum Iube
Dñe benedi.dicũt,licentiã ꝓficiſcendi petũt:
& dum eis benedicitur,licentia datur:in quo
innuitur,quòd nullus prædicare debeat , niſi
Rom.10 miſſus:quomodo enim prædicabũt,niſi mit-
tantur?Ipſa enim lectio eſt iniunctæ legatio
nis executio:tu autẽ Dñe,legati reuerſio.vbi
in eo,quòd miſericordia imploratur,innuitur
ipſum legationis vel prædicationis officium
nõ ſine alicuius leuis culpę puluere peragere
poſſe.Vnde Augu.Verbũ prædicationis ſecu
rius auditur,quàm dicatur.Prædicator enim
per terram ambulat:& difficile eſt ei,qui per
terram ambulat,pedes nullo puluere ſordi-
dare:& prædicatorem,cum ſe bene prædica-
re ſenſerit , nullius ſpiritu eleuationis erigi.
¶Et attende , quòd ſicut in Eccleſia duo ſunt
48 † ordines ſapientes,& inſipiẽtes:ſic duæ ſunt
lectionũ maneries.In illis enim lectionibus,
quæ ad miſſam legũtur,ſapiẽtes inſtruuntur:
in his verò quæ in nocte dicuntur,inſipiẽtes
erudiũtur:vnde & exponũtur.Et not.ꝙ termi
49 nãtur lectiones quatuor modis.¶Primò†ge-
neraliter per tu autẽ.¶Secũdò in aduentu &
natiuitate,& in epiphania lectiones de Eſaia
finiuntur,per hæc dicit Dominus,cõuertimi-
ni ad me &c.Qui in natiuitate hoc dicũt, mo
uentur ex illo ca.Eſaiæ,quod tũc legitur:Pri Eſa.9
mo tempore, alleuiata eſt : vbi dicitur:Et in
omnibus his non eſt auerſus furor meus,&
populus meus nõ eſt cõuerſus:& ideò Eccle-
ſia hortatur in perſona Chriſti populũ pecca
torẽ,vt cõuertatur.Hoc idem etiã fit propter
eandem cauſam,in quibuſdã Eccleſijs,quan-
do legitur de Hieremia exprobrante duritiã
peccatorũ,qui per pœnitentiã nõ cõuertun-
tur.Tertio modo lectiones,quæ leguntur in
triduo ante paſcha,de trenis Hieremię finiun
tur,per Hieruſalem Hieruſa.conuer.&c.ꝓut
ibi dicetur.¶Quartò,lectiones pro defunctis
finiuntur ſimpliciter,ſine aliquo præmiſſorũ:
in quibuſdã tamen Eccleſijs finiũtur per bea
ti mortui,qui in Dño moriuntur:quod ſumi-
tur ex fine cuiuſdam ſermonis,quẽ Augu.de
mortuis cõpilauit.¶Hoc etiã not.ꝙ in tertio
nocturno legitur euangeliũ,& homilia euan
gelij eiuſdem diei:quia tertius nocturnus de-
ſignat tẽpus gratiæ,in quo euangeliũ recita-
tum eſt:& in quo euangelica prædicatio cele
bratur:prout in titulo de nocturnis dicetur.
50 ¶†Non eſt etiã obmittendũ,quòd antiquis
temporibus eliminatis hæreſibus,quæ verita
tem trinitatis impugnabant , ſancti patres ad
hoc,vt ſancta trinitas magis nota eſſet,ordi-
nauerũt,ꝙ nona lectio ſemper de trinitate le
geretur,& nonũ reſponſoriũ ſimiliter de ea-
dem cantaretur:& ꝙ etiã in prima feria miſſa
de trinitate diceretur.Quo diutius obſerua-
to,& trinitate cunctis innoteſcente , Eccleſia
lectionẽ de trinitate obmiſit.Sed reſpõſoriũ
de trinitate & etiã allelu Ia in miſſa in domi
nicis diebus:vel propter ſolitũ vſum:vel pro-
pter dulcẽ cantilenã in pleriſque locis reti-
nuit:& ita nũc impropriè vocatur reſpõſoriũ.
quia lectioni pręcedenti nõ reſpõdet.Diurnę
verò lectiones à quibuſdam,eò quòd breues
ſunt



ſunt, lecticulæ nuncupantur:à pluribus verò
capitula,eò ꝙ vt plurimũ de capitibus epiſto
larũ illorũ dierum,quibus dicũtur ſumuntur.
Hæc ſiquidẽ, poſt pſalmos & antiphonas,in
ſingulis horis dicũtur,prout ſtatutũ eſt in cõ-
cilio Agathen.de cõſecra.diſtin.v.cõuenit.qui
modus ab Eſdra ſumptus eſt : vt præmiſſum
eſt:& ſignificant capitula doctrinã.Ne enim
Nu.21 propter pſalmodiã audientiũ animus ſibi fa-
ſtidiũ ingerat,ſicut Iudæis,qui mãna faſtidie
bant,propter quod Deus miſit in eos ſerpen-
tes ignitos,qui eos interficiebãt:ideò præmit
titur capitulum,id eſt,breuis lectio ſumpta à
nouo vel veteri teſta.ꝓuocans ad deuotionẽ
quæ faſtidio cõtraria eſt:& exhortãs ad per-
ſeuerãtiã in bono:iuxta illud:Hortamur vos,
ne in vacuũ gratiã Dei recipiatis.In noctur-
nis autem copioſius,quàm diurno officio le-
ctionibus vacamus:quia tunc eis aures libe-
rius accõmodamus.Et dicũtur huiuſmodi ca
pitula ſiue exhortationes in pleriſque Eccle-
ſijs per paſtorẽ,ad domeſticos,& ſciẽtes:quia
ſicut ligna lignis adijcimus,vt ignis magis ar
deat:ita ignitis domeſticorũ cordibus ignita
paſtorũ verba adijciũtur,vt magis igniantur.
Legũtur etiã hæ lectiones,ſine Iube Dñe be
nedi.& abſq; benedictione : quoniã vt pluri-
mum Epiſcopus vel ſacerdos qui vicẽ Chri-
ſti gerũt:& quorũ officiũ tanquã maiorũ,eſt
excitare pigros,illa legũt:cuius propriũ eſt li
centiã & benedictionẽ dare,& nõ petere:nã
maior minori bñdicit,& nõ ecõtrà. Noctur-
nales verò lectiones à minoribus leguntur:
ideò à ſuperioribus licentiã & benedictionẽ
petũt.In his etiã diurnis lectionibus nõ dici-
tur in fine:Tu autẽ:ſicut fit in nocturnalib⁹:
quia ſacerdos debet eſſe perfectus:& qui dia
bolicis ſuggeſtionibus de facili nõ ſuccũbat:
& quia in breui ſermone,& inter familiares
vix eſt,quin ventus humani fauoris captetur:
prout quãdoq; fit in nocturnalibus lectioni-
bus:vt premiſſum eſt.Reſpõdetur tamẽ,Deo
gratias:propter cauſam in nocturnalibus le-
ctionib⁹ aſsignatã.Ad hoc in capitulis hora-
rum officia diuidentes.per præcedentia labo
rem:per ſequẽtia præmiũ ſignificam⁹:ideóq;
præcedẽtia cõſiſtunt in pſalmis:ſequentia in
51 hymnis & canticis. ¶Notandũ † verò eſt,ꝙ
pulcherrimus mos in Eccleſia inoleuit , vt
quater in die & quater in nocte,per ſingulas
diurnæ ſiue nocturnæ pſalmodiæ horas , le-
ctio vna ſiue capitulum de veteri ſiue nouo
teſtamẽto dicatur.Quædã tamẽ Eccleſiæ nõ
dicũt capitulũ in prima,nec in completorio.
Sed quia ſecundũ hoc lectiones noſtræ non
erãt octo:ſicut erãt ſecundũ Eſdrã in veteri
teſta.prout præmiſſum eſt:ideò illæ Eccle-
ſiæ poſt primã legũt in capitulo lectionẽ in
prima prætermiſſam.Dicit enim aliqs,Iube
Dñe benedi.& ſacerdos benedicẽs reſpõdet.
Regularibus diſciplinis &c.quæ ſequũtur.Et
ante cõpletoriũ leguntur.prætermittendũ in
cõpletorio:ſcilicet:Fratres eſtote ſobrij &c.
vel legitur de dialogo,vel huiuſmodi:de hoc
ſub tit.de prima dicetur.Quæritur autẽ,qua-
52 re in nocturnalibus†ſiue diurnalibus lectio-
nibus nõ ꝓnũtiatur author earũ,prout fit in
his quæ in miſſa legũtur?Reſpõdeo:hi qui ſu
per lectionibus & diuinis obſequijs inſiſtunt,
vt ſunt miniſtri & domeſtici Eccleſiæ,earum
authorẽ ex ipſis lectionibus agnoſcunt:quia
igitur illi nocturnalibus lectionibus adſunt
officijs,nõ eſt neceſſe nomẽ authoris expri-
mi lectionũ.In miſſa verò ideò exprimitur:
quia ibi cõueniũt bubulci,operarij,& agrico
læ:vt ſi quis eorũ fortè pro eo,quòd raro ta-
lia audit,incognitã habet hiſtoriã,audiat eius
authorem qui fortè nõ eſt ei cognitus : vt ex
illius authoritate firmius infigantur verba le
ctionis in corde.In quibuſdã tamẽ nocturna
libus lectionibus quãdoq; author ipſarũ ex-
primitur:putà in ſermonib⁹ & homilijs Gre
gorij & Auguſtini,& aliorũ:de quo in procœ-
mio ſeptimę partis dicetur.¶Porrò in cõcilio
Magũtinẽ. in Burcardo lib.viij.c.laicus.ſtatu-
tũ eſt,vt laicus in Eccleſia nõ recitet lectio-
nẽ,nec allelu Ia,dicat,niſi pſalmos tãtũ & re
ſpõſoria,ſine allelu Ia.Reſpõſoria quoq; poſt
lectiones ſubijciũtur:cũ eñ per lectiones Do
ctrinales:per reſpõſoria verò bona opa ſigni
ficẽtur:ritè poſt lectiões reſpõſoria ſubijciũ-
tur,qa ꝑ bona opa doctrinæ reſpõdere debe
mus:ne cũ ſeruo pigro q pecuniã Dñi ſui ab-
ſcõdit,in tenebras exteriores mittamur.Di- Luc.19
53 citur nãq;†rñſoriũ:qa lectioni rñdere,id eſt,
cõſonare debet:vt ſi fortè lectiones ſunt de
actib⁹ Apoſtolorũ , rñſoria ſint ſimiliter de
eodem:vnde nonũ reſpoſorium , reſpondere
ſolet nonæ lectioni:quæ olim erat de trinita
te:prout iam dictum eſt.Hoc tamen fallit in
reſponſorijs de hiſtorijs , quæ poſt euange-
liũ in nocturnis cantãtur:quæ euãgelicis le-
ctionib⁹ nõ reſpõdẽt:de hoc etiã dictũ eſt in
quarta parte ſub tit.de graduali.Dicitur quo-
que rñſoriũ:qa vni cantãti cæteri cõcorditer
rñdẽt:Iuxta illud Apoſtoli j.Co.j.Vt idipſum
omnes

omnes dicamus,& nõ ſint in nobis ſchiſmata.
Cantauit enim vnus,ſcilicet Chriſtus , & Pe-
trus & cæteri eum ſecuti ſunt:vel quia cho-
ro illud cantanti verſus reſpondetur ab vno.
Iſidorus dicit,quòd Italici reſponſoria tradi-
derunt:quæ inde reſponſorios cantus vocãt:
quia alio deſinẽte id alter reſpõdeat.¶Porrò
54 reſponſoria nocturnalia † ſpiritualibus canti
cis comparantur:dicuntur enim cantica:quia
cantantur:ſunt ſpiritualia,quia ex iubilatione
ſpiritualis mentis procedunt.Cantãtur verò,
vt recitatione lectionum ad ſupernæ patriæ
concentũ mentem noſtram incitent ſubleua
ri:quod etiam inſinuat , Gloria patri.quod in
vnoquoque reſponſorio canitur. Cæterũ re-
ſponſorium ab vno incipit,vt ab alijs conci-
nat, per quod fratris ad fratres exhortatio
ad ſeruiendum Deo intelligitur.Per verſum
verò reſpõſorij,qui totus ab vno canitur,ſin-
gularis ad Deũ deprecatio denotatur.Adhuc
reſponſorium cantando quaſi per tubam vo-
cem exaltamus,excitando fratres ad altiora,
vſqueadeò,vt ad laudẽ ſanctæ trinitatis per-
ueniamus : dicentes, Gloria patri & filio &c.
Quandoque autem reſponſorium tres habet
verſus:prout in ſexta parte ſub prima domini
ca de aduentu dicetur. Reſponſorium quoq;
poſt verſum imperfectè recantatur,ad notan
dum,quòd ſi in monte,id eſt,in ſtatu perfe-
Gene.19 ctionis ſaluari non poſſumus,ſaltẽ in ſegor,
id eſt,alia via ſaluemur,in ſtatu videlicet im-
perfectionis.Adhuc ſemiplenè ſiue pro par-
te repetitur.Ad notandũ ea, quæ viuentes fa
cimus imperfecta eſſe.Et fit primò repetitio
à remotiori,quo ad finem:& poſteà à minus
remoto,& vltimo : Gloria patri & filio dici-
tur:prout ſub dicta dominica de aduentu di-
cetur.In feſtiuis verò iterũ totũ perfectè re-
petitur:ad notãdum lætitiam & perfectionẽ
55 ſanctorũ.¶†Orationes ſimiliter in ſingulis
horis dicuntur,per quas promiſſio impetran-
da eſt:Oratio nanq; petitio eſt. Nam orare,
petere eſt:ſicut exorare,eſt impetrare.Et ſe-
cundum Grego.veraciter orare , eſt amaros
in compunctione gemitus,& compoſita ver-
ba ſonare:oratio autẽ Dei miſericordiã ſigni
ficat,quæ præcedit & ſubſequitur hominẽ in
bonis operibus : & ideò dicitur in principio
miſſę & fine.Eſt autẽ vltima oratio Domini,
ad operarios benedictio. Quòd orationes in
fine dicũtur,ab actibus ſumitur Apoſtolorũ,
qui quando diſiungebantur , poſitis genibus
ſuis orabant.Siquidem oraturus ſacerdos,po-
pulum ſalutat,dicens:Dominus vobiſcum:&
hoc ideò,vt illũ animet ad orandũ pro ipſo,
quòd eius oratio ſit accepta Deo , quódque
Deus gratiã ſuam ſibi donet.oratione autem
finita,iterũ orat dicens:Dominus vobiſcũ.de
56 quo ſub titulo de prima dicetur.¶†Et nota,
quòd omne officiũ præter nocturnũ,oratio-
ne & benedictione cõcluditur:ad notandum,
quòd dum in hoc ſeculo ſumus,neceſſe habe
mus presbyterorum orationibus muniri. Et
mos eſt,quando cum famulis Dei familiare
habemus colloquiũ,cùm ab illis ſeparamur,
benedictionẽ ab eis poſcimus.In nocturnis
verò hoc nõ fit,quia ibi nõ fit ſeparatio:ſed
matutinũ,& matutinæ laudes de Deo cõiun-
57 ctim canuntur.¶†Porrò licet Deus ſit vbiq;:
tamen ſacerdos in altari & in diuinis officijs
debet ex inſtitutione Vigilij Papæ verſus
orientem orare.Vnde in Eccleſijs oſtium ab
occidente habentibus,miſſam celebrãs,in ſa
lutatione ad populũ ſe vertit:quia quos ſalu-
tamus facie ad faciem,præſentamus:prout in
quarta parte ſub titulo de ſalutatione dictũ
eſt.& deinde oraturus,ſe ad orientẽ cõuertit.
In Eccleſijs verò oſtia ab oriente habẽtibus,
vt Romæ,nulla eſt in ſalutatione neceſſaria
conuerſio:ſacerdos in illis celebrans,ſemper
ad populũ ſtat cõuerſus.Templũ quoq; Salo
monis,& tabernaculũ Moſi,legũtur ab orien
te oſtia habuiſſe.Exod.xxxiiij.c.Verſus orien
tem ergo oramus:primò memores,quòd ille
qui eſt ſplendor lucis æternæ,ſedentes in te-
nebris illuminauit:quoniã viſitauit nos oriẽs
ex alto:de quo legitur:Ecce vir oriẽs nomen Marc.1
eius.Cuius argumento,in libro Sapientiæ di-
citur:Oportet ad ortũ lucis adorare : & non Sapiẽ.16
quòd diuina maieſtas localiter in oriẽte con-
ſiſtat : quæ potentialiter & eſſentialiter eſt
vbique.Iuxta illud:Cœlum & terram ego im Hier.23
plebo.& Propheta : Si aſcendero in cœlũ,tu Pſal.138
illic es:ſi deſcendero ad infernum, ades . ſed
quia Deum timentibus oritur ſol iuſtitiæ,qui
illuminat omnem hominem venientem in Ioan.1
hunc mundum.¶Secundò ideò verſus orien-
tem oramus , vt animus noſter ſe ad potiora
conuertere admoneatur. ¶Tertiò , quia qui
Deum laudare volunt,non debent ad illum
vertere terga . ¶Quartò , ſecundum Ioan-
nem Damaſ.qui quatuor ſequentes oratio-
nes ſcripſit in quarto libro cañ.v.cap.vt pa-
triam noſtram nos requirere oſtendamus.
¶Quintò,



¶Quintò,vt Chriſtum crucifixum, qui verus
eſt oriens,& ad quem oramus,directè reſpi-
ciamus.¶Sextò , vt venientem iudicem nos
expectare monſtremus. Ait enim idem Da-
maſ.ibidem.Deus paradyſum ſecũdum orien
tem plantauit.vnde hominem tranſgreſſum
exulem fecit,& ante paradyſum ex occiden-
te habitare fecit.antiquam igitur patriã dere
linquentes,& ad ipſam aſpicientes,Deum ad
orientem adoramus. ¶Septimò,quia Domi-
nus crucifixus , ad orientem reſpiciebat,ideò
& nos oramus ad eum reſpiciẽtes:ſed & ipſe
in cœlum aſſumptus,ad orientem ſurſum fe-
rebatur:& ita ipſum Apoſtoli adorauerunt:&
Actu.1 ita veniet:quemadmodum viderunt eum eun
tem in cœlum.ipſum igitur expectantes,ad
orientem adoramus.Daniel quoque in baby
lonica captiuitate , & Iudæi ſimiliter verſus
templum orabant. Augu.tamen ij.diſtinctio.
eccleſiaſticarum.dicit , quòd nulla ſcriptura
nos docuit verſus orientẽ orare.Adhuc ſtan-
tes oramus ſanctos prout iam præmiſſum
58 eſt,vbi de Pſalmis agitur.¶Orandum † autẽ
eſt in Eccleſia,quæ ad hoc inuenta eſt,prout
in prima parte ſub tit.de eccleſia dictum eſt,
Pſal.28 Vnde Pſal.lxvij.In Eccleſijs benedicite Do-
Pſalm.5 mino Deo de fontibus Iſraël:& alibi:Adora-
te Dominum in aula ſancta eius:& illud:In-
Pſal.94 troibo Domine in domum tuam : adorabo
ad templum ſanctum tuum in timore tuo.
Item præceptum eſt coram altari:hoc adora
bis.Item propheta:Venite,adoremus:& pro-
cidamus ante Deum,ploremus coram Domi
no,qui fecit nos:quia ipſe eſt Dominus Deus
noſter : Deus,id eſt,creator.Dominus,id eſt,
redemptor : noſter,id eſt,ſaluator . Sed cum
Deus ſit vbique,vt præmiſſum eſt,quare po-
tius in templo , quàm alibi eſt adorandus?
Prætereà,legitur Ioan.iiij.c.quòd cum mu-
lier Samaritana ſolutionem quæſtionis , quæ
de loco adorationis inter Iudæos & Samari-
tanos ſæpe vertebatur,à Chriſto quæſiuiſſet:
Ioan.4 Patres (inquit) noſtri in monte hoc adora-
uerunt:& vos dicitis quia Hieroſolymis eſt
locus,vbi adorare oportet.Reſpondit illi Ie-
ſus,Mulier,crede mihi,quia venit hora:quan
do neque in monte hoc , neq; in Hieroſoly-
mis.ſupplẽdum eſt tantũ adorabitis patrem:
ſed veri adoratores adorabunt patrem in ſpi-
ritu,& veritate.quaſi dicat,non præfero locũ
in adorando,vbicunque adoretur Deus,dũta
xat in ſpiritu,id eſt,pro ſpiritualibus,& veri-
tate,id eſt æternis.Vnde Chriſtus inquit:Tu
cum oraueris,intra cubiculum tuum,& clau- Matth.5
ſo oſtio,ora patrem tuum. Sed licet vbique
ſit Deus adorandus:ſpecialiter tamen in Ec-
cleſia : aliòquin fruſtra tanto ſtudio,tantóq;
impendio templum Domini fieret , niſi gra
tius in eo adorari acceptaret.Vnde Salomon 4.Reg.8
in templo cõſtructo , & dedicato orauit ad
Dominũ,vt quicunque illud aſcenderet,pro
peccatis ſuis , vel pro quacunq; tribulatione,
clamans ad Dominũ,in his,quæ iuſtè poſtula
ret,exaudiretur:quam orationis formã ſequi
tur Eccleſia in oratione,quã dicit in Eccleſiæ
dedicatione.Adſiſtũt enim angeli,ibi adoran
tibus,vt deuotas eorũ orationes Domino of-
ferant,ſecundũ illud:In cõſpectu angelorum Pſal.135
pſallã tibi:adorabo ad templũ ſanctũ tuũ,ad
confitendũ nomini tuo Domine.Hinc ange-
lus ad Thobiã:Ego obtuli orationẽ tuã Do- Tho.10
mino.Requieſcũt etiã ibi ſanctorũ reliquiæ:
quæ nobis deuotè Deũ adorãtibus,ſuis preci
bus aſſequuntur:quod nos meritis noſtris nõ
valemus.In plateis verò,& in publico , more
Phariſæorum orare à Domino prohibemur.
Quod verò Apoſtolus ad Timotheũ, inquit 1.Tim.2
volo vos orare in omni loco,leuantes puras
manus,ſine ira,ad internã pertinet orationẽ.
In omni enim loco orat , qui per charitatis
officia,& opera bona vbique manus cordis
mundas ad Deũ leuat.Cæterũ,adorandus eſt
59 pater,& filius , & † ſpiritus ſanctus : quoniã
omnes & ſinguli ſunt vnus ſolus , & verus
Deus.Licet enim alia perſona ſit pater , alia
filius,& alia ſpiritus ſanctus : tamen patris &
filij & ſpiritus ſancti vna eſt diuinitas,æqua-
lis gloria , coæterna maieſtas. Vna igitur &
æqualis totius indiuiduæ trinitatis eſt oratio,
de qua ſanè poteſt intelligi,quod ait Domi-
nus:Veri adoratores adorabũt patrẽ,in ſpiri- Ioan.4
tu,& veritate:nãq; qui Deũ veraciter adorat,
ipſe quidem adorat patrẽ in ſpiritu,& verita
te,id eſt,in filio,qui de ſe dicit:Ego ſum via, Ioan.14
veritas,& vita:ego ſum,inquit,in patre,& pa-
ter in me eſt : ideò pater adorandus eſt in fi-
lio, & filius in patre , & ſpiritus ſanctus in
60 vtroq;.¶Eſt autẽ Deus adorandus de † cor-
de puro,cõſcientia bona,& fide nõ ficta.De 2.Tim.2
corde puro:nõ vt quidã faciunt,qui in proſpe
ritate Deum glorificant:ſed eum in aduerſi-
tate blaſphemant,de quibus propheta:Confi Pſal.48
tebuntur tibi,dum benefeceris eis:ſi verò nõ
fuerint ſatiati,murmurabunt.de conſcientia
bona:

bona:non vt quidam faciũt,qui cõtra Deum
grauiſsimè peccãt,& poſteà temerè illi ſacri
Pſal.58 ficant.de quibus Propheta : Peccatori dixit
Pſal.49 Deus:quare tu enarras iuſtitias meas:& aſſu-
Luc.22 mis teſtamentum meũ,per os tuum.iij.quæ-
Eſa.29 ſtio.viij.quod teſtatur illud vtique teſtamen
tum,de quo veritas ait:Hic eſt ſanguis meus
noui teſtamenti.De fide nõ ficta:nõ,vt qui-
dam adorãt,qui rectè dicũt,ſed prauè viuũt:
Matt. 15 quibus Dominus improperat,dicens:Hic po-
pulus labijs me honorat:cor autẽ eorũ lon-
gè eſt à me. Dicunt enim,& nõ faciunt.Ado-
randus eſt itaq; Deus corde , per deuotionẽ:
ore per confeſsionem:& opere per venera-
61 tionem.¶Sunt autẽ duæ ſpecies † adoratio-
* nis,ſcilicet *λατρεία,quæ ſoli Deo debetur:&
* *δουλεία quæ in quibuſdam creaturis adhibe-
tur:vt dictum eſt in quarta parte,ſub quarta
particula canonis , ſuper verbo , ſeruituris.
¶Rurſus canonicæ horæ in ipſis horis diei di
Pſal.33 cendę ſunt:nec obſtat illud Pſalmiſtæ:Bene-
1.Tim.5 dicam Dominũ in omni tempore : nec illud
Apoſtoli:Sine intermiſsione orate:quoniã be
nedicere Dominũ in omni tempore : eſt illũ
ſemper digna cõuerſatione laudare.Sine in-
1.Cor.9 termiſsione orare , eſt omnia in Dei laude
ſeu gloria agere ſicut idem Apoſtolus ait:
Siue mãducatis,ſiue bibitis,ſiue aliquid aliud
faciatis,in gloria Dei facite.xxvj.quæſtio.vl-
tima.nõ obſeruetis.Cæterũ orationem ſalu-
tatio præcedit,& ſequitur ad illam reſpõſio:
prout ſub prima parte dicetur. ¶Finaliter au
tem poſt orationẽ dicitur:Benedicamus Do-
62 mino:quod † ſumptũ eſt de Apoſtolo,vel de
Pſalmo,vel de Hymno trium puerorũ:vbi di
citur:Benedicamus patrem & filiũ &c.Et di-
citur quandoq; à pueris,qui ſunt imperfectæ
Pſal.38 ætatis,ad notandum omnia opera noſtra im-
perfecta eſſe,iuxta illud:Imperfectum meũ
viderũt oculi tui &c.de cõſecra.diſtin.iiij.tu-
lerunt.& quòd omnis laus noſtra,puerilis &
imperfecta eſt ad comparationem Dei,quẽ
laudamus:quicquid enim hìc dici poteſt,mi-
nus à laude Dei eſt.Ac ſi dicat Eccleſia:lauda
mus : ſed laudando non ſufficimus : quia ſu-
Pſal.63 pereminentia Dei eloquiũ noſtrũ,& intelle-
ctum ſuperat:quia accedet homo ad cor altũ,
& exaltabitur Deus.Vnde ab omnibus conſe
quẽter dicitur:Deo gratias:quaſi placet,ſicut
pium eſt in Dei laude ſuperari.Dicitur etiã à
pueris,ad notandũ,quòd ſolũ pueri,id eſt,pu
ri à malitia , dignè laudant Deum & gratias
agunt.Dicitur etiam quãdoq; à maioribus ad
ſignificandũ,quòd in æterna beatitudine,cũ Do
mino perfecti erimus laudatores:quia in hac
vita nõ poſſumus eſſe perfecti.¶Rurſus poſt
ſuffragia,dicitur alia oratio , quæ miſericor-
diam Dei ſignificat:quę pręcedit & ſubſequi
tur hominem in bonis operibus. Dicitur etiã
iterũ:Benedicamus:& Deo gratias:quia ſicut
Dominus poſtquã iterũ poſt reſurrectionem Matt.28
ſuã ſalutauit diſcipulos ſuos, benedixit eis:&
illi gratias referendo,illũ adorauerunt:ita &
presbyter vel alius iterũ dicta oratione,dicit:
Benedicamus Domino : & eſt ſubaudiendũ:
cuius membra ſumus,& in quo benedicimus,
63 & etiam benedicit . † Chorus verò gratias
agens,dicit:Deo gratias:quod ſumptũ eſt de
Apoſtolo:per quod ſignificatur, quòd vſq; in
finem vitæ noſtræ innocentiã debemus ſer-
uare:& Deo benedicere,ei pro beneficijs gra
tias exoluendo.vel benedicamus Domino,
cum Deo gratias,eſt laus finalis,& exultatio
ineffabilis:quæ erit in gloria,cum gratiarum
actione:vel Deo gratias,eſt de conſummato
curſu gratiarũ actio:de hoc etiam dictum eſt
in quarta parte ſub titulo de oratione nouiſ-
ſima.Sed videtur,quòd potius debet reſpon-
deri:Amen,id eſt,fiat,ſeu ita ſit,ſcilicet quòd
Deus ſit benedictus:ſed reſpõdetur Deo gra
tias,vt notetur , quòd hoc ipſum, quod Deo
benedicimus,ab ipſo Deo habemus.¶Porrò,
64 quia † quãdiu viuimus , in lubrico poſiti ſu-
mus : & à dæmonibus impugnamur : quare
ſemper ſanctorũ ſuffragijs indigemus:idcir-
co in pleriſq; Eccleſijs in ſingulis horis poſt
Benedicamus,ſuffragia ſanctorũ ſubijciũtur.
Et nota,quòd quia totũ tempus à natiuitate
Domini,vſq; ad feſtum purificationis,eſt de
infantia ſaluatoris:ideò vt quidã dicunt,non
debẽt fieri tũc cõmemorationes , præſertim
de cruce:Iuxta illud:Nõ coques hœdũ in la
cte matris ſuæ:nec etiam à dominica,de paſ-
ſione vſq; in ſabbatũ , poſt penteco.vt ibi di-
cetur.¶Hoc etiam ſciendũ eſt, quòd quia Pe
trus & Paulus in vita,& in morte nõ ſunt ſe-
parati,prout cantat Eccleſia:ideò nec in com
memorationibus ſeparantur,quæ ſimul fiunt
& cõmuniter de vtroq;.¶Vltimò notandum
65 eſt,quòd cantandi † vſus à veteri teſtamento
ſumpſit initiũ:ſicut in Eſdra legitur:de quo in
parte ſecunda ſub titulo de cantore : & ita in
iiij.parte ſub titulo de alleluia dictum eſt.&
Eccle.c.xlvij.Dedit illis contra inimicos po- Pſal.32
tentiam,



tentiam,& ſtare fecit contra altare cantores,
& in ſono eorũ dulces fecit modulos:& Pſal.
Cantate ei canticũ nouum : bene pſallite ei,
in vociferatione. Celebratur itaq; ei cantus,
vt oſtẽdatur homines debere refundere gra-
tias,& laudes Deo : dum manibus cæteriſq;
membris ſatagunt agere opera , quibus va-
leant Deo placere. Vſum tamen cantãdi qui-
dam reprobãt:prout dictum eſt in procemio
quartæ partis. Ordinem cantilenæ in diurnis,
ſiue in nocturnis horis creditur beatus Gre-
go.plenaria ordinatione diſtribuiſſe:cũ multi
& ante,& poſt eum,orationes,antiphonas,&
66 reſponſoria compoſuerint.¶Et † not.ſecun-
dum Hug.de ſancto Victore, quòd tres ſunt
ſpecies ſonorũ : qui tres modulos faciunt:fit
enim ſonus pulſu,flatu,& voce : pulſus perti-
net ad citharã:flatus ad tubã,& organũ : vox
verò ad cantum.Hæc genera muſicorum an-
tiquus populus in laudẽ Dei exercebat : hæc
autẽ cõſonantia ſonorũ aſsignari poteſt con-
cordiæ morũ:ſi ad pulſum citharæ manuum
operatio,ad flatum organi , mentis deuotio,
ad cantũ vocis,ſermonis exhortatio referan-
tur.Bernar.inquit:Quid prodeſt dulcedo vo-
cis,ſine dulcedine cordis?frangis vocem,fran
ge & voluntatem:ſerua conſonantiã vocum:
ſerua concordiam morũ:vt per exemplũ con
cordes proximo:per voluntatem Deo:& per
obedientiam magiſtro.De organo , dictum
eſt in quarta parte ſub titu.de ſanctis. ¶Rur-
67 ſus † hoc triplex genus muſicorũ ad triplicẽ
differentiã beneficij eccleſiaſtici refertur,ſe-
cundum Richard. Epiſcopũ Cremoñ.in mi-
trali.Nam ipſum officium Eccleſiæ conſiſtit
in Pſalmis,in cantu , & lectionibus. Primum
muſicorũ genus,eſt quod fit pulſu digitorũ:
vt in pſalterio & ſimilibus : & ad id pertinet
Pſal.150 pſalmodia.Iuxta illud:Laudate eum in pſalte
rio & cithara. Dicitur enim pſalterium , à
* *ψάλλειν,græcè,quod eſt tãgere , ſiue pulſa-
re latinè. Secundũ eſt quod fit voce , ſcilicet
humana:& ad iſtud pertinent lectiones:vnde
Pſalmiſta:Bene pſallite ei , in vociferatione.
Et apoſtolus lectionem,vocem vocauit : di-
Actu.13 cens:Ignorantes Ieſum,& vocem propheta-
rum,quæ per ſabbatum leguntur.Tertiũ eſt,
quod fit flatu ſicut in tuba:& ad iſtud perti-
net cantus:vnde Pſalmiſta : Laudate eum in
Pſal.150 ſono tubæ.Sanè rationabiles diuerſorum ſo-
norum concentus , & concordiam varietate
compactam bene,& ordinatè,ciuitatis vnita-
tem ſignificat.Suauis verò cantus fit ex diuer
68 ſis,ſed nõ ex aduerſis vocibus.¶Rurſus † can
tus in Eccleſia,lætitiam cœli ſignificat:voces
verò graues acutæ & ſuperacutæ,innuunt tri
bus modis prædicandum eſſe tribus Eccleſię
ordinibus:propter triceſimum , ſexageſimũ,
& centeſimum fructum:vel iuxta tria volu-
mina Salomonis,ſignificat ordinem incipien
tium,proficientium,& perfectorum:de cho-
ro dictum eſt in prima parte ſub titulo de
69 Eccleſia.¶Sanè † ſtatutũ eſt in concilio To-
letañ.& Gerundeñ.de conſecra.diſtin.ij.inſti
tutio.& diſtin.j.altaria.& xij.diſtin.c.fin.quòd
tam miſſæ ordo,quàm pſallendi & miniſtran
di conſuetudo ſeruetur in omnibus Eccleſijs,
quæ in Eccleſia metropolitana ſeruatur.
Abbatibus quoque vel monachis curam ani-
marum habentibus,non licet publica officia
aliter celebrare,quàm in Eccleſia epiſcopa-
li:quãuis Auguſtin.dicat xij.diſtinctione.illa.
Quod neque contra fidem,neque contra bo
nos mores eſſe conuincitur indifferenter ha-
bendum eſſe:& in eccleſiaſticis ſacramentis
ſit de iure conſuetudo ſeruanda.de conſecra
tione.diſtinctione iiij.de cœna.extrà de cele.
miſ.c.penul.xij.diſtinctione.catholica.

### ADNOTATIO.

** Composita. Hymnorum uſus fuit in nouo Teſtamento,ut teſtatur beatus Augusti.& patet Matthæi c.xxvj. ad Epheſ. v. Quòd & Concilium Toletanum confirmauit,concil.iiij.c.xij.Et Euſebius lib.j.ca. xvj. & xvij. refert in ſingulis locis conſecratam orationis Domum,quæ appellabatur Σεμνεῖον uel μοναστήριον.* N. D.

### ADNOTATIO.

** Ψάλλειν. Theodoritus ſcribit lib.v.cap. xxxij.temporibus Conſtantij Imperatoris, Flauianum & Diodorum eo tempore aduerſus Arrianos multùm pro dogmatibus Chriſtianis laborantes, primos pſallẽtium choros in duas partes diuiſiſſe : & tandem Dauidicam melodiã cantare docuiſſe:idque in Antiochia primùm fieri cœpiſſe:& diſperſum ad terminos totius orbis perueniſſe.*

*niſſe. Similiter & in ſingulis choris uni ex ipſis hoc datum fuit munus, ut quod canendum erat, prior ordiretur, reliqui ſuccinerent. Quæ conſuetudo tempore Baſilij magni fuit: ut patet ex eius epiſtola ad clericos eccleſiæ Nicæos. Quod etiam hodie Eccleſia Christiana obſeruat.* N. DOARD.

### SVMMA.

1 Officij celebrãdi tempus, quãdo incipiat.
2 Officium nocturnum, media nocte celebrandum, quinque de cauſis.
3 Eccleſiæ miniſtri, in primitiua Eccleſia, ter noctu interpellatim ſurgebant ad diuinum officium.
4 Hoſtes Eccleſiæ, quatuor.
5 Noctis vigiliæ, quatuor.
6 Officium nocturnum, quare in quatuor partes eſt diuiſum.
7 Nocturna, quid.
8 Eccleſiam ingrediẽtes, cur ad altare noſmet inclinemus.
9 Officium nocturnum vnde auſpicetur ſacerdos.
10 Inuitatorium, quid ſignificet. Et qua voce dicatur. nu. 11.
12 Inuitatorium, cur aliquando integrè, aliquando imperfectè reperitur.
13 Hymnus cur ſequatur inuitatorium.
14 Oratio dominica, poſt verſus, in officio dicitur. Et quæ partes ſequantur illam. Et quorſum. nu. 15.
16 Nocturnos tres aliquando, aliquãdo vnũ tantùm dicimus. Et quî id fiat.
17 Excubiæ tres interpellatæ, in primitiua Eccleſia.
18 Officiũ dominicale, in primo nocturno. Et quid primũ nocturnũ referat. nu. 19.
20 Patrum veteris teſtamenti adaptatio, cũ Pſalmo primi nocturni Dominicæ. & per nu. 21. 22.
23 Nocturnum ſecundum dominicæ, denotat tres ordines ſub lege Moſaica. Et quid in tertio recolamus. nu. 24.
25 Ordines tres ſub lege euangelica.
26 Ficulnea euangelica, & eius expoſitio.
27 Nocturna ferialia, & eorum forma. & nume. 28.
29 Nocturnorum diæta.
30 Campanæ pulſantur, vbi cantatur: Te Deum lauda. Et quid idipſum. Et quinam hymnum illum compoſuerint. nu. 31.
32 Benedicti inſtitutio, circa diuinum officium.
33 Monachi, an & quando nouem lectiones dicant.
34 Monachi, cur dominicam orationem dicant ſublata voce, in diuino officio.
35 Monachi, cur ſe toto corpore, ab occidente ad orientem commouent.
36 Monachorũ ordo, figuram Cherubin tenent, velatorum ſex alis.
37 Monachorum cucula, vnde ſumpta.

## De Nocturnis. CAP. III.

1 LIcet eccleſiaſtica † officia à veſperis incipiant. Iuxta illud: De
veſpera in veſperam, celebrabitis ſabbata veſtra: extrà de ferijs. cap. ij. quia tamen ordo conueniens eſt, vt à tenebris procedamus in lucem & non econuersò: ideò à noctis officio inchoëmus. Tempus autem nocturnũ, ſignificat vitam noſtram in peccatis. Nocturnum officium, noſtri exilij ſeruitiũ: nam laus matutina pœnitentiæ ſuffragium, per quam tendimus ad lucis gaudium, & libertatis. Vel tempus ante nocturnum, ſignificat tempus ante legem mortis, in quo omnes ſilebant à laudibus Dei. Tempus nocturnum, ſignificat tempus legis datæ Moſi. Tempus laudis matutinæ ſignificat tempus gratiæ à reſurrectione, vſque ad finem mundi: in quo tempore Deũ laudare tenemur de bonis naturæ, quę in illa hora nobis cõtulit creando: de bonis gratiæ, quæ in illa nobis contulit, reſurgendo: & de bonis gloriæ, quæ in ea nobis dabit reſuſci-
2 tando. ¶ Sanè nocturnale † officium media nocte canitur, propter quinque rationes. Primò, quia primogenita Aegypti de nocte interfecta ſunt: & primogenita Iſraëlis ſaluata. Gen. ...
Exo. xij. vt igitur Dominus ſeruet nobis primogenita noſtra, id eſt, hæreditatem regni cœleſtis, quã nobis primogenitus Dei filius acquiſiuit, ideò ei canimus officium nocturnale, ne ſimus, ſicut Eſau, qui pro edulio lenticulæ ruffæ perdidit primogenita ſua. vij. q. j. quàm periculoſum. Secundò, quia Dei filius fuit media nocte natus. iuxta illud Sapientiæ. ca. xix. dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox &c. vſque à regalibus ſedibus venit Ieſus fi. cu. vt ergo ipſius natiuitati grati





ſimus, cum de nocte laudamus: & gratias de ipſius natiuitate agimus. Tertiò, quia Chriſtus in nocte hac hora captus, & illuſus eſt
Mat. 25 à Iudæis: ea etiam hora ſpoliauit infernum,
Luc. 22 largè noctẽ accipiendo, ſcilicet ante lucem
mane verò ſurrexit: media etiam nocte, ad iudicium venturus aſſeritur. Vnde ſtatutum fuit, vt in die vigiliarum paſchæ ante noctis medium, dimittere non liceat populos expectantes Chriſti aduentum: vt dicetur in vj. parte, ſub ſabbato ſancto. Ideò hac hora Deum laudamus gratias agentes de ipſius captione, & patrum liberatione: eius etiam aduentum ſolicitè expectantes. Quartò, vt noctes delictorum noſtrorum illuminaren-
Act. 16 tur. Vnde Paulus & Sylas in vinculis exiſtentes, media nocte orantes, hymnum cunctis audientibus dixiſſe, memorantur: vbi terremotu facto repentè ianua ſponte patefacta eſt: & eorũ vincula ilico ſunt ſoluta. ¶ Quintò, propter carnis illecebras, pſallendo & orãdo hebdomadas: quia ſicut dicitur Eccle. xxxiij. Vigilia honeſtatis, domat carnes. ¶ Sciẽ
3 dum † autem eſt, quòd in primitiua Eccleſia miniſtri Eccleſiæ ter de nocte interpollatim ſurgebant, ad diuinum officium celebrandum: tria in hoc tempora deſignantes, videlicet tempus ante legẽ, tempus ſub lege, & tempus gratiæ. Surgebant enim primò, circa primum ſomnum: quando vulgus ſolet ire dormitum: ſecundò, circa mediam noctem: tertiò paululum ante diem: ſic ordinantes, vt officium nocturnum, & finitæ lectiones cum ſuis reſponſorijs perlectæ eſſent, prius, quàm luceſceret: apparente verò aurora pulſatis
Luc. 2 campanis cantabant: Te Deum laudamus: & matutinas laudes. Ad primum nocturnum pontifex & miniſtri Eccleſiæ ſurgebant. quæ ſine inuitatorio cantabatur, pro eo, quia nullus ad hãc inuitabatur. Et vocabatur vigilia: quia habuit initium à paſtoribus vigilias noctis ſuper greges ſuos ſeruantibus. In præcipuis tamen ſolennitatibus populus tota nocte, in diei laudibus perſiſtebat: ſed illud ſublatum eſt: & ieiunium loco illius vigiliæ ordinatum: prout dicetur in ſexta parte ſub quarta feria tertiæ hebdomadæ, de aduentu. Ad ſecundum nocturnum ſurgebant miniſtri ſimul, & coniugati, tam mulieres, quàm viri: quæ cum inuitatorio dicebatur, ad ſignificandum angelos inuitantes paſtores, ad viden-
Luc. 2 dum regem natum. Ad tertium ſurgebant omnes communiter: ſed poſteà algeſcente charitate, cùm omnes tam miniſtri Eccleſię, quàm populus ſurgere ad nocturnum officium pigritarent, ſtatutum eſt, vt omnes media nocte ſurgerent: iuxta illud prophetæ:
Media nocte ſurgebam &c. Et totum noctis Pſal. 118
officium continuè cantaretur: & plures adhuc illa hora ſurgunt. Quia verò quidam nocturnis delitijs plus, quàm Dei ſeruitijs vacantes, inſtitutionem huiuſmodi non ſeruabant, conſequenter ſtatutum eſt vt ſaltem tempore vltimi nocturni omnes ſurgant.
4 ¶ † Poteſt etiam dici, quòd quatuor ſunt Eccleſiæ hoſtes: ſuperiores, id eſt, dæmones, malignantes, inferiores, id eſt homines aduerſantes: interiores, id eſt, concupiſcentiæ carnales: & exteriores, id eſt, illecebræ ſeculares. ¶ De primis inquit Apoſtolus Ephe. vj. Non eſt vobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus ſpiritualia nequi-
tiæ in cœleſtibus. ¶ De ſecundis Pſalmiſta: Pſal. 127
Supra dorſum meum fabricauerunt pecca-
tores, prolongauerunt iniquitatem ſibi. ¶ De Gal. 6
tertijs Apoſtolus: Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus etiã aduerſus carnem. ¶ De
quartis Ioan. Nolite diligere mundum, neq; 1. Ioan. 2
ea, quæ ſunt in mundo: quia quicquid eſt in mundo, aut eſt cõcupiſcentia carnis, aut oculorum, aut ſuperbia vitæ. Aduerſus hos qua-
5 tuor hoſtes rectores Eccleſiæ debent † quatuor noctis vigilias ſolicitè cuſtodire: nam paſtores cuſtodiebant vigilias noctis ſupra
gregem ſuum, videlicet conticinium, galli- Luc. 2
cinium intempeſtum, & antelucinium, in quibus obſeſſæ ciuitatis cuſtodes, vigiliant alteruatim. Primam ergo vigiliam cuſtodire debent, contra fallacias primorum hoſtium: ſecundam, contra verſutiam ſecundorum: tertiam, contra tertias: quartam, contra quartas. Et ideò nocturnum officium in quatuor
6 † eſt partes diſtinctum, ſcilicet in tres nocturnos, & matutinas laudes, quod per quatuor noctis vigilias contra dictas quatuor hoſtium perſecutiones, antiquitus Eccleſia decantabat. Porrò in memoriam illius laudabilis conſuetudinis & deuotionis antiquorum, in tempore æſtiuali celebrat Eccleſia nocturnum officium, in tempore primæ nocturnæ: licet quandoq; tempeſtiuis) quod quidam vigilias ſub antiquo nomine vocant) & ſpecialiter in feſtiuitatibus beatorum Ioannis baptiſtæ, Petri, & Pauli, & aſſumptio-

nis beatæ Mariæ : quæ ſunt præcipuę illius
temporis ſolennitates:& hoc facere incipiũt
in ipſo feſto beati Ioannis hîc in crepuſculo,
pro eo,quòd ipſe fuit finis veteris teſtamen-
ti , & initium noui. Romani etiam adhuc in
præcipuis feſtiuitatibus totius anni , in ſero
dicunt tres pſalmos , & tres lectiones , quos
vigilias vocant : & in nocturnis idem repe-
tunt : & totum officium matutinum perfi-
ciunt. Rurſus in memoriam dictæ deuotio-
nis antiquorum ter in nocte ſurgẽtium, tres
nocturnos dicimus:qui & inde nomen & ori
7 ginem habuerunt.Et † nota,quòd nocturna,
næ , ponitur pro hora:ſed nocturni noctur-
norum pro officio:vel nocturna , nocturnæ,
eſt collectio pſalmorum , qui dicuntur ante
lectiones in dominica : vel in profeſtis die-
bus.Nocturnæ in plurali,dicuntur tempora,
in quibus pſalmi cantantur. Nocturni , no-
cturnorum, dicuntur nouem pſalmi, & nouẽ
lectiones cum ſuis reſponſorijs in ſolennita-
tibus.Sanè per noturnas excubias diaboli vi-
tamus inſidias:& ideò nocte ſurgentes , cur-
rimus,campanis auditis,ad Eccleſiam, veluti
exercitus ad militiam audito clangore tuba-
rum. Aulam igitur regiam, id eſt, Eccleſiam
8 †ingrediẽtes ad altare inclinamus:quę quaſi
regem milites adoramus : æterni enim regis
milites ſumus.Inclinantes autem,trinam fa-
cimus orationem, dicentes ter : Pater noſter
&c.ſermonem ad patrem & filium,& ad ſpi-
ritum ſanctum dirigentes , cum ad patrem
loquimur : ad medium altaris intẽtione cor-
dis,& ſtatu corporis nos præſentamus , pro-
pter patris potentiam , & noſtram perſeue-
rantiam:cùm ad filium loquimur, ad ſiniſtrã
altaris partem nos cõuertimus:propter ipſius
exinanitionem,& noſtri lapſus offenſionem:
cum ad ſpiritum ſanctum,ad altaris dextram
tranſimus,propter ipſius benignitatem, & no
ſtram gratiæ conſecutionem.Quidam tamen
adhuc habent ſpeciales orationes : deinde
quidem pſalmos graduales incipiunt:de qui-
bus dictũ eſt in procemio huius partis:Sacer
9 dos† itaq; nocturnum inchoans officium , à
Apoc. 1 Domino , qui eſt α,& ω, id eſt, principium &
finis : & bonorum largitor , omnium incipit
& quoniam ſcriptum eſt Ioan. xv. Sine me
nihil poteſtis facere : etiam os aperiri petit,
Eze. 2 ante omnia fiducialiter ab eo,qui dicit:Ape-
ri os tuum , & ego adimplebo illud:vt ei os
aperiat ad dignè ipſum laudandum , dicens:

Domine labia mea aperies : & os meũ annũ Pſal. 50
tia.&c.quia non eſt ſpecioſa laus Dei in ore
peccatoris:niſi ipſe in laudem Dei ſui ipſius
os aperire dignetur : Iuxta prophetam iij. q. Pſal. 49
viij.§. quod teſtatur.Quare tu enarras iuſti-
tias meas,& aſſumis teſtamentum meum per
os tuum ? Finit etiam hoc officium in ipſo
Deo,dum dicitur: Deo gratias. vt initium &
finis circulariter referantur ad eum , qui eſt
α,& ω, & quod dicitur: Aperies ponitur tem-
pus pro tempore , id eſt , aperi. Rurſus petit Apoc. 1
ſua labia aperiri : quoniam pridem in com-
pletorio nos Deo commendauimus:& os &
pectus ſigno crucis munientes, concluſimus:
quare meritò nunc eum precamur , vt labia
clauſa aperiat , ad laudandum. Chorus verò
ad notandum harmoniam , non mutata per-
ſona reſpondens, dicit:Et os meum anuntia-
bit laudem tuam:eſt enim verè harmonia:vt
ſit credentium cor vnum , & anima vna.Act.
iiij. & in natali vnitate Deus laudatur : quia
verò diabolus Dei laudem abhorret,propter
quod Deum laudare volentem, ſatagit impe
dire:nam contemptus Pharao,id eſt , diabo-
lus ſurgit in ſcandala:ideò Eccleſia , ne ſuc-
cumbat ſtatim impetrata loquendi licentia,
orat , dicens alta voce:Deus in adiutorium
meum intende.Chorus autem reſpondet,di-
cens:Domine ad adiuuãdum me feſtina &c.
10 ¶ †Sanè præmiſsis duobus habitis , videlicet
gratia,per quam os aperitur : & diabolo per
auxilium Dei repulſo:nihil aliud reſtat , niſi
laudare.vnde ſtatim Eccleſia laudans ſubij-
cit , Gloria patri &c. de quo in procemio di-
ctum eſt. Verum , quia non ſufficit Deum
laudare,niſi etiam ad laudandum alios inui-
temus:vt qui audit, dicat:Veni.Apoc.vltimo:
extrà de ſac.vnc.c.vnico.& cortina cortinam Pſal. 94
trahat.Exo.xx.ideò ſequitur inuitatorium &
inuitatorius Pſal.Venite exultemus.vbi mul
tiplex cauſa redditur,quare Deo exultare &
iubilare debemus ,dum ibi dicitur.Quoniam
Deus magnus &c.& vltimò aſsignatur cauſa
ſcilicet ne ingrati ſimus,ſicut Iudæi,qui pro-
pter ſuam ingratitudinem & malitiam terrã
promiſsionis non intrauerunt : vnde dicitur
ibi:Si introibunt in requiem meam.q.d.non.
11 Inuitatorium† autem alta voce dicitur:quaſi
mater Eccleſiani per illud inuitet homines
ad confitendum Domino. Iuxta illud:venite Pſal. 33
filij,audite me , quod notat ſecundus verſus.
Præoccupemus &c.Hinc eſt,quòd in quibuſ-
dam



dam Eccleſijs iacentes, ad orationẽ ante ma
tutinũ ante ſingula altaria ſtatim cum audiũt
cantari: Venite exultemus . chorum intrant.
Incipiẽs enim inuitatorium, eſt quaſi præco,
tanquã tuba exaltans vocem ſuam. Præmit-
titur quoq; inuitatorio vox humilis:ſed cum
venit ad pſalmũ inuitatoriũ , exaltatur : quia
Eccleſia primò ſecretè , quaſi oſtio clauſo,
laudat Deum,propter ſe:ſed poſteà manife-
ſtè propter alios , vt ardor accendat proxi-
mos.Hinc ergo eſt , quòd in præcipuis feſti-
uitatibus inuitatorium, quaſi voce valde de-
miſſa inchoatur.Sed cum venitur ad verſum.
Hodie ſi vo. eius audi. nolite &c.exaltatur,
ne quis corde fortè obduratus , de voce non
Eſa. 58 audita cauſetur. Vnde Eſa. Quaſi tuba exalta
vocẽ tuam .rurſus voce demiſſa inchoatur:
ad notãdum , quòd in primitiua Eccleſia po-
pulus clam ad fidẽ, & ad Chriſtum colendũ
inuitabatur:ſed poſteà vox exaltatur, vt oſtẽ
datur,quòd hodie liberè inuitatur , prædica-
12 tur,& adoratur.¶† Item inuitatorium ipſum
ad aliquos verſus illius pſalmi: Venite,repe-
ritur integrè,& ad alios imperfectè : quia li-
cet omnes per ipſum inuitatorium ad lau-
des,& gloriam Dei inuitentur:aliqui tamen
perfectè,& aliqui imperfectè hanc inuitatio
nem recipiunt. Dicitur autem ſexies integrè,
quia illi integrè inuitationem recipiunt , qui
perfectè laudes Deo referunt:perfectè autẽ
laudes Deo referunt,qui nil quod non ſit lau
dis, interponunt. Quia ergo ſenarius eſt pri-
mus numerus perfectus,quod patet quia cõ-
ſtat ex ſuis partibus aliquotis , ſcilicet vno,
duobus, & tribus:ideò ſexies integrè reperi-
tur. Ter verò imperfectè reperitur , propter
illa tria hominum genera, qui ad cœnam in-
uitati inuitationem non receperunt, ſcilicet
auari,ſuperbi & luxurioſi : vt dicitur in ſexta
parte , ſub ſecunda dominica poſt pente. vel
propter noſtram in tribus , ſcilicet in corde,
in ore,& in opere perfectionẽ.Cæterum epi-
phaniæ officium inuitatorio caret , prout ibi
in ſexta parte dicetur:& etiã mortuorũ offi-
cium,niſi funere præſente:quia in illo officio
Chriſti exequias imitamur:non enim in para
ſceue dicitur.Adhuc:quia nõ ſufficit Deũ ore
laudare,niſi & mẽte laudetur:ideò poſt inui-
13 tatoriũ ſubijcitur hymnus laus Dei.¶ †Item
quia poſt inuitationẽ cõſequẽter multi Deũ
cũ lætitia laudãt.Iuxta illud.Audiuit, & læta
ta eſt Syõ:ideò poſt inuitatoriũ cãtatur cõ-

muniter hymnus.Tertiò,dicitur hymnus, in
ſignũ:quia ſicut in actibus Apoſtolorũ gẽtes
gauiſæ ſunt:quia ad fidẽ vocatæ ſunt.Porrò,
quia iterũ nõ ſufficit laus oris & cordis : niſi
& opus ſequatur,quia fides ſine operibus nõ Iac. 2
prodeſt, imò mortua eſt:ideò poſt hymnum
ſequuntur pſalmi,qui bonã operationẽ deſi-
gnat.Dicũtur etiã antiphonæ, quæ ſignificãt
charitatẽ,ſine qua opus nõ perficitur, & verſi
14 culi de quibus in procemio dictũ eſt. † Poſt
verſus,ante lectiones,per quas doctrinã ha-
bemus,dicitur oratio dominica.¶ Primò , ad
notandum,quòd qui eget ſapientia, & intel-
lectu doctrinæ , poſtulet illa à Deo , qui ſe-
cundũ beatũ Iacobũ, dat affluẽter omnibus, Iac. 1
& nõ improperat.¶ Secũdò, vt ipſius oratio-
nis auxilio proficiat in nobis verſus intentio.
¶ Tertiò, vt per illã diaboli tẽtationes pel-
lãtur. Ille enim ſentiẽs nos velle lectiones
legere,in quibus ſanctorum victoriæ contra
ipſum habitæ legũtur,ſatagit nox acrius im-
pugnare:vnde nos illa oratione munimus.Di
citur autẽ ſecretè,per quod ſecretũ regis cõ
ciliũ intelligitur : vt propoſitæ ſimilitudinis
proſequamur exẽplũ,& vt diligentius capia-
tur:vel quia in ea loquimur Deo. Vltima tamẽ
pars patẽter concluditur , vt pateat adquid
oratio ipſa dicatur,ſcilicet ne lector per phã
taſiã tẽtationũ efferatur : & auditor lectio-
nis intellectu,& profectu fraudetur : de hoc
15 ſub ti.de prima dicetur.†Per preces verò,quę
dominicã orationẽ ante lectiones ſequũtur:
imploratur ſanctorũ interceſsio,ad obtinẽdũ
quod in ipſa oratiõe poſtulatur. Oramus enim Luc. 10
Dñm , vt mittat operarios in meſſem ſuã &
aperiat cor noſtrũ in lege ſua,& in præceptis
ſuis,ne ſemẽ verbũ Dei , quod audituri ſumus,
aut volucres comedãt,aut ſpinę ſuffocẽt:aut
in petra, quæ nõ habet humorẽ,areſcat,cõſe
quẽter lectiões, quæ ſunt doctrina,ſubijciũtur:
& poſt lectiones,reſpõſoria,quæ bona opera
ſignificãt:de quibus in procemio dictũ eſt. Illud
16 autẽ cõſiderãdũ,eſt † quod in diebus feſtiuis, &
dominicis,tres dicimus nocturnos:in profeſtis,
vnũ , ſiquidẽ in triũ nocturnorũ officijs tria
tẽpora repræſentamus,ſcilicet tẽpus ante le-
gem:tẽpus ſub lege,& tẽpus Gratię:quorum
quodlibet tribus diſtinctionibus variatur.Tẽ
pus ante legem,has diſtinctiones habuit:pri-
ma fuit ab Adã, vſq; ad Noë:ſecũda à Noë,
vſq; ad Abrahã:tertia ab Abrahã,vſq; ad Mo
ſen.Tẽpus ſub lege has diſtinctiones habuit

Prima à Moſe,vſq; ad Dauid:ſecunda à Da-
uid, vſq; ad transmigrationem Babylonis:ter
tia à tranſmigratione Babylonis,vſq; ad Chri
ſtum.Tempus verò gratiæ has diſtinctiones
habuit: prima diſtinctio fuit Apoſtolicæ &
euangelicæ prædicationis: Secunda, tempus
impugnationis per hęreſes emergentes:Ter-
tia, tempus pacis, quando videlicet hæreſes
eliminatæ ſunt. Rectè autem tres nocturni,
patres ſeu fideles vtriuſq; temporis ſignifi-
cant:qui vigilantes per Dei laudem ad æter-
Rom. 14 nam peruenient laudem: vnde Apoſtolus ad
2. Cor. 6 Cor. j. Omnes ſtabimus ante tribunal iudi-
1. The. 4 cis:& nos, qui viuimus, & qui reſidui ſumus,
non præueniemus eos,qui dormierunt.Quia
ergo illi,bonis inſiſtentes operibus, bene vi-
gilauerunt, meritò & nos, vt eorum meritis
trinitati placere,¦& nouem ordinibus angelo
rum ſociari poſsimus, in nocturnali officio
ſub antiphonarum.pſalmorum,verſuum, le-
ctionum, reſponſoriorum nouenario, Deo
laudes canimus: antiphonæ ad dilectionem:
pſalmi,ad actionem:verſus,ad exercitationē:
lectiones, ad Dei cognitionem:reſponſoria,
ad gaudium, & cantum pertinent angelorū.
Nauenarij verò antiphonarum, pſalmorum,
lectionum, & reſponſoriorum, pro eodem
accipiuntur, quantum ad noſtram ſignifica-
tionem. De hoc etiam dicetur in ſexta parte
ſub feſto natalis: & ſub fer.v.cœnæ Domini.
& ſub tit.de ſeptem diebus poſt paſcha. In
quibuſdam tamen Eccleſijs, quando dicitur:
Te deum lau. nouum reſponſorium non di-
citur.Præmiſſas itaq; trium temporum nouē
diuerſitates, ſeu dictinctiones inuenimus in
nocturnis ſolennitatum ſanctorum & domi-
nicarum: in ſolennitatibus enim ſanctorum
tres nocturnos celebrantes: imitamur excu-
Pſal. 121 bias cœleſtis Hieruſalem, quæ ædificatur, vt
ciuitas:& conſeruatur per angelorum excu-
bias,qui ter trinas diſtinguunt, id eſt, ter tria
trinitati concinnunt: ſic & nos, qui in illam
credimus,tres nocturnos celebramus.¶ Imi-
17 tamur†etiam in hoc primitiuæ Eccleſiæ tres
interpollatas excubias, quæ ter in nocte ſur-
gebant ad confitendum Domino:vt præmiſ-
ſum eſt.Siquidem canimus nouem lectiones:
nouem pſalmos:nouem antiphonas:& nouē
reſpōſoria:videlicet in vtroq; nocturno tres,
ſiue tria, ad notandum omnes electos, qui
fuerant ante legem, ſub lege, & ſub gratia,
aſſociatos eſſe in cognitione ſanctæ trinita-
tis,nouem ordinibus angelorum: & in cœlis
ipſi trinitati congaudere,& vſq; in fine locu-
buntur.Sicut autem angeli priores electi fue
runt: ita & pſalmi lectiones præcedunt. In
dominicis quoq; diebus,in quibus aliud feſtū
non occurrit, tres nocturnos celebramus.
18 ¶†Et dicuntur in primo nocturno duodecim
pſalmi, & tres antiphonæ:quarum quælibet
reſpondet quatuor pſalmis:& in pleriſq; lo-
cis, vnum Gloria patri: quatuor pſalmis re-
ſpōdet.Sanè dominicam diem, Dominus ſua
reſurrectione glorificauit, & in ea angelo-
rum conſortia promeruimus. Vnde domini-
ca nox,dominicam reſurrectionem nobis ad
memoriam reducet:& etiam reſurrectionem
omnium fidelium, qui ab initio mundi fue-
runt,& vſq; ad finem ſeculi futuri ſunt: quia
in reſurrectione Domini omnium electorū
19 reſurrectio ſignificata eſt. ¶ † Primum no-
cturnum recolit tempus ante legē: ſcilicet
tempus legis naturalis.Duodecimus pſalmus
illius recolit reſurrectionem omnium ſan-
ctorum illius temporis præſertim duodecim
patriarcharum, qui tunc maximè viguerunt,
& vigilauerunt, à quibus populus Domini
in duodecim tribus fuit propagatus: qui fuit
Domino populus peculiaris:ſicut in tempo-
re gratiæ duodecim Apoſtoli præ cæteris
præfulſerunt. Quaternarius pſalmorum nu-
merus, quatuor principales ſeu cardinales
virtutes prætendunt: videlicet prudentiam,
iuſtitiam,fortitudinem, & temperantiā:quas
virtutes credimus ſanctos patriarchas ſuo
tempore præ cæteris habuiſſe,& alijs exem-
plo monſtraſſe.Tres antiphonæ, fidem ſan-
ctæ trinitatis ſiue delectationem in ea oſten
dunt:Quarum quælibet reſpondet quatuor
pſalmis: nam quilibet tenens fidem ſanctæ
trinitatis, quatuor præmiſsis virtutibus eſt
quadratus.Ciuitas enim in quadro poſita eſt,
ſicut habetur Apoc.c.penul. Ideò autem qua
tuor pſalmi,ſub vno gloria,dicuntur, nec ſe-
parantur:quia quatuor præmiſſę virtutes in-
ſeparabiles ſunt: ſed qui habet vnam, habet
omnes, ſicut probat Aug. Item in eo, quòd
ſub vno gloria patri, ſiue glorificatione tri-
nitatis quatuor pſalmi copulantur: oſtendi-
tur dictos patriarchas in vna fide trinitatis di
ctas quatuor virtutes habuiſſe,& cęteris exē
pla monſtraſſe. Verùm quidam omnes pſal-
mos primi nocturni ſub vna antiphona can-
tant:ad notandum delectationem,quam ha-
bent in



bent in cognitione trinitatis. Quidam etiam
ad quemlibet pſalmum dicunt gloria patri:
ſed per antiphonas eos diſtinguunt:quia qui-
libet tenetur ex ſuo dono reddere laudes
trinitati ex hac dilectione,quam habet in co
20 gnitione trinitatis.¶ † Et attende:quia in pri
ma diſtinctione temporis ante lege vigilaue
runt Abel, Enos, Enoc & Lamech, quòd in
primis quatuor pſalmis innuitur. Beatus vir.
cantat Abel, qui tanquā lignum plantatum
ſecus decurſus aquarum, dedit in tempore
ſuo fructum iuſtitiæ:dum pro iuſtitia cōſer-
uanda ſuccubuit. Quare fremuerunt.cantat
Enos:qui Domino in timore ſeruiuit, dū no-
men Domini inuocauit.Domine, quid mul-
tiplicati ſunt: cantat Enoc: quem Dominus
ſuſcepit,dum eū ad paradyſum tranſtulit.Do
mine,ne in furore:cātat Lamech, quē Domi
nus exaudiuit:dum ei talem filium dedit,qui
genus humanum à furore Dei in arca ſalua-
uit. Quia igitur quatuor duntaxat pſalmi di-
cūtur,ideò duo pſalmi de matutinali officio
ſubtrahūtur:videlicet:Cū inuocarē &c.Ver-
ba mea.& ideò illi potius, quàm alij:quia pri
mus ſemp in cōpletorio:& ſecūdus in ſecūda
21 feria ad laudes dicitur.In ſecūda †verò diſtin
ctione primi tēporis vigilauerūt Noė,Sē,He
ber, & Thare. Domine Deus meus, cantat
Noë.quē Dn̄s in illa generatione iuſtū inue
nit & ideò aquis perſequētibus ſaluum fecit.
Domine Dn̄s noſter,cātat Sē: quē Dn̄s glo-
ria & honore coronauit: dū eū ſuper fratres
patris benedictione ſublimauit. Confitebor
tibi,cātat Heber: qui mirabilia Dei narrauit
cū ciuitatē gygātium diſsipauit. In Domino
cōfido,cātat Thare:qui in vrbe Caldæorum
poſitus,in Domino cōfidit:cuius pars calicis
22 ignis ſulphur extitit.In † tertia diſtinctione
primi tēporis vigilauerunt,Abrahā,Iſaac,Ia-
cob,& Ioſeph.quod ſequētes pſalmi decla-
rāt.Saluū me fac cātat Abrahā: quem Deus
ſaluū fecit in cuius tēpore ſanctus defecit:
quia idolatrię ſeruiuit. Vſquequo.cātat Iſaac
quem Dominus in ſacrificio reſpexit. Dixit:
inſipiēs.cantat Iacob qui ſpes Dominus fuit:
vnde ibi dicitur: Exultauit Iacob & lętabitur
Iſraël.Domine quis habitabit.cantat Ioſeph:
qui fuit ſine macula dum adulterium recuſa-
uit.Secundum verò nocturnum dominicale
ſiue tres pſalmi qui nunc dicuntur cum tri-
bus antiphonis, & tribus glorificationibus re
colunt reſurrectionem eorum, qui ſub lege
23 moſaica fuerunt.¶†Et licet tunc multi ſan-
cti fuerint,tamē tres ordines fuerūt,ſcilicet
legiſlator,cum ſuis imitatoribus:& pſalmiſta
cum ſuis:& prophetæ.¶Fuerunt nanq; aliqui
aliqua doctrina legis contenti. Fuerunt etiā
aliqui,qui cum Dauid, vel admodum ipſius
Domino pſalmos decantauerunt ante arcam
eius. Fuerūt & prophetæ quibus datum fuit
corrigere populū doctrina & ſapientia ſibi à
Deo data, & prædicere eis futura. Propter
hos ordines tres pſalmos dicimus:& quia iſti
ſeruierunt trinitati,cum dilectione ſpirituali,
ideò ad ſingulos dicimus,Gloria patri.cū anti
phona. Qui autem omnes pſalmos primi no
cturni dicunt, ſub vna antiphona: & omnes
ſecūdi nocturni,ſub tribus,hoc attendūt:quia
& ſi illis,qui fuerūt tēpore legis naturæ,re-
uelata fuerit aliquantulū veritas:illis tamen
qui fuerunt ſub lege Moſi magis: & inde eis
maior eſt exultatio:quod notat antiphonarū
triplicatio. Prætereà,illis qui fuerūt ſub lege
naturæ, promiſſa fuit hæreditas:ſed his, qui
fuerūt ſub lege Moſi,collata.¶ Et nota,ꝙ in
prima diſtinctione tēpore legis, vigilauerunt
ſacerdotes:vt Aaron,cū docuit.quos exprimit
pſalmiſta:Conſerua me: quorum Dominus
pars fuit hæreditatis & calicis.In ſecūda iudi
ces:vt Gedeon:dum iudicauit, quos exprimit
pſalmiſta:Exaudi Domine, iuſtitiam meam:
quorum iudicium prodijt de vultu omnipo-
tentis.In tertia reges,vt Salomon:dum popu
lum rexit,quos inſinuat pſalmiſta: Diligam
te: quos Dominus conſtituit ſuper gentes.
24 ¶ † In tertiò verò nocturno, tres pſalmos
dicimus,recolentes reſurrectionē omniū illo
rum,qui tēpore gratiæ ſiue in nouo teſtamē
to,in tribus mundi partibus,ſcilicet Aſia,Afri
ca,& Europa,viguerūt, & vigebunt. Et quia
tēpore gratiæ maximè facta eſt reuelatio, &
impletio veritatis,ideò pſalmi illi cantantur
ſæpius cum antiphonis habentibus allelu ia:
ad maius gaudiū deſignādū:prout plenius in
ſexta parte ſub natali dicetur.Hinc etiā eſt,
quòd in quibuſdam Eccleſijs ſemper in omni
tertio nocturno ſiue dominicali ſiue feſtiua-
li,lectiones ex nouo teſtamēto ſubijciuntur,
ſcilicet expoſitiones euangeliorū: & dicitur
25 Te deū laudamus.Et attēde † quoniā in pri-
ma diſtinctione tēporis gratiæ vigilauerunt
Apoſtoli, qui exprimuntur in pſalmo: Cœli
enarrāt quia in omnē terrā exiuit ſonus eo-
rū.In ſecūda martyres, quos declarat pſalmi

ſta:Exaudiat te : quia Dominus protexit eos in die tribulationis eorum.In tertia , confeſſores,quos innuit pſalmiſta: Domine in virtute:qui non ſunt fraudati voluntate labiorũ ſuorum. Illud ergo intereſt inter duodecim pſalmos primi nocturni , qui ſine antiphonis dicuntur:quia non quilibet eorum habet antiphonam : & tres pſalmos aliorum nocturnorum , qui cum antiphonis dicuntur : quod intereſt inter duodecim patriarchas, qui peregrini erant,& ſperabant hæreditatem, quam poſteri eorum poſſederunt:& eorum poſteros , qui terram patribus eorum promiſſam hæreditauerunt. Inter illos quoq; tres pſalmos tertij nocturni , qui dicuntur cum antiphonis,habentibus allelu Ia: & illos ſecundi nocturni , qui dicuntur cum antiphonis, ſine allelu Ia : illud intereſt , quod intereſt inter illos , qui habuerunt teſtamentum imitandũ: & eos , qui habent non imitandum : maior nanq; eſt gloriatio noui,quàm veteris teſt.& de perceptis , quàm de promiſſis. Præmiſſi
26 igitur † tres nocturni,ſunt illi tres anni ficulneæ,quam Dominus inutilem inuenit,dicens
Luc. 13 de illa:Dimitte me, vt ſuccîdam : & reſponſum eſt ei : adhuc dimitte eam hoc anno , vt circunfodiam eam,& mittam ſtercora. Cantamus enim in primo nocturno , vt recolentes facta patrum , qui ſub lege naturæ fuerunt,non inutiles inueniamur. Cãtamus etiã in ſecundo & tertio : vt recolentes facta patrum , qui ſub lege moſaica , & qui etiam ante nos fuerunt ſub lege gratiæ,non inutiles inueniamur : & ſi inutiles ſimus , oportet quòd pater noſter fodiat circa nos : dicens, reducendo nobis ad memoriam mortem illorum , quos vidimus paulò antè florere. Fili vide , quàm fortis fuit ille , quàm nobilis, quàm diues, quàm potens.& ecce ad momentum tranſiuit.oportet etiam, vt ſtercora ponat peccata:videlicet ante oculos noſtros ponendo , & ſi hoc non habet effectum , dicat in proximo eſt,quòd Dominus ad radicẽ arboris ſecurim ponet,& ſi te inutilem inueniet,in ignem æternum , vbi perpetuò com-
27 bureris,proijciet.¶ † Dicto de nocturnis feſtiuitatum,& dominicarum, nunc de nocturnis ferialibus ſiue non ſolennium dierum pauca dicamus. Et quidem in illis dicimus duodecim pſalmos,vt nos Deo debere ſeruire in duodecim noctis horis oſtẽdamus, cuilibet horæ vnum pſalmum attribuentes , cũ non poſſumus iugiter Deo ſeruire , prout in procemio dictum eſt. Olim quidem varij pſalmi canebantur : nam alij quinquaginta: alij plures:alij pauciores dicebant,ſed angelo reuelante patres conuenerunt,vt duodecim dicerentur:qui pſalmi bini, & bini dicuntur,ad notandum quòd ſine charitate,quę ad minus inter duos conſiſtit, laudes noſtræ vel opera noſtra nihil proſunt. In quibuſdam tamen Eccleſijs in diebus perfeſtis inter duos pſalmos:Gloria patri &c.interponitur ad notandum,quòd Chriſtus eſt Dei, & hominum mediator.In alijs verò Eccleſijs duo pſalmi ſub vno gloria , terminantur , ad notandum quòd laudes noſtræ tunc Deo acceptæ ſunt, ſi in charitate maneamus : & ſic inter duos pſalmos nihil interponunt:quia inter Deum & proximum,in quorum dilectione charitas propriè conſiſtit,medium non habetur:& ſecundum hoc in duodecim pſalmis ſexies tantum,gloria patri,dicitur:ſicut ſex ſunt mundi ætates.Præterea, ſicut hominum à natiuitate vſq; in finem vitæ ſex ætates naturaliter accidunt:ita in quotidiano nocturno ſexies dicitur,Gloria patri,vt recolamus,quia vſq; ad finem in dilectione perſeuerare debemus, propter eandem cauſam,tunc ſex antiphonę dicuntur, quæ quid ſignificent , in procemio dictum eſt:vel propter ſex opera miſericordiæ.quæ ſi obſeruauerimus , de tenebris huius noctis vel mortis ad veram lucem,& vitã
28 perueniemus æternã. Tres † quoq; lectiones, quæ tunc dicuntur doctrinam electorũ triũ temporum ſignificant:& cum ipſis interpollatè tria reſponſoria dicuntur: ad notandum, quòd quicquid electi in tribus tẽporibus docuerunt : & quicquid in tribus ætatibus agimus,ad Domini trinitatem referimus:& trinitatẽ in fide, ſpe, & charitate glorificamus. Reſponſoria enim , à reſpondendo dicuntur. Ad hæc tres lectiones dicuntur,quia Dominus poſuit tres vigilias,dicens: Si in prima , ſi in ſecunda , ſi in tertia vigilia venerit : & ita inuenerit:beati ſunt ſerui illi. Quæ tres vigilię,tres ætates deſignant , ſcilicet pueritiam, iuuentutem , & ſenectutem : in quibus bene vigilando,Deum laudare debemus. Et nota,
29 quòd † pſalmodia trium nocturnorum tam dominicalium, quàm ferialiũ ,dieta vocatur. Vnde Exod.iij.c.Viam trium dierũ ibimus in ſolitudine,Sanè Grego. ſeptimus conſtituit, vt in die reſurrectionis vſq; in ſabbatum in albis,



albis,& in die pente.vſq; ad ſabbatum eiuſdẽ tres pſalmi tantùm ad nocturnos , tréſq; lectiones dicantur.Omnibus verò alijs diebus per totũ annũ,ſi feſtiuitas eſt , nouem lectiones legantur.Alijs verò diebus,ſcilicet in feſtis duodecim pſalmi & tres lectiones.In dominicis verò diebus exceptis dominicis paſchæ & pentecoſtes:decem & octo pſalmi,& nouem lectiones dicantur.Illi autem,qui ſingulis diebus præter hebdomadas paſchæ & pentecoſtes tres tantùm pſalmos , & tres lectiones dicunt,non ex regula ſanctorum patrum:ſed ex faſtidio hoc facere comproban-
30 tur. Nocturnis finitis † campanæ pulſantur:& Te Deum lauda. alta voce cantatur : ad notandum quòd manifeſtè & mirificè Eccleſia tempore gratiæ, laudat Deum:& ad ſignandum,quòd ſi bonis operibus doctrinæ ſanctę bene reſpõderimus,ad cœleſtẽ laudẽ cũ angelis perueniemus.cãtus quoq; tũc alta voce factus,gaudiũ mulieres de dragma perdita inuẽta,ſignificat. Quòd verò finis eiuſdẽ cãtici ibi per ſingulos dies &c. & alij verſus ſequẽtes altius canũtur:ſignificat congratulationẽ vicinarũ,quã mulieri propter dragmã repertã fecerũt. Cõpulſatio verò cãpanarũ,cõuocationẽ vicinarũ repręſentat In quibuſdã etiã Eccleſijs luminaria accẽduntur:nã & mulier ipſa lucerna accenſa,totã domũ euerrit.Hoc etiam ſignificat,quòd Eccleſia catholica per Chriſtũ trahitur de inferno.Vel ipſe hymnus futurũ gaudium & lætitiã repræſentat:quam Eccleſia requieſcens à laboribus ſuis , eſt in
31 die iudicij conſecutura.¶ † Et eſt ſciendum, quòd cũ beatus Ambroſius beatũ Auguſtinũ de Manicheis conuerſum baptizaſſet , dixit: Te Deũ laudamus:Auguſtinus verò reſpondit:te Dominum confitemur:& illo dicente: Te æternum patrem .ille reſpondit : Tibi omnes angeli &c.Et ſic totum illum hymnũ alternatim cõpoſuerunt. Poſt,Te Deũ laudamus vel quãdo illud non dicitur poſt omnes lectiones,& reſponſoria , dicitur verſus à ſacerdote per quẽ excitat audiẽtes , vt in Dei laude permaneãt. Et dicitur voce magis demiſſa,ad notandũ , quòd nõ prodeſt clamor vocis, niſi adſit clamor cordis. Verũ beatus
32 † Benedictus aliter officiũ noctis ordinauit: non tamẽ diſſentiẽs à præmiſſa Eccleſiæ ordinatione:vel illi in aliquo cõtradicẽs:ſed ordini ſuo quiddã peculiare cõſtituẽs.Ipſe nãq; inſtituit ſemel dici:Deus in adiutoriũ meum intende : & ter , Domine labia mea aperies. propter reuerentiã vnitatis & trinitatis.Deinde pſalmũ: Domine quid multiplicati , eò ꝙ à ſomno ſurgens,dicit in eo:Ego dormiui , & ſomnum cepi &c. Deinde in j. nocturno ſex pſalmos & quatuor lectiones cum totidem reſponſorijs cantari inſtituit & totidem in ſecundo:per hoc vitam contẽplatiuã innuẽs & actiuam. Senarius enim pſalmorũ numerus, vitã deſignat actiuã:in qua ſex opera miſericordiæ cõuenit exerceri:ſi quis ad contẽplatiuæ vitæ perfectionem voluerit peruenire, quæ per quatuor euãgelia deſignatur:& per quatuor lectiones ſimiliter figuratur:quaternarius quidem numerus apud monachos,quadratam ſtabilitatem & euangelicam in ſanctis exprimit:ſeu quadruplicem ſenſum ſcripturarum , propter quadrigas Aminadab , id eſt,hiſtorialẽ,allegoricũ, tropologicũ,& anagogicum. In tertio verò nocturno tria cantica cantari inſtituit, in laudẽ trinitatis:à qua nobis vitæ perfectionem dari cum charitate credimus & ſperamus. Cantantur autem illa cantica,cum allelu Ia:quod eſt canticum cœleſtis lætitiæ:vt per hoc totam trinitatẽ eſſe dignã cœleſti laude oſtẽdatur:& ad quã plenè laudandã, nõ ſufficit laus humana. Quatuor verò lectiones de euãgelio, quæ ſequũtur,ſignificãt,ꝙ laudatores Dei per quatuor euãgeliſtarũ doctrinã,debẽt eſſe quatuor virtutibus inſigniti.per quatuor etiã reſpõſoria, laudãtiũ alacritas deſignatur. Sed ne hoc bonum agẽtes, illud ſibi adſcribãt:ſed totũ Dei laudi attribuãt:& ſe illius ſeruos oſtẽdãt,ſubiũgitur:Te deũ lau.poſteà legitur euãgeliũ, quod ſignificat denariũ, id eſt,vitã æternam, quæ dignè Deũ laudãtibus in fine reddetur. ad quod ſeqtur,Amẽ,id eſt,fiat nobis , quod ex euãgelio credimus & ſperamus : hymnus verò,qui ſequitur,ſcilicet: Te decet laus &c. gaudiũ quod ſancti poſt laborẽ habẽt de remuneratione denarij,ſignificat. Monachi aũt
33 † nũquã nouẽ lectiones dicũt:niſi in exequijs mortuorũ : vnde & in triduo ante paſcha ix. dicũt:quaſi exequias Dñi repræſentãtes. Ad laudes autẽ inſtituit pſalmũ illũ:Deus miſereatur noſtri.primò abſq; antiphona decãta- Pſal. 66
tur:tũ ꝗa tenebris fatiſcẽtibus,diluculò matutinæ laudes cãtãtur:ideò in eo dicitur:Illuminet vultũ ſuũ ſuper nos : tũ quia hoc officiũ ad Domini pertinet reſurrectionẽ,per quam accepimus miſericordiã & benedictionem.

34 ¶† Ruſus monachi dominicam orationem
ſublata voce dicunt, propter ſimplices, qui
eam non intelligunt: aut obliuiſcuntur: &
propter verſutos, qui ſpinam odij gerentes
in corde, fratres odiunt, nolentes dicere: Di-
mitte nobis debita noſtra, ſicut & nos di-
mitti. debitoribus noſtris. Hoc igitur dicere
cõpelluntur in publico, vt purgentur ab illo
vitio, tam in fine noctis, id eſt, in matutinis
laudibus, quàm in fine diei, id eſt, in veſpe-
ris: vt noctem aut diem non pertranſeant
ſine reconciliatione fratris. In alijs autem
horis non dicunt ſublata voce: quia ſæpe
contingit fratri fratrem iraſci: & quodam
furoris impetu commoueri: qui licet ſtatim
animum non cohibeat, expectandus tamen
eſt ad veniam: ſufficit enim, ſi ſol non oc-
cidat ſuper iracundiam eius. dicunt etiam
quatuor ſolummodo pſalmos ad veſperas:
prout in ſexta parte ſub titulo de tempore
35 aduentus dicetur. ¶ † Non vacat etiam à
myſterio, quòd monachi ſe toto corpore
ab oriente ad occidentem gerant: ſignifi-
cantes Deũ vbiq; adorandũ fore: quaſi vbiq;
præſentẽ: vel quia rationabili motu ab ortu
noſtræ natiuitatis, vſq; ad occaſum mortis
eum ſequi tenemur, ſicut & firmamentũ na-
turaliter vertitur ab oriente in occidentem:
hoc etiam quædam deſignant Eccleſiæ: in
quibus dicentes: Gloria patri ſe inclinant ad
orientem: & ſubdentes Sicut erat &c. ſe ver-
tunt in occidentem. Deuotio nanq; in diuinis
officijs eſt ſeruanda. Quia verò monachorũ
officium ad nos non pertinet: ad præſens de
36 illo ſufficiat nobis ad hoc vſq; dixiſſe. ¶ † Vl-
timò no. quòd monachorum ordo, figurant
cherubin, qui inter angelorum ordines exi-
mior prædicatur, habere probatur. Nam ſi-
cut cherubin ita, & monachi ſex alis velan-
tur, dicente ſcriptura: Sex alæ vni & ſex alæ
alteri: duæ quidem in caputio, quo caput te-
Eſa. 6 gitur demonſtratur: illud verò tunicæ quod
4 Reg. 1 brachijs extenditur, ſiue dextra & læua: alias
duas dicimus eſſe alas: & antè, & retrò alias
duas: & ſic illud, quo corpus tegitur, ſex ala-
rum numerum implere aſſeritur. Habitus
quoq; eorũ, habitum imitatur ſanctorum: de
Helia nanq; legitur: vir pilloſus, & zona pel-
Heb. 2 licea accinctus renibus: & de ipſo, & de illis
Mat. 3 ſimilibus dicit Apoſtolus: Circuierunt in me-
lotis & in pellibus caprinis: & de Ioan. bapti-
ſta inquit euangeliſta: zona pellicea circa
37 lumbos. Adhuc cuculla† monachorum ſum-
pta eſt à collobijs Apoſtolorum: quæ vt
dalmatica, formabantur: & in eis forma cru-
cis præferebatur: quia illi ſe vitijs & concu-
piſcentijs crucifigebant: eius nigredo eſt
mundi contemptus: longitudo, perſeuerantia
in bono.

## SVMMA.

1 Matutinæ laudes, quo conſilio inductæ. Et vnde dictæ laudes. num. 2.

3 Sacrificium iuge, in veteri teſtamento.

4 Officium veſpertinum in quo ſit dignius matutino.

5 Allelu Ia, quando cantetur, quandóve intermittatur. & num. 6.

7 Pſalmi quinq; in matutinis laudibus, quid ſignent. quos ordine ſubijcit, & examinat.

8 Pſalmi octo, qui dicuntur in laudibus, reſpõdent octo ordinibus Eccleſiæ. quos vide, per num. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

15 Pſalmi duo: Deus meus. Et, Deus miſereatur. cur coniungantur & combinentur.

16 Eccleſia cùm iubilet, cur nos inuitet ad iubilandum illo pſalmo: Iubilate Deo, &c.

17 Pſalmus: Deus regnauit cur dicatur dominicis & feſtiuis diebus, & pſalm. Miſerere ferialibus.

18 Pſalmi qui dicantur in officio feriali, myſterialiter, loco illius: Iubilate.

19 Cantica ſex, quæ in ſex ferijs dicantur loco Pſalmi: Benedicite.

20 Canticum, an & in quo differat à pſalmo. Et quis primus cantica inſtituerit.

21 Pſalmi: Deus meus &, Laudate dominum de cœlis. cur nunquàm mutentur.

22 Mane, in ſex diuiditur.

23 Pſalmi, qui per ſingulas ferias mutantur, & cantica, quæ in illis dicuntur, quomodo inter ſe conueniant, & temporis gratiæ ſucceſſibus coaptentur. vide latè per diſcurſum.

24 Corona benignitatis Domini, vbi conſiſtat.

25 Pſalmus ſextæ feriæ.

26 Pſalterium diuerſimodè portatur à diuerſis.

27 Capitulum ſequitur antiphonam. Et quare.

28 Cantica: benedictus, &, Magnificat. cantanda ſunt ſtando.





## *De matutinis laudibus.* CAP. IIII.

1 SVnt † nõnulli, qui Eſdræ ordi
nem ſequentes, de quo in prin
cipio huius partis dictum eſt,
matutinas laudes à nocturnis
diuidunt, illas fore per ſe offi-
cium aſſerentes: & mane aurora rutilante, il-
las dicentes, prout in titulo proximo dictum
Mar. vlti. eſt. Tali nanq; hora Chriſtus victor à mortuis
reſurrexit. Vnde Marcus: Surgens Ieſus mane
prima ſabbati. vel ſaltem eius reſurrectio in
matutino notificata eſt. Tali etiam hora ſu-
per mare ambulauit. Meritò ergo in hac ho-
ra laudandus eſt, vt ipſe, qui nos per ſuam ſan
ctam reſurrectionem ſaluauit, ſupra mare hu
ius ſeculi nos ire faciat ſicco veſtigio, ſicut
Petrum. Hac etiam hora mundum & ange-
los creauit: qui ſtatim poſt creationem ſuam
cantico laudes Creatori ſuo iubilauerunt.
Laudes ergo matutinas rubeſcente aurora di
cunt, ſcilicet in quarta vigilia, quam lucifer
totam illuſtrabat. Quæ & matutina dicitur à
mane, quod eſt lumen: quia nobis mane lu-
men reducit ad coronã gloriæ obtinendam,
iuxta illud: Non ſit vobis vanũ mane ſurgere
ante lucem: quia promiſit Dominus coronã
vigilantibus. Quid autem ſignificet tempus
matutinæ laudis, dictũ eſt in principio præce
2 dentis tractatus. Dicũtur autẽ † laudes: quòd
illud officiũ laudem præcipuè ſonat diuinã,
quã ei facimus, pro eo, quòd à tenebris erro-
ris nos ad lucem ſeu viam veritatis reduxit,
& ad tentationes diaboli expellendas. Vnde
Eſa. xxv. Expergiſcimini, & laudate, qui habi-
tatis in puluere: quia ros lucis eſt. De hoc ma
Pſal. 62 tutinali officio dicit Propheta: Ad te de luce
3 vigilo Deus. ¶ Sanè matutinum † & veſper-
tinum officium ideò canimus, quaſi Domino
iuge ſacrificium offeramus. Offerebant enim
Domino in veteri teſtamento iuge ſacrificiũ,
id eſt, mane & veſpere. Sed veſpertinum di-
gnius erat matutino: quia pinguius: vt Iudæi
dicunt prout ſub veſperis dicetur. Nos autẽ
per matutinũ officium intelligimus legem:
per veſpertinum, ſaluatoris paſsionem: qui in
veſpera mundi, ſcilicet in ſexta ætate obtulit
Pſal. 140 ſe Deo patri pro nobis. Vnde eleuatio ma-
nuum mearum, ſacrificium veſpertinum. Re-
ſpondet autem hoc ſacrificium illi: quia ibi
pſalmi ponuntur ſub quinque diſtinctioni-
bus, per gloria patri, ſicut & hic. Item ibi &
hic hymnus cum lectione, & verſiculo. ibi
etiam canticum Mariæ, & hic etiã canticum
4 Zachariæ. Quia verò † officiũ veſpertinũ di-
gnius eſt, propter rem digniorem, quã ſignifi-
cat: omnia in maioribus ſolennitatibus: & in
veſpertino ſolennius cantamus, quàm in ma-
tutino: reſponſorium interponentes. Iſidorus
dicit in lib. etymologiarũ, quòd officiũ matu
tinum, eſt lucis initium, ſic appellatũ à ſtella
lucifero, quæ oritur mane inchoante, vt di-
ctum eſt. hoc officiũ laudum plenũ eſt laudi
bus: prout dictum eſt in principio præceden-
tis tituli: ad quas ſacerdos per verſum, quem
præmittit excitat auditores, qui eſt quãdoq;:
In matutinis meditabor in te, quãdoque: Ex-
celſus ſuper omnes gentes Dominus. Vel
alius: & deinde diuinũ implorat auxilium, di-
cens: Deus in adiutoriũ meũ intende: poſtmo
dùm chorus ad idem feſtinãs, auxiliũ in ſum-
ma trinitate glorificat Deũ, dicens: Domine
ad adiuuandũ me feſtina. Gloria patri. deinde
antiphona inchoatur. Circa quod notandum
eſt quòd quædam Eccleſiæ in *dominicis*, quę
ſunt à prima dominica poſt epiphaniã, vſque
ad ſeptuageſimam: & ab octaua pentecoſtes,
vſque ad aduentũ Domini, canunt ad laudes
allelu Ia, loco antiphonæ pro omnibus pſal-
mis: tum quia vt præmiſſum eſt hoc officium
laudibus eſt plenũ. allelu Ia enim laus eſt an-
gelica: tum, quia vt dominici dies reſurre-
ctionem Domini repræſentent. Sicut ergo in
tempore paſchali, quod eſt reſurrectionis,
allelu Ia multiplicatur: ſic meritò & in eis
5 debet multiplicari. Et eſt † attendendũ quòd
in dominicis, quæ ſunt ab octaua epiphaniæ,
vſque ad ſeptuageſimam, cõcinunt allelu Ia:
iuxta cantum quarundam antiphonarũ ad na
tiuitatem Domini pertinentiũ: in dominicis
verò quæ ſunt ab octaua pentecoſtes vſq; ad
aduentũ, cantant allelu Ia iuxta cantũ feria-
lem antiphonarũ: quæ dicuntur ad, Benedi-
ctus, & de ipſo ſumuntur. Quia igitur in ſin-
gulis dominicis pro varietate antiphonarum
ipſarũ etiã cantus in allelu Ia variantur: ideò
iuxta breuitatẽ vel prolixitatẽ cuiuſlibet an-
tiphonæ iuxta cuius cantũ multiplicatur vel
minuitur, in ſingulis dominicis numerus alle
lu Ia. Adhuc ideò certus numerus in allelu Ia
non præfinitur, quoniam deuotæ animæ cer
tus numerus vel modus in laudando Deum
6 præfigi non poteſt. ¶ † In alijs verò Eccleſijs
paſsim in omnibus dominicis ad primos tres

pſalmos loco antiphonæ,quaſi ad intonandũ
pſalmos bis concinunt allelu Ia:ad inſinuan-
dum,quòd in Dei laudem,ex charitatis fer-
uore procedunt:nec cantant illud iuxta alicu
ius antiphonæ cantum : ad notandum , quòd
1.cor 13 iuxta Apoſtolum:charitas non æmulatur.Ad
pſalmum verò,Benedicite : cantant antipho-
nam tres pueri:cui nec iubilus,nec allelu Ia
ſubijcitur,propter rationes infrà ſcriptas.Ad
pſalmum verò:Laudate Dominũ ter dicunt
loco antiphonæ allelu Ia:non iuxta alicuius
antiphonæ cantũ, ſed duntaxat ad inchoan-
dum pſalmũ.Ter autem dicitur. Primò,quia
reſpõdet tribus pſalmis ſub ipſo pſalmo,Lau
date,contentis.Secũdò,propter triplicem or-
dinem iuſtorũ Deum laudantiũ : de quo in-
7 frà dicetur. ¶Porrò in laudibus † matutinis
quinque pſalmi dicuntur : vt quinq; ſenſuum
reparatio notetur : & propter quinque ſta-
tus Eccleſiæ. Primus pſalmus eſt : Dominus
regnauit,in quo laudatur Deus,qui firmauit
orbem terræ:ſcilicet in fide & reſurrectione:
ideò hic pſalmus pertinet ad regnum Chri-
ſti.Secundus eſt Iubilate:qui pertinet ad con
feſſores:vnde ibi dicitur:Introite portas eius
in confeſſione:& rectè incipit à iubilo:quo-
niam cõfeſsio valde placet Deo. Tertius eſt
Deus,Deus meus &c. qui ſignificat ſtatum
martyrũ qui ſitiunt ad Dominũ:vnde dicitur
ibi:Sitiuit anima mea.& quoniam tota noſtra
ſitis & intentio eſſe debet in trinitate, & ad
trinitatem:ideò ſequitur pſalmus:Deus miſe
reatur noſtri : in quo tota trinitas notatur,
dum ibi dicitur : Benedicat nos Deus, Deus
noſter &c.dicitur enim ter Deus propter pa-
trem,& filium,& ſpiritum ſanctum. Quartus
eſt canticum trium puerorũ.Benedicite quod
eſt Danielis cap.iij.ſignificans ſtatũ antichri-
ſti,vt iam dicetur.& in fine huius pſalmi non
dicitur Gloria patri.Primò,quia propter con
feſsionem fidei,proiecti ſunt tres pueri in ca
minum ignis : in quo facto, maximè Deo,&
trinitati derogatũ eſt. Secundò,quia vltimus
verſus illius pſalmi idem dicit , quod gloria
patri:& in diuinis ſcripturis nihil debet ſuper-
uacuum eſſe.Tertiò,quia in ipſo pſalmo di-
ſtinctè tota trinitas notificatur, & laudatur
Deus in creaturis.¶Rurſus,dum pſalmus iſte
dicitur,nec ſedere nec genua flectere debe-
mus:ſicut dicitur ſub ſabbato quatuor tem-
porum, primæ hebdomadæ quadrageſimæ.
Quintus pſalmus:Laudate Dominum.in quo
ſtatus ille notatur,quando poſt mortem anti
chriſti conuertentur Iudæi,vt iam dicetur:&
in fine eius dicitur Gloria patri.ad oſtenden-
dum,quòd per bonam operationem ſociabi-
mur angelis,qui inceſſanter Deum laudant.
8 ¶Poteſt † etiam dici,quòd in laudibus octo
pſalmi dicuntur:quia officium iſtud myſticè
recolit ſtatum Eccleſiæ ab initio apoſtolicæ
ſtabilitatis vſque ad perfectionem electorũ:
qui in fine mundi futuri ſunt : ſub quo ſtatu
octo ordines Eccleſiæ,ſiue electorum in Ec-
cleſia ſancta per baptiſmum ſaluati reperiun
tur : ſicut in arca Noë octo animæ illos ſi-
gnificantes:per eam ſaluatę ſunt.Per diluuiũ
enim baptiſmus : per arcam verò Eccleſia
9 ſignificatur.¶†Primus ordo fuit Eccleſiæ pri
mitiuæ,in Iudaico populo conuerſantis : qui
per Chriſti prædicationem reformata,& ædi
ficata eſt:ſicut monſtrat ille primus pſalmus,
Dominus regnauit.In primo eius verſu, vbi
de ſaluatoris regno,& ipſius agitur poteſta-
te.In ſecũdo verſu,agitur de fundatione Ec-
cleſiæ,quæ tunc cœpit fieri,ſuper illud funda
mentũ,quod eſt Chriſtus : iuxta Apoſtolum. 1.Cor.3
De quo etiam fundamẽto in titulo eiuſdem
partis ſuprà habetur.Cantatur ergo hic pſal-
mus in laudibus:qui continet laudes Chriſti.
10 ¶†Secundus ordo fuit primitiuæ Eccleſiæ,
intrantis ad gentes per prædicationẽ Domi-
ni,& Apoſtolorũ monentium omnẽ terram,
id eſt,omnem gentem ad iubilandum Deo:
quod monſtrat ſecundus pſalmus , Iubilate
11 Deo omnis terra. ¶Tertius † ordo fuit cre-
dentis gentilitatis:quã tertius pſalmus Deus,
Deus meus. demonſtrat offerre gratias , &
12 beneuolẽtiã Apoſtolorũ vocationi. ¶†Quar
tus erit reſipiſcentis Iudaici populi,per Enoc
& Heliam conuerſi,quem ille quartus pſal-
mus , Deus miſereatur noſtri. monſtrat ad
Deum reuerſum,poſcere miſericordiã eius:
& tunc gaudebunt ſe cognoſcere viam Dei,
quam in gentibus eſſe cognoſcent.¶Quin-
13 tus erit eorum,qui futuri ſunt tempore anti-
chriſti:cuius figuram præceſsit Nabuchodo-
noſor:qui licet tribulauerit ſanctos vtriuſq;
populi:non tamen deſiſtent benedicere Deũ,
ad inſtar trium puerorum,quos Deus libera-
uit de camino ignis ardẽtis.qui per illud quin
tum canticũ,Benedicite:recoluntur: eo enim
tempore iuſti purgabuntur , velut in camino
ignis:non tamen vrentur,ſed ibi accipient for
mam auri.Vnde Ioãnes in Apocal.vidit pedes Apoc.1
eius



eius ſimiles aurichalco,ſicut in camino ardẽ-
ti:vnde ritè ſequitur ille pſalmus:& propter
tribulationẽ quam deſignat:antiphona illius
ſine allelu Ia:& ipſe ſine gloria patri canta-
tur.Hymnus autem ipſe tres habet diſtin-
ctiones.in prima inuitantur ſuperiores crea-
turæ ad laudem creatoris,ſcilicet qui ſunt ſu-
pra cœlũ : quæ in cœlo:& quæ in aëre.In ſe-
cunda inuitantur ad hoc creaturæ terrenæ,&
quæ mouentur in aquis.In tertia , inuitantur
omnes ſpiritus,& animæ:vt cum omni creatu
ra Domino benedicamus:quia ſicut tres pue
ri Nabuchodonoſor,& caminũ ignis : ſic nos
diabolũ,& inferni incendiũ euaſimus.Cæte-
rùm hoc canticum bene conuenit diei domi-
nico,& cuilibet feſtiuo,quia in prima die Do
minus vniuerſa creauit:& per ſuam reſurre-
ctionem poſtmodùm innouauit:ideóq; in ea
die,& in feſtis,quæ reſurrectionem domini-
cam imitantur dicitur:in quo die creaturæ ad
creatoris laudem inuitantur. Hinc etiam eſt
quòd eędem laudes ſunt in dominicis,& fe-
ſtiuitatibus ſanctorũ,& in tempore paſchali:
quia repræſentant gaudia reſurrectionis Chri
ſti,& noſtræ.¶Sextus, ſeptimus, & octauus
erit eorum,qui vniuerſaliter ex tribus mundi
partibus,ſcilicet ex Aſia,Aphrica,& Europa,
conuertendi,& colligendi ſunt:qui poſt anti-
chriſti perſecutionem,& eius mortem maio-
re pace fruentur,vſque ad diem iudicij quam
nunc habebat Eccleſia,tunc enim erit ſene-
Pſal.101 ctus in miſericordia vberi, in qua quiete tri-
plex ordo iuſtorũ,ſcilicet coniugati:cõtinen-
Ezech.4 tes,& virgines,quos Iob,Noë,& Daniel ex-
primunt,& generaliter vniuerſi ſancti,quibus
aureola debetur:qui in tribus mundi partibus
de tribulatione euadent regnaturi cum ſpon
ſo Eccleſiæ,celebrabũt laudes Dei,quæ con
tinentur in illis tribus pſalmis,ſcilicet Lauda-
te Dominũ de cœlis.Cantate Domino canti-
cum nouum : & Laudate Dominũ in ſanctis
14 eius.¶†Quæritur autẽ quare hi tres pſalmi
ſub vna antiphona,& etiã ſub vno gloria pa-
tri dicuntur?Reſpondetur ideò,quia præmiſsi
ſextus,ſeptimus,& octauus ordines electorũ,
qui ex dictis tribus mundi partibus colligun-
tur ſine aliquo interuallo ſimul erunt,& pa-
riter glorificabuntur.Continent etiã ipſi tres
pſalmi triumphũ de mũdo,carne,& diabolo,
& quoniã vnũ ſine alio nõ habetur:ideò me-
15 ritò cõiunguntur.¶†Quæritur etiam quare
præmiſsi duo pſalmi : ſcilicet Deus , Deus
meus,& Deus miſereatur noſtri,combinan-
tur,& ſub vno gloria patri, & ſub vna anti-
phona dicuntur?Ad quod quadruplex eſt re-
ſponſio. ¶Primò, quia pſalmus Deus Deus
meus,ſignificat ſitim ad Deum:in pſal.Deus
miſereatur noſtri , trinitas notatur,vt ſuprà.
Ad ſignificandum igitur ſitim,& deſiderium
continuũ ad Deum,hoc fit.¶Secundò ad no-
tandum,quòd ante perſecutionem antichri-
ſti populus credentis gentilitatis,qui recoli-
tur per pſalmum Deus,Deus meus:& Iudai-
cus populus reſipiſcens qui recolitur per pſal
mum Deus miſereatur noſtri:vnum erunt in
fide,& poſtquàm hi coniuncti erunt , veniet
antichriſti tribulatio , vt præmiſſum eſt.
¶Tertiò:quia primus pſalmus illorũ ſignifi-
cat dilectionem Dei : vnde ibi dicitur: Sitiuit Pſal.62
in te anima mea &c.Secundus verò dilectio- Pſal.66
nem proximi:vnde ibi dicitur:Vt cognoſca-
mus in omnibus gentibus ſalutare tuum:quę
ita cõnexæ ſunt,vt vna ſine altera in Chriſtia
na poſſeſsione non habeatur. ¶Quartò:quia
gratia quam Eccleſia in primo pſalmo ſenti-
re videtur:in ſecundo collata eſſe monſtra-
tur:vnde ad gratiarũ actionem inuitatur cum
dicitur ibi:Cõfiteantur tibi populi Deus &c.
¶Rurſus ideò in fine ipſius pſalmi : Deus,
Deus meus:nõ dicitur gloria patri:quia in eo
agitur de miſeria humani generis:vnde ibi di
citur:Sitiuit anima mea.Non enim omnes
pſalmi de miſerijs & alijs aduerſitatibus tra-
ctantes,laudant illum,pro illis:quod tamen
deberent:ſed ſequenti pſalmo,ſcilicet Deus
miſereatur noſtri:ſubijcitur Gloria patri:quia
in eo agitur de miſericordia Dei : per quam
generi humano bona cõferuntur,& mala re-
mouentur.Cæterùm prædicti duo pſalmi,&
pſalmus Laudate Dominũ:nunquam varian-
tur:ad deſignandum,quòd ſine fide,& deſide
rio trinitatis : quæ in præmiſsis duobus pſal-
mis vnitis exprimũtur:& ſine laude Dei:quæ
per pſalmum Laudate deſignatur : nunquàm
Chriſtiani eſſe debemus. ¶Quæritur etiam
16 †quare Eccleſia in pſalmo illo : Iubilate:ad
iubilandum nos inuitat:& tamen ipſa nõ iu-
bilat?Ad quod dici poteſt quòd officium lau
dum Dñi reſurrectionem ſignificat:quæ iam
cõpleta in capite:ſcilicet in Chriſto:adhuc eſt
eſt in membris implenda.Ad notandũ igitur
quòd iam in parte impleta eſt,nõ dicitur iubi
lus in fine antiphonarũ:præſertim illarũ quæ
dicuntur ſuper pſalmos in quibus fit mentio
de reſur

de reſurrectione:eſt enim iubilus cantus ſpe
gloriæ conceptus. Quia verò reſurrectio
adhuc in membris implenda eſt:ideò in qui-
buſdam antiphonis iubilus dicitur. Vnde & in
tempore paſchali in verſiculis,& reſpõſorijs,
& in alleluia iubilamus propter noſtram re-
ſurrectionem,quam ſperamus:quam quia nõ
videmus, nec adhuc plenè exprimere poſſu-
mus:ideò per vocem non ſignificatiuam iubi
lamus. In antiphonis ergo non fit iubilus
propter reſurrectionem Domini:quæ imple
ta eſt:nec etiã in antiphonis laudum:in qua-
rum pſalmis fit mencio de reſurrectione Do
mini,vt in tribus primis pſalmis: nec in fine
Danie.3 antiphonæ quarti pſalmi:quia Nabuchodo-
noſor videns tres pueros,in camino ignis po-
ſitos,vidit & quartum,cum eis,ſcilicet Chri-
ſtum,eos conſolantem. Qui enim ſunt in tri-
bulatione hoc ſolùm orant,ne deficiãt,& po
tius eſt tunc locus timendi,quàm ſperandi:
ideóq; in fine antiphonæ huius pſalmi nõ di-
citur iubilus:præſertim, quia in tribulatione
ſanctorum,gloria Dei nõ apparet. Sed in fine
antiphonæ,quæ dicitur ſuper pſalmũ Lauda-
te Dñm:dicitur iubilus:qa in illo nõ fit men
tio de reſurrectiõe,ſed de ſpe gloriæ quã ex-
pectamus:ex qua iubilus. De hoc iubilo dictũ
17 eſt in proœmio huius partis. ¶ Porrò † primus
pſalmus laudum,in dominicis,ſcilicet Domi-
nus regnauit:qui eſt pſalmus lætitiæ,commu
tatur in ferijs,in pſalmũ Miſerere mei Deus:
qui eſt pſalmus pœnitentialis. Circa quod no
tandum eſt,quòd dies dominicæ,& feſtiui re
colunt reſurrectionem ſanctorũ:qui fuerunt
ab initio:& erunt vſq; in finem ſeculi. Vnde
in dominicalibus,& in feſtiuis laudibus reco-
lentes regnũ Domini: poſt reſurrectionem
eius à morte corporis: ſiue gloriam reſurre-
ctionis electorũ, canimus pſalmum: Domi-
nus regnauit:qui tamen dicitur in dominicis
ad primam,à ſeptuageſima vſque ad paſcha,
prout ibi dicetur. Dies verò feriales recolunt
peregrinationes ipſorum ſanctorũ,& pœni-
tentiam:&: ideò in ferialibus laudibus dici-
mus primum pſalmũ, ſcilicet Miſerere mei
Deus:recolentes noſtram reſurrectionem à
morte animarũ per pœnitentiam:ſiue electo
rum peregrinationem & pœnitentiã ſiue con
uerſionem. Quia enim Iudæi ad Petri prædi-
cationẽ cõpuncti corde & cõuerſi illum fre-
quentabant: inde inoleuit vſus,vt & nos qui
de gentili errore conuerſi ſumus,illũ in offi-
cijs frequentemus:quatenus ad cõuerſionem
& pœnitentiam prouocemur,per quã reſur-
gere valeamus:de hoc etiam pſalmo ſub pri
18 ma dicetur. Adhuc † loco ſecũdi pſal. ſcilicet
Iubilate,qui in dominicis,& feſtiuis diebus di
citur,ſex pſal. in ſex ferijs dicuntur:quia ſicut
in primitiua eccleſia, ſanctorũ prædicatione
hæreditatem accepit,& poſt ad gentes intra-
uit:ſic & gentilitas credidit:& ſicut Iudaicus
populus ſanctorum prædicatione reſipiſcet
in fine.& qui ſub tempore antichriſti futuri
ſunt,perſecutionẽ & tribulationem euadent:
& populi poſt eius prædicationem ex tribus
mundi partibus colligẽtur:vt præmiſſum eſt,
ita & in loco pſalmi Iubilate:qui ſanctorum
prædicationem cõtinet, dicitur in ſecũda fe-
ria Pſal. Verba mea: qui eſt vox Eccleſiæ ad
hæreditatem Domini vocatæ. In ſeptuageſi-
ma verò pſalm. Confitemini,prout ibi dice-
tur. Et in tertia feria pſalm. Iudica me Deus,
qui recolit quando primitiua Eccleſia intra-
uit ad gentes. Et in quarta feria,pſalmus Te
decet:qui cantatur in figura gentium,quæ ab
idolis conuerſæ ſunt ad Deum. Et in quinta
feria pſal. Domine refugium:qui ſic intitula-
tur:Oratio Moſi hominis Dei cõgruentis re-
ſipiſcentiæ Iudæorũ. Et in ſexta feria pſalm.
Domine exaudi orationẽ meam:quẽ Dauid
cantauit quãdo filius ſuus eum perſequeba-
tur:perſecutionem antichriſti ſignificans. Et
19 ſabbato pſalm⁹:Bonũ eſt † cõfiteri Domino,
qui ſic intitulatur pſalm. Cantici in die ſabba
ti,id eſt,in die quietis. figurans ſanctos à tri-
bus mundi partibus collectos poſt antichri-
ſti perſecutionem fore in quiete manſuros,&
Domino confiteri,& pſallere. Præmiſsi ergo
ſex pſalmi,ideò ita ordinantur,vt in eis nota-
ri poſsit ordo Chriſtianæ conuerſionis. Verũ
20 loco pſalmi:† Benedicite,ſex cãtica in ſex fe-
rijs dicuntur:quia ſicut pſalmus ille continet
gratiarũ actiones trium puerorũ. Ita & in can
ticis cõtinentur gratiarũ actiones electorũ.
Talis enim eſt differentia inter canticum,&
pſalmũ, qualis inter bonam operationem &
gratiarũ actiones. Moſes autem legitur pri-
mus inſtituiſſe cantica: quando Pharao ſub-
merſus eſt. Exod. xv. deinde Delbora nõ igno
bilis fœmina in libro Iudicum v. poſteà viri
& fœminæ. Canticum eſt vox humana:pſal-
mus verò eſt quod cãtatur ad pſalteriũ. Item
pſalmus demõſtrat opera electorũ illius or-
dinis quem ſignificat,acta poſt cõuerſionem
canticum



canticum verò oſtedit laudem Dei,pro eiuſ-
dem operibus. de canticis dicitur in ſexta par
te ſub ſabbato ſancto. Rurſus ideò per ſingu
los dies feriales ſeptimanæ ſecundus & quin
tus pſalmus mutantur,quia ſex pſalmi & ſex
cantica,quæ per ſex dies ſeptimanæ commu
tantur, concordant in ſignificationibus octo
pſalmis,qui cantantur in matutino dominica-
li,ſeu octo ordinibus electorum, de quibus
præmiſſum eſt. Non incongruè igitur de die
in diem ordinatim canuntur:quemadmodum
& pſalmi dominicales matutini canuntur:ſeu
quemadmodum ordines electorum, quibus
concordant numerantur:vt per eos electorũ
ordines in nouo teſtamento de tempore in
tempus ſic ordinatũ fuiſſe oſtendatur. Pſal-
21 mus † verò Deus,Deus meus: & Laudate:
nunquam obmittantur nec prætermittuntur:
quia nullum fuit tempus nec erit,quo animæ
iuſtorũ nõ ſitiant ad Deum fontem viuum:&
quo non laudent Dominũ in excelſis. Vt au-
tem hæc clarius pateant notandum eſt,quòd
quilibet dictorũ ſex pſalmorum habet in ſe
hoc vocabulum mane,vel æquipollens. Ma-
22 ne autem,in † ſex diuiditur,ſcilicet in mane,
temporis:in mane, pectoris: in mane,noſtræ
redemptionis:in mane,hominis:in mane æter
nitatis: & in mane, mundialis proſperitatis.
Mane,temporis eſt initium,& fundamentum
fidei:de quo dictum eſt:Et factum eſt veſpe-
Gene.1 re & mane dies vnus. Mane, pectoris eſt ini-
tium gratiæ,cum ſcilicet gratia incipit luce-
re in corde:vnde:Emitte lucem tuã: & mane
exaudies vocem meam. Mane,noſtræ redem
ptionis,eſt matutinũ tempus, in quo Domi-
nus noſter ſurrexit,vel eius reſurrectio inno
Pſal.64 tuit. Vnde:Exitus matutini, & veſperæ dele-
ctabis. Mane hominis, eſt pueritia eius,vel
adoleſcẽtia,in qua viret & floret. Vnde:Ma-
Pſal.89 ne,ſicut herba tranſeat, mane flor.& tranſe.
veſpere decidat,induret,& areſcat. Sæpe autẽ
eſt quod homo mane pueritiæ trãſeat,id eſt,
moriatur. Si verò cõtingat eum venire ad ma
ne adoleſcentiæ, in quo viret & floret, ſæpe
eſt,quòd & tunc tranſit: quòd ſi fortè eum
contingat venire ad veſperam ſenectutis,tũc
abſque dubio in mortem decidit:induratur,
vt cadauer,& areſcit in puluere. Mane æterni
Pſal.142 tatis,eſt initium æternæ gloriæ. Vnde,Auditã
fac mihi mane miſericordiã tuam,id eſt,vo-
cem miſericordiæ tuæ:ſcilicet Venite bene-
dicti &c. Mane mundialis proſperitatis, eſt
ipſa proſperitas. Vnde:Ad annuntiandum ma Pſal.91
ne miſericordiam tuam &c. Penitus ergo ſo-
licitus de anima ſua, mane temporis ſurgat
ad orationem,vt poſsit dicere:Mane adſtabo Pſalm.5
tibi,& videbo:mane exaudies vocem meam.
quod habetur in primo pſalmo: Verba mea. Pſal.43
Verùm,quia oratio eius nõ habet effectum,
ſine mane pectoris,id eſt,ſine gratiæ initio,
ideo dicit:Emitte lucem tuam,quod habetur
in ij. pſalmo: Iudica me Deus, &c. Sed quia
mane pectoris,pendet ex mane noſtræ redẽ-
ptionis: ideò dicit: Exitus matutini &. quod Pſal.64
eſt in iij. pſalmo:Te decet &c. Et quia habi-
to mane pectoris,quod effectus eſt mane re-
demptionis:homo incipit ſibi vileſcere:ſequi
tur mane,ſicut herba tranſeat &c. quod ha-
betur in iiij. Pſal. ſcilicet Domine refugium. Pſal.89
Sed quia quantò ſibi quiſque magis vileſcit,
tantò magis mane æternitatis affectat:idcir
co dicitur:Auditam fac mihi mane miſericor
diam tuam:quod habetur in v. Pſal. Domine
exaudi orationem meam. Et quia nemo ad Pſal.142
hoc peruenit,niſi qui laudat Deum,in aduer-
ſitate,& proſperitate,ideò adiungit ad annun
tiãdum mane miſericordiam tuam &c. quod
habetur in vj. Pſal. Bonũ eſt &c. ¶ Rurſus vj. Pſal.91
23 Pſal. qui † per ſingulas ferias mutãtur:& can
tica,quæ illis dicuntur,inter ſe conueniunt,&
congruè poſſunt temporis gratię ſucceſsibus
coaptari. In ſecunda nanq; feria recolitur ſta
tus primitiuæ Eccleſiæ,quæ ſanctorũ prædi-
catione hæreditatem accepit,vt dictum eſt:
vnde in illo Pſal. Verba mea: orat Eccleſia,
pro æterna hæreditate,quã per Chriſtũ per-
cepit:quare in titu. eiuſdẽ Pſal. dicitur in fine,
pro ea,quam cõſequitur hæreditate. In canti-
co verò,gratias agit,dicens: Confitebor tibi
Domine,quoniã iratus es mihi:conuerſus eſt
furor tuus,& conſolatus es me:quod eſt Eſa.
xij. c. Reuera ira Dei,permãſit vſq; ad poſſeſ-
ſionem ſaluatoris:ſed tunc cõuerſus eſt Do-
minus à furore,& conſolatus eſt Eccleſiam,
aperiens ei ianuã cœleſtis regni: cùm omnes
prius ad inferos mitterentur. Item in Pſal. ſo-
litudinem ſuam oſtendens Eccleſia,dicit:Ma Pſalm.5
ne adſtabo tibi,& videbo &c. in cantico verò Eſa.21
confidens,dicit: Fortitudo mea, & laus mea
Dominus,id eſt,ipſe,per quem ſum fortis, &
quem laudare teneor. Ad totã igitur pertinet
Eccleſiam, quod dicitur: Verba mea &c. ſed
ſpecialiter ad primitiuam,cui per Apoſtolos
primò facta eſt promiſsio æternæ hæredita-
tis:&

tis:& tunc vexillum crucis cœpit in nationi-
bus eleuari:ad quod pertinet canticum ſicut
Eſaiæ 2 ex his,quæ præcedunt canticum in Eſa.mani
feſtè apparet.Dicitur enim in lib.paulò ſupe
rius.In die illa , radix Ieſſe,quæ ſtat in ſignũ
populorum : ipſum gentes deprecabuntur:&
erit ſepulchrũ eius glorioſum.Et paulò pòſt:
Eleuabit ſignum in nationes,& congregabit
profugos Iſraël,&c.Saluator noſter,eſt radix
Ieſſe:& ipſe ſtat in ſignum populorũ:quia ad
Deum reſpiciunt gentes,& ipſum deprecan-
tur:eius ſepulchrũ fuit glorioſum.Licet pec-
catis noſtris exigentibus,ad tempus ſit igno-
minioſum:& ipſe per Apoſtolos,& alios pri-
mitiuos leuauit in nationes crucis ſignum,in
quo eſt victoria:vt ſciant omnes, in quo dia-
bolus eſt victus.Sed ante hoc congregauit
ipſe profugos Iſraël,quando in die penteco-
ſtes erant viri religioſi,in Hieruſalẽ ex omni
parte,vel natione,quæ ſub cœlo eſt:& ex il-
lis crediderunt vna die tria millia,& alia die
quinque millia.Nam eis dicit Paulus in acti
Actu. 2 bus Apoſtolorũ:Primùm oportet Iudæis lo-
qui verbum Dei.In tertia feria illud tempus
recolimus,quando ab impijs Eccleſia perſe-
cutionẽ patiebatur à Iudæis primò:& poſteà
à diuerſis Imperatoribus romanis,præſertim
à tempore Neronis,vſque ad tẽpora Diocle
tiani & Maximiani Imperatorum.Quæ autẽ
tunc paſſa fuerit Eccleſia,indicat Pſal.Iudica
Pſal. 43 me Deus:& diſcerne cauſam meam de gente
non ſancta.& oſtendit triſtitiam cum dicit:
Quare triſtis incedo,dum affligit me inimi-
cus? Sed quia ab hac perſecutione liberata
eſt,cantat canticum:Ego dixi : quod eſt Eſa.
xxxviij.cap.quod cantauit Ezechias , poſt li-
berationem à Sennacherib:& poſt infirmita-
tem,quam incurrerat,ne eleuaretur cor eius,
in ſuperbiam.Vel quia eleuatũ erat , propter
inopinabilem triumphũ de exercitu Senna-
cherib.Sicut enim ille liberatus, reddidit glo
riam Deo:ſic & Eccleſia,prius tamen , quaſi
deſperans dicit:Non aſpiciam hominem vl-
trà,& habitatorem quietis,id eſt,ſaluatorem
meum per quẽ mihi quies deberet eſſe:imò
cùm videbat ſuos paſſim interfici , dicebat:
Generatio mea ablata eſt : & iterum præciſa
eſt,velut à texente vita mea:cùm adhuc ordi
rer,ſuccidit me.Tamen ſperãs Eccleſia dicit:
viuens ſupple nunc in protectione tua,viuẽs,
ſcilicet poſt in futura quiete , ipſe confitebi-
tur tibi:ſicut & hodie ego,ſupple liberata ab
hoſtibus:& ego ita ago ſicut pater bonus,qui
notam facit filijs veritatem ſuam.¶In quar-
ta feria,recolitur illud tempus , quo Eccleſia
cœpit exaltari , ſuper inimicos ſuos , ſcilicet
reddita ſibi pace per Imperatorem Conſtan-
tinum:vnde cantat:Te decet hymnus Deus
in Syon.Syon, interpretatur ſpeculatio ſiue
cõtẽplatio:quia tẽpore quietis,potuit Eccle
ſia vacare contemplationi.Ad hoc etiã perti
net titulus,ſcilicet Pſalm.Dauid : Canticum Pſal. 64
Hieremiæ & Ezechielis,de populo tranſmi-
grationis,vel verba peregrinationis,cùm inci
peret exire.Sicut enim populus ille de Baby-
lonia exire cœpit,recepta licentia à Cyro:ita
& Eccleſia de Babylonica perſecutione per
Conſtantinũ Roma. Imperatorem liberata,
quam patiebatur,ſub diuerſis Imperatoribus,
habet ſpem proficiendi in melius,quouſque
perueniet in cœleſtem Hieruſalem. Vnde re
colens præteritam perſecutionẽ,dicit:Verba
iniquorum præualuerunt ſuper nos:& profe
ctum ſuum oſtendens,dicit:Benedices coro-
24 næ anni benignitatis tuæ.Corona † anni be-
nignitatis tuæ , eſt tempus gratiæ,quod per
circulum dierum vſque in finem mundi de-
currit:in quo campi,id eſt,illi,qui ſunt pleni
tumore ſuperbiæ, carentes vbertate gratiæ,
repellentur,propter hanc liberationem can-
tat Eccleſia canticũ Annæ matris Samuelis,
quod cantauit liberata de perſecutione ſuæ
æmulæ Fenenne : ſcilicet Exultauit cor meũ
in Domino.quod eſt j.Reg.ij.cap.Cùm enim
reſpublica cœpit per angelicos viros,& Im-
peratores Chriſtianos miniſtrari , potuit Ec-
cleſia dilatare os ſuum , ſuper inimicos ſuos:
ſcilicet Iudæos,Paganos,& Hæreticos.Vnde
ſequitur:Dilatatum eſt cor meũ &c.¶Eadẽ
quoque pace qua gaudent gentiles conuerſi:
gaudent & Iudæi conuerſi.Vnde in perſona
iudaici populi cantamus in quinta feria:Do-
mine,refugium factus es nobis.Quod autem
iſte Pſalmus ad Iudæos pertineat , titulus
oſtendit:ſcilicet Oratio Moſi, hominis Dei.
Ad idem etiam pertinet canticum Moſi:Can
temus Domino . quod eſt Exod.xv.c.in prin.
Sicut enim exultauerunt Iudæi , interempto
Pharaone,cum exercitu ſuo:ita exultant ho-
die Chriſtiani deiectis diuerſis Imperatori-
bus,qui Eccleſiam perſequebantur odio no-
25 minis Chriſtiani.¶In † ſexta feria fit comme
moratio paſſionis Domini.Vnde cantatur il-
le Pſal. Domine exaudi orationem meam.
cuius



cuius titulus eſt Pſalmus Dauid,quando per-
ſequebatur eum filius eius Abſalon.Sicut au
tem Dauid habuit plures filios:ſed vnus illo
rum,ſcilicet Abſalon,perſecutus eſt eum:ita
& Dominus noſter plures habet filios : de
quibus nunc dicit : Non poſſunt lugere filij
ſponſi , quouſque cum illis eſt ſponſus : ſed
Math. 9 vnus illorũ,ſcilicet Iudas perſecutus eſt eum,
qui dicitur Abſalon , quaſi Abaſſalon,id eſt,
pax patris propter oſculum quod dedit Do-
mino,quod eſt ſignum pacis.Ad idem perti-
net canticum:Domine audiui auditum tuum
&c.quod eſt Abacuch iij.cap.in prin.In quo
dicitur cornua in manibus eius:ibi abſcondi-
ta eſt fortitudo eius à f.c.i.mors.Per cornua,
regna intelligere conſueuimus:& eſt ſenſus.
Cornua in manibus eius,id eſt,regnum in po
teſtate eius.Hanc autem poteſtatem meruit
ſibi dari : vel potius ſibi datam notificari per
paſsionem : de qua ipſe dicit : Data eſt mihi
omnis poteſtas in cœlo & in terra.Per cor-
nua enim,cõuenienter ſecundum hoc intelli-
guntur duo cornua crucis.Vnde videtur ſe-
cundum hoc,quòd potius eſſet dicẽdum,ma
Ioan. 10 nus eius in cornibus , quàm cornua in mani-
bus eius. Maluit tamen ſic dicere Abacuch
propheta:vt oſtenderet,quòd in poteſtate &
in volũtate eius fuit eum crucifigi, ſicut ipſe
Eſa. 53 dixit:Nemo tollet à me animam meam:ſed
ego habeo poteſtatẽ ponendi animam meã,
& iterum ſumendi eam : ibi, ſcilicet in cruce
abſcondita fuit ad tempus fortitudo eius:
quia reputatus eſt tanquam percuſſus à Deo,
& humiliatus:& ante faciem eius ibit mors:
quia mors per eius mortem deſtructa eſt.Et
nota quòd hæc dies eſt quinta,à ſecũda feria,
in qua agitur de paſsione ſaluatoris , ſicut &
in dominicis nocturnis quinto loco ponitur
canticum , in quo ponitur contemptus Na-
buchodonoſor:& victoriam trium puerorũ
in camino ignis,vbi aſpectus quarti erat ſimi
lis filio Dei:vel ſicut habet alia tranſlatio fi-
lio hominis:quia in paſsione ſaluatoris facta
eſt deſtructio diaboli : & victoria Chriſtiani
populi de tribus partibus orbis collecti per
eum,qui eſt verus filius Dei , & verus filius
hominis.¶In ſabbato verò fit commemora-
tio victoriæ populi iudaici, qui erat coniun-
ctus Eccleſiæ Dei,in fine ſeculi : & cantabit
cum Eccleſia pſalmum:Bonum eſt confiteri
Domino,ad annuntiandũ mane,ſcilicet pro-
ſperitatis miſericordiam tuam , & veritatem
tuam per noctẽ:ſcilicet aduerſitatis.qui Pſal
mus intitulatur laus cantici Dauid in die ſab
bati:vnde cõueniens eſt,vt in die ſabbati can-
tetur Pſalmus ille,in quo agitur de perſecu-
tione Iudæ , qui perſecutus eſt Chriſtum in
figura Abſalon,qui perſecutus eſt patrem:&
qui intitulatur in die ſabbati. Quòd autem
Pſalmus iſte pertineat ad Iudaicũ populum,
conuincitur ex illo verſu:In decachordo pſal
terio cum cantico. Pſalterium decachordo
dicitur lex propter decem mãdata legis. ¶Et
26 nota,quòd hoc pſalterium † quidam portãt:
ſed in eo nõ pſallunt,vt Iudæi perfidi,qui no
bis ſunt in codicibus teſtes , in cordibus ho-
ſtes.Quidam portant,& pſallere videntur:nõ
tamen pſallũt,vt falſi & praui Chriſtiani,qui
cum triſtitia & corde iniquo aliquãdo bona
opera operantur.Quidam portant , & in eo
pſallunt,vt illi,qui cum hilaritate bonũ ope-
rantur.Hoc autẽ erit in populo Iudaico,cùm
vnum erit cum Eccleſia. Qualiter canticum
Moſi:Audite cœli : quod eſt Deut.xxxij.cap.
pertineat ad ſabbatũ & ad populum Iudaicũ
ex verbis Bedæ haberi poteſt,qui dicit ſuper
Lucam,quòd in diebus ſabbati Iudæi ad ſy-
nagôgas confluebant , ad meditanda diuinæ
legis mandata , poſtpoſitis mundi negotijs:
iuxta illud:Vacate & videte, quoniam ſuauis Pſal. 132
eſt Dominus.In memoriam ergo priſtinæ re
ligionis,canticum ipſum Deute.ſabbato can-
tatur , in quo ſtatus illius populi , quem ha-
buit , offenſo vel propitio Deo deſcribitur.
27 ¶Poſt antiphonam † ſequitur capitulũ , per
quod fit exhortatio , ne deficiamus in via.Et
dicitur quãdoq;:benedictio & claritas.Apoc.
vij.c.& quandoq;:Fuiſtis aliquando tenebræ.
Epheſ.v.& quandoq;:Nox præceſsit.Ad Ro-
ma.xiij.c.vbi hortamur in fide perſeuerare:
miſericordiæ operibus intẽdere:& opera te-
nebrarum abijcere:& arma lucis induere : &
cõſolamur per repromiſsionẽ gloriæ.Et poſt
capitulum ſequitur reſponſoriũ.In quibuſdã
tamen Eccleſijs nõ dicitur reſpõſoriũ.Vide-
tur enim hoc ſuperfluere propter reſpõſoria,
in nocturnis dicta:quia hodie nocturnę & lau
des matutinæ vbiq; cõiunctim canũtur. Hæc
tamen ratio ceſſat,ſi laudis matutinæ officiũ
fit per ſe.In omnibus tamen alijs horis poſt
capitulum ſequitur reſponſorium.Poſt capi-
tulũ ſeu reſponſoriũ chorus exhortationi aſ-
ſentiẽs,hymnũ reſonat.Poſt hymnũ,ſequitur
verſus.Quia enim per cãticũ Zachariæ,quod
ſtatim

ſtatim ſequitur,promiſsio notatur:& nos tar
di ſumus ad credẽdum promiſsionibus: ideò
præmittitur verſus, alta voce, vt excitemur
ad credendũ Dei promiſſa.Et dicitur in qui-
buſdam Eccleſijs verſus:Repleti ſumus ma-
ne miſericordia tua:in quo recolitur tempus,
quo iuſtis recõpenſabitur merces,poſt huius
ſeculi laborem.Vnde dicit Beda:Repleti ſu-
mus mane:prẹteritũ ponens,pro futuro,pro-
phetali certitudine:quia in mane æternitatis
Pſal.66 miſericordia Domini replebimur:iuxta illud:
Satiabor, cum apparuerit gloria tua.In alijs
Pſal.67 verò Eccleſijs dicitur in matutinis: Domine
meditabor in te.Cõſequenter chorus, verſu
excitatus,ſubijcit canticum Zachariæ: ſcili-
cet Benedictus:quod eſt Luc.j.c.quod ſem-
per dicitur,iuxta quod ait Apoſtolus:Seruien
dum eſt Deo,in pſalmis,& hymnis,& canti-
cis,id eſt,corde,ore, & opere. Siquidem per
hymnũ exprimitur lætitia,quam de conſecu
ta libertate habemus.Et quia Chriſtus hanc
nobis lætitiam acquiſiuit, idcirco ne de hu-
iuſmodi beneficio ingrati eſſe videamur, in
laudem Dei cantãdo prorumpimus,antipho-
nam inchoantes.Et quia nos liberauit ei gra
tes referimus, alta voce cantando canticum
ipſum.& quare? quia viſitauit nos exiſten-
tes in miſeria: & fecit redemptionem plebi
ſuæ.Quare etiam hoc canticũ alta voce dica
tur,in vj.parte ſub v.feria cœnæ Domini di-
cetur.Vel ideò poſt pſalmos & lectiones,&
verſum canticum ipſum dicitur: vt recorde-
mur,quòd finito tempore noui teſtamenti:
quod per præmiſſos matutinales pſalmos ſi-
gnificatur,remuneratio Abrahæ promiſſa no
bis dabitur:ſi doctrina Chriſti imbuti, quod
per lectionem, & ad Dei ſeruitium viſitati,
quod per verſum ſignificatur, ſine timore,in
ſanctitate,& iuſtitia,omnibus diebus ſeruia-
28 mus Deo.¶ † Rurſus ideò Pſal. Benedictus:
hoc loco dicitur:quia in eo agitur de præcur
ſore illius,qui in ſexta ætate venit. Et iſte eſt
ſextus pſalmus in laudibus. ¶ Et not. quòd
quia hoc canticum & canticum Mariæ,ſcili-
cet Magnificat anima mea Dominũ &c.euan
gelia ſunt:ideò ea ſtantes cantamus. Cæterũ
hæc duo cantica,nõ cantantur in Eccleſia eo
ordine,quo edita ſunt: quem ordinem ponit
magiſter in hiſtorijs,vbi agit de ortu præcur
ſoris.Nam canticum Zachariæ prius canta-
tur:& tamen ſecundò editũ eſt:quia enim ibi
legitur: Et erexit cornu ſalutis nobis.quod
eſt factum in reſurrectione.Et quia loquitur
ad puerum,qui fuit aurora ſolis: ideò canta-
tur in laudibus.Canticum autẽ virginis, quia
legitur ibi:Reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ:
Eccleſiæ,ſcilicet ipſius Mariæ, quod quidem
factum eſt in ſexta ætate:& agit de incarna-
tione ibi:Suſcepit Iſraël puerũ ſuum:ideò ca
nitur ad veſperas, ſcilicet in vj.officio diur-
no.Tertiò canticum Symeonis, quod ſequi-
tur,canitur in ſeptimo officio,ſcilicet in com
pletorio: quia orat ſe dimitti in pace, quod
erat in ſeptima quieſcentium. ¶ Rurſus in tri
bus horis,tria dicimus euangelia, ſcilicet in
aurora:Benedictus.quia ibi vera lux nuntia-
retur.In veſpera:Magnificat:quia in fine mun-
di,prout ibi dicitur,Deus ſuperbos diſperdet:
& humiles exaltabit. In completorio:Nunc
dimittis:quia poſt iudicium ſancti in pace re-
gnabunt.Finito cantico antiphona:quæ dile-
ctionem ſiue deuotionem,quam in laudando
Deum habere debemus,ſignificat,repetitur.
Dum autem verſus ante ipſum canticum,di-
citur offertur incenſum, vt notetur deuotio
ab igne charitatis egrediens:quæ in omni lau
de eſſe debet.Turibulum enim, eſt cor ho-
minis:ignis,charitas:incenſum, oratio:fumus
in altum tendens,eſt deuotio,qua ſurſum ten Pſal.[illegible]
dere debet:iuxta illud:Dirigatur oratio mea
&c.De hoc in iiij.parte in titulo de acceſſu
pontificis ab altare dictum eſt:& dicetur ſub
veſperis.Primò autem offertur incenſum,cir
ca altare:nam & ſacerdos legalis mane intra
bat templum,vt ſi per altare incẽſum offer-
ret,vt dicetur ſub titulo de veſperis.Offertur
itaq; incenſum,circa altare,vt notetur canti-
cum toto cordis affectu eſſe proferendum.
Et ne nobis accidat, quod contingit Zacha-
riæ,cui dum incenſum offerret, apparuit an-
gelus dicens,quòd ei naſceretur filius: quod Luc.1
quia ille non credidit, obmutuit. Credamus
igitur de promiſsionibus Dei,ne à laude eius
mutui efficiamur.Alia etiam ratio ſub veſpe
ris dicetur.Poſt canticum ſequitur oratio,per
quam eſt impetranda promiſsio: de qua di-
ctum eſt in procemio huius partis.De laudi-
bus matutinis,quas monachi dicunt, in præ-
cedenti titulo dictum eſt.

SVMMA.

1 Prima, principium diurni officij, quorſum inſtituta.

2 Hymnus nunquàm mutatur in Prima. Et quid ita.

Antiphonam



3 Antiphonam ſequitur Pſalmi, in Prima.

4 Pſalmi treis in Prima.Et quid ſignificent.

5 Pſalmi:Beati immaculati.excellentia.

6 Pſalmi nouem, quare dicantur die Dominica,in Prima.

7 Reſponſorium horæ primæ.

8 Preces quæ dicendæ,in Prima.

9 Κύριε ἐλέησον,in Prima.

10 Oratio Dominica dicitur in horis, ſubmiſſè. Et cur ita. Et cur etiam perinde Symbolum Apoſtolorum.num.11.

12 Obſecratio,quid.

13 Eccleſia,pro quatuor obtinendis,orat.

14 Proſtrationes cur fiant in horis canonicis.Et quando.num.15.

16 Genu flectitur, etiam in priuatis orationibus.

17 Oratio Dominica, eſt ſal officiorum diuinorum.

18 Pretioſa,antiph.an in matutinis,an potius in Prima locum habeat.

## De Prima. CAP. V.

POſtquàm de nocturnali præ-
miſſum eſt officio, conuenit
aliqua dicere de diurno.Et pri-
1 mò de † hora prima, in qua
Deum laudare debemus: tum
quia eſt initium diei, & nobis dedit noctem,
cum ſalute, & ſine Satanæ impedimento
tranſire: prout in completorio rogauimus
Marc.16 ipſum: tum quia tali hora Chriſtus à Iudæis
Pilato traditus eſt:& etiam angelus nuntia-
uit mulieribus, ad monumentum, orto iam
ſole venientibus, eum ſurrexiſſe:eadem etiã
hora viſus eſt in littore maris à diſcipulis pi-
Ioan.21 ſcantibus, dicens illis: Pueri, habetis aliquid
Luc.21 pulmenti?Tum quia eadem hora, Dominus
conueniebat in templo, & populus manita-
bat,id eſt,mane expectabat:vel, id eſt, ad eũ
Luc.12 mane feſtinabat. Tum etiam quia ſcriptura
dixit: Primùm quærite regnum Dei. Meritò
ergo Eccleſia in hac hora,Dominum laudat,
& eum inuocat dicens: Deus in adiutorium
meum intende, cum glorificatione ſequenti:
& inde petit liberari,& à perſecutione mun-
di,& à tentationibus diaboli: vt patet in hy-
2 mno:Iam lucis orto ſydere &c. ¶ † Eſt autẽ
notandum,quòd in prima hora hymnus ipſe
inuariabilis eſt, quoniam quolibet die præ-
miſſa liberatione egemus:ſimiliter & in cõ-
pletorio hymnus: Te lucis &c. in quo petit
Eccleſia à phantaſmatibus liberari: qua etiã
liberatione ſemper egemus:prout ſub com-
pletorio dicetur. Quædam etiam Eccleſiæ
nunquàm variant antiphonam, ad primam.
Cùm enim Deus ſit inuariabilis, qui eſt α, & Apoc.1
ω,id eſt,principium & finis:idcirco quia ſem
per à nobis primitias & decimas exigit:tan-
quam ſemper ſoluentes primitias Dei nun-
quam variant antiphonam, ſed ſemper dicũt
illam de trinitate: niſi aliquod feſtum acci-
dat: quia tunc fit de ipſo feſto. Aliæ tamen
Eccleſiæ variant antiphonam, & hymnum,
& in dominicis, & in ferijs,& in feſtis Dei &
3 ſanctorum. ¶ † Poſt antiphonam ſequuntur
pſalmi:& ex continentia præcedentis hymni
euidenter apparet, quare dicatur primus
Pſal.Deus in nomine tuo &c.in quo Eccleſia
orat,à periculis & ab inimicis liberari:deinde
ſe armat:primò contra hoſtes cingulo caſti-
tatis.cùm dicit: Beati immaculati in via &c.
Secundò,galea ſalutis,ſcilicet ſpe, cùm dicit:
Retribue ſeruo tuo, &c. de quibus dicetur
ſub ſexta. Tertiò, etiam ſcuto fidei,cùm di-
cit:Quicunq; vult ſaluus eſſe, &c. in quo fi-
des noſtra continetur: vt iam dicetur, quæ
eſt ſcutum & munimen noſtrum, & victo-
ria contra carnem,mundum,& diabolum: &
eius omnes tentationes:vnde Petrus:Cui reſi
ſtite fortes in fide &c. Quartò, ſumit gladiũ
ſpiritus, quod eſt verbum Dei:dum dicit ca-
pitulum ſiue lectionem,quæ pertinet ad do-
ctrinam, quia oportet, vt præcedant bona
opera,quæ per pſalmos ſignificantur:& tan-
dem ſequatur doctrina de ſpiritualibus & ſe-
cretioribus: iuxta illud:Cœpit Ieſus docere,
4 & facere. ¶ † Sunt ergo tres pſalmi, ſcilicet Act.1
Deus in nomine tuo ſaluum me fac. Beati
immaculati in via. Retribue ſeruo tuo.vt in
tribus horis munimentum contra impugna-
tiones interiores & exteriores habeamus. Et
dicũtur ſub tribus glorificationibus,eò quòd
trinitas in noſtris operibus glorificatur. Se-
cundus Pſal.eſt:Beati immac.in via.vſq;,Re-
tribue ſeruo tuo.Tertius eſt:Retribue ſeruo
tuo.vſq;,Legem pone mihi Domine,viam iu
ſtificationum tuarum:qui ex octonarijs ver-
ſuum conſtituuntur. Habet enim vnuſquiſq;
ſexdecim verſus: quorum duodecim ſigni-
ficant duodecim prophetas: alij quatuor de-
ſignant quatuor maiores, ſcilicet Hiere-
miam, Eſaiam, Danielem, & Ezechielem:
ſiue duodecim Apoſtolos, & quatuor euan-
geliſtas.

geliſtas. Dicuntur ergo illi duo pſalmi, ex
ſexdecim verſibus conſtituti: vt oſtendatur,
quòd ea, quæ duodecim prophetæ & qua-
tuor maiores, ſiue duodecim Apoſtoli & qua
tuor euangeliſtæ dixerunt, pro poſſe obſer-
uare debemus. De octonarijs dicetur ſub tit.
de completorio. Sunt etiam quodammodo
quinq; pſalmi habito reſpectu ad diuiſionem
octonariorum verſuum, cuiuſlibet pſalmi, ſi-
gnificantes quòd Eccleſia petit, ne mors in-
grediatur per feneſtras quinq; ſenſuum no-
ſtrorum: ſeu vt quinq; ſenſus noſtri, per diem
diuinitus muniantur. Primus eſt: Deus in no-
mine tuo ſaluum me fac. Secundus: Beati im-
maculati in via. Tertius: In quo corrigit.
Quartus: Retribue ſeruo tuo. Quintus: Ad-
5 hæſit. ¶ † Et eſt ſciendum, quòd à pſalmo: Bea
ti immaculati in via: vſq; ad pſalmum: Ad Do
minum, cùm trib. cla. eſt vnus pſalmus conti-
nens duodecim capitula qui ſecundum Am-
broſiũ eſt paradyſus pomorum, & apothe-
ca ſpiritus ſancti: ideò Eccleſia ruminat illum
per horas, velut ſpecies aromaticas paradyſi,
vt ſit ſpecies aromatica Deo & mũdo. ¶ Sed
quæritur, quare pſalmus ille: Deus in nomi-
ne tuo ſal. me fac. dicatur ad primam, quem
1. reg. 23 Dauid cecinit dum Iudæi eum Saul tradere
volebant? Reſpõdeo: ideò quia per cypheos,
qui interpretantur florentes, intelligitur dia-
bolus, qui caducam floriditatem ſuis oſten-
dit. Ipſe enim ſiue per ſe, ſiue per membra
ſua, inſidiatur nobis, & nos apertè perſequi-
tur, vt nos æternæ tradat morti. Ad vitandum
ergo eius calliditatem: iſte pſalmus in prima
hora ſiue in diluculo cantandus eſt: quem
Dauid cantabat, vt ab inimicis ſaluaretur.
Poſt illum dicitur pſalmus: Beati immacula-
ti in via: qui plenus eſt moribus: quia opor-
tet, vt hi quos Deus liberauit de vinculis, &
carcere inimicorum, moribus bonis, & in
6 omni deuotione adſiſtant. ¶ † In diebus verò
dominicis, in quibus matutinale dicitur, & hi
ſtoria mutatur: dicuntur ad Primam quinq;
pſalmi qui ſunt in fine ipſius nocturni domi
Pſal. 21 nicalis, ſcilicet Deus Deus meus, reſpice &c.
q̃ pſalmi quare in prima dicantur, ſub cõple-
torio dicetur. In quibuſdam tamen Eccleſijs
dicuntur ſolùm in dominicis à ſeptuageſi-
ma, vſq; ad paſcha: quo etiam tempore dici-
tur ad primam, Dominus regnauit: propter
rationem ibi ſcriptam. In præmiſsis etiam do
minicis dicitur ad Primam pſalmus, Confite-
mini Domino, ne aliquid de pſalterio præ-
termittatur: quin totum in ſeptimana dica-
tur: & quia ibi præſertim in verſu illo: Hæc
eſt dies, quã fecit Dominus &c. agitur de re-
ſurrectione, ad quã dies dominici pertinent:
& ſecundũ hoc in dominicis dicuntur ad pri-
mã ix. pſalmi: vt cũ nouẽ ordinibus angelorũ
in reſurrectionis gaudio trinitatem laudare
poſsimus. In primis quinq;, ſcilicet Deus
Deus meus, reſpice: & ſequentibus de Chriſti
paſsione cantatur, per pſalmum: Cõfitemini.
& tres quotidianos: innuitur, quòd in quatuor
mundi partibus doctrinã quatuor euangeli-
ſtarum laudare debemus. In pſalmo: Deus in
nomine tuo ſaluũ me fac: petimꝰ erroris de-
poſitionẽ: in Confitemini: exhortamur ad lau
dis confeſsionẽ: in Beati immaculati: ad lau-
dis operationẽ: in, Retribue: ad mandatorum
retributionẽ. Verũ, quia fides, eſt fundamen-
tum mandatorũ, & victoria quæ vincit mun-
dũ: quia cætera ſine fide fruſtrãtur: ideò ſub-
ditur ſymbolũ fidei: Quicũq; vult: quòd Atha
naſius Alexandrinus epiſcopus rogatu Theo
doſij Imperatoris ad eradicandã inualeſcen-
tẽ hæreticorum perfidiã, & fidẽ catholicam
diuulgandã, edidit: & ſingulis diebus domini
cis Eccleſia conſtituit cantari ad primã: quia
populus extunc maximè ad Eccleſiã conue-
nit: vel quia fides principium ſalutis exiſtit.
Quidã tamen ex curioſitate, illud omittunt
in illis diebus, quibus in miſſa: Credo in vnũ
Deũ, dicunt: quidã autẽ dicunt, quòd dictus
Athanaſius fugiens à facie Conſtantini Im-
peratoris in Treueri illud cõpoſuit: quãdoq;
non dicitur in Eccleſia ex primaria Eccleſiæ
inſtitutione. Et aduerte, quia in hoc ſymbo-
lo, duæ principaliter ſunt partes, ſcilicet de
trinitate, & de incarnatione verbi: ſed de libe
ro arbitrio præmittitur. ¶ Poſteà ſequitur ca-
pitulum, in quo paſtor oues, & paterfamiliàs
operarios, ne in calore & labore deficiant,
conſolatur: de quo iã dicetur: & dicitur quã-
doq; capitulum: Gratia vobis, & pax à Deo:
ad Gal. j. & quandoq;: Pacem & veritatẽ Za-
charię: viij. diſt. ¶ Poſt capitulum ſequitur re-
7 ſponſorium: Chriſte † fili Dei viui &c. vt Ec-
cleſia oſtendat ſe innuere & applaudere his,
quæ in illo dicta ſunt: nihilominus tamen
orat pro ſe. Vnde poſteà ſubijcitur verſus:
Exurge Chriſte, id eſt, fac nos exurgere. Exur
gere autem à vitijs, nihil aliud eſt, quàm ad
Dominũ redire. ¶ Sciendũ eſt autẽ, quòd quę
dam Eccle



dam Eccleſiæ omittunt reſponſorium illud:
Chriſte fili Dei viui: in aduentu & in ſeptua-
9 geſima: quia licet tã patres, qui fuerunt ante
legem, quàm qui fuerunt ſub lege, ſperarẽt
per Chriſtũ à miſerijs liberari: tum quia ipſe
in illo tẽpore nondum venerat: idcirco cum
tẽpora illa recoluntur miſericordia Chriſti
minimè inuocatur. In feſtiuitatibus tamen
ſanctorum, quæ in illis tẽporibus occurrunt,
illud dicunt: quia in illis tempus gratiæ re-
præſentatur. Quædã tamen Eccleſiæ non di-
cunt capitulum, nec etiam reſponſorium: ſed
ſolũ verſum. Exurge: volentes morem Apo-
ſtolorum imitari: quos legimus poſt aſcen-
ſionem ante aduentum ſpiritus ſancti, in ora
tionibus, & bonis operibus perſeueraſſe: ſi-
Luc. 24 cut Lucas dicit, quòd ipſi adorantes reuerſi
ſunt in Hieruſalem, cum gaudio magno: &
erant ſemper benedicentes in templo, & lau
dantes Deum. Nec legimus eos tunc feciſſe
ſermonẽ ad populum: ſed in die penteco. da-
to eis ſpiritu ſancto, hora tertia cœperunt tã-
quàm confirmati ad populũ loqui: in quo in-
ſtruimur, quòd vſq; ad horam tertiam bonis
operibus & orationibus vacare debemus: &
tunc tandem alios docere. quod notat ipſa
lectio ſeu capitulum: nam pſalmus ad opera:
lectio verò pertinet ad doctrinam. Propter
hoc ergo lectionem in prima ſubtrahunt: &
per conſequens, reponſorium quod ei reſpon
dere debet. ¶ Ruſus, per primam paſtoris
opera intelliguntur. Vnde & tunc dicitur: Re
ſpice Domine in ſeruos tuos, & in opera &c.
qui paſtor, Chriſti exemplo, debet prius ope-
rari, vt in alijs horis alios ad operam valeat
exhortari: ideóq; non dicunt capitulum, quod
eſt exhortatio ſeu conſolatio poſt pſalmos,
per quos opera ſignificantur: ſed poſt Primã
dicitur lectio, vt dictũ eſt in procœmio huius
8 partis. ¶ † Subſequenter dicuntur preces: quo
niam in concilio agatheñ. de conſe. diſt. v. cõ
uenit, ſtatutum eſt, vt preces ſiue capitula
pſalmis: in ſingulis horis dicantur. Dicuntur
autem propter tria. Primò, ad reſecandas ſu-
perfluas cogitationes. Secundò, ad impetran-
dam miſericordiã, propter oues errantes, &
operarios fatiſcentes. Tertiò, ad poſtulãdum
auxilium contra tentationes vt poſsimus in
dominica oratione patrem ſecurius inuoca-
re. Et dicuntur hoc modo. Primò, nanq; do-
minica oratio dicitur, in qua ſunt vij. petitio-
nes, propter ſeptem dona ſpiritus ſancti ha-
benda: vt iam dicetur. Sed quia muſcæ mo- Eccle. 10
rientes perdunt ſuauitatem vnguenti, præce-
dat ipſum κύρι ἐλέησον. Oportet † enim tale
quid præcedere, quod inanes cogitationes
repellat à mente: vt dicendo ipſam orationẽ
dominicam, mens, quæ inuiſibilia loquitur,
ſola inuiſibilia cogitet. In diuinis ſiquidem
officijs ante ipſam orationem dicitur ter vel
ſemel κύρι ἐλέησον, & poſt ſemel vel ter
χρισὲ ἐλέησον: & iterum ter vel ſemel κύρι
ἐλέησον. Dicitur ter κύρι, ἐλέησον, ad notan-
dum tres ſtatus diuinitatis & diuinæ maieſta
tis: quos aliquo modo in Eccleſia celebra-
mus. Sed ſemel dicitur, propter vnam ſub-
ſtantiam. Primus ſtatus fuit, ante aſſumptam
humanitatem, quando trinitas inuocabatur,
ſine copulatione humanæ naturæ: & diceba-
tur Dominus. quia Dominus nomen illi. Se
cundus, poſt aſſumptam humanitatẽ, ſcilicet
quando Chriſtus videbatur in terra: & nihi-
lominus credebatur à ſuis Deus & filius Dei:
propter aſſumptam enim humanitatem, quæ
vncta eſt oleo ſpirituali, vocatur Chriſtus.
Vnde in medio ſtatu dicimus, χρισὲ ἐλέησον.
Quando igitur ter dicimus χρισὲ ἐλέησον, oſtẽ
dimus eum nunquàm fuiſſe ſeparatũ à ſub-
ſtantia ſanctæ trinitatis, licet fieret homo.
Sed quando ſemel: oſtendimus eum fuiſſe
ſolum inter homines: & neminem ſibi per
omnia ſimilem habuiſſe. Tertius ſtatus fuit
ex eo tempore, quo voluit clarificari aſſum-
ptam humanitatem plus, quàm eſſet, quan-
diu mortalis erat: quia ergo in illa clarifica-
tione oſtenſa eſt trinitas: ideò dicimus ter
κύρι ἐλέησον, ſemel verò dicitur propter vnã
ſubſtantiam. de horum verborum efficacia
dictum eſt in quarta parte ſub titulo, de
κύρι, ἐλέησον. ¶ Et nota, quòd præmiſsi ſta-
tus dicuntur, propter nos: nõ propter Deum:
apud quem non eſt tranſmutatio nec viciſ- Iac. 1
ſitudinis obumbratio. ¶ Poſt κύρι ἐλέησον,
ſequitur dominica oratio, in qua ſunt ſe-
ptem petitiones: propter habenda vij. ſpi-
ritus ſancti dona: per quæ mœrentes ſeptem
virtutes: & per iſtas à ſeptem vitijs libe-
rati, ad octo beatitudines perueniemus. ¶ Et
10 dicitur voce demiſſa & ſecretè. ¶ † Primò,
vt per hæc verba humilitatis & orationis
deuotio ſignificetur. ¶ Secundò, vt qua-
ſi ad interiora reuerſi, ipſas res cum ma-
gna diligentia mente capiamus: quas ver-
bis pronuntiamus. ¶ Tertiò, quia in ea Deo

loquitur,qui non tantũ verba,ſed renes ſcru-
tatur & corda.¶ Quartò,ad notandum,quòd
oratio ipſa potius habet efficaciã in deuotio
ne cordis,quàm in clamore oris. Licet enim
Moſes ad Dominũ non clamaret ore:tamen
Dominus,qui magis attendit clamorẽ cordis
quàm oris ,inquit eis : quid clamas ad me?
Exod. xiiij. ca. Finis tamen ipſius orationis
altè pronunciatur:vt ab omnibus confirme-
tur,& vt auxilio precũ adſtantiũ reſponden-
tium,Amen.à tentatione liberemur:quia ſi-
cut ait Aug. Impoſsibile eſt multitudinem
non exaudiri.Principium quoq; eius publicè
pronunciatur:vt per hoc populi adſtantes ad
orandũ inuitentur.¶Sanè,dominica oratio di
citur , vt vita ſpiritualis animæ impetretur.
propter quod immediatè illa dicta ſubijci-
tur:Viuet anima mea, & laudabit te &c.dein
de ſequitur:Erraui ſicut ouis , quæ &c.in quo
Hebr. 2 fit confeſsio.Non enim poteſt in Deo viue-
11 re,qui non confitetur. ¶ † Conſequenter di-
citur : Credo in Deum : in quo fides noſtra
continetur:ſine qua impoſsibile eſt Deo pla-
cere:& per quam contra omnia aduerſa ar-
mantur,qui per dominicam orationẽ mundã
tur. Et dicitur voce demiſſa : finis verò alta,
ad notandũ quòd corde creditur ad iuſtitiã:
ore autem confeſsio fit ad ſalutem.extrà de
ſacra vnct.de quo in quarta parte dictũ eſt,
vbi de ſymbolo agitur.Poſteà ſacerdos quaſi
ſuſpirans dicit:Et ego ad te Domine clama-
ui &c. Iuxta illud Dauid : De profundis cla-
maui ad te Domine.quia verò non eſt ſpecio
ſa laus in ore peccatoris:quia peccatori dixit
Deus:Quare tu enarras iuſtitias meas,& aſſu
Pſal. 49 mis teſtamentũ meum per os tuum.iij.q.vij.
§.quod inſtatur. ideò petit ſibi gratiã confi-
tendi:qua repletus poſsit dignè laudare , di-
cens:Repleatur os meum laude.¶Subſequun
Pſal. 70 tur etiam poſteà multæ preces:quibus Eccle
ſia obſecrat,orat,poſtulat:& gratias agit, iu-
1.Tim. 2 xta doctrinam Apoſtoli ad Tim. obſecrat,
dum dicit : Domine auerte faciem tuã à me
12 &c.† Propriè autem obſecratio eſt , quando
cum adiuratione petitur : vt cùm dicitur:per
paſsionem tuam libera nos Domine. Orat,
Pſal. 50 dum bona ſibi dari petit:vt ibi:Cor mundum
Pſal. 101 crea in me Deus : & ſpiritum rectum.Poſtu-
lat , dum à ſe mala ſibi contraria remoueri
petit:vt ibi : Dignare Domine , die iſto ſine
peccato nos cuſtodire.Gratias verò agit, pro
iam receptis:cum dicit : Benedic anima mea

Domino:de hoc etiam ſub tit.de tertia dice-
tur.¶ Poteſt etiã & aliter dici , quoniam ora-
tio dominica cum ſequentibus precibus , &
cum pſalmo : Miſerere mei Deus ſecundum
magnã miſericordiã tuã:ideò dicuntur, quo-
niã ſunt intra Eccleſiã noſtrã , qui minima &
qui maxima committunt:pro minima & con
mittentibus,& pro ſeipſo ſacerdos orat,quan
do κύρι ἐλέησον, & orationem dominica di-
cit:in qua nemo ſe excuſare poteſt,niſi vera-
citer:dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos
dimitti.&c.pro majora cõmittentibus : & per
pœnitentiam reſurgentibus dicitur pſalmus:
Miſerere mei Deus, ſecundũ magnam miſe-
ricordiã tuã:qui propriè pertinet ad pœniten
tes:prout dictum eſt ſub titulo de laudibus
matutinis:& viuet anima mea &c. qa anima
mortua fuit poſt mortale peccatum. Errorẽ
etiã ſuũ exponit,dicens:Erraui ſicut ouis,quę
perijt &c.Medicinam quærit,vbi dicit: quęre
ſeruum tuum Domine:quia mandata tua nõ
ſum oblitus, id eſt , paratus ſum adimplere.
13 ¶ † Rurſus in his precibus Eccleſia orat pro
peccatis:& præſertim pro quatuor orat, ſcili
cet pro immunditia remouenda.Et pro mun
ditia conferenda. Pro triſtitia,quæ ex morſu
conſcientiæ remouenda.Et pro lætitia confe
renda : pro quibus dicit quatuor particulas
illius pſalmi:Miſerere mei Deus , ſecundum
magnã miſericordiã tuã.Pro immunditia re-
mouenda,dicit:Auerte faciẽ tuam à peccatis
meis:& omnes iniquitates meas dele. Quaſi
dicat,noli ea æternaliter punire.ſed quia poſ
ſet eſſe,quòd homo non curaret ea deleri:ex
quo in præſenti nõ puniretur : ideò addidit:
Et omnes iniquitates meas dele.pro mundi-
tia verò cõferenda,dicit:Cor mundũ crea in
me Deus. Sed quia etiã collata mũditia ho-
mo eã ſibi collatã ignorat,& adhuc conſciẽ
tiæ morſu torquetur,ideò addidit:Ne proij-
cias me à facie tua:& ſpiritũ ſanctũ tuum ne
auferas à me.Deinde, pro lætitia conferẽda,
dicit : Redde mihi lætitiam ſalutaris tui , &
ſpiritu princip.&c.Sed quia adhuc reſtant ini-
mici qui nos ad mala trahere nituntur , qui
ſunt tres, ſcilicet caro,mundus , & diabolus:
idcirco cõtra inimicos ponit tres verſiculos,
ſcilicet:Eripe me Domine ab homine malo:
& alios duos ſequentes.Inimicis verò repul-
ſis,iam laudare poteſt:vnde dicit ſic:Pſalmũ Pſal.139
dicã nomini tuo &c.& quia omni tẽpore lau
dandus eſt,adiũgit:Et reddã vota mea &c. &
etiam



etiã in omni loco:ideò adiungit : Exaudi nos
Deus ſalutaris noſter.Adhuc, quia per paſsio
nẽ redẽpti ſumus, & per eã noſtra oratio re-
cipit efficacia : ideò reducimus ad memoriã,
quæ in paſsione Domini legimus & canta-
mus:videlicet: Sanctus Deus , ſanctus fortis,
ſanctus & immortalis.Inde hortamur animã
noſtrã ad benedicendũ ſibi , propter benefi-
cia nobis collata, ibi:Benedic anima mea Do
mino &c. Conſequenter verò,vt pura ſit ora
tio, communem facit cõfeſsione :per quam
à venialibus mundamur ſine quibus cõmu-
nis vita facilè non ducitur. Et quia homi-
nis cõfeſsio nil valet,niſi interius cõuertatur:
ideò ſubiungit:Conuerte nos Deus ſalutaris
noſter : & auerte iram tuã à nobis. Prætereà,
quia in principio diei eſt , orat à peccato per
diẽ liberari,dicẽs:Dignare Domine die iſto,
ſine peccato nos cuſtodire : ſine quo vir po-
teſt eſſe ad momentum humanitatis fragili-
tas.Et quia neceſſe eſt , vt miſericordia Dei
ſequatur ſicut præuenit:idcirco addit:Fiat mi
ſericordia tua Domine ſuper nos &c.demum
orat pro diuerſis gradibus Eccleſiæ:& tandẽ
concludit per pſalmum:Miſerere mei Deus,
ſecundũ magnã miſericordiam tuam : poſt-
quàm noſter opilio ſolus orat , pro omnibus
14 in collecta.† Dum autem ſacerdos orat , ſeu
preces huiuſmodi dicit in diebus profeſtis, ſe
ad terrã proſternit , vt maiorem in ſe & alijs
excitet deuotionẽ:ſed finito pſalmo:Miſere-
re mei Deus:ſurgit cæteris proſtratis manen
tibus,& ſtans orationem dicit:quoniam vicẽ
gerit illius ſacerdotis,qui in cœlo eſt:qui pro
Rom. 8 nobis quotidie interpellat. Primò ergo iacen
do cum cæteris orat:ſicut & Dominus , cu-
ius vicarius eſt, prius, quàm reſurgeret , cum
peccatoribus conuerſatus,& in cruce proſtra
tus eſt:poſteà ſtando orationẽ dicit : vt illius
reſurrectionem recolat cuius vicẽ gerit. In
quibuſdã tamen Eccleſijs omnes illo ſurgẽ-
te ſurgũt, in quo ſignificant ſe ſpẽ recepiſſe
à peccatis reſurgendi. ¶ Et nota , quòd ſola
15 Eccleſię vnitas adorando in faciẽ cadit.¶† In
profeſtis ergo diebus quandoq; proſtrati ora
mus:in quo octo ſignificantur. Primũ,infir-
mitas corporalis:quia de puluere ſumpti ſu-
mus.Secundũ,infirmitas animi : quia per nos
non erigimur. Tertiũ,eſt erubeſcẽtia:quia nõ
audemus oculos in cœlũ leuare. Quartũ,pru
dẽtia:quia videmus vbi cadimus,id eſt in ter-
renis affligimur.Quintũ,vt cordis cõtritionẽ

ſignificemus.Sextũ , quia Chriſtũ adorantes,
eũ ad terrã deſcendiſſe, & carnẽ de terra cre
dimus induiſſe: & hoc etia quidã figurãt:qui
volẽtes ſibi ſignũ crucis imprimere,prius in-
clinati,terrã manu tangũt.Septimũ , quia re-
ducimus ad memoriã,licet in paradyſo ange
lici creati fuerimus,corpora tamẽ noſtra pro
pter lapſum noſtrũ, inter animalia bruta ia-
cere,& animã corporali mole grauari. Octa
uũ, vt ipſo actu cõfiteamur nos eſſe peccato
res, & terrenis deſiderijs inhærere : ventrem
terræ & animã pauimento infigimus : & hoc
eſt introductũ ad Abraã,qui cadens in terrã, Gen. 18
Dominũ adorauit:quẽ prophetæ imitati fue-
runt. Vnde Origenes in homilia illius euãge
lij:Erãt Ioſeph , & Maria mirantes ſuper his
&c.ita dicit:Sancti prophetæ quando angu-
ſtius aliquid contẽplabantur,cadebant in fa-
cies ſuas , vt peccata per ruinã corporis ple-
16 nius purgarẽtur. † Quandoq; etiã in priuatis 3.Reg. 8
orationibus genua flectimus : vt Salomon & Ephe. 3
Apoſtolus dicẽs:Flecto genua mea ad pa.do.
no.extrà de immu.Eccl. decet.vt per hoc o-
mne genu Chriſto flectiinnuamus:ſed tunc
non proſtrati , ſed facie erecti ſtamus , quaſi
ipſo actu dicentes, trahe me poſt te. ¶ Quid Cant. 1
dicere debemus,dum genua flectimus:in ſe- Pſal. 121
xta parte ſub tit.de paſcha dicetur. Et quan-
doq; ſtamus,quaſi lætantes, quòd in domum
Domini ibimus.In primo quidẽ modo expri
mimus conditionem noſtram:in ſecundo de-
ſideriũ:in tertio ſpẽ. In diebus verò domini-
cis,& in paſchalibus genu flectio non fit:nec
dicitur per horas κύρι,ἐλέησον, nec oratio do
minica:ſed ſtãtes oramus propter lætitiã re-
ſurrectionis,quã tũc recolimus:de quo in ſe-
quenti parte ſub feſto paſchæ , dicetur:nec in
diebus pente.quibus recolimus libertatẽ per
aduentũ ſpiritus ſancti nobis datam : nec in
alijs feſtiuis diebus,propter lętitiam ipſarum
feſtiuitatum , in quibus recolimus ſanctã ſo-
cietatem angelorum, & ſanctorum, qui iam
eſt in lætitia ſempiterna , niſi pro præſentia
corporis & ſanguinis Chriſti. In his tamen Mat. 28
diebus ſtantes , capite inclinato orare debe-
mus:ſicut & deuotæ mulieres ad monumen-
tum fecerunt:& nunc etiam huiuſmodi fle-
biles preces vitæ præſentis emittimus:ad no-
tandum , quòd in futura reſurrectione , vbi
erit vera libertas,& vera ſocietas, nulla pre-
catio exercebitur, pro miſeris.de hoc dicetur
in ſexta parte ſub tit.de ſabbato, poſt pente-
co.In

17 co. In † quibuſdã tamen Eccleſijs in omni-
bus officijs dicitur dominica oratio,licet ſtã
Leuit. 2 do:nã illa eſt ſal & condimentũ ſacrificij. Et
ſicut in veteri teſtamento nullũ ſacrificium
ſine ſale fiebat:ita & nullum officiũ noſtrum
ſine illa fieri debere videtur : de hoc etiã di-
ctum eſt in procœmio huius partis. ¶ Sanè,
preces huiuſmodi, myſticè humilitatẽ ſigni-
ficant,prout ſub cõpletorio dicetur, verſi ad
orientem illas dicimus, de quo dictum eſt in
procœmio huius partis. ¶ Vltimò , ſubijcitur
oratio,quã ſalutatio , ſcilicet Dominus vobi-
ſcũ:præcedit & etiã ſequitur : quia ſicut Do-
minus poſtquàm reſurrexit ſalutauit Apoſto
Ioan. 20 los , dicens: Pax vobis & poſteà locutus eſt
eis:& poſt locutionẽ iterũ dixit : Pax vobis.
ita presbyter eius vicarius , poſtquàm ſurre-
xit ab accubitu,ſalutat fratres,dicens:Domi-
nus vobiſcũ.& pro eis orat : & poſt orationẽ
iterũ dicit:Dominus vobiſcũ. q. d. Si gratiam
Dei impetraſtis,in illa perſeuerate:& iterum
populus dicit:Et cum ſpiritu tuo. Ac ſi dicat:
Oraſti pro nobis , & nos pro te oremus . de
hoc dictum eſt in quarta parte,ſub tit.de ſa-
lutatione ad populũ. Nouiſsimè dicitur:Be-
nedicamus , de quo dictum eſt in procœmio
huius partis. Poſtquàm verò Eccleſia dixerit
18 † orationes ad Dominum, implorat oratio-
nes ſanctorũ , dicens: Pretioſa in conſpectu
&c. quod non eſt de prima : inde eſt , quòd
quidam dicunt illud poſt matutinas laudes.
Et iam quidã interponunt inter primã,& pre
tioſa primam de beata virgine:& quidã miſ-
ſam animarũ:& quidam religioſi hoc in ca-
pitulo dicunt. Aliqui tamen dicunt eſſe de
prima,ſecundũ ea , quæ dicta ſunt in procœ-
mio,vbi agitur de lectione , continuantes il-
lud cũ prima:deinde ſacerdos ad honorẽ tri-
nitatis orat generaliter pro ſe , & pro omni-
bus dicens ter:Deus in adiu. &c. Vel dicitur
ter , vt petat auxilium contra inſidias diaboli
carnis & mundi : vel ad honorẽ trinitatis. Et
ideò ſubijcitur : Gloria patri &c. Nec poſt,
gloria patri.ſequitur allelu Ia:pro eo , quòd
locus,in quo hæc dici conſueuerunt:puta ca
pitulũ : ſacer non eſt. Sicut enim ſacer locus
ſignificat illã Hieruſalẽ,in qua vox illa ange
lica,ſcilicet Allelu Ia, auditur:ita locus ille
non ſacer, peregrinationem noſtrã repræſen
tat,in qua peccamus:deinde quia dum in hac
vita ſumus peccamus:ideò ſubiũgimus,κύριε
ἐλέησον.& Pater noſter:& poſteà:Reſpice Do
mine in ſeruos tuos &c.vbi dicitur: Et dirige
filios eorũ:Filij noſtri,ſunt cogitationes,quæ
de mente noſtra naſcuntur . quas ad opera
Domini implenda rogat dirigi : opera verò
manuũ noſtrarũ,ſunt opera exteriora,quæ in
ferius à cogitationibus procedunt. Sed quia
omnia ad vnũ tendũt, ideò poſteà dicit opus
ſingulariter , cùm dicit : Et opus manuũ no-
ſtrarũ dirige.Et iterum opilio ſiue paſtor pro
omnibus ouibus orat generaliter dicens:Di-
rigere dignare Domine &c. Oratione verò
ſeruitiũ cõcluditur:vt diuina gratia,quę actio
nes noſtras pręcedit,etiã ipſas ſubſequatur.

SVMMA.

1 Oratio cur fiat hora tertia. Et quàm variè,
pro loci,regionis,& profeſsionis conditione.
2 Oratio,obſecratio , & poſtulatio,quid diffe-
rant.

## De Tertia. CAP. VI.

Hora tertia Deo laudes exolui
mus : quoniam in illa ſecundũ
Marcum:Ieſus linguis Iudęo-
1 rum † morti adiudicatus eſt:
& à Pilato ad colũnam ligatus
eſt,& flagellatus. Meritò ergo hora illa ora
mus,vt ſicut,ſcilicet ab Adã per diaboli ſug-
geſtionẽ ſeparatus eſt:ita per Chriſti crucifi-
xionẽ dignetur eadẽ hora ſpiritus ſanctus in
cordibus noſtris infundi. In hac etiã hora re-
promiſſus ſpiritus ſanctus datus eſt Apoſto-
lis, & viſibiliter Dei magnalia loquebantur:
vnde in Actibus Apoſtolorum: Non ſunt iſti Act. 2
ebrij, cum ſit hora tertia diei : propter quod
dicitur hymnus : Nunc ſancte nobis ſpiritus
&c. Dicitur etiã Pſalmus : Legem pone.quia Pſal. 118
tunc lex noua data eſt Apoſtolis. Quia verò
homo per legem Dei à morbo peccati ſana
tur:Iuxta illud Sapiẽtiæ:Nec herba,nec ma- Sap. 16
lagma ſanabat eos : ſed tuus ſermo Domine
&c.Ideò in quibuſdã Eccleſijs capitulũ illud Pſal. 40
dicitur: Sana me Domine &c.Hier.xvij. c. &
reſponſoriũ:Sana animam meã &c.Et quan-
doq; dicitur:Charitas Dei diffuſa eſt. Roma.
v. c. & quandoq; illud obſecro vos fratres,
per miſericordiam Dei. Rom.xij.c.¶ Rurſus
quia nõ poteſt ſanari, niſi cõſeruetur:ideò ſe
quitur verſus : Adiutor meus eſto &c. q. d. Pſal. 26
quamuis liber & ſanus in via tua ſim conſti-
tutus : tamen non ſufficio ſine tuo adiutorio
peruenire ad illã meridiẽ:de qua dicitur:In- Cant. 1
dica mihi , vbi paſcas , vbi cubas in meridie:
vnde



vnde dicitur. Adiutor meus eſto Domine:&
ſubiungitur:ne derelinquas me, id eſt,incœ-
ptũ meũ ne intermittas:quia ſine te nihil eſt
conatus meus:neq; deſpicias me,id eſt,ne cõ
tẽnas, quòd ego mortalis te æternum audeo
quærere:q̃a tu es Deus meus,qui me creaſti
& recreaſti ſalutaris meus, id eſt , qui ſanas
plagam peccati mei. Deinde omnes ad ora-
tionẽ proſternuntur:& proſequitur ſacerdos
1. Tim. 2 modum orationis,quem Apoſtolus docet,di-
cens:Primò omniũ fiant obſecrationes , ora-
tiones,poſtulationes:& gratiarũ actiones pro
omnibus : & pro his qui in ſublimitate ſunt.
2 † Obſecratio fit cum adiuratione, pro malo
remouẽdo.Oratio,pro bono impetrãdo, vel
pro malo ſuperando. Poſtulatio , pro bono
adipiſcẽdo ſiue cumulãdo. Gratiarum actio,
pro bono iam collato cõſeruando. Obſecra-
Pſal. 131 tio , eſt ibi : Ego dixi Domine &c. vbi petit
vulnera ſanari, & medecinã dari. Oratio ibi:
Fiat miſericordia tua Domine:vel ibi:Oſten
de nobis Domine.Poſtulatio ibi : Cõuertere
Dñe vſquequo : vbi poſtulamus : vt per Dñi
auxilium omnia nobis aduerſa remoueãtur.
Gratiarũ actio ibi : Sacerdotes tui induantur
&c. & hoc pro nobis omnibus. Itẽ orat pro
regibus:& pro his,qui ſunt in ſublimitate,di-
cẽs : Saluũ fac regẽ. & oremus pro pontifice
noſtro:& pro omnibus viuis,dicẽs: Saluũ fac
populũ tuũ &c.Et pro defunctis, dicẽs:Ore-
mus pro fidelibus defunctis.Sequitur etiam:
Miſerere mei Deus : pro his qui ſunt in gra-
uioribus peccatis : ſicut præceſsit dominica
oratio, pro his, qui ſunt in quotidianis. Poſt
hoc ſurgit opilio ſiue ſacerdos : & omnibus
proſtratis manentibus,orat pro vniuerſis , de
quo dictum eſt ſub Prima.

SVMMA.

1 Sexta,adquid inſtituta.
2 Dei dilectione quantò quis magis rapi-
tur,tantò à terrenis deficit.

## De Sexta. CAP. VII.

1 Hora ſexta pro nobis † crucifi-
xus,& clauis confixus eſt Chri 2
ſtus : quare tenebræ ſuper o-
mnem terrã factæ ſunt:vt ſol
in morte Domini ſui lugẽs,ſe
quaſi nigris tegeret veſtibus:ne illum cruci-
Act. 1 figentibus lumen præberet. Hac etiam hora
in die Aſcenſionis , cum diſcipulis diſcubuit:
Meritò ergo Eccleſia illa hora Deo laudes
exhibet,gratias ei agens:quia pro ipſa Chri-
ſtus pati voluit : propter quod ipſum diligit
vehemẽter. Vnde in Cãticis:Nũtiate dilecto: Cant. 5
quia amore langueo:& ob hoc tunc dicitur Pſal. 118
Pſalmus:Defecit in ſalutari tuo anima mea, Pſal. 33
&c.dicitur etiam reſpõſorium:Benedicã Do-
minum in omni tempore:ſemper laus eius in
ore meo:ſupple , quia dignatus eſt pati pro
me,id eſt,pro ſalute animæ meæ.Hac etiam
hora Adam de paradyſo eiectus eſt. Rectè Gen. 4
ergo illa hora Deum deprecari debemus:vt
vnde ille propter ſuperbiam eiectus eſt:illuc
per humilitatem ,& bonam operationem
redeamus.¶ Sanè officium Sextæ,ſtatui tem-
poris reſpondet ,ſicut & officia aliarum ho-
rarum.In prima nanq; hora eſt inchoatio. In
tertia profectus. In ſexta conſummatio : ſe-
cundum quod ſol in prima incipit lucere. In
tertia magis calet. In ſexta eſt in ſummo
feruore : quod indicant verba hymnorum,
quæ in ipſis horis , & etiam in nona præmit-
tuntur. Inchoationi reſpondent verba , quæ
dicuntur ad primam in pſalmo : Deus in no-
mine tuo ſaluum me fac:& in virtute tua li-
bera me,id eſt, ſepara me à cyphæis.In prin-
cipio nanq; noſtræ conuerſionis incipimus à
malo ſeparari.vnde ibi meritò petimus , qui
tandem loco & præmio ſeparati ſumus. Ad
idem pertinet,quod dicit ſecundus pſalmus:
Vtinam dirigantur viæ meæ : & quod dicit
tertius pſalmus:Retribue ſeruo tuo:quod ex
ponitur,id eſt,frequenter tribue:& vbi dicit:
Viuifica me &c.ſupplendum eſt,qui præmor
tuus erat per peccatum ; vnde petit per gra-
tiam iuſtificari.Ad profectum pertinet, quod
dicitur in principio tertiæ:Legem pone mihi
Domine , viam iuſtificationum tuarum : &
exquiram eam ſemper. Sibi enim poſito in
via petit dari legem correctionis. Ad con- Pſal. 118
ſummationem pertinet,quod dicitur in prin-
cipio ſextæ: Defecit in ſalutari tuo anima
mea poſita in ſalutari tuo : defecit à terreni-
tate:vel defecit in ſalutari tuo , id eſt,anima
mea tendens in ſalutare tuum , defecit in
terrenitate . † Quantò enim quis magis
tendit in dilectionem Dei : tantò magis
deficit à terrenis : & quaſi præ nimio deſi-
derio languet. Iuxta illud Cant. ij. Fulcite
me floribus : ſtipate me mâlis : quia amo-
re langueo. Per flores quidem , initia bo-
norum operum : per mâla, perfectio acci-
pitur : quæ etiam alios accendens quodam-

modo conſolatur:non tamen hîc plenam re-
cipit conſolationẽ:ſed potius affligitur ex di-
lectione. Vnde ſequitur: Defecerunt oculi
mei in eloquiũ tuum: & in verbũ tuum ſu-
perſperaui. Et in ſecunda parte: Quomodo
dilexi legẽ tuam Domine. Et in tertia: Oculi
mei defecerunt, in ſalutari tuo anima mea:
quoniã exaudiſti &c. Ad hanc perfectionem
pertinet reſponſoriũ: Benedicã Dominum: &
verſiculus: Dominus regit. Nam ſicut habet
alia tranſlatio: Dominus paſcit me: nihil mihi
deerit in loco paſcuæ, ibi me collocauit, id
eſt: Dominus eſt paſtor meus, in quo ſum to
tus & ſufficiens. Vnde ſequitur: Et nihil mihi
deerit: ſpiritualem enim ſubſtantiã credit à 2
Deo ſibi cõferendã: qa iã ſcit ſe eſſe colloca-
tũ in loco paſcuæ: vbi fideles in fide plenius
corroborãtur. Vnde dicit: Ibi me collocauit.
Quẽ enim Dominus paſcit in aduentu ſpiri-
tus ſancti, eundẽ regit, id eſt, in bonis operi-
bus facit eũ delectari, & per rectũ iter ducit
Phil. 2 ad tutiſsimam ciuitatem Hieruſalẽ: tali nihil
deeſt: teſte Apoſtolo qui dicit: Omnia in eo
poſſum, qui me confortat. Dicitur autem
quandoq; capitulum illud: Alter alterius one
ra portate: ad Galatas vj. Quãdoq; illud: No-
lite conformari huic ſeculo. Roma. xij. ca.

SVMMA.

1 Nona, quorſum inſtituta. & eius forma.
2 Temporis ſtatus, inſinuat virtutũ ſtatũ.
3 Reſponſoria Dominica, in Tertia, Sexta
& Nona, conuenienter reſpõdent reſpõ-
ſorijs ferialibus.

## De Nona. CAP. VIII.

HOra Nona Chriſtus clamans
1 emiſit ſpiritum. † Mori enim
voluit pro homine illa hora, in
qua homo de paradyſo expul-
ſus eſt. Et in eadem hora per
mulierem & lignum redemit, quos per mu-
lierem & lignum deceperat hoſtis: vt ars 3
autem artem falleret, & medellam ferret,
Ioan. 19 vnde hoſtis læſerat. In eadem quoq; hora
miles latus Chriſti aperuit: ex quo duo no-
ſtræ ſaluationis ſacramenta, ſcilicet aquã ba-
ptiſmi, & ſanguinẽ noſtræ redẽptionis nobis
eduxit & velũ tẽpli ſciſſum eſt: & monumen
ta aperta ſunt. Eadem hora inferna penetrãs
inextricabiles tartari tenebras confringens,
ſeráſq; eius cõminuens, captiuitatẽ ſanctorũ
ſecũ tranſuexit ad cœlos igneáq; rumphea
ſubmota antiquũ incolam in paradyſo reſti-
tuit. Eadem etiam hora cœtus Apoſtolorum
ad orandũ conuenire conſueuit: & Petrus &
Ioannes aſcendebant in templũ, cauſa oratio Act. 3
nis. Petrus quoq; eadem hora aſcẽdit in cœ-
naculũ, oraturus quando raptus eſt in extaſ-
ſim: & linteolum plenum reptilibus de cœlo
ante ſe dimitti vidit audiens: Petre, macta & Act. 10
manduca. Meritò igitur propter has prærogatinas hac hora Deum Eccleſia laudat: di-
cens pſalmum: Mirabilia &c. reſponſoriũ: Re Pſal. 11
dime me Domine: orans pro ſua redẽptione:
ne oblita eſſe videatur quòd tali hora redẽ-
pta eſt. ¶ † Illud autẽ cõſiderandũ eſt, quòd
in hora nona iam ſol declinauit à centro: ſta
tus ergo temporis innuit ſtatum virtutum:
innuit enim feruorem virtutũ in quo animus
prius erat, propter tentationes eſſe tepefa-
ctum. Nã vt ait beatus Grego. Vitia nos ten
tant: virtutes nos humiliant. Cùm enim vir
perfectus tentatur ab altitudine intimi gau-
dij, deſcendit ad conſiderandũ ſuam fragili-
tatem: & ad viuendum, quàm facilis ſit ad ca
ſum: vt patet in Apoſtolo, qui dicebat: Ne 2. cor. 12
magnitudo reuelationũ extollat me. Gaude
bat enim Paulus de reuelatione: dolebat de
tentatione. Vnde ipſe dicit: propter quod ter
Dominũ rogaui &c. Niſi enim ſibi moleſta
eſſet tentatio, non rogaret, vt tolleretur. Nõ
eſt tamen ſublata: quia per infirmitatem vir
tus, cui gaudium debetur, perficitur. Has tri-
bulationes & anguſtias notant aliqui verſus
pſalmorum nonæ: vt in j. parte. Tribulatio &
anguſtia &c. Et in ſecunda: Multi qui perſe-
quuntur. Et in tertia: Erraui &c. Ab eiſdem pe
timus liberari in reſponſorio: Redime me, id
eſt, fac, vt effectum redemptionis tuæ, quæ
facta eſt in ſanguine tuo, ſentiam in tribula-
tionibus meis. hoc idem eſt in verſu: Ab oc- Pſal. 18
cultis meis munda me, id eſt, repelle à me
malam cogitationem, & compeſce ſuaſo-
3 rem: ſecundum Augu. ¶ † Et nota, quòd re-
ſponſoria dominicalia in tribus horis, ſcili-
cet tertia, ſexta, & nona conuenienter reſpon
dent reſponſorijs ferialibus. Nam in reſpon
ſorio feriali ad tertiam, ſcilicet Sana animã
meam &c. Petitur ſanitas vulnerum, quæ
præterita peccata fecerunt, & in reſponſo-
rio dominicali. Inclina cor meum &c. Et
in verſu: Auerte oculos meos &c. Petitur
cautela de futuris, quod fit in impletione
diuinorum



diuinorum mandatorum. Item in feriali re-
ſponſorio ſextæ: Benedicam Dominũ &c. Fit
iugis diuinæ laudis promiſsio. In dominicali
reſpõſorio: In æternum Domine &c. Fit pro-
miſsis impletio: ibi enim promittit ſe lauda-
turum: & hîc laudat. ¶ In reſponſorio verò fe 2
riali nonæ: Redime me Domine &c. Petitur
redemptionis effectus: quo fit, vt vis mentis,
id eſt, amor, fit directus ad Deũ. Et in reſpon-
ſorio Dominicali: Clamaui &c. Promittitur
effectus pedis, id eſt, amoris, ſcilicet clamor
ad Deum: ex amore eſt enim clamor cordis.
In pluribus tamen Eccleſijs ſunt eadem, tam
in ferialibus, quàm in dominicalibus. ¶ Et eſt
notandum, quòd verſus qui dicuntur in ter-
tia, in ſexta, & in nona, neumam habent: ad
deſignandum quòd in nulla hora exprimere
valemus gaudium & brauiũ ſempiternũ. Capi
tulum quandoque dicitur: Omnia probate: 3
Theſſal. v. cap. & quãdoq;. Sicut in vno corpo
re multa membra habemus: Roma. xij. cap.

SVMMA.

1 Veſperæ adquid inſtitutæ. quid referant.
Et quot pſalmis conſtent. nume. 3.
2 Officium diei ſequentis, incipit à veſpe-
ris. & cur ita.
4 Officium matutinum & veſpertinum,
præferuntur alijs, pſalmorum numero.
5 Thimiama, quid notet. Et à quo offeren-
dum.
6 Mariæ canticum, promiſſa Dei continet.
Et eius expoſitio. nu. 7. Et cur potius in
veſperis cantetur, quàm alijs horis. nu. 8.
9 Lampades cur accenduntur in veſperis,
maximè ſub canticum Mariæ.
10 Officium mortuorum, adquid careat ſe-
cundis veſperis.
11 Religioſi collationẽ Completorio præ-
mittunt. Et qua id ratione aut exemplo.

## De Veſperis. CAP. IX.

IN hora veſpertina ſignificat
1 Eccleſia, primum † aduentum
Domini, qui fuit: Vergẽte mun
di veſpere, id eſt, vltima ætate:
de quo pſallens reddit gratias
1. cor. 10 Deo: Iuxta illud Apoſtoli: Nos ſumus, in
Pſal. 103 quos fines ſeculorũ deuenerunt: de pœniten.
Luc. 24 diſtin. iij. ſi enim. in fine. Prætereà Chriſtus in
veſpere de cruce depoſitus fuit: eadẽ quoq;
hora in cœna ſacramentũ corporis & ſangui-
nis inſtituit, pedes diſcipulorũ lauit: diſcipulis
euntibus in Emaũs in habitu peregrini, in fra
ctione panis, ſe manifeſtauit. Meritò ergo
Eccleſia catholica Chriſto in hac hora gra-
tias agit. Eſt tamen duplex mundi veſpera,
prout in ſexta parte ſub Epiphania dicetur.
¶ Sanè, ſicut † ait Richardus Epiſcopus cre-
monenſis in mitrali: officiũ diei ſequentis in-
cipit in veſperis: quia veſpertina ſinaxis, id eſt,
hora, primum eſt officium ſecundum Eſdræ
cõſuetudinem in quaternario numero prout
dictum eſt in procemio huius partis. Vnde ve
ſpertinũ officium à veſpere ſtella nomina-
tur, quæ in principio noctis oritur. Prætereà,
licet ab initio mũdi dies præcederet noctem:
in nocte tamen dominicæ reſurrectionis nox
cœpit præcedere diem: vt dicetur in ſexta par
te, ſub ſabbato ſancto: in principio. Dicit au-
tem Eccleſia in hac hora quinque pſalmos.
¶ † Primò propter quinque Chriſti vulnera:
qui pro nobis obtulit ſacrificium in veſpera
mundi. ¶ Secundò, ad correctionem, vt videli
cet defleamus: & petamus veniam peccatorũ:
quæ in die per quinque ſenſus corporis com-
mittuntur, & ad nos intrãt. Iuxta illud Hiere. Hiere. 9
Mors intrauit per feneſtras noſtras. Quis
enim eſt, qui viſu nõ concidat, capiatur? Ter-
tiò, per ipſos quinque pſal. munit ſe Eccleſia
contra nocturnales tribulationes. Hæc enim
hora inſinuat fletũ eorũ, quibus occidit ſol
iuſtitiæ: & ita ſunt in veſpera, de quo dictum
eſt: Ad veſperam demorabitur fletus, qui du- Pſal. 29
rabit vſque ad matutinum: id eſt, quouſq; ſol
fidelibus oriatur, qui occiderat peccatoribus,
ſecundum quod legitur: Et ad matutinũ læti
tia: & propter eaſdem etiam cauſas pectus
quinque digitis tondimus. Rurſus ſeculares
dicunt quinque pſalmos: religioſi verò qua-
tuor: propter rationem tangendam in parte
4 ſub titu. de aduentu. ¶ Et not. quòd † veſper-
tinum matutinúmq; officium cæteris horis
in numero pſalmorũ præferuntur: eò quòd
in ſenaria operũ diſtinctione, veſpere & ma-
ne ſolummodo memorantur: & in veteri le-
ge matutini, & veſpertini officij antiquitas
commendatur. Quinque ergo pſalmi in ve-
ſpertinis hebdomadæ officijs dicũtur: & can-
tantur pſalmi ſecundum materiam diei: vt
ecce in ſeptima die, ſcilicet in ſabbato pro-
pter reſurrectionem, quæ ſequitur agimus de
victoria: & laude Dei, quæ ſequitur victoriã. 1. Reg. 17
vnde in j. pſal. ſcilicet Benedictus Dominus:
ad literam agitur de victoria Dauid contra
 Goliam:

Goliam:quantũ verò ad ſpiritualem ſenſum
de victoria noſtra,qua diabolum ſuperamus:
quia ergo poſt victoriam nil reſtat:niſi lauda
re Dominũ , per quem victoriam habemus:
ideò ſequuntur quatuor pſalmi , qui ſunt de
laude.In primo enim laudẽ promittit Eccle-
ſia.Exaltabo te Domine.In ſecundo ſeipſam
incitat.Lauda anima mea Dominũ.In tertio
alios inuitat:Laudate Dominũ.In quarto con
gratulatur cœleſti Hieruſalem dicens:Lauda
Hieruſalem Dominũ &c.Et ſic de alijs ferijs
& pſalmis.In quibuſdã Eccleſijs ſtatim poſt
pſal.ſequitur hymnus : & poſt hymnum le-
ctio ſiue capitulũ:in quibuſdam ecõuerſò:&
in quibuſdam hymnũ non cantant. Qui poſt
pſalmos immediatè hymnũ cantãt,congruũ
ordinem ſeruare videntur:quoniã primò eſt
in corde dilectio,quæ per antiphonam deſi-
gnatur:deinde ſequitur bona operatio,quam
pſalmus deſignat : poſteà mentis exultatio,
quæ per hymnũ notatur. Sed quia exultatio
ſæpe negligentiam parit:idcirco ſequitur le-
ctio ſeu capitulum,quæ hominẽ ad cor reuo
cat.Qui verò lectionẽ hymno præponunt,
volunt hymnum loco reſponſorij obtineri.
Vnde cùm in feſtiuitatibus, reſponſoriũ poſt
lectionem cantatur, hymnũ prætermittunt.
¶Ad maiorem tamen exultationẽ , notandũ
eſt,quòd in quibuſdam Eccleſijs vtrũq; canta
tur : & tunc reſponſoriũ præcedit hymnũ:ad
notandum , quòd tunc maximè reſpondere
debemus exhortationi per præcedens capitu
lum factæ:poſt quod ſtatim ſequitur reſpon
ſorium.Tamen generale eſt , quòd quando-
cunq; cantatur reſponſoriũ,præcedere debet
lectio,cui reſpõdere debet.Qui verò hymnũ
non cantant , illud attendere videntur, quòd
canticũ beatæ Mariæ ſequitur,quod excludit
reſponſoriũ:cuius locũ tenet hymnus. Nam
ſi canticum Zachariæ in laudibus matutinis
excludit reſpõſorium, multò magis canticũ
beatæ Mariæ virginis excludere debere vi-
detur in veſperis.Et nota,quòd ad veſperas di
citur ad capitulũ:Benedictus Deus & pater.
ij.ad Corin.j.& illud : Dominus autẽ dirigat.
ij ad Theſſal.iij.¶Poſt hymnũ ſequitur ver-
ſiculus,videlicet in ſabbato:Veſpertina ora-
tio &c.In alijs diebus, Dirigatur Domine.&
vterq; verſus veſpertinũ tempus deſignat,in
quo cantatur:quod ſonant verba illa,quæ in
Pſal.140 pſalmo ſequuntur,ſcilicet : Eleuatio manuũ
mearũ ſacrificium veſpertinũ.Optat enim,vt
oratio dirigatur ad Dominũ , quod de veteri
teſtamento tractũ eſt:vbi habetur,quòd ho-
ra veſpertina ſacerdos intrabat ſanctũ taber-
naculũ vel templũ,vt offerret thymiama ſu-
per altare incenſi:ſicut mane intrabat, vt of-
5 ferret incenſum.Hoc † thymiama,ſignificat
ſuauitatem odoris.Hinc habet cõſuetudo,vt
dum dicitur verſiculus,ſacerdos turificet alta
re ad implẽdum iuge ſacrificiũ:ſic enim fie-
bat in lege,in qua duo agni offerebãtur:vnus
mane,& alter ſerò:& hic pinguior:ad notan-
dum quòd vis charitatis creſcit : ideò ergo
turificatur,vt ſimus ſemper bonus odor Deo
proficiendo in ſcientia,& doctrina : & etiam
quia propter promiſsiones Dei debemus ta-
les eſſe,vt ſimus ei boni odoris. Vel ideò in
veſperis & matutinis poſt pſalmos & lectio-
nem,dum verſus dicitur,incenſatur:ad notan
dum,quòd nemo poteſt bonũ odorem Deo
reddere vel bonũ exemplum operandi alijs
dare,quod per incẽſum ſignificatur:niſi prius
in Dei ſeruitio operetur:quod per pſalmos,&
alios doceat , quod per lectionem notatur.
Vnde mos inoleuit,quòd in præcipuis feſtiui
tatibus antiphona ad,Magnificat,& Benedi-
ctus,ter dicitur ſiue toties canendo protela-
tur:donec omnis populus,qui intereſt,incẽſi
repleatur odore.Et vltimò dicitur,cum neu-
ma:voce quidem non ſignificatiua,prout di-
ctum eſt in procemio huius partis. Sacerdos
autẽ,qui maior eſt in Eccleſia officio:vt qui
vicem tenet Aaron,debet incenſum offerre:
vt ſit thymiama ſempiternũ coram Domi-
no,& ſuaue fragrans odor.Iuxta illud : Diri- Pſal.140
gatur Domine ad te oratio mea:ſicut incen-
ſum in cõſpectu tuo.De hoc dictum eſt,ſub
laudibus matutinis. Dicitur ergo in veſperis
verſiculus exhortationis,ſcilicet vt excitet pi
gros ad intelligendum promiſſa Dei : quæ
6 continentur † in cantico illo beatæ Mariæ:
Magnificat anima mea &c.quod eſt Luc.j.c.
Prima promiſsio facta fuit Noẽ. Vnde Geñ. Geneſ.9
Ponã arcũ meũ in nubibus cœli : & hæc im- Gene.22
pleta eſt.Secunda Abrahæ,& Dauid Abrahæ
dictũ eſt:In ſemine tuo benedicentur omnes
gentes.Dauid dictũ eſt:De fructu ventris tui Pſal.131
ponam ſuper ſedem tuam,& hæc impleta eſt
in beata virgine,quod notatur in cantico ſuo
ibi:Recordatus miſericordiæ ſuæ.Et per hoc
ergo certi ſumus , quòd dabit nobis vltimã,
ſcilicet paradyſum.Ideò autẽ canticũ ipſum
quotidie dicitur , vt frequentior dominicæ
incarnationis



incarnationis memoria animas fidelium in
opere Dei,& in doctrina ſe exercentium ad
deuotionem operis incepti accendat.Cùm
enim in cantico ipſo notentur cogitationes:
ſicut in pſal.Opera:ſi diligẽter beatæ Mariæ
actus & dicta ſæpe recolimus,obſeruantia ca
ſtitatis & virtus operationis ſemper ad ipſius
operationis imitationem perſeuerabũt in no
bis.Nec etiam nos mouebit fauor humanus
indebitus:nõ temporaliũ immoderatus appe
titus,nõ temporalis affectio:nõ de impetran
da cõmiſſorum venia deſperatio. Nempe nõ
nos mouebit indebitus fauor humanus : quia
cum Beata virgo cõmendaretur à beata Eli-
Lucæ 1 ſabeth,dicente:Vnde hoc mihi:vt veniat ma
ter Domini mei ad me &c. non ipſa mota
fuit humano fauore,ſed ſeruans humilitatẽ
clamauit:Magnificat anima mea Dominũ.&
tandem adiecit : Quia reſpexit humilitatem
7 ancillæ ſuæ.Et not.quòd † dicit reſpexit hu-
militatem:& nõ dicit reſpexit virginitatem:
innuens mentis virginitatem præualere cor-
poris integritati.Iterũ,ideò dixit humilitatẽ:
Iaco.4 quia Deus ſuperbis reſiſtit:eóſq; à beatorum
ſorte ſecernens, per varia pœnarũ loca , pro
peccatorũ impietate diſpergit.Non nos mo-
uebit immoderatus temporalium appetitus:
quia ſicut ipſe dixit iudex noſter:Diuites di-
miſit inanes.& Depoſuit potentes de ſede.
Non temporalis afflictio nos mouebit:Deus
exaltat humiles.In hoc enim cantico exem-
plo humilitatis eius reformamur:& filij Dei
incarnatio,per quã depoſuit potentes de ſe-
de:& exaltauit humiles.ad memoriam redu-
citur,vt fidei noſtræ deuotio excitetur : non
deſperatio de commiſſorum impetranda ve-
nia:quia miſericordia eius à progenie in pro-
8 genies timentibus eum. ¶Beda † dicit,quòd
inde inoleuit cõſuetudo,vt in officio veſper
tino cantetur canticum beatæ Mariæ virgi-
nis & potius in veſpertino quàm in alijs offi-
cijs.¶Primò , quia in ipſa veſpera mundi,ſuo
ſingulari aſſenſu mundo ſuccurrit perdito.
¶Secundò , quia per hoc fit incarnationis in
veſpera mũdi factæ iugis recordatio. ¶Ter-
tiò,quia ipſa eſt ſtella maris , quæ in huius
mundi veſpere nobis luce recœpit : ſicut ve-
ſpera ſtella,de qua dicitur veſpertinum offi-
cium,in initio noctis lucere incipit. ¶Quar-
tò,vt mens noſtra per diem varijs fatigata
cogitationibus,imminente quietis,ſcilicet no
ctis tempore,recolendo dicta Dei genitricis,
quicquid ſuperfluum vel nociuum diuturna
euagatio contraxerit,totum hoc precibus &
lacrymis ea intercedente mundetur.¶Quin-
tò,quia virgo portauit Dominum in veſpera
mundi.¶Rurſus canitur in ſexta laude : quia
Dominus in ſexta ætate venit,ſicut & canti-
cum Simeonis:in ſeptima propter ſeptimam
ætatem quieſcentium : prout tactum eſt ſub
laudibus matutinis. Cæterũ hoc canticum,
eſt exultatio laborantiũ,quorũ ſpiritus exul-
tat in Domino:quia fecit eis magna,qui po-
tens eſt.cuius miſericordia eſt in ſecula.¶Ob
9 hanc † exultationem repræſentandam lam-
pades accenduntur in veſperis : vel pro hoc
cantico principaliter accenduntur , eò quòd
de euangelio eſt:vel vt nos de numero ado-
leſcentularum & quinque prudentum,curra- Matt.25
mus cum lampadibus bonorũ operũ in odo-
rem vnguentorũ beatæ virginis,intrantes cũ
ea in gaudium Domini noſtri. Et quia opera
noſtra non ſunt in lampadibus radiantia,niſi
fuerint charitate informata,ideò canticum
clauditur ab antiphona , per quam charitas
deſignatur.¶Recantata antiphona,in profe-
ſtis diebus proſternit ſe Eccleſia,in oratione,
prolixius orans , quàm in alijs officijs : quia
ſpecialiter orat pro his,quibus occidit ſol iu-
ſtitiæ:licet & pro alijs oret, & faciat ea,quæ
dicta ſunt ſuperius ſub titulo de tertia,vbi de
precibus agitur.¶In ſolennibus verò diebus
ſtatim dicitur collecta , & quaſi ſtantes ora-
mus.De quo,& in quibus officiũ veſpertinũ
cum hora prima conueniat,ibi etiam dictum
10 eſt.¶†Mortuorũ officium incipit à veſperis:
non tamen habet ſecundas veſperas : ad no-
tandum,quòd hoc officium finem habebit,
quando animæ ſaluandorum ab omni pœna
liberatæ æterna beatitudine fruẽtur.Sed ſan
cti,de quorum glorificatione in anima iam
certa eſt Eccleſia, primas & ſecundas veſpe-
ras habent : ſi in feſto eorum nouem lectio-
nes dicantur.Primas enim habent,pro glori-
ficatione animæ iam percepta.Secundas,pro
glorificatione corporis,quam habebunt,quæ
nunquã finem habebit.Si verò habent tantũ
tres lectiones,primas veſperas habẽt tantũ-
modo nõ:quia & ipſi duplicẽ ſtolam habituri
nõ ſint:cũ hoc omnibus electis cõueniat,ſed
Eccleſia,ad oſtendendũ differentiã præmiorũ
illis & iſtis debitorum , magis ſolennizat
pro illis,

pro illis,de quorum maioribus meritis ſibi
per miracula vel per alia documenta cõſtat:
1.cor.15 quãuis ad plenũ certa eſſe nõ poſsit. Nam &
ſtella differt in claritate à ſtella. Vnde Augu.
ait in ſermone de beato Stephano. Cum pre-
tioſa ſit mors ſanctorum , quid diſtare inter
martyres poteſt? præcipuus eſſe videtur , qui
primus eſt. Aliquando tamen in veſperis præ-
cedentibus dicitur ſolũmodo antiphona,&
collecta de feſto ſequenti:prout dicetur ſub
11 vigilia natalis. ¶†Poſtremò notandum eſt,
quòd religioſi ante completorium , præmit-
tunt collationem,quæ à ſanctis patribus ori-
ginem traxit,qui dictis veſperis conuenire,&
de ſcripturis ſacris conferre ſolebant : ad in-
ſtar operariorũ,ad recreationẽ adinuicẽ con
fabulantium:ideóq; tunc vitas vel collatio-
nes patrum,& his ſimilia,quæ potius ſunt ad
recreationem & delectationẽ legunt,& eru-
ditiores,ſi dubium occurrerit interrogant.

S V M M A.

1 Completorium,cur,aut qua ſignificatio-
ne admonitionéve inſtitutum. Item vnde
dicatur.
2 Completorij officium , incipit à Pſalmo:
Conuerte nos.& cur ita.
3 Completorium,quatuor pſalmis conſtat.
4 Pſalmus : Qui habitat.dicitur,contra no-
cturnas tentationes.
5 Pſalmi:In te Domine ſperaui.quare di-
cuntur tantùm ſex verſus.
6 Pſalmos an debeat hymnus ſequi in com
pletorio.
7 Symeonis canticum cur cantetur in com
pletorio.
8 Horarum canonicarum partes omnes.
9 Preces cur dicantur in completorio.
10 Symbolum Apoſtolorum,cur dicatur in
prima & completorio.
11 Officia diurna,in pſalmis non variantur:
nocturna ſic.Et cur ita.
12 Pſalmi quinque,cur in Prima,& verſus:
In manus tuas,&c.in Completorio po-
tius,quàm in alijs horis ponuntur.
13 Numerus vndenarius,quid ſignet.

## De Completorio. CAP. X.

1 IN hora † completorij Chri-
ſtus orauit patrẽ. Eadem quo-
que hora ſanguineas guttas ſu
dauit : & etiam corpus eius in
ſepulchro poſitum fuit : & cu-
ſtodes deputati. Meritò igitur in hac hora
Eccleſia Deo laudes & gratias agit. Illam
etiam in memoriam æterni gaudij celebrat.
Nam completo electorũ numero in illa ho-
ra,complebitur gaudiũ electorum in die ge-
neralis retributionis. Et inde eſt,quòd com-
pletoriũ ſignificat gaudiũ. Dicitur autẽ com
pletoriũ,quia in eo completur cõmunis vſus
locutionis cibi & potus,& aliorũ,quæ neceſ-
ſariò pro corporis ſuſtentatione ſumuntur:&
ſecundum hoc etiam ſignificat finem vitæ
2 præſentis. ¶†Sanè,hoc officiũ incipit præter
morem aliorũ officiorũ. Conuerte nos Deus
&c. Quia enim quaſi tota die pſalmodiæ inſi-
ſtimus,& penè impoſsibile eſt,quin aliquem
puluerẽ ſuperbiæ cõtraxerimus:& quia ſæpe
erramus : Iuxta illud: Erraui ſicut ouis , quæ
perijt. Inde eſt,quòd nos humiliãtes dicimus:
Conuerte nos Deus &c. Prætereà , quilibet
quantũlibet perfectus & bonus, æſtimare ſe Pſal.118
debet imperfectum ſiue inſipientẽ, Iuxta il- Prouer.
lud:Iuſtus accuſator ſui eſt:ideò dicit ſacer- bio.18
dos:Cõuerte nos &c. Et in his verbis iudicãs
ſe peruerſum. Bonarũ quippè mentiũ eſt,ibi
culpam agnoſcere, vbi culpa nõ eſt.v.diſtin.
ad eius.de pœniten. diſtin.ij.ſi enim.in prin.
Nam & ſi dixerimus,quòd peccatũ nõ habe- 1.Ioan.1
mus,ipſi nos ſeducimus. Hinc eſt,quòd etiam
conſequenter inuocamus diuinũ adiutorium
dicentes:Deus in adiutorium meum intende:
vt Cõuerte nos.referatur ad præterita mala
tollenda:& Deus in adiutoriũ.ad bona ope-
ra futura facienda : quia ſine Dei adiutorio
quicquam boni facere non valemus. quia ve-
rò totũ ad laudem trinitatis faciendum eſt,
ideò ſequitur,Gloria patri. ¶Rurſus inſipien-
tes,per,Conuerte nos Deus ſalutaris noſter
oramus:vt nos à malis cõuertat : & iram ſuã
à nobis auertat:& quia merita noſtra nõ ſuf-
ficiunt,eius adiutorium poſtulamus,dicentes:
3 Deus in adiutorium &c. ¶Dicuntur † autem
quatuor pſalmi ad obtinendam remiſsionem
peccatorum : quæ committimus dum ſumus
in hoc corpore , ex quatuor elementis, & ex
quatuor humoribus , vel complexionibus
compoſito. extrà de celebra. miſſa.in qua-
dam.ſeu quia corpus ipſum ex his compoſi-
tum contra pericula & phantaſmata noctis
munimus,& Deo commendamus : ideóque
tunc dicitur : In manus tuas Domine com-
mendo ſpiritũ meum:& Cuſtodi nos &c. Et
incipit Eccleſia,à voce perfectionis , dicens:
Cum



Cùm inuocarem,exaudiuit me,&c. hoc enim
perfectorũ eſt. Sed quia perfecti ſe debẽt re-
putare imperfectos. extrà de purg.cano.acce-
pimus.de pœni.diſtin.ij.ſi enim.prope princi.
Iob 9 Iuxta illud Iob : Etiam ſi ſimplex fuero, hoc
ignorat anima mea : ideò ſequitur in eodem
pſal. Miſerere mei:ſupple Domine:& exaudi
orationem meam:quod eſt dicere imperfe-
ctorũ. Poſteà alijs admonitis ad bonum,facit
in eodem pſalmo mentionem de pace æter-
Pſalm.4 na ibi:In pace in idipſum,id eſt,quæ eſt inua-
riabilis , quam pacem ſemper in memoria
debemus habere : & maximè , dum corpus
quieſcere debet in lecto:mens debet quieſce
re in Deo : debet etiã quieſcere in ſpe. Vnde
ſequitur ſecũdus pſalmus:In te Domine ſpe-
4 raui &c. Sed † quia ſpes non eſt ſine timore,
aliter enim præſumptio eſſet : ideò ſequitur
tertius pſalmus : de tentatione, ſcilicet:Qui
habitat in adiutorio altiſsimi &c.in quo Deus
promittit liberare Eccleſiam. Diabolus enim
eſt,quaſi fur de nocte incedens : & ideò no-
cte imminente dicit Eccleſia illum pſalmũ,
contra nocturnas tentationes. Dicitur ergo
ille pſalmus,vt à quatuor tentationibus libe-
remur , ſcilicet à timore nocturno:à ſagitta
volante in die:à negotio perambulãte in te-
nebris : ab incurſu, & dæmonio meridiano,
id eſt,ab incurrente dæmonio. ¶Prima,eſt le
uis & occulta. ¶Secunda,eſt leuis & manife-
ſta. ¶Tertia,grauis & occulta. ¶Quarta gra-
uis & manifeſta. In quinto verò pſalmo,ſcili-
cet:Ecce nunc benedicite Dominũ &c.bene-
dicit Eccleſia Deum , pro liberatione tenta-
tionũ nocturnaliũ ibi : In noctibus extollite
manus veſtras in ſancta:& benedicite Domi-
no. Dicit enim Augu.ſuper hunc pſalmum:
Nox,res triſtis eſt:dies læta eſt. Ergo per no-
ctem intelligitur aduerſitas:per diem proſpe
ritas.in aduerſitate benedicendus eſt Domi-
Iob 1 nus:ſicut & in proſperitate : exemplo Iob, qui
amiſsis filijs & rebus omnibus dicebat:Domi
nus dedit,Dominus abſtulit &c. Sit nomen
Domini benedictũ. Vnde & hîc dicitur:Be-
5 nedicite Dominũ. ¶Sed quæritur,†quare di-
cuntur tantũmodo ſex verſus illius pſalmi:
In te Domine ſperaui:nõ cõfundar in æter-
num. Reſpõdetur ideò,quia Dominus dicen-
do ſextũ verſum:videlicet,In manus tuas Do
mine cõmendo ſpiritũ meũ:ſexta ætate mun
di,ſextóq; die carne obijt,vt iam dicetur. Re-
ctè ergo ſex verſus tantũ eiuſdémq; pſalmi
in cõpletorio cantamus,vt in hac ſexta æta-
te,in qua per eum redempti ſumus, ſicut ha-
bet finis vltimi verſus ibi:Redemiſti me Do-
mine Deus veritatis:cõformemur dormitio-
ni eius:vt ſcilicet membra quieſcant,& cor vi
gilet. Sicut caro eius in ſepulchro quieuit,&
6 diuinitas vigilauit. ¶†Notandum autem eſt,
quòd in quibuſdã Eccleſijs ſtatim poſt pſal-
mos dicitur hymnus : ea fortè ratione , quia
per bonã operationem peruenitur ad exulta-
tionem abſq; omnis purgationis medio,ab
his,qui purgati tranſeũt ab hac vita:alia etiã
ratio iam dicetur. Et ſic prius dicunt hymnũ,
quàm capitulũ,ad oſtendendũ myſticè:quòd
illi in quibus completa ſunt ſignificata præ-
cedentiũ laudum:ſeu perfecti,qui per cõple-
toriũ ſignificantur,præueniũt exhortationẽ,
quæ per capitulũ ſignificatur. Nec tamen ca
pitulum prætermittunt:quia hîc ſemper vti-
lis eſt exhortatio ad perſeuerandũ in bono:
quia , nec nocet admiſſo ſubducere calcar
equo. In alijs autẽ Eccleſijs inter pſal.& hym
num interponũt antiphonã,vel allelu Ia. per
antiphonam ſequẽtes ordinem beati Ignatij:
de quo in procemio dictum eſt. In alijs verò
Eccleſijs ſtatim poſt pſal.& antiphonam,vel
allelu Ia:ſequitur lectio ſiue capitulum cum
reſponſorio:In manus tuas Domine &c. Vel
alio:quia vt dicunt in omni officio dici debet
lectio. Poſteà adijciunt hymnũ:Te lucis &c.
In quo optant protegi in nocturnis tribula-
tionibus. Alij verò nõ dicunt lectionẽ,prout
in procemio huius partis dictum eſt : ſed ſta-
tim poſt pſal.dicunt verſiculũ:tum quia tem
pus illud dormitionis , non aptum eſt ad do-
ctrinam:tum quia poſt completorium,nõ ſo
lùm cibi & potus,verũetiam doctrinam,quæ
per lectionem ſignificatur,referenda nõ eſt.
Hinc eſt , quòd ſtatuit beatus Benedictus,vt
poſt completorium nemo loquatur. Dicitur
autẽ capitulũ : Tu autẽ in nobis es Domine.
Hie.xiiij.cap. Religioſi in hoc officio ante
omnia lectionem præmittunt.dicentes:Fra-
tres,ſobrij &c. Ne ordinem Eſdræ excedere
videantur,repræſentãtes in hoc etiã Mariam Matt. 14
Magdalenam:de qua Dominus dixit:Præue-
nit vngere corpus meum in ſepulchro,id eſt,
hoc fecit,quod factura erat mortuo,ſi licuiſ-
ſet:ita & hæc lectio , quaſi vngit reddendo
animas attentas ad vigilandũ ante cõmenda
tionem dormitionis. Poſt hymnũ ſubijcitur
verſiculus:Cuſtodi nos Domine,vel alius,qui
notat

notat totius officij effectum. Poſtulat enim
Domini cuſtodiam cõtra noctis pericula.Et
dicitur acuta voce,& cum neuma:ex quo ex-
citati & memores facti ineffabilis gaudij,
quod erit merces laboris noſtri,canimus can
7 ticum Symeonis:Nunc † dimittis &c. Quod
eſt Luc.ij.cap.¶ Primò,vt illius exemplo pa-
cem inuenientes , mereamur videre lumen,
quod eſt Chriſtus.¶Secundò,ideò iſtud can-
ticum canimus:quia ſicut ſanctus Symeon cu
piens ex hac vita in alterá tranſire,illud ceci-
nit:ſic & nos cùm dormire debeamus , quaſi
morituri : quia ſomnus eſt quaſi mortis ima-
go,illũ canimus,per quẽ nos Domino com-
mendamus.¶Tertiò,propter cauſam ſub ve-
ſperis dictam.¶Quartò,quia canticũ illud eſt
de vtroque aduentu.Vnde meritò illud dici-
mus,vt promiſsionibus alliciamur : & à vitijs
8 quieſcamus.Conſiderandum eſt autẽ † quòd
cum ſeptem ſint partes cæterarũ horarũ,ſcili
cet verſus,cũ gloria patri,hymnus , pſalmus,
lectio,cantus,preces,& oratio,in tribus tamẽ
horis,ſcilicet in matutinis,laudibus,& veſpe-
ris,& in completorio additur & octaua,vide-
licet canticũ euangelicũ:quoniã hæ tres ho-
ræ pertinent ad octauã,id eſt,Domini reſur-
rectionem:quia mane ſurrexit.In veſpere,ſe
diſcipulis manifeſtauit.In cõpletorio, diſcipu
lis ait:Pax vobis.Eapropter in his tribus ho-
ris hymnus,qui eſt exemplum lætitiæ ipſum
ſequitur : vt continetur in euangelio gratiæ.
Euangeliũ gratiæ huius officij,eſt canticum
Symeonis,ſcilicet:Nunc dimittis,in quo pacẽ
rogamus æternã:vt ſicut Symeon tranſire cu
piens poſtquàm vidit Chriſtum dimitti roga
uit:ſic & nos poſt lumen fidei perueniamus
9 ad ſplendorẽ ſpei,vbi erit pax æterna.¶†Con
ſequenter oratio dominica & preces dicũtur:
quibus etiã cõtra noctis phãtaſmata nos mu
nimus.Subijcitur etiã ſymbolũ , in quo no-
ſtræ fidei profeſsio cõtinetur:vt ſi fortè nos
mori cõtigerit,in cõfeſsione fidei moriamur.
Fit etiã in quibuſdã Eccleſijs , ſicut & in pri-
ma,cõfeſsio generalis.Alterna enim cõfeſ-
ſione inuicẽ nos emandamus:Iuxta illud:Con
Iaco.5 fitemini alterutrũ peccata veſtra , ne demus
requiẽ tẽporibus noſtris, donec inueniamus
locũ Domino.Precibus & oratione comple-
tur hoc officiũ,Iuxta illud Apoſtoli:Orantes
pro inuicẽ,vt ſaluemur.¶Rurſus preces,my-
ſticè humilitatẽ ſignificãt,quæ in fine debet
eſſe:quia ſicut in principio ipſa neceſſaria eſt,
ad quod ſignificandum voce humilima hoc
ſeruitiũ inchoatur:ita in cõſummatione eadẽ
humilitas monſtranda eſt, cõtra ſuperbiã:in
qua ceciderũt omnes, qui operantur iniquita Pſal.33
tem. ¶Poſt preces opilio noſter ſiue ſacer-
dos,cõmendans Domino gregem ſuum,dicit
collectã.Vnde nõ eſt cõgruum , vt poſt hoc
officiũ aliquid aliud fiat, niſi quod pertineat
10 ad quietẽ.¶Et attende,† quoniã ad primã &
ad cõpletorium Apoſtolorũ ſymbolũ nõ di-
mittimus:quia cũcta opera noſtra in eius no-
mine incipimus,& cõcludimus,in quem cre-
dimus.Similiter ad vtrũque officiũ cõfeſsio-
nẽ,& Miſerere mei Deus:adijcimus:vt quic-
quid in nocte peccauimus,aut in die deliqui-
mus,per cõfeſsionem & pœnitentiam dilua-
mus,adimplentes illud:Cõfitemini alterutrũ
peccata veſtra.Reſpiciẽtes etiam illud,quod
olim ſacerdos farinæ aſſariũ offerebat,in die
vicis ſuæ,medietatẽ in mane:& medietatem
poſt meridiem.Sacrificium autem noſtrũ,eſt
ſpiritus humiliatus.¶Vltimò notandum eſt,
11 quòd omnia † officia diurna quantũ ad pſal
mos,inuariabilia ſunt:nocturna verò variabi
lia.Per noctẽ enim,intelligitur mundus iſte,
qui variabilis eſt:per diem verò,ille æternus,
qui eſt inuariabilis:de quo ſcriptũ eſt : Ordi-
natione tua perſeuerat dies. Et eſt verior lite
ra perſeuerat in ſingulari,quàm perſeuerant
in plurali:licet aliter quaſi cõmuniter profe-
ratur.Hoc etiam officiũ in quibuſdam Eccle
ſijs,quantũ ad hymnũ, inuariabile eſt, prout
ſub titu.de Prima dictum eſt:& etiã quantũ
ad pſalmos,lectionẽ,preces,& collectam,ita
quòd pro nullius ſancti ſolennitate,ſicut nec
officiũ primæ variatur:pro eo,quia in illa de
pace,& ſpecialiter de illa,ad quã ſuſpiramus,
agitur,quæ vt præmiſſum eſt,inuariabilis eſt:
hoc dũtaxat excepto : quoniam in dominicis
diebus dicunt ad Primã illos quinque pſal-
mos,ſcilicet,Deus Deus meus, reſpice in me
&c.Et ſequentes pſalmos : Cõfitemini,prout
12 ibi dictum eſt.¶†Sed quare illi quinque pſal
mi in Prima,& verſus In manus tuas Domi-
ne &c.in completorio potius , quàm in alijs
horis ponũtur?Reſponſio.Chriſtus cui in his
horis canimus , qui eſt principium & finis in
cruce pendens, legitur incepiſſe pſalmũ illũ:
Deus Deus meus & omnes pſalmos ſequen-
tes ſeriatim,vſque ad dictum verſum dixiſſe:
& ibi finiuiſſe , & ſpiritum emiſiſſe. Meritò
igitur & nos in paſsionibus huius ſeculi con-
ſtituti,



ſtituti,ad ipſius imitationem in hora prima,
quæ eſt in principio horarum diei,& nõ alibi
dictos quinque pſalmos , & in completorio,
quod ſecundum aliquam cõſiderationem,eſt
finis ſiue vltima horarũ diei,debemus dicere
verſum ipſum.Quòd verò hoc officiũ ad vltimam
diei horam pertineat,hac cõſideratio-
ne apparet.Nam in prima dicis quatuor octo
narios verſuum in pſalmis:duos pro prima:&
duos pro ſecũda horis : & in tertia ſex : duos
pro tertia:duos pro quarta:& duos pro quin-
ta.Et in ſexta ſex : duos pro ſexta : duos pro
ſeptima : & duos pro octaua. Et in nona ſex:
duos pro nona:duos pro decima,& duos pro
vndecima.Reſtat vltima hora,ſcilicet duode
cima,ad quam pertinet completorium.quod
notat hymnus : Te lucis ante terminũ.Præ-
miſſos autẽ octonarios combinamus, ſi duo
charitatis præcepta obſeruamus:facimus vn-
decim cõbinationes:vt pro quauis hora diei,
in qua deliquimus,vnũ Domino legis & cha-
ritatis binarũ offeramus,vt pro prima,Beati.
pro ſecũda,Retribue.pro tertia , Legem po-
ne.pro quarta,Memor eſto.pro quinta,Boni-
tatem.pro ſexta,Deficit.pro ſeptima,Dilexit.
pro octaua,Iniquos.pro nona, Mirabilia.pro
decima , Clamaui.pro vndecima , Principes.
Fiunt ergo vndecim cõbinationes ad emen-
dandum vndenarium noſtræ tranſgreſsionis:
& in quolibet octonario aliquid de lege Do-
mini memoratur:quia per eam vinea colitur:
& denarius æternitatis acquiritur. Sunt ergo
xxij.octonarij , qui per horas diei dicuntur,
propter rationem ſub titu.de Prima,dictam.
Et dicuntur bini & bini:& ſic duplicati fiunt
13 xj. Vndenarius † enim numerus , ſignificat
tranſgreſsionem:ſicut denarius perfectionẽ.
Dicuntur ergo per vndecim:vt ea quæ in il-
lis dicuntur , tranſgreſsionem mandatorum
ſuorum nobis relaxaret.

# *LIBER SEXTVS.*

## SVMMA.


1 Annus ſolaris,quatuor temporibus diſtinguitur.
2 Annus magnus huius mũdi,quatuor temporũ varietate menſuratur.& nu.3.4.5.
6 Tempus Hyemis & deuiationis , repræſentat Eccleſia,à ſeptuageſima vſque ad paſcha.
7 Tempus Veris & renouationis in Aduentu Domini.
8 Tempus Aeſtatis & reconciliationis,in tempore Paſchali.
9 Tempus Autumni,& peregrinationis,à pentecoſte,vſque ad aduentum.
10 Tempora quatuor huius mundi,conſiderantur iuxta quatuor diei ſummas partes.Item iuxta quatuor ſummas Chriſti actiones.& nume.11.
12 Officia cur Eccleſia inchoẽt à tempore Veris,ſiue renouationis.
13 Libri quſnam legendi per totum anni circulum, in Eccleſia. vide per diſcurſum nu.14.15.16.17.18.19.
20 Teſtamentũ duplex,vetus & nouum.Et quid teſtamentum.
21 Scripturæ , cur dicantur vetus teſtamentum. Et quare ſcriptura,nouum.nume.22.
23 Officium Eccleſiaſticum,in quibus conſiſtat.
24 Libri Eccleſiaſtici,tres ſunt.
25 Graduarius liber , quid. Quid trophonarius. numero 26.
27 Libri lectionum,plures ſunt . quos percurrit nume.28.29.30.31.32.
33 Dauidis,Pauli,& Matthæi ſcriptura , cur frequentius vtatur Eccleſia.
34 Pſalterij triplex vſus.Et quoties à Hieronymo verſum.


### ARGVMENTVM.

*De officijs dominicarum , ſpecialiter , & quarũdam feriarũ, & feſtiuitatũ Domini: & ieiuniorũ quatuor temporũ.* CAP. I.

IN proxima præcedenti par
te,de diuinis officijs in ge-
nere diximus : nunc autem
de ſpecialitatibus & diuerſi
tatibus eorundem,per anni
circulũ oſtendamus:videli-
cet de officijs dominicarũ,& quarundã feria
rum & feſtiuitatũ Domini:& de ieiunijs qua
tuor temporũ:& de cõuenientia ipſorum of-
ficiorũ tam nocturnaliũ quàm etiam miſſæ:
non vnius dũtaxat Eccleſiæ , ſed diuerſarum
1 officia proſequentes. ¶Ad † quorum euiden
tiam eſt diſtinctio temporum præmittenda.
Siquidem annus ſolaris quatuor temporum
ſucceſsione dilabitur,ſcilicet hyemis, in quo
ſemina iaciuntur.Veris,in quo ſeminata pro-
deunt : & in ſpicas acuuntur . Aeſtatis, in
qua

quia meſſes albeſcunt, & falce ſucciduntur.
Et Autumni, in quo per ventilationem grana
à paleis ſeparata, in horreis reponuntur. Sic &
magnus vitæ præſentis annus durans ab ini-
tio ſeculi, vſque ad finem mũdi, quatuor tem
2 porũ varietate menſuratur. ¶ † Primum tem-
pus fuit deuiationis in genere humano: vide-
licet ab Adam, vſque ad Moſen: in quo decli
nauerunt homines à cultu Dei: qui vera lux
eſt: facti idolatræ & nil illuminationis doctri
næ habentes: & ſimul inutiles facti ſunt, &
non fuit qui faceret bonum, vſque ad vnum.
Tunc enim homo reliquit creatorem ſuum:
& de lapide dixit: Tu es Deus meus. Hoc tem
pus, quia fuit ignorãtiæ & cæcitatis, bene con
cordat hyemi, in quo obſcuritas regnat. ¶ Se-
3 cundum † tempus, fuit reuocationis ſiue re-
nouationis: videlicet à Moſe vſque ad natiui
tatem Chriſti, quo edocti ſunt homines per
legem & prophetas de aduentu Chriſti, de
curatione peccati, & dilectione vnius Dei.
Deu. 6 Tunc Dominus dixit ad Iſraël: Audi Iſraël:
Dominũ Deum tuum adorabis: & illi ſoli ſer
uies. & doctus eſt homo: quid ſibijpſi, quid
Deo, quid proximo facere teneretur. Poſtmo
dùm ob eandem cauſam ſuſcitauit prophe-
tas, vt ſcilicet prædicatio hominem magis ab
erroribus reuocaret. Hoc tempus concordat
cum Vere, quod habet aliquid luminis: ſed
4 multũ obſcuritatis. ¶ † Tertium tempus fuit
regreſsionis, ſiue recõciliationis, & viſitatio-
nis: videlicet à natiuitate Chriſti, vſque ad
aſcenſionem eiuſdem, per quam facta eſt gra
2. Cor. 6 tia hominibus, & prædicatio euangelij: de
Lucæ 1 quo dicitur: Ecce nunc tempus acceptabile:
ecce nunc dies ſalutis. Hoc eſt tempus gra-
tiæ: quia oriens nos viſitauit ex alto: in quo
tempore Dominus, qui eſt ſol iuſtitiæ, mun-
dum ſua præſentia viſitauit: & propria doctri
na ſufficienter illuſtrauit. Hoc tempus cõcor
5 dat cũ æſtate, in qua claritas regnat. ¶ † Quar
tum, eſt peregrinationis: videlicet ab aſcen-
ſione Domini, vſque ad diem iudicij: vbi erit
conſummatio ſeculi: quod tempus eſt habens
multum luminis: quia Dei miſericordia reue
lata ſunt diuina myſteria. Habet tamen ali-
quid obſcuritatis noſtra negligentia facien-
te: & ſic concordat cum Autumno, qui habet
aliquid obſcuritatis: ſed amplius claritatis. In
primo tempore, vigor fidei, flos ſpei, fructus
charitatis, frigore infidelitatis exaruit. ¶ In
ſecundo, vinea Domini aliquatenus viruit, &
floruit. ¶ In tertio, virens & florens fructus
vberrimos attulit. ¶ In quarto, cadentibus fo-
lijs verborũ decolorari cœpit. ¶ Rurſus tem-
pus deuiationis, dictum eſt tempus culpæ, &
pœnæ. Nam propter ipſam deuiationem ho-
mo ſubiectus eſt culpæ: & propter culpam
pœnæ. Vnde dicit Dominus: Putas, cùm vene Lucæ 18
rit filius hominis, inueniet fidem ſuper terrã.
Tempus renouationis dicitur, tempus doctri
næ, & prophetiæ propter decalogũ: per quod
docuit Deus genus humanũ. Tempus recon-
ciliationis, dicitur tempus libertatis & gratiæ
atq; lætitiæ. Tempus peregrinationis, dicitur
tempus luctus & pœnæ, ſiue laboris, & pœni-
tentiæ: quod nos facimus declinationis, & ne-
gligentiæ. ¶ Primum, fuit deſperationis. ¶ Se-
cundum, reſpirationis. ¶ Tertiũ, liberationis.
¶ Quartũ, exercitationis. Hæc quatuor tẽpo-
ra repræſentat Eccleſia ſingulis annis, ſiue
ſtatus Eccleſiæ per hæc quatuor tempora va
6 riatur. ¶ Tempus hyemis † & deuiationis, in
quo mors regnauit, repræſentat Eccleſia, à
ſeptuageſima vſque ad paſcha, recolens ca
ſum, & pœnã primorũ parentũ, propter eorũ
culpam: & ideò cantica lætitiæ: excepto Glo
ria patri, ſubticẽtur: prout ſub tit. de ſeptuag.
dicetur. Siletur enim, gloria in excelſis Deo:
quando in teſtimoniũ pacis auditũ eſt, quãdo
veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo
7 proſpexit. ¶ Tempus † Veris & renouationis,
repræſentat Eccleſia in aduentu Domini, per
quem omnia renouata ſunt vſque ad natale
Domini. Vnde ad notandum, quòd patres il-
lius temporis habuerunt aliquid luminis: ſed
multum obſcuritatis, reſpectu ſequentiũ; mi-
nora cantica lætitiæ cantat: Gloria patri, &
allelu Ia: ſed maiora ſupprimit, ſcilicet Glo-
ria in excelſis. Te Deum laudamus, & ſequen
tias, prout ibi dicetur. Quia enim hoc tempo-
re peccatũ regnauit: non propter ignorantiã,
vt mors prius, ſed propter carnis infirmitatẽ:
ideò canitur allelu Ia. quia patres huius tem-
poris ſub lege fuerunt: ſed Gloria in excelſis
ſiletur: quod ſignum eſt pacis & iuſtitiæ: quã
8 lex dare nequiuit. ¶ † Tempus æſtatis & re-
conciliationis ſiue regreſsionis repræſentat
Eccleſia ab octaua paſchæ vſque ad octauã
pentecoſt. quia per paſchalem agnum recon
ciliamur Deo: omnia cantica lætitiæ & ferè
poſt omnes dictiones, allelu Ia multiplica-
mus, ad ſignificandum habitam gaudium de
noſtra reſurrectione. Significat enim tempus
illud,



illud, ſtatum fidelitatis æternæ: tunc & Glo-
ria in excelſis cantatur: quia in reſurrectione
iuſtitia, id eſt charitas perficietur: & plena
pax dabitur. Duplex enim allelu Ia canitur,
in albis, & in dominicis illius temporis: &
ſtantes tunc oramus. In priuatis verò ferijs,
Gloria in excelſis: & duplex allelu Ia, non
canitur. licet ſæpe allelu Ia, præterquàm in
lxx. dicatur, prout ſub tit. de ſeptem diebus
9 poſt paſcha, & in ſequenti tit. dicetur. ¶ † Tẽ
pus autumni & peregrinationis, repræſentat
Eccleſia, ab octauis pente. vſq; ad aduentum
Domini: quia nobis Deo reconciliatis, non
reſtat, niſi vt nos peregrinos reputemus cum
pſalmiſta dicente: Aduena ergo ſum & pere-
grinus &c. Cantans omnia lætitiæ cantica: ad
deſignandum gaudium his, quibus ſunt diui
na myſteria reuelata: quandoq; tamen ali-
qua cãtica ſubticet: nec multiplicat allelu Ia:
ſicut fecit in tempore præcedenti. Ad ſignifi
candum declinationem à bono, quam nobis
negligentia noſtra parit: & cantat allelu Ia
in ſpe reſurrectionis: & Gloria in excelſis:
pro iuſtitia reddita. Item quotidie dicit alle-
lu Ia: ſed non gloria in excelſis: vt dicetur
ſub tempore aduentus. Cantat etiam allelu
Ia, poſt graduale, in ſignum laboris, per quẽ
ad patriam vitæ tranſeundum eſt. ¶ Ex præ-
miſsis colligitur euidenter, quòd rectè in
principio hyemis homo, quaſi deſperans, di-
cit: Circundederunt me gemitus mortis. In
Pſal. 17 principio Veris, quaſi reſpirans dicit: Ad te
leuaui animam. In principio æſtatis archite-
1. Pet. 2 ctus Eccleſię Petrus, renatis per baptiſmum,
& illuminatis per gratiam, dicit: Quaſi modò
geniti infantes &c. In principio autumni, ex-
ultans de Dei miſericordia, dicit: Domine in
tua miſericordia ſperaui: ſed attendens miſe-
riam, in quam ex ſua negligentia lapſus eſt,
ſtatim ſubiunxit verſiculum: Vſquequo Do-
mine obliuiſceris me in finem: & graduale:
Ego dixi Domine, miſerere mei, ſana animã
10 meam, quia peccaui tibi. ¶ † Rurſus hæc qua
tuor tempora conſiderantur ſecundum qua-
tuor principales diei partes, quæ ſunt nox,
pertinens ad tempus deuiationis. Nox enim
obſcura eſt: & idolatræ cæci erant. Aurora,
pertinens ad tempus reuocationis. Meridies,
pertinens ad tempus reconciliationis, ſiue
regreſsionis. Et veſpera, pertinet ad tempus
11 peregrinationis. ¶ † Deſignatur etiam per
quatuor principales Chriſti actiones, quæ
ſunt natiuitas: paſsio: reſurrectio: & aduentus
ad iudicium. Ad natiuitatem pertinet circun-
ciſio: apparitio: baptiſmus: & purificatio. Ad
paſsionem ieiunium, & tentatio. Ad reſurre-
ctionem, aſcenſio in cœlum: & ſancti ſpiritus
emiſsio. Ad aduentum ad iudicium, transfigu
ratio, & miraculorum operatio. Item, paſsio
comparatur hyemi: natiuitas, veri: reſurre-
ctio, æſtati: aduentus ad iudicium, autumno: Matt. 3
quando vetuſtus dierum ſedebit, tenens vẽ-
tilabrum in manu ſua, & mundabit aream
ſuam &c. ¶ Item natiuitas Chriſti concordat
tempori reuocationis ſeu renouationis pro-
pter prophetas, qui eum multis modis prædi
xerunt: paſsio Chriſti tempori deuiationis
propter pœnam culpæ priorum parentum.
Reſurrectio, tempori regreſsionis, propter
lætitiam. Aduentus ad iudicium, tempori pe- Pſal. 38
regrinationis: quia huiuſmodi tempus dura-
bit vſq; in die iudicij: vnde propheta: Adue-
na ego ſum apud te: & peregrinus, ſicut o-
mnes patres mei. Tempus ergo reuocationis,
ſiue renouationis, quæ facta eſt per legem
& prophetas, durat vſq; ad natale Domini
tantùm: vt præmiſſum eſt. Alij tamen dicunt,
quòd vſq; ad ſeptuageſimam: & ibi incipit
tempus deuiationis. Sed ſecundum primum
dictum, quæritur de tempore, quod eſt à
natali Domini, vſq; ad lxx. ſub quo dictorum
temporum contineatur. Super quo dicunt
quidam, quòd tempus quod eſt à natali, vſq;
ad octauas epiphaniæ, pertinet ad tempus re
greſsionis, quod eſt tempus gaudij: ſicut &
illud: vnde & in quibuſdam Eccleſijs tunc
albis vtuntur veſtimentis, ſicut & tempore
paſchali: neq; tunc ieiunatur: nec genua fle-
ctuntur. Reliqua verò pars, ſcilicet ab octa-
uis epiphaniæ vſq; ad lxx. ſub tempore pere-
grinationis cõtinetur: & licet Eſaias legatur
die natalis Domini: non ideò dies illa eſt, ſe-
cundum ipſos, de tempore reuocationis. Alia
enim conſideratione hoc fit, & ante euange-
lium in nocturnis, & ante epiſtolam in miſſa.
Supponitur enim tunc baſis columnæ: vt per
vtrũq; teſtamentum natiuitas Chriſti probe-
12 tur. ¶ † Item quæritur, quare à tempore ve-
ris ſiue renouationis, ſeu reuocationis inci-
piunt Eccleſiæ officia? Videtur enim quòd
deberent incipere à tempore hyemis, ſiue
deuiationis: quia prius eſt deuiatio, quàm à
deuiatione reuocatio. Præterea, in tempore
deuiationis legitur primus lib. theologiæ,

ſcilicet Geneſis. Super hoc dicunt quidam,
quòd hoc facit Eccleſia ne incipiat ab erro-
re. Sed certè non dicitur tempus illud deuia-
tionis, eò quòd Eccleſia illo tempore deuiet:
ſed quia errorem priorum parentum recolit,
vt nos ad pœnitentiam trahat: & ideò hæc
ratio non placet. Eſt ergo ratio, quia per ad-
Apoc. 21 uentum Domini, noua facta ſunt. Vnde Apo.
Ecce noua facio omnia: ideò in honorem
aduentus Domini, à tempore renouationis
incipit Eccleſia officiũ ſuum. Præterea, ſi in-
ciperet ab hyeme, vtens verbis deſperatio-
nis, poſſet homo illa audiens deſperare. Me-
ritò ergo incipit à vere: vt cum poſteà audie-
rit verba deſperationis, non deſperet: quia
præceſsit certa promiſsio veræ liberationis,
quæ fit in aduentu. Incipit ergo à tempore
renouationis, ſeu reuocationis, in quo tenet
13 rem. ¶ † Qui autem libri, & quibus tempori-
bus legantur, breuiter eſt videndum. Et qui-
dem in pleriſq; locis ab aduentu Domini
vſq; ad natale eius legitur Eſa. qui quantò de
Chriſto vrbanius cæteris prophetauit, tantò
natiuitati eius legitur vicinius: præterquàm
in ieiunijs quatuor temporum, quæ proprias
habent lectiones. In ipſa etiam natiuitate nõ
ſolùm de illo legitur & cantatur: ſed etiam
de cauſis ipſius feſtiuitatis: prout in omnibus
fieri ſolet feſtiuitatibus: quod fit, ad oſten-
dendum magnum gaudium nobis cœlitus
14 datum. ¶ † In prima verò dominica poſt na-
tale legitur in quibuſdam Eccleſijs de epiſto
lis Pauli ad ipſam pertinentibus natiuitatem.
In octaua natalis de ſermonibus, & de homi
lia euangelij eiuſdem diei. In epiphania de
Eſa. ſecundum Gelaſium Papam. xxv. diſtin.
ſancta. in palea. In octaua epiphaniç de ho-
milia eiuſdem diei. Ab octaua epiphaniç
vſq; ad lxx. canitur de pſalmis: & leguntur
epiſtolæ Pauli: in quibus legitur de labore &
15 luctu, & pugna eius. ¶ † In ſeptuageſima ve-
rò, vſq; ad dominicam ante ramos palmarũ,
legitur pentateucum. Septuageſima enim
tempus noſtræ captiuitatis, & pœnæ & cul-
pæ deſignat: de qua myſticè ad Hieruſalem
redire debemus: ſicut per Hebræos olim de
babylonica captiuitate exeuntes figuratum
eſt. Vt ergo memores ſint captiuitatis ſuæ,
qui ſurſum tendunt, legitur primò de Adam,
qui in principio mundi factus eſt: & de eie-
ctione eius de paradyſo: deinde de diluuio: &
quomodo Abraham exiuit de terra ſua: & de
mundi huius laboribus, exemplum patiẽtiæ.
& ſicut olim Hebræi captiuati ducti in baby
loniam, in triſtitia fuerunt ferè vſq; ad finẽ
lxx. annorum: & conceſſa ſibi licentia repa-
triandi gauiſi ſunt: licet non plenariè: ita &
nos ferè vſq; ad finem lxx. dierum, ſcilicet in
ſeptuageſima tacemus voces, & cantica læti-
tiæ, vt præmiſſum eſt: & ſub tit. de tempore
aduentus dicetur: quindecim tamen diebus
ante paſcha legitur Hiere. quia ille apertius,
quàm alij de paſsione tractauit: & in propria
paſsione, Dñi paſsionẽ præſignauit. Ab octa-
uis verò paſchæ xv. diebus vel ſecundũ alios,
vſq; ad quartã dominicã poſt paſcha Apoc. le
gitur, & cantatur ꝓpter myſteria paſsionis, &
reſurrectionis, quç Ioãni reuelata ſunt: & apo
ſtoli prædicauerunt. In Apoc. enim fit mentio
16 de ciuitate noua Hieruſalem. ¶ † Deinde
vſq; ad aſcenſionem leguntur epiſtolæ cano
nicæ & actus Apoſtolorum: & cantatur de
pſalmis: quia & Dauid prophetauit de paſsio
ne, & reſurrectione & aſcenſione: & Apoſtoli
prædicauerunt, quæ à Domino didicerunt,
vſq; ad aſcenſionem eius corporali præſen-
tia perfruentes. Inter aſcenſionem verò &
pentec. cantatur de ipſo feſto: quia diſcipuli
ſurſum ſubleuati, promiſſa patris munera
expectabant. Ab octauis pente. vſq; ad Ca-
lendas Auguſti, leguntur libri Regum & Pa
ralipomenõn, & cantatur Deus omnium: quia
ſicut Samuel, Saul, Dauid, & alij pro lege Do
mini pugnauerunt: ſic & nos poſtquàm acce-
pimus donum ſpiritus ſancti in baptiſmo,
virtute debemus pugnare contra dæmones
17 formati, nati, nutriti, & armati. ¶ † A Calen-
dis Auguſtini, vſq; ad Calendas Septembris,
legitur & cantatur de Sapientia: quia in pu-
gna maximè neceſſaria eſt ſapientia: vel quia
Auguſtus, ſextus eſt menſis, & in ſexta ætate,
qua Deus venit, debemus propter eius præ-
ſentiam ſapienter viuere: quia inter nos
audita eſt ſapientia ipſa, quæ ex ore altiſsimi
prodijt. ¶ Rurſus menſis ille calidus eſt &
medius in anno. Per quod media hominis
ætas deſignatur: & in media æſtate, vbi quiſ-
que ab æſtu vitiorum plus accenditur, plus
ſuccurrere debet ſapientia. In Septembri legi
tur & cantatur de Iob, Thobia, Eſdra, Iudith,
& Heſter: quia hi aduerſa patienter ſuſtinue-
runt: & Eccleſia in fine mundi aduerſa omnia
18 pro Domino tolerabit. ¶ † A Calendis Octo
bris, vſq; ad Nouembrem, leguntur libri Ma





chabeorum, & cantatur de eis: quia iſte octa-
uus mẽſis lætitiam reſurrectionis myſticat:
quia ſicut Iudæi finitis prælijs & reſtaurato
templo in hymnis & confeſsionibus benedi-
cebant Dominum: ſic in gloria reſurrectio-
nis & magnæ feſtiuitatis deuictis prælijs dia
boli ſancti & iuſti in Domino feſtiuabunt &
gaudebunt iuxta illud: Beati, qui habitant in
19 domo tua Domine. ¶ † A Calendis Nouem-
bris, vſq; ad aduentum Domini legũtur Eze
chiel, & Daniel, & duodecim prophetæ mi-
nores, cum reſponſorijs. Vidi Dominum &c.
Ezechiel enim vidit quatuor animalia in fi-
gura quatuor euangeliſtarum, quæ natiuita-
tem, paſsionem, reſurrectionem, & aſcenſio-
nem docuerunt. Iſti ergo ideò ante aduen-
tum leguntur: quia clarius Chriſti aduentum
prædixerunt. Deniq; Aurelius Papa in Bucar-
do. lib. iij. c. hi qui. ſtatuit, vt qui inuenti fue-
rint libros famoſos & ignotos in Eccleſia
legere, vel cantare, excommunicentur. Ex
præmiſsis ergo liquet, quòd in Eccleſia libri
noui & veteris teſtamenti leguntur: quod
etiam in ſuis locis dicetur: de ordine etiam
aliorum librorum dicetur ſub Dominica ij.
20 poſt pente. ¶ † Et eſt notandum, quòd teſta-
mẽtum dupliciter accipitur. Nam promiſsio
ipſa ſcilicet id quod teſtatur ſeu legitur, di-
citur teſtamentum. Vnde no. teſt. dicitur gra
tia fidelibus promiſſa, ſcilicet fides & chari-
tas. Cæteræ virtutes ſiue vita æterna in fu-
turo: & virtus in præſenti vita: & Apoſtolus
ideò no. teſt. teſtator eſt: vt repromiſsionem
accipiant, qui vocati ſunt, hæreditatis æternç:
extrà de cele. miſ. cum Marthæ. §. cæterùm.
Scriptura etiã, qua illa promittũtur, dicitur te
Heb. 9 ſtamentum. Vnde nouum teſtamentum, dici-
tur ſcriptura noui teſt. & vetus teſtamẽtum,
dicitur ſcriptura vete. teſt. de conſe. diſt. iiij. ſi
cut in ſacra. in prin. Et hçc quaſi humana ſi-
militudine dicuntur. Sicut enim qui teſtamen
tum condit, hæredem inſtituit: chirographũ
facit: teſtes aduocat: agenda per hæredem
indicit: ſic & Deus pater volens filios Iſraël
in terra promiſsionis hæredes inſtituere, chi
rographum fecit, id eſt legem dedit: teſtes
acciuit, ſcilicet Moſen & Aaron, & agenda
per illos edixit: & hoc eſt vetus teſt. Sed quia
in eo tranſitoria & tẽporalia repromittebat:
extrà de cele. miſ. §. cæterum. ideò Chriſtus
volens Chriſtianos, ſcilicet fideles, æternæ
hæreditatis hæredes facere, conſequenter
nouũ teſt. condidit, ſcilicet euangelium: aduo
cauit teſtes, ſcilicet Apoſtolos: eiſq; agenda
indixit: quod teſtamentũ tandem morte pro-
pria cõſecrauit. Præterea, teſtamentũ eſt te-
ſtatio mentis, qua quiſq; quod mente conci-
pit, ore teſtatur: & per ſcripturam corrobo-
rari iubet. xiiij. q. ij. §. ſit illud. Vnde de hac
etiam ſimilitudine hîc & illa ſcriptura dici-
tur teſtamentũ. ¶ Cæterũ ideò illa ſcriptura,
21 dicitur vetus teſtamentũ. ¶ † Primò, quia ve-
tera, id eſt, terrena, ſcilicet ad veterem ho-
minẽ pertinentia promittebat, dicens: Si hæc
& illa feceritis, bona terræ comedetis. & ite-
rum: Terram fluentem lacte & melle dabo
vobis, & ſimilia. Vnde illud vetus & trãſito-
riũ fuit. ¶ Secũdò dicitur vetus teſt. quod per
veterẽ hominẽ, ſcilicet, per Moſen veterẽ ve
tuſtate peccati miniſtratũ fuit. ¶ Tertiò, quia
nouo ſuperueniẽte ceſſauit, & deſijt tãquàm
aliquid vetuſtũ. vnde Apoſtolus: Vetera trãſi
erunt: ecce noua facta ſunt omnia. ¶ Quartò, 2. Cor. 5
dicitur vetus reſpectu noui: quia eo fuit anti
quius tẽpore. ¶ Quintò, qui à vetuſtate pec-
22 cati nos liberat. ¶ † Hæc verò ſcriptura no-
uum dicitur teſtamẽtũ. ¶ Primò, quia noua, id
eſt, cœleſtia, ſcilicet ad cœleſtis hominis con
ſeruationẽ pertinentia promittit, dicens: Qui
agrũ aut domũ &c. Centuplum accipiet, &
vitã æternã poſsidebit. ¶ Secundò, dicitur no-
uum: quia per nouũ hominẽ, id eſt ab omni
peccato immunẽ, ſcilicet per Chriſtum mini
ſtratum eſt. ¶ Tertiò, dicitur nouum, id eſt,
vltimum: quia nouiſsimũ hominis teſtamen-
tũ immobile perſeuerat: quod teſtatoris obi-
tu confirmatur, vt extrà de celebr. miſ. cum
Marthç. §. cçterùm. & xiij. q. ij. c. vl. Hinc enim
dicitur æternũ, id eſt, perpetuũ, quaſi durabi-
le ac immutabile. de quo dictũ eſt in iiij. par
te ſub ſeptima particula ſecreti, ſuper verbo:
noui & æterni. Chriſtus enim iã nõ moritur, Rom. 5
& mors illi vltrà nõ dominabitur. de cõſec.
diſ. ij. ſemel. ¶ Quartò, dicitur nouũ, reſpectu
veteris: quia illo magis eſt nouũ tẽpore: vel
quia vetus lex eſt quaſi radix: ipſum verò no.
teſt. eſt quaſi fructus. ¶ Quintò, ꝗa innouat:
nõ enim illud dicunt, niſi homines renati ex
vetuſtate ꝑ gratiã pertinẽtes iã ad nouũ teſt.
23 quod eſt regnũ cœlorũ. ¶ † Circa libros eccle
ſiaſtici officij ſciẽdũ eſt, q̃ ipſum officiũ cõſi
ſtit in cãtu & in lectione: de cãtu tres ſunt li-
bri: de lectione ſex. Sũt etiã qdã alij libri ec-
cleſiaſtici: prout in ſecunda parte in fine tra-

24 ctatus de ſacerdote dictum eſt.¶ † Sanè tres
libri de cantu,ſunt antiphona rius, gradua-
rius, & trophonarius. Antiphonarius, à di-
gniori videlicet, ab antiphonis nomen ſum-
pſit: quas beatus Ignatius patriarcha au-
diuit per angelos decantari: cum tamen ibi
ſint reſponſoria atq; verſus. In pleriſq; tamen
locis liber iſte reſponſonarium, à reſponſo-
rijs,quæ ibidē continentur,appellatur.¶Gra-
25 duarius,dictus † eſt à gradualibus, quæ in eo
continentur qui à pluribus officiarius nun-
cupatur,ab officijs ſeu introitibus,qui ibi cō-
tinentur. Graduale, dictum eſt à gradibus:
prout dictum eſt in quarta parte ſub tit. de
graduali. De intitulatione graduarij, anti-
phonarij, & lectionarij, in ſequenti tit.dice-
26 tur. ¶ † Trophonarius eſt liber continens
τρόπους, id eſt,cautus,qui cum introitu miſſę
dicuntur, præſertim à monachis. Vocantur
etiam τρόποι,ſequētiæ ſiue proſæ, κύριε ἐλέη-
σον, & neumæ. Et dicitur à τρόπος,quod eſt
conuerſio:de quo in eadem parte ſub titu.de
introitu dictum eſt. Quidam etiam hunc li-
brum proſarum, à proſis appellant. Vitalia-
nus cantum Romanum inſtituit, & organo
27 concordauit. ¶ † Cæterùm libri lectionum
ſunt iſti. Primus, eſt bibliotheca. Secundus,
homiliarius. Tertius, paſsionarius. Quartus,
legendarius. Quintus, lectionarius. Sextus,ſer
mologus.¶Bibliotheca,à gręco nomen acce
pit, & eſt nomen æquiuocum, ſcilicet locus,
in quo libri reponuntur:& volumen,ex omni
bus libris ve. & no.teſt. à Hier. compoſitum.
28 ¶†Homiliarius,eſt liber continens ſanctorū
homilias:& legitur in dominicis,& in natali,
& in feſtis ſanctorum propria euangelia ha-
bentium:& in paſcha & pente.cum ferialibus
eorundem. Homilia autem, idem eſt quod
bona laus, ſiue verbum ad populum. Et no.
quòd plures fecerunt homilias: videlicet
Auguſt. Hiero. Beda, Origen. Grego. & alij,
Beda tamen alias non compoſuit, niſi quas
Auguſt.compoſuerat:ſed ſuis verbis eaſdem
ſuperueſtiuit:nam Auguſt. verba diſputatio-
nis habuit:Beda verò ſtylum ſermonis & le
ctionis. Quare Beda vocatur venerabilis, vt
in ſeptima parte ſub eius feſto dicetur. Item
non omnes homilię authenticæ ſunt:vt quę-
dam Origenis,qui ad hæreſim dicitur decli-
naſſe. Aliquæ tamen homiliæ ipſius à beato
Hiero. teſte Papa Gelaſio, leguntur fuiſſe
correctæ ſeu approbatæ. xv.diſtin. ſancta in
palea. Et quādocūq; illa in Eccleſia legūtur,
nomen authoris, propter hæreſis infamiam
ſubticetur, ſicut & nomen Salomonis, qui
deceptus fuit à mulieribus,tacetur in lectio-
nibus,propter infamiam idolatriæ: ſed dici-
tur:lectio libri Sapientiæ:ſic etiam quia Mo
ſes hæſitauit ad aquas contradictionis: quia
Dominum exacerbauit, non dicitur lectio
libri Geneſis Moſi legiſlatoris: ſicut dicitur
lectio libri Apoca. beati Ioannis Apoſtoli.
De hoc agitur in prooemio v. partis & ſub
ſabbato paſchali. Volunt tamen quidam,
quòd in principio homiliarum ipſius dicatur:
Homilia Origenis correcta ſeu approbata à
Hiero. & in ſequentibus dici debet homilia
29 eiuſdem.¶ † Paſsionarius eſt liber continens
paſsiones ſanctorum:& legitur in feſtis mar
tyrum. Plures autem ſunt paſsionarij, quorū
quidam canonizati: quidam verò teſte Papa
Gelaſio.xv.diſt.ſancta in palea.ſunt apocry-
phi:vt de.b.Georgio & Ciricio, & Iulita, &
alij quidam quos hæretici compilaſſe dicū-
tur: quare in Eccleſia legi interdicuntur.
Antheros papa ſtatuit martyrum geſta ſcri-
bi,& in Eccleſijs haberi, & hoc propter ma-
ximum presbyterorum numerum martyrio
30 coronatum.¶† Legendarius autem, vocatur
liber ille, vbi agitur de vita & obitu confeſ-
ſorum:vt Hilarij,Martini, & aliorum confeſ
ſorum:& legitur in feſtis eorum: duntamen
31 authenticatus ſit.¶† Lectionarius eſt,in quo
lectiones epiſtolarum Pauli, & aliæ legun-
tur:qui quādoq; epiſtolarius dicitur & etiam
32 legendarius dici poteſt.¶† Sermologus, eſt
liber continens ſermones, quos papa & alij
plures ſancti compoſuerunt:& legitur in fe-
ſtis confeſſorum à natali vſq; ad octauas epi
phaniæ, in purificatione beatæ Mariæ & in
feſto omnium ſanctorū & in pluribus alijs.
33 ¶ †Conſiderandum eſt quoq; trium ſcriptu-
ras præcipuè in Eccleſia frequentari: ſcilicet
Dauid prophetæ,qui fuit homicida,proditor
& adulter. Matthæi Apoſtoli, qui fuit publi-
canus,& in hoc ipſo infamis:& Pauli,qui fuit
crudelis Chriſti & Eccleſiæ perſecutor: &
etiam Auguſtini,qui fuit manichæus,& tem-
pore Theodoſij Imperatoris conuerſus eſt.
Quod fit in exemplum, videlicet vt alij pec-
catores non deſperent, ſed ſperent, ſi tamen
pœnituerint, poſſe veniam conſequi: quan-
tumlibet graui noxa perplexi ſint, & oratio-
nes & eleemoſynas eorum poſt pœnitentiā
poſſe



34 poſſe Deo complacere. ¶ † Et eſt ſciendum
quòd beatus Hiero. tempore Damaſi Papæ
correxit pſalteriū lxx. interpretū, quod tunc
cantabatur vbiq;, & adhuc iuxta ordinationē
Greg. Papæ qui poſtremò officium eccleſia-
ſticum ordinauit,ſecundū illud: antiphonas,
reſponſoria,allelu Ia, tractus, & alia quædā
in Eccleſia decantamus. Subſequenter verò
pſalterio ipſo iteratò corrupto,idē Hiero.il-
lud de nouo integrè ex græco tranſtulit in
Latinum: prout ipſe in ipſius pſalterij prooe-
mio atteſtatur: quod nouum dictus Dama-
ſus rogitu ipſius Hiero.inſtituit decantari,&
vulgariter gallicū appellatur, & quaſi vbiq;
legitur:& ferè communiter cum ſuo prooe-
mio in textu Bibliæ habetur. Præmiſſum ve-
rò pſalterium ſecundū lxx. Romanis reman-
ſit:& hodie illò vtuntur. Deniq; idem Hiero.
attendens, quod Iudæi nobis improperabant, quod
pſalteriū falſificauerimus: quoniā à ſuo ver-
bo diſcordabat, tertiò pſalteriū de verbo ad
verbum ex hebræo tranſtulit in latinū,quod
in pluribus à gallico diſcrepat ac Romano:
pauci tamē illud habent quāuis ab omnibus
& in textu biblię deberet haberi.¶ Et no. quod
quidā portant pſalteriū:ſed in eo nō pſallūt:
prout dictū eſt in titulo de laudibus matuti-
nis. Quæ ſint dominicæ & dies & priuilegia-
ti, & principales, & qualiter dies dominica
maior eſt alijs diebus,quibus nominibus dies
ſeptimanæ appellentur: & qui ſint dies pro-
feſti:qui feſtiuales,ſiue ſolennes,in prooemio
vij partis dicetur. Greg.pap.xcij.diſt. c.ſi.inſti
tuit,ne in Eccleſia Rom. diaconi cantare de-
beāt:ſed ſolū euāgelicæ lectionis officia in-
ter miſſarū ſolēnia exoluāt. Pſalmos verò ac
reliquas lectiones ſubdiaconi: vel ſi neceſſe
fuerit minores ordines exhibeant ſiue dicāt.

SVMMA.

1 Aduentus,eſt initium officij Eccleſiaſtici.
2 Petrus Apoſtolus,Aduentum inſtituit, in
honorē quadruplicis Dominici aduētus.
3 Aduentus primus Chriſti, quid attulerit
homini. quid ſecundus quid tertius. quid
quartus.
4 Aduentus per quot ſeptimanas celebretur.
5 Per treis Aduentus hebdomadas, accipi-
mus trium temporum partes.
6 Aduentus ieiunium,eſt exultationis par-
tim,partim & mœroris.
7 Vrbanus Papa, ſecundus, officium beatæ
Mariæ quotidianum inſtituit.
8 Antiphonæ laudum dominicarum Aduētus,
quare terminentur per,allelu Ia.
9 Aduentus,quo tempore incipiat. Et quot die-
bus conſtet.num.10.
11 Aduentus prima Dominica vnde inchoētur.
12 Aduentus intitulatio cur duplex, & cur du-
plex inchoatio. Rationem vide, ibid.& num.
13.14.15.

## De tempore Aduentus. CAP. II.

1 QVoniam,ſicut pręmiſſum † eſt,
Eccleſiaſtica officia ab Aduē-
tu Domini, quod eſt tēpus re-
nouationis incipiūt:meritò ab
hoc tēpore ducimus initium
2 aſſumendum. ¶ † Prænotandum igitur eſt,
quòd beatus. Petrus primo inſtituit tres ſe-
ptimanas integras ante natale venerari,in cō
memorationem aduentus Chriſti:& quartā,
quæ tamen numquā perficitur:quia vigilia na
talis non eſt de aduentu: vt infrà dicetur.
Agitur ergo aduentus Domini per quatuor
ſeptimanas ad magnificādum, quòd eſt qua-
druplex aduentus filij Dei: ſed vltima num-
quā finitur:quia ſanctorum gloria quæ dabi
tur in vltimo aduentu, ſcilicet ad iudicium
nunquàm terminabitur. ¶ Primus aduentus
eſt in carnem,ſcilicet in vtero virginis aſſum
ptam:de quo dictū eſt: Oſanna filio Dauid:
benedictus,qui venit in nomine Domini.¶Se
cundus,in mentē, qui deſcenſus fit quotidie
in cordibus fidelium,per ſpiritum ſanctū: de
quo Io.xiiij.c.ad eum veniemus,& apud eum
manſionem faciemus.& dicit Sapiē.ix Domi
ne, emitte ſapientiam tuam, vt mecum ſit.
De his habetur Abacuch. ij. Si morā fecerit,
expecta eum:quia veniens veniet & non tar-
dabit.¶Tertius aduentus eſt in morte cuiuſli
ber:de quo dicit beatus Iac. Patiētes eſtote, Iac.6
vſq; ad aduentum Domini. & Matt. xxiij. Si
ſciret paterfamiliâs qua hora veniret fur
&c.ideò & vos eſtote parati &c. & iterum:Si
in prima vigilia venerit, id eſt, in iuuentute,
& in ſecunda &c. & ita inuenerit, ſcilicet in
pœnitentia: beati ſunt ſerui illi.¶ Quartus
erit in maieſtate, qui erit in die iudicij. De
illo legitur Eſa.iij.c. Dominus ad iudicium
3 veniet,cum ſenioribus populi ſui.¶ †Et nota
quòd primus aduentus liberauit animas à
diaboli ſeruitute. Secundus,liberat eas à pec-
cato. Tertius,à pœna. Quartus,corpora libe-
rat. Veruntamen Eccleſia non celebrat,niſi
 duos

duos aduentus, ſcilicet in carnem & ad iudi-
cium. Nam primum & ſecundum reputat
pro eodem:ideò enim venit in carnem,vt ve
niat in mentem:ideóq; dictũ eſt: Veniens ve
niet,& non tardabit.veniens, ſcilicet in car-
nem,veniet, ſcilicet in mentẽ.& iterum:quia
vterq; miſericordiæ eſt. Similiter tertius &
quartus habentur pro eodem:quia vterq; eſt
iuſtitię ratione vnius effectus.Celebrat ergo
Eccleſia aduentum huiuſmodi, ſub binario,
vt filijs ſuis generet timorem, & amorem
Pſal. 23 Dei.vnde in pſalmo:Eleuamini portę æterna
Pſal. 16 les &c.Timor Domini ſanctus qui permanet
in æter. & amor, ſcilicet ipſius qui ſimiliter
in æternum durabit. Vnde j. ad Cor. xiij. c.
Charitas nunquã excidit.de pœ.diſt. ij.chari-
tas.timorem autem debemus ei,vt Domino,
amorẽ vt patri. Vnde Malach. ij. Si ego ſum
pater, vbi eſt amor,& ſi Dominus, vbi eſt ti-
mor?Celebratur ergo aduentus per quatuor
4 ſeptimanas.† In prima ſpecialiter de primo
aduentu cantat Eccleſia. In ſecunda & tertia
de ſecundo, & hoc ideò, quia antiqui patres
primum aduentum tantùm expectauerunt.
Secũdum verò antiqui & moderni. In quarta
verò ſeptimana, recolit Eccleſia tempus, in
quo Dominus deſcendit in vterum virginis.
Eſa. 65 vnde tunc: Rorate cœli deſuper: & nubes
pluant iuſtũ:aperiatur terra, & germinet ſal-
uatorem.Item tempus à primo aduentu,vſq;
ad ſecundum, recolit Eccleſia inter pẽtec. &
aduentum Domini:in quo cantat allelu Ia,in
ſpe reſurrectionis.& Gloria in excelſis Deo
pro iuſtitia reddita: & dicit quotidie allelu
Ia. quia ſpes eius non infirmatur. Sed Gloria
in excelſis Deo: & in terra pax hominibus
bonæ voluntatis:non dicit quotidie, ſed tan-
tùm in feſtis:quia ſemper in fide,non ſemper
in operibus laudat. Quotidie enim offendit:
licet ſemper in fide iuſtitiam teneat. De hoc
eſt dictum in procœmio huius partis,& dice-
tur ſub titulo de ſeptem diebus poſt paſcha.
Cæterùm per tres aduentus hebdomadas
5 trium temporum patres accipimus. ¶ † Pri-
mi,fuerunt ante legem,qui procul à Deo re
moti clamabant:Ad te leuaui.¶ Secundi, ſub
lege:qui doctrina legis inſtructi, & ideò ad
lumen propius accedentes, in introitu popu-
lus Syon appellatur. ¶ Tertij, fuerunt pro-
phetæ: præſertim illi, quos inuenit Chriſti
natiuitas:vt Symeon.quibus quia redemptor
eſſe prope dicitur in introitu:Gaudete. Aſſe-
runt etiã quidam,quòd in officio primę heb-
domadæ agitur de vocatione Iudæorum. In
officio ſecundæ,de vocatione gentium.vnde
ibi dicitur:Ad ſaluandas omnes gentes.in of-
ficio tertiæ de vocatione vtriuſq; populi.
Vnde ibi dicitur: Nota ſit omnibus homini-
bus. ¶ Rurſus cantatur in prima, in perſona
Ioannis.In ſecunda, prophetarum. In tertia,
Apoſtolorum.In quarta,in perſona doctorũ
Tempore aduentus tacetur,Gloria in excel-
ſis.quod pertinet ad natiuitatem:vt in nocte
natiuitatis deuotius & auidius decantetur:ad
notandum hunc hymnum primò fuiſſe no-
cte illa ab angelis decantatum: quanquàm
maior gloria Chriſti eſt in Eccleſia tempore
noui teſtamenti,quàm fuerit in veteri.Tace-
tur etiam,Item miſſa eſt.quod pertinet ad re
ſurrectionem. Meritò autem tacetur vtrũq;
in aduentu:quia tunc vtrũq; expectatur. Pari
etiam ratione tacetur: Pax vobis.quod ſimi-
liter pertinet ad reſurrectionem. Tacetur
etiam, Te Deum laudamus: quia nondum
præſens eſt,quem expectamus:& ad præſen-
tes tantùm hoc cantico vti ſolemus.¶ Et no.
quòd hæc tria non ſemper ſe concomitan-
tur,vt dicetur in procœmio vij.partis.Sed qua
re Allelu Ia,non tacetur hoc tempore, cùm
ſit canticum lætitiæ:nam in aduentu eſt ieiu
nium:nec tunc nuptiæ celebrãtur? Præthereà,
aut eſt ieiunium mœroris, aut exultationis.
Si mœroris,omnia cãtica exultationis debẽt
taceri. Si exultationis, omnia debent dici:
ergo & Gloria in excelſis Deo. Solutio.hoc
ieiunium eſt partim exultationis, & partim
mœroris.Exultationis eſt,ratione primi aduẽ
tus, ſcilicet in carnem: de quo mentio fit in
hoc tempore.Mœroris eſt, propter ſecũdum
aduentum,ſcilicet ad iudicium:de quo fit etiã
ibi mentio:& ideò in eo quædam cantica lę-
titiæ dicuntur propter aduentum miſericor-
diæ & exultationis: & quædam ſubticentur:
& ieiunatur,propter aduentum ſeueræ iuſti-
tiæ & mœroris. Allelu Ia ergo non ſubtice-
tur.quoniam tempore aduentus aliquid eſt
lætitiæ propter ſpem, quam habuerunt de
Chriſti incarnatione:& propter noſtram cer-
titudinem,quam habemus per primum aduẽ
tum de futura glorificatione.ſed in ſeptua-
geſima non ſic:quia totum tempus illud mœ
roris eſt: & ideò tunc non dicuntur cantica
angelorum,ſed hominum.vt ibi dicetur.¶ In
feſtis verò nouẽ lectionũ, quæ occurrunt in
aduentu,



aduentu, debet celebrari miſſa de feſto ſo-
lẽnis in tertia, cum Gloria in excelſis &c.Ite,
miſſa eſt.& deponuntur cappę nigræ ſeu vio
laceæ: & aſſumuntur ſolennes à miniſtris &
ſacerdote,prout feſtũ requirit. In hora verò
nona de ieiunio miſſa dicitur:& tũc dalmati
cæ & ſubtilia,ſiue tunicellæ dimittuntur: &
competentes tempori & ieiunio reſumuntur,
ſicut in tertia parte ſub tit. de dalmatica di-
ctum eſt. In hoc quoq; tempore officium
beatæ Mariæ virginis nõ dicitur in Eccleſia:
quia totũ officiũ huius temporis ad laudem
7 eius pertinet.¶† Et nota quòd Vrbanus Papa
ſecundus, qui fuit creatus M. lxxviij.& ſedit
annis xij.menſibus quatuor in concilio apud
Claromon.celebrato,ſtatuit,vt officium bea
tæ Mariæ virginis quotidie diceretur:& in die
ſabbati ſolenniter fieret:in quo officio matu
tino dicuntur illæ lectiones:O beata Maria,
quis dignè.ſumptæ ex illo ſermone Aug. Lo
quimur dilectiſsimi &c. Hoc etiam tempore 8
non debet fieri ſpecialiter cõmemoratio ali
cuius ſancti præcedentis Chriſti aduentũ,nõ
quia omnes illi in infernum deſcenderunt:&
ideò Eccleſia occidentalis pro eis non ſolẽni
zat:nec etiam ſequentium:quia cum hoc tẽ-
pore Eccleſia de aduentu filij Dei ſolenni-
zet:non eſt aliorum ſolennitas admiſcenda:
imò minor cedit maiori: quia adueniente
principe,ceſſat magiſtratus. Idcirco cùm ipſe
ſit præmium & corona ſanctorum omnium:
& ſit omnia in omnibus, & ſufficientia ſingu
lorum: ſuperfluum foret recurrere ad aliorũ
ſuffragia mendicata. C. de pala.ſacra.largi.l.
ſcrineis.in princ.li.xij. Generalis tamen com-
memoratio omniũ ſanctorũ,bene fit:quoniã
licet ſancti ex aduentu filij Dei ſpeciale gau
diũ & præmiũ aſſecuti fuerint:maius tamen
ad generale gaudiũ eorũ extitit:quia creatu-
rã rationalẽ ex vnione ad diuinã naturã vide 9
runt ineffabiliter ſublimatã:quia ergo bonũ
cõmune præponderat particulari:& per cõ-
ſequens generale gaudium eorũ gaudio ſpe-
ciali:quia illud, quod præmiſſum eſt,fuit o-
mnibus ſanctis vtriuſq; teſtamenti ad gaudiũ:
idcirco conueniens eſt,vt tẽpore ipſius aduen
tus eorum gaudium communiter & genera-
liter recolatur: & in generali omnium ſan-
ctorum cõmemoratione, ſingulis diebus di-
citur antiphona illa:Ecce Dominus veniet,& 10
omnes ſancti eius cum eo:& erit lux magna
in die illa,allelu Ia:quæ pertinet ad quartum
aduentũ,in quo apparebit gloria ſanctorum.
Dicitur etiã cum ipſa antiphona oratio illa:
Conſcientias noſtras quæſumus Domine vi-
ſitando purifica &c. in qua ſimiliter con-
cordando cum antiphona, fit generaliter cõ
memoratio de omnibus ſanctis, dum dicitur
ibi: vt veniens cum omnibus ſanctis:& tunc
pertinet ad quartum aduentum: ſcilicet in
maieſtate. In multis tamen locis ſubtrahun-
tur verba illa:cũ omnibus ſanctis:& tunc per
tinet ad ſecundũ aduentum ſcilicet in mente.
Non fit etiã cõmemoratio de cruce, ſicut fit
in alijs tẽporibus,ne prius videatur Dominus
paſſus,quàm natus.& iterum, ne fiat contra
illud præceptum Exodi vigeſimotertio &
xxiiij.non coques hœdũ in lacte matris ſuæ:
id eſt, Chriſtum non crucifiges, dum adhuc
tener & lactans eſt.Contra hoc præceptum
fecerunt tunc Iudæi,qui Chriſtum eadẽ die,
id eſt,eadem ſexta feria,in qua,vt quidam di-
cunt cõceptus eſt,crucifixerunt.¶ † Notandũ
autem eſt quòd tempore aduentus omnes
antiphonæ dominicales in matutinis laudi-
bus terminantur, per allelu Ia:ad ſignifican-
dum gaudium de certitudine aduentus ſalua
toris habitũ: vt in matutino officio ſit quaſi
prædictio: & in matutinis laudibus notetur
exultatio.Itẽ,in prima ſecunda & tertia heb-
domada, repetuntur reſponſoria dominica-
lia:ſed in quarta ſunt ſpecialia:quæ per heb-
domadã cantantur:& ſunt quindecim: quia
ille expectatur venturus, qui inſtituerat vetus
teſtamentũ,& erat inſtituturus nouũ. Quin- Pſal. 83
denarius enim numerus conſiſtit ex ſeptena-
rio,& octonario:at ſeptenarius ad vetus:octo
narius verò ad nouũ refertur teſtamentũ. In
ſingulis quoq; ſeptimanis cantus renouatur:
propter gaudiũ proficientiũ, qui proficiunt
de virtute in virtutẽ: vt videant Deũ Deorũ
in Syon. ¶ † Illud etiã notandũ eſt,ꝙ prima
dominica aduentus nunquã eſſe poteſt ante
quinto Calẽdas Decẽbris: nec etiã poſt ter-
tio Nonas Decẽbris: ſed quæcũq; illarũ ſe-
ptẽ literarum, quæ inter dictas Calendas &
Nonas includũtur,repręſentauerit dominicã:
ibi eſt prima dominica aduẽtus.ſed & in do-
minica proximori feſto beati Andreæ,vel Ca
lẽdas Decẽbris ſiue antè,ſiue retrò,eſt, ſemꝑ
initium aduentus.& ſi ipſum feſtũ cadit in do
minica,ibi etiã eſt initiũ aduentus.† Aduẽtus
cõtinere debet xxj.diẽ,id eſt,tres ſeptimanas
integras ad minus præter vigiliã natalis Dñi.

Veruntamen cùm aduentus incipiat à die do
minica, ſi fortè contingat ſimiliter natale in
die dominica venire,oportet tempus aduen-
tus per quatuor hebdomadas protelari:aliò-
quin vigilia natalis & ſabbatum quatuor tẽ-
porum concurrerent in eadem die,quod eſſe
non poteſt.lxxj.diſt.de leui.quia vtrunq; illo
rum proprium habet officium , & ad diuerſa
tempora pertinent. Nam ſabbatum , eſt de
aduentu:ſed vigilia ad tẽpus gaudij pertinet
cum non ſit de aduentu ſed de natali : & ſic
aduentus non haberet viginti vnum diem:
excepta vigilia natalis ſicut dictũ eſt. Quòd
vigilia pertineat ad tempus gaudij : patet ex
ipſa ordinatione Gregorij,qui vltimas aduen
tus antiphonas poſuit de euangelio , ſcilicet
Completi ſunt dies : & ecce completa ſunt
omnia. Quando ergo natale eſt in dominica,
quatuor tempora celebrantur in penultima
hebdomada.Si autem natale venerit in ſecũ-
da feria, vel deinceps vſq; in dominicã : tunc
poſt viginti vnum diem habebit , in quo fiat
vigilia:& quando feſtum venerit in ſecunda
feria, fiet officiũ de vigilia in die dominica:
quę propriũ nõ habet officiũ:& tunc propter
dominicã cãtabitur allelu Ia:ſed ieiunabitur
in ſabbato præcedenti:tam pro vigilia nata-
lis,quàm pro ieiunio quatuor temporum.De
hoc etiam dicetur ſub titulo de capite ieiu-
11 niorum.¶ † Non eſt etiam ignorãdum,quòd
licet in principio ſiue in prima dominica ad-
uentus cantetur introitus : Ad te leuaui ani-
mam meam Deus : ſi quis tamen diligenter
attendat in dominica præcedenti illam:præ-
paratio aduentus Domini , quo ad quædam
inchoatur:quod oſtendit epiſtola , quæ tunc
Hier.23 ſecundũ quoſdam legitur:Ecce dies veniunt,
dicit Dominus. Et ſuſcitabo Dauid germen
iuſtum,&c.finis euangelij eiuſdem diei,ſcili-
cet Abijt Ieſus trans mare Tyberiadis:quod
eſt Ioannis vj.c.Hoc idem inſinuat, vbi dici-
tur:Hic eſt verè propheta , qui venturus eſt
in mundum, vt redimeret populum &c.Satis
enim conueniens eſt,quòd in præcedenti do
minica inchoetur:quia non reſpiraret deſpe-
rans , niſi certa promiſsio veræ liberationis
præcederet:qua audita, reſpirans clamat: Ad
te leuaui animam Deus meus &c. In quinta
igitur hebdomada ante natiuitatem Domini
inchoatur præparatio aduentus,quo ad quę-
dam. Vnde & in antiquis gradualibus & le-
ctionarijs titulus eſt talis.Quinta dominica
ante natiuitatem Domini:nam ab illa domi-
nica vſq; ad natiuitatem Domini ſunt quinq;
officia dominicalia:& quinq; epiſtolę:& quin
que euangelia.In quarta verò dominica ante
natiuitatem Domini inchoatur præparatio
aduentus,quo ad officium matutinale:& quo
ad multiplicem officiorum varietatem,& in-
nouationem.quia ergo quatuor ſunt officia
dominicalia,ab illa dominica vſq; ad natiui-
tatem:& ideò in antiphonarijs nouis intitu-
12 latur quarta dominica.†Quadruplex autem
ratio huius duplicis intitulationis librorum,
& inchoationis aduentus reddi conſueuit.
¶ Prima , quia per lectionarium recolimus
aduentum Domini in mundum:ſignificatum
eſſe, per quinq; mundi ætates.Per antiphona
rium verò,recolimus aduentum Domini nũ-
tiatum eſſe per quatuor ordines librorum,
ſcilicet per legem , per prophetas , per pſal-
mos, & per initium euangelij narrantis Do-
mini conceptionem.Initium euangelij voca-
mus,quicquid eſt in libro Lucæ : qui hiſtoriã
ante natiuitatẽ Domini plenius cæteris pro-
ſecutus eſt:ſicut de angelo à Zacharia miſſo
annuntiante natiuitatem præcurſoris.& ſicut
de prophetia illa:Benedictus Dominus Deus
Iſraël : quia viſitauit & fecit redemptionem
plebis ſuæ.Et de Gabriele archangelo ad vir
13 ginẽ miſſo:& ſimilibus.¶ † Secunda eſt:quia
actor lectionarij nos hortatur,vt purgemus
hoſpitiũ noſtri corporis:quod per quinq; ſen
ſus ſordidatum eſt,ad ſuſcipiendũ Deũ : quia
in ſordibus habitare deſpicit rex venturus.
Actor verò antiphonarij, nos docet purgare
corpus noſtrũ,conſtãs ex quatuor elementis:
faciẽtes dignã mãſionem Deo regi venturo.
Iuxta illud:Ego & pater,ad eũ veniemus :&
14 mãſionẽ apud eũ faciemus.¶ † Tertia eſt,quia
in quarta dominica aduẽtus,quæ ad ſpiritua-
les,& nõ in quinta dominica , quæ ad ſecula-
res pertinet:vt dicetur in ti.ſeq. innouãtur cã
tus. Spiritualiũ enim eſt,cãticũ nouũ cantare,
& nõ ſeculariũ,qui cum adhuc quaſi veteres
ſint:& mala eorum adhuc recentia potius lu
gere,quàm gaudere debent. Renouatus qui- Pſal.83
dem cantus , gaudium electorum ſignificat:
qui proficiunt de virtute in virtutem:in qua
15 videbitur Deus deorum in Syon.¶ † Quar-
ta eſt, quia in Eccleſia duo ſunt ordines ho-
minum expectantium Domini aduentum,
& ſtudentium ad dignè ſuſcipiendum Deum
venturum. Vnus ordo in ſeculari conuer-
ſatione



ſatione ſtudet : alter in ſpirituali. Seculares,
qui rebus tranſitorijs ſtudent , quæ quinque
corporis ſenſibus adminiſtrãtur,per quinque
hebdomadas intelliguntur.Iuxta illud euan-
Ioan.6 gelij Ioan. Erant viri , quaſi quinque millia.
Siquidem quinque millia viri, Deum ſecuti,
deſignant eos, qui in ſeculari adhuc habitu
poſiti, exterioribus , quæ poſsident,bene vti
nouerant.ipſi nãq; ſaturantur quinque pani-
bus:quia legalia inſtituta eis proponẽda ſunt:
qui per quinarium numerũ propter quinque
libros Moſi intelliguntur.Per quatuor verò
ſeptimanas ſpirituales intelliguntur , qui re-
bus tranſitorijs abiectis,nudi nudum ſequun
tur Chriſtum:qui per quatuor euangelia ad
potiorem perfectionem excitãtur.Quod etiã
ad iſtos quaternarius numerus pertineat,ap-
paret in alio euangelio,in quo quatuor mil-
lia hominum:qui ſunt euangelica perfectio-
ne ſublimes:legũtur refecti ſeptem panibus,
id eſt,ſeptiformi gratia eruditi & repleti.Hãc
diſtinctionem figurauit Dominus Moſi,quan
do in ingreſſu tabernaculi iuſsit poni ſeptem
columnas:& ante oraculum vnam:ante ſan-
cta ſanctorum quatuor.prout legitur Exod.
xxvj.& xxxvj.cap.Siquidem quinque colum-
næ exterius poſitæ,ſunt ſeculares,qui in exte
rioribus maximè verſantur quatuor colũnæ
ante ſancta ſanctorũ,ſunt ſpirituales:qui qua
ſi interius poſiti,Domino deuotius obſequũ-
tur.Vna columna ante tabernaculum vnita-
tem fidei:quam tam iſti quàm illi colũt,deſi
gnant:& propter hanc cauſam clerici ſecula-
res in veſpertinis officijs quinque pſalmos
cantant.Monachi verò,& religioſi,qui altio-
rem elegerunt viam:non niſi quatuor,in quo
ſe perfectiores oſtendunt.Quod autem qua-
dratum eſt ex quacunq; parte vertatur , ma-
net idem & firmũ.Similiter & perfectus quo-
cunq; loco & tẽpore,idẽ immobilis manet.

SVMMA.

1 Dominicæ primæ Aduentus officium.
2 Reſponſorium Dominicæ primæ Aduen
tus.& eius expoſitio.
3 Hominis magna ignorantia.
4 Reſponſorium primum Aduentus,habet
tres verſus.& cur.& nu.5.6.7.
8 Reſponſorium ſecũdum Aduentus.Ter-
tium.nu.10.Quartũ.11.Quintum,Sextũ,
Septimũ.nu.12.Octauũ.& Nonũ.nu.14.
9 Viſio eſt triplex.
15 Miſſæ Aduentus introitus,prima Dñica.
16 Dei facies,intelligitur diuina cognitio.
17 Euangelium de Aduentu in Hieruſalem,cur
hodie legatur.

## De prima dominica aduentus Domini. CAP. III.

1 PRima dominica † de aduentu,
quæ eſt quarta à natali Domi
ni:& in qua ſecundum quoſdã
inchoatur officium aduentus,
pertinet ad ſpirituales.Et ideò,
in ea innouantur cantus:præcedens verò,quę
quinta eſt , ad ſeculares ſicut in præcedenti
titu.dictum eſt.Ad ſpirituales pertinent duo
verſiculi:quorũ vnus frequentatur in veſper-
tino officio:ſcilicet,Rorate cœli deſuper.Al-
ter in matutino,ſcilicet,Vox clamãtis in de-
ſerto.In primo oſtẽditur,quid facere debeãt:
in ſecũdo exequuntur.Ipſi ſunt cœli rorãtes,
& nubes pluentes : ros eſt ſubtilior,& pluuia
groſsior.Tunc ſunt rorãtes,quando de incar
natione ſaluatoris ſubtilia dicũt:vt illud:ver- Ioan.1
bum caro factũ eſt:& ſimilia:tũc ſunt pluen-
tes,quando groſsiora,id eſt, intellectus faci-
liora dicunt:ſicut eſt,quòd Maria deſponſata
eſt Ioſeph:& ꝙ puer natus eſt in Bethleem: Matth. 1
& reclinatus in præſepio : & huiuſmodi. Iſti
faciunt,quòd aperiatur terra:& germinet ſal-
uatorẽ.Ad literã:terra eſt virgo Maria,quæ
aperta,quantum ad fidem cordis,ſine damno
virginitatis,cõcepit & peperit ſaluatorẽ.Sed Luc.2
moraliter,terra eſt cor humanũ:quod viri ſpi
rituales ſua prædicatione aperiunt:vt germi-
net ſaluatorẽ,id eſt,Chriſtus in eo reforme-
tur,Iuxta illud Apoſtoli:Filioli mei,quos ite- Ad Gal.4
rum parturio : donec Chriſtus reformetur in Eſa.40
vobis.Iſti ſunt,vox clamãtis in deſerto,id eſt,
in mundo:parate viam Domini:rectas facite
ſemitas eius.Viæ ſunt opera:ſemitæ ſunt co-
gitationes : quas debemus parare in aduentu
ſaluatoris.Hanc præparationẽ notat oratio,
quæ poſt cõmunionem hac die in miſſa ſe-
quitur. Suſcipiamus Domine miſericordiam
tuã in medio,&c.& ex eo,quòd in fine illius
orationis dicitur:Congruis honoribus præce
damus.Viam ergo parare , eſt pœnitentiam
agere,prædicare. Semitas rectas facere , eſt
poſt mandata conſilia obſeruare.Sanè huius
dominicæ totũ matutinale officium,pertinet
ad primum aduentum:vt præmiſſum eſt.Le-
gitur enim in Eſa.qui de aduentu loquitur
apertius,quàm aliquis alius propheta : vnde

in ij.cap.ipſius habetur:Ecce mons &c.in pri-
mo verò habetur de nequitia Iudæorum. Pri
2 mum reſponſorium † eſt,Aſpiciens à longe.
quod eſt de primo aduentu : & non ſumitur
de aliquo libro theologiæ : nec compilatum
eſt à Greg.ordinatore matutini officij : ſed à
quodam eius monacho. quod inde apparet:
quia illud intra hebdomadam non repetitur:
ſed omnia alia reſponſoria , ſic,quæ ab ipſo
Grego.edita ſunt.Et ſi obijciatur , quòd illo
dempto,non remanent,niſi octo reſponſoria
iſti dominicæ:Reſpondetur quòd nouē ſunt
computato illo.Ecce dies veniunt : quod ſe-
cundum ordinem Grego.nonū eſt : & canta-
tur in veſperis ſabbati præcedentis. Cantatur
autem hoc reſponſorium in perſona Ioannis
baptiſtæ vel ſponſæ dicentis:Aſpiciens à lon-
ge à terra:videlicet ad cœlum,video Dei po-
tentiam venientem:& licet propriè patri po-
tentia aſsignetur : hîc tamen per potentiam
accipe filiū Dei,cui data eſt poteſtas in cœlo
& in terra:qui eſt potens Dominus in prelio:
Pſal.44 cui propheta:Accingere gladio tuo ſuper fe-
mur tuum potentiſsime. Hic venit dum ſe vi
ſibilem monſtrauit:& nebulam totam terrā
tegentem.Hæc nebula eſt Dei miſericordia:
quæ præſtat refrigerium contra æſtum vi-
tiorum.Hanc Moſes intrauit , cùm ad ſuſci-
piendum legem aſcendit.Hanc Petrus intel-
lexit,cum in nube lucida videns Dominum
Matt. 17 Moſen & Heliam dixit:Faciamus hîc tria ta
Luc.1 bernacula.Hæc populum in deſertū deduxit:
& ab igne protexit.Hæc eſt virtus altiſsimi,
quæ virginem obumbrauit:quæ totam terrā
tegit:quia miſericordia Domini plena eſt ter
ra.Hæc etiā nebula, eſt humanitas filij Dei,
quæ totum mundum ſaluat. Medicina enim
omniū in feſtinatione nebulæ. Nebula etiā
poteſt dici infidelitas ſeu ignorantia. ¶Igno-
3 rabat enim † homo Deum, ſeipſum , natale
ſolum,& concupiſcentiam eſſe peccatū.Hæc
nebula totam terram tegebat : quia omnes
declinauerunt , ſimul inutiles facti ſunt. Ite
obuiam ei & dicite : Nuntia.n.ſ.t e.qui re-
gnat.es in populo Iſraël. Similia dixit Ioan-
Ioan.1 nes diſcipulis:Parate viam Domini.& per di-
ſcipulos ad Chriſtum:Tu es qui venturus es,
an alium expectamus?Obuiam ſponſo,ſcili-
cet per viam charitatis:& dicite:nuntia nobis.
quaſi dicat:Reuela nobis per tuam præſen-
tiam,ſi tu es Meſsias in lege promiſſus : & ſi

4 regnaturus es in populo Iſraël. ¶Porrò † in
ſolito modo primum reſponſorium habet
in quibuſdam Eccleſijs tres verſus,ſicut & re
ſponſorium primum natalis Domini. ¶Pri-
mò, ad ſignificandum , quòd iſte aduentus
Domini ſaluat homines trium temporum,ſci
licet illos,qui fuerunt ante legem,& ſub le-
ge,& ſub tempore gratiæ : & propter hoc
etiam fit triplex repetitio:prima à remotiori,
quo ad finem : & poſteà à minus remoto : &
poſteà à propinquiori,ad oſtendendum quòd
patres primi temporis remotiores fuerūt ab
aduentu Chriſti quàm patres ſecūdi,& tertij,
& patres ſecūdi tēporis,magis remoti quàm
patres tertij:deinde reincipitur reſpōſorium,
ad denotandum deſiderium,& ad ſignifican-
dum,quòd debemus attribuere finem & prin Apoc.1
cipium boni operis ei , qui eſt α & ω.xxxv.di-
ſtinctione.ab exordio. Vltimò,dictis verſibus
ſubiungitur,Gloria patri:quia omne deſide-
rium & ſeruitium,ad Deum trinum eſt refe-
rendum:& ibi nō fit reiteratio partis:ſed to-
tius reſponſorij:quia poſt vitam præſentem,
omnia opera cōſummentur:& tunc erit Do-
minus omnia in omnibus , & conſummatio
5 & ſufficientia omniū.¶Secundò,ideò † præ-
miſſum reſponſorium tres habet verſus,&
vnum Gloria.ad ſignandum quatuor aduen-
tus:de quibus in cap.præcedenti præmiſſum
eſt:& ad deſignandum quatuor tempora,ſci-
licet tempus ante legem, tempus legis pro-
phetiæ & gratiæ. Alloquens enim Eccleſia
omnes homines , qui fuerunt ante legem,
quorum pauci ſecuti ſunt vnum Deum,dicit
primò verſum : Quique terrigenæ &c.id eſt,
O vos omnes mali,boni,diuites & pauperes,
ite obuiam ei & dicite:Indica nobis , ſi tu es
ipſe , qui regnaturus es in populo Iſraël.in
ſecundo verſu,in perſona hominum,qui fue-
runt ſub lege : in qua aliquid fuit imperfe-
ctionis : quia data fuit infirmis : alloquitur
ipſum legiſlatorem.Qui regis Iſraël intende:
quaſi diceret,qui populum Iſraël in lege tua
regis:& ſicut paſtor ouem deducis:indica no-
bis,ſi tu es ipſe , qui regnaturus es in populo
Iſraël.In tertio iam ex dictis prophetarum
certificati de aduentu ſaluatoris , ex deſide-
rio clamant:Excita potentiam tuam, & veni
qui regnaturus es in populo Iſraël.In alijs ve
rò Eccleſijs,eſt tertius verſus : Tollite por-
tas.In quarto gratias agens Saluatori,de ad-
uentu



uentu ſuo,qui dignatus eſt venire : imò toti
6 trinitati,dicit Gloria patri.¶†Tertiò,reſpon-
ſorium ideò tres habet verſus:quoniam lex,
& pſalmodia , & prophetia hunc Saluatoris
7 aduentū prænuntiauerūt. ¶Quartò,tres†ver
ſus,patres trium puerorum ſignificant.Patres
quidem ante legem,hunc aduentum præui-
derunt. Patres ſub lege, deſiderauerunt.Pa-
tres gratiæ,prædicauerunt.Dicit ergo Ioan-
nes baptiſta vel Eccleſia:Vos patres ante le-
gem quique terrigenæ & ſi.h.ſ.in.v.d.& pau-
per,ite obuiam ei.Terrigenas vocat malos,
qui terrena ſequuntur.filios hominum dicit,
bonos diuites:ſubdit quos terrigenas appella
uerat,propter pauperes,quos filios hominū.
Vos ergo quique,id eſt, quilibet terrigenæ
malitia diuites:& filij hominum ſpiritu pau-
peres:qui eſtis ſimul in vnū,in vno ouili agni
& hœdi : ite obuia ei:vt vos mali per ingreſ-
ſum recipiatis:vos boni per progreſſum pro-
ficiatis. Vos etiam patres ſub lege,dicite:Qui
regis Iſraël,intende:qui deducis velut ouem
Ioſeph , nuntia nobis &c.qui regis Iſraël,id
eſt,Iudaicum populum per doctrinam legis
Domini videntem.Qui deducis,id eſt,de vir-
tute ducis,velut ouem,id eſt,innocētem Io-
ſeph, id eſt,populum gentilem , augmenta-
tum per frumentum mortificatum : intende
ſuper nos,id eſt,lumen pietatis infunde : &
nuntia nobis &c.vos quoque patres ſub gra-
tia dicite : Tollite portas principes veſtras,&
eleuamini portæ æternales , & introibit rex
gloriæ.Qui regnaturus &c.O principes & po
teſtates aëris huius:Et ô genimina viperarū,
tollite,id eſt,auferte portam mortis,id eſt,vi
tia,per quæ diabolus intrat ad corda.Et ô por
tæ æternales,id eſt, virtutes ad æternitatem
ducentes , eleuamini contra vitia : & per vos
introibit,& habitabit in vobis rex gloriæ:qui
regnaturus eſt in populo Iſraël. Et not.quòd
ad tertium verſum non reſpondetur : nuntia
nobis:quia patres noui teſtamenti certificati
ſunt de aduentu Chriſti : patres gratiæ certi
ſunt de introitu regis gloriæ . Verùm quia
nunquàm ſufficit:nec ſufficiet fides incarna-
tionis ſine fide trinitatis:ideò ſuccinitur:Glo-
ria patri & filio & ſpiritui ſancto : & quia qui
venit in humanitate , venturus eſt etiam in
maieſtate:ideò reſponſorium denuò repeti-
Mar.13 tur.In repetitione verò nebulam, accipias ad
literam:iuxta illud : Veniet in nubibus cœli,

& ſicut nubes ſuſcepit eum:& alibi:Nubes & Actu.1
8 caligo in circuitu eius.¶Secundum † reſpon- Pſal.99
ſorium eſt:Aſpiciebam in viſu noctis:ſumptū Ioan.1
per Gregorium de Daniele cap.vij.Chriſtum
venturum prophetantem,qui his verbis my-
ſterium incarnationis verbi , quod in princi-
pio erat apud Deum, aparuit,dicens:Aſpicie-
bam in viſu,aut viſione noctis. Triplex qui-
9 dem eſt viſio, † ſcilicet noctis ante gratiam:
diei ſub gratia,& lucis in gloria.In nocturna
viderunt patriarchæ & prophetæ,qui ſub nu-
be fuerunt : & hoc Daniel aſpiciebat in viſu
noctis.In diuturna viderunt Apoſtoli,quibus
Chriſti humanitas apparuit.In lucida vide- Ioan.8
bunt filij Dei , facie ad faciem.Hanc diſtin- Luc.10
ctionem veritas in euangelio innuit , dicens: Dan̄.7
Abraam exultauit , vt videret diem meum,
vidit & gauiſus eſt. Iterum , multi reges &
prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis,
& non viderunt.¶Sequitur : Et ecce in nubi-
bus cœli filius hominis veniebat.Nubes cœ- Eſa.19
li,caro verbi:de Eſa.Aſcendit Dominus ſuper
nubem leuem.Et datum eſt ei regnum & ho
nor,ſcilicet nomen , quod eſt ab æterno da-
tum:ſed in tempore manifeſtatum : & omnis
populus , tribus , & linguæ ſeruient ei.Nam Eſa.44
vt Eſaias ait,curuabuntur ei omnia genua,&
iurabit omnis lingua in Domino. ¶Tertium
10 reſponſorium:†Miſſus eſt angelus Gabriel:
quibus verbis Lucas texuit ordinem annun- Luc.1
11 tationis. ¶†Quartum eſt Aue Maria, gratia
plena:quibus idem Lucas modum cōceptio-
nis annexit dicens:Spiritus ſanctus ſuperue-
niet in te,& virtus aliſsimi obumbrabit tibi.
Superueniet in te inquam , in protegendo te:
& ab omni ſorde purgando:& exinde virtus
Altiſsimi , ſcilicet verbum Dei , obumbrabit
tibi,ex te carnem ſumendo:quod enim ex te
naſcetur ſanctum,vocabitur filius Dei.Chri-
ſtus enim,qui non eſt conceptus ex virili ſe-
mine, meritò naſcitur & filius Dei appella-
tur . Sequitur verſus quomodo in me fiet
iſtud : interrogatiuè : & ſic quomodo ſunt
duæ dictiones : vel admiratiuè : & eſt vna di
12 ctio.¶Quintum reſponſorium eſt:† Saluato-
rem.In quo incarnatio per Apoſtolum cōfir-
matur.¶Sextū eſt:Ecce virgo cōcipiet.¶Septi
mum:Ecce dies veniunt : in quibus hoc idem
13 per prophetas roboratur.¶Octauū: † Obſe-
cro Dn̄e:in quo idē ꝓpter legē cōprobatur.
¶Nonū eſt:Audite verbum:in quo idem per
prophetas

14 prophetas comprobatur.¶†Laudes matutinę
vtrunque ſonant aduentum. Non enim agi-
tur aliquando de vno aduētu:quin & de alio
miſceatur:ſed pauca de ſecundo habentur:&
hoc propter repræſentationē gaudij,ne ſpes
luxuriet in præſumptionem.Siquidem prima
antiphona,quæ de fine Iohēlis ſumitur, eſt
apertè de primo aduentu.Vnde ibi dicitur in
illa die ſcilicet quando Meſsias venit:mon-
tes,id eſt,Apoſtoli ſeu magni prædicatores,
ſtillabunt dulcedinem, ſcilicet verbi Dei:&
colles ſicut minores,prædicatores,fluent lac,
ſcilicet ſimplicis doctrinæ minoribus,& ma-
ioribus.Secunda,ſcilicet iucūdare partim eſt
de Eſaia:partim de Zacharia. Tunc enim iu-
cūdata eſt ſecūdum Zachariam Syon,id eſt,
Eccleſia de Iudæis:& exultauit Hieruſalem,
id eſt, Eccleſia de gentibus. Tertia, ſcilicet:
Ecce Dominus veniet. eſt de ſecundo aduen
tu,ſcilicet in maieſtate. Quarta eſt: Omnes
ſitientes. Tunc enim omnes,id eſt,de omni
genere ſitientes,ſcilicet ſalutis & ſcientiæ do
ctrinam venerunt,ſecūdum Eſaiam,ad aquas
baptiſmatis & doctrinæ,Quinta eſt:Ecce ve-
Eſa.55 niet propheta magnus:& ipſe renouabit Hie-
ruſalem,ſcilicet dando legem: & noua con-
dendo præcepta.Hoc tēpore dicitur per ho-
ras capitulum illud:Egredietur virga.Eſa.xj.
cap.& illud:In diebus illis.Hiere.xxiij.cap.&
illud: Erit in nouiſsimis. Eſa.ij.cap.& illud:
Ecce virgo. Eſa.vij.cap.& illud:Venite aſcen
15 damus.Eſa.ij.cap. ¶Ad miſſam†verò introi-
tus eſt:Ad te leuaui &c.quia per aduentū Do
mini in carnem, ſpes maximè eleuatur. Sic
Ioan.13 enim Deus dilexit mundū, vt filiū ſuum vni-
Roma.8 genitum daret:& iterū:Proprio filio non pa-
percit &c.¶Et nota quòd ſi quidam exciten-
tur,alij tamen ſomno torpēt.Ideò cantor in-
cipiens:Ad te leuaui animam meam:exaltan-
do vocem ab inferiori ad ſuperius procedit:
quod proprium eſt excitantis:quod etiam no
Rom.13 tatur in epiſtola,vbi dicitur:Hora eſt nos iam
de ſomno ſurgere.¶Sequitur verſiculus:Vias
tuas Dominè demonſtra mihi:quia Chriſtus
veniens nobis vias ſuas indicauit.vnde Eſaiæ:
Eſa.2 Erit mons domus Domini &c.Venite aſcen-
damus ad montem Domini:& ad domū Dei
Iacob: & docebit nos vias ſuas.Quæ autem
ſint viæ illæ, oſtendit epiſtola, quæ eſt ad
Romañ.xiij.cap. Scientes, quia hora eſt iam
nos de ſomno ſurgere.In eo enim, quod ibi
dicitur:Nox præceſsit:dies autem appropin-
quabit: aſsignatur effectus: quia factus eſt
dies,quando natus eſt ſol: & ideò ſequitur
ſic,vt in die honeſtè ambulemus, ſcilicet in
omnibus operibus bonis:& induamus nos in
ſimilitudine Chriſti:vt ſic filij Dei ſimus:quia
propter hoc filius Dei factus eſt homo,vt
homo fieret filius Dei.Orationes primū ad-
uentum reſpiciunt: & poſſunt etiam adaptari
congruè ad ſecundū.Poſteà ſequitur reſpon-
ſorium,in quo oſtenditur ſpes,quæ facta eſt
in ortu ſolis: vniuerſi, qui te expectant &c.
¶Sequitur allelu Ia.Oſtende &c.quia tunc
oſtendit Dominus faciem ſuam, quā qui vi-
det, ſaluatur. Vnde, cùm dixiſſet Dominus
cæco:Quid vis vt faciam tibi?Reſpondit:Ra- Luc.18
boni,vt videam:quam faciē nō poterant ho-
mines anteà videre:quia erant in regione vm
bræ mortis:ſed lux orta eſt eis,quod poſſunt
videre.Quod autem dicitur: Oſtende nobis
Domine faciem tuam: eſt ſenſus: Da nobis
16 cognitionem tuam.Facies † enim Dei in ſcri
pturis ſanctis non caro: ſed diuina cognitio
intelligitur:quia per faciem cōſpectans quis
cognoſcitur.¶Sequitur in quibuſdam Eccle-
ſijs euangelium Matth.xxj.cap. cùm appro-
pinquaſſet &c.quod ad paſsionem pertinet,
quo ad literā.Ad diem verò hanc,quo ad al-
17 legoriam, & ſpiritualem † intelligentiam.
Venit enim tunc Dominus Hieruſalem per
Bethfage, quæ interpretatur domus buccæ,
id eſt,ad Eccleſiam, quæ parua erat: in qua
Chriſtus apparuit per cōfeſsionē,& per mon
tem Oliueti,per quā deſignatur eminētia mi
ſericordiæ:per quā venit filius Dei in mundū:
& miſit diſcipulos ſuos dicēs:Ite in caſtellū,
id eſt,in mundum,& inuenietis aſinam & pul
lum,id eſt,Iudaicū populū,qui duræ ceruicis
eſt:& gentilem,ſine iugo legis.Item,per hu-
iuſmodi animalia,oſtendit vias ſuas:humilia
enim ſunt.Vnde in Matth. Diſcite à me,quia Matt.11
mitis ſum & humilis corde. Legitur etiam
ideò: quia ibi habetur:Benedictus, qui venit
in nomine Domini: quod pertinet ad primū
aduentum, & propter alia verba legitur in
alijs Eccleſijs illud:Cùm appropinquaret Ie-
ſus: quod dicitur in dominica palmarum.In
alijs verò Eccleſijs legitur euangelium:Prin
cipium euangelij Ieſu Chriſti &c. quod eſt
Mar.j.cap.propter illa verba:Ecce ego mittā
angelū meū ante faciē tuā.Et not.ꝙ in textu
euangelij nō cōtinetur principiū, ſed initiū.
Sed Eccleſia ponit principiū,pro eo ꝙ legens
euangelium



euangelium ſtatim præmiſit in titulo: Initiū
ſancti euangelij:ne idem repeti videatur.In
nōnullis Eccleſijs etiam legitur:Erūt ſigna.
Sequitur offertoriū de ſpe:Ad te leuaui ani-
mam meam: & poſtcōmunio de eodem,&
propter idem legunt euangeliū illud: Erunt
ſigna:quod eſt Luc.xxj.cap.quod pertinet ad
ſecundū aduentū,vbi dicitur:Prope eſt regnū
Dei.Cui adaptatur epiſtola:vbi dicitur: pro-
pior eſt noſtra ſalus te:quia prope eſt regnū
tuum Domine: ideò ad te leuaui,dicit in in-
troitu cantor,id eſt,vetus homo:vel Ioannes
baptiſta:vt quidam dicunt:dicit:Ad te leuaui
animam meam,Deus meus:& ideò vias tuas
Domine demonſtra mihi:& hoc in reſponſo
rio:Oſtēde nobis Domine miſericordiā tuā:
& hoc in allelu Ia: & quaſi de miſericordia
certificatus,concludit in poſtcōmunione:Do
Pſal.84 minus dabit benignitatem, id eſt,affectum
bonum:& terra noſtra,ſcilicet caro,dabit fru
ctum ſuum,id eſt,bona opera.

SVMMA.

1 Aduentus dominica ſecunda.& quo offi-
ficio conſtet.nu.2.3.
4 Miſſæ Aduentus,ſecūda dominica introi-
tus.atq; eius interpretatio.
5 Euangelium dominicæ ſecūdæ Aduētus.

## *De ſecunda dominica aduentus Domini.* CAP IIII.

IN hac ſecunda dominica ad-
uentus,vt præmiſſum eſt,agi-
1 tur † de ſecūdo aduentu:verū
quia gaudere melius eſt quàm
flere:& dilectio melior,quàm
timor:ideò in eo quædam dicūtur pertinētia
ad ſecundum aduentū:& quædam ad vtrūq;.
Ecce enim in matutinis primū reſponſorium
2 eſt:†Hieruſalem,citò veniet ſalus tua,tunc
omnes plorabunt:modò eſt tempus gaudij.
aliud eſt de primo & ſecundo aduentu.Præ-
tereà,ibi ſunt duo verſus ſecundum quaſdam
Eccleſias: ad idem exprimendum, ſicut & in
allelu Ia:vt iam dicetur.Primus eſt:Hieruſa
lem,ſi me audieris &c.& vtitur Dominus ver
bis Moſi, vt intelligatur, quòd ipſe eſt, qui
Moſi loquebatur.Aliquādo etiā vtitur verbis
Salomonis:vt ſciamus,quòd ipſe eſt ſapien-
tia.de qua locutus eſt Salomon.iſtud reſpon
ſorium ſumptū eſt de Michæa, & etiā illud,
quod ſequitur,ſcilicet Bethleem,quædam ta
men Eccleſiæ illud dicunt dominica ſequēti:
& eſt de primo aduentu:& loquitur de gene
ratione temporali Chriſti & æterna:de tem-
porali autē dicit Bethleē ciuitas Dei ſummi:
quia in Bethleem natus eſt.De æterna, cùm
dicit:Et egreſſus eius, ſicut à principio dierū
de alijs reſpōſorijs patet.¶In laudibus:prima
3 antiphona eſt † de ſecūdo aduentu: Ecce in
nubibus cœli &c.In miſſa verò introitus pa-
tet ad vtrūq; hoc modo:Populus Syon. Ecce
Dominus veniet ad ſaluādas gentes. Eſa.xxx.
cap.In vtroq; enim aduentu ſaluat.Sequitur:
Et auditā faciet Dominus vocem laudis ſuæ.
Ipſe enim eſt turtur, cuius vox audita eſt in Canti.2
terra noſtra:quia attulit nouum tempus.Vox
eius in ſecūdo aduentu erit:Venite benedicti
patris mei &c.verſus autē pertinet ad ſecūdū
aduentū:qui regis Iſraël, intēde:qui deducis
Ioſeph,id eſt,de hoc mundo, ducis Ioſeph,
id eſt, augmentū,id eſt, in bono: ſicut ouē,
id eſt,ſimplicem: & quia in matutinis primū
4 reſpōſoriū eſt Hieruſalē:& in miſſa † introi-
tus eſt,Populus Syon: ideò in hac dominica
fit ſtatio in Eccleſia:quæ dicitur Hieruſalem.
Sequitur oratio: Excita Domine corda no-
ſtra,ad præparādas vnigeniti tui vias &c.quæ
eſt de primo aduentu tantū.Epiſtola verò de
ſecūdo:quæcunq; ſcripta ſunt,&c.ad Roma.
xv.cap.vt per patientiā & conſolationem ſcri
pturarū ſpem habeamus:& ſic inuitamur ad
ſpem,vt quæ patimur,leuia fiant:reſponſoriū
pertinet ad vtrūque. Ad primū, dum dicit:Ex
Syon ſpecies decoris eius.Ad ſecundum,cùm
dicitur:Deus noſter manifeſtè veniet:verſus
verò ad primū tantū dicit:Cōgregate,ſcilicet
ò vos angeli:illi ſanctos eius,id eſt,prædica-
tores bonos,qui ordinant teſtamentum eius,
ſcilicet nouum: ſuper ſacrificia,id eſt,vetus
teſtamentū.Prius enim eſt,quod animale eſt,
ſicut dicit Apoſtolus.Deinde quod ſpirituale.
vel quod dicit:Congregate. hoc in primitiua
Eccleſia,maximè neceſſarium fuit, ſcilicet ò
vos boni prædicatores.vt Paulus & alij.Dein
de ſequitur allelu Ia,quod in ſolito modo
habet duos verſus ſecundū quaſdā Eccleſias:
& hoc fit:quia ibi de duplici aduentu agitur.
Primus eſt de primo cùm dicitur: Lætatus
ſum &c.Ante primum enim aduentū Chriſti
deſperabant homines de ſalute. Tunc verò
lætati ſunt,quādo audierūt,quòd filius Dei,
homo factus erat.Secundus verſus eſt de ſe-
cundo:Stantes erant pedes noſtri,id eſt,affe-
ctus noſtri in atrijs &c. Iam enim in ſpe &
deſiderio

deſiderio ibi ſumus:Euangelium eſt Luc.xxj.
cap.ſcilicet:Erunt ſigna in ſole & luna,&c.&
eſt de ſecundo aduentu tantũ:vbi enim oſten
duntur ſigna , quæ fient ante diem iudicij:
quoniam totus mundus turbatione ſua iudi-
cium Domini oſtendet. Ibi etiam ſequitur:
His autem fieri incipientibus,reſpicite & le-
uate capita veſtra . Ecce appropinquabit re-
demptio veſtra.Ecce ſpes.Quædam verò Ec-
cleſiæ legunt euangelium:Cum audiſſet Io-
annes in vinculis,quod ſimiliter ad ſecundum
pertinet aduentũ,ex eo quod Ioãnes quærit:
Tu es,qui venturus es:an alium expectamus?
Cui Dominus:Ecce ego veni ad redimendũ:
& rurſus veniã ad ſaluandum:quod ex ſignis
coniecturare poteſtis:quia & cæci vident &c.
Offertorium eſt de primo aduentu.Poſtcom
munio:Hieruſalem &c.quæ eſt Baruch iiij.&
v.cap.eſt de vtroque.In tertia verò & quarta
feria,& ſabbato leguntur euangelia de teſti-
monio Chriſti,ſcilicet de Ioanne:& de teſti-
monio Ioannis, de Chriſto & eius aduentu.
De quo etiam loquitur epiſtola : Patientes
eſtote:quæ tunc dicitur.

S V M M A.

1 Aduentus dominica tertia.& eius officiũ.
2 Miſſæ Aduẽtus,tertia dominica,introitus.

## *De tertia dominica aduentus Domini.* CAP. V.

SEquitur iij.dominica, in qua ſi-
militer agitur de ſecundo† ad-
3 uentu.vnde in nocturnis primũ
reſponſorium eſt:Ecce appare-
bit Dominus ſuper nubem can
didam id eſt, ſuper carnẽ , quæ erit candida,
per gloriã immortalitatis vt mali timeant in
ſecundo aduentu. Nam in primo aduentu
apparuit Dominus ſuper nubẽ leuem,id eſt,
immunem à peccato:& ſumitur hoc reſpon-
ſoriũ de Apocalypſi,vbi dicitur: Vidi, & ecce
nubes candida.Verſus eſt de vtroq; aduentu.
In laudibus prima antiphona eſt de ſecundo
aduentu:Veniet Dominus,& non tardabit, &
illuminabit abſcondita tenebrarum. ij. q. j.
multi. Omnia enim manifeſta erunt quia li-
bri conſcientiarum aperti erunt coram eo.
2 ¶ + In miſſa verò introitus eſt de ſecundo
aduentu: Gaudete in Domino ſemper & ite-
rum dico gaudete:ad Philip.iij.c.Apoſtolus
enim non loquitur de primo aduentu , cum
dicit:Dominus propè eſt:ſed de ſecundo ad-
uentu:vnde inuitat ad gaudium ſpirituale:per
quod firmiter expectamus gaudia ſecundi
aduẽtus:vnde dicit:gaudete in Domino ſem-
per, ſcilicet expectando ſecundum aduentũ.
& repetitur gaudete:quia gaudium ſpirituale
facit nos dulciter ſuſtinere omnia aſpera mũ
di : vt nihil euellat nos à ſpe æternorum : &
ideò,quia ita neceſſarium eſt gaudium ſpiri-
tuale , iſta repetit : vel propter gaudium de
vtroq; aduentu , quod habent ſancti. Huius
gaudij cuſtos,eſt modeſtia : & ideò ſequitur:
modeſtia veſtra &c.Hoc gaudium , quod eſt
pax omnibus ſanctis, optat Eccleſia filijs
ſuis,in verſu cùm dicit:& pax Dei : quæ exu-
perat omnem ſenſum,ſcilicet hominis : quia
nullus homo habet totum vſum pacis huius
collectę,ſcilicet Aurem tuam quęſumus Do
mine : eſt de aduentu in mentem . Audita
enim collatione de aduentu Dominus ſacer-
dos orat , vt tenebras , quas patimur in eo,
quòd falsò iudicamur , ſua viſitatione illu-
ſtret. Epiſtola : Sic nos exiſtimet homo &c.
quæ eſt j.ad Cor.iiij.cap. eſt de ſecũdo:aliæ
Eccleſiæ dicunt epiſtolam: Gaudete in Do-
mino ſemper:quæ eſt ad Philip.iiij.c.reſpon-
ſo. j. qui ſedes ſuper Cherubin , manifeſtare
coram Effraim,id eſt , fructificantem in bo-
nis operibus Beniamin , id eſt, filium dextræ
& Manaſſe , qui oblitus eſt terrenorum hoc
fiet in iudicio.Verſus etiam , qui regis Iſraël,
eſt de primo qui dicitur ad ſecundum Allelu
Ia.Excita Domine:etiam eſt de primo Euan
gelio : Cùm audiſſet Ioannes &c.quod eſt
Matt. xj. c. ſimiliter eſt de primo. Quidam
enim de diſcipulis Ioannis non credebant
Chriſtum eſſe Meſsiam promiſſum in lege:
vnde miſit eos ad Chriſtum.vt interrogarent
eum: Tu es,qui venturus es : an alium expe-
ctamus ? vt per viſa miracula Chriſtum iam
veniſſe cognoſcerent,quaſi diceret:Ipſe mul
tò melius ſcire deberet , quàm ego : & dixit
eis Ieſus : cæci vident &c. quaſi diceret : vos
eſtis magiſtri.non ergo ſcitis, hoc quod dici-
tur in Eſa.xxxv.Tunc ſaliet ſicut ceruus clau
dus:& aperientur linguæ mutorum:& loqui-
tur de tempore Meſsiæ. q. d. facta probant.
Offertorium etiam eſt de primo aduentu.
Poſtcommunio de ſecundo. Dicite puſilla-
nimes confortamini.oportet enim, quòd pu-
ſillanimes confortentur ad hoc, vt ſuſtineant
tribulationes



tribulationes : & ſic expectent cum fiducia
ſecundum aduentum.

S V M M A.

1 Ieiunia quatuor temporum in primitiua
Eccleſia ter fiebant in anno. Hodie qua-
ter.Et cur ita.nu.2.4.5.6.7.8.9.
3 Anni quatuor temporum qualitas.
10 Ieiunia triplicia,item.primitiarum.
11 Ieiuniorum dies,pridem inſtitutus,muta-
tus eſt à Leone Papa.
12 Ieiunium tractum eſt à veteri lege.&
nume.13.

## *De quarta feria, & ieiunijs quatuor temporum.* CAP. VI.

IN hac ſeptimana fiunt ieiunia
quatuor temporum. Vnde hîc
primò de illis,Secundò de alijs
ieiunijs , Tertiò de huius diei
1 officio proſequamur. In † pri-
mitiua quidem Eccleſia ſtatutum fuit quòd
ieiunia quatuor temporũ fierent ter in anno.
Sed Calixtus Papa lxxvj.diſtinctione.ieiuniũ
conſtituit quater in anno fieri : nam & Iudæi
quater in anno ieiunabant , ſcilicet ante pa-
ſcha:ante pentecoſtẽ,ante ſcenophegiã in ſe
ptembri:& ante encænia : de quibus dicetur
in procemio vij.partis. Si enim tantùm ter in
anno in tres partes diuiſo ieiunaretur : fortè
aliqui remanerent dies : de quibus primitias
non redderemus.in iſtis enim ieiunijs primi-
tias temporis exoluimus : vt iam dicetur.De
Zacha.8 quibus Zacharias ait:Ieiunium quarti,quinti,
ſexti,& decimi,domui Iuda : & Hieruſalem
dies feſtos vertet in gaudium. Quater ergo
2 ieiunamus in anno.¶ † Primò,vt quatuor ele-
menta in nobis vitiata,id eſt,corpus noſtrum
ex eis conſtans, in quatuor anni temporibus
caſtigetur. Homo enim conſtat ex quatuor
elementis, quantum ad corpus , & ex tribus
potentijs,quantum ad animam,ſcilicet ratio-
nali, concupiſcibili , & iraſcibili.Vt ergo illa
moderentur in nobis , quater ieiunamus in
anno,per tres dies : vt quaternarius numerus
ad corpus,& ternarius ad animam referatur.
Siquidem annus diuiditur in quatuor tempo-
ra:quæ ſunt Ver,Aeſtas,Autũnus,& Hyems.
quæ propter ſua delectamenta à Dei amore
3 nos auertere ſolent.Ver † calidum,& humi-
dum : tunc ergo ieiunamus : vt elementum
amoris caſtigetur in nobis,ne cõſentiat falſæ
pulchritudini veris. Ieiunamus itaq; contra
luxuriã,ex humore & calore naſcentẽ.Aeſtas
calida eſt,& ſicca : tunc ergo ieiunamus,vt
elementum caloris in nobis caſtigetur , ne
conſentiat incendio carnali:vel tunc ieiuna-
mus contra ſuperbiam:quia tunc fructus ter-
rarum qui florent & maturantur, ſuperbien-
di materiam præſtant.Autumnus eſt frigidus
& ſiccus:tunc ergo ieiunamus,ne aliquo lan-
guore animi, areſcamus & defluamus:& ſine
pinguẽdine olei in tabernaculo æterno inue
niamur.Vel tunc ieiunamus cõtra auaritiam:
quia tunc meſſes colligimus , & habemus.
Hyems frigida & humida eſt:vnde tunc ieiu
namus,ne membra noſtra fluxu atq; luxu ſol
uantur in comeſſationibus & potationibus:
ac per hoc amor Dei negligatur.vel tunc ie-
iunamus contra pigritiã:quia torpemus fri-
4 gore.Ieiunamus ergo† in dictis quatuor tem
poralibus anni,vt per ieiunia præſeruemur à
vitijs:& quæ deliquimus , in illis purgentur.
Rurſus quoniam quodlibet tempus tres ha-
bet menſes : ideò quater ieiunamus in anno
tres dies : vnum diem ieiunantes pro menſe:
vt ſic ſatisfaciamus in die quod deliquimus in
5 menſe. † Secũdò,etiam ideò ieiunamus,nam
primum ieiunium fit in Martio, ſcilicet in pri
ma ſeptimana quadrageſimæ,vt in nobis vir-
tutum germina oriantur : vt in nobis inare-
ſcant vitia,quæ nequeunt omnino extingui.
Secundum fit in æſtate,in ſeptimana pente-
coſtes:quia tunc venit ſpiritus ſanctus:& nos
debemus eſſe feruẽtes in ſpiritu ſancto.Ter-
tium fit, in Septembri ante feſtũ Michaëlis,
quando fructus colliguntur:& nos debemus
Deo reddere fructum bonorũ operũ. Quar-
tum fit in Decembri,quando herbæ moriun
tur:quia & nos mũdo mortificare debemus.
6 Tertiò † ideò,quia Ver refertur ad pueritiã,
æſtas ad adoleſcentiam:autumnus ad matu-
ritatem,ſiue virilitatem : hyems ad ſenectu-
tem.Ieiunamus ergo in vere : vt ſimus pueri,
per innocentiam.In æſtate,vt efficiamur iu-
uenes,per conſtantiam.In Autumno,vt matu
ri per modeſtiam.In hyeme,vt ſenes per pru
dentiam & honeſtam vitam. Quartò ideò in
7 quatuor † anni temporibus ieiunamus , vt
Deus nobis conſeruet omnia,quæ ad huma-
num vſum in illis temporibus de terra na-
8 ſcũtur.Quintò,ad † ſignificãdũ quatuor,quę
fuerũt in illis quatuor tẽporibus,ſcilicet cõce
ptio Dñi in vere:natiuitas in hyeme:cõceptio
Ioannis

Ioannis baptiſtæ in Autumno:& eius natiui-
9 tas in æſtate.Sextò,ſecundum Hierony.† ob
diuerſas plagas quæ in illis temporibus acci-
derũt.In quibus autẽ diebus & quare hæc ie-
iunia fiant, in viij.parte ſub titulo de anno ſo
lari dicetur.hæc ergo ieiunia vocantur qua-
tuor temporũ:quia in præmiſsis quatuor anni
temporibus fiunt. Vocantur etiam ieiunia tri
10 plicia:†pro eo quia fiunt tribus diebus qui-
bus homines ieiunant in ſeptimana. Antiqui
enim ieiunabant eiſdem ferijs, & poſteà ſu-
peraddita ſunt ieiunia iſta. Vocãtur etiam ie-
iunia primitiarum : quia cùm in lege præce-
ptum ſit,vt primitiæ & decimæ Deo dentur,
placuit ſanctis patribus:vt dicit Augu.in lib.
de doctrina Chriſtiana, ſoluere decimas, &
primitias temporis : vnde pro primitijs inſti-
tuerunt ieiunia quatuor temporum, & inde
dicta ſunt ieiunia primitiarũ:pro decimis ve-
rò inſtituerunt ieiunia quadrageſimæ.¶Scien
11 dum † autem eſt, quòd ieiunia vernalia pri-
mò inſtituta fuerũt in prima ſeptimana Mar-
tij.Aeſtiualia, in ſecunda Iunij. Autumnalia,
in tertia Septembris. Hyemalia, in quarta
Decembris:ſed propter multa,quæ inde ſur-
gebant incommoda. ſtatuit Leo Papa lxxvj.
diſtin.huius.vt hyemale fiat in tertia ſeptima
na aduentus. Vernale, in prima ſeptimana
quadrageſimæ:Aeſtiuale in prima ſeptimana
poſt pentecoſtẽ.Autumnale verò fiat ſecun-
dum veterem inſtitutionem. Quare ieiunia
inſtituta ſunt in dictis menſibus, & quare in
eis fiunt ordinationes : vide in ſeptima parte
ſub ſabbato poſt dominicã xvij.& in procœ-
mio ſecundæ partis.Caue tamen in computa
tione ſeptimanarum menſis Septembris:quia
ſi ipſe menſis incœperit in prima,vel in ſe-
cunda,vel in tertia,vel in quarta feria,illi dies
computantur pro prima ſeptimana illius men
ſis,& in tertia ab illa ieiuniũ fiet.Si verò men
ſis ipſe incœperit in quinta,vel in ſexta,vel in
ſeptima feria,tunc in ſequenti dominica inci-
pies computare primam ſeptimanam : & in
tertia poſt illam ieiuniũ fiet.& ſic dies præce
dentes nihil operantur,quantum ad compu-
tationem ſeptimanarum.Verũtamen ſecun-
dum primariam Eccleſiæ inſtitutionem ieiu-
nia Veris dicuntur:prima,quia fiebant in pri-
mo menſe,ſcilicet in Ianuario:qui apud Ro-
manos primus Menſis fuit.ieiunia æſtatis di-
cuntur quarta:quia fiebant in quarto menſe,
ſcilicet in Iunio. Ieiunia Autumni ſeptima:
quia fiũt in mẽſe ſeptimo:ſcilicet in Septem-
bri.Ieiunia hyemis decima:quia fiunt in deci
mo menſe,ſcilicet in Decembri.vnde Zacha.
viij.cap.ieiunium primi,& ieiunium quarti &
ieiunium ſeptimi, & decimi, ſcilicet menſis,
erit domui Iudæ in gaudium.lxxvj.diſtin.ie-
iunium quarti.Sed cum hæc ieiunia recolant
quatuor anni tempora,vt dictum eſt, quare
agũtur in primo menſe,& in quarto,& in ſe-
ptimo,& in decimo,cùm principia temporũ
12 nõ ſint in his menſibus?Reſpõdeo hoc†ieiu-
nium tractum eſt de veteri lege.vnde agitur
in illis menſibus noſtris ſecundum numerũ
menſium illius temporis.Iudæi enim ſecun-
dum lunationes ieiunabant,ſcilicet in prima,
in quarta,in ſeptima,& in decima:& hoc eſt
quod legitur ieiunium primi,ieiunium quar-
ti,ieiunium ſeptimi,& ieiunium decimi : quia
ſicut in prima lunatione eſt principium anni
illorũ:ſic & Martius eſt principium anni no-
ſtri.Quòd autem ieiunia noſtra ortũ habue-
13 runt à veteri lege, apparet ex † hoc,quòd à
ieiunio veris,vſque ad æſtiuale ſunt xiiij.heb
domadæ : quia tot generationes fuerunt ab
Abraham vſque ad Dauid.Item, ab æſtiuali
vſque ad autumnale,ſunt ſimiliter xiiij.ſepti
manę:quia tot generationes fuerũt à Dauid,
vſque ad Ieconiam. Item ab autumnali,vſq;
ad hyemale,aliæ xiiij.quia tot reges fuerũt à
Ieconia,vſque ad Chriſtum,computatis regi-
bus illis, quos Matthæus in ſuo euangelio
prætermiſit.

SVMMA.

1 Ieiunium,quid.& nu.2.Et vnde dicatur.nu.3.
3 Ieiunijs ineſt authoritas,ex tribus.
5 Ieiunij commendatio,& vis.
6 Ieiunium aliud, quàm multiplex.& eorum particularis diſcuſsio.nu.7.
8 Vigiliæ,quid.vnde dictæ.Et cur ſublatæ.
9 Votorum multiplex differentia.
10 Ieiunium compaſsionis.Et quotupliciter fiat ipſa compaſsio.nu.11.
12 Ieiunia,quæ ab Eccleſia inſtituta.
13 Ieiunare qui teneantur.
15 Ieiunium ſoluere,ante horam,peccatum.
16 Ieiunandum an ſit in vigilijs Apoſtolorum. & quorum.& nu.17.18.19.
20 Ieiunium habent,inter martyres ſolus Laurentius:inter confeſſores,Martinus.
21 Ieiunium non ſoluunt ſerui prægustantes cibos.
23 Piſcis caro cur non interdicitur in ieiunio.





## De alijs ieiunijs. CAP. VII.

QVia de ieiunijs quatuor tempo
rum mentio facta eſt : conſe-
quens eſt, vt de alijs ieiunijs
hic aliqua perſtringamus.†Eſt
1 autem ieiunium, communis o-
mnium membrorum ſatisfactio : vt, ſcilicet
membra ſatisfaciant ſecundum peccatum,
quod commiſerunt vel geſſerunt : vt ſi gula
peccauit, ieiunet, & ſufficit : quia enim ſola
fuit in culpa, ſola ſit in pœna:ſimiliter ſi ocu
Tre. 3 lus.vnde Hiere.Oculus meus deprædatus eſt
animam meam : & per feneſtras oculorum
meorum mors intrauit in animam.& Augu.
Oculo nihil eſt nequius:& ſic de alijs mem-
2 bris.† Vel ieiunium, eſt parſimonia victus &
abſtinentia ciborum.Aug.dicit:Maximum &
perfectum ieiunium eſt,abſtinere ab iniqui-
tatibus, & à carnis voluptatibus, & delecta-
tionibus huius ſeculi.vnde Pius pa.de conſe.
diſtin.v.nihil.ait:Nihil prodeſt orare & ieiu-
nare,niſi mens ab iniquitate, & ab obtrecta-
3 tionibus lingua cohibeatur.& dicitur † ieiu-
nium,à ieiuno,quod eſt quoddam inteſtinũ,
in homine,quod ſemper eſt vacuum & ſub-
tile:ſic & nos ieiunantes debemus eſſe vacui
à ſuperfluis & à vitijs tam in corpore, quàm
4 in mente.¶† Authoritas ieiunij eſt ex tribus:
ex perſona,& ex loco, & ex tempore. Ex per
ſona,quia præcepit Deus Adæ & Euæ,vt ab-
ſtinerent à fructu ligni ſcientiæ boni & mali.
Et loco,quia in paradyſo inſtitutum fuit, &
initium habuit xxxvj.diſt.vj.Ex tẽpore : quia
ab antiquo præceptum eſt celebrari. creato
nanq; homine, in primo mundi exordio di-
ctum fuit ei:De ligno ſcientiæ boni & mali
ne comedas.Et quia fuit celebratum ante le
gem à Moſe & ſub lege ab Helia:& in tem-
pore gratiæ à Chriſto.Moſes enim non co-
medit,neq; bibit xl.diebus.Helias quoq; am
bulauit xl. diebus & xl. noctibus in fortitu-
dine ſubcinericij panis. & Chriſtus xl. diebus
& xl.noctibus ieiunauit.Fuit etiam celebra-
tum in ſex ætatibus. Nam in ea ætate, quæ
fuit ab Adam, vſq; ad Noë, fuit abſtinentia
carnium, & vini xxx.diſt. ab exordio. à Noë
verò, in poſterum fuit conceſſum vinum &
5 carnes:& ſic de cæteris ætatibus.†Commen-
datur autem ieiunium exemplis, quoniam
Eua quandiu ieiunauit, & abſtinuit in para-
dyſo & virgo permanſit:Adam, quia ieiuniũ
violauit, à delitijs paradyſi in ſummam mi-
ſeriã corruit.Helias,quia ieiunauit,in cœlum
curru igneo raptus eſt. Moſes poſt ieiunium,
cum Deo locutus eſt. Hieruſalem per ieiu-
nium,liberatur à Sennacherib tempore regis
Ezechiæ & Eſaiæ. Iona quoq; prædicante
præſtatur venia Niniuitis in ſacco & cinere,
& ieiunio pœnitentiã agentibus. Ieiunamus
etiam exemplo Apoſtolorum, vt dicetur ſub
quarta feria pente.¶ † Porrò ieiunium aliud 6
corporis eſt carnis:aliud mentis:aliud auari-
tiæ : aliud faſtidij :aliud diſpenſationis:aliud
deuotionis:aliud votiuæ promiſsionis : aliud
ſuppletionis:aliud compaſsionis:aliud inſpi-
rationis:aliud circunſpectionis:aliud rationa
bile:aliud irrationabile:aliud qualitatis:aliud
quantitatis:aliud numeri:aliud ſummæ exa-
ctionis : aliud alterantis:aliud zerophagiæ:
aliud mœroris:aliud exultationis:aliud vani
tatis ſiue hypocriſis:aliud virtutis ſiue chari-
tatis:aliud indictionis:aliud neceſsitatis:aliud
inſtitutionis : aliud voluntatis:aliud prauita-
tis. † Sanè ieiunium corporis & carnis eſt, 7
quãdo quis abſtinet à cibis, ne nimis pingue-
ſcat:vel vt ab infirmitate liberetur : vel quia
comedere non poteſt:& hoc nullius eſt me-
riti.Ieiunium mentis eſt, quando quis abſti-
net à vitijs vel etiam à cibis,ne caro pingue-
ſcat laſciuijs.Ieiunium auaritiæ, vt burſæ par
catur.Ieiunium faſtidij,eſt, quod fit vt appa-
teat.Ieiunium diſpenſationis eſt, quod cele-
bratur in vigilijs ſolẽnium dierum & magna
rum feſtiuitatum:vt natalis † Domini : quæ 8
ideò dicuntur vigiliæ:quoniam antiquitus in
præcipuis ciuitatibus duo nocturnalia age-
bantur officia:& populus qui ad feſta vene-
rat tota nocte,in Dei laudibus in Eccleſia vi
gilabat,quod adhuc Romæ & in plerisq; lo-
cis in magnis feſtiuitatibus,præſertim ſancto
rum patronorum Eccleſiarum obſeruatur.
Sed quia luſores & cantores conueniebant,
& turpibus cantilenis & ſaltationibus, & co-
meſſationibus,potationibus, & fornicationi-
bus intendere cœperunt,propter hæc & mul
ta alia incõuenientia, quæ fiebant,huiuſmo-
di vigiliæ ſunt interdictæ:& inſtitutum,vt lo
co earum fiant ieiunia:quæ ieiunia adhuc re
tinent nomen officij:nam communiter vigi-
liæ & non ieiunia nuncupantur. Si quis tamẽ
ieiunaret, & honeſtè in Eccleſia vigilaret:
vtiq; bene faceret:prout fit in natiuitate Io-
annis baptiſtæ,propter eius reuerẽtiam.Hæc

igitur inſtitutio dicitur diſpenſatio:quia ieiu-
nium ponitur loco vigiliarũ : de hoc dictum
eſt:in v.parte ſub tit. de nocturnis. Ieiunium
deuotionis eſt,ad quod quis neceſſariò nõ te
netur,quod inferius voluntarium appellatur.
Ieiunium votiuæ promiſsionis eſt : vt ſi quis
vouet,quòd certa die ieiunabit , vel à carni-
9 bus abſtinebit. ¶ † Et nota quòd vota ex di-
ſcretionis conſenſu , comite ratione emiſſa,
Deo reddenda ſunt : iuxta illud. Vouete &
reddire Deo vota veſtra: Votorũ autẽ aliud
eſt neceſsitatis: aliud ſpontaneæ voluntatis.
Neceſsitatis eſt,quod eſt fidei annexum : vt
quod fit in baptiſmo : puta fidei catholicæ
profeſsio , & Satanæ abrenuntiatio , vt votũ
obſeruationis decem præceptorum legis &
continentiæ , quam quis in ſuſceptione ſacri
ordinis vouet:& talia vota quiſq; inuiolabi-
liter obſeruare tenetur.Spontaneorũ verò vo
torum aliud eſt indiſcretũ , aliud diſcretum.
Indiſcreta ſunt vota puerorum & puellarũ,
dum ſunt in parentum poteſtate. Vnde illis
vouentibus irritari poſſunt. Si igitur puella
intra nubiles annos vouerit caſtitatem per-
petuam,licitè nubere poterit:parentibus vel
curatoribus illam ad hoc cogentibus. Indi-
ſcretum eſt,etiam votum mulieris , in pote-
ſtate viri exiſtentis.vnde ſi illo inſcio vouerit
peregrinari,vir totum huiuſmodi poterit re-
uocare : quia ipſa non habet poteſtatem ſui
corporis : ſed vir. Indiſcretio etiã attenditur,
quandoq; circa prouectos & liberos,vt ſi for
tè quis vouerit, ad quod perficiendum, ſuffi-
cere nequit:vel in quo natura ita debilitare-
tur,quòd poſſet fieri ſui ipſius homicida : vel
quod ſine licentia alterius complere nequit:
vel quod non ex deliberatione:ſed ex iracũ-
diæ calore emittitur : talia potius ſunt ſper-
nenda , quàm executione digna . Ieiunium
ſuppletionis eſt,vt ſi quis vltra pœnitentiam
ſibi à ſacerdote iniunctam , aliquid ſuppleat
10 de ſuo. † Ieiunium compaſsionis eſt , vt ſi ſa-
cerdos alicui dicat:pro hoc peccato fac can-
tare duas miſſas & ieiuna:& ego pro te can-
tabo , & tres dies ieiunabo : propter hoc ta-
men debet aliquid recipere : quia ſacerdos
debet compati proximo ſuo,& orare pro eo,
etiam ieiunare , poteſt dici compaſsio:vt ſi
quis petit à ſecerdote pœnitentiam patri ſuo
iniunctam , vt pro patre peragat patrẽ illius.
11 † Quatuor enim modis fit huiuſmodi com-
paſsio:quandoq; per ſacrificia:quandoq; per
ieiunia, quandoq; per orationes,quãdoq; per
eleemoſynarum elargitionem.Ieiunium in-
ſpirationis eſt , vt in beato Nicolao, qui ad-
huc infans & manens in cunabulis , tribus
diebus in hebdomada, à mãmillis matris ſuę
abſtinebat:vel, vt alij dicunt , quarta feria &
ſexta : ſemel tantùm ſugebat mãmillas. Ie-
iunium circumſpectionis eſt,quando pro ali-
qua imminente tempeſtate pro periculo ho-
ſtium,vel pro caſu cuiuſlibet anguſtiæ ieiu-
namus, Ieiunium rationabile eſt,quando ci-
bum & potum moderatè ſumimus , nec na-
turam debilitamus. vnde Apoſtolus: Ratio-
nabile ſit obſequium veſtrum:nõ in comeſ-
ſationibus,& ebrietatibus. Irrationabile eſt,
ſi quis velit ieiunare per duos vel per tres
dies:vel per totam hebdomadam. quod non
approbat Deus:vult enim hominem ſic ieiu
nare, vt cogatur vitijs mori , non vt cogatur
natura diſſolui . vnde prohibetur ieiunium,
quod quidam faciunt à cœna Domini , vſq;
ad paſcha.Ieiunium qualitatis eſt,ſi quis vo-
uet ſe vlterius non comeſturum carnes. Ieiu
nium quantitatis eſt,ſi quis comedat ad pon
dus,vel ad menſuram:non plus vna die,quàm
altera:vel ſi quis voueat ſe nõ comeſturum,
niſi tanti ponderis panem.Ieiunium numeri,
eſt,quando quis vouet , quòd decæterò non
comedet , niſi vna vice in die:cogitans quòd
comedere pluries in die,beluarum eſt:& co-
medere bis,hominum:ſemel,angelorum.Ie-
iunium ſummæ exactionis eſt,in his, qui non
comedunt,niſi olera:radices,& herbas:vt Io
annes bap. in deſerto , & Maria ægyptiaca in
eremo:qui cum duobus panibus tantùm,Ior-
danem tranſiens , auſteram vitam in eremo
xlvij.annis egit. Ieiunium alternitatis eſt , vt
cùm quis vno die comedit & alio die ieiunat.
Ieiuniũ zorophagiæ , eſt ſicca comeſtio , à
ζωρὸς quod eſt vinum, vel ſiccum , & φάγειν
quod eſt comedere.vnde Priſcianus in zoro
phago Biſantij.Sicca verò comeſtio eſt:vt in
fructibus,pomis,piris, caſtaneis,& conſimili-
bus. Quidam tamen ſiccam comeſtionem
appellant legumina ſiue cruda ſiue cocta:
etiam ſi lixata comedantur cum cocleari.Ie-
iuniũ mœroris conſiſtit in vno,ſcilicet in ab-
ſtinentia ciborum:& fit propter duo, ſcilicet
propter corporalem abſtinentiam & ſpiritua
lem ſponſi : hoc repræſentat Eccleſia in tri-
bus quatuor temporibus. Ieiunium exulta-
tionis conſiſtit in duobus,ſcilicet in abſtinen-
tia cibo



tia ciborum , & mundanarum rerum : & fit
propter vnũ, ſcilicet propter internæ dulce-
dinis prægustationem.Iuxta illud :Guſtare &
videte:hoc repræſentat Eccleſia in vigilia &
hebdomada poſt pente.vtrunq; verò repræ-
ſentat in tempore aduentus , prout ibi dictũ
eſt.Eſt ergo duplex ieiunium , ſcilicet tribu-
lationis & gaudij ſiue mœroris & exultatio-
nis,ſicut habetur in gl.ſup illo loco Mat. ix.
c.Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere,quãdiu
fuerit ſponſus cum eis.Ieiuniũ vanitatis ſiue
ſimulationis , vel fictionis, eſt in hypocritis.
Ieiunium virtutis ſiue charitatis eſt in ſanctis
& perfectis.Ieiunium indictionis eſt vt in die
beati Marci.Ieiunium neceſsitatis eſt in im-
perfectis.Inſtitutionis,eſt ieiunium quadrag.
& alia à ſanctis patribus inſtituta:quæ quare
inſtituta fuerint iam dictum eſt:&dicetur ſub
tit.de capite ieiuniorum. Et nota , quòd ieiu-
nium indictionis neceſsitatis & inſtitutionis,
12 ad idem referuntur.¶ † Ieiunia neceſſaria, id
eſt,per Eccleſiam inſtituta & indicta,ſunt ie
iunia quatuor temporum & vigiliarum Apo-
ſtolorum:natiuitatis Domini beati Ioan. ba-
ptiſtę,omnium ſanctorũ,aſſumptionis beatę
Mariæ : beati Laurentij quadrageſimæ & ſe-
xtæ feriæ præter illas,quæ ſunt inter paſcha
& pente. & præterquàm ſi natiuitatem Do-
mini in ea venire contingat , niſi tunc aliqui
voto vel religioni ſint adſtricti.Dicunt tamẽ
quidam , quòd ieiunium ſextæ feriæ non eſt
neceſsitatis,niſi quo ad carnes : aliôquin non
liceret Ciſterciẽſibus illud mutare. Sed ſecũ
dum Leonem Papa licet non ſit neceſsitatis
ſabbato à carnibus abſtinere:rationabilis ta-
men conſuetudo & canon Innocẽ. aliter in-
terpretatur, eò quòd in illo triduo poſt paſ-
ſionem Domini tota fides in ſola beata vir-
gine Maria remanſit.Generalia quoq; & ſpe
cialia ieiunia per epiſcopos in ſynodo & con
13 cilijs inſtituta ſolui non debent. † Siquidem
ad neceſſaria ieiunia tenentur doli capaces:
cum & ipſi delinquere poſsint: diſpenſari ta-
men poteſt circa hoc cum impuberibus , &
etiam conſtitutis in maiori ætate:& cum ſe-
nibus,& infirmis ac debilibus.Mulieres verò
licet propter virorum prohibitionem ieiunia
votiua voluntaria dimittere debeant , prout
ſuprà dictum eſt:indicta tamen per Eccleſiã
non licet. & ſi in illis ſacerdos fortè propter
ſcandalum, cum eis valeat diſpenſare. Aliter
enim indicta ieiunia redimi pecunia, vel alio
modo nequeunt,niſi caſualis neceſsitas ſub-
ſit:tunc enim bene poſſunt redimi vel com-
mutari : ſicut & ieiunium feſti , quod eſt die
lunæ,fit in ſabbato. Vnde & in quibuſdã lo-
cis,in quibus ſunt Eccleſiæ ſancti Quintiui,
non ieiunatur in vigilia omniũ ſanctorũ : ſed
die tertia præcedenti. De hoc dictum eſt in
prooœmio ſecundæ partis. Poſſet etiam ſta-
tui,vt quidam dicunt, vt in dictis ieiunijs bis,
parum tamen comederetur:ſicut faciunt Ci-
ſtercieñ.operantes,qui ad tollendum ſcanda
lum & charitatem ſeruandã aliquid prægu-
ſtant,nec propter hoc ieiunium per Eccleſiã
indictum ſoluere dicuntur. Volũtaria verò,
ſcilicet ad quæ aliqui voto vel propoſito ſe
adſtringunt : vel etiam quæ ſacerdotes præ-
ter indicta propter peccata imponunt,licet
commutare & redimere:etiam ſi nulla cauſa
ſubſit , dammodo vtilior ſit compenſatio.
15 ¶ † Cæterùm comedere ante horam come-
dendi : & ante miſſam in ieiunijs ſtatutis , &
neceſſarijs,mortale peccatum eſſe ſacri ca-
nones affirmant:in voluntarijs verò veniale.
16 † Circa vigilias Apoſtolorum notandum eſt,
quòd ieiunium paritatis,quando videlicet pa
ria ſunt ſanctorũ merita , pariter ieiunamus:
ſicut patet in vigilijs beatorũ Iacobi & Bar-
tholomæi & aliorum Apoſtolorum:qui non
habent ieiunia inſtitutionis:in quibus ieiuna-
mus,pro eo quòd fuerunt Apoſtoli:quoniam
alij Apoſtoli vigilias habent.Cum enim ſint
meritis pares,decet vt omnes habeant ieiu-
nia.vnde concil.Bracharẽ.dicit,quòd omniũ
Apoſtolorum vigiliæ ſunt ieiunandæ præter
vigilias Apoſtolorum Philippi & Iacobi &
Ioanis euangeliſtæ.Eccleſia tamẽ gallicana
nõ tenet,niſi de ſex Apoſtolis:& de quatuor
eorũ ieiunijs. Petrus & Paulus habẽt pariter
vnũ , quia eadẽ die paſsi ſunt.Simon & Iudas
habẽt aliud Matthæus habet tertiũ.Andræas
quartũ.in vigilia iſtorum ieiunandũ eſt.vt ſi-
cut illi paſsi ſunt pro Chriſti nomine : ſic &
nos cum eis cõpatiamur:ſi cum eis regnare
velimus.De alijs verò Apoſtolis inſtitutũ nõ
eſt propter aliqua impedimenta. Ecce enim
feſtum Philippi & Iacobi eſt inter Paſcha &
pente.quod tẽpus gaudij eſt & lætitię:ideóq;
tunc nõ eſt ieiuniũ. Si opponatur de ieiunijs
litaniarũ:Reſpõdetur quòd neceſsitas inter-
uenit:prout ibi dicetur:vel id non eſt ieiuniũ
neceſsitatis:ſed volũtatis:& de eo,ꝙ quidam
ꝓpter expectationẽ ſpiritus ſancti ieiunãt ab

aſcenſione,vſq; ad pentecoſten pro eo quòd
Apoſtoli,dicuntur hoc tempore ieiunaſſe.Re
17 ſpondetur,†quòd nulla ſcriptura authentica
dicit Apoſtolos tunc ieiunaſſe.Vnde tunc ie-
iunandum nõ eſt:quia tempus illud eſt de tẽ
pore paſchali. In vigilia tamen pentecoſtes
bene ieiunandum eſt ,vt per ieiuniũ mundati
& purificati ſpiritum ſanctum dignè ſuſcipe-
re mereamur.Item, Iacobus Zebedæi frater
Ioannis euangeliſtæ, occiſus eſt ab Herode
in diebus azymorum:quare ieiunium non ha
bet:nec etiam tunc de illo feſtum celebra-
tur : prout in ſeptima parte ſub ipſius feſto
dicetur.De beato Bartholomæo,cuius feſtũ
celebratur:nono Calendas Septembris:dici-
tur , quòd fuit excoriatus , & ſequenti die
obijt:& ſic ſi haberet vigiliã,oporteret quòd
eſſet tertia die ante : quod eſſet contra nor-
mam aliorum feſtiuorum ieiuniorum.Quidã
autem celebrant feſtum excoriationis : alij
obitus,& melius.Sed ſicut in concilio Bracha
reñ.cauetur , in hoc conſuetudo cuiuſlibet
18 Eccleſiæ eſt obſeruanda. † Barnabas autem
non habet ieiunium : quia non eſt de nume-
ro xij. Apoſtolorum: nec dicitur Apoſtolus,
niſi quia cùm eſſet ſocius Pauli,miſſus etiam
fuit ad prædicandum vnde : Se gregate mihi
Barnabam & Paulum. De beato quoq; Tho
ma non eſt ieiunium ſtatutum : quia eius fe-
ſtum eſt in aduentu Domini, vbi continuum
eſt ieiunium. Mathias etiam ieiunium inſti-
tutionis non habet:quia frequenter feſtum
illius ſolet contingere in quadrageſima , &
ſemper eſt in ſeptuageſima:& tunc eſt tem-
pus ieiunij : vel quia non fuit in primitiuis
Act. 2 Apoſtolis:ſed poſt paſsionem Domini ſorte
eſt electus,& per electionem aliorum , loco
Pſal.108 Iudæ conſtitutus:vnde propheta: Et epiſco-
patum eius accipiat alter. Decretalis tamen
dicit , quòd hic habet vigiliam & ieiunium:
nec eſt vis,ſiue iſtud feſtum fiat in prima die
biſſextili,ſiue in ſecunda , prout in viij. parte
ſub anno ſolari dicetur. Ioannes euangeliſta
feſtum habet tertia die poſt natale Domini,
& tunc non eſt ieiunium : tum propter feſta
tunc occurrentia : tum quia ipſe die illa non
obijt:imò in die feſti beati Ioannis baptiſtę.
19 † Si tamen fieri poſſet,bonum eſſet in omni
20 bus Apoſtolorum vigilijs ieiunare. † Beatus
Laurẽtius ſolus inter martyres,& ſolus bea-
tus Martinus inter cõfeſſores ieiuniũ habẽt.
Porrò,dicunt quidã,quòd non ſoluit ieiuniũ:
licet peccet qui in ieiunijs indictis , præter,
quàm in quadrageſima comedit caſeum &
oua. Alij contradicunt.Ex cauſa tamen in alij
quibus locis hoc poſſet concedi:iiij. diſt. de-
inde.De ieiunio itaq; quadrageſimæ Greg.
ita dicit:Par autẽ eſt, vt qui his diebus à car-
ne animaliũ abſtinemus , ab omnibus quoq;
quæ ſementinã trahũt originẽ carnis,ieiune-
mus à lactè,videlicet caſeo & ouis. Quidam
autẽ hæretici dicunt, quòd Chriſtiani nũquã
deberent carnes caſeum , & oua comedere:
quia,vt dicuntur hoc, non legitur in nouo te
ſtamẽto : imò Apoſtoli iudicarunt abſtinere
ab immolatis ſimulacrhorũ , & ſanguine, &
ſuffocato.Et Apoſtolus:Si eſca ſcandalizaue- Act. 15
rit.f.m.nõ.m.c.in æter. Et alibi : Bonum eſt, 1. Cor. 8
non manducare carnẽ , neq; bibere vinũ &c. Rom. 14
Non legitur etiam,vt dicunt, quòd Chriſtus
ex aliqua natura eorum , quæ mouentur di-
ſcipulis, ad manducandũ daret,nec etiã ante
ſe manducare ſineret præter piſces : nec ex
fructu alicuius,quæ moueat ſe, excepto fru-
ctu apũ. Electuarijs verò non aliter vti licet:
niſi ſicut alio cibo delicato. Secus eſt in me-
dicina curatiua:præſeruatiuã tamẽ,vbi nullũ
eſt ſignũ inſtantis neceſsitatis,recipere nõ li-
cet. Quidam tamen ,dicunt , quòd pro nulla
medicina,nec etiam pro electuarijs ieiuniũ
ſoluitur:nec etiam, pro potu ante cibum vel
21 poſt.†Sic enim videtur inductum ex conſue
tudine Eccleſiæ ieiunantis , & hoc tolerãtis.
Seneſcalchi autem,vel quilibet alij ſeruito-
res,vel portantes encænia,non ſoluunt ieiu-
nium , ſi prægustant cibos , ante dominos,
fortè de toxico dubitantes.Quibus etiã caſi-
bus monachi abbatibus ſeruientes , & alij
ſeruitores poſſunt carnes prægustare.Idẽmq;
etiã de medicis prægustantibus medicinas.
Tempore ieiuniorum prætioſæ veſtes depo-
nuntur,& humiles aſſumuntur:& carnes tam
22 ſolidæ quàm liquidæ dimittuntur.† Sed cùm
piſces ſint caro , quare hoc tempore come-
duntur?Reſponſio:Deus nõ maledixit aquis:
quoniam per aquam baptiſmi futura erat re
miſsio peccatorum , hoc enim elementũ di-
gniſsimum eſt , quod ſordes abluit : & ſuper
quod ſpiritus Domini ante mundi conſtitu-
tionẽ ferebatur:terræ verò maledixit,in ope
ribus hominis:Inde eſt , quòd omne genus
carnis,quod in terra verſatur,tam quadrupe-
dia,quàm aues,in ieiunijs non licet comede-
re.Et licet quædã aues circa mare verſentur,
& in



& in aquis,quędã in eis vel ex eiſdẽ naſcãtur:
magis tamen ad naturã terræ à qua nutrimẽ
tu percipiũt,ad hoc pertinere dicuntur.Adhuc,
cum quia piſces ſint habentes ex vna parte
formã quadrupedis animalis , & ex altera pi-
ſcis,bubalus in ieiunijs poteſt comedi ex par-
te , quæ piſcis videtur : ex alia verò minimè.
Adhuc piſci vſus ſecundũ Greg. ita Chriſtia-
no relinquitur : vt hoc ei infirmitatis ſolatiũ
non luxuriæ pariat incentiuũ. Deniq; , qui à
carne abſtinet, nequaquã ſumptuoſiora ma-
ritimarũ beluarũ conuiuia præparet. Vinum
quoq; in ieiunio ſic bibere permittitur,vt e-
brietatẽ omnino fugiamus.Vnde in pœniten
tiali romano ſtatutu eſt , vt pœnitens paruis
piſculis, & mediocri ceruiſia temperatè vta-
tur:extrà de homici.c.ij. Poſtremò notandũ
eſt,ꝙ ſicut ait Gre.in homilia illius euãgelij:
Homo quidã diues fecit cœnã magnã. refe-
ctio corporis in diebus ieiuniorũ poſtq̃ nul-
la alia paratur:nõ prandiũ,ſed cœna vocatur.

S V M M A.

1 Officiũ quartæ feriæ ieiuniorũ Aduẽtus.
2 Lectiones duæ,cur legantur quarta feria
quatuor temporum. In Miſſa vna tãtùm.
num. 3.
4 Diaconus vnus in quibuſdam Eccleſijs,
incenſat,quinta feria Aduentus.Et quare.

## *De officio quartæ feriæ.*

CAP. VIII.

NVnc ad huius diei officium re-
1 deamus. †Siquidẽ in hac quar
ta feria examinantur ordinan-
di:an ſint idonei ad ſuſcipien-
dos ordines,vel non: quoniam
in quarta ætate Leuitæ à Dauid,& à Salomo
ne ad tẽpli miniſteria diſtributi ſunt. Et inde
2 eſt, quòd duæ lectiones† legũtur ad miſſam:
quarum prima,quæ legitur ſub tono noctur-
nali,ſcilicet declinante:ſignificat vetus teſta-
mentum:& ſecunda quæ legitur ſub cõmuni
tono,ſcilicet aſcẽdente : ſignificat nouũ teſt.
ad ſignificandũ ordinãdos in vtroq; teſtamẽ-
to debere eſſe inſtructos.Monẽdi enim ſunt,
qui ad ordinẽ ſacrũ cõſcẽdũt,vt habeãt noti-
tiã legis & prophetarũ , quibus poſsint alios
erudire. Prima lectio erit in nouiſsimis. Eſa.
ij.c.Secũda eſt:locutus eſt Dominus.Eſa. vij.
c.Sed & lex & prophetæ in quarta mũdi æta
te viguerũt. Doctrinã ieiuniorũ habemus à
vet.teſt. vt præmiſſum eſt. Semel genua fle-
ctuntur : quia tã in lege , quàm in prophetis
Deus vnus coli præcipitur.Quoties autem in
iiij. feria duæ lectiones leguntur , toties in
proximo ſabbato poſſunt generaliter ordi-
nes celebrari:quod ſexies contingit:videlicet
ter in quadrageſima:& ter extra quadrageſi-
mã : de quo dictũ eſt in procemio ſecundæ
3 partis.†In ſextis verò ferijs ieiuniorum qua-
tuor tẽporũ , vna duntaxat lectio ad miſſam
legitur:quia lex & prophetæ quæ fuerunt in
quarta ætate in vno euangelio,in ſexta ætate
recapitulantur. Sanè huius quartæ feriæ euã
geliũ eſt:Miſſus &c.quod eſt Luc.j.ca.in quo
paranymphi recitatur annuntiatio : virginis
conſenſus:& Domini incarnatio:quæ prophe
ticis tubis fuerat antè declarata.Vnde præci-
nit propheta introitũ:Rorate cœli deſuper:
& nubes pluant iuſtũ:Eſa.xlv.c. Rorate cœli.
dicit & pluere.quia deſcendit verbum in aulã
credulæ virginis, ſicut pluuia in vellus. Cœ-
los dixit,& nubes angelos,& prophetas , qui
enarrant gloriã Dei.In prophetica lectione:
Erit in nouiſsimis diebus:quod eſt Eſa.ij.ca.
agitur de monte Domini : qui de paruo lapi-
de creuit in montem , qui regnabit in domo
Iacob in æternum:vnde rectè ſubditur in gra Pſal.144
duali: Tollite portas principes veſtras:& ele
uamini portæ æternales,& introibit rex glo-
rie:Et quis aſcendet in montem Domini:aut
quis ſtabit in loco ſancto eius ? In epiſtolari
lectione : Locutus eſt Dominus ad Acham
&c. quæ eſt Eſa. vij.ca. manifeſtè agitur de
beata virgine Maria , cui ritè ſuccinitur gra-
duale:Prope eſt Dominus : & ne qua ſurre-
pat dubitatio,ſubditur in offertorio:Confor-
tamini. Aliæ tamen Eccleſiæ dicunt:Aue Ma
ria , gratia plena : Dominus tecum : benedi-
cta tu in mu.& benedi. fru.ventris tui : quod
ſumitur ex dicto euangelio.Communio eſt:
Ecce virgo concipiet:& pariet filium:& voca
4 bitur nomen eius Emanuel.Eſa.vij.c.In† ma
tutinali verò officio, in quibuſdam Eccleſijs,
pſalmodia finita:diaconus & ſubdiaconus , &
acolyti in albis cum candelabris, & turibulo
proceſsionaliter iuſſu prælati ad pulpitum
pergunt : vbi diaconus pronuntiat euange-
lium : Miſſus eſt angelus Gabriel à Deo:&
eius homiliam:deinde incenſat altare:& po-
ſteà ipſe & ſubdiaconus ſedent , donec vnus
acolytus incenſauerit chorum:quod quidem
fit ob reuerentiam dominicæ annuntiatio-
nis:quæ in ipſo euangelio continetur. Nẽpe
 prælatus

prælatus illos mittit: ad notandum, quòd Deus pater prophetas præmiſit ad prænuntiandum Domini incarnationem futuram: & Gabrielem archangelum miſit, ad annuntiandum eam virgini Mariæ. Diaconus euangelium pronuntians, eſt angelus annuntians virgini, quòd conciperet. Altaris turificatio, eſt ſpiritus ſancti ipſi virgini obumbratio. Miniſtrorum quies ſiue ſeſsio, eſt ipſius virginis timor, & cogitatio qualis eſſet angeli ſalutatio. Chori verò turificatio, eſt patrum illius temporis de filij Dei incarnatione diu deſiderata exultantium gratiarum actio, & congratulatio.

S V M M A.

1 Feria ſexta vnam tantùm lectionem habet in Miſſa.

## De ſexta feria. CAP. IX.

1 IN ſexta feria vna† tantùm lectio ad miſſam legitur: quia actor noui & veteris teſtamēti, de quibus præmiſſum eſt: vnus ſolus Deus eſt: & quia ex vtroq; teſtamento vnum euangelium factū eſt. Et eſt epiſtolaris lectio, Egredietur virga
Eſa.11 de radice Ieſſe: quæ eſt Eſa. & manifeſtè de aduentu, & beata virgine Maria intelligitur: quæ cū eſſet immaculata virgo: prope fuit. Ideóq; in introitu Eccleſia præcinit: prope eſto mihi Domine. & in verſu: Beati immaculati in via: qui ambulāt in lege Domini. Et ad idem pertinet euangelium: Exurgens Maria: quod eſt Luc.j.c. Graduale. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam: & offerenda: Deus tu. vel ſecundum alios: Audi Iſraël. Primum reſpiciunt aduentum, quem quia cœli enarrauerunt id eſt, Apoſtoli prædicauerunt, in ſecundo aduentu, cum Domino iudicaturi: idcirco eſt hodierna ſtatio ad ſanctos Apoſtolos: de quibus habetur in cantico virginis: de quo fit mentio in præmiſſo euā-
Luc. 1 gelio, vbi dicitur: Depoſuit po. de. ſe. & exal. hu. id eſt, ſuperbos ſcribas, & phariſæos: & exal. hu. id eſt Apoſtolos. & in communione: Ecce Dominus veniet. Zachariæ vlti. ca.

S V M M A.

1 Sabbato quatuor temporum Aduentus, quatuor lectiones tantùm veteris Teſta. leguntur. Et quid ita. Limit. num. 4.
2 Iuſtitiæ beneficium.
3 Ieiunium, quódnā perfectiſsimū omniū.
5 Lectiones cur Romæ legantur græcè & latinè.
6 Euangelium cur dicat nouiter ordinatus: itē cur & epiſtolam.

## De ſabbato. CAP. X.

1 IN† die ſabbati dicuntur iiij. lectiones de veteri teſtamento ante lectionem illam Angelus Domini: quæ ſumuntur de lege & prophetis, & in quibuſdā Eccleſijs prima eſt: Clamabunt: quæ eſt Eſa. xix. c. ſecunda eſt: Lætabitur: quæ eſt eiuſdem xxxv. c. Tertia eſt: Super montem: quæ eſt eiuſdem xl. c. Quarta eſt, Chriſto meo: quæ eſt eiuſdem xlv. c. Ideò autem ſunt quatuor, quia quatuor ſunt ordines benedicentium Deum, videlicet prælati, clerici, religioſi, & laici, ſiue populus, quos enumerat dicens: Domus Iſraël benedicite Dominum. per hoc populus: Domus Aaron benedicite Dominum, per hoc prælati: Domus Leui, benedicite Do- Pſal.134
minum: per hoc miniſtri: Qui timetis Dominum, benedicite Dominum: per hoc religioſi intelliguntur. Prima ergo lectio, pertinet ad populum: ſecunda, ad prælatos: tertia, ad miniſtros: quarta, ad omnes religioſos. In his enim lectionibus informantur ordinandi, vt ad exēpla ſanctorum patrū dictorū quatuor ordinum cum eis benedicant Dominū: ſiue, vt benedictio illorum veniat ſuper eos. Vel ideò, quatuor leguntur: quia ieiunans debet habere quatuor cardinales virtutes, ſcilicet temperantiā, quia ipſum ieiuniū tēperantia eſt. Prudentiā: vnde Apoſtolus: Rationabile Rom.12
ſit obſequiū veſtrum. Fortitudinē: vnde prouer. vlt. De muliere forti, *id eſt*, de Eccleſia: Accinxit fortitudine lūbos ſuos: quia oportet nos multū laborare ad hoc, vt caro noſtra mūda ſit, quod cū magna ſit pugna: quia valde corrupta eſt, & ſpinas & tribulos germinat: & ideò cū magna attritione venit ad cādorē: ſicut & biſſus, & iuſtitia, vnde Eſa. Et Eſa.11
erit iuſtitia cingulū lūborū eius, & fides cinctoriū renū eius. de Chriſto loquitur in mē-
2 bris: quādo enim fit iuſtitia† in terra, recedūt latrones. ſimiliter quādo iuſtitia fit, à nobis recedūt praui motus, & nō ſperāt: licèt in nobis habitēt. Si verò nō fiat iuſtitia, non recedūt. vnde Eſa. Quia nō facimus iuſtitiā, nō receſſerūt habitatores terræ, vbi eſt iuſtitia, ibi pax. Fides autē, eſt cinctoriū renū eius. quia vt

dicit



dicit Grego. Deſpectus terrenorū, reſtringit fluctus carnaliū voluptatū. † Vnde ſi ieiunas
3 à cibis corporis, oportet vt ieiunes à cibis dæmonis, & comedas cibos mentis: qui autē ſic ieiunat, non nocebit eis ignis tribulationis, nec ignis mundanus: ſicut nec tribus pueris nocuit ignis fornacis babylonis: & ideò ſequitur lectio Dan. iij. Angelus Domini. Præcedit autē ipſa lectio ordinationē clericorū: ad ſignandū, quòd nemo ritè poteſt ad conſecrationē accedere, niſi prius tranſeat per fornacē
Eccle.27 atq; in fornace Deum benedicat. Iuxta illud Sap. Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis: quia qui ad ſacrū
1.Tim.3 accedunt miniſteriū, probandi ſunt in camino multarū tribulationū & tentationū. Iuxta illud Apoſtoli: Et hi probentur primò: & ſic
Dan.3 miniſtrēt. Propter ordinādos enim legitur, ad ſignificandū, quòd ſic viuere deberent: vt non noceat eis aliquis ignis regis Babylonis, id eſt diaboli: ſicut ignis tribus pueris non nocuit. Et ſequuntur benedictiones, ſcilicet hymnus: Benedictus es Domine &c. Quia poſt probationē coronantur. & à Domino benedicentur. & in fine ſubijcitur verſus Glor. pa. &c. In laudē & in honorem trinitatis: quod non fit poſt Pſal. Benedicite: tum quia ibi in vltimo verſu fit mentio de patre, & filio, & ſpiritu ſancto: tum quia ibi in facto trium puerorum tota trinitas fuit dehoneſtata: hi verò verſus præcedentes ad ſolius patris pertinent laudem, & in ordinandis trinitas honoratur. Choro autem licet ſedere, dum lectio ipſa dicitur, ſed non in cantu: aliud enim ſignificat ipſa lectio in legendo: aliud in cantando: vnde nunc ſtare debet epiſcopus & clerus: quoniam non debemus quieſcere: qui
4 ſcimus pueros illos pro Deo laboraſſe. † Dicūtur autē in ſabbatis ieiuniorum vij. lectiones euangelio cōnumerato, eò quòd ſeptem ſunt ordines: & quidā dicunt xij. pro eo quòd antiquitus Romæ, & adhuc in Conſtantinopoli fieri dicitur: legebantur Græcè & latinè: & legebantur xij. lectiones per xij. lectores: quorum ſex erant græci & ſex latini. Erant tamen ſolummodo ſex in ſententijs: quoniam illæ ſex ſine euangelio, quæ legebantur latinè, legebantur & Græcè: ſicut ſi dixerimus Amen: & poſteà dixerimus verè: non ideò
5 duæ res erunt. † Ideò autem legebantur dupliciter: quia Romę erant gręci, quibus latina lingua incognita erat. Erāt etiam latini permixti: quibus græca incognita erat. Vel hoc fiebat, ad notandum vtriuſq; populi vnionē. Cæterum ad orationem: quæ dicitur poſt lectionem: Angelus Domini, ſcilicet Deus qui tribus pueris &c. non flectit Eccleſia genua: licet in orationibus aliarum lectionum antè flecteret præter, quàm in octauis pentecoſtes ad oſtendendū, quòd Eccleſia conformis eſt tribus pueris. Fecit enim Nabuchodonoſor Dan.3
ſtatuam: & cogebat omnes adorare eam, ſed tres pueri cum Daniele noluerunt genua flectere ante ſtatuam: tales debent eſſe ordinādi, qui ante ſtatuam, id eſt, ante mundi gloriā genua non flectant. Quare clerici ordinentur: & quare in ſabbato, dictum eſt in prooemio ſecundæ partis. Quidam conferunt ſacros ordines inter lectionē, Angelus & epiſtolam Pauli: vt poſt ordinationem proponant ordinatis epiſtolam & euangelium ad inſtar boni paſtoris: qui mittens filium, monet eū, quid & qualiter acturus ſit. *Ordinati enim* per capellas mittendi per epiſtolam monentur: vt alios corripientes, benedictionem, quā acceperunt cuſtodiant. Per euangelium verò Mat.28
dicitur eis: Euntes, docete omnes gentes. Nonnulli etiam ſubdiaconatu ante epiſtolā ratione præmiſſa præſtito continuè, poſt eam diaconatum & ſacerdotium præbent: quibus præſtitis in vocem lætabundam erumpunt, dicentes: Benedictus es Dominus: eò quòd hi præſertim ordines inuitantur ad laudes, & præſtantur, citra euangelium: quia Moſes & Aaron Leuitas in tabernaculi miniſterium ordinauerunt: & Chriſtus lxxij. Luc.10
6 ordinatos ad prædicandum miſit. † Debet autem legi epiſtola, ſcilicet: Romanus &c. Quæ eſt ij. ad Theſſal. ij. ca. ab aliquo de ordinatis die ipſa: quia epiſcopus debet prius ordinatos admonere, & poſteà ad maiorem admonitionem, epiſtolam illis tradere. Prætereà, ordinatus doctrinam ſibi in ordinatione traditam per hoc ſe reducere in opus oſtendit. propter eandem etiam rationem, vnus de nouiter ordinatis legit tunc euangelium: Annum xv. quod eſt Luc. iij. ca. Poſt epiſtolam etiam cantatur tractus: qui ſignificat grauitatem: quam ſacratus ſeu ordinatus ſeruare debet, ne in ſuperbiam elatus in laqueos incidat diaboli. Communio eſt: Exulta ſatis: quæ eſt Zachariæ nono capi.

SVMMA.

1 Aduentus Dominica quarta.& Miſſæ introitus.num. 3.
2 Tubarum vſus vnde.
4 Antiphonæ ſeptem,incipientes ab ô, cur cantentur ante Domini natiuitatem.
5 Aduentu Chriſti liberatus eſt homo à ſeptem morbis:quos penè referũt ſeptem antiphonæ,in incipientes ab ô.
6 Hebdomada proxima natiuitati, præparatio meritò nũcupatur.Et cur ſex diebus ante natiuitatem,dicãtur laudes propriæ.
7 Dominica vacans,quæ:& cur ſic dicta.

## De dominica quarta Aduentus Domini.

### CAP. XI.

1 IN † quarta dominica aduen-
tus primum reſponſoriũ in no
cturnis eſt: Canite tuba:quod
ſumptum eſt de Iohele. Anti-
2 quitus enim Iudæi † canebant
tubis ad inuitandum homines, ad nuptias, &
ad ſolennitates & ad mouendũ caſtra. Vnde
nunc præcepit Dominus prælatis, vt cantent
tubis, inuitantes gẽtes ad nuptias noui regis,
quarum dies inſtat, ſcilicet dies natalis Do-
mini,in qua Chriſtus deſponſauit ſibi huma-
Pſal. 18 nam naturam: ſecundũ quod dicitur in Pſal.
Et ipſe tanquàm ſponſus procedens de tha-
lamo ſuo. Canite igitur.quia prope ſunt nu-
ptiæ:& propter præmiſſam cauſam cantores.
hac ſeptimana altius ſolito,vocem ſuam ex-
altant,in reſponſorijs,& in introitibus:vt qui
prius ſopore negligentiæ oppreſsi, lectioni-
bus excitari nolumus: ſaltem vociferationi-
bus & tumultu cantuum excitemur. Siquidẽ
in ſeptem annis ante annum iubileum præ-
cepit Dominus canere tubis, pro ipſius anni
inſtantis lætitia.In hac autem hiſtoria huius
dominicæ partim ex prophetis, partim ex
euangelio compilata, communia ex vtriuſq;
decantantur aduentus: & præſertim vocatio
gentium, declaratur per Chriſti aduentum,
vbi in perſona Apoſtolorum, vel doctorum
dicitur: Canite tuba, & vocate gentes. Sanè
gentilitas videns calciatam fore diuinitatem,
3 in vtero virginali, clamat† ad eam in introi-
Pſal. 105 tu:dicens ſecundum quaſdam Eccleſias:Me-
mẽto noſtri Domine in beneplacito: p.t.hoc
eſt in filio: in quo bene complacuiſti ex mil-
libus populi:qui fuit tuus ab initio mundi.Et
ideò congratulatur alteri in epiſtola, dicens
ſecundum [illegible] Eccleſias:Gaudete: quæ
eſt ad [illegible]. Sed iuxta conſiderationem
vteri virginalis, cantat in graduali Dominũ
prope eſſe:& celerem eius aduentum.In al-
leluia verò:Veni Domine in offerenda:Cõ-
fortamini:& in communione:Ecce virgo de-
ſiderat:& conſolatur:& cauſam concludit cõ
4 ſolationis.¶ † Porrò ad oſtendendum deſide-
rium antiquorum patrum, in fine aduentus,
cantantur ſeptem antiphonæ: vnaqueq; ſe-
cundum ordinem ſuũ, ſua die,vſq; ad natale,
quæ incipiunt ab,ô. Prima eſt: O ſapientia
&c. Sunt autem ſeptem, quia diriguntur ad
Chriſtum,in quo requieuit ſpiritus ſapientiæ
& intellectus:ſpiritus conſilij & fortitudinis
&c.Eſa. ij.per quæ ſeptem dona ſuæ incarna-
tionis nobis gratiã miniſtrauit:prout in ipſis
ſeptem antiphonis apparet. Sunt etiam ſe-
ptem:quæ cantantur in deſignatione antiquo-
rum patrum qui ſeptenario ſeruientes aduen-
tum Domini expectabant. Vnde in omnibus
dicitur:Veni:vel ſeptem ſunt propter ſeptem
dona ſpiritus ſancti:qui Chriſtus veniens lar
gitus eſt mundo:& per quæ expectantes illu
minati ſunt.Et ſunt omnes ſecundi toni.Pri-
mò,quia quælibet loquitur de vtroq; aduen-
tu. ¶ Secundò, quia ſignant nobis geminam
dilectionem:ſcilicet Dei & proximi. ¶ Ter-
tiò,propter geminam Chriſti ad quem diri-
guntur naturam: vnde :Geminæ gygas ſub-
ſtantiæ.¶ Quartò,quia ipſe antiphonæ notãt
deſideriũ tam antiquorũ patrũ expectãtium
primũ ſaluatoris aduentũ, quàm modernorũ
expectantiũ ſecundũ. Omnes ergo ſunt ſe-
cũdi toni in ſignũ quòd ſecundũ expectamus
aduentũ. Et aduerte, quia illæ quæ habẽt in
prin.verba pertinẽtia ad diuinitatẽ, pertinent
ad eos,qui expectant primũ:vt,ô ſapiẽtia,& ô
adonay.Adonay autẽ interpretatur Dñs:quia
dominabitur cũctæ creaturæ:vel quia omnis
dominationi eius ſeruit.Illæ verò,quæ habẽt
verba pertinẽtia ad humanitatẽ, pertinẽt ad
expectãtes ſecũdũ:vt, O radix Ieſſe:& O cla
uis Dauid.Sũt etiã quædã quæ vtriq; conue-
Pſal. 71 niũt:vt,O rex gẽtiũ.Nã Dei filius dicitur rex
Pſal. 20 ſecundũ diuinitatẽ. Iuxta illud: Deus iudiciũ
Pſal. 44 tuũ regi da.&c.Et etiã ſecũdũ humanitatem.
Iuxta illud:Dñe in virtute tua lætabitur rex
&c.Sępius tamẽ ſecundũ humanitatẽ rex di-
citur:quia ſecundũ eã, eſt vnctus oleo lætitię
5 præ participib⁹ ſuis.¶ † Rurſus Eccleſia in his
ſeptẽ antiphonis oſtẽdit multiplicitatẽ mor-
bi ſui,



bi ſui, & ad quamlibet petit remedium ſui
morbi.Nam ante Dei filij aduentum in car-
ne eramus ignorantes ſiue cæci:pœnis æter-
nis addicti:ſerui diaboli:mala peccati conſue
tudine vincti: tenebris obuoluti:exules à pa
tria,& expulſi.Ideóq; indigebamus doctore,
redemptore,liberatore, eductore, illumina-
tore,ſaluatore:quia igitur ignorãtes eramus,
ideóq; ab ipſo doceri indigebamus. Vnde in
prima antiphona clamamus:O ſapientia,quæ
ex ore &c. Eccle.xxiiij.& Sapien.viij.& Eſa.
xl.cap.Quia verò parum prodeſſet, ſi doce-
6 remur,& non redimeremur:ideò in ſecunda
ab ipſo redimi poſtulamus: O adonay &c.
Exo.vj.& xiij. & xix. & xx.cap. Sed quia nil
prodeſſet, ſi eſſemus docti & redempti: &
adhuc poſt redemptionem teneremur capti-
ui:ideò in tertia petimus liberari:O radix Ieſ-
ſe &c.Eſa.xl.& lij.cap.Sed quid prodeſſet ca-
ptiuis,ſi eſſent redempti & liberati:ſi tamen
nondum eſſent ab omni vinculo abſoluti:vt
ſcilicet ſub peccato eſſent, & vincti liberè
quò vellent,ire non poſſent?& ideò in quar-
ta ab omnibus peccati vinculis educi peti-
mus:O clauis Dauid &c.Apoca.iij.& Eſa.xlij.
& Luc.j.cap.Prætereà,quia hi qui diu fuerũt
in carcere,oculos habent obtenebrantes.nec
clarè videre poſſunt:ideò poſt abſolutionẽ à
carcere, reſtat nos illuminari: vt videamus
quò ire debeamus:& ideò in quinta hoc pe-
timus:O oriens &c. Zach.vj.Sap.vij.& Ma-
lach.vlti.& Luc.j.cap.Sed ſi eſſemus docti &
ab inimicis penitus liberati,& illuminati,quid
valeret, niſi deberemus ad regnum perduci:
& ibidem ſaluari:& in duabus ſequentibus pe
timus ſaluari:O rex gentium &c.& Aggei.ij.
& j.Pet.ij.Ephe.ij.& Gen̄.ij.cap.In qua peti-
mus ſalutem gentiũ: & O emanuel &c.Eſa.
vij.Matthæi j.& Eſa.xxxiij.& Gen̄.penul.cap.
In qua petimus ſalutem Iudæorum. In qui-
buſdam verò Eccleſijs adduntur aliæ duæ.
Prima in honorẽ beatæ virginis Mariæ,quæ
concepit:ſecunda pro angelo, qui ad virginẽ
introiuit:vel in honorem ſancti Thomæ cu-
7 ius feſtum tunc accidit.Duæ quidem addun-
tur,vt perficiatur nouenarius numerus.ad de-
ſignandum quia per ſeptem dona ſpiritus ſan
cti peruenimus ad nouem ordines angelorũ:
quorum quilibet deſiderabat Chriſti nati-
uitatem: vt impleretur numerus ipſorum,
qui de cœlo ceciderunt. Quædam etiam Ec-
cleſiæ cantant duodecim: quæ exprimunt
duodecim prophetas: qui Chriſti aduentum
prædixerunt,quę etiam duodecim Apoſtolo-
rum teſtimonia roborauerunt:ex quo duode
cim tribus & duodecim millia ſignati ſaluã-
tur:ſed non ſunt niſi ſeptem habentes veniã. Apoc. 7
Omnes autem incipiunt per, ô.quod potius
admiratiuè ponitur,quàm vocatiuè. Cantan-
tur in veſperis:quia Dominus venit in veſpe-
ra mundi:Hic eſt Helias:qui ſerò,carne,& in
mane pane veſcitur:Dominus,ſcilicet noſter,
qui in vltima ætate mundi carnem aſſumpſit,
& in diluculo reſurgens in panem angelorũ
6 tranſiuit.¶ Et † nota,quòd hæc hebdomada
proxima natiuitati,præparatio meritò nuncu
patur:& ea hiſtoria:Clama in fortitudine can
tatur: quæ non vt quidem ſimplices autu-
mnant, ad quatuor tempora:ſed ad Domini
pertinent proximam natiuitatem.Vnde cum
ſex matutinalibus laudibus decantatur: quo-
niam quælibet illius feria proprias habet ad
laudes antiphonas: quia per ſex ætates anti-
qui ſe ante aduentum præparauerunt: & nos
per ſex opera miſericordiæ ad ſecũdum etiã
præparamur. Verũtamen feriales antipho-
nas,quæ in illa feria:in qua occurrit feſtum
ſancti Thomæ,ſcriptæ ſunt,octaua die anteà
quidam canere cõſueuerunt.Decet enim an-
te natiuitatem Domini cantus & omnes an-
tiphonas,& ferè omnia reſponſoria renoua-
ri:quia ſicut per plures & frequentiores nun-
tios magis ac magis mouetur animus ſubdi-
ti, ad ſolicitudinem honorificè ſuſcipiendi
prælatum:ſic & renouatione cantus,magis &
magis mouemur ad curam noſtræ præpara-
tionis in ſuſceptione Domini, & vt per quo-
tidianam renouationem cantus, excitemur
frequentius ad turpes & terrenas cogitatio-
nes purgandas:vt ſit dignum habitaculum:&
ornatum venturo regi regum pijs cogitatio-
nibus præparemus.Poteſt tamen & totus ad-
uentus præparatio nuncupari:vnde in princi-
pio legitur:Abijciamus opera tenebrarum:& Rom. 13
induamur arma lucis &c.quæ omnia præpa-
rationis inſignia.Intitulatur autem in anti-
7 quis libris dominica † iſta:Dominica vacat.
¶ Primò, quia oſtendit quòd omnis ſanctus
vacat.ex quo Ioannes,quo inter natos mulie Mat. 12
rum non ſurrexit maior,non eſt dignus ſol- Ioan. 1
uere corrigiam calciamenti: ſicut dicitur in
euangelio huius dominicæ,id eſt,incarnatio
nis myſteria denudare:& propter hoc domi
nus Papa non facit ſtationem apud aliquem
x 5 ſanctum.

ſanctum.¶Secundò dicitur vacans, quia non
habet proprium officium, ſed mutuat alie-
num,ſcilicet:Rorate cœli &c.& hoc propter
ordines præcedentis diei:in quibus fuit apo-
ſtolicus occupatus.Sæpe enim in Decembri
conſueuerunt ordines ab apoſtolicis celebra
ri.¶Tertiò,quia numerum dierum aduentus
excedit, ſcilicet xxj. quare inter dominicas
aduentus non debuit computari: ſed vacans
potius appellari. ¶Quartò, quia apoſtolicus
olim hac die dominica eleemoſynis vaca-
bat: & tam ipſe, quàm ſui circa hoc intenti
nullam ſtationem faciebant:propter quod di
cta eſt vacans,ſcilicet à ſtatione & indulgen
tia.Quædam Eccleſiæ dicunt in hac domini-
ca euangelium: Miſerunt Iudæi: quod eſt
Ioan.j.cap.& epiſtolam, Gaudete:quæ eſt ad
Philip.iij.cap.Aliæ verò dicunt epiſtolam:Sic
nos exiſtimet:quæ eſt ad Corinth.iij.cap.

S V M M A.

1 Natalis Domini vigilia,& officium.
2 Officij diurni intentio.
3 Prophetia cur præmittatur epiſtolæ vi-
giliæ natalis Domini.
4 Pſalmi qui dicantur in veſperis vigiliæ na
tiuitatis Domini.

## De uigilia natiuitatis Domini. CAP. XII.

1 IN † vigilia natiuitatis Domi-
ni,eſt inuitatoriũ:Hodie ſcie-
tis quia. v.d.&.ſ.n.&.m. v.g.e.
quod eſt tranſumptũ de Exod.
xvj.cap.Ex eo, quod ibi dici-
tur:veſpere ſcietis quia educit vos Dominus
de terra ægypti & mane.v.g.e.Et poteſt dici,
quòd hæc breuis clauſula,ex vna parte ad na
tiuitatem,ex alia pertinet ad reſurrectionẽ:
ſic hodie,ſcilicet in vita præſenti ſcietis,quòd
Ioan.6 veniet Dominus: id eſt,panis viuus, qui de
cœlo deſcendit:& ma.vi.gloriam eius,id eſt,
reſurrectionis gloriam nõ ſolùm humanam:
ſed etiam gloriã diuinitatis eius.Sanè,in hac
vigilia Eccleſia monet,& inuitat filios ſuos:
vt parati ſint ad ſuſcipiendum Dominũ. Vnde
in nocturnali officium primum reſponſoriũ
eſt:Sanctificamini,ſcilicet filij Iſraël,id eſt vi
ri ſpirituales,qui videtis Deum per fidem,&
parati eſtote,vt interſitis ad nuptias:quia non
erit in cœna, qui eijcitur à nuptijs.Moraliter
non obſeruabit conſilia quæ præcepta renuit
adimplere.Sequitur in verſu:Et mane vi.glo.
eius,id eſt,aduentum gloriæ eius: vel mane
ad literã.Et hæc vltima pars de Exodo ſum-
pta eſt:ſed prima nõ eſt ſumpta de aliquo li-
bro.Dicitur etiam capitulum:Gaudete in Do
2 mino: Philip.iiij.cap. ¶Diurni † verò officij
intentio eſt oſtendere, quòd Chriſtus natus
ſit.& hoc dicitur in epiſtola: Paulus ſeruus
&c.Quæ eſt ad Roma.j.cap.& in euangelio:
Cùm eſſet deſponſata.quod eſt Matth.j.cap.
Hac etiam die deſponſatio legitur Mariæ:vt
ſciat quòd alij fuit deſpõſata,ſcilicet Ioſeph,
& ab alio fuit fœcundata,ſcilicet à ſpiritu ſan
3 cto. † Quædam tamen Eccleſiæ ad hoc,vt
incredulis maior certitudo ſit, præmittunt
prophetiam:Propter Syon &c. Quæ eſt Eſa.
xlij.cap.in qua oſtenditur ipſum fore naſcitu
rum.Natus autem eſt, vt populum ſaluum
faceret: & terræ iniquitatem deleret.hodie
in ſpe per ſacramenta gratiæ:mane in re, per
reuelationẽ gloriæ:hæc patent in introitu &
in graduali: Hodie ſcietis.Exo.xvj.cap.& in
allelu Ia Craſtina.Quidam tamen dicunt al-
lelu Ia.Aue Maria:& hoc,quando vigilia eſt
in dominica.Tũc enim dicitur allelu Ia,pro-
pter reſurrectionem Domini.Idem etiam pa
tet in poſtcommunione:Reuelabitur.quæ eſt
Eſa.xl.cap.Sed quia in eius incarnatione erat
futura Iudæorum diſperſio,ideò in graduali
ſubditur verſus:Qui regis:in quo pro eis ora
tur.Quantus ſit,oſtendit Pſalmus: qui ad in-
troitum cantatur,ſcilicet:Domini eſt terra,& Pſal.23
plenitudo eius:de quo etiam dicitur offeren-
da:Tollite portas principes veſtras &c.¶In
4 † veſperis autem vigiliæ natalis Domini di-
cunt quidam pſalmos:Laudate pueri Domi-
num:Laudate Dominum omnes gentes:Lau
da anima mea Dominum:laudabo.d.in.Lau-
date Dominum,quoniam bonus eſt.pſalmus:
& Lauda Hieruſalem Dominum:laudã Deũ
tuum Syon. in quibus inuitamur ad laudes.
Alij verò dicunt:Laudate pueri Dominũ:lau
date nomen Domini.Qui confidunt:In con-
uertendo Dominus captiuitatẽ &c. Memen-
to Domine:& Benedictus Dominus Deus.&
meritò, quia primus deuotos inuitat ad lau-
dandum iugiter & prædicandum. Secundus
monet in Deo confidere. In tribus ſequenti-
bus redditur cauſa:quare laudibus ſit inſtan-
dum:& in Domino cõfidendum,ſcilicet quia
noſtrã captiuitatem cõuertit,& multũ magni
ficauit:quia promiſſa compleuit:dum fructũ
ventris Dauid ſuper ſedem eius inſtituit:quia Pſal.17
inclinauit cœlos,& deſcendit:qui demum de
alto



alto manum ſuam emittet,vt nos eripiat ab
aquis multis,& à filijs alienis.Veſperę autem
iſtæ priuilegiatæ ſunt:quia cum cætera offi-
cia veſpertina propter ſuperueniens feſtum
mutentur, iſtæ non mutantur. In vigilijs &
enim aliorũ feſtorum capitulum: Hymnus:
Antiphona & Collecta.In aliquibus etenim
Eccleſijs totis veſperis diei officijs expletis,
ſolummodo antiphona & collecta de ſequen
ti feſto dicuntur:eò quòd Dominus in veſpe
ris,id eſt,in vltima ætate mundi venit ad ſal-
uandum ſaltem reliquias generis humani.

S V M M A.

1 Natalis Domini officiũ, quid in ſumma.
2 Chriſtus cur in fine anni naſci voluit.
3 A natali Domini,dies ſenſim creſcunt.
4 Natalis Domini feſtum,eadem die men-
ſis ſemper occurrit:cætera autem mutan
tur feſta.Rationem vide nu.5.
6 Natalis Domini officium nocturnum.&
eius ſignificatio.nu.7.8.9.10.12.16.
11 Iubilus,quid notet.
13 Euangelia quot dicantur in nocturnali
officio natalis Domini.
14 Ioſeph potius,quàm Mariæ genealogia,
cur computetur.
15 Mariæ & Ioſeph genealogia deſcribitur.
17 Theleſphorus Papa,inſtituit tres Miſſas
cantari in die natalis Domini. Et quod
eius fuerit inſtitutũ de prima.nu.18.19.
20 Prophetiæ diei natalis Domini,cur præ-
mittantur epiſtolis.
21 Miſſa ſecunda natalis Domini,cur cante-
tur ſub auroram.
23 Miſſa tertia natalis Domini, hora tertia
cantanda.
23 Miſſæ tres inſtitutæ in die natiuitatis Do
minicæ, quid ſignent.ibidem vide:& per
nu.24.26.27.
25 Chriſtus, quomodo intelligatur primo-
genitus Mariæ.

## De officio natalis Domini. CAP. XIII.

1 QVæcunque in officio Natalis
Domini dicuntur:de exultatio-
ne † natiuitatis ſunt:quia ſicut
cantantur in reſponſorio: De-
ſcẽdit de cœlis Chriſtus,id eſt,
de ſinu patris, vt appareret viſibilis. Vnde
egreſſus eius à patre,id eſt,ab occulto:& in-
timo patris.Sequitur introiuit,ſcilicet per au-
rem virginis,id eſt per fidem:quæ ex auditu,
ſicut legitur in epiſtola ad Roma. Vnde cùm
dixit ei angelus:Spiritus ſanctus ſuperueniet Luc.1
in te,& virtus altiſsimi obumbrabit tibi:ſpiri
tui ſancto acquieuit. Iuxta illud, in canticis:
Peſſulũ oſtij mei aperui dilecto meo,oſtiũ, Canti.5
deſiderium eſt:peſſulum,diſcretio :quaſi per
diſcretionem.aperui deſiderium meũ dilecto
meo:& hoc audito dixi:Ecce ancilla Domini: Luc.1
fiat mihi ſecundum verbum tuum.Non ſicut
Eua,quæ fregit peſſulum,quando voluit eſſe
ſicut Deus.Introiuit dico in vterum virginis,
quo accepit carnem noſtram: & exiuit per
portam clauſam in regionem noſtram. De
hac porta dixit Ezechiel: Porta hæc clauſa Ezechie-
erit in æternum:& exiuit de mundo per por- lis 43
tam auream,id eſt,charitatem:quia per cru-
cem.Maiorem enim charitatẽ nemo habet,
quàm vt animam ſuam ponat quis pro ami- Ioan.15
2 cis ſuis.¶Et † eſt aduertendum,quòd Domi-
nus in fine anni naſci voluit: vt oſtenderet ſe
in vltima mundi ætate venire:in vj.feria con
ceptus:in dominica natus:in ſexta feria cruci-
fixus fuit:& dominica reſurrexit,vt qui homi
nem in ſexta feria plaſmatum perdiderat,in
ſexta feria liberaret: & qui dixerat in domi-
nica: Fiat lux in dominica,veniens oriens ex
alto nos illuminaret.De hoc dicetur ſub ti- Gene.1
tulo de paraſceue:& in nocte natus eſt:vt ſe
ſub carne latentem venire ſignaret:vel vt,ſe
ad illuminandam noctem noſtrã venire mon
ſtraret,quoniã habitantibus in regione vm-
3 bræ mortis, lux orta eſt eis. Vnde ab † eius
natali dies prolongantur: quia credentes in
eum ad æternitatis lucem vocantur:rationa-
biliter itaq; nocturna officia celebrantur. Eſa.9
4 Cùm autem cætera feſta ſaluatoris,† ſcilicet
paſsio, reſurrectio, aſcenſio, pentecoſtes,&
alia ſint variabilia:quia non celebrantur ſem
per in eiſdem calendis ſiue in eadem die men
ſis:quare hoc feſtum eſt inuariabile, cùm
ſemper eſt in eiſdem calendis,ſiue eadem die
menſis?Reſpondeo ſecundum Auguſti.Hoc
feſtum pertinet ad memoriam tantùm:vnde
ſufficit per illud memorari quota die men-
ſis Chriſtus natus fuit:& ideò ſemper eadem
die menſis celebratur, licet ipſa feria varie-
tur propter mutationem literæ dominicalis.
alia verò feſta pertinent & ad memoriam &
ad ſacramẽtum.verbi gratia:Chriſtus paſſus
eſt ſexta feria,vt hominem qui in ſexta feria
ceciderat, redimeret: & ſic de alijs:& ideò
oportet,

oportet,quòd ſub diuerſis calẽdis fiant:in ea
dem tamen feria, ſcilicet in dominica. Præ-
tereà,ſemper paſcha noſtrũ accipitur domini
ca prima poſt paſcha Hebræorum : quod eſt
ſemper xiiij.luna.quia ergo luna xiiij.nõ ſem
per eſt eodem tempore,vel eadem die men-
ſis:imò variatur ſecũdum annos ſolares:ideò
& paſcha noſtrũ,non ſemper eſt eodem tem
pore,nec in eadem die menſis : licet ſemper
ſub eadem feria,ſcilicet in dominica celebre
5 tur. ¶Rurſus † ideò paſcha , pentecoſtes &
alia feſta variabilia ſunt,nec certæ diei men-
ſis ſunt annotata : ne videamur imitari Iu-
dæos:qui ſemper illa celebrãt in certis calen
dis.Alcuinus verò dixit : quòd ideò hoc fe-
ſtum per ſingulos dies variatur , quia natus
eſt nobis : qui per ſingulos mundi dies lauat
illos:qui per peccatum Adæ ſunt maculati.
6 ¶Circa † officium nocturnale ſciendum eſt,
quòd inuitatorium,ſcilicet Chriſtus natus eſt
nobis &c. in perſona angelorum cantatur,à
quibus paſtores vel potius omnis populus ad
adorandum natum Dominum inuitatur.No-
uem verò pſalmi dicuntur,per tria nocturna:
vt notetur,quòd omnes ſancti patres qui fue
runt in tribus temporibus,ſcilicet ante legẽ,
ſub lege , & tempore gratiæ in nouo teſta-
mento,ſociati ſunt per aduentum Chriſti,no-
uem ordinibus angelorũ:vt ſicut angeli ſan-
ctæ trinitati congaudent : ſic & illi congau-
deãt.In primo pſalmo igitur de æterna Chri
ſti genitura , & ineffabili. In ſecundo de eius
incarnatione.In tertio de laudibus ſponſi &
ſponſæ:idq; in tribus primis lectionibus per
Eſa.Oracula teſtificantur : qui non tam pro-
pheticè , quàm euangelicè incarnationem
Chriſti deſcripſit.Prima eſt:Primo tempore.
Eſa.ix.cap.Secũda eſt:Cõſolamini,conſolami
ni popule meus,dicit Deus veſter.Eſa.xl.cap.
Tertia eſt:Conſurge , conſurge.Eſa.xlij.cap.
in ipſis etiam fit promiſsio:in alijs oſtenditur
7 promiſsionis impletio. † Primus nocturnus
recolit tempus ante legem , ſeu eos,qui fue-
runt ante legem:vt Abraham,Iſaac,& Iacob:
ſecundus nocturnus recolit tempus legis:ſeu
eos,qui ſub lege fuerunt:vt Dauid & prophe
tas,& alios plures:& ideò in antiphonis quæ
cantantur in illis duobus nocturnis : quæ ad
vetus teſtamentum pertinent , non dicitur
allelu Ia:quoniam patres illorum temporum
differebantur ab æterno gaudio,ſcilicet à pa
Apoc. 19 tria.In qua iuxta Apocalypſim,cantatur alle-
lu Ia.Tertius verò recolit nouum teſtamen-
tum:quod habuit initium à baptiſmo : quod
tertio tempore,ſcilicet gratiæ nobis collatũ
eſt:ſeu eos,qui fuerunt in nouo teſtamento:
vt ſunt Apoſtoli , Martyres , Confeſſores,&
alij ſancti.Ideóq; in illis antiphonis, quæ eos
recolunt,& quæ ex nouo teſtamento ſumun
tur,canitur allelu Ia:quoniam iſtos plus ho-
norauit ſuus aduentus,quàm præcedentes pa
tres.ita vt ſi digni de hoc mundo migrant,
illico in cœlum transferantur:& ſocietati ſan
ctorum iungantur.quod antiqui patres lon-
go tempore expectauerunt , murmurantes
8 infra clauſtra inferni. Ante † nocturnos ſo-
lent in quibuſdam locis ſuper altare tres pan
ni poni,ad deſignationem præmiſſorũ trium
temporum : & in ſingulis nocturnis ſinguli
amoueri.Primus niger pro tempore ante le-
gem.Secũdus albus,pro tempore reuelatio-
nis:Tertius rubeus,pro tempore gratiæ pro-
pter dilectionem ſponſæ candidæ & rubicun
dæ.In quibuſdam quoque Eccleſijs ſuſpen-
duntur boni panni:in quibuſdam viles : & in
quibuſdam nulli,prout in prima parte dictũ
eſt ſub titulo de picturis.Sanè,ad primũ re-
ſponſorium primi nocturni , dicuntur in qui-
buſdam Eccleſijs tres verſus,propter cauſam
redditam ſub prima dominica aduentus:&
poſt quodlibet trium reſponſoriorum prio-
rum,dicitur Gloria patri &c.hoc ideò , quo-
9 niam in tribus reſponſorijs tria † ſignifican-
tur,ſcilicet reſtauratio angelorum:reparatio
hominum:& modus,quo iſta facta ſunt.Re-
ſtauratio angelorũ notatur in primo,vbi di-
citur:Gaudet exercitus angelorũ. Reparatio
hominum,in ſecũdo,vbi dicitur:pax vera de-
ſcendit.Modus verò,quo & facta ſunt:& po-
tius quo deſcendit ille,qui fecit,inſinuatur in
tertio,quod eſt in quibuſdam locis:Deſcen-
dit de cœlis.In quo oſtenditur,vt præmiſſum
eſt Deum deſcendiſſe à patre,in virginem:&
ita ad nos.vel per hoc quod in ipſo reſponſo-
rio tangitur,quòd intrauit in regionem no-
ſtram,recolitur liberatio habitantium in re-
gione vmbræ mortis. Quia ergo hæc facta
ſunt per trinitatem:idcirco poſt quodlibet il-
lorum trium reſponſoriorũ,Gloria patri can-
tatur : quod ad laudem pertinent trinitatis.
10 ¶Rurſus † ſicut manna habebat ſaporem
ſimilem cum melle : ita & Chriſtus duo
habuit in ſe , videlicet humanitatem & dei-
tatem . Humanitas per ſimilam : Deitas
per mel



per mel intelligitur. Vnde etiam in hoc ſe-
cundo reſponſorio dicitur:Hodie per totum
mundum melliflui facti ſunt cœli:quaſi dice
ret:totus mũdus mellificatus,& dulcoratus
eſt.In tertio verò reſponſorio fit triplex iubi
lus,ſcilicet in fabricæ:in tanquam:in glo.pa.
in quo quidem in tribus ſaluatorẽ cõmenda-
mus,oſtendentes,quòd qui ineffabiliter fabri
cam mundi creauit,& ineffabiliter de virgi-
nis thalamo proceſsit,& ineffabiliter æqua-
lis patri,& ſpiritui ſancto permanſit:ſicut fuit
ab æterno : ſic nunc eſt,& erit in æternum:&
hæc tria triplici iubilo ſignificamus , primum
primo:ſecũdum ſecũdo : & tertiũ tertio:& vt
expreſsius tertiũ ſignificetur : in quibuſdam
Eccleſijs cãtatur Gloria patri &c.& ſicut erat
11 in principio &c.vſque ad Amen. ¶†Et not.ꝙ
fit iubilus ſuper a,& ſuper o. Super a,in fabri
cæ:& in tanquam. Super o,fit glo.pa.ad no-
Apoc.1 tandum , quòd cui fit,eſt α,& ω,id eſt,princi-
pium & finis.Iubilus autem quandoq; notat
expectationem noſtram:vt dicetur ſub titulo
de ſeptem diebus poſt paſcha.quãdoque no-
ſtram infirmitatẽ:vt in verſu:Tanquam ſpon
ſus.quandoq; rei, de qua agitur magnitudi-
nem,vt ibi : Fabricæ mundi.quandoq; gaudij
immenſitatem,vt in fine reſponſorij. Verbũ
caro,ibi enim ſignat immenſitatem gaudij:
quod viri ſancti habent de eo,quòd verbum
caro factum eſt : plenũ gratia & veritate.De
iubilo dictum eſt in prooemio quintæ partis.
12 ¶†Reſtat adhuc de ſex reſponſorijs dicere.
Et quidem in primis duobus ſecundi noctur-
ni,agimus de partu:in tertio de parturiente.
In duobus verò primis tertij nocturni , agi-
mus de parturiente : & in tertio de partu:in
quo conſuetudinem mulierũ imitamur.Con
ſueuerunt enim mulieres viſitare parturien-
tes,& partũ:& eis munuſcula ſua dare:& nos
parturientem,& partũ quodammodo viſita-
mus eum,pro modulo noſtro eos magnifica
mus.Ipſæ verò laudes,ſunt munuſcula : quæ
offerimus.Dicitur etiam ad horas capitulũ:
Paulus ſeruus. Roma. j.& illud Multifariè
ad Hebræ.j.cap.& illud : Apparuit gratia.ad
Titũ.ij.& illud apparuit benignitas.ibidem.
13 iij.cap.In † nocturnali verò officio tria le-
guntur euangelia : vt habeat Eccleſia quod
intendit.Vult enim oſtendere vtranque natu
ram eſſe in Chriſto vt ſic plures ſint teſtes
natiuitatis Chriſti,& propter hoc etiã legun-
tur lectiones in quibus Augu.& alij ſancti
inducunt ad hoc authoritates infinitas , ſcili-
cet ab eis qui fuerunt ante legem : ſub lege,
& poſt legem : quoniam integrum eſt iudi-
cium,quod plurimorum ſententijs confirma
tur.extrà de offi.dele.prudentiam.Legitur &
quartum euangelium Mat.ſcilicet:Liber ge-
nerationis poſt nonum verſum,in quo expri-
mitur eius generatio:vt oſtendatur eum fuiſ-
ſe de genere patrum eorum,quibus eſt facta
promiſsio,ſcilicet Dauid & Abraham.Dauid
in Pſalmo:de fructu ventris &c.& j.Paralip. Pſal.88
Cùm dormieris cum patribus tuis , ſuſcitabo
ſemen tuum poſt te.Abrahæ verò Gene.xvj.
dictũ eſt in ſemine tuo benedicẽtur omnes
gentes.& ideò dicit in principio : filij Dauid,
filij Abraham.Quia illis ſpecialiter facta eſt
promiſsio : & ſic oſtenditur , quòd ipſe erat
Meſsias,qui promiſſus eſt in lege & prophe-
tis.¶Et not.ꝙ Matth.deſcribit hîc genealo-
giam,deſcendendo vſq; ad Ioſeph.Luc.verò
aſcendendo , prout ſub Epiphania dicetur.
14 ¶Sed † quare potius Ioſeph quàm Mariæ ge
neratio computatur,cùm etiam Chriſtus nõ
fuerit filius Ioſeph?Reſpõdeo:quia ambo de
eadem tribu fuerunt.Et tribus,id eſt,genea-
logia,per mares nõ per fœminas diſtingui ſo
let & computari in veteri teſtamento.Nume
rando ergo vſque ad Ioſeph:perinde eſt,acſi
vſque ad beatã virginẽ proceſsiſſent. ¶Præ-
tereà , Chriſtus maluit filius fabri vocari:
quàm matrẽ propter ſuſpicionẽ adulterij la-
pidari.Et reuera filius eſt illius fabri,qui fa-
15 bricatus eſt aurorã & ſolẽ. ¶†Et ſcias, quòd
natiuitas beatæ Mariæ ex tribu Iuda:& regia
ſtirpe Dauid originem duxit,& traxit , prout
ſcriptura ſepe teſtatur , dicens Chriſtum de
ſemine Dauid deſcendiſſe:qui de ipſa ſola na
tus eſt. Siquidem Dauid inter cæteros duos
filios habuit,ſcilicet Nathã & Salomonẽ.Ex
catena ſiue generatione Nathã,deſcẽdit vir-
go Maria.Quoniam ex catena ipſius Nathã,
Leui genuit Melchi,& Pantheram.Panthera
virgo genuit Barpantheram. Barpanthera
Ioachim.Ioachim virginem Mariam:vt dice
tur in vij.parte ſub feſto Philippi & Iacobi
Apoſtolorum.Ex catena verò Salomonis,de-
ſcendit Ioſeph vir ipſius Mariæ:quoniam ex
catena ipſius Salomonis Mathã ex vxore ſua
genuit Iacob.Defuncto autem Mathã,Mel-
chi ex tribu Nathã filius Leui,& frater Pan-
theris nupſit vxori ipſius Nathã,ſcilicet ma-
tri Iacob : ex qua genuit Hely : & ſic facti
ſunt

ſunt fratres vterini Iacob & Hely.Mortuus
eſt autem Hely ex tribu Natha,ſine liberis
cuius vxorem accepit Iacob frater eius ex tri
bu Salomonis,& ſuſcitauit ſemen fratri eius
& genuit Ioſeph. Ioſeph igitur, natura eſt
filius Iacob,ex deſcenſione Salomonis:ſecun
dum legem verò Hely,qui ex Nathã.Nam
qui naſcebatur ſecundum naturam, quidem
filius erat generantis : ſed ſecundum legem
16 defuncti. ¶Deinde cantatur:† Te Deum lau
damus:te Dominum confitemur:in omnium
antecedentium actiones gratiarum,& ad de-
ſignandum exultare nos cum angelis & con-
gratulari de dragma perdita inuenta.in qui-
buſdam tamen Eccleſijs finita prima miſſa,
cantatur dictum euangelium Matthæi:Liber
generationis:& hoc ideò, quia duo teſtes ad
minus nobis neceſſarij erant : primus teſtis
erat Luc.qui in euangelio miſſæ:Exijt edictũ
à Cæſare Auguſto &c.narrauit iuxta verbum
euangelij:Deum natum in ciuitate Dauid.
Adducitur ergo alius teſtis,dicens eum natũ
de Dauid.Ac ſi dicat non tantùm eſt natus de
ciuitate Dauid:ſed etiã de Dauid:vnde Mat-
thæus prius nominat Dauid,quàm Abraham,
dicens : filij Dauid, filij Abraham.quãuis &
alia poſsit eſſe cauſa, quare prius Dauid no-
minatur,ſcilicet quia Dauid fuit prior Abra-
ham dignitate:nam ille patriarcha : iſte pa-
triarcha, & rex. Audito igitur in euangelio
miſſæ vno teſte ab Eccleſia : quia vix eſt,
quòd vni teſti ſoli credatur : ideò adiecto
alio,ſcilicet Matthæo,qui etiam generatio-
nem dominicam deſcribit:tunc plenè confi-
dens Eccleſia exultans clamat:Te Deum lau
damus:vt in ore duorum,trium vel plurium
ſtet omne verbum:extrà de teſti.in omni.ij.
quæſtio.iiij.§.j.Adhuc,quia vix eſt, quòd vni
teſti credatur : hinc eſt, quòd vnus terminat
miſſam, dicens in quibuſdam Eccleſijs : be-
nedicamus Domino. Et Eccleſia quaſi voce
demiſſa,reſpondet:Deo gratias.¶Rurſus fini
ta miſſa dicitur euangelium:Liber generatio
nis:& poſteà:Te Deum laudamus : quia ge-
neratio diuinitatis præceſsit generationem
humanitatis.Et quia illarum notitia,fuit no-
bis laudis materia : ideò laudes ſequuntur.
Miſſa ergo laudes præcedit : quia prius fuit
æterna genitura : de qua miſſa illa loquitur,
quàm aliqua creatura fuerit,quæ Deũ lauda
re potuerit.In laudibus matutinis quaſi cho-
ream ducimus,vnde in prima antiphona di-
cimus:Quem vidiſtis paſtores:&c.& ipſi re-
17 ſpõderut natũ vidimus.¶Circa † miſſæ verò
officium notandum eſt,quòd Theleſphorus
papa ſtatuit in die iſta debere cantari tres
miſſas,ad oſtendendum quòd Chriſti natiui-
tas ſaluauit partes trium temporum, ſcilicet
partes ante legem,ſub lege,& poſt legem.
Prima canitur de media nocte ad oſtenden-
dum,quòd illi qui fuerunt ante legem, non
fuerunt illuminati aliqua lege. & per illam
etiam oſtenditur,quòd panis,qui quotidie ſa
crificatur & manducatur in altari : videlicet:
Chriſtus,natus eſt in Bethleem,in media no-
cte,& in hac ſic dicit Luc. vnde Sapien.xviij.
Dum medium ſilentium tenerent omnia : &
nox in.ſ.c.m.inter.h.&c.quòd ad literam ex-
ponitur de natiuitate Domini:hoc etiam in-
ſinuat euangelium huius miſſæ & collecta
illa : Deus qui hanc ſacratiſsimam carnem
tuam &c.& prophetia illa:Populus gentium,
qui ambulabat in tenebris,vidit luce magnã. Eſa.9
Habitantibus in regione vmbræ mort.&c.&
epiſtola & ferè omnia,quę in illa miſſa dicũ-
tur.Idem etiã Theleſphorus Papa.de cõſecr.
18 diſtinct.j.nocte.ſtatuit in hac miſſa † hymnũ
angelicum, ſcilicet:Gloria in excelſis.ſolen-
niter decantari:ad recolendum, quòd angeli
nocte iſta illum decantauerunt : in qua ab
angelis paſtoribus eſt nunciatus. Vnde in
euangelio legitur : Et ſubito facta eſt cum Luc.2
angelo multitudo militiæ. cœleſtis laudan-
tium & dicentium:Gloria in excelſis Deo:&
in terra pax hominibus bonæ voluntatis &c.
19 ¶† Notandum eſt autem,quòd hæc miſſa &
laudes matutinæ terminantur in pleriſque
locis vna oratione,ad oſtendendum quòd to-
tum illud officium idem indicat,ſcilicet nati-
uitatem æternam,& temporalem : vnde ipſa
miſſa incipit : Dominus dixit ad me : filius Pſalm.2
meus es tu:ego hodie genui te:quòd tantum
de generatione æterna, ſeu de generatione
Chriſti intelligitur:quod verò ſequitur : ego
hodie genui te.de vtraque eſt : & exponitur
hodie, id eſt, æternaliter. Nam ſecundum
Auguſt. hodie præſentiam ſignificat,& quod
æternum eſt, ſemper præſens eſt.verſus de
temporali,ſcilicet:Quare fremuerunt gentes
& populi meditati ſunt inania?quaſi diceret,
pro nihilo,cum Chriſtus Deus & homo ſit.
Reſponſorium de æternali in quo dicit:Deus
pater, ego pater ſum. Tecum principium. Pſal.109
Vnde & ibidem ſequitur:In die virtutis tuæ,
ſcilicet



ſcilicet in die reſurrectionis. In ſplendoribus
ſanctorum,ſcilicet in luce omnium ſancto-
rum:& dicit in ſplendoribus ſanctorum,plu-
raliter, propter diuerſos effectus.ex vtero,
id eſt,ex intima bonitate mea. Ante lucife-
rum genui te:id eſt,ante omnem creaturam:
quaſi diceret ab æterno.Epiſtola verò : Pau-
lus ſeruus:quam quidam in vigilia dicunt : &
euangelium de temporali : Vnde in epiſtola
dicitur:Ex ſemine Dauid,ſecundum carnem.
In euangelio dicitur:Exijt edictum à Cæſare
Auguſto : quod eſt Lucæ ij.cap.In alijs verò
Eccleſijs dicitur epiſtola : Apparuit gratia
20 Dei.Quæ eſt ad Titũ ij.cap.¶Ante † epiſto-
lam legitur immediatè prophetia. ¶Primò,
vt baſis ſit ſub columna, innitente baſi.Non
enim quæ dicuntur in euangelio, crederen-
tur impleta,niſi forent in veteri teſtamento
prædicta. ¶Secundò ideò in vigilia & in hac
miſſa duæ lectiones ſine interuallo dicun-
tur:vna de prophetia:alia de Apoſtolo : quia
Chriſtus pro duobus populis in pariete con-
iungẽdis naſcitur. ¶Tertiò,quia ſuper baſim
prophetarũ fundata eſt columna Apoſtolo-
rum.¶Quartò, quia actiui & contemplatiui
per hanc natiuitatem in vna fide ſaluantur.
¶Quintò,quia per vtrũque teſtamentũ Chri
ſti natiuitas concorditer prædicatur.Hi ſunt
duo cherubin, qui propitiatorium tegunt,
quiq; in propitiatorium verſis vultibus reſpi
ciunt : vt dictum eſt in procœmio iiij. partis.
Quidam tamen nullam dicunt prophetiam,
ſignificantes quòd vetera tranſierunt:& noua
facta ſunt omnia. quaſi dicat : de ipſo facto
ceſſet figura : quia veritas venit. ¶Secunda
21 † miſſa cantatur in diluculo in exordio diei:
quando Chriſtus in cunabulis adoratus eſt à
paſtoribus : & hoc primò ad oſtendendum,
quòd ſancti patres & prophetæ qui fuerunt
ſub lege ſcripta, aliquantulam cognitionem
Dei habuerunt : ſed non tantam, quantam
nunc habemus:& ideò incipit à promiſsione,
quæ facta eſt antiquis in veteri lege.Lux ful-
gebit hodie in domo Domini &c. ¶Secundò
ideò, quia ſicut Dominus à Gabriele fuit
nunciatus prius,quàm naſceretur:ſic ante ini-
tium diei ſuæ natiuitatis miſſa canitur.¶Ter-
tiò, propter ortum nouæ lucis : quia ille, qui
natus eſt in ortu ſuo,tam in vtero, quàm ex
vtero fuit lux vera.Dicitur ergo in ortu hu-
ius temporalis lucis:quaſi ipſo facto dicatur:
Orta eſt lux.Huic cõſonat introitus,ſcilicet:
Lux fulgebit : & graduale in quo dicitur:
Deus Dominus,& illuxit nobis : & quod ſe-
quitur in introitu : & vocabitur admirabilis:
ſumitur Eſa.ix.cap.A quibuſdam tamen dici-
tur de nocte : eò quòd paſtores in nocte illa
viſitauerunt præſepe Domini : quod notat
euangeliũ eiuſdem miſſæ : Paſtores &c.Luc.
ij.cap. Prædicitur etiam tunc in quibuſdam
Eccleſijs prophetia : Spiritus Domini, ſuper
me.quæ eſt Eſa.xlj.cap.Deinde dicitur epiſto
la:Apparuit benignitas.quæ eſt ad Titum iij.
cap.Communio eſt:Exulta filia.Zachariæ ix.
22 cap.¶Tertia † verò miſſa:quæ die clara,ho-
ra tertia,quando illuxit nobis dies redemptio
nis noſtræ feſtiuius celebratur,ad tempus re-
fertur gratiæ,in quo deſcendit lux magna de
cœlo : quæ illuminat omnem hominem ve-
nientem in hunc mundum.Velum enim tem
pli ſciſſum eſt in duas partes. Vnde Sapien. Prouer-
Aperta ſunt prata:& apparuerunt herbæ vi- bio.27
rentes.Epiſtola:Multifariè.quæ eſt ad Hebr.
j.cap.& euangelium leguntur de æterna ge-
neratione : Vnde dicitur in epiſtola : Filius
meus es tu:ego hodie genui te.& de tempo-
ralibus habetur ibi:Multifariè multiſq; mo-
dis.In euangelio verò de æterna : vnde inci-
pit:In principio.quaſi dicat:In principio crea-
turarum erat verbum, quod eſt Ioan.j.cap.
Dicitur etiam tunc in quibuſdam Eccleſijs
prophetia:Propter hæc ſciet.quæ eſt Eſa.lij.
cap.Communio eſt : Viderunt. Eſa.lij.cap.&
23 Pſal.¶Prima † ergo miſſa eſt de æterna ge-
nitura.Secunda, eſt de promiſsione antiquis
facta : vnde cantatur : Lux fulgebit in domo
Domini.non dicitur fulſit,vel fulget. Tertia,
eſt de veritate nobis exhibita:vnde cantatur:
Puer natus eſt nobis:& filius datus eſt nobis.
Eſa. ix. cap. ibi vtitur futuro, ad notandum
promiſsionem : hîc præterito, ad notandum
promiſsionis impletionem. Et quia æterna
generatio,eſt nobis occulta : iuxta illud Eſa. Eſa.53
Generationem eius quis enarrabit:ideò miſſa
de æterna genitura nocte profunda cantatur.
Quia verò antiqui patres, quibus facta eſt
promiſsio,certi erant de incarnatione Domi
ni:ſed non tantum,quantum patres noui te-
ſtamenti, quibus exhibita eſt veritas : ideò
miſſa de promiſsione antiquis facta canta-
tur illuceſcente aurora : in qua eſt modi-
cum lucis : ſed ſecundum ipſum introitum
videtur,

videtur, quòd deberet eſſe lux fulgens,ſed
non eſt ita:quia lux in aurora,rubet,in tertia,
fulget:in ſexta,feruet:in veſpera,tepet. Quia
verò temporibus noui teſtamenti manifeſta
eſt veritas , inde eſt, quòd miſſa,quæ eſt de
24 exhibitione veritatis,clara luce cãtatur.†Pri
ma ergo miſſa pertinet ad generationẽ æter
nam,ſcilicet de patre ſine matre : ſecunda ad
temporalem,ſcilicet de matre ſine patre:ter
tia compacta eſt:quia de vtraq; agit : & ideò
pertinet ad æternam ſimul & temporalem.
Notandum tamen eſt quòd in miſſa,quæ eſt
de æterna genitura , legitur euangelium de
humanitate,ſcilicet:Exijt edictum à Cæſare
Auguſto.In alia verò quæ eſt de veritate no
bis exhibita,legitur euangelium de diuinita-
te,ſcilicet:In principio erat verbum:ad notan
dum , quòd ex quo humanitas diuinitati fuit
vnita,nec humanitas ſine deitate , nec deitas
ſine humanitate fuit,nec erit.Hanc rationem
aſſerit magiſter in pſalterio : Aiunt quidam,
quòd cũ in collectis,in lectionibus,in euãge-
lio,& in offertorio primæmiſſæ euidenter na
tiuitas de virgine memoretur,intentio totius
officij ad temporalem poteſt natiuitatẽ re-
ferri:& exponunt in introitu:hodie,id eſt,hac
die:ante luciferum ſtellam:videlicet matuti-
nam : genui te,id eſt,generationẽ tuam ſum
operatus:& quod in euangelio dicitur:Maria
peperit filium ſuum primogenitum:exponi-
25 tur † primogenitum,id eſt,antè , quàm vl-
lus:extrà de verbo.ſignifica.nam & ego.Offi
26 cium verò ſecundæ miſſæ aiunt † concorda-
re dictis paſtorum dicentium : vt legitur in
euangelio:Tranſeamus vſque ad Bethleem.
& vj.quæſtio.v.hoc factum eſt.Qui gratulan
Num.24 tes,dicũt in introitu:Lux fulgebit.Orta enim
erat ſtella ex Iacob. Vel dicitur : Lux fulge-
bit in perſona legis:quæ temporalem natiui
tatem antiquis patribus repromiſit.Et ſubdi-
tur:Dominus regnauit : decorem indutus eſt
illum,ſcilicet decorem , quo coronauit eum
mater ſua : hoc eſt humanitas. Et addunt in
graduali:Benedictus,qui venit in nomine Do
mini : & in allelu Ia. Dominus regnauit . Et
quis,& quantus ſit,in offerenda ſupponunt,
dicentes:Dominus enim firmauit orbem ter-
ræ. Et quia primus paries eſt ex Hebræis:
ideò primitiæ,ſcilicet paſtores in cõmunio-
ne loquuntur ad eos:Exulta filia Syon,id eſt,
27 Eccleſia. † Officium tertiæ miſſæ perſonat
mirabilia verbi Dei,quod erat in principio.&
incipit eſſe caro : ſicut legitur in euangelio:
Hoc verbum,eſt puer,qui ſecundum prophe
tam natus eſt nobis:vt canimus in introitu:&
hoc eſt canticum nouum,de quo propheta in
verſu:Cantate Domino canticũ nouum.Hoc
quoque verbum , eſt illud ſalutare , de quo
protinus canitur in graduali:Viderũt omnes.
hæc eſt lux magna,quæ deſcendit in virginis
vterum,quæ illuminat omnem hominem ve
nientem in hunc mundum.de qua dicitur in
euangelio:In principio erat verbum &c.Hic
demum,eſt ille diues rex,& potens,cui dici-
tur in offerenda:Tui ſunt cœli,& tua eſt ter- Pſal.88
ra.In fine primæ & ſecundæ miſſæ dicunt
quidam:Benedicamus Domino : prout dictũ
eſt ſub titulo de aduentu.Ab hac autem die,
vſque ad octauam epiphaniæ reſponſoria,&
eorum verſus dicuntur cum allelu Ia,ad re-
præſentandum ſummam lætitiam, quæ adue
nit tempore gratiæ.

S V M M A.

1 Dominica intra octauam natalis Domini,
quod fiat officium , & eius expoſitio.nu.3.4.
2 Silentium eſt triplex.
5 Chriſtus,poſitus eſt in ſignum,tripliciter.

## De dominica infra octauam nata-
## lis Domini. CAP. XIIII.

1 IN dominica , quæ † intercedit
intra octauam natalis Domini
cantatur de natiuitate Domi-
ni.Vnde introitus miſſæ , eſt:
Dum medium ſilentium tene-
2 rent omnia &c.Sapiẽ.xviij.c.Eſt triplex†ſilen
tium,ſcilicet ignorantiæ,deſperationis,& glo
riæ.Silentium ignorantiæ , fuit ante legem:
quia ignorabant peccata ſua:& ideò non cla-
mabant ad Dominũ.ad Roman.x.Mors re-
gnauit ab Adam,vſque ad Moſen:poſtquàm
autem lex data eſt ad cognitionem peccati,
multo tempore ſeruauerunt legem. Ad vlti-
mum verò deſperauerunt , quando , ſcilicet
omnes declinauerunt , ſimul inutiles facti Pſal.13
ſunt:tunc fuit ſilentium deſperationis : poſt-
quàm autem venit Chriſtus ruptũ eſt ſilen-
tium. Vnde clamant omnes laudes Dei.Silen
tium gloriæ , veniet , quando impletum erit
totum deſiderium noſtrum.In ſilentio deſpe
rationis veniet Dominus,vt ei attribuatur ſa-
lus humani generis , qui eſt verus medicus.
Et hoc



3 Et hoc eſt,quod dicit:† Dum medium ſilen-
tium. Sequitur & nox,id eſt , diabolus in ſuo
curſu medium,id eſt,commune iter haberet.
Omnes enim communiter ad inferos deſcen
debant. Omnipotens ſermo tuus,id eſt,filius
tuus Domine pater:qui dicitur ſermo patris:
quia per eum natus eſt : à regalibus ſedibus
venit quærere , & facere reges. Vel ad lite-
ram: Dum omnia tenerent medium , id eſt,
commune ſilentium de nocte:ſcilicet quãdo
omnia ſilent : & nox in ſuo curſu mediũ iter
peragerer. Ad literam. Omnipotens ſermo
tuus,à regalibus ſedibus:vel quia media no-
cte natus eſt Dominus, & concordat epiſto-
la,quæ eſt Gal.iiij.c.vbi dicitur : At vbi venit
plenitudo temporis , &c. reſponſorium eſt:
Pſal.44 Specioſus forma, &c. quia immunis ab omni
peccato, & omnibus virtutibus plenus.Sicut
enim habetur ad Col. iij. In ipſo habitat o-
mnis plenitudo diuinitatis corporaliter,id eſt
ad modũ trinæ dimenſionis, id eſt,communi
modo ſicut in omnibus eſt , ſcilicet eſſentia-
liter.præſentialiter,& potentialiter.Item ſe-
cundum gratiam eſt in ſanctis : & ſecundum
vnionem eſt in Chriſto : & ideò diffuſa eſt
gratia in labijs tuis.Gratia,quia nunquàm ſic
locutus eſt homo,diffuſa eſt inquam,quia in
Prou.vlt. ore eius fuit lex clementiæ:vt cum dixit:Mu
Luc. 2 lier, nemo te condemnauit: nec ego te con-
demno:vade,& amplius noli peccare.Et cum
dixit:Diligite inimicos &c.Euangelium: Erat
Ioſeph Luc.ij.c.ſimiliter ad natiuitatem,per-
tinet quantum ad principiũ:licet & ad aliud
pertineat.Erant pater eius, ſcilicet putatiuus:
& mater mirantes ſuper his, quæ dicebantur
4 de eo,ſcilicet à paſtoribus.†Sequitur in euan
gelio prophetia Symeonis . Ecce poſitus eſt
hic in ruinam, ſcilicet infidelium, & in reſur-
rectionem multorum, ſcilicet fidelium:& in
ſignum,id eſt,in ſignationem , cui contradi-
cetur.q.d.ſi in viridi hoc faciũt, in arido quid
fiet?vel in ſignum,id eſt,in oſtenſionem:quia
per humilitatem & paupertatem itur in pa-
radyſum,vel in ſignum,id eſt,in ſignaculum.
Vnde Ioan.j.quem ſignauit pater, & miſit in
Agge. 2 mundum,vt eo ſignaremur.Et Aggeus:Ecce
poſui te in ſignaculum : quia elegi te. Et in
Cant. 8 canticis:Pone me , vt ſignaculum ſuper cor
5 tuum &c.†Poſitus eſt ergo Chriſtus in ſignũ
tripliciter,ſcilicet in ſignificationem,in oſten
ſionem,& in ſignaculum.Rurſus hoc officiũ:
Dum medium &c. vox eſt primitiuæ Eccle-
ſiæ,in qua recolit Domini natiuitatem:cuius
fructum prædicat in epiſtola : quia de ſerui-
tute trãſiuimus ad adoptionẽ, per ipſum cõ-
mendat ſecundum ſapientiam in euangelio,
vbi dicitur:Puer creſcebat, & confortabatur
plenus ſapientia , ſecundum potentiam. In
allelu Ia.Dominus regnauit.Et in offerenda.
Dominus enim firmauit:ſecundum pulchri-
tudinẽ.In graduali:Specioſus forma.In poſt-
communione verò: Tollite puerum.Mat. ij.
c.tempus fugę vocatur , quo deſcendit Do-
minus in ægyptum : & myſticè reſpicit ad
gentilitatis adoptionem : quia Dominus de
Iudæa tranſiuit ad gentes : vt eas adoptaret
hæredes.

S V M M A.

1 Circunciſio cui primùm fuerit iniuncta. Et
an eius nomine feſtum inducatur falsò , aut
temerè.num.13.14.
2 Circunciſio,quibus de cauſis inſtituta.
3 Circunciſio,quando, & qualiter fiebat.
4 Circunciſio, cur fiebat in præputio.
5 Circunciſio,quid conferret.
6 Circuncidi cur voluerit Chriſtus. cauſas ad-
fert num.7.8.9.10.11.
12 Circunciſio , quibus de cauſis fuerit mutata
in baptiſmum.
15 Commercium,quid.
16 Circunciſionis dies , quinq; de cauſis, eſt ſo-
lennis.
17 Circunciſionis diebus , multa ſuperſtitioſè
olim gentiles & pagani agebant.

## De feſto circunciſionis.

## CAP. XV.

HIc de feſto circunciſionis dicẽ-
1 dum eſt.Sciendum†autem eſt,
quòd circunciſio primò iniun-
cta eſt Abrahæ & ſemini eius,
id eſt, Hebræis ex eo naſcitu-
ris:vt ſic probaret, an obediret vel non:ſicut
& Adam ad probationem obedientiæ man-
datum accepit,ne de ligno vetito manduca-
ret.Fuit autem præcepta circunciſio propter Gene.17
2 quinq; cauſas.¶†Primò, vt per obedientiam
mandati Abraham placeret Deo:cui per præ
uaricationem Adam diſplicuerat.¶ Secundò,
data fuit in ſignũ magnę fidei Abrahæ.Cre-
didit enim ſe habiturum filium in quo bene-
dicerentur omnes gẽtes per fidem,id eſt, per

quam ſpiritualis circunciſio impleretur:vt ſic
iuſtificaretur & ipſe. ¶ Tertiò, vt in hoc ſi-
gno diſcerneretur ab omni natione popu-
lus ille.¶ Quartò, vt circunciſio facta in vi-
rili membro, per quod generatur creatura
mortalis,& in quo libido ſolet dominari, ca-
ſtitatem corporis, & mentis ſeruandam, &
impudicitiam reſecandam indicaret.¶ Quin-
tò,quia nõ poſſet melius ſignificari per Chri
ſtum tolli originale peccatum : cum præpu-
tio quippè omnis homo naſcitur:quemadmo
3 dum & cum originali peccato.¶ † In carne
præputij ideò eſt iuſſa fieri : quia in remediũ
inſtituta eſt,id eſt, contra originale peccatũ:
quod à parentibus contraximus corrupti con
cupiſcentia:quæ in parte illa magis domina-
tur : & quia in membro illo culpam inobe-
dientiæ homo prius cognouit : docuit quòd
& in illo ſignum obedientiæ acciperet. Fie-
4 bat † circunciſio die octauo ex legis præce-
pto.Leui.xij.c.& fiebat cum lapideo cultel-
lo,ad ſignificandum,quòd poſt ſeptenarium
huius vitæ,in octaua die, id eſt, ætate, quæ
erit reſurgentium, omnis ab electis per pe-
tram,id eſt, Chriſtum abſcindetur corruptio
carnis & ſpiritus:quando liberabimur à ſer-
uitute corruptionis, quando circuncidetur à
peccatis anima cuiuſq; credentis in eum. Duę
itaq; res ſunt illius ſacramenti, ſcilicet circun
ciſio à peccatis in præſenti, & circunciſio ab
omni corruptione in futuro. Chriſtus autem
non indigebat circuncidi,vt iam dicetur.Con
5 ferebat circunciſio † ſuo tempore remiſsionẽ
peccatorum, ſicut & nunc baptiſmus. Vnde
Greg. de conſe. diſt. iiij. quod apud.extrà de
bap.maiores. Quod apud nos valet aqua ba-
ptiſmi,hoc egit apud veteres vel pro paruu-
lis ſola fides:vel pro maioribus virtus ſacri-
ficij:vel pro his, qui de Abrahæ ſtirpe pro-
dierunt,myſterium circunciſionis.¶ Sed qua-
6 re † Chriſtus qui fuit agnus immaculatus,nõ
habens maculam neq; rugam:qui peccatum
non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius,
1. Pet. 2 voluit circuncidi? Reſpondeo : ſicut voluit in
templo præſentari:ſicut & baptizari:ſicut &
de agno paſchali cum diſcipulis epulari : ſic
voluit in corpore circuncidi propter nos.
7 ¶ † Secundò,ne Iudæi dicerent eum non eſſe
Meſsiam in lege promiſſum : quia non eſſet
circunciſus:nec viueret ſecundum legem,qui
Mat. 5 de ſeipſo dixit : Non veni ſoluere legẽ,ſed
8 adimplere.¶ † Tertiò ratione noſtri,ſcilicet
propter figuram. Etenim circunciſio illa car
nalis,figurat præſentem ſpiritualem, quæ eſt
gratia:& futuram,quæ erit in gloria, nec de-
dit nobis exemplum carnaliter circunciden-
di : ſed ſpiritualiter per vitæ innouationem.
Nam ſecundum Ber. dupliciter debemus cir
cuncidi, ſcilicet exterius in carne & interius
9 in mente.¶ † Quartò,ratione ſui,vt ſcilicet ſe
vera carnem aſſumpſiſſe oſtenderet.¶ Quin-
10 tò, ne dæmones † circunciſionis myſterium
agnoſcerent:cum enim illa contra originale
peccatum fieret : credidit diabolus, & hunc
qui circuncidebatur ſimiliter peccatorẽ eſſe:
propter quam etiam cauſam voluit,vt mater
eius virgo perpetua deſponſaretur. ¶ Sextò,
11 propter perfectam humilitatem † tanquàm
eſſet peccator,voluit hoc fieri, licet non in-
digeret:ſicut & ex humilitate voluit bapti-
zari ſubdendo ſe minori. Vbi ſit caro præpu-
tij Chriſti,dictum eſt in quarta parte ſub ſe-
ptima particula canonis,ſuper verbo Noui &
12 æterni.¶ † Fuit autem mutata circunciſio in
baptiſmum quatuor de cauſis. Primò,quia ſa
cramentum baptiſmatis eſt perfectius.Secũ-
dò,quia magis commune.Mulieres enim cir-
cuncidi non poterant. ¶ Tertiò, quia magis
gratia plenum. Per circunciſionem nanque
tantùm peccatum remittebatur : ſed gratia
ad bene operandum per eam non præſtaba-
tur:nec virtutes dabantur, vel augebantur.
13 ¶ † In baptiſmo non ſolùm peccatum remit-
titur:ſed gratia cooperandi confertur:& vir-
tutes augentur:ideóq; rectè ait Apoſtolus,
quòd Abraam cepit circunciſionem tantùm
in ſignum. Quartò,propter honeſtatem.Ho-
neſtius enim eſt aqua lauari, quàm corpore
mutilari. Sed videtur quòd de circunciſione
non debeat fieri feſtum : cum dicat Apoſto- Rom.
lus:Circunciſio nihil prodeſt. extrà de bapt. Gal. 5
maiores. Et iterum:ſi circũcidimini, Chriſtus
nihil vobis proderit. Præterea cũ Eccleſia nõ
faciat feſtũ de paſsione Domini, videtur q
in circunciſione,in qua incipit paſsio Domini
quãdo primũ ſanguinem ſuũ fudit, non ſit fa
ciendũ feſtũ:ſed potius lamentum:ſicut & in
paſsione. Ad hoc dicitur, quòd feſtũ non ſit
de circunciſione : ſed de octaua natalis Do-
mini.Sed nõ aliquid impedit nos dicere quòd
fiat feſtũ de circunciſione : quæ fiet in octa
ua reſurrectionis, à culpa & à pœna : & eſt
cauſa meritoria illius:& propter illud gaudiũ
Eccleſia ſolennizat.Ad hoc verò,quod obij-
citur de



citur de paſsione, reſpondetur quòd alia de
cauſa Eccleſia dimittit facere feſtum in die:
qua Dominus paſſus eſt,quã propter paſsio-
nem,ſcilicet quia tunc Dominus poſuit pec-
Iob 6 cata noſtra in ſtatera. Vnde Iob:Vtina appen
derentur peccata mea,quibus iram merui:&
calamitas, quam patior in ſtatera. Oportuit
enim filium Dei pati pro peccatis noſtris : vt
nos redimeret ab omni peccato : & ideò lu-
get Eccleſia magnitudinem peccatorũ ſuo-
rum, conſiderans quòd ſol erubeſcens pro-
pter peccata hominum obtenebratus eſt :de
14 quo dicetur ſub paraſceue. ¶ † Celebratur
ideò hodie octaua natiuitatis, quæ octaua
ſuppletionis, prout dicetur in procemio ſe-
ptimæ partis. Eſt etiam hæc octaua alterius
negotij ſignificatiua. Duplex eſt enim nego-
tium,quod in ea figuratur. vnum circunciſio
Domini quod in euangelio exprimitur:alte-
rum aduentus hominis ad Deum. Eſt enim
duplex aduentus,ſcilicet Chriſti ad homines:
de quo in natiuitate actum eſt : & hominum
ad Chriſtum : de quo in hac octaua agitur:
quod notant antiphonæ laudum : vt illa : O
admirabile commercium. Nam commer-
15 cium eſt, vbi † aliquid accipitur, & aliquid
datur. Dominus nanq; accepit noſtram huma
nitatem, vt nobis daret ſuam diuinitatem,
quod notatur in verbis ibi ſequentibus,ſcili-
cet animarum corpus ſumens de virgine. Per
hoc enim notatur, quòd Dominus accepit:
per hoc enim dicit : largitus eſt nobis ſuam
deitatem:notatur quòd dederit. Secunda ve-
rò & quarta antiphonæ terminantur: Te lau-
damus Deus noſter.q.d.ad te veniemus, lau-
dando te. Tertia terminatur: Dei genitrix in-
tercede pro nobis.q.d.intercede,vt filius tuus
ſuſcipiat nos. In quinta dicitur illud,quod di-
Ioan. 1 xit baptiſta: Ecce agnus Dei.q.d.ad eum ve-
nire debemus.vnde Andræas & alius diſcipu-
lus Ioannis hoc audito, ſecuti ſunt Dominũ.
In antiphona verò,quæ eſt ſupra:Benedictus
dicitur Innouantur naturæ, noſtra enim na-
tura recedendo à Deo eſt inueterata : & re-
16 deundo eſt innouata. ¶ † Notandum quoq;
eſt,quòd quinq; ſunt quæ hanc diem reddũt
ſolennem. Primum eſt,quia hac die duo feſta
concurrunt,ſcilicet parientis & partus. Vnde
& duæ miſſæ celebrantur. Prima,de pariente
ſcilicet de beata virgine, in qua dicitur introi
tus:Vultum tuum.& communio : Simile eſt
regnum cœlorum homini negotiatori. Mat.
xiij.c.Secunda eſt de partu,ſcilicet de filio, in
qua dicitur introitus : Puer natus eſt nobis:
vel in alijs Eccleſijs:Dum medium ſilentiũ.
Vnde & in quibuſdam gradualibus officium
vtrumq; intitulatum inuenitur. Et ideò quia
hoc feſtum eſt de beata virgine,fit hodie ſta
tio apud Eccleſiam ſanctæ Mariæ trans Ty-
berim:quamuis quidam ſcripſerunt, quòd fit
apud ſancta ſanctorum ad Lateranum : pro
eo quòd caro circunciſionis Domini ibi dici-
tur conſeruari:prout dictum eſt in iiij. parte
ſub vij.particula canonis. Epiſtola eſt:Appa-
ruit benignitas:quæ eſt ad Titũ iij. Euange-
lium eſt:Poſtquam conſummati ſunt.Luc.ij.
Allelu Ia Multiphariè.Hebræ. j. Secundum,
quod facit hãc diem ſolennem,eſt octaua,de
qua dictum eſt. Tertium, impoſitio noui &
ſaluiferi nominis:de qua dicetur ſub titu. de
ſabbato ſancto,vbi agitur de baptiſmo:quod
nomen triplex eſt,ſcilicet filius Dei,Chriſtus
& Ieſus:ſicut ex euangelio colligitur,de hoc
dictum eſt in procemio ſecundæ partis.Quar
tum,eſt effuſio ſanguinis Ieſu Chriſti : hodie
enim primò ſanguinem ſuum pro nobis fun-
dere cœpit:qui eum poſtmodum ſæpe fun-
dere voluit. Quintum,eſt ſignaculum circun
ciſionis, quod Chriſtus hodie pro nobis di-
gnatus eſt ſuſcipere propter cauſas pręmiſſas.
In quibuſdam Eccleſijs ſubdiaconi fortes &
iuuenes faciunt hodie feſtum, ad ſignifican-
dum quòd in octaua reſurgentium, quæ ſi-
gnificatur per octauam diem,qua circunciſio
fiebat,nulla erit debilis ætas, non ſenectus,
non ſenium,nõ impotens pueritia:ſed omnes
concurremus in virum perfectum : cùm hoc 1. cor. 15
mortale induet immortalitatem.& hoc cor-
ruptibile,incorruptionem,vt præmiſſum eſt.
de hoc dicetur in ſeptima parte ſub feſtis ſan-
17 ctorum Stephani & Ioannis. ¶ † Poſtremò
notandum eſt,quòd olim pagani & gentiles
in his calendis multas ſuperſtitiones obſer-
uabant : quarum aliquas Augu. in quodam
commemorat ſermone xxvj. q. vltima.non
obſeruet. Credentes enim (inquit) Ianum
quædam Deum eſſe, eum tunc venerabran-
tur : ei duas facies figurantes, vnam antè,
aliam pòſt : eò quòd eſt principium anni ſe-
quẽtis,& finis præcedentis. Aſſumebãt enim
formas monſtruoſas:alij,ex pellibus pecudũ:
alij ex capitibus beſtiarũ:alij, veſtiẽtes tuni-
cas muliebres:alij, auguria obſeruabãt,dãtes
vel recipientes diabolicas ſtrenas:alij,menſas

lautè præparatas tota nocte manere ſinebāt:
putātes totum anni ſpatium conuiuia in tali
cibi abundantia perdurare:quæ veritas pro-
hibet Chriſtianos facere.

## SVMMA.

1 Epiphania.quid. Et eius diei officiũ. ibid.
infrà & num.10.11.16.
2 Magi,qui & vnde dicti.
3 Stella,quæ Magis apparuit, quid.
4 Magi,quæ,& cur munera Domino obtu
lerunt.
5 Theophania,ſecunda apparitio.
6 Epiphaniæ die non debet quis baptizari,
niſi ſumma neceſsitate cogente.
7 Bethphania, tertia apparitio.quarta. nu-
mero 8.
9 Inuitatorium, cur non habeat locum in
die Epiphaniæ.
12 Chriſti genealogia, variè tradita per
Matthæum,& Lucam.
13 Epiphaniæ tria euangelia.
14 Mundi veſpera,duplex.
15 Epiphaniæ Miſſæ expoſitio. Et quid ea
populo nuntiet,in Italia.num.17.

## De feſto Epiphaniæ. CAP. XVI.

SEquitur feſtũ epiphaniæ, quod
1 eſt vocabulum † græcum: &
ſonat latinè manifeſtatio ſiue
apparitio: & eſt idem cum fe-
ſto natiuitatis:nihil enim naſci
profuit, niſi apparuiſſet. Verùm pro triplici
apparitione hodie ſolennizat Eccleſia. vnde
& in codicibus antiquis hæc dies epiphania-
rum pluraliter intitulatur:& ideò tripliciter
nominatur,ſcilicet epiphania,theophania, &
bethphania. Epiphania dicitur quantum ad
illam apparitionem Domini, quæ facta eſt 4
2 Magis per ſtellam.†Magi autem ipſi fuerũt
Gaſpar,Melchior, & Balthaſar:& fuerunt re
Pſal. 67 ges, iuxta illud pſalmiſtæ:Tibi offerēt reges
Pſal. 51 munera:& iterum: Reges Thar.& inſul.mu.
of.reg.ara.& ſabba do. adducent:quorũ cor-
pora de Mediolano in Coloniam tranſlata
fuerunt. Et dicuntur Magi, à magnitudine
ſcientiæ. Per aſtronomiam enim cognoue-
runt:quia ſtella illa non erat ex conſtitutis à
principio:ſed illa de qua Balaã magiſter ſuus
prophetauerat, Num.xxiiij.Orietur ſtella ex
Iacob,& conſurget virga de Iſraël, & de Ia-
cob erit, qui dominetur: & ideò moti ſunt,
vt ductu illius ſtellæ venirent in Bethleem:
vt regem natum, quem eis prophetauerat
Balaam, adorarent. Et dicitur epiphania ab
ἐπὶ,quod eſt ſupra & φάνια,quod eſt adpari-
tio:quia de ſurſum illa fuit adparatio, ſcili-
cet de cœlo:vel ab ἐπὶ,quod eſt ſuper, quia
ſcriptum eſt: Vſq; dum veniens ſtaret ſupra, Matt. 2
vbi erat puer. Erat quidem proximior terræ
quàm aliæ ſtellæ: & hæc facta ſunt trede-
cima die à natiuitate Domini, qua die ſtella
Magos ad præſepium duxit. Et dicunt quidã
3 † quòd ſtella illa fuit ſpiritus ſanctus,qui po
ſteà deſcendit ſuper Dominum baptizatum
in ſpecie colũbæ:& ipſis Magis in ſpecie ſtel
læ.Alij,quòd fuit angelus, qui apperuerat pa
ſtoribus Iudæis, ſcilicet illis tanquàm ratio-
ne vtentibus, in forma rationabili: iſtis verò
gentibus tanquàm irrationabilibus in ſpecie
irrationabili.Alij & verius,quòd fuit de nouo
creata:quæ peracto officio ſuo redijt in pri-
mordialem materiam.Alij dicunt, quòd ce-
cidit in puteum: vbi adhuc dicitur apparere
ſolis tantùm virginibus.¶ Solet autem quæri
quomodo tam citò, videlicet intra xiij. dies,
de tam remotiſsimis regionibus Hieroſoly-
mam venerunt, quæ dicitur eſſe in medio
mundi:iuxta illud Pſal. Rex noſter operatus Pſal. 73
eſt ſalutem in medio terræ. Dicit Iſid. quòd
ante natiuitatem ſtella illa illis apparuit, vt
poſſent ibi eſſe in tēpore opportuno. Hiero.
dicit, quòd in die natalis Domini primò ab
eis viſa eſt.Sed venerunt in Dromedarijs:iu-
xta illud propheticum: Inundatio camelo- Eſa. 6
rum operiet te:Dromedarij,Madiam & effa:
qui velociſsimè currunt.Vnde & dicuntur, à
δρόμος, quod eſt curſus: & ἄρος quod eſt
virtus:& ſunt minores camelis: ſed velocius
currunt,quàm illi, ſcilicet tantum in vno die,
quantum equus in tribus.¶†Quæritur etiam,
quare Magi venientes munera obtulerunt?
¶Reſpondeo, quòd ſecundum Bedam anti-
quitus nullus ad regem vel dominum va-
cuus introibat,quod per ſe & Chaldæi obſer
uant.Secundò,ſecundum Bedam, obtulerunt
aurum beatæ virgini propter inopiæ ſuble-
uationem.Tus contra ſtabuli fœtorem. Myr
rham,propter membrorum pueri conſolida-
tionem,& vermium expulſionem.¶ Tertiò,
quia aurum ad tributum: tus ad ſacrificium:
myrrha verò ad ſepulturã pertinet. Per hæc
ergo tria inſinuantur in Chriſto regia pote-
ſtas:diuina



ſtas: diuina maieſtas: & humana mortalitas.
¶ Quartò, quia aurum ſignificat dilectionē:
tus orationem:myrrha carnis mortificatio-
nem:quæ tria offerre Deo debemus.¶ Secun
5 da adparitio,fuit eadē†die in baptiſmo:mul
tis tamen annis reuolutis, ſcilicet xiij.die tri-
ceſimi vel triceſimi primi anni: vnde Lucas:
Et ipſe Ieſus erat incipiens,quaſi annorũ xxx.
& ideò hæc apparitio dicitur theophania à
θεὸς, quod eſt Deus, & φάνια, quod eſt appa-
ritio:quia ibi trinitas apparuit: pater in voce: 8
& filius in carne,& ſpiritus in columba.Qui-
dam autem hæretici dixerunt ſolùm in die
6 epiphaniæ†baptizari debere, pro eo, quòd
Chriſtus tunc fuit baptizatus:nec dari ſpiri-
tum ſanctum baptizato in alia die: & græci
eadem die baptizant:ob quam hæreſim ex-
tirpandam ſancti patres decreuerunt nemi-
nem, niſi in articulo neceſsitatis eadem die
7 baptizari debere.¶†Tertia apparitio fuit po
ſtea ſimiliter eodem die anno reuoluto cum
eſſet xxx. annorum. & xiij. dierum, ſcilicet
quando manifeſtauit ſe eſſe Deũ per muta-
tionē aquæ,in vinũ, quod fuit primum mira
culũ apertum, quod Dominus fecit in cana
Galilææ:vel ſimpliciter primum quod fecit.
Et hæc adparitio dicitur,bethphania, à βὴτθ,
quod eſt domus: & φάνια, quod eſt adpari-
tio:quia iſta adparitio facta fuit in domo in
nuptijs. De his tribus adparitionibus fit ſo-
lēnitas in hac die. Sed quia Eccleſia non po-
teſt perfectè de omnibus vnam & eandem
diem ſolennizare: ideò de ſtella plenè exe-
quitur:& de alijs aliquid admiſcet vt notetur
quòd tres fuerunt in illa die adparitiones:qui
leguntur in euangelio tanquam ſub die eadē
factæ.de primo verò miraculo hodie totum
cantatur officium:quia in eo ſpecialiter nati-
uitas Domini gentilibus eſt notificata:de ſan
cto duo reſponſoria cantantur, ſcilicet pri-
mum. Hodie in Iordane & in columbæ ſpe-
cie,quod à pluribus Eccleſijs ponitur nonũ:
& ideò primum & nonum.quia baptiſma eſt
primum ſacramentum noſtræ redemptionis,
per quod reformamur:& ſimiles angelis effi
cimur: quorum ſunt nouem ordines. Bruno
autem ſigneñ.epiſcopus corrector officij an-
tiphonarij,dixit quòd in reſpōſorio: In colũ-
bæ ſpecie:& in antiphona: Vox de cœlo:quæ
dicitur in octaua ad laudes: non debet eſſe
verbum iſtud:Ipſum audite:quia in baptiſmo
non fuit hoc dictum à patre:ſed in transfigu-
ratione, & qui agunt feſtũ transfigurationis
cantant reſponſorium in quo illud contine-
tur.q.d.Ego ſum teſtis, quod hic eſt ille, qui
promiſſus eſt in lege. Deut. xviij. vbi dixit
Moſes:Prophetam de gente tua, & de fratri
bus tuis ſuſcitabit tibi Deus: ipſum audietis
&c.Qui autem verba eius,qui loquetur in no
mine meo audire noluerit, ego vltor exiſtã.
De tertio verò miraculo cum alijs cantatur
vna antiphona,ſcilicet tribus miraculis.¶Be-
da†etiam dicit, in commento ſuper Lucam:
Quartam adparitionem factam fuiſſe eadē
die anno reuoluto, cùm eſſet xxxj.annorum:
ſcilicet in fractione quinq; panum:& ſatura-
tione quinq; millium hominum: & illa dici-
tur phagiphania,à φάγειν,quod eſt bucca ſi-
ue comedere. Sed de hac hodie nihil agitur.
Prætereà.dubitatur, vtrum hoc cōtigerit iſta
die:tum quia in originali Bedæ non ſic legi-
tur: tum quia Ioan. vj. vbi de hoc miraculo
agitur,dicitur:Erat autem proximum paſcha
&c. Ideò autem inſtitutum fuit hac die fe-
ſtum, de tribus miraculis: quia hæc dies fuit
antiquitus celebris in honorē Auguſti Cæſa-
ris, propter triplicem eius triumphum, quo
ſuo tempore romano imperio tres regiones
ſubiugauit,ſcilicet Parthiam, Aegyptum, &
Madiam. Illam ergo celebritatem Eccleſia
in melius commutauit, videlicet ad celebran
dum Chriſto pro eius triplici miraculo. In
quibuſdam Eccleſijs non dicitur hac die ad
nocturnos: Domine labia mea aperies. nec
Deus in adiutorium. nec Gloria patri, nec
hymnus.ad notandam promptitudinem gen
tium, quæ ſtatim ſtella apparente venerunt.
Ex abrupto ergo ad nocturnos venitur,quaſi
ipſo facto dicat Eccleſia:quibus non eſt nar-
ratum de eo,veniebant:& qui non audierũt,
contemplati ſunt.Eſa. liij. c. Vel poteſt dici,
quòd in hoc feſto fit præcipuè mentio de
gentilium conuerſione: quos illi tres Magi
initialiter præceſſerunt. Quia ergo conuer-
ſio ipſorum gentilium, adhuc erat imperfe-
cta,quia in paucíſsimis, ſcilicet in ipſis tribus
Magis:idcirco in ſignum huius Eccleſia ob-
mittit cantica, qui iam conuerſorum ſeu per-
fectorum eſſe videntur: ſicut Gloria patri.
hymnum,& huiuſmodi. Hac etiam de cauſa
non præmittitur: Domine labia mea ape.
nec Deus in adiutorium:quia ſecundum Apo
ſtolum: Corde creditur ad iuſtitiam, ſed Rom. 10
prius,ore autem confeſsio fit ad ſalutem,ſci-

licet poſteà.Inuitatorium etiam non dicitur,
9 propter quatuor rationes.¶†Primò,ad oſten
dendum quòd Eccleſia in primitijs ſuis ve-
nit de gentibus ad Dominum, non inuitata,
vel vocata per præconem aliquem: ſed ſola
Mat.20 ſtella duce:iuxta illud: Nemo nos conduxit:
vt ſic incutiatur erubeſcentia eis, qui tardè
credunt, cum multos habeant prædicatores.
Magi enim non vocati, venerunt adorare
Chriſtum.¶Secundò, vt nos qui quotidie in-
uitamur & excitamur ad adorandum, & de-
precandum Deum: videamur deteſtari inui-
tationem fraudulentam Herodis dicentis
Magis:ite,& interrogate diligenter de pue-
Mat. 2 ro &c. ¶ Tertia eſt cauſa, quia ipſa res nos
inuitat, ſcilicet ſtella, per quam ſignificatur
fides,quæ ducit nos ad Deum, & illuminat
nos in nocte huius ſeculi.¶ Quarta:quia pſal
mus:Venite quæ idem dicit,dicitur in noctur
nis: & ſic idem repeti videretur. Licet ergo
hac die non dicatur inuitatorium:tamen pſal
mus inuitatorius,ſcilicet Venite exultemus:
in tertio nocturno ad ſeptimam antiphonam
dicitur,ad oſtendendum quòd in tertio tem-
pore, ſcilicet gratiæ ſufficienter inuitata eſt
Eccleſia, de gentibus: & nullus ſe excuſare
poteſt: quia in omnem terram exiuit ſonus
eorum.xix.diſt.ita.& quia tertio tempore,ſci-
licet gratiæ data eſt vniformis gratia in ple-
nitudine.Dicitur quoq; ad ſeptimam antipho
nam,ad notandum,quòd per baptiſmum da-
tur ſpiritus ſeptiformis. Per hebdomadam,
dicitur inuitatorium, in perſona Magorum,
alijs,qui non viderant, nuntiantium. Legun-
tur autem tres lectiones de Eſa. qui expreſ-
ſius loquitur de Chriſti natiuitate:de qua ſi-
10 ue de nati apparitione hoc feſtum eſt.¶†Sed
quæritur, quare in quibuſdam Eccleſijs in
principio tertij nocturni huius feſti, canitur
Pſal. Deus noſter refugium. cum antiphona
Fluminis &c. cum ipſe præcedat in ordine
pſalterij vltimum Pſal.j.nocturnæ:& omnes
ſecundæ? Reſpondeo:tertium nocturnum re
colit nouum teſt. quod eſt tempus gratiæ:
quapropter hoc tertium nocturnum habet
in capite antiphonam,Fluminis:quæ cum di-
cto Pſal.nouum tangit teſtamentum:& ideò
dictus pſalmus tunc & non prius dicitur. Prę
tereà, antiphona ipſa habet allelu Ia. quod
non ponitur in antiphonis primæ vel ſecun-
dæ nocturnæ:vt dictũ eſt ſub natali. Rurſus,
ideò ponitur in ſeptimo loco: quia pertinet
ad ſeptiformẽ gratiæ ſpiritum, per vim ba-
ptiſmi collatum.Sequentes etiam antiphonæ
cum ſuis pſalmis nouũ indicant teſtamentũ:
& hi tres pſalmi monſtrant commotionem
gentiũ contra prædicationẽ Apoſtolorũ:ſub-
uerſionẽ idolorũ: & conuerſionem fideliũ.
Romana tamen Eccleſia dictã antiphonam:
Fluminis:cũ ſuo pſal. ponit in primo noctur-
no:& pſal.Venite in tertio, ſecũdum rectum
ordinatum, naturalẽ ordinem pſalmorũ: &
congruè quia gentes tẽpore gratiæ venerunt
11 ad fidẽ. ¶ † Et attende, quod antiphonæ in
prima parochia ſiue nocturna, continent ſa-
cerdotes:& in ſecunda reges:in tertia vſq; ad
angelos peruenitur.Poſt tertium nocturnum
ſtatim cantatur euangelium:Luc. Factum eſt
autem.in quo de baptiſmo Saluatoris plenè
agitur:& eius genealogiam deſcribit:quia vt
præmiſſum eſt, hoc feſtum de natiuitate eſt.
12 ¶†Notandum autem eſt quòd Mat. in euan
gelio:Liber generationis:enumerat genera-
tionẽ illã incipiens ab Abrahã, deſcendendo
vſq; ad Ioſeph, virum Mariæ, de qua natus
eſt Ieſus &c.oſtendens, per hoc quòd à ſum
mo cœlo fuit egreſsio eius:& qualiter Do-
minus ad nos deſcendit. Similiter Eſa. xj. ca.
Dona ſpiritus ſancti enumerans, vltimò po-
nens timorem dicit: & repleuit eum ſpiritus
timoris Domini. Sed Lucas in hoc euangelio
Factum eſt autem:illam enumerat aſcenden
do:quia poſt baptiſmum eam enumerat, nec
ſiſtit eam in Abraham: ſed in Adam, vſq; ad
Deum procedit per gradus ſic:qui fuit hely.
oſtendens per hoc, quòd à baptiſmo iter eſt
ad Deũ:ſed hoc quaſi per quoſdã gradus vir
tutum,qui ſignificantur per patres gradatim
ordinatos:& tangit filios, ſecundum legem,
non ſecundum naturam ſic:qui fuit Nathã:
qui fuit Dauid:ſupple filius, ſcilicet adopti-
uus.Vna ergo generatio deſcribitur deſcen-
dendo,altera aſcendendo, quoniam vna car-
nalis,altera ſpiritualis.In vna ponitur genuit:
vbi carnalis generalis, & tẽporalis ſucceſsio
exprimitur.In altera ponitur: qui fuit:vt no-
tetur ſpiritualis generationis adoptatio:& de
ſcribitur aſcendendo: vt notetur ſpiritualis
aſcẽſus.Prima terminata eſt in virginis par-
tu.Secunda nobis inchoata eſt per baptiſmũ.
13 Tria ergo ſunt † euangelia huius ſolennita-
tis: vnum eſt de baptiſmo, ſcilicet: Factum
eſt:ſecundũ de Magis,ſcilicet:Cũ natus eſſet
Ieſus,quod dicitur in miſſa:& ibi dicitur. Sic
enim



enim ſcriptũ eſt,per prophetam, ſcilicet Mi-
chæam.c.v Tertiũ eſt de nuptijs: quod dici-
tur in dominica ſequenti poſt feſtu Hilarij.
Sanè,præmiſſa duo euãgelia de generatione
Chriſti de nocte dicũtur:vnum in natiuitate:
alterũ in epiphania:quia vtraq; Chriſti gene-
ratio fuit in nocte,id eſt obſcura, & priorum
ſenſibus non intellecta.De hoc enim ſub na-
tali dictum eſt.Poſt euangeliũ Eccleſia exul-
tando dicit:Te Deũ lau.Parũ ergo agitur de
baptiſmo Domini in nocturnali officio:ſed
ſuppletur in octa. in qua agitur de apparitio-
ne facta in baptiſmo: prætertim in antipho-
nis laudũ:quæ oſtẽdunt effectum baptiſmi in
nobis,ſcilicet vt baptizemur:vt à peccatis per
noſtrũ lauacrũ abluamur.Omnes enim vnius
& ſeptimi toni ſunt:vnius ad notandũ Eccle-
ſiæ vnitatem, in qua ſolũ baptiſma prodeſſe
poteſt.Septimi,ad notandũ quòd in baptiſmo
datur ſeptiformis gratia ſpiritus ſancti. Vel
quia per baptiſmũ peruenitur ad ſeptimã æta
tem quieſcentiũ. Si enim aliquis ſtatim poſt
baptiſmũ dignè acceptum, decedat:mox reci
pit primam ſtolam,quæ datur in ſeptima æta
te, id eſt in ſecunda veſpera. Antiphona ve-
rò ad Magnificat:eſt octaui toni:quia in ve-
ſpera mundi nobis dabitur ſtola ſecunda, id
eſt gloria corporis, quam in octaua ætate,
14 nos recepturos ſperamus.† Duplex eſt enim
mundi veſpera.Prima eſt,ſexta ætas,ſecundũ
quam Dominus in veſpere mundi natus: iu-
xta illud: Vergente mundi veſpere. Secunda
eſt, finis mundi,in qua vel poſtquàm dabitur
nobis gratia carnis:de qua dicitur:Ad veſpe-
ram demorabitur fletus. Nam vſq; tunc erit
flectus miſeriæ noſtræ: ſed tunc erit finis.di
citur etiam ad horas capitulum illud:Surge,
illumina.& illud:Super te autem.& illud:Inũ
15 dario.quę ſunt Eſa.lx.c.†Miſſa ſiue diurnum
officiũ ſimiliter pertinet ad primũ principale
& præcipuum miraculũ, ſcilicet ad primitias
gẽtium,& ad munera Magorũ, & ad Chriſti
natiuitatẽ.Vnde introitus,qui ſumitur de Eſa.
licet non ſit, ibi continuè eſt: Ecce aduenit
&c.Eccleſia enim de gentibus electa pro ſuę
vocationis initio gaudens, gratioſum laudis
præconiũ offert Deo, pro ſua ſalute.d. Ecce
&c.q.d.Ecce, in propatulo eſt, quòd Domi-
nus natura dominator effectu aduenit,id eſt,
ad nos venit,& carnem aſſumpſit:vel vt allu
damus præſenti diei,ad nos venit,id eſt qui in
carne latebant, per multa ſigna Deus eſſe
apparuit:vt per ſtellam, per Magorũ mune-
ra:per vocẽ paterna:& per ſpiritu ſanctum in
columba: & propter hoc vtitur aduerbio de-
monſtrandi:Ecce:oſtendens apparitionẽ filij
Dei quaſi ad oculũ, per præmiſſa Epiſtola
Surge,illuminare,& graduale:Omnes de ſab
ba &c. ſunt de eodem & ſumuntur de Eſa.
lx.c.& euangeliũ de eodẽ,ſcilicet Cum natus
eſſet &c. quod eſt Mat.ij. c. Ex quo ſumunt
allelu Ia & cõmunionem.Sicut autem in ma
tutino officio fit ſuppletio in octaua, vt iam
tactum eſt:ita & de miſſæ officio ſimpliciter
16 fit ſuppletio.†Nam introitus miſſæ hodier-
næ notat gaudium gentium de aduentu ſal-
uatoris exultantium:& in collecta hortatur
gentes ad contemplandum eius ſpeciem,quã
per fidem cognouerũt. Reliquum totum eſt
de miraculo huius diei, ſcilicet de gentibus
17 per ſtellam ductis.¶†Non eſt etiam pręter-
mittedum,quòd in Italia in miſſa huius diei,
futurum paſcha populis annuntiatur. Sacer-
dos nanq; vel alius poſt offertorium, dicit
alta voce: Annuntio charitati veſtræ gaudiũ
magnũ,quod erit omni populo:quia ſeptua-
geſima erit tali die & paſcha tali.In concilio
vero Bracharẽ.de conſe.diſt. iij.placuit.pri-
mũ. ita legitur:Placuit, vt poſtquàm omnia
in concilio ſacerdotum fuerint ordinata, ſu-
per venturum ipſius anni paſcha:quo Calen
darum die,id eſt,quo die ante, vel poſt Calẽ
das:vel quoto à luna debeat ſuſcipi, à metro
politano epiſcopo intimetur: quod cæteri
epiſcopi vel reliquus clerus breuiculo ſubno
tantes vnuſquiſq; in ſua Eccleſia adueniente
natali Domini,die poſt euangelicam lectio
nẽ populo annuntient: hoc tamen non vbiq;
ſeruatur.Rurſus in cõcilio Carthagiñ.c. diſt.
placuit.j.Statum eſt,vt dies paſchæ formatu-
rum, ſcilicet literarum ſubſcriptione omni-
bus intimetur. Dies verò concilij xj. Calen.
Nouẽb.ſeruetur.Quidam tamen vltra mon-
tani epiſcopi in ſynodo, quam celebrant die
Mercurij proximiori feſto beati Lucæ, pro
miſſa annũtiant.Quidã aſſerũt in vigilia epi-
phanię ieiunãdũ fore,eò ꝙ ſibi ꝓpriũ officiũ
appropriatur:& allelu Ia in officio,niſi in do
minica interueniat,ſubticetur:& dicitur euã-
geliũ:Defuncto Herode:quod eſt Mat.ij.ca.

S V M M A.

1 Epiphaniæ octaua.Et quid notet.
2 Antiphonæ octauæ Epiphaniæ, cur ſint de
ſeptimo tono.

## De octaua Epiphaniæ. CAP. XVII.

DE octaua epiphaniæ in omni
cantu & in lectione Eſa.† quę
legitur pro epiſtola, ſcilicet
Domine Deus meus:agitur de
1 baptiſmo.Vnde ibi dicitur: Ex-
ultent ſolitudines Iordanis:ideò quia in Ior-
dane vim regeneratiuam Dominus contulit,
aquis inſtituendo baptiſmum:& quia gentes,
quæ à Deo prius erant quaſi in ſolitudine de
ſerti,ad eum redeunt. Octaua ergo epipha-
niæ ſuppletionis eſt:vt in ti. præcedenti dictũ
eſt: quia ſicut in feſto recolimus, quomodo
Chriſtus baptizatus eſt: ita in octaua, rem,
propter quam baptizatus eſt:quod antipho-
næ illius diei oſtendunt. In octaua igitur de
ſecundo epiphaniæ miraculo, ſcilicet de ba-
ptiſmo iubilatur: vt in antiphona: Veterem
hominem:& cæteris quæ ſequũtur:quæ quia
tranſlatæ ſunt de græco in latinum, grauius
2 continent in dictamine idioma. † Et ſunt de
ſeptimo tono:quia pertinent ad baptiſmum,
vbi ſeptiformis gratia ſpiritus ſancti opera-
tur:& ſunt nouem:quoniam per ianuam ba-
ptiſmi perueniemus ad cõſortium nouẽ ordi
num angelorum. Sunt tamen octo de hoc
expreſsius agentes, propter veram octauam,
ad quam baptiſma ducit. Et meritò baptiſmi
officium ad octauam differtur: quia vicem
tenet circuncisionis, quæ in octaua celebra-
tur. Et cantatur hac die inuitatorium: quia
prædicantibus Apoſtolis, ad baptiſmum ſunt
homines inuitati. Quædam verò Eccleſiæ
dicunt hac die ad miſſam euangelium.Venit
Ieſus à Galilea:quod eſt Matth.iij.c. Alij di-
cunt:Vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe:
quod eſt Ioan.cap.j. quæ ambo pertinent ad
Eſa.6 literam ad baptiſmum Chriſti:& epiſtolam:
Surge,illuminare.

SVMMA.

1 Dominica prima ab Epiphania. Et eius
Miſſæ introitus.num.2. Item totius offi-
cij ſumma ratio.
3 Dei thronus vt ſimus, tria neceſſariò re-
quiruntur.

## De prima dominica poſt Epiphaniam. CAP. XVIII.

1 DE prima †dominica poſt epipha-
niam,ſcilicet infra octauas dictu
ri,præmittimus,quòd ab epipha
nia vſq; ad ſeptuageſimã,poſſunt
eſſe ſex Dominicæ ad plus:& vna ad minus:
in quibus omnibus intendit Eccleſia in no-
cturnis officijs oſtendere apparitionem Do-
mini,vt ſtella oriatur in nobis,quæ ducat nos
in Bethleem ſuperiorem:& ferè omnia, quæ
hoc tempore dicuntur, ad gaudium pertinẽt.
Veruntamen,non niſi tres ex ipſis dominicis
proprium habent officium: & ideò quando
quatuor ſunt aut plures,ſequens officium di-
citur in quibuſdam Eccleſijs, in prima domi-
nica poſt octauas:quando verò ſunt tres do-
minicæ tantũ,dicitur in dominica infra octa-
uas:in hac ergo dominica,ſcilicet infra octa-
uas,monet nos Eccleſia in introitu,vt offera-
mus Domino aurum:quia rex regum eſt: &
tus:quia Deus deorum: & hoc idem facit in
2 duabus ſequentibus.† Et eſt introitus:In ex-
celſo throno vidi ſedere virũ quem adorat
multitudo angelorum:quod ſumptum eſt de
illo loco Eſa. Vidi Dominum ſedentem ſu- Eſa.6
per ſolium &c. quod enim hîc dicit thronũ,
dicit ibi ſolium:quod idem eſt: & quod dici-
tur hîc multitudo angelorum: idem etiam
eſt,quod dicitur in Eſa.quòd angeli canebãt:
Sanctus,ſanctus,ſanctus. Sanè thronus excel
ſus,eſt Eccleſia,in qua ſedet Deus,qui monet
nos, vt adoremus Chriſtum,ſicut verum re-
gem.Epiſtola verò monet nos, vt offeramus
myrrham dicens: Obſecro vos per miſericor
diam Dei vt exhibeatis corpora veſtra, ho-
ſtiam viuentem, ſanctam Deo placentem
&c.ad Rom.xij.c.& per hoc oſtenditur myr-
rha, quæ intelligitur in carnis mortificatio-
ne. Euangelium eſt de apparitione Domini.
Cum factus eſt Ieſus annorum xij.&c.Luc.ij.
c.vbi ſequitur: Mater eius inuenit eum in tẽ-
plo diſputantem cum ſapientibus & docen-
3 tem. ¶ † Poteſt etiam dici, quòd ad hoc vt
efficiamur thronus, in quo Dominus ſedeat,
tria ſunt nobis neceſſaria:munditia carnis:hu
militas mentis: & exultatio in Domino. Ad
munditiam carnis,inuitamur in Epiſtola, vbi
dicitur:Obſecro vos &c.vt ſuprà.Ad humili-
tatem mentis in euangelio Chriſti exemplo:
de quo ibi legitur, quòd parentibus ſubditus
erat.Ad exultationẽ in Domino, in graduali,
in quo benedicimus Domino,qui fecit mira-
bilia ſolus: & in allelu Ia:& in offertorio, in
quo Domino iubilare iubemur. Intereſt ta-
men inter allelu Ia & offertorium: quia in
allelu Ia tantùm ſemel dicitur:Iubilate Deo
omnis terra:in offertorio autem geminatur
ſub diuer



ſub diuerſa melodia.ad notandum, quòd in
gaudio Domini creſcere debemus: quia ſu-
mus myſticum corpus:vnde in euangelio di
citur:Puer autem creſcebat &c.in cõmunio-
ne quæ eſt Luc.ij.notatur Chriſti humanitas,
ſecũdum quã vocat eum filiũ:& quaſi incre-
pans dicit:Fili quid feciſti nobis: ſic & deitaş
ſecundum quam ipſe dicit: Neſciebatis,quia
in his,quæ ſunt patris mei,oportet me eſſe?

SVMMA.

1 Dominica ſecunda poſt Epiphaniam, &
eius officium.
2 Pſalmi & Epiſtolæ Pauli cur maximè le-
gantur ab Epiphania,ad ſeptuageſimam
vſque.
3 Miſſæ officium,in ſecũda dominica,poſt
Epiphaniam.
4 Auguſtus Imperator, ex glebis terræ ab
vniuerſo orbe allatis,iuſsit monticulum
fieri Romæ.ſuper quo tandem Eccleſia
quædam ſtructa eſt.
5 Nuptiæ ſpirituales.
6 Miſericordiæ opera,quæ.
7 Aquæ mutatio in vinum,quid notet my-
ſticè.

## De dominica ſecunda,poſt epiphaniam. CAP. XIX.

1 IN hac ſecunda dominica,quæ
eſt prima poſt † octauas in ſe-
quentibus dominicis cantatur
in quibuſdam Eccleſijs ad ve-
ſperas in ſabbatis reſponſoriũ:
Peccata mea Domine ſicut ſagittæ infixæ
ſunt in me:ſed antè,quàm vulnera generent
in me,id eſt,peccata alia,ſana me &c.& pro-
pter eandem cauſam dicitur in primo reſpon
ſorio matutinali:Domine, ne in ira.Oſtendit
enim Eccleſia ſuis filijs pœnas ignis purgato
rij & inferni: quia comedendus eſt agnus
paſchalis,cum lactucis aggreſtibus:& vt mo
lamur inter duas molas, ſcilicet ſpem & ti-
morem. Quia verò intendit Eccleſia nobis
manifeſtare fidem filij Dei: vt dictum eſt,
quòd ſit melius per epiſtolas Pauli & Pſal.
ideò leguntur ipſæ epiſtolæ: & pſal.cantan-
tur.Omnia enim ferè reſponſoria ab octaua
Epiphaniæ vſque ad ſeptuageſimam ſunt de
Dauid non de bellis:ſed de pſalmis in quibus
inſtruimur de bonis operibus:quia fides ſine
operibus mortua eſt:extrà de ſacra vnctio.c.
j.& quia maximè in pſalmis Dei miſericor- 3
diam imploramus:& propter hoc quidam le-
gunt de pſalmis hoc tempore:vt ſic reſpon-
ſoria lectionibus correſpondeant: ſed pſalmi
legi nõ debent,niſi prout quidam faciunt tri
2 duo ante paſcha. ¶Et † nota,ꝙ penè omnia
reſponſoria dominicarũ huius temporis vſq;
ad ſeptuageſimã ſumuntur de nocturno do-
minicali,& de quinque pſalmis,qui ſequun-
tur,ſcilicet:Deus, Deus meus,reſpice:& alijs
reſponſorijs ſecundæ feriæ: ſimiliter de eius
nocturno ſumitur: & ita ferè de omnibus
alijs.Epiſtolæ verò Pauli leguntur. Primò,
quia ipſe præ cæteris de fide locutus eſt, per
quam quaſi per ſtellam Chriſtus cognoſci-
tur.In illis enim ad pœnitentiam reuocamur.
Secundò,quia ſicut prophetæ naſciturũ Do-
minum prædixerunt, & maximè Eſa. vnde
Eſaiam ante natiuitatẽ Domini legimus: ita
& Apoſtoli Deum natum prædicauerunt:&
maximè Paulus,qui plus alijs laborauit:vnde
eius epiſtolas poſt natiuitatem legimus,Chri
ſtum natum oſtendentes.Breuiter autem no
tandum eſt,quòd pro natiuitate ſaluatoris va
rijs modis à die natiuitatis,vſq; ad octa.Epi-
phaniæ oſtenſa exultauimus:verũ quia exul-
tationem, quæ eſſe debuit ſpiritualis, penè
omnes cõuertimus in carnalem,comeſſatio-
nibus ebrietatibus,& iocis inutilibus vacan-
tes:inde eſt, quòd in hac dominica, quæ eſt
prima poſt octauam Epiphaniæ in officio no
cturno hiſtoria:Domine ne in ira &c.canta-
mus.in qua Domini miſericordiam implora-
mus:& per pœnitentiæ lamentũ peccata de-
flemus:& quia quolibet die peccamus: ideò
quęlibet dies ſua debet habere ſpecialia offi-
cia ſcilicet reſponſoria.Dies ergo dominicus
habet ſua,ſcilicet nouem:& ſecũda feria ha-
bere debet ſua, ſcilicet tria: & ſic de alijs.
Sicut enim in hebdomada ante natiuitatẽ,ad
notandum ſaluatoris deſideriũ ſingulis die-
bus ſingula reſponſoria,& ſingulas antipho-
nas in laudibus cantauimus:ita ad notandum
planctum noſtrũ,& deſideriũ pœnitendi ſin-
gulis diebus poſt octauas Epiphaniæ,propria
reſponſoria deputamus: & tam in nocturnis
pſalmis, quàm in laudibus matutinis, quoli-
bet die dicimus antiphonas ſpeciales,quæ fe-
riales dicuntur:quia illæ tantùm in ferialibus
diebus vel noctibus cantãtur,niſi feſtum im-
pediat:excepto tempore, quod eſt à paſcha,
vſque ad octauas pentecoſtes. ¶Circa miſſæ
officiũ † ſciendum eſt,quòd introitus huius

dominicæ eſt.Omnis terra &c.& dicitur ad
idem,quod & aliud officiũ,ſcilicet ad oſten-
dendum apparitionẽ. Sed iſtud totum plenũ
eſt hac voce:Iubilate.propter innouationem
noſtrã:quia nouus rex,noua lex. Apoca.Ecce
noua facta omnia.Rurſus ideò in hac domi-
4 nica canitur:Omnis terra &c.quoniã † Augu
ſtus Cæſar ad gloriam imperij romani iuſ-
ſit,vt de ſingulis ciuitatibus orbis aliquis Ro
mam veniret,afferẽs inde tantum terræ,quan
tum pugnus claudere poſſet:vt per hoc appa
reret omnes Romano imperio fore ſubie-
ctos:ex qua terra factus eſt in vrbe quidam
monticulus,ſuper quem fabricata fuit quæ-
dam Eccleſia,à Romanis, ad fidem cõuerſis:
quæ fuit in hac dominica dedicata:quia ergo
monticulus ille de omni terra factus eſt:ideò
in feſto dedicationis illius Eccleſiæ,ſuper illũ
cõſtructæ cantatur:Omnis terra &c.& ſicut
Cæſar Auguſtus ab omnibus mundi partibus
adorabatur:à quibus terra illa apportata fuit:
ita Deus ab omni terra,id eſt,ab omnibus ho
minibus,ſiue ab omni genere hominum ado
ratur.Beatus quoque Grego.tali die pacem
fecit in orbe:& propter hoc in collecta hu-
ius diei poſuit:& pacem tuam noſtris conce-
de temporibus.Hanc igitur pacem,& Chriſti
veram adorationem operatur vera dilectio
proximi,ad quam inuitamur in epiſtola:Ha-
bẽtes donationes &c.ad Roma.xij.cap.in qua
monemur,vt donationes à Chriſto habitas,
ad aliorũ ædificationem exerceamus: vnde
ibi dicitur:Neceſsitatibus ſanctorũ cõmuni-
cantes.Ad idem etiam in euangelio inuita-
mur exemplo Domini: qui ſicut ibi legitur,
in nuptijs mutans aquam in vinũ:magna mi-
racula faciens,neceſsitatibus eorũ ſubuenit:
quorũ intererat cõuiuantibus miniſtrare:ſed
epiſtola nõ videtur cõuenire miniſterio euan
gelij,quod eſt: Nuptiæ factæ ſunt in Cana
Galileæ.Ioan.ij.cap.Sed bene conuenit:quia
ad confirmationem noſtram,facta ſunt mira
cula,& dona data nobis: & tanquam in nu-
ptijs ſpiritualibus apponit Apoſtolus viginti
fercula principalia dicens: ſiue,prophetiam
ſecundum rationem fidei &c.Cana enim,ze-
5 lus interpretatur: Galilea † tranſmigratio:
quòd igitur nuptiæ factæ ſunt in Cana Gali
leæ ſignificat,quòd in corde illius,qui zelum
id eſt,ardentẽ amorẽ habet tranſmigrãdi de
vitijs ad virtutes:de mundo ad patrẽ:de terra
ad cœlũ fiunt nuptiæ: & Chriſtus Dominus
ibi eſt,cum matre ſua: hoc eſt enim de pri-
mis lætitijs,in illo corde, vbi fiunt nuptiæ,
quòd Chriſtus natus eſt de virgine:ibi muta-
tur aqua in vinũ,id eſt,inſipiditas operum in
lætitiam ſpiritualẽ.Ad has ſiquidem nuptias
celebrandas Inno. Papa iij. inſtituit hac die
ſtationem apud venerabile hoſpitale ſpiri-
tus ſancti fieri, vbi tanquã in Cana Galileæ,
eſt zelus tranſmigrandi de vitijs ad virtutes.
Ibi ſiquidem poſitæ ſunt ſex hydriæ,id eſt,
6 inſtituta ſunt † & perfectiſsimè exercentur
ſex opera miſericordiæ:quæ ſunt paſcere eſu
rientẽ,potare ſitientẽ, colligere hoſpitẽ,ve-
ſtire nudũ,viſitare infirmũ,adire incarceratũ,
& mortuũ ſepelire:& eſt ibi mater Ieſu:quo-
niam in honorẽ beatiſsimæ Mariæ virginis
illius loci eſt Eccleſia dedicata.Inuitatur etiã
& filius eius Ieſus cum diſcipulis ad has nu-
ptias:quoniã effigies Ieſu Chriſti quæ ſuda-
7 rium ſiue † veronica vulgariter appellatur,
hac die ex inſtitutione eiuſdem Inno.à Do-
mino Papa & cardinalibus,populis fidelibus
ad has nuptias pietatis,& miſericordiæ cele-
brandas illuc cõuenientibus,ibi ſolẽniter de-
monſtratur.In offertorio autẽ,quaſi præ gau
dio correizamus,quod ſpiritualis facit ebrie-
tas,geminãtes verba tam in offertorio,quàm
in eius verſibus.Geminamus enim illud:Iubi
late Deo omnis terra.ſimiliter illud: Reddã
tibi vota mea.& illud: Locutũ eſt os meũ in
tribulatione mea.Duo enim ſunt genera ho
minũ verba geminantiũ vel multiplicantiũ,
ſcilicet correizãtes & infirmãtes,ſiue afflicti.
Correizantes,vt hîc:infirmãtes,vt in verſibus
offertorij.Vir erat in terra: quod cantatur in
dominica xxj.poſt pente.Sed in hoc eſt diffe
rentia: quia hîc tam in offertorio, quàm in
verſibus duplicamus verba: ibi verò tantùm
in verſibus quaſi ridiculosè geminãtur.Et eſt
ratio, quia inſtitutor officij loquitur ibi in
offertorio tãquam hiſtoriographis rem ſim
pliciter narrans:& tanquam nõ ægrotans,de
Iob,in tertia perſona loquẽs: cuius patientia
nobis in exemplum cõmendatur.in verſibus
verò eiuſdem offertorij, loquitur tanquam
infirmus præ dolore, multiplicans verba,di-
cens:Vtinã appenderentur peccata mea &c.
Aegrotanti enim loqui conanti verba interci
piuntur:& ſæpe incepta vix efferuntur:redu-
cens nobis ad memoriã Iob ægrotantem &
dolentẽ:cuius verba ſæpe repetit more ægro
tantis,cui anhelitus nõ eſt ſanus neq; fortis:
& ideò



& ideò imperfecta verba ſæpe repetere ſo-
let.Geminatur etiã verba in offertorio,quod
dicitur in dominica quinquageſimæ:& in illo
quod dicitur feria v.poſt ſecundam domini-
cam quadrageſimæ.Ideò autẽ hoc præcipuè
in offertorio:quia in eo præcipuè oſtenditur
offerentis affectus.In poſtcõmunione: dicit
Dominus. Ioan. ij. cap. myſticè oſtenditur,
8 quòd † Dominus aquã in vinũ mutat in no-
bis,ſcilicet aquã timoris,in vinũ diuini amo-
ris:aquã literæ,in vinũ ſpiritualis intelligẽtię:
aquam mortalitatis,in vinũ immortalitatis.

SVMMA.

1 Dominica tertia poſt Epiphaniam,& eius officium triplex.Et nu.3.4.
2 Leproſi ſanatio, quid ſignificet.Et quotuplex lepra.
5 Euangelium dominicæ tertiæ poſt Epiphaniam.& nu.7.
6 Naturam mutare ſolus Deus poteſt.
8 Quadrageſimam à natali,vſque ad purificationẽ,cũ lætitia celebrare debemus.

## *De dominica tertia poſt Epiphaniam.* CAP. XX.

1 TErtia dominica † poſt Epipha
niam nos monet cum angelis
adorare vnũ regem, dicens in
introitu: Adorate Dominum
omnes angeli eius &c. Monet
etiam adorare cum ipſis: quia dixit Ioanni
Angelus in Apoc.Conſeruus tuus ſum,& fra-
trum tuorum. Sequitur ibi:Audiuit,& lætata
eſt Syon,id eſt,Eccleſia.Et nota quòd iſte in-
troitus habet in ſe feſtũ hypopantis, quãdo
eſt ſecũdus ab octaua ſemper,vel ipſum con
tingit, niſi ſeptuageſima impediat. inde eſt,
quòd verba huius introitus cum verbis inui-
Apoc.22 tatorij illius feſtiuitatis cõueniunt.in introitu
Luc.56 nãq; dicitur:Audiuit,& lætata eſt Syon.in in-
uitatorio vero dicitur:Gaude,& lætare Syon:
occurrẽs Deo tuo: quibus etiam cõueniunt
verba reſponſorij illius feſti,ſcilicet: Adorna
thalamũ tuum Syon.Euangeliũ:Cum deſcen
diſſet Ieſus.Matt.viij.eſt de ſanatione lepro
ſi vbi dicitur:Domine,ſi vis potes me mũda-
re.ecce fides.vnde dixit ei:Volo mũdare.Sed
epiſtola quæ eſt: Nolite eſſe pruden.&c.ad
Roma.xij.cap.nõ videtur cõcordare euange
lio:ſed bene cõcordat & competit myſtico
2 ſenſui vel intellectui.Nam ſanatio † leproſi,
ſignificat,quòd Deus vult ſanare nos à lepra
volatili,quæ eſt hæretica prauitas,quæ euo-
lat per totũ mundũ,& ab omni alia lepra ſci
licet ab omni peccato:per ſtellam,id eſt,per
fidem natiuitatis & apparitionis.huic intelle
ctui cõcordat epiſtola:& primã leprã remo-
uet cũ dicit:Nolite eſſe prudentes apud voſ-
metipſos.hoc ſolũ eſt cauſa hæreſis,quòd ho
mo vult proprio ſenſui inniti & intelligentia
ſcripturarum:extrà de cõſti.c.ij.xxxvij.diſtin.
relatũ.aliã leprã remouet,cũ dicit:Nulli ma
lum pro malo reddentes:ſed ſi eſurierit ini-
micus tuus,ciba illũ &c.Poteſt etiam dici,ꝙ
in officio huius dominicæ inuitantur angeli,
ad Domini orationẽ,pro ſua reintegratione:
quæ eſt in conuerſione Iudæorũ & gentiliũ.
vnde in graduali cauſa redditur:Ad cõuerſio
nem gentiliũ pertinet,quod dicitur:Timebũt
gẽtes nomen tuũ &c.ad cõuerſionem Iudæo
rum quod dicitur:quia ædificauit Dñs Syon.
Pro hac reintegratione dicitur in allelu Ia:
Adorate Dñm omnes angeli eius. Ad idem
etiã pertinet euangeliũ,in quo agitur de cura
tione leproſi,ſub figura Iudaici populi:& de
curatione centurionis ſub figura gentilis po-
puli à Dño ſpiritualiter curati,& cũ vtriuſq;
populi curationẽ operatur dilectio proximi:
ideò in epiſtola inuitamur ad eam, vbi dici-
tur:Ne reddamus malũ pro malo: ſed bona
corã Deo,& hominibꝰ exhibeamus.In offer
torio Eccleſia de vtroque populo collecta
Deũ laudat,dicẽs:Dextera Dñi fecit virtutẽ
&c.Et quia Chriſtus vſq; in diẽ iudicij,quãtũ
eſt ad corpus myſticũ, ſemper augetur:ideò
cantatur cõmunio in pluribus Eccleſijs:Puer
Ieſus creſcebat &c.licet in alijs dicatur:Mira
bãtur oẽs &c.Luc.iiij.c.Chriſtus eñ paruulus
fuit,cũ à paucis Iudæis cognoſcebatur:& cre
uit,qa nõ tantũ à Iudæis,ſed etiã à gentilibꝰ
cognitus eſt.Illud autẽ:Mirabãtur oẽs &c.ſa
tis bene cõuenit:qa Iudæi & gẽtiles videntes
mirabilia eius:& audiẽtes dona admirantes
cõuertebantur.Sanè officia præcedentiũ triũ
dominicarũ,quidã referũt ad tres annos,qui-
bus dicũt Dñm poſt baptiſmũ prædicaſſe:&
diuinitatẽ ſuã miraculis declaraſſe.Dicũt eñ
eũ tribus annis ꝑdicaſſe:& partẽ quarti anni,
quãtũ eſt à natiuitate,vſq; ad paſsionẽ.Primũ
officiũ referũt ad hoc,ꝙ angeli legũtur mini
ſtraſſe Dño poſt baptiſmũ,& poſt ieiuniũ,&
poſt diaboli tẽtationẽ:vñ in officio illo dici-
tur:Quẽ adorat angelorũ multitudo.Quia er Matth.4
go angeli ĩ prĩcipio iſtorũ triũ annorũ ſtatim
poſt

poſt baptiſmum,poſt tentationem angeli ac-
ceſſerunt ei miniſtrantes : ideò poſt Epipha-
niam in dominica, quæ occurrit intra octa-
uas,cantantur in introitu in excelſo : & legi-
tur euangeliũ:Cum factus eſſet Ieſus anno-
rum duodecim.Et bene cõgruit,vt illud poſt
duodecimam diem natiuitatis proxima domi
nica legatur,quod poſt annos duodecim con
ſtat eſſe peractum:& ſi neceſſe fuerit etiã in
3 ſequenti dominica repetatur.Secundũ † offi-
cium dicunt eſſe de miraculis:quia in ſecun-
do anno miraculis manifeſtius coruſcauit:&
ideò in ſecunda dominica legitur epiſtola,in
qua gratiarũ dona ſcribuntur:& euangelium
de initio ſignorum Domini recitatur. Quod
etiam ea congruit ratione:quia hoc miracu-
lum ſecundo baptiſmatis anno legitur eſſe
peractum:quo quia literæ in ſpiritũ,terræ in
cœlum,corruptibilis in incorruptibile muta-
tio figuratur : ideò quòd omnis terra Deum
4 adoret in introitu iubilatur. Tertiũ † officiũ
dicunt eſſe de conuerſione gentium , & Iu-
dæorum:prout iam dictum eſt.Quia enim in
tertio anno ſua nos paſſione redemit , per
quam vtrunque populum ab æterna infirmi-
tate curauit,ideò legitur euangeliũ de infir-
mo & leproſo curatis:propter quod fit in can
tibus verborũ geminatio:vt in introitu:Læta
ta eſt Syon &.e.f.i.& in graduali:Timebunt
gentes & reges:& in allelu Ia:Exultet terra,
& lætẽtur inſulæ:& in offertorio:Dextra Do
mini.Et quia per vtriuſque populi curatio-
nem,adauctus eſt numerus angelorũ:ideò in
introitu inuitãtur ad laudes cùm dicitur:Ado
rate &c.Quia verò non ſanatur putridus hu-
mor,niſi deponatur ſuperbiæ tumor,ideò di-
citur,in epiſtola,vt ad exemplum Chriſti pa-
tientis,& non percutientis,non ſimus malum
pro malo reddentes.Hæc quidem tria officia
nobis inſinuant Chriſti beneficia nobis præ-
ſtita ad teſtificãdum corda noſtra.Vnde can-
tamus in offertorijs : Iubilate . Iubilandum
enim eſt,quòd nos eduxit de clauſtris infer-
ni:& liberauit de inferno inferiori. Quartum
5 † autem euangelium,in quo agitur de dor-
mitione Domini in nauicula,& de excitatio-
ne,ad illam partem anni referunt in quo Do-
minus obijt & reſurrexit. Dormitio nãq; Do
mini in nauicula,eſt eius dormitio in cruce:&
eius excitatio,eſt eius reſurrectio:quam ſuo-
rum vota citius fieri exegerunt.Quintũ euan
gelium ad hoc refertur , quòd poſt Domini
reſurrectionem ſenſum ſuis aperuit vt ſcri-
pturas intelligerent.vnde in eo grates refert
patri,qui reuelauit ea paruulis : & abſcondit Matt. 11
à ſapientibus huius ſeculi.Omnes autem epi
ſtolæ huius temporis,ad dilectionem Chriſti
pertinent,quæ facit vt ſimus inuicem Chriſti Rom. 12
membra:vnde dicitur in prima epiſtola,ſcili-
cet quæ legitur in prima dominica poſt octa
uam,quòd donationes nobis à Deo datas ad Rom. 12
ædificationem aliorũ exerceamus.In hac ſe-
cunda dicitur:ne malũ pro malo reddamus. Rom. 12
In tertia dicitur:vt inuicẽ diligamus.In quar
ta dicitur,vt viſcera miſericordiæ habeamus. Rom. 13
Quod verò dicitur in quinta, hoc facit, vt Col. 3
prælatis humiliter ſubijciamur , exemplo
Chriſti,qui parentibus ſubiectus fuit. Item
quod dicitur in primo euãgelio,ſcilicet quod
legitur in prima dominica poſt octaua:hic Ioan. 2
aquam nobis cõuertit in vinũ:quod in ſecun Matt. 8
do lepram peccati tollit:quod in tertio Do- Matth. 8
minum dormientem excitat in nobis : quod
in quarto nobis ſecreta reuelat.Poteſt etiam
& aliter dici,quòd ſicut à die natalis , vſq; ad
Epiphaniam , apparuit ex officijs humanitas
ſaluatoris : ſic & in his tribus dominicalibus
officijs diuinitas manifeſtaretur eiuſdem.
Nam in primæ dominicæ euangelio dicitur:
Neſciebatis,quia in his quæ patris mei ſunt,
oportet me eſſe?In quo Dominus manifeſtè
declarat ſe eſſe Deum illum,ſcilicet cui mil-
lia millium ſeruiunt angelorũ:propter quod
in introitu dicitur,quòd eum adorat multitu
do angelorum.In graduali collaudant : & ad
idem in allelu Ia,& offertorio terrã inuitant,
dicentes:Iubilate Deo omnis terra.Sed quia
laus ſaluatoris nõ bene ſonat in labijs pecca
torũ,ideò Apoſtolus in epiſtola præhorta-
tur:& obſecrat vitæ ſanctimoniã. Cõmunio
verò cõſonat euangelio.In ſecundæ verò do
minicæ euangelio,dicitur quòd Dominus ad
nuptias inuitatus,aquã cõuertit in vinũ,quod
6 fuit magnũ ſuæ diuinitatis indicium. †Solus
enim Deus poteſt naturã mutare.noſtrũ cor-
ruptibile in gloriam reparare : propter quod
omnis terra eum adoret , pſallat,& iubilet,
cõfiteatur,& laudet,& angelos ad laudandũ
inuitet,vt apparet in introitu,graduali,allelu
Ia & offertorio.Cõmunio verò cõſonat euã-
7 gelio.In tertiæ dominicæ euãgelio † dicens
Dñs,volo mũdare.benignitatẽ & poteſtatẽ
ſuæ diuinitatis oſtẽdit:vñ leproſus mũdatus,
quaſi coraula tã angelos quàm homines ad
Dominum



Dominũ adorandũ inuitat,dicens in introitu:
Adorate Dominum:& in graduali:Timebũt
gentes.In allelu Ia verò,& in offertorio di-
cens:Dextera Domini cauſam reddit. Com-
munio conſonat euangelio.Ecce, quàm eui-
denter in his tribus dominicalibus officijs di
uinitas apparet,quæ vt præmiſſum eſt , tres
ſunt:quia tribus annis Dominus prædicauit.
Sunt quoque nonnulli,qui totum huius tem
poris ſpatium,ſcilicet à natali,vſque ad purifi
cationem adſcribunt infantiæ ſaluatoris.ideò
non debent in eo,vt aiunt , fieri cõmemora-
tiones ſanctorũ,maximè de cruce:ne obijcia
Exod. 23 tur:Nõ coquas hœdũ in lacte matris,& pro-
pter hoc etiam in vigilijs nocturnis de nouo
legitur teſtamento , propter præſentem vitã
eiuſdem hominis Chriſti quam dies iſti ſigni
ficant.Magnus quoq; præco , vel præceptor
ſanctæ natiuitatis Paulus , in legentium ma-
nus accedit:qui cùm veteri lege nouam con-
ferens gratiam legem ſanctorum deprime-
bat:& legem fidei cum palma iuſtitiæ ſuble-
uabat,& eſt hoc tempus quædam quadrage-
ſima Chriſti conſtans ex duobus perfectis nu
meris,ſcilicet ex ſenario duplicato.& xxviij.
Duplicitas ſenarij,duplicem ſignificat perfe-
ctionem:ſcilicet humanitatem corporis & di
uinitatem animæ:vnitas maior numeri perfe
8 cti diuinitatis vnitatem. † Ideò ſicut in xij.
diebus,ſcilicet qui ſunt inter natale & appari
tionem iubilatur de apparitione humanita-
tis:ſic in vigintiocto,qui ſunt ab apparitione
vſque ad purificationem de apparitione diui-
nitatis.Hanc quadrageſimam cum gaudio ce
lebramus quia Chriſti incarnatio fuit gaudiũ
angelorum & hominum.Poſt quam quadra
geſimam ſequitur ὑπόπαντην,id eſt.præſenta
tio Domini in templum per quã excitamur,
ad præſentandum nos Deo patri. Quadragin
ta ergo dies præſentem ſtatum demonſtrant
Eccleſiæ vbi per quatuor mundi partes ſata-
Tit. 2 gimus,vt decalogum impleamus,id eſt,iuſtè
& piè viuamus in hoc ſeculo,expectãtes bea
tam ſpem,& aduentum gloriæ magni Dei.
In qua præſentatione apparebit nobis Domi
nus glorioſus:& ideò in his diebus cantatur
verſus:Quoniam ædificauit Dominus Syon:
& videbitur in gloria ſua.Inde eſt etiã , quòd
ſicut præmiſſum eſt,circa ὑπόπαντη meritò
cantatur introitus:Adorate:quia tunc erit no
bis facie ad faciem manifeſtum choros ange
lorum Dominum adorare.

SVMMA.

1 Dominica quarta poſt epiphaniam.
2 Charitatem habens,nihil timet.
3 Fides & charitas,ſerenitatẽ gignunt in men-
te hominis.

## *De dominica quarta , poſt epiphaniam.* CAP. XXI.

QVarta dominica poſt epipha-
1 niam non habet propriũ † of-
ficium : quia non ſemper ſunt
quatuor ſeptimanæ vſque ad
ſeptuageſimam.Habet tamen
euangelium proprium,quod eſt:Aſcendente
Ieſu in nauiculam &c.Matth.viij.cap.& habe
tur ibi quomodo Dominus mitigauit,& ſe-
dauit tempeſtatem maris : & dixit diſcipulis
ſuis:Cur timetis modicæ fidei?quaſi dicat:Mo
dica fides eſt cauſa timoris & tẽpeſtatis cor-
2 dis.Quis enim † habet charitatem , nihil ti-
met:& hanc habet,qui veram fidem habet:
& ideò de charitate eſt epiſtola : Nemini
quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis
&c.quæ eſt ad Roma.xiij.cap. Euangelium
ſignificat,quòd ſi Chriſtus dormit in nobis,
tempeſtas oritur.qui enim habet fidem , ha-
bet Deum.Vnde Augu.Fides in te , & Chri-
ſtus in te. Dormit igitur Chriſtus in nobis,
quando in nos torpet fides : & tunc oritur
tempeſtas tentationum in cordibus.Redit au
tem tranquillitas,ſi excitatur fides,quæ exci
tatur per charitatem : & ideò in epiſtola diei
huius dicitur,non occides:diliges proximum
3 tuum ſicut teipſum.Fides † enim & charitas
ſerenitatem faciunt in mente hominis. His
tribus ſententijs horum trium euangeliorũ,
reformatur homo omnibus modis. ¶Primò
enim,mundatur ſicut leproſus.¶Secundò ſe-
datur tempeſtas tentationum. ¶Tertiò,fiunt
nuptiæ in corpore ipſius.Sed primò ponitur
euangelium de nuptijs:quia dignior eſt ille
ſtatus:& hi ſunt tres ſtatus in hominibus ſe-
cundum augmentũ manifeſtationis Chriſti.

SVMMA.

1 Dominicæ quintæ poſt epiphaniam euange-
lium,& officium.

## *De dominica quinta poſt epiphaniam.* CAP. XXII.

1 EVangelium † quintæ dominicæ
poſt epiphaniam ſumitur de Mat-
theo:Cõfitebor tibi pater cœli & Matt. 11
terræ &c.in quo oſtẽditur,quibus
Deus

Deus ſe manifeſtat,ſcilicet paruulis,manſue-
tis:vnde dicit:Et reuelaſti ea paruulis.& pòſt:
Venite ad me omnes qui laboratis &c.& be-
ne cōuenit epiſtola ad Coloſſ.iij.cap.induite
manſuetudinem , & pietatem, id eſt induite
vos noua veſte:vt cum nouo rege noui ſitis.
Noua enim fecit Dominus omnia. Aliæ ve-
rò Eccleſiæ legunt euangelium : Simile eſt
regnum cœlorū : quod eſt Matthæi xiij.cap.

## S V M M A.

1 Dominica ſexta ab Epiphania , nihil ha-
bet proprium:mutuatū tamen à duabus
præcedentibus.

## *De dominica ſexta poſt Epiphaniam.* CAP. XXIII.

1 SExta dominica †quia rarò con
tingit,nō habet proprium,niſi
orationes tantummodo . Sed
ei à duabus præcedentibus mu
tuatur.

## S V M M A.

1 Septuageſima,tempus eſt pœnitentiæ.Et
quot de cauſis illa inſtituta.nume.2.
3 Annorū computatio,à principio mundi.
4 Septuageſimæ quinque ſunt.
5 Septuageſima,vnde dicta.vnde ſexageſi-
ma.vnde quinquageſima. Item,vnde qua
drageſima. Et cur non triceſima dicatur
conſequenter.nume.6.
7 Quadrageſima,eſt decima totius anni.
8 Peccata,ſeptem modis remittuntur.
9 Septuageſima finitur ſabbato in albis.
10 Septuageſima tempus iudiciale captiuita
tis refert.
11 Babylonicæ captiuitatis deſcriptio.atq;
etiam myſticè.
12 Septuageſimæ tempore,cur ſubticeantur
cantica lætitiæ.& nu.13.14.15.16.17.
18 Allelu Ia,cur iteretur ſabbato ante ſe-
ptuageſimam.
19 Allelu Ia,quid differat à verſ.illo:Laus ti
bi Domine.
20 Pſalmi duo per dñicas noctes,ad laudes
mutantur à ſeptuageſima vſq; ad paſcha.
21 Introituum miſſæ adaptatio,à ſeptuageſi
ma,vſque ad paſcha.

## *De dominica ſeptuageſimæ.* CAP. XXIIII.

1 POſt tempus †reuocationis,ſe-
quitur tempus deuiationis,ſci-
licet tempus pœnitētiæ:quod
eſt ſeptuageſima.Viſa namque
via,quæ ducit in Bethleem ſu-
periore:per ſtellam,id eſt,per fidem pœnitet
2 homo, quòd deuiet ab illa. ¶†Prænotandū
autem eſt, quòd ſeptuageſima inſtituta fuit
propter tria.¶Primo,propter redemptionem
ſabbati:vel ſecundum alios quintæ feriæ:in
qua ſancti patres ſtatuerant ieiunari : prout
iam dicetur.¶Secūdò,propter repræſentatio
nem:quoniā repræſentat lxx.annos Babylo-
nicæ captiuitatis:prout iam dicetur.¶Tertiò,
propter ſignificationem:quoniā per hoc tem
pus ſignificatur deuiatio,exilium,& tribula-
tio totius humani generis ab Adam,vſque ad
finem mundi:quod quidem exilium ſub reuo
lutione ſeptem dierū peragitur,& ſub ſeptē
millibus annorū includitur : per ſeptuaginta
enim dies ſeptuaginta centenas annorū intel
3 ligimus.Siquidem ab † initio mundi , vſq; ad
aſcenſione Domini,ſex millia annorū cōpu-
tamus.Extūc verò,quicquid temporis ſequi-
tur vſque ad finē mūdi,ſub ſeptimo millena-
rio cōprehēdimus:cuius terminū ſolus Deus
nouit:quia hoc Deus pater in ſua poſuit pote
ſtate.Nec mireris de eo,quod dictum eſt de
ſex millibus annorū.diuerſimodè etenim an-
ni computātur.Nam & alij dixerūt,quòd ab
origine mundi fuerūt ſolū quinque millia,&
ducenti anni vno minus,vſque ad Chriſti nati
uitatem:vel ſecundū alios,vſq; ad paſsionem:
ſecundum alios verò vſq; ad baptiſmū eius.
Alij dixerūt,quòd ab Adam vſq; ad natiuita-
tem Chriſti ſecūdum carnē completa fuerūt
quinque millia ducenti vigintiocto anni.In
hiſtorijs legitur,quòd ſecūdum ſeptuageſi-
mam ab Adam,vſq; ad decimūquintū annum
imperij Iulij Cæſaris computātur anni quin-
quies mille ducēti,vigintiquinque. Sed ſecun
dum hebraicā veritatē quatuor millia.Com-
putatio tamen ſex millium annorū à Metho
dio potius myſticè,quā chronicè,eſt vera in-
uenta.Chriſtus igitur in ſexta mundi ætate
nos ab hoc exilio in ſpe æternæ retributio-
nis reddita innocentiæ ſtola per baptiſmum
eripuit.Sed cōſummato tēpore noſtri exilij,
vtraq; ſtola perfectè decorabit,vt iam dice-
4 tur. ¶Sciendū autē eſt, quòd quinque † ſunt
ſeptuageſimæ.¶Prima eſt, ſeptuageſima an-
norū,ſcilicet Iudaicæ captiuitatis:in qua fue-
runt Iudæi



runt Iudæi captiui in Babylone lxx.annis:de
qua Hieremias dicit:Trademini in manu ho
ſtili.& ſeruietis Nabuchodonoſor lxx.annis:
& ſic eſt cōſtruendum : Trademini in manu
hoſtili,ſcilicet Nabuchodonoſor:& ſeruietis
lxx.annis : non enim Nabuchodonoſor vixit
tot annis.¶Secūda,eſt lxx.dierū : quæ incipit
in hac dominica:qua cantatur:Circūdederūt:
& terminatur in ſabbato in albis , ſecundum
alios in paſcha : vt iam dicetur. ¶Tertia,eſt
ſeptuageſima peregrinationis noſtræ,ſcilicet
totū tempus huius vitæ:quod vij.dierū reuo
lutione agitur. ¶Quarta , eſt ſeptuageſima
hebdomadarū:quæ ſimiliter incipit à:Circun
dederunt me.ſed terminatur in ſabbato quo
cantatur:Sitiētes. ¶Quinta,eſt ſeptuageſima
ætatū,ſcilicet vij.ætates , quarū ſex ſunt mo-
rientiū:& ſeptima quieſcentiū.Harū autē ſe-
ptuageſimarū duæ ſunt figuratiuæ , ſcilicet
ſeptuageſima ætatū:& ſeptuageſima noſtræ
peregrinationis.tres ſunt figuratæ,ſcilicet ſe-
ptuageſima annorū, dierū,& hebdomadarū.
De vltimis duabus primò dicendū eſt. Nam
ſeptuageſima,hebdomadarū figurat ſeptua-
geſimā ætatē:vt hebdomada pro ætate pona
tur.Inde eſt,quòd in vij.ætate animæ fideliū
requieſcunt : licet quædam ad tempus ſint in
purgatorio & idcirco in principio ſeptimæ
hebdomadæ ætatū cantatur:Lætare Hieruſa
lem.vbi ponuntur tria verba lætitiæ,ſcilicet
lætare:gaudentes : & exultetis.quia ſancti in
ſeptima ætate gaudent de viſione trinitatis.
Et ſecundū quod viſum eſt doctoribus:iuxta
ſeptuageſimā hebdomadarū factæ ſunt illæ
denominationes,ſcilicet ſexageſima,ſeptua-
geſima , quinquageſima , & quadrageſima.
5 Vnde † ſeptuageſima dicta eſt:quia ſeptima
eſt ab illa,in qua cantatur:Lætare Hieruſalē.
Sexageſima : quia ſexta eſt ab illa.Quinqua-
geſima:quia quinta eſt ab iſta. Quadrageſi-
6 ma,quæ eſt quarta.Et ſi fortè † quæratur, qua-
re non dicitur triceſima,quæ eſt tertia ab il-
la?Reſpōdetur quòd ſecundum varios variè
inchoatur abſtinentia. Nam regulares inci-
piunt ieiunare à ſeptuageſima:Græci à ſexa-
geſima:clerici à quinquageſima:tota militia
Chriſtiana à quadrageſima , additis quatuor
diebus hebdomadæ præcedentis.Sed videtur
potius debere dici ſeptena,quàm ſeptuageſi-
ma:quia ſicut dictū eſt nō ſunt , niſi ſeptem
hebdomadæ à:Circūdederunt me:vſque ad,
Sitientes.Sed idcirco hoc fit : vt hæc ſeptua-
geſima aliquo modo reſpondeat ſeptuageſi-
mæ iudaicæ captiuitatis.Sicut enim multi ex
illis authoritate Cyri,qui cognominatus eſt
Chriſtus,in patria redierūt:& in fine omnes:
ita & ante finē ſeptuageſimæ ætatū:quæ per
ſeptuageſimā hebdomadarū figuratur:multi
ad patriā per Chriſtum redierunt:& tandem
omnes redibunt.Aiunt etiā quidam,quòd ſe-
ptuageſima ſic dicitur:quia habet exordium
lxx.dierū,quos cōtinet:ſexageſima:quia ha-
bet initiū lx.dierū,quos cōtinet,& ſic de quin
quageſima & quadrageſima. Nunc dicamus
de tribus primis. Nempe ſeptuageſima die-
rum,repræſentat ſeptuageſimā annorū:& fi-
gurat ſeptuageſimā ſiue tempus noſtræ pere
grinationis,de quo iam dicetur.Viſum eſt au
tem magno Imperatori Carolo,quòd ſeptua
geſima,ſexageſima, quinquageſima,quadra-
7 geſima † nō propter numerū ſic denominen
tur.nō enim à ſeptuageſima ſunt lxx.dies:ſed
tantùm ſexagintaquatuor:nec à ſexageſima,
vſque ad paſcha ſunt lx.dies:ſed tantū quin-
quagintatres:ſed ſi dicta ſunt propter conſe-
quentiam numerandi hoc modo. Quia enim
in lege præceptū erat,vt primitiæ & decimæ
darentur Deo:placuit ſanctis patribus ſolue-
re decimas dierū conſtituentes pro huiuſmo
di decimis quadrageſimam.Nam ab officio,
Inuocauit.vſq; ad paſcha,demptis dominicis
diebus,ſunt xxxvj.dies , qui ſunt decima tre-
centorum lx.dierū,ex quibus annus conſtat.
Superſunt tamen quinque dies in anno , qui
videntur remanere indecimati.de quo dice-
tur ſub quarta feria quinquageſimæ. Et eſt
vocatum tempus illud quadrageſima : quia
habet ſex ſeptimanas:prout dicetur ſub pri-
ma dominica quadrageſimæ. Theleſphorus
verò Papa iiij.diſtinctione.ſtatuimus.& duo-
bus capitu.ſequentibus.& Grego. de conſe-
cratione.diſtinctione v.quadrageſima.volen-
tes,quòd clerici aliquid adijcerent ad pen-
ſum ſanctæ religionis : & vt plus quàm laici
ieiunarent , adiecerunt ſeptimam ſeptima-
nam,& vocatum eſt tempus illud quinqua-
geſima , propter duas cauſas , ſcilicet quia
quinquaginta dies ſunt ab:Eſto mihi : vſque
ad diem ſanctam paſchæ : & etiam propter
conſequentiā numerādi:nam poſt quadrage-
ſimā ſequitur quinquageſima.Prætereà,ſicut
8 † per ſex hebdomadas ſex miſericordiæ ope-
ra intelligūtur:ſic & per ſeptē hebdomadas,
ſeptē modi ſignificātur,qbus crimina remit-
tuntur

tuntur,ſcilicet per baptiſmum,per martyriũ,
per eleemoſynas:per indulgentiam,per præ-
dicationem , per charitatem , per pœniten-
tiam. Poſteà verò , quia prius ſtatutum erat
quòd Chriſtiani deberent quinta feria ieiu-
nare,Melchiades Papa,de conſe.diſt. iij.ieiu-
nium.inſtituit,quòd nemo ieiunaret in quin-
ta feria:ſicut nec in prima:vt ſicut prima fe-
ria ſolennis erat propter Domini reſurrectio
nem:& ita in quinta feria eſſet propter eius
cœnam & aſcenſionem. Vnde & adhuc die
ipſa lautius epulamur : & idcirco placuit
ſanctis patribus addere octauam hebdoma-
dam,in redemptionem quintarum feriarum.
& vocatum eſt tempus illud,ſexageſima:pro
ter conſequentiam numerandi. Nam ſicut
quinquageſimus numerus quadrageſimum,
ita ſexageſimus quinquageſimum comita-
tur. Si enim omnes quintas ferias & primas,
id eſt,dies dominicos ſubtraxeris,ab hoc tem
pore tantùm xl. dies ieiunabiles reſtant : in
quibus nõ tantùm decimas ſolues:ſed & ie-
iunij dominici numerũ implebis. Inno.quoq;
Papa:de conſe. diſt.iij.inſtituit,ne ſabbato ie-
iunaretur : eò quòd Dominus in ſabbato in
ſepulchro quieuit , in ſignum noſtræ futuræ
quietis:in qua omnis afflictio à nobis exclu-
ditur.Idem etiam ſtatuerunt Melchiades &
Silueſter Papę:ne propter abſtinẽtiam ſextæ
natura nimis debilitaretur. Et idcirco addita
eſt nona hebdomada : & vocatum eſt tẽpus
illud ſeptuageſima ſimiliter , propter conſe-
quentiam numerandi. Nam ſi ſubtraxeris ab
hoc tempore omnes primas ferias,& quintas,
& ſabbata , & diem paſchæ , non reſtant tibi
niſi trigintaſex dies:qui, vt dictum eſt , ſunt
decima dierum.Incipit autem ſeptuageſima
à mœrore , & terminatur in lætitia , ſicut &
pœnitentia , quam ſignificat : & ſicut pſalmi
pœnitentiales. Item partem habet in triſti-
tia, & partem in lætitia ſemiplena : quoniam
qui cum pœnitentia tranſeunt , percipiunt
vitam æternam,vel animarum beatitudinem
vel ſaltem certam in purgatorio expectatio-
9 nem. † Item incipit à dominica & termina-
tur in ſabbato:eò, quòd à manſione paradyſi
noſtra captiuitas inchoauit:& vſq; ad futurã
requiem perdurabit:vel quia, qui per pecca-
tum à Domino noſtro receſſimus,per pœni-
tentiam ad requiem reuertemur:& termina-
tur ſabbato in albis, & ſic extenditur per de-
cem hebdomadas:quia per decalogum ad læ
titiam peruenitur.¶Rurſus incipit à Februa-
rio:iuxta Zachariã j.c.qui dicit , quòd in vn-
decimo menſe Sabath in ſecundo anno Darij
factum eſt ad eum verbum Domini. Sabath
quidem,noſtra lingua vertitur in virgam:ſo-
nat enim auſteritatem & correctionem:quia
in hoc tempore ſeptuageſimæ de peccatis
noſtris , per quæ ſumus à diabolo captiuati,
nos corripere & emendare debemus. Verum
ſexageſima in quarta feria in albis:quinqua-
geſima in die paſchæ,quadrageſima in cœna
Domini terminantur. Nam duo dies qui ſe-
quuntur:& quatuor qui ſumpti ſunt de quin-
quageſima , ſupplent locum ſex dierum do-
minicarum:vt ſic reſpondeamus pro modulo
noſtri ieiunij, ieiunio Domini , qui ieiunauit
xl.diebus.A ſeptuageſima quippe,vſq; ad ſab
batum in albis,ſunt ſeptuaginta dies:& à ſe-
xageſima,vſq; ad quartam feriã in albis, ſunt
lx.dies:& ſic de alijs. Decebat enim , vt ſicut
fuerunt tres Iſraëlitici populi, de captiuitate
reuerſiones , prima ſub Zorobabel : ſecunda
& tertia ſub Eſdra , vt iam dicetur:ſic & nos
noſtra peccata deflentes : & de peccatis mi-
ſericordiã implorantes , tres faceremus ter-
minationes, ſcilicet in ſabbato , in quarta fe-
ria,& in paſcha: vt reuerteremur ad gloriam
triumphantis,& quarta in cœna Domini pro
pter quatuor euangelia , per quæ in his for-
mamur.Sunt autem ſex dies inter principium
ſeptuageſimæ & principium ſexageſimæ , &
ſex inter principium ſexageſimæ:& principiũ
quinquageſimæ, & ſex inter principium quin
quageſimæ & xl.Inter finẽ verò lxx. & ſexa-
geſimæ duo:& inter finem lx. & quinquage-
ſimæ duo : & inter finem quinquageſimæ &
xl.duo ſimiliter : & ita habemus à principio
vnum ſenarium:& à fine duos ſenarios. A fi-
ne verò , habemus duo & duplex binarium.
quid hoc figuret : Alcuinus oſtendit , dicens
quòd vna fuit mors Chriſti, ſcilicet mors cor
poris quam per vnum ſenarium ſignificamus:
& mors noſtra duplex eſt , ſcilicet animæ &
corporis : quam ſignificamus per duos ſena-
rios.Chriſtus autem,per vnam ſuam mortem
duplam noſtram deſtruxit. Iterum vna fuit
reſurrectio Chriſti , ſcilicet reſurrectio cor-
poris:quam ſignificat vnus binarius:& noſtra
reſurrectio dupla eſt,ſcilicet reſurrectio ani-
mæ à peccato:& corporis à corruptione quã
ſignificat duplex binarius. Et Chriſtus ſua
ſimpla reſurrectione , duplam noſtram mu-
niuit.



10 nuit. † Septuageſima ergo tempus iudiciale
captiuitatis repræſentat. Siquidem Nabucho
donoſor populum iudaicum , propter eius
peccata ab Hieruſalem in Babylonem duxit:
& ſeptuaginta annis operibus duris affectus
eſt,vbi in organis & citharis , & alijs inſtru-
mentis :ſicut conuenerat in Hieruſalem non
Pſal.136 cecinit, dicens: Quomodo cantabimus can-
ticum Domini, in terra aliena ? imò veſtibus
11 miſeriæ fuit vſus.† Finitis verò lx. annis Cy-
rus:qui & Chriſtus dictus eſt , regem Baby-
lonicum ſubiugauit:populóq; redeundi licen
tiam conceſſit. Vnde pars ſub Ieſu magno ſa
cerdote cum Zorobabel ad patriam rediens
templum Hieroſolymis cum gaudio reædi-
ficauit : pars autem in captiuitate remanſit,
vſq; ad completionem ſeptuaginta annorũ:
quibus expletis ſub Dario & Aſſuero:& qui-
dam ſub Eſdra:& quidam ſub Neemia:vide-
licet,reuerſi ſunt,& tunc duplex gaudium ha
buerunt. Sane myſticè Nabuchodonoſor eſt
diabolus :Babylonia , mundus : vel infernus:
Hieruſalem, paradyſus. Populus , genus hu-
manum Nabuchodonoſor ad Hieruſalem
populum captiuauit : & diabolus genus hu-
manum à paradyſo in hunc mundum, vel in
infernum deiecit:vbi lxx.annis illum affecit:
vel quia præſens vita ſeptem dierum curri-
culo voluitur:vel quia ſeptem milibus anno-
rum includitur : prout iam in principio dictũ
eſt.Populus cantica lætitiæ ſuſpendit : & ge-
nus humanum à canticis exultationum in
Deum ſiluit:populus veſtimẽtis miſeriæ vſus
fuit:& genus humanum veſtimento maledi-
ctionis opertũ fuit:iuxta illud : Fiat ſicut ve-
ſtimentum,quo operitur:populus poſt ſexa-
ginta annos ſub Ieſu redijt , & genus huma-
num in ſexta ætate per Ieſum verum ſacer-
dotem remeauit:quidam ſub Eſdra , quidam
ſub Neemia redierunt. Eſdras, interpretatur
adiutor. Neemias , conſolator : quia omnes
verè fideles finita huius temporis captiuitate
per Chriſtum , adiutorem , & per ſpiritum
ſanctum conſolatorem , ad patriam ſunt re-
dituri : & tunc duplicatum gaudium habe-
bunt in glorificatione corporis & animæ.
12 ¶† Rurſus hæc omnia repræſentat Eccleſia
à lxx. vſq; ad ſabbatum in albis. Quia enim
populus Iſraël,ſiue genus humanum deiectũ
Pſal.17 fuit in miſeriam, idcirco incipit:Circundede-
runt me gemitus mortis.Item,quia ille ſiluit
à canticis lætitiæ,ideò Eccleſia cantica læti-
tiæ , ſcilicet allelu Ia , & Gloria in excelſis
Deo,& Te deum ſubticet.Adhuc, quia popu
lus perdidit veſtem virtutum , ideò Eccleſia
veſtibus cultioribus & ſolennioribus, vtpotè
dalmaticis & tunicellis & huiuſmodi , quæ
ſunt veſtes lætitiæ,non vtitur:ſed potius lu-
gubribus.In cibis quoq;,videlicet ieiunando,
triſtitiam repræſentamus : vnde Zachariæ
viij. Cum ieiunaretis per os lxx. annos,nun-
quid ieiunium ieiunaſtis mihi. ideóq; pro-
ximam hebdomadam græci ieiunio ſanctifi-
13 cabant.† Item quia ille anno ſexageſimo per
Cyrum , qui Chriſtus dictus eſt , reditum in
patriam , & liberationem à ſeruitute recepit:
ſic & nos in ſexta ætate ſeculi ſumus per
Chriſtum à ſeruitute diaboli redempti : no-
bíſq; reddita eſt innocentiæ ſtola per ba-
ptiſmi remiſſionem.ideóq; in ſabbato ſancto
vnum allelu Ia cantamus : iam ſpe quietis
æternæ & recuperationis patriæ gratulantes.
14 † Et ſicut pars populi cum Zorobabel repa-
triauit:pars verò in captiuitate remanſit : ſic
& pars fidelium defunctorum cum Chriſto
reſurrexit:pars in expectatione remanſit. Sed
quia & graues fuerunt labores eorum,qui in
Hieruſalem ſunt reuerſi , in longitudine viæ:
& in apparatu reditus:ideò & nos in præſenti
Eccleſia laboramus & ingemiſcimus:& tunc
ſtatim poſt allelu Ia cantamus tractum: Lau
date Dominum:qui laborem ſignificat:dici-
tur tamen de laude Domini congratulando
propter reſurrectionem. Illi quoq; cum læ-
titia redeuntes,in itinere vexabantur : & nos
per totam hebdomadam paſchalem gradua-
le cum allelu Ia cantamus : per graduale la-
borem , per allelu Ia , gaudium deſignantes.
15 † Deinde illi omnes completo anno lxx.ad
patriam ſunt reuerſi , & plenam ſuſceperunt
lætitiam:& nos ſabbato in albis quo vt præ-
miſſum eſt,ſeptuageſima terminatur:duplex
allelu Ia cantamus, ſignificantes quòd finito
exilij noſtri tempore , captiuitas abſoluetur,
& ſtola geminabitur . Hoc igitur tempore
lætitiæ cantica ſubticentur : & vt præmiſſum
eſt:de quibus dicitur Hiere.vij. Faciam quie-
ſcere vocem gaudij & lætitiæ: vocem ſpon-
ſi & ſponſæ :ſiquidem ſponſus à nobis abijt.
Cum igitur ſtatum Eccleſiæ nondum re-
demptæ recolimus , & noſtrum incolatum
plãgimus, meritò alia deponimus, quod ſpe-
cialiter illum gloriam ſignificat : de qua di-
citur in Pſal. Exurge , gloria mea : exurge, Pſal.56

pſalterium cum cithara.exurgam diluculo.
Nempe gloria patris eſt filius,qui citharam
noſtræ humanitatis factam aſſumpſit:quam
in paſsione fractam per reſurrectionem in
pſalterium reformauit. Non dicuntur etiam
16 † alia cantica lætitiæ:tum quia hoc tempo-
re repræſentatur Eccleſiæ ſtatus nondum per
Chriſtum redemptę. Et hæc cantica ſunt ad
Chriſtum ſpecialiter pertinentia:tum quia in
ipſo tempore nos peccatores repræſenta-
mus:& in ore peccatoris non bene reſonant
præconia ſaluatoris. Veruntamen canticum
trium puerorum : & Gloria patri & filio &c.
non ſubticetur : quia nunquàm fuit aliquod
tempus in quo non fuerint aliqui trinitatis
17 cultores.Leo Papa de conſe. diſt.j.hi tuo.di-
cit quòd ideò hymnos illos , ſcilicet Allelu
Ia.& gloria in excel.quos angeli cantauerunt
in ſeptuageſima intermittimus:quia peccato
veteris hominis à conuentu angelicæ iubila
tionis expulſi,in huius miſeriæ vitæ Babylo-
ne ſuper flumina eius ſedemus,& flemus , dũ
recordaremur illius Syon, in qua Deum de-
cet hymnus. A ſeptuageſima ergo quando
protoplaſtus lapſus eſt recitare allelu Ia:
& Gloria in excel.in Eccleſia nouem hebdo
madibus , ſcilicet vſq; in paſcha intermitti-
mus:vbi Chriſtus reſurgens à mortuis triſti-
tiam noſtram vertit in gaudium, & allelu Ia
nobis redit.De hoc etiam dictum eſt in pro-
œmio huius partis. Quæ cantica lætitiæ di-
cantur in feſtis,quæ occurrunt in lxx.dicetur
in procemio vij.partis. incipit ergo lxx.à mœ
rore:& in gaudium terminatur , vt præmiſ-
18 ſum eſt.¶ † Et nota quòd in ſabbato præce-
denti ſæpe & ferè per omnia cantuum offi-
cia allelu Ia iteratur : pro eo quòd illud di-
ligimus , & in theſauro cordis recondimus:
ſicut amicum iter longinquum profecturum
ſæpe amplectimur: & eius os , faciem & cæ-
tera oſculamur. Rurſus ideò in ſabbato ad
veſperas geminatur ſeu multiplicatur.quo-
niam in lapſu Adæ, qui erat in magna quie-
te , gaudium perdidimus : ſed animabus re-
quiem recuperamus , & corporibus in reſur-
rectione deniq; geminabimus. Quidam autẽ
in ipſo ſabbato , dimittunt allelu Ia, ad ſex-
tam , quidam nouam , quidam ad veſperas:
quidam verò ad nocturnam huius domini-
cæ : & quidam ad primam dominicam huius
diei:quæ varietas prouenit ex diuerſitate in-
ceptionis diei : de qua in procenio ſeptimę
partis dicetur. Rectius tamen dimittitur in Rom.
veſperis:quia tunc dies incipit, quo ad diurna
officia:quia nox præceſsit:dies autem appro
pinquabit : & hoc etiam ſtatuit Alexander
Papa ij. vt eius geminatio ad finem præce-
dentis temporis pœnitentiæ , quam laus ſe-
quitur euangelica referatur:& eius depoſitio
luctui ſequentis temporis aſsignetur. Vnde
& quædam Eccleſia deponunt allelu Ia,cum
gaudio magno. Aliæ verò cum gemitu &
ſuſpirio . illi , repræſentant futuram repara-
tionem:iſti , de paradyſo eiectionem. Cæte-
rùm , quia hoc tempus mœroris eſt,non di-
cuntur cantica angelorum , ſed hominum:
vnde pro depoſito allelu Ia,dicit Eccleſia in
principijs horarum : Laus tibi Domine , rex
19 æternæ gloriæ:non quòd æquipolleat.† Alle
lu Ia enim , eſt vox angelica, iſta humana,
illa hebraica, & ideò dignior , iſta latina , &
ideò minus dignior. In antiphonis reſponſo-
rijs dicunt quidam in æternum.In miſſa verò
pro allelu Ia,dicimus tractum : nec fit com-
mutatio in hebraicam linguam : quæ ſicut
Hieroñ.ait ſuper Eſaiam gręco ſermone opu
lentior eſt:nec in græcã,quæ latina ditior eſt:
ſed in latinã allelu Ia commutatur , quæ o-
mnibus pauperior eſt:ad ſignificandum pau-
20 pertatem præſentis vitæ.¶ † Et nota , quòd à
ſeptuageſima vſq; in paſcha , per dominicas
noctes duo pſalmi mutantur ad laudes, ſcili-
cet Miſerere mei:qui eſt pſalmus pœniten-
tialis , in locum pſalmi : Dominus regnauit:
qui eſt pſalmus lætitiæ : & ad perfectionem
informat:Pſal.Confitemini,in locum pſalmi:
Iubilate.& hoc ideò , quia per pœnitentiam
venitur ad laudis confeſsionem,& per timo-
rem ad ſpem. Quiſq; enim in peregrinatio-
ne,quam ſeptuageſima ſignificat, poſitus, ti-
mori & ſpei eſt ſubditus. Pſalmus enim:Mi-
ſerere.timorem, quem oportet fragiles pec-
catores in præſenti peregrinatione de vindi-
cta Dei habere , deſignat informans eos , vt
peccata ſua plangant : quia verò poſt dolo-
rem cordis & confeſsionem reatus fiduciæ
accedendi ad Dominum habenda eſt : ideò
Deum laudantes dicimus ad alterutrum, pſal
mum:Confitemini.Rurſus pſalmus:Confite-
mini.dicitur hoc tempore ad laudes ad no-
tandum pueros debere inſtrui,vt in ramis pal
marum ſciant laudes Domini decantare.
Quoniam hic pſalmus propriè ad illum per-
tinet:maximè propter illum verſum: O Do-
mine,



mine,ſaluum me fac:ò Domine,bene &c.vel
ideò,vt per mortem,& confeſsionem conſe-
quamur peccatorum remiſsionem. Dictus
verò pſalmus:Dominus regnauit,etiam pſal-
mus:Deus meus reſpice &c.& ſequentes hoc
tempore dicuntur ad primam , ne aliquid de
pſalterio prætermittatur, quin totum ſaltem
in ſeptimana dicatur:quod totum in Eccleſia
primitiua in die legi ſolebat.† Cęterùm,quia
21 vt præmiſſum eſt, per ſeptuageſimam totum
vitæ noſtræ ſpatium accipimus : meritò offi-
cia dominicarum, quæ ſunt à ſeptuageſima,
vſq; in paſcha,variantur : per quod notantur
ordines vitæ noſtræ ſeu cuiuſlibet animæ fi-
delis,poſtquàm peccauit. Per primum enim
ſcilicet:Circundederunt me habemus aliquẽ
peccata confitentem. Per ſecundum, ſcilicet
Exurge.habemus eundem petentem. Per ter
Eſa.58 tium,ſcilicet Eſto mihi, ipſum orantem eſſe
Dominum adiutorem ſibi.Per quartum , ſci-
licet.Inuocauit me cognoſcimus Dominum
illum audientem ſibi adiutorem eſſe.iuxta
illud:Te orante,dicam:Ecce adſum.Per quin
tum,ſcilicet Reminiſcere,habemus illum cre
dentem vel ſperantem. Per ſextum , ſcilicet:
Oculi mei.intelligimus eum bonæ operatio-
nis promiſsionem facientem. Per ſeptimum,
ſcilicet:Lætare Hieruſalem.vbi de hoc dice-
tur:accipimus eum de hac paſsione exultan-
tem:& quòd etiam requies ſit multis data in
hac vita. Per octauum , ſcilicet Iudica me
Deus , videmus eum à Deo confirmatum in
virtutibus,& bonis operibus : quod iam con-
fidenter vult,& poſtulat iudicari in conſum-
matione æterna.Per nonum, ſcilicet: Domi-
ne ne longè:intelligimus , quòd iam ſit col-
locatus in ordine angelorum. Orat enim ibi
habere perſeuerantiam.Et quòd iſtud totum
valeat adipiſci,ſubiungit cauſam, ſcilicet per
reſurrectionem:quod habetur per decimum
officium : ſcilicet Reſurrexi : de hoc etiam
ſub dominica quadrageſimæ dicetur.

SVMMA.

1 Septuageſimæ officium.
2 Geneſis liber cur legatur in ſeptuageſi-
ma.& num.3.
4 Septuageſima , quódnam officium ha-
beat in Miſſa.
5 Septuageſimæ Epiſtola . & ſummarium.
numero 6.
7 Tractus ſequitur reſponſorium, in ſe-
ptuageſima.
8 Septuageſima , quod habeat euangelium. Et
qualiter accipiatur.& nu.11.
9 Terra,eſt omnium mater.
10 Iugum,eſt in quolibet ſtatu & gradu , ſuper
filios.

## *De officio Septuageſimæ.*

### CAP. XXV.

NVnc de officio præſentis Do-
1 minicæ aliqua dicemus. † Sa-
nè,vt pręmiſſum eſt,filij Iſraël
ſeruierunt ſeptuaginta annis
regi Babylonis:& poſteà libe-
rati redierunt in Hieruſalem.Similiter opor-
tet nos ſeruire ipſi tota vita iſta, vel per cul-
pam & pœnam , vel ad minus per pœnam.
Propter quod volens Eccleſia agit pœniten-
tiam, tanquàm poſita in captiuitate Babylo-
niæ,id eſt huius mundi , vt quandoq; libere-
tur:& perueniat ad Hieruſalem cœleſtem:&
propter hoc facit ſeptuageſimam : & ideò
2 incipit † legere quinq; libros Moſi : quia iſta
vtilitas pœnitentiæ per gradus diſtinguitur
in illis. Primus enim liber , ſcilicet Geñ. in-
ſtruit nos in initialibus pœnitentiæ, in fide,
ſcilicet & timore:quæ ſunt eſſentia pœniten-
tiæ:quia per ea concipitur pœnitentia.In fide Gen.70
autem nos inſtruit:ſicut & in ſymbolo:quod Gen.1
enim ibi dicitur viſibilium & inuiſibilium:di
cit hîc : In principio creauit Deus cœlum &
terram,ſcilicet cœlum empyreum:& ea quæ
in eo ſunt:quæ ſunt inuiſibilia:& terram , id
eſt omnia iſta viſibilia:& ſicut ibi exprimitur
perſona patris,& filij :ſic & hîc:In principio,
id eſt , & in filio creauit Deus , ſcilicet pater
cœlum & terram.poſteà exprimitur perſona
ſpiritus ſancti , cùm dicitur : Et ſpiritus Do-
mini ferebatur ſuper aquas,id eſt,ſpiritus ſan
ctus,qui creauit, & regit omnia. Inſtruit etiã
nos in fide incarnationis,& paſsionis , vt cre-
damus Chriſtum inquantum hominem , paſ-
ſum fuiſſe:& non inquantum Deum : & hoc
per Iſaac,qui non fuit immolatus : ſed aries.
Iterum inſtruit nos , vt credamus Chriſtum
datum eſſe ex gratia , non ex meritis : ſicut
Iſaac. Inſtruit etiam nos in fide reſurrectio-
nis,& aſcenſionis:& ſpiritus ſancti miſsionis
per Ioſeph , qui poſt venditionem ſublima-
tus eſt in Aegypto , diſtribuens triticum per
totam Aegyptum : ſicut Chriſtus poſt ven-
ditionem ſublimatus mundo ,diſtribuit tri-
ticum verbi Dei per prædicatores ſuos per

totum mũdum. Cuius cauſa fuit reſurrectio,
aſcenſio, & ſpiritus ſancti miſsio. Incutit etiã
timorem per Adam, ne nos per vitium gulæ,
ſiue per inobedientiam eijciamur de para
dyſo ſpirituali, ſicut ille de paradyſo terre-
ſtri: & per nos Cain inſtruit, vt caueamus ab
homicidio: & per ciuitates penitus deſtru-
ctas, vt caueamus à vitio Sodomorum: & ab
omni vitio per diluuium: & iterum à vitio
gulæ, per Eſau: qui propter eſum lenticulæ
ruffæ reprobatus eſt. Præterea, quia in lxx. re
colimus miſeriam noſtram, quam propter
peccata parentum noſtrorum incurrimus:
3 ideò librum† Geneſeos legimus: vbi agitur
de expulſione primorum parentum de para-
dyſo: & de alijs: de quo etiam cantamus re-
ſponſoria: In ſudore vultus tui: & illud: Ecce
Adam &c. Ad maiorem tamen miſeriam de-
ſignandam, prius legimus & cantamus de di-
gnitate hominis, ſcilicet quòd eſt factus ad
imaginem & ſimilitudinem Dei: quòd in pa
radyſo etiam collocatus eſt: quòd ſocia ei fa
cta eſt: & quòd nec mori, nec aliquam pœnã
4 pati poſſet, niſi ex culpa ſua proueniret.† Of
ficium autẽ miſſæ eſt: Circundederunt me
&c. vbi confitetur Eccleſia ſe eſſe in pœna &
laboribus inflictis propter peccatum: quæ
ſunt, fames, ſitis, calor, frigus, laſsitudo, ægri-
tudo, & mors ipſa, per prauam conſcientiam:
& amaritudo, fœtor, & tenebræ, quales ſunt
dolores inferni. Sed ne iſte luctus generet in
nobis acidiam ſiue triſtitiam: quæ mortem
Pſal. 17 operatur, ponit in verſu conſolationem: Di-
Pſal. 41 ligam te Domine, virtus mea &c. vt ſic poſ-
Gen. 4 ſit dicere: Fuerunt mihi lacrymæ meæ pa-
nes &c. Et aduerte, quia hæc verba: Circun-
dederunt &c. ſunt etiam vox Eccleſiæ primi-
tiuæ plorantis in Abel protomartyre præ-
centore: cuius ſanguis de terra clamauit ad
Dominum: qui aperuit os ſuum, & ſuſcepit
cum de manu Cain fratris eius. Vnde ſtatio
eſt ad ſanctum Laurentium, cuius mors præ-
tioſa nouo & inaudito genere paſsionis cla-
mauit in cœlum, & audita eſt in vniuerſum
mundum. Vnde & Eccleſia Romana præ cæ
5 teris eſt authẽticata martyribus.† Ne autem
Eccleſia deſperet, iam proponitur ei in euã-
gelio triplex ſalubre remedium, & in epiſto-
la triplex premium. Remedium eſt, vt ſi vult
ab illis plenè liberari, in vinea animæ ſuæ la-
boret, abſcindendo vitia & peccata: poſteà in
ſtadio vitæ præſentis, currat per pœnitentiæ
opera: deinde viriliter in agone pugnet con-
tra omnia diaboli tentamenta: quod ſi fece-
rit, triplex remedium habebit, quia laborãti
dabitur denarius: curenti brauium, pugnanti
6 corona.† Verum quia non libenter homo
ſuſcipit onus pœnitentiæ niſi videat præmiũ:
ideò oſtendit præmium in epiſtola j. ad Cor.
ix. Neſcitis, quia hi qui in ſtadio currunt, o-
mnes quidem currunt: ſed vnus accipit bra-
uium. Eſt enim brauium præmium curren-
tium, per quod ſignificatur beatitudo æter-
na: quæ eſt præmium currentium in regnum
æternum: quod oſtenditur vt libentius agant
homines pœnitentiam: & vt magis fleant pec
cata ſua. vnde Pſal. Super flumina Babylonis Pſal. 136
illi &c. & ſicut in curſu exteriori remouẽtur,
quæ impediunt curſum: ſicut dicit Apoſto-
lus ſe facere, cùm dicit: Caſtigo corpus meũ, 1. Cor. 9
& in ſeruitutem redigo &c. q. d. Leuigo me,
id eſt leuem facio ad hoc, vt poſsim currere:
ſic facit Eccleſia: macerat enim carnẽ ſuam,
vt remotis omnibus nociuis ad brauium vitæ
æternæ melius currere poſsit. Et bene reſpon
det ei reſpõſorium: Adiutor in opportunita- Pſal. 18
tibus in tribulatione. Tribulatio enim, oppor
tuna & vtilis eſt homini: quoniam facit nos
recordari æternorum gaudiorum. Nec ſe-
quitur allelu Ia: quia ſubticet Eccleſia can-
7 tica lætitiæ: vt præmiſſum eſt.† Poſt reſpon-
ſorium ſequitur tractus à trahendo dictus, &
eſt ſuauis auribus, ſcilicet de profundis cla-
maui &c. Ad notandum, quòd in gemitibus &
ſuſpirijs trahit Eccleſia vitam ſuam de pro-
fundis peccati vel pœnæ. Sed ad conſolatio-
nem interponuntur verba miſericordiæ, cum
dicit: Quia apud te propitiatio eſt. Sed quia
nullo modo vult Eccleſia quòd filij ſui ca-
dant in acidiam: ideò poſt tractum ſequitur
8 euangelium † de denario diurno, id eſt, de
beatitudine æterna, quam oſtendit filijs ſuis,
vt hilariter faciant pœnitentiam. Simile eſt
regnum cœlorum homini patrifamiliâs, qui
exijt primo mane &c. Matt. xx. c. Homo, eſt
vinea Dei, & Eccleſia, quam quilibet debet
colere pro poſſe ſuo: in alijs per prædicatio-
nem: & in ſe per bonam operationem: & ſi
bene coluerit, habebit vitam æternam: quæ
dicitur denarius. In denario eſt imago & ſu-
perſcriptio: & nos habemus imaginem Dei: Pſal. 4
apertam ſubſcriptionem: quia erimus & dice Pſal. 81
mur dij & filij Dei, vnde Pſal. Ego dixi, dij
eſtis & filij excelſi omnes: Sequitur offerto-
rium:



rium: Bonum eſt confiteri Domino &c. In
quo monemur laudare Deum in tribulatio-
ne: quod poſſumus facere viſo denario diur-
no: ad quem videndum petijt Eccleſia illu-
minari. d. in poſtcommunione: Illumina fa-
Pſal. 80 ciem tuam &c. Poteſt etiam & aliter dici ſe-
Eccl. 40 cundum Inno. iij. in ſermone huius diei. Le-
gitur enim, quòd occupatio magna creata eſt
omnibus hominibus: & iugum graue ſuper
filios Adæ à die exitus de ventre matris eo-
rum, vſq; in diem ſepulturæ in matrem o-
9 mnium.† Siquidem mater omniũ hominum
terra eſt, & eadem omnium eſt ſepultura,
propter quod ille dicebat: Nudus egreſſus
ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar
illuc. In præmiſsis autem verbis circa ſtatum
humanæ conditionis tria conſideranda ſunt,
videlicet ingreſſus, progreſſus, & egreſſus.
De progreſſu prẽmittitur: Occupatio magna
creata eſt omnibus hominibus & iugum, &c.
10 de ingreſſu ſubiungitur.† A die exitus de
ventre matris eorum. de egreſſu concludi-
tur: Vſq; in diem ſepulturę in matrẽ omniũ.
Sanè in quolibet ſtatu graue iugum ſuper fi-
lios Adæ imponitur: graue quidem in ingreſ-
ſu grauius in progreſſu, grauiſsimũ in egreſſu.
Vnde meritò propheta flebat, dicens: Quare
de vulua matris egreſſus ſum, vt videam la-
borem & dolorem: & conſumerentur in cõ-
fuſione dies mei. Formatus eſt enim homo
de terra: conceptus in culpa: natus ad pœ-
nam. Verè itaq; occupatio magna creata eſt
omnis homo: & iugum graue, ſuper filios
Adæ: & beati, qui occupantur in bonis: mi-
ſeri, qui in malis. beati quoq;, qui iugum
Chriſti portant: miſeri, qui iugum diaboli.
Pſal. 17 Hanc humanæ conditionis miſeriam conſi-
derans Eccleſia gemit, dicens in introitu: Cir-
cundederunt me dolores inferni, &c. in qui-
bus verbis, propheta recolit lapſum huma-
num. Ne verò præterea nimio dolore de-
ſperet, ideò ſtatim commemorat miſericor-
diam creatoris in graduali: Adiutor &c. Occu
pationem autem honeſtam & vtilem Do-
11 minus inducit in euangelio:† Operarios con-
ducens, vt reddat illis mercedem: inhone-
ſtam verò & inutilem docet Apoſtolus, in
Pſal. 10 epiſtola euitare: Neſcitis (inquit) quòd hi, qui
in ſta. cur. o. q. cur. ſed vnus accipit brauium:
ſic currite, vt comprehen. &c. & ſequitur: Ego
autem ſic curro, non quaſi in incer. In tractu
verò: De profundis &c. propheta inter iugũ,
& iugum diſtinguit: dicens enim: Si iniquita-
tes &c. innuit iugũ diaboli: de quo per pro-
phetam dicitur: Computruit iugum à facie
Dei: vnde mox ſubdit: Quia apud te propi-
tiatio &c. Ecce iugum Chriſti ſuaue: de quo
veritas inquit: Iugũ enim meum, ſuaue eſt, & Matt. 11
onus meum leue. In ſumma autem officium
miſſæ continet afflictionẽ in introitu: ieiu-
nium in oratione: bellum in epiſtola: auxi-
lium in graduali: in euangelio in vineam in-
ducimur: vbi compatimur & cõregnabimus.

SVMMA.

1 Sexageſima, quorſum inſtituta. Et quid ſo-
net. num. 2.
3 Sexageſimæ euangelium.
4 Filij Eccleſiæ triplices. & nu. 5. 6.
7 Paulus, cur nominetur in collecta ſexage-
ſimæ.

## De Sexageſima. CAP. XXVI.

POſt ſeptuageſimã ſequitur ſe-
1 xageſima.† Sicut autem Eccle
ſia celebrat ſeptuageſimam in
miniſterio: quia quemadmodũ
filij Iſraël per fletum exierũt,
& liberati ſunt per lxx. annos, de ſeruitute Ba
bylonica: ſic & ipſa Eccleſia de ſeruitute dia-
boli, cui oportet modò ſeruire, liberata eſt
ſaltem per pœnitentiam factam in ſeptena-
rio huius vitæ: ſic etiam in miniſterio cele-
brat ſexageſimam: licet enim inſtituta fuerit
in redemptione quintarum feriarum, prout
dictum eſt ſub ſeptuageſima: fuit tamen etiã
inſtituta propter ſignificationem: quoniam
ſignificat tempus viduitatis Eccleſiæ: & illius
mœrorem propter abſentiam ſponſi, qui pec
catoribus abeſt per gratiam, & viatoribus per
humanitatis præſentiam. Licet enim Chriſtus
nobis ſit præſens, ſecundum diuinitatem, Iu-
xta illud: Et ero vobiſcum, vſq; in conſum- Mat. 28
mationem ſeculi: tamen ſecundum, quòd eſt
homo, in cœlo eſt, ſedens ad dexteram pa-
tris. Nempe fructus ſeptuageſimus viduis
debetur: in conſolationem autem illius ab-
ſentiæ ſponſi, qui ad cœlum raptus eſt: dan-
tur Eccleſiæ duæ animæ, ſcilicet ſex operum
miſericordiæ excitatio, & decalogi impletio.
2 † Vnde ſexageſima ſonat ſexies decem: vt
per ſex opera miſericordiæ, per decem, deca-
logus intelligãtur. Sexageſima enim ex ſe-
nario & denario conſtat: vt ſicut Dominus
poſt opera ſex dierum benedixit diei ſeptime

ſic poſt perfectionem operum decalogi per-
ueniemus ad beatitudinem æternam : & di-
Gene. 2 cetur nobis : Venite benedicti patris &c. &
ideò in ſexageſima legitur euangelium:
3 † Cum tuba plurima. Lucæ viij.ca.de ſemi-
Mat. 15 ne verbi Dei : vt homines ſeminent opera
miſericordiæ ad habendã illam benedictio-
nem.Et quia ſemen in pluribus ſuffocatur,
Pſal. 14 ideò clamat alta voce in introitu : Exurge:
quare obdormis Domine. In tertia verò do-
Pſal. 70 minica,ſcilicet quinquageſimæ oſtendit , per
quem velit liberari , ſcilicet per Deum.vnde
Pſal. 144 in introitu dicit : Eſto mihi in Deum prote-
ctorem:& quia Dominus prope eſt omnibus
inuocantibus eum : ſequitur liberatio in ſe-
quenti dominica:vnde dicit in introitu:Inuo-
Pſal. 90 uacauit me:& ego exaudiam eum. Impoſsi-
bile eſt enim , quin ille liberetur , qui aperit
per confeſsionem peccata ſua , quæ ſunt do-
lores ducentes ad infernum:& dolet dolore
ſatisfactorio , & petit à Domino liberari.
Quia verò peccata hominem à Deo ſepa-
rant,ideò dubitando dicit:Exurge.Item dicit
ter exurge in hodierno introitu : propter tri-
4 plices filios. ¶ † Primò enim clamat pro fi-
lijs, qui tentantur per aduerſa : ſed non ſuc-
cumbũt,vt Paulus:propter quos dicit primò,
Exurge : quare obdormis , id eſt obdormire
videris,non exaudiendo vel liberando:& hoc
facit Dominus:vt probentur & examinentur
in igne tribulationis.Puriores enim exierunt
Dan. 3 tres pueri de fornace Babylonis , quàm intra
uerunt.Vnde nõ dormit, ſicut habetur Hier.
ij.Vigilantem virgam ego video:& dicit Do
minus ſtatim:Bene vides : quia vigilabo ego
ſuper gregem meum . & ſuper filios meos
Pſal. 120 Pſal.Ecce non dormitabit,neq; dormiet , qui
cuſtodit Iſraël:& quantum ad iſtos dicit po-
ſteà : Obliuiſceris tribulationis:quia ſingula
5 ſingulis debent reddi.¶ † Secundi filij ſunt,
qui in pugna cadunt,& propter iſtos dicit Ec-
cleſia:Exurge,ne repellas in finem:quare fa-
Pſal. 43 ciem tuam auertis. q. d. Oſtende faciem tuã
6 & reuertentur ad te. ¶ † Tertij filij ſunt qui
per blanda tentantur : nec ſuccumbunt. ſed
quia aduerſa non tolerant , periculum eſt ne
proſpera eos frangant:& propter hoc dicunt:
Exurge Domine adiuua nos : & libera nos
propter nomen ſanctum tuum : propter hoc
ſequitur & libera nos. De hoc etiam in do-
minica ſequenti dicetur.Epiſtola verò, Liben
ter ſuffertis j.ad Corint.xj.cap. hortatur nos,
vt quæramus Dominum & deſpiciamus &
ſuſtineamus læſores:& tanquàm hoc cogno-
ſcentes dicimus reſponſorium:Sciant gentes,
quoniam &c. Tractus Oſtendit terram com Luc. 8
motam,id eſt , conſcientiam peccatorum. In
euangelio ergo ſemen iacimus , quoniam in
lxxij.in vineam inducti ſumus:eſt autem euã
gelium : Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen
ſuum &c.Et hoc fecit beatus Paulus , qui ſe-
minauit ſemen ſuum:id eſt , verbum Dei : &
propter hoc fit hodie ſtatio apud ſanctum
7 † Paulum:& inde eſt quòd in fine collectæ
huius diei dicitur doctoris gentium &c.Sæpe
enim ſecundum ſtationes officia ordinantur,
vt hodie.quia enim ſtatio eſt ad ſanctum Pau
lum:ideò de eo fit mentio in collecta:& eo-
dem modo in quinta feria ante,Lætare Hie-
ruſalem,& in ſabbato ibi ſequenti : vt ibi di-
cetur.Protenditur autem ſexageſima vſq; ad
quartam feriam poſt paſcha : in qua canta-
tur:Venite benedicti patris mei :quia illi qui Mat. 25
in operibus miſericordiæ ſe exercent,audient
illud:Venite benedicti patris mei &c.Vt ipſe
teſtatur & tunc ſponſæ ianua aperietur : &
ſponſi amplexu fruetur:vnde in Epiſtola ad-
monetur , vt ad inſtar Pauli tribulationem
de abſentia ſponſi patienter expectet:in euan
gelio ſeminationi bonorum operum ſemper
inſiſtat : & quæ quaſi deſperans clamaue-
rat : Circundederunt me gemitus mortis, &
dolores inferni &c. Nunc ad ſe rediens pe-
tit in officio , in tribulationibus adiuuari , &
ab ipſis eripi,dicens Exurge Domine:adiuua
nos &c.

## SVMMA.

1 Quinquageſima, eſt multiplex.
2 Quinquageſima Pſalmorum, eſt triplex.
3 Quinquageſima annorum,annus Iubileus.
4 Quinquageſima, quid notet. Et vnde dicatur
num. 6.
7 Ieiunium auſpicari debent clerici à quinqua-
geſima.
8 Quinquageſimæ officium matutinum.
9 Homo ſanctus,arcui comparatur cœleſti.
10 Quinquageſimæ officium quódnam in miſ-
ſa.
11 Charitatis quindecim gradus.
12 Pœnitentia,tria neceſſariò requirit.

## *De quinquageſima.* CAP. XXVII





SEquitur de quinquageſima.In
1 primis autem † notandum eſt,
quòd multiplex eſt quinqua-
geſima , ſcilicet dierum:anno-
rum:pſalmorum: perſonarum:
& denariorum. ¶ Quinquageſima dierum,
triplex eſt.¶ Vna à dominica iſta vſq; ad diẽ
paſchæ. ¶ Alia ad paſcha, vſq; ad pente.de
qua dicitur in cõcilio Aurelianẽ.de conſe.diſt.
iij.ſacerdotibus . quòd ante paſchæ ſolenni-
tatem, non quinquageſima ſupplendum eſt,
quia illa ſeruatur poſt paſcha, ſed quadrage-
ſima teneatur.¶ Tertia ab octaua paſchæ, id
eſt,à ſabbato in albis,vſq; ad ſabbatum poſt
pente.¶ Prima,eſt pœnitentiæ,afflictionis, &
abſtinentiæ. Tunc enim homines abſtinent à
carnibus, & continent à luxurijs. ¶ Secunda,
eſt lætitiæ & exultationis. ¶ Tertia , figuræ
ſine gloriæ:& glorificationis : figurat enim
octauam ætatem , vbi vtatur ſtola , ſcilicet,
animæ & corporis induemur. Et inde eſt,
quòd duo allelu Ia in illa quinquageſima
2 cantamus.¶ † Quinquageſima quoq; pſalmo
rum triplex eſt:& tres ſtatus Chriſtianę reli-
gionis ſignificat. Primus eſt pœnitentiæ : ſe-
cundus iuſtitiæ : tertius laudis vitæ æternæ:
ideóque prima terminatur in Pſal. Miſerere
mei Deus:ſecunda in Pſal. Miſericordiam &
iudicium.Tertia:Omnis ſpiritus laudet Do-
minum:quod eſt in fine pſalmi:Laudate Do
minum de cœlis. Hæ tres quinquageſimæ ſi-
Gen. 7 gnificant dies diluuij. Tot enim diebus fuit
aquę ſuper faciem terrę, ſcilicet centũ quin-
quaginta . Ideò ergo tres quinquageſimas
pſalmorum cantamus:vt Deus à tali diluuio
3 & ab omni periculo nos defendat.¶ † In quin
quageſima verò annorum , erat annus iubi-
leus , qui quinquageſimus erat. Tanta enim
erat ſeptenarij celebritas , quòd ſeptima dies
celebrabatur, ſcilicet ſabbatum : & ſeptima
ſeptimana:vt per pente. ſeptimus menſis , vt
Exod. 21 September:& ſeptenarius annus iubileus : in
quo omnes ſerui liberabantur.Si verò aliquis
eſſet,qui nollet liberari,ſed remanere in ſer-
uitute domini ſui,ducebatur ad poſtes taber
naculi,vel templi, & perforabatur eius auris,
cum ſubula , quod erat ſignum ſeruitij : nec
deinceps manumittebatur , etiam ſi vellet.
Item , omnia quæ tellus ex granis eo anno
procreabat,omnibus erant communia : non
enim colebatur illo anno. Omnia etiam de-
bita illo anno remittebantur:& poſſeſsiones
alienatæ reſtituebantur, prout ſub pente.di-
cetur:vnde iubileus,remittens, vel initians in
terpretatur : per quem rectè pœnitentia fi-
guratur,per quam vera libertas tribuitur : &
a diaboli ſeruitute liberamur : per eam etiã
peccatorum debita remittuntur , & hæredi-
tas æterna atque cœleſtes manſiones reſti-
4 tuuntur.† Quinquageſima ergo, pœnitentiæ
tempus & remiſsionis ſignificat. Inde eſt,
quòd hoc tempore pſalmus : Miſerere mei Pſal. 50
Deus:qui eſt quinquageſimus : & eſt tempus
pœnitentiæ,& remiſsionis frequentatur & le
gitur & cantatur de diluuio. Nam ſicut per
diluuium mundus purgatus eſt à malis ho-
minibus: ita per pœnitentiam purgatur μι-
κροκόσμος,id eſt,minor mundus,ſcilicet ho-
mo à vitijs & criminibus. ¶ Rurſus quinqua-
ginta dies in pœnitentia ducimus, vt in quin-
quaginta ſequentibus diebus , ſcilicet à pa-
ſcha vſq; ad pente.quos in lætitia ſumus actu
ri non excedamus , qui in die pente. ſpiritus
ſancti gratiam ſuſcipere mereamur. Finitur
enim quinquageſima in die paſchę.quia pœ-
nitentia ad nouitatem vitæ reſurgere facit.
De quinquageſima perſonarum ſermo ha-
betur in Ge.Abraham quæſiuit à Domino, ſi
quinquaginta boni eſſent in populo,nunquid
parceretur eis:imò dixit Dominus poſteà de
5 quinquaginta , & ſic vſq; ad decem. ¶ † De
quinquageſima denariorum, habetur ſermo
in euangelio, vbi agitur de duobus debitori-
bus:quorum vnus debebat centum denarios:
& alius quinquaginta : ſed de ea nil ad præ-
ſens. Dicitur autem quinquageſima quaſi
quinquies decem,ſignificans tempus remiſ-
ſionis:vt dictum eſt. Quinquagenarius enim
numerus conſiſtit ex quinnario & denario in
ſe multiplicatis.Nam qui opera quinq; ſen-
ſuum corporis per decem legis mandata mo
deratus fuerit , ſecurè dicere poterit , quòd
in vltimo die quinquageſimæ , ſcilicet in
paſcha cantatur , ſcilicet Reſurrexi, & ad-
6 huc tecum ſum &c. ¶ † Et not. quòd The-
leſphorus & Gregorius papæ iiij.diſtinc. ſta-
tuimus ij.cap.& cap. ſeq. ſtatuerunt vt cleri-
ci incipiant à quinquageſima ieiunare. ¶ In-
7 ſtituta eſt, quinquageſima. ¶ † Primò , pro-
pter ſuppletionem : vt videlicet ſupplerent-
tur dies dominici , qui de ieiunio quadra-
geſimę ſubtrahuntur:& ſic quadraginta die-
bus ieiunaretur : prout ſub ſeptuageſima eſt
dictum.¶ Secundò,propter ſignificationem:

quia ſignificat tempus remiſsionis vt præ-
miſſum eſt.¶ Tertiò, propter repræſentatio-
nem:quia non ſolum tempus remiſsionis ſi-
gnificat : verumetiam ſtatum beatitudinis
repræſentat. Nam in quinquageſimo anno
ſerui efficiebantur liberi:vt pręmiſſum eſt:&
quinquageſimo die agni immolati lex data
eſt : & in quinquageſimo die à paſcha datus
eſt ſpiritus ſanctus:& ideò hic numerus ſta-
tum beatitudinis repræſentat : vbi erit ade-
ptio libertatis,& cognitio veritatis,& perfe-
8 ctio charitatis.† Matutinale diei huius offi-
cium eſt de diluuio:vt Eccleſia incutiat timo
rem filijs ſuis,ne peccent per luxuriam,ſicut
in miſſa poſt communionem:ne peccent per
gulam.Et quia hæc duo vitia maximè domi-
nantur in illo tempore,ideò agit de diluuio,
per quod pœnitentia deſignatur : vt præmiſ-
ſum eſt. Sed ne timor nimis deſperare faciat:
dicit reſponſorium. Ponam arcum meum in
nubibus cœli,in ſignum fœderis,quod expo-
nitur allegoricè de Chriſto vel de quolibet
ſancto ſecundum ſuum modum. Arcus enim
9 † ille,quantò magis ad cœlum eleuatur,tātò
magis ad terram deprimitur:ita ſanctus ho-
mo,quantò magis eleuatus eſt ad cœleſtia,
Eccl.3 tantò plus ſe humiliat. Iuxta illud: Quantò
magis es, humiliare in omnibus. Item arcus
iſte eſt ſignum fœderis:ſimiliter & Chriſtus.
Pſal.83 Vnde in Pſal. Reſpice in faciem Chriſti tui.
& ſancti etiam ſunt fœderis ſignum:quia poſ
ſent iram Dei tenere , ſicut fecit Moſes lxv.
diſt.diſciplina.Item arcus ipſe portentum eſt:
ita & ſancti,quia ſi Dominus ita ſuos affligi
permittit, quid erit de malis?vnde legitur in
Eccleſia.Vidit arcum,id eſt ſanctum:& bene
dicit, qui fecit illum.Notandum autem eſt,
quòd primò cantantur quædam reſponſoria
de diluuio.Secundò, quædam de obedientia
Abrahæ.Poſtremò, de cæco illuminato , ad
notandum,quòd qui per pœnitentiā peccata
ſua diluerit & mandatis dominicis vt Abra-
ham obedierit : à Domino plenè illuminari
merebitur.¶ Porrò, in officio miſſæ Eccleſia
10 † rogat Deum:& inuocat pro filijs ſuis affli-
Pſal.70 ctis , dicens in introitu : Eſto mihi in Deum
protectorem, poſteà verò pro lapſis & dicit:
Et in domum refugij &c. Et cauſam ſubdit,
ſcilicet per fidem cum dicit:Quoniam firma
mentum meum & refugium meum &c.Ter-
tiò,pro tentatis in proſperitate exiſtentibus,
cum dicit:Et propter nomen tuum dux mihi
eris,& enutries me. De hoc etiam in præce-
denti dominica dictum eſt. Sequitur verſus:
de ſpe.q.d.quia meritò ſpei dabis mihi hoc.
In te Domine ſperaui. Oratio pro afflictis
eſt,ſcilicet Preces noſtras quæſumus Domi-
ne &c.Epiſtola eſt de charitate.j.Corint. xiij.
c. Si linguis hominum loquar.q.d.omnes vir
tutes eo modo,quo haberi poſſunt,ſine cha-
ritate , nihil valeant ad vitam æternam. Et
11 ponit † ibi quindecim gradus ex quibus perue
nitur ad regnum cœleſte.Primus gradus eſt:
Charitas patiens eſt. Secundus : benigna eſt.
Tertius,non æmulatur &c. Deinde ſequitur
commendatio charitatis. Charitas nunquàm
excidit. Quoniam autem non poteſt homo
habere charitatem , niſi fiant mirabilia. Ma-
ius enim eſt de impio facere pium , quàm
creare cœlum & terram.ideò ſequitur reſpō
ſorium:Tu es Deus, qui facis mirabilia :ver-
ſus eſt. Liberaſti in brachio tuo , id eſt , in
Chriſto per fidē Chriſti. Et ſequitur tractus:
Iubilate .cuius verba videntur eſſe contra
illud,quod per tractum ſignificatur , ſcilicet Pſal.4
dolores, per quos Eccleſia trahit vitam mi-
ſeram. Sed dic quòd iubilatio ſeu exultatio,
non eſt contrarium tractui : quoniam homo
beatus in ipſis miſerijs exultat:& etiam quan
do homo liberatus eſt , in miſerijs gaudet:
vnde in actibus Apoſtolorum:Ibant Apoſto-
li gaudentes &c. Et illud Salomonis: Cor, Act.5
quod nouit amaritudinē animæ ſuæ , in gau- Prou.14
dio eius non miſcebitur extraneus, id eſt dia
bolus,hoc eſt ſuper omne gaudium. Euange
lium eſt de fide paſsionis : & reſurrectionis:
Ecce aſcendimus Hieroſolymam &c. Luc.
xviij.c. & quia per fidem cæci illuminantur:
ideò ſtatim ſequitur cæci illuminatio , qui
valde ſapienter petijt,dicens:Domine , vt vi-
deam : quia viſio erit tota merces. Offerto-
rium ſimiliter eſt de fide:Benedictus es Do-
mine &c.Et aduerte,quia in euangelio cæcus Pſal.
petitionem geminat dicens bis : Fili Dauid,
miſerere mei.& in offertorio ſimiliter etiam
gratias de illuminatione vtriuſq; populi du-
plicat , dicens bis : Benedictus es Domine.&
in alijs etiam verbis magis ac magis duplici-
ter illuminari poſtulat, dicens bis : Doce me
iuſtificationes tuas:vel bis dicens:Iuſtifica-
tiones tuas propter viam teſtimoniorum, &
veritatis & mandatorum . Poſtcommunio,
ſcilicet Manducauerunt & ſaturati ſunt ni- Pſal.
mis eſt de timore,vt ad memoriam reduca-
mis eſt



mus:quod dicitur de Iudæis:Adhuc eſcæ eo-
rum erant in ore ipſorum:& ira Dei deſcen-
dit ſuper eos.Quia enim comederant vſque
ad nauſeam,ſtatim Deum ad iracundiam con
citauerunt : vt videlicet , incutiatur nobis ti-
mor,ne per gulam offendamus Deum , ſicut
Iudæi.Hoc autem facit Eccleſia:quia ſolent
homines magis intendere gulæ propter car-
nis præuium,quod imminet : de quibus dicit
Grego.diſtinct.iiij.denique.quòd relinquen-
di ſunt ſuo ingenio cum venia.Et ideò bene
competit huic diei. Poteſt etiam † & aliter
12 dici,quòd tria ſunt neceſſaria,quæ proponun
tur nobis in epiſtola & in euangelio : ad hoc,
vt opera pœnitentiæ quæ per quinquageſi-
mam figurantur, ſint perfecta,ſcilicet chari-
tas,quæ proponitur in epiſtola:Memoria do
minicę paſsionis:& fides,quæ intelligitur per
cæci illuminationem:& hæc proponuntur in
euangelio:vera fides,ſine qua Deo nemo pla
cere poteſt:opera facit acceptabilia:memo-
ria paſsionis reddit facilia:charitas facit eſſe
continua.Et ſicut Eccleſia primò deſperans
clamauerat : Circundederunt me &c.& poſt
ad ſe rediens , adiuuari petebat : ita hîc iam
concepta fiducia,& ſpe veniæ propter pœni-
tentiam,quaſi Dominū tenendo , orat & di-
cit:Eſto mihi &c.vbi petit quatuor : ſcilicet
protectionem illis,qui ſunt in aduerſis:firma
mentum illis,qui ſunt in gratia : refrigerium
illis,qui ſunt in culpa:& ducatū illis,qui ſunt
in proſperis.Epiſtola verò nos ponit in expe-
ditione,armis muniri docens tractus , trium-
phatori militiæ nos docet ſeruire:ei quidem,
qui nos fecit : non ei , cui nos vendidimus.Et
not.euangeliorū conſequentiam rationabili-
ter ordinatam:nam in ſeptuageſima vineam
colimus,in ſexageſima agrū ſeminamus,ſiue
ſemen ſpargimus:in quinquageſima fructum
lucis in cæco illuminato colligimus.

## SVMMA.


1 Quadrageſima,ſequitur quinquageſimā.
Et eius commendatio.poſt nu.2.
2 Ieiunium,primùm inſtituit Petrus Apo-
ſtolus.Et quorſum inſtitutum.nu.3.
4 Quadrageſima,offerimus Deo decimas.
5 G.Durandus,origine fuit prouincialis.
6 Quadrageſima,cur ſub Ver inchoetur,&
producatur ad Paſcha, præter tamen ra-
tionem temporis,quo Chriſtus ieiunauit.
7 Quadrageſima,cur in Miſſa dicatur:Hu-
miliate capita veſtra Deo.
8 Genua cur flectamus in quadrageſima , ſub
illam collectam : Humiliate capita veſtra
Deo.Et nu.9.10.
11 Pſalmus frequens in quadrageſima:Qui ha-
bitat.
12 Quadrageſimale tempus,eſt tempus luctus.
13 Ieiunium , cur inchoetur in quarta feria.&
nu.14.15.16.17.
18 Cineres,cur imponantur capitibus,in capite
ieiunij.Et vnde is mos ortus.
19 Pœnitentiæ vis ſumma . Et quotuplex ſit.
numero 20.


## *De feria quarta in capite ieiuniorum.* CAP. XXVIII.

1 POſt quinquageſimam † ſequi-
tur quadrageſima,quæ eſt nu-
merus ſpiritualis pœnitentiæ
in qua ieiunat Eccleſia:& pœni
tet de peccatis ſuis. Per pœni-
tentiam enim,quæ in quadrageſima perfici-
tur:peruenitur ad quinquageſimam,id eſt,ad
annum iubileū:hoc eſt ad remiſsionem pec-
catorum , vt præmiſſum eſt. Incipit autem
quadrageſima à dominica ſequēti:in qua can
tatur:Inuocauit me : ſed in feria quarta ieiu-
nium inchoatur : vt iam dicetur. Beatus Pe-
2 trus † primò inſtituit ieiunium quadrageſi-
mæ ante paſcha.Nec vacat à myſterio,quòd
quadragintaſex diebus à capite ieiunij vſq; ad
paſcha in abſtinentia ſumus.Nam poſt Baby
lonicam captiuitatem xlvj.annis ædificatum
fuit templum Domini : vnde & nos poſt ca-
ptiuitatem Babylonis,id eſt, confuſionis vi-
tiorum xlvj.diebus per abſtinentiam & bona
opera,noſmetipſos templum Deo ædifica-
mus. Quare autem xl. diebus ieiunetur , &
quare, dicitur quadrageſima , ſub dominica
ſequenti dicetur. Sanè ieiunium quadrage-
ſimæ cōmendatur ab inſtitutione,& à tribus
temporibus,& à perſonis quæ in illis ieiuna-
3 uerunt.¶ Rurſus † ieiunia ideò ſunt inſtituta:
quoniam in veteri lege præceptū erat deci-
mas Deo,& primitias de omnibus bonis red
di:vnde & nos idipſum facere debemus , &
etiam de noſipſis , ſcilicet de corpore & de
mente,& de tempore.De his alijs ieiunijs di
ctum eſt ſub quarta feria tertiæ hebdoma-
dæ aduentus.Siquidem de nobis decimas,&
primitias Deo offerimus:quando bonū ope-
4 ramur.In quadrageſima ſoluitur decem die-

rum, quoniam ſecundum Grego.de conſe-
cratione.diſtinctione v. quadrageſima.à pri-
ma dominica quadrageſimæ,vſque in paſcha
ſex hebdomadæ computantur : quarum dies
ſunt quadragintaduo ex quibus dum ſex dies
dominici ſubtrahuntur de ieiunio,remanent
tantùm trigintaſex dies abſtinentiæ:qui ſunt
quaſi decem anni. Vt ergo numerus quadra-
ginta dierum, quibus Chriſtus ieiunauit,im-
pleatur:recipiuntur ex inſtitutione Gregorij
Papæ.de cõſecratione. diſtinctione v.quadra
geſima,quatuor dies præcedentis hebdoma-
dæ : videlicet quarta , quinta , ſexta feriæ &
ſabbatum:& ſecundum hoc dicitur quadrage
ſima, quaſi quatuor cum decima : quoniam
trigintaſex diebus,qui ſunt decima,adduntur
quatuor:vt præmiſſum eſt : quorum primus
eſt ſanctificationis & mundationis:quia tunc
tam animam,quàm corpus mundamus cine-
res capitibus aſpergentes. Reliqui tres ſunt
de primitijs dierum,qui ſoluũtur in quatuor
temporibus anni. Sed cum trigintaſex dies
prædicti ſint decima trecentorum ſexaginta
dierum:& annus conſtat ex trecentis ſexagin-
taquinque diebus , & ſex horis : patet,quòd
cum ieiunamus trigintaſex dies,ratione deci
mæ remanent quinque dies indecimati, &
ſex horæ.ſed de illis ieiunamus quatuor dies
præcedentis hebdomadæ : vt ſacer numerus
compleatur:vt præmiſſum eſt.Sed ſecundum
hoc adhuc remanent triginta horæ indeci-
matæ,videlicet vnus dies,qui continet vigin-
tiquatuor horas,& ſex horæ . ſed poteſt dici,
quòd pro decima illius temporis in ſabbato
ſancto tardius cœnamus : vel fortè propter
hoc die illa tardius : ſcilicet de nocte miſſa
celebratur:vt dictum eſt in procœmio quar-
4 tæ partis.Nos verò prouinciales † ieiunium
quadrageſimæ in præcedenti ſecunda feria
inchoamus:& ſic duo dies plus cæteris natio
nibus ieiunamus : & hoc non ſolùm propter
quandam honeſtatem : vt videlicet ſic biduo
purificati , in quarta feria ſacrum ieiunium
inchoemus : verum etiam pro eo,quòd qua-
drageſima in magno die Iouis cœnæ termi-
natur : prout ſub titulo de ſeptuageſima di-
ctum eſt. Vltimos ergo duos dies non ratio-
ne quadrageſimæ:ſed propter cauſam ibi di-
ctam & propter eorum ſanctitatem ieiuna-
mus.Clerici etiam in quinquageſima ieiuniũ
inchoare tenentur:prout ibi dictum eſt.Qui-
dam autem dixerunt,quòd præmiſſi quatuor
dies adduntur alia de cauſa , videlicet tres,
pro tribus diebus quatuor temporum,qui in
quadrageſima cõtingunt:quartus,pro vigilia
paſchæ quam ieiunare debemus:ſed præmiſ-
ſa ratio verior eſt. Sed cum in quadraginta
6 †inuitemur per ieiunium Chriſti:vt præmiſ-
ſum eſt:& ipſe ſtatim poſt baptiſmũ , ſcilicet
epiphaniam ſuum ieiuniũ inchoauerit:Quæ-
ritur quare hoc tempore ieiunium inchoa-
mus,& illud cum paſcha continuamus:& nõ
eodem tempore,quo ipſe ieiunauit, cũ ipſius
actio,noſtra debeat eſſe inſtructio.xij.quæ-
ſtio.ij. exemplum. Ad quod quadruplex eſt
ratio.¶Prima,quia in quadrageſima repræſen
tamus populum Iſraël,qui fuit quadraginta
annis in deſerto : & ſtatim poſt celebrauit
paſcha.¶Secunda,quia homines tempore ver
no naturaliter ad libidinem commouentur:
ad quam reſtringendam inſtitutum eſt hoc
tempore ieiunari. ¶Tertia,quia Chriſti paſ-
ſioni reſurrectio continuatur:igitur rationa-
bile fuit vt afflictio noſtra cõtinua eſſet paſ-
ſioni ſaluatoris. Cum enim ipſe pro nobis
paſſus ſit : & nos ei compati debemus : vt ita
tandem conregnemus:& poſt paſsionem ſta-
tim reſurrectio ſubſequatur.Iuxta illud Apo
ſtoli:Si compatimur:& conregnabimus:nam
& ægrotus magis affligitur,cum approximat
ſanitati.¶Quarta,quia ſicut filij Iſraël prius,
quàm agnum comederent , ſe affligebant,&
lactucas agreſtes , id eſt, amaras , comede-
bant : ita & nos per pœnitentiæ amaritudi-
nem debemus prius affligi:vt ſtatim pòſt di-
gnè poſsimus comedere agnum vitæ id eſt,
corpus Chriſti : vt ſic myſtica capiamus pa-
7 ſchalia ſacramenta. ¶ † Porrò in miſsis qua-
drageſimalibus frequentatur:Humiliate ca-
pita veſtra Deo.eò quòd illo tempore diabo
lus magis impugnat nos.Vnde Deum humi
liter orare,& nos ſibi humiliare debemus:&
vt nos ſub omnipotentis Dei manu humilie-
mus.dicitur etiam Flectamus genua:de quo
dictum eſt ſub quarta parte ſub titulo de
8 ſalutatione.¶Et † eſt ſciendum,quòd Flecta
mus genua:& humiliate capita:ſeſe comitan
tur & neutrum dicitur in dominica die.Nam
vt ait Grego.qui in dominica die genua fle-
ctit,Deum reſurrexiſſe negat. propter mul-
tas quidem cauſas , orando nos ad terram
proſternimus.prout dictum eſt in quinta par
te ſub prima.Dicitur etiam oratio ſuper po-
pulum poſt , humiliate capita &c. propter
temporis



temporis ſanctitatem.Et ad notandum,quòd
in hac vita pro nobis eſt orandum:vt in futu
Matt. 25 ro audire mereamur à Domino : Venite be-
nedicti patris mei &c.quæ quidem oratio eſt
vicaria ſanctæ communionis . Olim enim
omnes communicabant:& communicaturos
diaconus ad flectẽdum genua inuitabat:nunc
verò,quia multi ſuſcipiunt corpus Domini
indignè : pro communione vtimur oratione:
diacono ſicut prius ſuo fungente officio &
dicente : Humiliate capita veſtra Deo.quia
Luc. 18 quicunque humiliauerit ſe , exaltabitur : &
quiſquis hic bonis actibus benedicetur,æter-
næ benedictioni poſtmodum adſcribetur.In
hac ergo oratione ſacerdos milites Chriſti
pugnæ,cõmendat ad dimicandum cõtra ho-
ſtem antiquum,& inſidias inimicorũ:& ideò
præmunit eos per miniſtrum armis humilita
tis:dicens humiliate capita veſtra Deo.& ſic
tandem capitibus humiliatis quaſi confir-
mans eos,infundit ſuper eos protectionem
ſuæ benedictionis:& hoc magis in ſeptuage
1.Petri 5 ſima,quoniam aduerſarius noſter tunc ſolici-
9 tus circuit,quærens quem deuoret. ¶†Secun
dò,in prima collecta genua flectimus in po-
ſtulatione iuſtitiæ:quæ eſt neceſſaria in præ-
ſenti vita:in vltima verò reuerenter inclina-
mus in gratiarum actionem pro diurno dena
10 rio vitæ futuræ. ¶†Tertiò,in prima collecta
flectimus genua pro pugna præſentis vitæ,
afflictionem laboris & continentiæ oſtenden
tes.In vltima verò , quæ eſt pro gratiarum
actione caput humiliamus , per quod mentis
humilitas deſignatur : quia in æterna vita
omnis labor excludetur : ſed humilitas ſem-
per ſtabit:de hoc dicetur ſub ſabbato primæ
hebdomadæ quadrageſimæ . Item in fine
miſſæ dicitur:Benedicamus Domino.de quo
dictum eſt in quarta parte ſub titulo de ora-
tione nouiſsima.Hoc etiam tempore cortinæ
in Eccleſia ſuſpenduntur : de quo dictum eſt
in prima parte ſub titulo de picturis. Porrò
11 Eccleſia † his diebus in magno certamine
conſtituta in quadrageſima frequentat pſal-
mum:Qui habitat.quia pſalmus ille infor-
mat in certamine poſitos ſpem ſuam in Do-
mino ponere:& omne adiutorium ab eo de-
poſcere:de quo ſub dominica ſequenti dice-
tur.Hoc tempore diaconus caſulam ſuper hu
merum portat:de quo dictum eſt in parte ſe-
cunda,ſub titulo de diacono.Ab hac quoque
quarta feria,vſq; ad dominicam palmarum,
dicitur omni die præfatio de ieiunio.Etiam
dominicis diebus apud quoſdam.In illa verò
dominica,& ſequentibus diebus dicitur præ-
fatio de paſsione.Sed videtur eſſe incongruũ,
quòd in dominicis diebus cantetur præfatio
de ieiunio,cum in illis non ieiunetur:& ideò
quidam dicunt in illis quotidianam præfatio-
nem.ſed licet non ieiunetur numero:ieiuna-
tur tamen qualitate,id eſt,in cibo quadrage-
ſimali,ſicut in alijs diebus.In quibuſdam ta-
men Eccleſijs incipiunt dicere præfationem
de paſsione in dominica de paſsione : & in
quibuſdam etiam dicunt præfationem de ie-
iunio vſque ad quartam feriam ante paſcha.
Verùm licet vt præmiſſum eſt quadrageſi-
mali ieiunio , quod incipit in dominica qua-
drageſimæ, ſuperadditi ſint quatuor dies:ſo-
lẽnitates tamen officij quadrageſimalis tem
poris incipiũt in eadem dominica,ſicut prius
& non antè:nec in hoc immutatio facta fuit:
quãquam potius ex incuria , quàm ex certa
ſcientia hoc contigiſſe credatur : nam idem
deberet eſſe caput ieiunij & officij:& ſecun-
dum hoc videtur,quòd in dictis quatuor die-
bus deberent immediatè poſt miſſam dici
12 veſperæ.¶Circa † quod notandum eſt,quòd
quadrageſimale tempus,eſt luctus , & pœni-
tentiæ tempus:pœnitentes autem,dum con-
uertuntur ad Chriſtum,à tenebris ad lucem
tranſeunt:veſpertinum verò tempus propter
defectum & obſcuritatem , imperfectionem
deſignat.Quia ergo pœnitentes non imperfe
ctioni & defectui , ſed potius perfectioni &
luci veritatis inſiſtunt : idcirco conuenienter
quantũ ad veſperas dictum tempus lucis ex
inſtitutione Gabilon̄. Conci.de conſecra.di-
ſtinctio.j.ſolẽt.præuenitur.vt ſic ſtatim poſt
miſſam dicantur:quæ aliâs circa noctis tem-
pus conſueuerant dici. Hoc tamen quatuor
prædictis diebus præcedentibus nõ ſeruatur,
qui diebus quadrageſimalibus ſuperadditi
ex alia cauſa fuerunt. Vel poteſt dici : quòd
quia quadrageſimali tempore propter diſpo-
ſitionem ad paſchalem ſolennitatem & cor-
rectionem delictorum præteritorũ,ſanctio-
ribus operibus inſiſtendum eſt : ideò proui-
ſum eſt,vt eo tempore,quo ſeruamus illa ie-
iunia,plures orationũ ſupplicationes ieiunij
agamus : & propter hoc non ſolùm alias
horas:verumetiam veſperas ante cibum dici-
mus.Prædictis tamen quatuor hebdomadis
hoc nõ ſeruatur, ad repræſentandum prima-
riam

riam diſpoſitionem pœnitentium : qui in ſuis
primordijs non poſſunt tot ſanctitatis obſer
uantijs inſudare.Hoc tempore dicitur ad ho
ras capitulum : Conuertimini.Iohel.ij.cap.&
illud inter veſtibulum,quod eſt ibidem:& il-
lud : Clama , ne ceſſes. *Eſa.lviij.cap.*& illud
Derelinquat impius.Eſa.lv.cap.& illud:Fran-
13 ge eſurienti.Eſa.lviij.cap.¶†Sanè *hæc* quarta
feria quatuor priuilegijs inſignitur.Primum,
quia tali die incipimus ieiunare:quod fit qua
druplici ratione.,Primò, pro eo , ꝙ Chriſtus
legitur quarta feria ſuum ieiuniũ inchoaſſe:
quod inde videtur:quia natus eſt die domini-
ca:& ſi quis diligenter computet annos ex
tunc,vſque ad xxx.ſecundum rationes com-
puti,inueniet eum in tertia feria baptizatum
fuiſſe:& ſequenti die intrans in deſertum,in-
14 choauit ieiunium. Secundò,ideò † in quarta
feria ieiunium inchoamus:quia in quarta æta
te Salomon templum ædificauit:& nos quaſi
fundamentũ illius templi,quod ex nobis con
ſtruitur,facimus ieiunando,vt in paſcha tem-
plum Domini eſſe poſsimus. Vnde Apoſto-
2.Cor.6 lus:Templum Domini ſanctũ eſt,quod eſtis
15 vos. † Tertiò,ideò in quarta feria ieiunium
incipit. Cum enim Eccleſia in diebus domi-
nicis quadrageſimæ non ieiunet,propter gau
dium,quod habet de reſurrectione Domini,
quæ in illa die facta eſt.In reſurrectione Do
Luc.24 minus legitur bis comediſſe:ſemel,cum diſci
pulis euntibus in Emaüs : & iterum, quando
intrauit clauſis ianuis ad diſcipulos,& attule-
runt ei partem piſcis aſsi , & fauum mellis.
Ideò incipit ieiunare ab hac quarta feria an-
tecedente dominicã illam,quæ propter hoc
vocatur caput ieiunij. De hoc etiã iam præ-
16 miſſum eſt.†Quartò,quia ſicut iam dicetur
hoc tempore ad bellum procedimus : ideò
quatuor diebus huius hebdomadæ ieiuna-
mus,vt quatuor armati virtutibus,ſcilicet iu-
ſtitia,fortitudine,prudentia , & temperantia,
quatuor mala , quæ per primũ parentem in-
currimus,deploremus,ſcilicet quòd de para-
dyſo eiecti ſumus:quòd in hac valle miſeriæ
cibo ad modum iumentorũ indigemus:quòd
in infernum deſcendere timemus:quod in pa
17 tria cum Domino non gaudemus.† Quintò,
vt defleamus quatuor mala,quæ fecimus,ſci-
licet peccatum cogitationis,operis , conſue-
tudinis,& locutionis.Secundũ priuilegiũ eſt,
quia illa die audiuntur confeſsiones publicè
pœnitentium:& eis pœnitentiæ imponuntur.
Tertium, quia tunc cineres capitibus aſper-
guntur:vt iam dicetur.Quartum , quia in die
iſta fit proceſsio,qualem per totum annum
fieri non contingit. Pœnitentes nãque tunc
ab Eccleſia cum proceſsione,& cruce eijciun
tur:& in die cœnæ in eadem recipiũtur:ſicut
ſub illa die dicetur. Proceſsionem quidem fa
cimus:quia tunc ad bellum contra hoſtes in-
cedimus:qui quaſi in expeditione,à ſeptuage
ſima, vſque tunc fuimus. Procedentes ergo
contra hoſtes armis noſtris armamur : quæ
ſunt humiliatio,oratio,afflictio,& eleemoſy
narum largitio.Humiliatio,ſicut iam dicetur
eſt in cinere.Oratio:quia tunc dicimus:Parce
Domine &c. Afflictio , de qua in euangelio:
Cum ieiunatis &c.Eleemoſynarum largitio,
quæ maximè hoc tempore frequẽtanda eſt:
vnde:Abſconde eleemoſynam in ſinu paupe Eccle.13
ris.Talibus itaq; armis armati,ad bella pro-
cedimus.Vnde collecta huius diei eſt:Conce
de nobis omnipotens Deus præſidia militiæ
Chriſtianæ,ſanctis inchoare ieiunijs &c.Cæ-
terum in hac die officium vſque ad nonam
differimus:non tantùm quia Dominus hora
nona expirauit:ſed etiam propter gaſtrimar-
giam noſtram.Adeò nãque ventri dediti ſu-
mus,quòd audita miſſa ſtatim ad cibum cur-
remus,& de horis parum aut nihil curare-
mus.Vnde in concilio Gabiloñ.de conſecra-
tione.diſtinctione prima.ſolent.dicitur,quòd
ad miſſam concurrendum eſt:& auditis miſ-
ſarum ſolennijs & veſpertinis officijs ac lar-
gitis eleemoſynis,ad cibum accedendum eſt.
18 Hac etiam † die benedicitur cinis,& in ſignũ
humilitatis capitibus aſpergitur ſub his ver-
bis.Cinis es:& in cinerem reuertêris:quod di
ctum fuit Adæ Geneſ.iij.cap.Et Iob pœniten
tiam in fauilla & cinere egit : prout legitur
Iob vltimo cap. Et ait Dominus : In domo
pulueris puluere vos aſpergite. Micheæ j.
cap. Item legitur Iudith iij. cap. quòd filij
Iſraël humiliauerunt animas ſuas in ieiunijs,
& cinis ſuper capita eorum. Et Abraam in-
quit:Loquar ad Dominum meum , cum ſim
puluis & cinis.Geñ.xviij.cap.& Mardocheus
indutus eſt ſacco ſpargens cinerẽ capiti ſuo,
Heſter iiij.cap.& filiæ Syon conſperſerunt
cinere capita ſua. Treñ.iiij.cap. Et hoc eſt,
quod ſicut ex libro pontificali habetur:Pœni
tentes & morituri in ſignũ pœnitentiæ & hu-
militatis:& ꝙ terra & puluis ſunt:ſe in cine-
re vel ſolo proſternũt:& ciliciũ induũt.quòd
ex veteri



ex veteri teſtamento tractum eſt . Legitur
enim Eſa.lviij.cap.quòd pœnitentes ſacco &
cinere ſternuntur.Idem Hiere.xxv.cap.Aſper
gimini cinere:quia completi ſunt dies veſtri.
Item Ionæ iij.cap.Rex Niniue indutus eſt
ſacco,& ſedit in cinere. Item Treno.iij.cap.
Virgines Hieruſalem accinctæ ſunt cilicijs.
Item in pſalmo xxxv . Induebar cilicio. Fit
19 etiam hoc,ad † ſignificandum, quòd ſicut in
eiectione Adæ de paradyſo , maledicta fuit
terra in opere ſuo:ſic per humilitatem pœni-
tentiæ terra noſtra,ſcilicet liberũ arbitrium
noſtrũ benedicitur per pœnitetiam:vt nõ ſpi
nas & tribulos:ſed dignos fructus pœnitẽtiæ
germinet.Inuitantur autem omnes ad pœni-
tentiam,generaliter cum dicitur,in antipho-
na:Immutemur habitu &c.Ieiunemus,& plo
remus ante Deũ &c.Et oſtenditur cauſa,qua-
re debeãt homines ieiunare,ſcilicet quia Do
minus expectat eos ad pœnitentiam. Vnde
introitus eſt : Miſereris omniũ Domine pro-
pter pœnitentiam.& eſt Sapien.xj.cap.omnes
etiam orationes quæcunque dicuntur, faciũt: 1
ad idem in epiſtola:Cõuertimini &c.quæ eſt
Iohelis.ij.cap.ad hoc inuitantur generaliter
parui & magni & vtriuſq; ſexus. Vnde dicit:
Sanctificate ieiunium.Vocate cœtũ:cõgrega
te populum &c.Sequitur reſponſorium:Miſe
rere mei Deus &c.quod reſpondet epiſtolæ:
20 oſtendens†triplicem effectum pœnitentiæ. 1
Primum quia per eum habemus remiſsionẽ
peccatorũ & collationem gratiæ,& cõculca-
tionem inimicorum. Vnde ſequitur:Dedit in
opprobriũ cõculcantes me.Sequitur tractus:
Domine , non ſecundum peccata noſtra &c.
qui ſignificat laborem,qui in pœnitentia ha-
betur.Et dicitur iſte tractus,vſque ad domini
cam de paſsione in ſecunda , quarta,& ſexta
ferijs:vt in diebus arctiori ieiunio deputatis
incœptæ pœnitentiæ memores orationes ie-
iunio combinemus. In euangelio autẽ:Cum
ieiunatis &c.Matth.cap.vj.legitur de modo
ieiunandi,vbi dicitur:Tu autem,cùm ieiunas,
vnge caput tuum,& faciem tuam laua : quia
omnis pœnitens debet vngi oleo ſpirituali,
quod eſt iucunditas mentis,tanquam athleta
& pugil Domini:ſicut habetur in Eccleſiaſti-
Eccle.9 co:Oleum de capite tuo non deficiat : & fa-
ciem tuam laua,id eſt, interiorem hilaritatẽ 1
exterius demonſtra , ne videaris hominibus
ieiunans,id eſt,ſic ieiuna,vt non intendas fa-
uorem humanũ,ſed ſolius Dei,& pater tuus,
qui videt in abſcondito,reddet tibi.Offeren-
da eſt:Exaltabo.vbi eſt gratiarũ actio de im- Pſal.29
petranda remiſsione.Cõmunio eſt:Qui me- Pſal.1
ditabitur.in qua eſt aliorũ exhortatio de le-
gis meditatione:& cõſonat euangelio : quia
meditari in lege,eſt theſaurizare in cœlo.

ADNOTATIO.

*IEIVNIVM. *Quadrageſima ieiunio-
rum habet authoritatem , & in ueteribus
libris ex ieiunio Moſi & Heliæ : & ex
Euangelio: inquit Auguſt.epiſto.119.ut de
Moyſe patet* Exod.24.& 34. *De Helia,*
3.Reg.19. *De Chriſto,Matthæi* 4. *Luc.*9.
*De ieiunij præterea inſtitutione & quali-
tate,abundè cùm alibi, tum uel ex concilio
Cabilonenſi,in c.ſolent.de conſec.diſt.j.*

SVMMA.

1 Pœnitentia in tribus conſiſtit.

## *De quinta feria.* CAP. XXIX.

SEquitur de quinta feria. Siqui-
dem inuitati ſunt omnes in
præcedenti die ſicut ibi dictũ
eſt ad pœnitentiam. Sed quia
pœnitentia † cõſiſtit in tribus,
ſcilicet in oratione,ieiunio , & eleemoſyna:
ideò in tribus ſequentibus diebus agit de his
tribus:& primò de oratione in hac quinta fe-
ria:& ideò incipit introitus : Dum clamarem
ad Dominum. Fit autem oratio ab aliquo,
quandoque pro ſe , quandoque pro alio.Vt
ergo oſtendatur quantũ valet ab aliquo,pro
ſe facta oratio:igitur ſequitur epiſtola:Aegro
tauit.Eſa.xxxviij.cap.In qua proponit Eccle-
ſia regem Ezechiam in exemplo,qui oratio-
ne pro ſe facta impetrauit à Domino quin-
decim annos vitæ ſuæ ſuperaddi. Vt etiam
Eccleſia oſtendat,quantum valet oratio pro
alio facta,legitur euangelium:Cùm intraret
Ieſus.Matthæi viij.cap.de Centurione,qui ro
gauit Dominum pro puero ſuo vt ſanaretur:
quod impetrauit.

SVMMA.

1 Ieiunium ſpirituale,Deo placet:non carnale.
& ſextæ feriæ officium.nu.2.

## *De ſexta feria.* CAP. XXX.

In ſexta

IN ſexta feria agitur de ieiu-
1 nio:& oſtenditur quale † ieiu
nium placet Deo, ſcilicet ſpiri
tuale,nõ carnale:vnde epiſtola
agit de hoc : Clama,ne ceſſes.
Eſa.lviij.cap.& poſt : Quare ieiunauimus, &
non aſpexiſti &c.Et Dominus reſpõdet:Nun-
quid tale eſt ieiunium,quod elegi cõtorque-
re, quaſi circulum caput, &c.quaſi diceret:
Non placet mihi tale ieiunium,quòd aliquis
ſe cruciet tantum:ſed quòd diſſoluat faſcicu
los impietatis,id eſt,ab omni peccato abſti-
2 neat:quod fit per charitatem. Vnde † ſequi-
tur euangelium : Audiſtis quia.Matth.v.cap.
Agens de charitate , vbi dicitur licet hoc in
Eccleſia,nõ legatur,dictum eſt antiquis:Non
occides.Ego autem dico,non iraſceris.

S V M M A.

1 Sabbatum præcedens primam quadrage
ſimæ Dominicam, non habet quicquam
proprium.

## De ſabbato. CAP. XXXI.

IN ſabbato agit Eccleſia de
eleemoſyna : & de ſabbato:
quia per præmiſſa tria , ſcilicet
orationes,ieiunia,eleemoſynas
venitur ad ſabbatiſmum men-
tis:vbi pœna iam facta quæ ſpectat ad pœni-
tentiam,id eſt,pax,quæ eſt quies,& ſabbatiſ-
mus mentis,ſe oſculantur,id eſt,conueniunt.
Et propter hoc ſequitur apertè in epiſtola:
Eſa.lviij.cap.Si abſtuleris de medio tui cate-
nam,ſcilicet peccatorum:& cætera quæ ibi-
dem ſequuntur,tunc vocaberis ſabbatũ deli-
catũ,&c.quæ ibidem ſequuntur:& hoc idem
dicitur in euangelio : Cum ſero eſſet &c.
Mar.vj.cap.Vbi dicitur de diſcipulis laboran
tibus in mari,per quos pœnitentes deſignan-
tur , quòd Dominus aſcendit in nauiculam
cum eis:& ſtatim facta eſt tranquillitas:quia
Deo præſente in corde hominis pacificatur
1 anima,& tranquillum fit ibi.Hoc † ſabbatũ
licet habeat epiſtolam & euangelium , ſicut
nonnulla alia per anni circulum : non tamen
eſt cantibus officiatum:quia ſecundum quoſ-
dam nondum erat ſolenni ieiunio deputatũ.
Hodie verò ieiunamus,vt ad quietis æternæ
ſabbatum perueniamus.

S V M M A.

1 Quadrageſimæ prima dominica:quæ di-
citur quintana.Et cur dicta quadrageſi-
ma.eiúſq; introitus.nu.6.
2 Ieiunium , cur dimenſum quadraginta die-
bus.Et cuius exemplo.nu.3.
4 Pœnitentiæ fructus quis.
5 Ieiunij principiũ,interrumpit ordinem hiſto-
riarum,in prima dominica quadrageſimæ.
7 Epiſtola Pauli : Hortamur vos,&c.militem
Chriſtianum armat quatuor virtutibus car-
dinalibus.
8 Tentator cùm viribus , verſutia & fraude ſit
homine ſuperior , quî audeat homo certa-
men cum eo inire.
9 Tentatio eſt quadruplex.
10 Tentator,quotupliciter Dominum tentauit.
11 Miſſæ introitus,in prima feria primæ domi-
nicæ quadrageſimalis.
12 Cruces quando velentur:& velum ante alta-
re ſuſpendatur.

## De prima dominica quadrageſimæ.

### CAP. XXXII.

IN hac dominica,in qua canta
tur : Inuocauit me &c. incipit
quadrageſima , quæ ſignificat
tempus pœnitentiæ ſpiritualis:
1 & † vocatur dominica quinta-
na:quia quinta eſt à paſcha. Quid autẽ ſigni-
ficent quinque quadrageſimæ : dictum eſt in
prima parte ſub titulo de picturis. Dictũ eſt
autem quadrageſima,licet in ea ſint quadra-
gintaduo dies,vſque ad paſcha.Primò , quia
Eccleſia non curauit de duobus : quæ minu-
tias nõ attendit:ſed ſummam numeri ponit:
quãuis ſit parum plus vel minus . Secundò,
quia quadrageſima non protenditur,niſi vſq;
ad diem cœnæ Domini:quæ eſt dies abſolu-
tionis.Nam per quadrageſimam bene obſer
uatam & per veram pœnitentiã,peruenit ho
mo ſpiritualiter ad cœnam agni.Vnde Apoc. Apoc.
Beatus,qui vocatus eſt ad cœnam nuptiarum
agni:& ſecundum hoc ſolum ſunt quadragin
ta dies.¶Tertiò,quia filij Iſraël laborãtes in
deſerto,quadraginta annis cibati manna,per Num.
quadraginta manſiones venerũt in terrã pro-
miſſionis : quo etiam exemplo , quadraginta
diebus à delictis corporis abſtinentes , verbis
vitæ reficimur,orationi vacamus:vt tandem
per Ieſum Chriſtũ in terra viuentiũ introëa-
mus ſicut illi,per Ieſum naue,id eſt, Ioſue in
terram promiſſionis introducti ſunt.Ideò au
tem ſecundum Hier.ſunt in ea quadraginta-
duo dies : quia Dominus venit ad nos , per
quadraginta



quadragintaduas generationes : computatis
Matth. 1 Iechonia patre,& Iechonia filio,& ipſo Domi-
no.Sanè totũ tempus vitæ noſtræ quadrageſi
2 ma eſt.¶ Ieiunamus autẽ † quadraginta die-
bus , incipientes à præcedenti quarta feria.
¶Primò,ſecundum Augu.quoniã Matthæus
quadraginta generationes poſuit . Ad hoc
enim Dominus ſuo quadragenario numero
ad nos deſcendit,vt nos ad eum noſtro qua-
dragenario numero aſcendamus:de cõſecra.
diſtin.v.ieiuniũ.Secundò,ſecundum eundem,
quia ad hoc , vt habeamus quinquagenariũ,
quadragenario adijciendus eſt denarius.Ad
hoc enim,vt perueniamus ad requiem beatã,
oportet nos toto tempore præſentis vitæ la-
borare.Vnde & Dñs cũ diſcipulis quadragin
ta diebus manſit:& poſt decimam diem ſpiri
tum ſanctũ miſit.Ieiunamus ergo quadragin
3 ta diebus.Nam † & Moſes accipiẽdo legem
Exo.14 ieiunauit quadraginta diebus : ſimiliter &
Helias : Dñs quoq; noſter quadraginta die-
bus ieiunauit abſq; cibo:& hoc pro inſtitutio
ne & exemplo.Vnde nonnulli vnam tantùm
quadrageſimã obſeruant:illi verò pro meri-
to ieiunauerunt.Communius tamen eſt tres
quadrageſimas ſeruare , eò quòd Moſes, vt
tradunt hebræi,ter aſcendens ad Dñm,ieiu-
nauit:vel potius:quia tres in tribus leguntur
ieiunaſſe quadragenis,ſcilicet Moſes,Helias,
& Dñs.Quare autem quadragintaſex diebus
ſumus in abſtinentia:dictũ eſt ſub præceden
ti quarta feria.Conſiderandum eſt autẽ,quòd
tempus quadrageſimæ,pœnitentiæ adſcribi-
tur.Pœnitentiæ autem † fructus ſunt ieiuniũ,
4 vigilia,& aliæ carnis afflictiones:eleemoſy-
na corporalis & ſpiritualis:& alia miſericor-
diæ opera,oratio & deprecatio , & aliæ ſpe-
cies contemplationis, fletus, lacrymæ,& alia
inſignia contritionis.Ideò de his & ſimilibus
ad pœnitentiam pertinentibus , in nocturnis
& diurnis officijs hac die,& ſequẽtibus legit
& cantat Eccleſia copioſè. Et propter hoc,
etiã hoc tempore dicitur regulariter octies
in canonicis horis pſalmus ille pœnitentialis:
Miſerere mei Deus &c. ¶Et eſt notandum,
5 quòd propter ieiunij principiũ † ordo inter-
rumpitur hiſtoriarũ.Cum enim in ſeptuageſi
ma & ſexageſima cantatũ fuerit de Adam:&
in quinquageſima de Noë & Abrahã,in hac
prima interponitur de fructibus pœnitentiæ:
in ſecũda verò de Iacob:in tertia de Ioſeph:
in quarta de Moſe. Antiquitus tres inſtituit
Eccleſia ſexageſimas:de quo tactũ eſt in pri-
ma parte ſub titulo de eccleſiaſticis ſacra-
mẽtis.Sanè,quia,vt dictũ eſt ſub quarta feria
cinerũ,hoc tempus eſt Chriſtianæ militiæ:&
in quo diabolus fortius contra nos inſurgit:
ideò ne homo deſperet quaſi cõfortatiuum
6 quoddam canit Eccleſia introitũ:† Inuocauit
me &c.Quo audito, ſpe fit homo fortis.Vn-
de dicit Apoſtolus:Spe fortes , in tribulatio- Rom. 12
ne gaudentes:& Eſa.xxx.cap.In ſilentio,& in
ſpe erit fortitudo veſtra. Siquidẽ in his duo-
bus conſiſtit tota fortitudo hominis ſpiritua-
lis,ſcilicet in ſilentio,id eſt,à tumultibus ſecu
li:nihil de his,quæ ſunt ſeculi appetẽdo,& in
ſpe æterna deſiderando.per epiſtolã quæ in-
cipit : Hortamur vos.ij.Corin.vj.cap. Armat
7 Eccleſia † milites ſuos quatuor cardinalibus
virtutibus.Primò,fortitudine,cum dicit:Ecce
nunc tempus acceptabile:ecce nunc dies ſalu
tis &c.Quæ ibi de fortitudine dicũtur.& quia
ſequitur : In omnibus exhibeamus nos, ſicut
Dei miniſtros in multa patientia. ¶Secundò,
temperãtia,cum dicit : In caſtitate & ieiunijs
multis.¶Tertiò,prudentia,cũ dicit:In ſciẽtia,
id eſt,prudentia.Sunt autem idem ſubiectio,
ſcientia,& longanimitas:quia ſcientia & lon-
ganimitate ſcimus cõuerſari in medio prauæ
& peruerſæ nationis:& bonitate & ſuauitate:
quæ eſt in ſpiritu ſancto.hoc totũ pro eodẽ
ſumitur.Sequitur:in charitate nõ ficta : quia
omnia ſine fictione fieri debẽt.¶Quartò,iu-
ſtitia cũ dicit:Per arma iuſtitiæ à dextris,& à
ſiniſtris.Poſt epiſtolam ſequitur reſponſoriũ:
Angelis ſuis Deus mandauit de te &c. Vt ſic Pſal.90
ſecurè homo poſſit pugnare,ſeqtur tractus:
Qui habitat in adiutorio.in quo agit de ten-
tatione. Tractus verò , Deo dicitur. quia ibi
oſtẽditur ꝙ hæc vita miſera diſtrahitur mul
8 tis doloribus & laboribus.¶Et † quia poſſet
cõqueri aliquis de inæqualitate iſtius pugnæ:
qa tẽtator potẽtiſſim⁹ eſt:vt habetur in Iob:
Nõ eſt poteſtas ſub cœlo,q̃ ei valeat cõpara Iob 41
ri.Et ſapiẽtiſſimus:qa multa vidit .Et crude-
liſſim⁹:qa vt dicit Hie.Crudelis eſt:& nõ mi Hiere.6
ſerebitur:homo autẽ infirmiſſim⁹ & ignorãs.
& ideò in ipſo tractu ponitur ſolutio hui⁹:qa
ad hoc ꝑmittit Deus inimicũ tẽtare,vt homo
timeat,& ad Deũ cõfugiat : qa ſcit,& poteſt,
& vult liberare:& ſic ĩ ſe nõ ſperet:ſed ĩ Deo
q̃ ꝑmittit,ꝙ liberabit,ſi cõfugiat ad eũ.Vult
ergo Deus,vt homo habeat timorẽ de inimi
co forti,& ſpẽ de ꝓmiſſiõibus futurorũ,& de
dilectione

dilectione Dei vehementiſsima:ergo ſequi-
tur,quòd vult eum protegere, quemadmo-
Matt.23 dum gallina protegit pullos ſuos ex amore
vehementi:& eſt ſpes de cuſtodia angelorũ:
homo autem ſi molatur inter duas molas,ti-
morem,ſcilicet & ſpem,efficietur panis pla-
9 cens Deo:& ſic vincet omnem † tentationẽ
ſiue ſit leuis & occulta,quæ dicitur timor no
cturnus:ſiue leuis & manifeſta : quæ dicitur
ſagitta volans in die:ſiue ſit grauis & occul-
ta:quæ dicitur negotium perambulans in te-
nebris:ſiue ſit grauis & aperta, quæ dicitur
dæmonium meridianum.Hæc quatuor gene
ra tentationum vincet,quilibet ſic armatus:
vt dictum eſt.Sed in euangelio non ſunt niſi
tres tentationes vbi dicitur:Ductus eſt Ieſus
in deſertum &c.Matthæi iiij.cap.& compre-
henduntur quandoque omnes tentationes
ſub quaternario : vt dictum eſt , quandoque
ſub ternario: vt in eodem pſalmo inferius di-
cetur.A laqueo venantium , id eſt, ab opere
malo:& à verbo aſpero,id eſt,à peccato oris.
10 Tentatus † autem fuit Dominus à diabolo
triplici tentatione , ſcilicet tentatione gulæ:
cum dixit ei : Dic vt lapides iſti panes fiant.
Cupiditatis,ſcilicet cùm dixit:Hæc omnia ti-
bi dabo:ſi procidens adoraueris me.Et inanis
gloriæ,ſcilicet quando diabolus voluit eum
deijcere de pinnaculo:ſicut fecerat alios præ-
dicatores multos:& vicit eum Dominus per
authoritates ſacræ ſcripturæ:quod ſignifica-
tum eſt in hoc , quòd Dauid lapidibus ſum-
1.Reg.17 ptis de torrente deiecit Goliam : docens nos
debere armari gladio verbi Dei : præter illa
arma,quibus nos armat Apoſtolus in epiſto-
la hodierna:vt ſic ſufficienter ad pugnam ar-
mati ſimus. Poteſt etiam dici,quòd à princi-
pio ſeptuageſimæ Eccleſia tot tribulationi-
bus preſſa deſperans clamauerat : Circunde-
derunt me gemitus mortis,quaſi à nulla par-
te euadere poſsit.In principio verò ſexageſi-
mæ,vbi etiam de hoc dictum eſt : & dicetur
in quarta dominica:quaſi poſita inter deſpe-
rationem , & ſpem clamauit : Exurge quare
obdormis Domine.In principio quinquageſi
mæ iam deſperans clamauit : Eſto mihi Do-
mine in Deum protectorem:imò deprecati-
uam mutans in affirmatiuam dixit:Dux mihi
11 eris,& enutries me. † Nunc verò in princi-
pio quadrageſimæ oſtendens ſe exauditam
Eſa.49 dixit : Inuocauit me : & ego exau.& epiſtola
dicit:In tempore placito exaudiui te.In gra-
duali,datur nobis angelorum cuſtodia.In tra
ctu,diuina protectio:quia circundamur ſcuto
veritatis.In euangelio,ad exemplum ſaluato
ris ab hoſte triumphus:cui dicimus:vade re-
tro Sathanas.In offertorio etiam diuina pro-
tectio notatur,cum dicitur:Scapulis ſuis ob-
umbrabit tibi &c.in poſtcommunione dæmo
num ſubiectio:vbi dicitur : Super aſpidem &
12 baſiliſcum.Ab hac die † vſque ad paraſceuẽ,
cooperiuntur cruces : & velum ante altare
ſuſpenditur:de quo in prima parte dictum eſt
ſub titulo de picturis.Hæc dominica priuile-
giata eſt:quia eſt ianua & limes quadrageſi-
mæ:quæ repæſentat tempus, quo filij Iſraël
morati ſunt in deſerto.Tria quidem fuerunt
in populo Iſraël:quorum duo commemora-
uimus,ſcilicet peregrinatio,quæ fuit in Aegy
pto,quando Iacob & filij ſui profecti ſunt in
Aegyptum:captiuatio,quæ fuit in babylone:
& diſperſio,quę fuit facta à Tito & Veſpaſia
no per totum mundum : quam non comme-
morauimus : quia ab illa nunquam reuoca-
buntur:de qua dictum eſt:Tradam eos in ma
nu,de qua non poterunt ſurgere.in hac domi
nica ad horas dicitur capitulum:Fratres hor-
tamur,vos ne in vacuum &c.ij.Corin.vj.cap.
& illud.Ecce nunc tempus.ij.Corint.vj.cap.
& illud:In omnibus exhibeamus : ibidem.Et
fit hodie ſtatio apud baſilicam Lateranẽ.quæ
conſtructa eſt in honorem ſaluatoris,& plus
quàm prophetæ Ioan.eò quòd officium ho-
diernum ſaluatoris noſtri propheticè reſonat
felicitatem.

S V M M A.

1 Officium ſecundæ feriæ , primæ dominicæ
quadrageſimalis.
2 Tentator conatur auferre nobis conſidera-
tionem cœleſtium præmiorum,vt facilius in
eius retia irrepamus.

## De ſecunda feria. CAP. XXXIII.

1 POſtquàm Dominus & † Apo-
ſtolus armauerũt militem ſuũ:
non reſtat,niſi vt pugnet:quia
hoſtes ſemper parati ſunt.
Quia verò per opera miſeri-
cordiæ ſpecialiter & maximè fit pugna iſta:
ideò de ipſis eſt feria iſta quę agit de eleemo
ſyna.Rurſus quia onus pugnæ non libenter
ſuſcipitur,niſi intuitu præmij:ideò in hac ſe-
cunda feria eſt introitus : Sicut oculi ſeruorũ Pſal.
&c.Et Dominus in epiſtola:Ecce ego requirã
oues meas &c.quæ ſumpta eſt de Ezechiele
xxxiiij.oſtendit præmium, cum dicit : Et pa-
ſcam eas:qui enim paſcit Dominum in pau
pere:& Dominus paſcit eum:ſicut ibi legitur
in montibus Iſraël , in manſionibus æternis.
idem habetur per euangelium:Cum venerit
filius &c.Mat.xxv.ca. vbi dicitur: Venite be-
nedicti &c.Eſuriui , & dediſtis mihi mandu-
2 care. † Debemus autem habere oculum ad
ipſum non tantùm ſiniſtrum , vt reſpiciamus
pœnas æternas:& propter hoc bonum facia-
mus:hoc enim eſſet timor ſeruilis:ſed etiam
dextrum:vt conſideremus præmia:iſtum ocu,
lum vult nobis auferre diabolus : & nititur
quantũ poteſt:vnde j.Reg.xj.c.Rex Ammo-
nitarum noluit inire fœdus cum Iabitis , niſi
erueret eis dextros oculos.viij.q.j.deniq;. Si-
militer vult facere nobis diabolus : vt non
ſimus apti ad pugnandum , ſicut miles , qui
non habet oculum dextrum.

S V M M A.

1 Feria tertia primæ Dominicæ quadrage
ſimalis.& eius officium.
2 Cogitationes Domini, quales.

## De tertia feria. CAP XXXIIII.

TErtia feria agit de oratione &
ſumitur introitus de pſalmo,
1 qui eſt oratio : † Domine, re-
fugium factus es nobis. Pu-
gnamus enim orando. Vnde
Exod.17 Ieſus gnauè in eremo pugnabat & Moſes
orabat:meritò qui pugnabat,non deficiebat:
quia ille orando vincebat.xxxviij. diſt. ſi quis
vult.Epiſtola verò : Quærite Dominum &c.
Eſa. lv. c. docet nos orare : & inuitat nos ad
orationem. Quærite Dominum , ſcilicet de-
relinquẽdo vitia,& peccata:quia mitis eſt ad
ignoſcendum : non enim cogitationes meæ,
cogitationes veſtræ. Quæ verò ſint cogita-
2 tiones eius , oſtendit Hier. diſt. † Ecce ego
cogito cogitationes pacis , & non afflictio-
nis.Si enim ex vero corde rogatur & quæri-
tur,ſtatim pacificatur quantuncunq; delique
rit in eum homo,& hoc dum inueniri poteſt,
ſcilicet in præſenti. Ecce oſtenditur effectus
orationis:quia per eam homo Deo pacifica-
tur : Idem etiam habetur per euangelium:
Cũ intraſſet Mat.xxj.c. in quo dicitur: Poſt-
quàm eiecit ementes , & vendentes de tem-



plo:dixit:Domus mea , id eſt , homo in quo
habitat: domus orationis vocabitur : in epi-
ſtola monemur ad petendum , vt habitet in
nobis:in euangelio:vt det nobis æterna gau-
dia.Cætera,quæ in graduali,in offerenda , &
poſtcommunione cantantur , ſunt quæren-
tium Dominum orationes , & conſolationes
& gratiarum actiones.

S V M M A.

1 Feria quarta primæ Dominicæ quadrage-
ſimalis,eſt de ieiunio. Eáq; ſolennitas gemi-
natur.num.2.Et eius officium duobus cõſtat
verſibus.num.3.

## De quarta feria. CAP. XXXV.

QVarta feria eſt de ieiunio : ſed
quia illa dies eſt ſeptima à ca-
1 pite ieiunij. † Septimus autem
numerus & ſeptuageſimus idẽ
ſignificant . idem enim ſignifi-
cat numerus multiplicatus & numerus mul-
tiplicans.Septuageſimus verò ſignificat libe- Pſal.24
rationem à captiuitate : ideò in introitu qui
eſt:Reminiſcere &c.petit liberationem , ſci-
licet quæ habetur per ieiunium:& in epiſtola
& in lectione monemur ad ieiunium, exem-
plo Moſi & Heliæ.Lectio , quæ legitur pro-
pter ordines,ſumpta eſt Exod.xxiiij. aſcende
ad me in montem &c. Epiſtola verò de ter-
tio Reg.venit Helias &c.Quale autem ieiu- 3.reg.10
nium,debeat eſſe,ſcilicet ſpirituale monſtra-
tur nobis per ieiunium Moſi:vtilitas verò per
Heliam.in azymo enim cibo peruenitur,vſq;
ad montem Dei Oreb , id eſt,ad altitudinem
menſæ illius,quando comedemus ſupra men
ſam patris Chriſti in regno ſuo.Per ieiunium
quidem , ira Dei temperatur & mitigatur,
quod oſtenditur per euangelium Mat.xij.ca.
Acceſſerunt ad Ieſum &c.in quo habetur de
Niniuitis:qui iram Dei temperauerunt per ie
2 iunium ſuum. ¶ † Et nota, quòd in hac feria
ſolennitas ieiunij duplicatur : quia ieiunatur
tam ratione quadrageſimæ,quàm ratione ie-
iunij quatuor temporum. Quia verò pœni-
tentium aſperius ieiunantium corpora deſic-
cantur,in his non habitat, ſicut dicitur in euã
gelio : Spiritus immundus , qui ambulat per
loca arida,quærens requiem , & non inuenit.
Corpora enim ieiunio deſiccata faſtidit. ideò
ad ieiunia libentius appendenda,Moſi & He

 liæ præ

liæ præmittuntur exempla,quorum vterq; in
ſingulis lectionibus quadraginta diebus , &
quadraginta noctibus ieiunaſſe perhibetur.
itaq; propter ieiunij geminationem , ſcilicet
3 † quadrageſimæ & quatuor temporum, duo
verſus in graduali ponuntur.Ea quæ in introi
tu,graduali,tractu, communione & offeren-
da cantantur,ſunt cõſolationes & orationes,
vt ieiunantes à tribulationibus eripiantur , &
ne his,qui ieiunijs affliguntur , inimici domi-
nentur. Hæc quarta feria in hoc priuilegiata
eſt:quia illi qui in ſabbato ſequenti ordinan-
di ſunt , interrogantur de ſcripturis ſacris , &
examinantur:de quo & quare duæ lectiones
leguntur ad miſſam , ſub quarta feria tertiæ
hebdomadæ aduentus dictum eſt.

S V M M A.

1 Feria quinta primæ Dominicæ quadrage
ſimalis,quem habeat Miſſæ introitum.
2 Confeſsio,eſt triplex.
3 Feria quinta primæ Dominicæ quadra-
geſimalis , carebat olim proprio officio.
Et quid hodie.
4 Euangeliorum & epiſtolarum varietas,
vnde in diuerſis Eccleſijs,quinta feria pri
mæ Dominicæ quadrageſimalis , fuerit
profecta.

## *De quinta feria.* CAP. XXXVI.

1 QVinta feria eſt de † confeſsione
per quam etiam pugnatur , &
Pſal. 95 eſt introitus: Confeſsio & pul-
2 chritudo. † Eſt autem triplex
confeſsio,ſcilicet fidei, pecca-
ti,& humilitatis.Qui habet hanc confeſsio-
nem , pulchritudo eſt in conſpectu eius. In
conſpiciendo enim Deum , humiliamus nos,
& Deo ſimiles ſumus imitando ipſum. Epi-
ſtola verò,ſcilicet Orauit Eſdras &c.ſumitur
de Eſdra ix.c.In qua eſt oratio Eſdræ,& con-
Dan. 9 feſsio,qui orauit ſicut etiam Daniel orauit:
Peccauimus,& iniuſtè egimus &c. Et per iſtã
confeſsionem meruerunt remiſsionem pec-
catorum:& ita oſtenditur effectus confeſsio-
nis.In alijs Eccleſijs legitur epiſtola : Factus
eſt ſermo Domini.Ezech.xviij.c.Quæ etiam
loquitur de effectu confeſsionis . Euange.
Egreſſus inde Ieſus &c.Mat. xv.cap. Eſt de
muliere Cananæa:quæ per confeſsionem fi-
dei,cum dixit:Domine adiuua me.& per con
feſsionem humilitatis,cum dixit:Nam & ca-
Ioan. 8 telli &c. meruit filiæ ſuæ ſanitatem. & dictũ
eſt ei: Mulier , magna eſt fides tua. Quidam
autem legunt euangelium,in quo Iudæi glo
riantes,quòd eſſent filij Abrahæ conuincun-
tur non eſſe filij Abrahæ : quia non faciunt
opera eius : ſed eſſe ex patre diabolo , eius
opera faciendo.vel vt quibuſdam moris eſt
legitur euangelium : quod alij legunt feria
quinta ſequentis hebdomadæ de diuite , qui
apud inferos cruciatur:patrémq; vocans , &
deprecans Abraham,non vt filius exauditur.
His conſonat illud propheticum,quod in epi
ſtola præmittitur,quòd ſi vir iuſtus genuerit
filium ſanguinem effundentem , & vniuerſa
deteſtanda facientem, ipſe quidem in iuſtitia
ſua viuet:filius autem eius , qui operatus eſt
iniquitatem , morte moriatur. Cætera , quæ
ſunt in introitu,graduali , & offerenda , ſunt
laudes & orationes iuſti. Communio:panis,
quem ego dedero.Io.vj.c.Declarat:vnde iu-
3 ſtus viuat,ſcilicet de carne Chriſti.¶ † Et at-
tende quòd quintę feriæ propria olim non
habebant officia:ſed à dominicis æſtiualibus
officiabantur : & earum euangelia non ſunt
de ieiunijs inſtituta:ſed de diuite & Lazaro
4 & viduæ filio ſuſcitato.† Olim etenim non
ieiunabant : ſed vt in dominicis ſolenniza-
bant : ſed poſtmodum à Greg. iuniore qua-
drageſimæ fuerunt adiunctæ ieiunio , prout
dictum eſt ſub ſeptuageſima & officioſitate.
Et inde eſt,quòd varietas epiſtolarum & euã
geliorũ in quintis ferijs reperitur. De hoc di
cetur ſub quinta feria ſequentis hebdomadę.

S V M M A.

1 Feria ſexta primę Dominicę, quadrag.& eius
officium,tum euangelium. num.2.

## *De ſexta feria.* CAP. XXXVII.

1 IN ſexta † feria , quæ eſt nona
dies ieiunij , qui numerus eſt
angelicus , petit Eccleſia libe-
rari ab omnibus tribulationi-
bus.Et eſt introitus de neceſsi
tatibus &c.Et fit hoc per angelos:& maximè
per angelum magni concilij : & ideò legitur
2 euangelium † Ioan.v.Erat dies feſtus &c. In
In quo dicitur quòd angelus Domini deſcen
dit in piſcinã & mouebatur aqua : & ſanaba-
tur vnus:ideò vnus , quia tantũ vnitas Eccle-
ſiæ ſanatur. Sed ne in contradictione pecce-
mus,ſicut Iudæi qui dicebãt iſtud prouerbiũ
ironicè:Patres noſtri mãducauerũt vuã acer- Hier.
bã in deſerto : & dentes filiorũ obtupeſcunt,
id eſt,



id eſt,nos punimur propter hoc, quod nõ eſt
Ezo. 20 iuſtum:ideò legitur epiſtola de Eze.xviij.ca.
Anima,quæ peccauerit , ipſa morietur. Filius
non portabit iniquitatem patris:niſi imitetur
patre in malitia. Vindicat enim Dominus ini-
quitatem patrum in filios, in his,qui oderunt
eos:extra de regu.iur. niſi.j.q.iiij. per totum. 4

S V M M A.

1 Sabbatum primæ Dominicæ quadrag.&
eius officium.num.2.5.
3 Genua quare non flectamus ante ſextam
orationem,in Sabbato primæ Dominicæ
quadrageſimalis.
4 Prædicatoris officium.

## *De ſabbato.* CAP. XXXVIII.

POſteà verò nõ reſtat,niſi ſab-
1 batiſmus. † Et eſt epiſtola de
ſabbato mentis. Fratres horta
mur vos. Per ſabbatum verò
mentis , venitur ad ſabbatum
æternitatis : & ideò dicitur euangelium de
transfiguratione Domini,in qua apparuerunt
tantum Moſes,& Helias , quorum exemplo
2 animatur Eccleſia ad ieiunium. ¶ † In miſſa
huius diei lectio prima eſt : Orauit Moſes.
Deut. xxv.c. Secunda eſt : Dixit Moſes filijs
Iſraël enim ibidem xj.ca. Tertia eſt: Oratio-
nem faciebant ij.Machab.j.c. Quarta eſt.Mi
Dan. 3 ſerere noſtri.Eccle.xxxvj.c. Quinta eſt.Ange
lus Domini. De qua dictum eſt ſub quarta
feria tertiæ dominicæ de aduẽtu. Quia ergo
pro ordinandis orat Eccleſia , cantat introi-
tum:Intret in cõſpectu &c. Et graduale: Pro
pitius eſto &c.Et protector noſter aſpice &c.
Et conuertere Domine &c. Et dirigatur Do
mine oratio mea &c. Et ad Dominum , cum
tribularer clamaui , & exaudiuit me &c. Ad
quinq; lectiones flectit genua:vt quinq; ſen-
ſus ordinandorum à Domino dirigantur.
3 † Quia verò diaconi & ſacerdotes tanquam
perfectiores æternis intendere tenentur:inde
eſt , quòd ante ſextam lectionem , ſiue ante
epiſtolam,non dicitur flectamus genua:ſicut
nec ante euangelium.Hoc etiam fit,propter
reuerentiam Apoſtolicæ lectionis,& propter
eandem etiam cauſam ad orationem ſuper
populum genua non flectimus:ſed ſolùm ca
put inclinamus. Rurſus quia multum valet
deprecatio Eccleſiæ aſsidua : quis enim eſt,
qui non audiatur in tribulationibus :idcirco
quinto loco legitur lectio de tribus pueris
de camino ignis liberatis , & ſequuntur gra-
tiarum actiones in cantico:Benedictus es Do
mine &c. Quia verò , officium prædicationis
etiam ad ſubdiaconum pertinet , idcirco ſe-
quitur epiſtola Pauli j.ad Theſſal.vlt.c. Ro-
gamus vos,corripite inquietos : conſolamini
4 puſillanimes &c. † Officium enim prædicato
ris eſt alios corripere,& reliqua facere , quæ
in epiſtola ipſa docentur : & ita epiſtola ipſa
5 pertinet ad ordinatos ſaltẽ in ſacris. † Dein-
de ſequitur tractus : Laudate Dominum o-
mnes gentes:laudate eum omnes populi : in
quo omnes inuitamur ad Dei laudem : qui
miniſtros ſuos ſua miſericordia confirmat.
Tractus ergo & canticum : Benedictus es:
ſunt ordinatorum. Et quia ſacerdotes in vi-
rum perfectum commutari debent, quorum
miniſterio panis & vinum tranſſubſtantiantur
in corpus & ſanguinem Domini , inde eſt,
quòd legitur euangelium de transfiguratio-
ne:Aſſumpſit Ieſus Petrum &c.Mat.xvij. ca.
Debent enim transfigurari , ita quòd in eis
non appareat , niſi reſurrectio Dei. Sed quia
in præſenti vita ſine tribulatione,aut vix, aut
nunquàm eſſe poſſumus : & propterea ſem-
per ad Dominum clamandum eſt , inde eſt,
quòd ſequitur offertorium : Domine Deus
ſalutis meæ &c, Et poſtcommunio:Domine
Deus in te ſperaui &c.Priuilegia tum eſt hoc Pſal. 87.
ſabbatum:quia in eo ordines celebrantur.

S V M M A.

1 Dominica ſecunda quadrageſimæ,non habet
proprium officium.Et quare idipſum. Et eius
graduale.& tractus.num.3.
2 Benedictio, quotuplex.
4 Rebecca,gratia interpretatur:

## *De ſecunda dominica quadrageſimæ.*

CAP. XXXIX.

1 HAec ſecunda dominica † intitu-
latur dominica vacat , pro eo,
quòd proprio caret officio:
ideò autem caret proprio,quia
cum in præcedenti hebdoma-
da occurrant quatuor tempora : in quorum
fine ordines celebrantur : habebat antiqua
Eccleſiæ inſtitutio,vt poſt finem diei ſabbati
inciperet officium ordinũ:& in die dominica
terminaretur : & ita officiũ, quod in fine diei
ſabbati incipiebatur,vſq; in diẽ dñicã protẽ-

 debatur.

debatur:& ſic tunc ipſa dominica proprio ca-
rebat officio.lxxv.diſt.quod à patribus.extrà
de tempo.ordi.literas. Verùm, quia difficile
erat à ſexta feria,vſq; in diem dominicam nil
comedere:factum eſt, vt in ſabbato ordines
celebrentur: & in die dominica, quæ vacat
officio, officium quartæ feriæ præcedentis
repetatur. Poteſt etiam dici, quòd Eccleſia
ſuſpendit organa ſua in hac dominica: quæ
eſt quinta à ſeptuageſima, ad ſimilitudinem
populi,qui exiſtens in captiuitate nec altare,
nec templum habuit:imò organa ſua ſuſpen-
dit:quare proprium non habet officium. Si-
cut autem dominica iſta vacat ab officio pro
prio:ita & omnes quintæ feriæ quadrageſi-
mæ,quondam proprio carebãt officio :prout
ſub quinta feria dicetur.Et attende,quòd hęc
dominica vacat ſolùm cantu diurno, nec va-
cat omni officio, nec euangelio: & ideò ſo-
lum in graduali debet intitulari dominica va
cat:& non in antiphonario nec in euangelio,
& in quibuſdam Eccleſijs dicitur euange-
lium:Egreſſus: quod dictum eſt in proxima
quinta feria.in alijs:Aſſumpſit Ieſus Petrum.
Verùm in præcedenti dominica dictum eſt,
quòd in ipſa dominica armauit Dominus mi
litem ſuum,quatuor cardinalibus virtutibus:
& gladio verbi Dei. Sed quia vt præmiſſum
2 † eſt in ſecunda feria pugna non libenter ſu-
ſcipitur,niſi præmium oſtendatur: ideò agi-
tur in hac ſecunda dominica de benedictio-
ne:quæ eſt quintuplex, ſcilicet benedictio li-
berationis, gratiæ, augmenti gratiæ, con-
templationis, & gloriæ. Quia verò benedi-
ctio illa impetratur per orationem:ideò do-
minica iſta conſiſtit in oratione:vnde dicit in
introitu:Reminiſcere miſerationum tuarum
Domine,&c.petens cantu lugubri liberatio-
nem à vitijs,& peccatis &, ſpiritibus immun-
dis.Hæc eſt prima oratio, & prima Dei bene
dictio, ſcilicet liberationis. In epiſtola verò,
quæ eſt,Rogamus vos &c.j.ad Theſſ.iiij.pe-
tit ſibi dari ſecundam benedictionem,ſcilicet
gratiæ ſiue gratiam ad bene ambulandum,
& bene agendum, dicens: Hæc eſt enim vo-
lũtas Dei,vt dignè ambulemus:vt ſciat vnuſ-
quiſq; vas ſuum poſsidere in ſanctificationẽ,
ſcilicet vt ſit cœleſte corpus,& cœleſtia appe
tat:& in honorẽ, ſcilicet vt ſit Deo dignum
templum:quia ſedes Dei & templum ſpiritus
ſancti, ſunt noſtra corpora:vt ait Apoſtolus.
Omnis qui caſtè & piè viuit; templum Dei

eſt:& ſpiritus ſancti ſedes. Et in hac ſola do-
3 minica idem eſt † graduale, & tractus, eò
quòd ipſa tota conſiſtit in oratione libera-
tionis. Oratio exprimit laborem & planctum:
quę duo ſignificantur in graduali & tractu.
Eſt autem graduale: Tribulationes &c. Tra-
ctus eſt: De neceſsitatibus &c.Alij autem di
cunt tractum,Dicit Dominus mulieri:qui eſt
Mat.xv.c.Tertia benedictio, eſt benedictio
augmenti gratiæ. Quarta contemplationis.
Quinta,benedictio gloriæ. Quia verò bene-
dictiones huiuſmodi non habentur vel con-
ſeruantur ſine magna lucta, ideò in noctur-
no officio de lucta Iacob cum angelo, & in
vtero agitur: vt exemplo Iacob ſupplante-
mus fratres noſtros malos,ſcilicet ſi quid no
bis inferunt iniuriæ diſsimulantes: & fit pu-
gna iſta in vtero Rebeccæ,id eſt, Eccleſiæ.
4 † Rebecca enim gratia iterpretantur.In pri-
mo reſponſorio in nocturnis agitur de au-
gmento gratiæ. Dixit enim Iſaac ad filium: Gen.27
Tolle arma tua, pharetram & arcum extra.
Arma prædicatoris ſunt ſacræ ſcripturæ,quæ
dicuntur pharetra: quia de eis ſumuntur ſa-
gittę ad percutiendũ diabolum.Iacob igitur,
id eſt, verus prædicator venatur, & interficit
homines bona venatione & interfectione,
ſcilicet per arcum ſacræ ſcripturę,& in ſe oc-
cidit beſtias, id eſt, vitia & peccata, ſcilicet
porcum luxuriæ &c. & tunc cœnat cum eo
Iſaac,id eſt riſus, ſcilicet Dominus qui dele-
ctatur in talibus.Sunt enim ei delitiæ cœnare
cum talibus: vnde ſecundum reſponſorium
eſt:Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni,
id eſt paradyſi:hoc etiam eſt id, quod ſuprà
dicit Apoſtolus:vt ſciat vnuſquiſq; vas ſuum
poſsidere in ſanctificatione & honore. Se-
quitur verſus:Qui maledixerit ei, ſit ille ma-
ledictus.Omnes enim, qui populo Chriſtia-
no iuniori maledicunt,maledicti ſunt, vt Iu-
dæi Gentiles & alij. ¶ In tertio reſponſorio
dicitur:Det tibi Deus de rore cœli,& de pin-
guedine terræ abundantiam. Eſto Dominus
fratrum tuorum: ſeruiant tibi tribus & po-
puli:hæc benedictio datur Eccleſiæ, vt omni
bus dominetur.Iſta verò tria reſpõſoria ſunt
ſeptimi toni,ad ſignificandum,quòd ipſa Ec-
cleſia impetrat nobis gratiam ſeptiformem
ſpiritus ſancti.¶ In ſecundo nocturno,in qui-
buſdam Eccleſijs eſt reſponſorium:Si Domi-
nus &c in cuius verſu dicitur: Iacob erexit in
titulum lapidẽ,oleum fundens deſuper.quod
nos fa-



nos facimus, cùm imitatione Chriſti, bona
agimus.Vngimus enim eum per fidem, cùm
ipſum hominem plenum gratiæ eſſe credi-
mus, & duo reſponſoria ſunt de primo &
vnum de ſexto tono:quia de Chriſto agunt,
qui eſt principium, & finis,& in ſexta ætatę
vnctus fuit oleo lętitię præ participibus ſuis.
Pſal.44 In ſeptimo verò reſpõſorio orat Iacob: Erue
me de manu fratris mei: quia valde eum ti-
meo. Valde enim debet timere ſanctus, ne
corrumpatur à malis.In octauo reſponſorio
agitur de benedictione contẽplationis.Vnde
ibi loquitur de lucta Iacob cum angelo:quia
per orationem debemus luctari cum Domi-
no, donec habeamus ſtatum contemplatio-
nis.Et dixit ei angelus: Dimitte me, aurora
eſt,id eſt, ſatis habes fidem, vel charitatem,
vel gratiam.Nec debemus dimittere donec
de luctatione contra vitia faciat nos con-
templatiuos:quia regnum cœlorum vim pa-
titur, & violenti rapiunt illud. Tunc autem
videtur ſine nubilo peccati: Vnde in nono
reſponſorio dicit Iacob:Vidi Dominum fa-
cie ad faciem,id eſt ſine nubilo peccati, non
ſine velamine creaturarum. Hac ratione Ec-
cleſia Pariſienſis dicitur legere hac die euan
gelium de transfiguratione:quæ eſt benedi-
ctio gloriæ.Et ita patet,quòd habita benedi-
ctione liberationis gratiæ,& augmẽti gratiæ
& cõtẽplationis, & cõſiderato pręmio glorię
libenter & fortiter pugnant milites Chriſti.

S V M M A.

1 Feria ſecunda ſecundæ Dominicæ qua-
drageſimalis.& eius officium.

## *De ſecunda feria.* CAP. XL.

SEcunda feria eſt de oratione:
vnde in epiſtola, quæ incipit:
1 Orauit† Daniel &c.Dan.ix.ca.
oſtenditur quantum valet ora
tio cum ieiunio. Daniel,id eſt,
vir deſideriorum, orauit pro populo ſuo, &
abſtinuit à regalibus cibis:& vſus eſt legumi
nibus:& ideò exaudita eſt oratio eius,ſicut ei
dictum eſt ab angelo.Sed quia nil valet ora-
tio,niſi quæ fit in cognitione Dei:ideò ſequi
tur euangeliũ Ioan.viij.Ego vado,& quæritis
me,& non inuenietis:dicit Dominus Iudæis:
& iterum: Ego ſum deſurſum &c. ego non
ſum de hoc mundo:& non cognouerunt eũ.
& ideò adhuc manent in peccatis ſuis.Ibi di-
uidit Dominus ſpirituales à carnalibus,id eſt,

aquas,quæ ſunt ſub firmamento ab his, quæ
ſunt ſuper firmamentum:& ita huic ſecundæ
feriæ competit opus ſecundę diei:& ideò in-
troitus eſt, de ſecundo tono. Carnales enim
nõ poſſunt orare Deum:quia non cognoſcũt
eum.Nam qui in carne ſunt,Deo placere nõ
poſſunt.lxxxij.diſtin. propoſuiſti.Nempe ea,
quæ in introitu,graduali, offerenda, & com-
munione cantantur,ſunt orationes, conſola-
tiones, & laudes conuerſæ gentilitatis, cui
Dominus exhibuit intellectum.

S V M M A.

1 Feria tertia, ſecundæ Dominicæ,quadrageſi-
malis.Et eius officium. Et num. 3.
2 Ieiunium laudabile.

## *De tertia feria.* CAP. XLI.

1 TErtia feria eſt de † opere diei
tertiæ, quod eſt:congregentur
aquæ omnes in locum vnum,
& terra fructificet. Hoc fit,
quando homo non curat de
voluptatibus carnis, & ieiunat per charitatẽ.
2 Ieiunium laudabile eſt, vt homo † non ſit
multum curioſus de cibo corporali, vt dici-
tur in euangelio:Nolite ſoliciti eſſe ſolicitu- Luc. 1
dine,ſcilicet ſuffocante:ſed ſolicitudine pro-
uidentiæ poſſumus & debemus:ideò introi-
tus:Tibi dixit cor meum, exquiſiui te, & eſt
tertij toni propter opus tertię diei.In epiſto-
3 la verò: † Factus eſt ſermo Domini &c. iij.
Reg.xvij.c. hortatur Eccleſia, vt non ſimus
multũ ſoliciti:& hoc propter Heliã, qui pa-
ſtus eſt à vidua Sareptena, & à coruo: & ipſe
etiam pauit viduam,dicens:Non deficiat fa-
rina hydriæ,id eſt, gratia de corde & oleum
de lychito,id eſt gratia ſeu vnctio ſpiritualis
deſuper.Hoc idẽ hortatur per euangeliũ:Su-
per cathedra Moſi &c.Mat.xxiij.c.vbi ſequi-
tur:Vnus eſt magiſter veſter: & vnus eſt pa-
ter veſter, qui in cœlis eſt, qui habet curam
de omnibus. Rurſus Sareptena mulier in in-
troitu affectum ad Chriſtum oſtendit dicens:
Tibi dixit cor meũ.In graduali ſe ipſam cõſo
latur & hortatur dicens:Iacta cor tuũ.in offe
rẽda miſericordiã petit.in cõmunione, quaſi
ſecura ſe mirabilia narraturã promittit,dicẽs:
Miſerere mei Deus,& narrabo mirabilia tua.

S V M M A.

1 Feria tertia quarta Dominicæ ſecundæ qua-
drageſimalis, eſt pœnitentiæ dies. Et Miſſæ
introitus.num.2.

## De quarta feria. CAP. XLII.

1 QVarta feria eſt de † pœnitētia:
quæ feria eſt dies pœnitentiæ.
in illa enim traditus eſt ſalua-
tor & oſtenditur in epiſtola:
Orauit Heſter &c.Heſter xiij.
c.quantum eam oratio faciat efficacem. Per
orationem Heſter,quę cum regina exiſteret,
induta fuit cilicio , impetrauit ſuſpenſionem
Aman in patibulo , quod parauerat Mardo-
cheo.Quia verò pœnitentia concipitur timo-
re iudicij : ideò de pſalmo pœnitentiali , qui
intitulatur per octauam reſurrectionis, ſcili-
cet Domine , ne in furore.ſumitur introitus:
2 † Ne derelinquas me &c.quia verò non va-
let pœnitentia , niſi imitetur Chriſtum, ideò
ſequitur euangelium : Aſcendens Ieſus &c.
Matth.xx.c.de cruce Chriſti:vt habetur:Ecce
aſcendimus Hieroſolymam : & ſequitur ibi-
dem de filijs Zebedęi,qui petierunt , vt vnus
ſederet à dextris , & alius à ſiniſtris , & dixit
eis Dominus:Poteſtis bibere calicem , quem
ego bibiturus ſum &c. qui nō bibit de calice
gloriæ:& poſtponit ſe Chriſtus Apoſtolis in
exemplum,qui de hoc iraſcebantur.

S V M M A.

1 Feria quinta Dominicæ ſecundæ quadra-
geſimalis.Et officium.num.2.3.
4 Feriæ quintæ in quadrageſima , olim ca-
rebant proprio officio.
5 Gregorius,ieiunium inſtituit , & officium
quintæ feriæ quadrageſimalis.

## De quinta feria. CAP. XLIII.

QVinta † feria eſt de piſcibus &
1 auibus,id eſt,de non confidenti-
bus in Domino : & confidenti-
bus in homine:de quibus habe-
tur in epiſtola:Maledictus homo, qui confi-
dit in homine.Hier.xvij. ca. & ponit carnem
brachium ſuum &c. & poſt Benedictus vir,
qui confidit in Domino. Et hæc oſtenduntur
per euangelium:homo quidam &c. Luc.xvj.
quod eſt de diuite & Lazaro. Diues enim nō
confidebat in Dño : & ideò in inferno poſi-
tus eſt. Pauper verò confidebat : & ideò in
ſinu Abrahæ requieſcit.In offertorio:Preca-
tus eſt Moſes &c.oſtēditur,ꝙ oratio iuſti effi
cax eſt.Moſes enim erat ouis,quia māſuetiſſi
mus hominū fuit:& eſt forma ieiunij:& pla-
cationē impetrauit ſuper iram,qua Dominus
iratus erat Iudæis propter vitulum cōflatilē.
2 ¶ † Rurſus quoddam hodie legitur euange-
lium,in quo docet Dominus non in hominis,
ſed ſolius Dei teſtimonio confidendū:de ſei-
pſo enim loquēs ait ſecundū carnis fragilita-
tem:Si ego teſtimoniū perhibeo de meme- Ioan.8
pſo,teſtimoniū meū non eſt verū:& infrà:Ab
homine teſtimoniū non accipio:& infrà : ha-
beo teſtimoniū maius Ioāne. His conſonat
pręmiſſa lectio de Hiere.Maledictus homo, Hier.17
qui confidit in homine &c. Et infrà : Benedi-
ctus vir , qui confidit in Domino. Confidens
igitur orat in introitu, & in graduali:& etiam
in offerenda in perſona Moſi , in qua fit ver-
borū repetitio:quia ſæpe ad Dominū pro po
pulo interceſſit.De hoc etiā dictū eſt ſub ſe
cunda dominica poſt epiphaniam. Cōmunio:
3 † Qui manducat.Ioan.vj.c. oſtendit quid vti
litatis proueniat confidenti , ſcilicet quòd in
Chriſto maneat:& Chriſtus in eo:& hæc cō-
munio bene congrueret ſabbato, ante domi-
4 nicam palmarum.¶ † Notandum autē eſt,ꝙ
ſicut præcedens dominica vacat ab officio,
prout ibi dictum eſt:ita & omnes quintæ fe-
riæ in quadrageſima quondam proprio care-
bant officio,excepta fortè quinta feria cœnę
Domini.Illa tamen mutuat introitum à ter-
tia feria illam præcedenti. Nam ſicut quæli-
bet quinta feria authoritate Melchiadis Pa-
pæ,de conſe.diſt.iij.ieiunium.ſoluta erat à ie
iunio:ita & ab officio.Vnde beatus Greg.nul
lū in quinta feria inſtituit officium:nihilomi-
nus tamen horę & matutinæ ac veſpertinum
officiū cantabātur.Vnde neceſſarium erat,vt
ſuper:Benedictus, & Magnificat , antiphonæ
de euangelijs aliorum dierum ſumptæ dice-
5 rētur.†Sed Greg.ij.inſtituit ieiunium & offi-
ciū quintæ feriæ:ea tamē quæ prius inſtituta
erant de matutinis & veſpertinis officijs,non
mutauit. inde eſt ꝙ antiphonę quæ cātantur
ſuper Benedictus & Magnificat, in quintis fe
rijs,nō cōſonāt euāgelijs illius diei:de hoc in
quinta feria pręcedētis hebdomadę dictū eſt.

S V M M A.

1 Feria ſexta Dominicæ ſecundæ quadrageſi-
malis , ad patientiam,& manſuetudinem hor
tatur.Et eius officium.num.2.

## De ſexta feria. CAP. XLIIII.

1 SExta feria † agit de opere ſextę
diei , in qua factus eſt homo, &
hortatur nos Eccleſia ad māſue
tudinem & patientiam:vt omnē
iram quoq;



iram dicitur cordibus noſtris remoueamus:&
hoc exemplo Ioſeph , & Chriſti.& epiſtola.
Dixit Ioſeph.Gen.xxvj.c.de Ioſeph, qui mul
ta paſſus eſt à fratribus ſuis : & tamen ſubli-
3 matus eſt,velint nolint. † In euangelio:Mat.
xj. monemur ad prædicta exemplo Chriſti.
homo erat paterfamiliâs , qui plantauit vi-
neam,id eſt,iudaicum populum per doctrinā
legis,ad vltimum miſit filiū ſuum, ad culto-
res vineæ:ad quos prius miſerat ſeruos,quem
interfecerunt.Per hoc autem,ſcilicet manſue
tudinē & patientiā ſatiabimur in futuro:vnde
Pſal.16 introitus eſt:Ego autem cum iuſtitia appare-
Pſal.19 bo in conſpectu tuo : ſatiabor dum manife-
Pſal.11 ſtabitur gloria tua. Ad tolerandas etiam per-
ſecutiones, propter iuſtitiam,hortatur in gra
duali:Ad Dominum cum tribularer.& in of-
fertorio:Domine in auxilium,& communio-
ne:Tu Domine ſeruabis.

S V M M A.

1 Sabbatum ſecundæ Dominicæ quadrag.
quid agat. Eiúſq; officium.num.2.4.5.
3 Peccator,hœdo comparatur.

## De Sabbato. CAP XLV.

SAbbatum agit de cōuerſione vel
1 cōfeſſione, per † quæ ceſſat ho-
mo ab opere ſeruili:& ſic ſabba-
tizat , & recipit benedictionem à
Domino, qui benedixit diei ſeptimo. Ad hoc
autem inſtruimur per legem Domini,& gra-
tiā ſpiritus ſancti:vnde introitus eſt de lege:
2 † Lex Domini &c.& eſt primi toni:quia con
Pſal.18 uerſio ad Deum , eſt principium bonæ vitæ:
vnde ſequitur : conuertens animas. Sequitur:
iuſtitiæ Domini rectæ lætificātes corda quia
dant ſabbatū ſpirituale : & hæc principaliter
habentur per gratiam.quod oſtēditur per epi
ſtolam:Dixit Rebecca &c. Gen. xxvij. ca. In
qua habetur quòd Rebecca monuit Iacob,
vt afferret patri ſuo Iſaac duos hœdos. Per
Rebeccam gratia Dei intelligitur : quæ nos
3 monet,& inſpirat nobis † Deo abominationē
de peccato & cōfeſſionē:quę per hœdos de-
ſignatur.Hœdus enim animal fœtidum eſt:&
habet carnes ſapidas.Cur enim homini fœtet
peccatū ſuū vt confitetur illud : quod valde
placet Deo & angelis eius:quia gaudium eſt
angelis Dei,ſuper vno peccatore pœnitentiā
agente. ¶ Sequitur autē in epiſtola : De rore
cœli,id eſt, de gratia cœleſti:& de pinguedi-
ne terræ,id eſt abūdantia tēporaliū ſit bene-
dictio tua : & præponitur de rore cœli: quia
bona ſpiritualia præponuntur tēporalibus:&
poſteà ſequitur de pinguedine terræ:quia pri
mū quærite regnū Dei:& hæc omnia adijciē- Mat.6
tur vobis.Boni enim omnia habet:vnde Apo
ſtolus:Tanquā nihil habētes:& omnia poſſi- 2. Cor. 6
dentes:extra de priuile. nimis.Mali ſimiliter
petunt benedictionē,qui per Eſau deſignan-
tur:ſed quia ipſi præponunt tēporalia ſpiritua
libus, dicitur eis: De pinguedine terræ & de
rore cœli erit benedictio tua. Etſi enim ha-
beat aliqua ſpiritualia , tamen eis præponunt
tēporalia.Sequitur reſponſoriū:Bonū eſt con
fiteri Domino &c. q. d. Eccleſia : ex quo per
conuerſionē & confeſſionē peccati,& repro-
bationem habetur benedictio , & tēporalia
& ſpiritualia.Bonū eſt confiteri Domino:Itē Pſal. 9
4 habetur in euangelio Luc.xv. †Homo quidā
habuit filios duos : & petijt vnus dicens : da
mihi partē hæreditatis, quæ me contingit:&
diuiſit illis ſubſtantiā ſuam.Et pòſt ille con-
ſumpſit omnia:poſteà fuit tanta fames in ter
ra,ad quam venit:vt cōpelleretur fame eſſe
porcarius,id eſt ſubulcus:& dixit reuerſus ad
ſe:Quanti mercenarij &c.Quando enim ho-
mo omnia bona ſua amiſit , per peccatum
non habet quid comedat : & permittit ita
Deus ipſum cadere : vt arguat eum malitia
ſua:vt legitur Hier. ij. circa medium:& mo-
riatur fame:& dicat quot ſunt , ſcilicet in Ec-
cleſia , qui habent iucunditatem mentis : &
ego fame pereo: Reuertar in domum patris
mei.vnde in Exod.ix.habetur,quòd Aegyptij
compellebant filios Iſraël exire de Aegy-
pto:tunc recipitur & datur ei prima ſtola , id
eſt gratiam : & ita in euangelio habetur de
conuerſione. Rurſus tam in euangelio vbi
habetur de duobus filijs , quàm in epiſtola,
vbi agitur de Iacob & Ioſeph duorum popu-
lorum:iudaici,videlicet & gentilis ſignifica-
tio continetur. Iudaicus gratiam ſpiritualem
amittit:gentilis verò conuerſus ad pœniten-
tiam , de lege Domini, in introitu gloriatur
& cantat. In graduali verò Domino confi-
tetur & laudat : in offerenda , oculos ſuos
petit illuminari , ne dormiat , vt inimicus
5 non præualeat ei. ¶ † Et attende , quòd ra-
tionabiliter in ſecunda quadrageſimæ heb-
domada legitur euangelium de filio pro-
digo reuertente ad patrem : quia gentilis
populus per doctrinam legis & euangelij,
ad Creatoris cultum reuertitur : & quiuis

pœnitens per fidem & operationem, vel per
duo præcepta charitatis Domino reconcilia-
tur. Communio eſt: Oportet te. Lucæ. xv.

S V M M A.

1 Dominica tertia quadrageſimæ, eſt con-
feſſionis. Et eius officium. num. 5.
2 Confeſſio, eſt duplex.
3 Ioſeph, Chriſtum refert.
4 Confeſſio, qualis eſſe debeat.

## *De dominica tertia quadrageſimæ.*

### CAP. XLVI.

1 TErtia † dominica eſt confeſſio-
nis, & quarta refectionis: ſicut
enim ſuprà dictum eſt: Domi-
nus in prima dominica quadra
geſimæ armauit milite ſuum:
in ſecunda oſtendit ei præmium. amodò ergo
non reſtat, niſi vt oſtendatur via: quia per
confeſſionem & refectionem illuc venitur.
Eſt ergo dominica iſta confeſſionis. Eſt autē
2 † duplex confeſſio, ſcilicet peccari & laudis,
quas habere debet homo: Per humilitatem
enim confeſſionis expectat homo à Deo
omnia, quæ expectat, ſcilicet liberationem &
donum gratiæ: & omnia alia bona: vnde in-
Pſal. 24 troitus: Oculi mei ſemper ad Dominum, &c.
& eſt ſeptimi toni: quia per ſeptiformem gra
tiam ſpiritus ſancti euelletur homo de la-
queo diaboli: per confeſſionem enim ſcru-
tātur mala: & ideò fit ſtatio ad ſanctum Lau
rentium, qui per confeſſionem liberatus eſt.
Hæc humilitas liberauit Ioſeph, de manibus
fratrum ſuorum, & de carcere: & ideò canta-
tur de ipſo in officio nocturnali. Adhuc domi
nica iſta, ſexta eſt à dominica lxx. & ſexta fe-
ria Dominus crucifixus eſt: & ideò fit mentio
3 † de paſſione Domini: quæ per Ioſeph ſigni-
ficatur: & ita etiam ipſi diei competunt quæ
dicuntur. Nam Chriſtus per humilitatem li-
beratus eſt ab inſidijs fratrum ſuorum, id eſt,
Iudæorum, & exaltatus eſt in tota Aegypto, id
eſt in mundo: & ita quæ literaliter acta ſunt
circa Ioſeph, ſpiritualiter ſunt facta erga
Chriſtum. & nocturnum officium ordinem
comitatur hiſtoriæ. Cùm enim in præcedenti
dominica cantatum fuerit de Iacob, in hac
ſuccinitur de Ioſeph: qui vēditus à fratribus,
illos in fame ditauit: & Chriſtus à Iudæis cru
cifixus, ſua morte humanum genus redemit:
& redimendo à dæmonio liberauit: prout in
4 euangelio legitur hodierno. ¶ † Cæterùm
qualis debeat eſſe confeſſio, oſtendit Apo-
ſtolus in epiſtola: Fratres imitatores mei
eſtote &c. ad Ephe. v. c. Primò enim eſſe de-
bet in humilitate, ſcilicet vt humiliemus nos
Deo: & ita in nouitate vitæ ambulemus. ¶ Se
cundò, in perſeuerantia, ſcilicet vt homo non
redeat ad vomitum: & vt infamia peccati re-
moueatur. Vnde dicit: Fornicatio autem &
immunditia, nō nominentur in vobis &c. hoc
fit per perſeuerantiam in bona vita. Ad hoc
idem hortamur in euangelio, in fine, in quo
oſtenditur, quòd gratia expellit peccatum.
Erat inquit Ieſus eijciens dæmoniū &c. Luc.
xj. c. & Mat. xiiij. Ieſus, id eſt gratia. iſte idem
dæmoniacus cæcus dicitur à Mat. & Beda.
Cæcus inquit, Beda videt: mutus loquitur:
poſſeſſus à dæmonio, liberatur. & cùm eie-
ciſſet dæmonium locutus eſt mutus: quia
quando data eſt homini gratia, confitetur,
& loquitur in confeſſione. Poſtmodū oſtēdit
Dominus ſtabilitatem regni ſui, per indiui-
duam charitatem: & inſtabilitatem regni dia
boli. Omne (inquit) regnum in ſeipſum diui-
ſum deſolabitur: & ſic regnum diaboli &
ſuorū, qui diuiſi ſunt à Deo, deſtruetur. Sed
regnum Dei manet in æternum: & ita inuitat
omnes homines ad regnū ſuū, quod manet.
Propter hoc debet homo perſeuerāter age-
re opera confeſſionis: quia per ea habebitur
regnū cœlorū: & ideò reſponſorium: Exurge
Domine, non præualeat homo, id eſt, diabo- Pſal. 9
lus, qui nobis intendit auferre regnum cœlo
rum. hoc igitur intendit Eccleſia, vt ſimus
perfecti in confeſſione: & ſimiliter perfectè
moriamur peccatis: per bonam vitam etiam
infamia peccati deleatur, ſicut dicit Dominus
per Eſa. Perdam Babylonis nomē. Hoc dicit,
quia gratia expellit peccatū & infamiā. Sequi Eſa. 14
tur & reliquias, germen Babylonis ciuitatis,
id eſt, memoriam delectabilem: vt, ſcilicet
homo doleat, quando ad memoriam redu-
5 cet. ¶ † Rurſus, quia ſicut in euāgelio dicitur:
Surdus audiuit: & mutus verba Dei narrauit:
ideò dicitur in introitu: Oculi mei ſemper ad
Dominum: & ne iterum deficiat, miſericor-
diam implorat, ſubdens: Reſpice in me: & in
graduali: Exurge Domine. Deinde vox quon
dam muti facta fœcunda: cuius os aperuit ſa
pientia, preces ſuas ingeminat: & decenti ſi-
militudine in tractu perorat dicens: Ad te Do Pſal. 122
mine. in offerenda iam loquens prædicat iuſti
tias Domini rectas: eò quòd à ſe humiliato
dæmonium



dæmonium exierat: ſed ad Iudaicum populū
ſuperbientem ſpiritus immundus redierat.
In communione de muto factus orator gra-
Pſal. 83 tulatur: quòd ſicut paſſer inuenit ſibi domū,
& turtur nidum.

S V M M A.

1 Feria ſecunda dominicæ quadrageſima-
lis, quid deſignet. Et eius officium. nu. 2.
3 Iordanis quid, myſticè.

## *De ſecunda feria.* CAP. XLVII.

IN dominica præcedenti dictum
eſt, quòd Dominus ſaluat per
confeſſionem: in hac verò ſecun
da feria, oſtenditur † quòd Do-
1 minus ſaluat per baptiſmum. Sed quia ba-
2 ptiſmus datur per trinitatem, ideò de † trini-
Pſal. 55 tate eſt introitus: In Deo laudabo verbum: &
ponitur ibi ter hoc nomen Deus: & eſt de
tertio tono, quod totum contingit, propter
hoc quod loquitur de trinitate. Epiſtola ve-
rò: Naaman princeps &c. quæ eſt iiij. Reg. v.
cap. eſt de Naaman, quē miſit rex Syriæ Do-
minus ſuus ad Heliſæum, vt ſanaret eum: &
præcepit ei, vt in Iordane ſe lauaret ſepties, &
fieret eius caro ſicut caro pueri: & ita factum
3 eſt. † Iordanis interpretatur deſcenſus humi
litatis in qua Eccleſia mundari petit: & hoc
facit ad præceptum Domini, quęrens per hu
militatem ſalutem in aqua: quæ eſt inferior
creatura. Poſtmodum ſequitur reſponſoriū:
Deus laudem meam ne tardaueris: in quo
Eccleſia humiliat ſe per confeſſionem: & eſt
tertij toni ratione prędicta. In euangelio ve-
rò: Dixerunt Phariſæi ad Ieſum. Luc. v. Oſten
dit Dominus, quòd non ſunt miſſi prophetæ
niſi ad humiles, ſicut Heliſæus ad Naaman,
& Helias ad viduam: & oſtendit ſuperbiam
Iudæorū. Poſteà dicit: Ieſus autē trāſiens per
mediū illorū ibat: ad ſignificandū, ꝙ humilis
quicquid ſibi fiat, viam ſuam nō derelinquat.

S V M M A.

1 Feria tertia, tertiæ Dominicæ, in quadra-
geſima, & eius officium. & nu. 3.
2 Dæmones, creditores & exactores noſtri.

## *De tertia feria.* CAP. XLVIII.

1 TErtia † feria eſt de oratione &
miſericordia, per quæ etiam ſal-
uat Dominus. Vnde introitus eſt:
Pſal. 21 Dum clamarem ad Dominū. Epi-
ſtola verò: Mulier quædam &c. eſt iiij. Regū
iiij. cap. de vidua cuius filios creditor in ſerui-
tutem redigere cōtendebat: & eius vaſa oleo
repleuit Heliſæus, dicens ei, quòd de parte
olei redderet debitum, quod debebat: & de
reliquo ipſa, & filij ſui viuerent. Vidua eſt
Eccleſia, cuius ſponſus Chriſtus non eſt præ-
ſens corporaliter, ſiue viſibiliter, quæ venit ad
2 Chriſtum. creditores † ſunt dæmones: vnde
diabolus exactor dicitur, quòd pecuniam ſuā,
id eſt, immunditiam à nobis exigit, cum vſu-
ris. Vnde Eſa. xiiij. cap. Quando ceſſauit exa-
ctor, quieuit tributum. Sed Chriſtus per ope-
ra miſericordiæ liberauit nos ab huiuſmodi
creditore. Et petitur huiuſmodi liberatio in
reſpōſorio: Ab occultis meis munda me Do- Pſal. 18
mine. Euangelium verò quod eſt Matt. xviij.
cap. eſt de miſericordia, ſcilicet ſi peccauerit
in te frater tuus, corripe eum. Si ignorat, do-
ce. Si pœnitet, dimitte: non dico ſepties: ſed
etiam ſeptuageſies ſepties, id eſt, quoties pec
3 cauerit, dimitte. ¶ Rurſus † vidua pro filijs
ad Heliſæum orans dicit in introitu: Ego Pſal. 16
clamaui. & in graduali: Ab occultis. Demum Pſal. 117
precibus exaudita gratias agit in offerenda: Pſal. 10
Dextera Domini. Et docet in communione:
Domine quis &c. quales ſe debeant exhibe-
re: qui volunt oleum miſericordiæ, ſcilicet
qui volunt requieſcere in monte, ingredian-
tur ſine macula, & operentur iuſtitiam.

S V M M A.

1 Feria quarta dominicæ tertiæ, in quadrageſi-
ma: & officij ratio.

## *De quarta feria.* CAP. XLIX.

1 IN quarta † feria agitur de im-
pletione mandatorū, per quam
Dominus etiam ſaluat. Sed quia
per gratiam eſt impletio manda
torum, ideò eſt introitus: Ego autem in Do- Pſal. 30
mino ſperabo: & eſt primi toni, ad oſtenden-
dum, quòd ſpem debemus ponere in ſolo
Deo. Epiſtola verò: Honora patrem &c. eſt
de Exo. xx. cap. in qua ſunt inſtituta vel diſtin
cta præcepta Domini: honora patrem & ma-
trem &c. In reſponſorio verò petitur gratia:
in quo oſtendit homo infirmitatem ſuam di-
cens: Miſerere mei Deus: quoniam infirmus
ſum: quaſi diceret: nō poſſum per me adim-
plere mandata. In euangelio: Acceſſerunt ad
Ieſum &c. Matth. xv. cap. redarguit Dominus
iactantiam Iudæorū, qui magis innitebantur
traditionibus hominum, quàm Dei: & repre-
hendebant diſcipulos Domini de traditioni-

 bus legis

bus legis vel ſeniorum. Quibus Dominus dixit: hypocritæ &c. non lotis manibus manducare, non coinquinat hominem, & oſtendit per quæ ſaluamur & iuſtificamur. In hac quarta feria: fit primò ſcrutinium, prout in proxima quarta feria dicetur.

SVMMA.

1 Feria quinta tertiæ dominicæ, in quadrageſima quid referat. & quòd varium habeat officium. & nume. 2.

*De quinta feria.* CAP. L.

1 IN quinta feria † oſtendit Eccleſia non eſſe ſalutem niſi à Domino: & maximè per virtutes: vnde introitus eſt: Salus populi ego ſum, &c. & eſt quarti toni propter quatuor cardinales virtutes. Epiſtola verò: Factum eſt verbũ &c. eſt de Hiere. vij. cap. vbi dicitur: bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra: & hoc propter bona opera virtutũ: & reprehenduntur Iudæi, qui credebãt ſe nõ poſſe damnari: quia habebant Domini templum, & omnes alios damnatos eſſe dicebant: vnde ſequitur
Pſal. 144 reſponſoriũ: Oculi omniũ. oſtendens, quòd in ſolo Deo ſperandũ eſt. Euangeliũ verò: Surgens Ieſus Luc. iiij. ca. eſt de ſanatione ſocrus Petri: per quod oſtenditur quòd in ſolo Deo ſperandum eſt: quia ab ipſo & per ipſum ſalus
2 mentis & corporis eſt. † In alijs verò Eccleſijs legitur euangelium ſequentis dominicæ: Abijt Ieſus &c. & aliter incipit operamini: in quo improperat Dominus turbæ, quòd magis curabãt de ſalute corporis, quàm mentis: quoniã voluerũt eum facere regem poſt miraculũ factum de ſaturatione quinque millium hominũ de duobus piſcibus & quinque panibus: & hortatur eos, dicens: Operamini non cibũ qui perit: ſed qui permanet in vitam æternam. Cui cõgruè præmittitur præmiſſa lectio Hiere. vbi Dominus promittit ſe habitaturũ cum eis: & ſic quaſi regem futurũ eorum, qui talem cibũ fuerint operati: vt calumniam nõ faciant innocentem &c. Sanguinem non effundant &c. Rurſus introitus, ſcilicet: Salus populi: vox eſt Domini, populum cõſolantis: graduale, offertorium, & cõmunio, voces ſunt populi, de regis gratia confidentis. In hac autem quinta feria, in qua agitur de ſalute, fit ſtatio ad ſanctos Coſmam & Damianum, qui medici fuerunt: & homines corporaliter & ſpiritualiter ſanabant: ideò de ipſis fit mentio in collecta.

SVMMA.

1 Feria ſexta dominicæ tertiæ in quadrageſima, & quale, quidve portẽdẽs, habeat officiũ.

*De ſexta feria.* CAP. LI.

1 SExta † feria, quæ eſt dies crucis, oſtenditur, quòd per crucem eſt ſalus. vnde introitus eſt: Fac mecũ Pſal. 1
ſignũ in bonũ, id eſt, crucem. Maiorem charitatem nemo habet, id eſt, maius Ioan. 1
ſignum charitatis, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis. Epiſtola verò: Conuenerunt &c. quæ eſt Numeri xx. ca. eſt de Moſe, qui bis percuſsit petram, & fluxerunt aquæ, vt biberent homines & iumenta. Per binam percuſsionem, duo ligna crucis intellige. Petra Chriſtus eſt: & fluxerunt aquæ doctrinarum & gratiarũ, vt poſsit bibere totum genus humanũ. Reſponſoriũ eſt. In Deo ſperauit cor meũ: & adiutus ſum: quia in ſola cruce Pſal. 27
perfecta eſt humani generis ſaluatio. In euangelio verò: Venit Ieſus in ciuitatem &c. Ioan. iiij. cap. oſtendit Dominus, quòd nõ ſolùm pro nobis crucẽ ſuſtinuit: ſed & multos alios labores. vnde ſequitur ibi: Ieſus ergo fatigatus ab itinere &c. & dicuntur ibi octo, in quibus inſtruxit Dñs Samaritanã: quæ patent in euangelio: & ideò reſponſoriũ eſt octaui toni. Cõmunio eſt: Qui biberit. Ioan. iiij. cap.

SVMMA.

1 Sabbatum dominicæ tertiæ quadrageſimæ, iuſtitiam & miſericordiam Domini ad ſalutẽ ducere oſtendit. Et eius officium. & nu. 4.
2 Introitus officiorum, variat ſæpe in verſu.
3 Mortis vmbra, quid.
5 Antiphonæ: Media vita expoſitio.
6 Vita triplex.

*De ſabbato.* CAP. LII.

1 IN ſabbato † verò oſtẽditur, quòd Dominus ſaluat per iuſtitiam & miſericordiam. vnde epiſtola: Erat vir. Daniel. xiij. cap. loquitur de Suſanna: quæ ſaluata eſt per iuſtitiam. Euangelium eſt de muliere deprehenſa in adulterio: quam Dominus liberauit per miſericordiam. Ecce quomodo euangelium & epiſtola concordant. Quia ergo adultera in euangelio ſaluata eſt per miſericordiã: ideò vidẽs Eccleſia infirmitatẽ filiorũ ſuorũ, petit ſe liberari per miſericordiam in introitu, dicens: Verba Pſal.
mea auribus percipe Dñe: intellige clamorẽ meum.



meum. Et eſt quinti toni, propter quinque quæ ponuntur in collecta, quæ eſt talis: Præſta quæſumus omnipotẽs Deus, vt qui ſe affligendo carne ab alimentis abſtinent, ſectando iuſtitiã à culpa ieiunent, id eſt, à delectatione quinque ſenſuũ: ſicut Daniel, Suſanna, & Ioachim, Miſericordiã Dei nõ cõſequentur: qui ſic nõ ieiunãt. Sequitur verſus introitus ſemiplenus, ſcilicet rex meus, & Deus
2 meus. ¶ Et ideò † notandum eſt, quòd in introitibus aliquãdo duplex verſus ponitur: aliquando dimidius: frequentius vnus: duplex vt in introitu defunctorũ Requiem: verſus Te decet &c. & alius. Exaudi orationem &c. quia oramus pro defunctis propter ſtolam corporis & animæ, quas rogamus ei dari. dicitur etiã ſecundus verſus: quia ſuccedit in locum illius verſus: Gloria patri, qui in officio defunctorũ tacetur, pro eo quòd mortui trinitatem vlterius laudare nequeũt. Ad cuius laudem pertinet iſte verſus. Sæpius verò vnus dicitur: quia ad vnum tantùm, ſcilicet ad Deũ vertere nos debemus. Dimidius autem hic ponitur: quia qui miſericordiã Dei impetrat, ſuã debet imperfectionẽ in operibus cõfiteri: pſalmus tantùm opus ſignificat. Poſt epiſtolam ſequitur
Pſal. 22 reſponſoriũ: Si ambulem &c. quod ſic ei reſpondet, quẽ Dominus liberat, nullus ei nocere poteſt: igitur ſi ambulem in medio vm-
3 bræ mortis, nõ timebo mala &c. vmbra † mortis, eſt mors tẽporalis. quaſi dicat & ſi tranſeã per mortẽ temporalem, nõ eſt timendum, ex quo Deus adiuuat. Et ſequitur verſus: Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt: quia tribulationes Domini cõſolantur hominem bonũ. Eſt autem primi toni: quia in ſolo Deo ponẽda eſt ſpes. In euangelio verò: Perrexit Ieſus. Ioan. viij. oſtendit ſe Dominus authorem miſericordiæ cùm dixit mulieri adulteræ: Vade, & amplius noli peccare. Item miſericordia fuit, quod dixit: Qui ſine peccato eſt veſtrũ. primus mittat in eam lapidem. iij. quæſtio. viij. qui ſine. In offertorio petit ſimi-
Pſal. 118 liter per miſericordiã liberari, cũ dicit: Greſſus meos dirige: & pertinet ad octauam reſurrectionis. poſtcõmunio verò, ad beatitudinẽ,
4 quæ eſt: Nemo te. Ioan. viij. ca. ¶ Illud † autẽ notandũ eſt, quòd in huius ſabbati completorio antiphona: Media vita cãtatur: eò quòd nunc mediana quadrageſimæ incipiat hebdomada: qui verò eam in præcedenti ſexta feria cantant: numerũ dierum ieiunijs afflictorum attendunt. Hanc itaq; ſub breuiloquio duximus
5 exponẽdam. † Media vita, Chriſtus eſt: ipſe enim mediator eſt Dei & hominũ. x. diſtinctio. quoniam. Ipſe eſt via, veritas, & vita. viij. diſtinctio. qui cõtenta. Ipſe quidem ſanctus, ipſe Deus, ipſe fortis, ipſe miſericors & ſaluator. Ad Chriſtum ergo ſermo dirigitur: O media vita, id eſt, ô Chriſte. Vel media vita, ſancta trinitas eſt, quæ in ſe vita: & nobis vita media, id eſt, ſufficiens, & cõmunis ad quã ſermo dirigitur. O media vita, id eſt, ô ſancta trinitas: ideoq; ſubdiſtinguitur, ſancte Deus, ſancte fortis, ſancte & miſe. ſal. id eſt, pater & filius & ſpiritus ſanctus: à quo, & per quem, & in quo ſaluamur: & ideò ſaluator etiam trinitas appellatur. Ad quẽcunq; tamen ſermonẽ dirigimus, adiutorium quærimus: quia in morte ſumus in miſerijs præſentis vitę: petimúſq;, ne tradat nos amaritudini mortis æternæ. Vel ſupple ô Domine, exiſtentes in vita me-
6 dia ſumus in morte. ¶ † Prima fuit vita iuſtitiæ & innocentiæ, in qua creatus eſt homo. ¶ Secunda, eſt vita peccati, & miſeriæ, in qua lapſus eſt homo. ¶ Tertia, erit vita immortalitatis & gloriæ, ad quam reparabitur homo. Nos igitur dum ſumus in media vita, ſumus in morte: quia vita peccati, mors eſt vitæ iuſtitiæ. & ideò quærimus adiutorem. Aliæ Eccleſiæ dicunt media vitæ: quia enim nunc eſt mediũ quadrageſimæ: quæ vitam præſentẽ, quæ ſine peccatis non ducitur, repræſentat: meritò dicitur antiphona ipſa: In morte, id eſt, in peccatis: quæ ducunt ad mortẽ: Et quia in epiſtola fit mentio de Suſanna: ideò propter æquiuocationem vocabuli fit hodie ſtatio apud ſanctam Suſannam.

SVMMA.

1 Dominica quarta quadrageſimæ, quid agat. Et qui libri in ea legantur. nume. 2. 3.
4 Diabolus quatuor modis nos affligit.
5 Aetates mundi.
6 Introitus miſſæ dicendæ in quarta dominica quadrageſimæ.
7 Bona cœleſtis patriæ, quatuor.
8 Roſa aurea Pontificis maximi, quid ſignificet.
9 Roſa, ſpiritualiter ſignificat Chriſtum. & eiuſdem roſæ ratio. nu. 10.
11 Romanus Pontifex, Petri eſt ſucceſſor, Chriſti vi-

ſti vicarius.

## *De dominica quarta quadrageſimæ.* CAP. LIII.

1 SEquitur dominica † quarta in qua
agitur de ſuperna Hieruſalem:&
quia in terram illam venitur eo
die,quo filij Iſraël venerũt in ter-
ram promiſsionis:prout ſub ſeptuageſima di-
2 ctum eſt.ideò nunc legitur † Exo.vbi dicit
Exod. 3 Dominus: Videns vidi afflictionem populi
mei,qui eſt in Aegypto:& deſcẽdi, vt libera-
rem eos de manu Pharaonis.ſicut autem Do
minus liberauit populum per plagas miſſas
contra Pharaonem:ſimiliter & per plagas li-
berat de manu diaboli,qui non vult dimitte-
re nos,niſi in manu forti, vt ibi habetur.Pri-
ma plaga,eſt cõuerſio aquarum in ſanguinẽ,
per quam peccatũ infidelitatis ſignificatur.
Per alias plagas ſignificatur,quòd homo per
multas tribulationes & pœnas, quas habet
dum moratur in peccato, cogitur redire ad
Dominum,ſicut de filio prodigo legitur.Le-
Exod. 14 gitur ergo Exo.quia per fidem eſt exitus à
ſeruitute diaboli & per baptiſmum,qui ſigni
ficatur per mare rubrum:& per impletionem
mandatorum. Quando verò homo talis eſt,
facit ſeipſum tabernaculum Domino:qui ve
rò non faciet ei hoc tabernaculum, nec ipſe
3 faciet in futuro.Poſt † Exo.ſequitur liber Le-
uitici qui eſt tertius in pentateucho:qui per-
tinet ad Leuitas:qui debebant Domino offer
re ſacrificia:vnde liber eſt oblationũ.Ex quo
enim homo implet mandata & facit taberna
culum Domino: non reſtat niſi oblationes
Deo offerre. Debet tamen ſal apponere in
omni ſacrificio ſuo:quia cum diſcretione de-
bet omnia facere. Quia ergo tales debent
eſſe mundi ab omni peccato & offerre Do-
mino hoſtiam mundam,ſanctam,& immacu
Leuit. 19 latam: ideò ſequitur in Leuitico de munda-
tione lepræ:& dicitur ibi multoties: Sancti
eſtote:quoniã ego ſanctus ſum. Et quia hoc
fit in ſolennitate cordis,& debent omnia fie-
ri cum gaudio,poſteà in eodem libro agitur
de ſolennitatibus. Rurſum, quia nullus ita
perfectus eſt, quin peccet aliquando ſaltem
venialiter: ideò ibi habetur de dubitatione
Moſi ad aquas contradictionis: qui nec pro-
pter hoc dimiſit opus ſpirituale facere,vt ad
vocem ſuam fluerent aquæ,cum dixit:Aſcen
dat puteus,id eſt, doctrina ſacra. Cæterùm
ſicut mulier oſtendit ex vna parte pomum
filio ſuo:& ex alia inimicum,vt veniat ad ſe:
ſimiliter & Dominus,iuxta illud Oſeæ xj.ca.
In funiculis Adam traham eos in vinculis
charitatis.Vnde in officio nocturnali oſten-
dit inimicum:qui non vult dimittere populũ,
niſi in manu forti: & in manu diuina,ſcilicet
per prædicatores: & ideò primũ reſponſoriũ
eſt: Locutus eſt Dominus ad Moſen &c.Si
quidem Moſes ex aquis aſſumptus eſt:Chri-
ſtus per quem liberamur ab huiuſmodi inimi
co,vel quilibet prædicator:quis ex aquis ſcri
pturæ debet aſſumi. & eſt quarti toni: quia
4 † quatuor modis nos affligit diabolus, ſcili-
cet interficiendo mares, id eſt,bona opera,
vel virtuoſos.quos ſubmergit in flumine deli
tiarũ huius mundi:& cogit ſeruire in luto lu-
xuriæ,& latere auaritiæ:& palea inanis glo-
riæ.Porrò quidem, quia populus in illa ſe-
ptuagenaria captiuitate fleuit ſuper flumina
Babylonis:& in fine Cyro permittente lętA-
bundus exiuit: & gratulans Hieruſalem in-
troiuit:ideò cum in prima dominica populus
captiuatus fleuerit,dicẽs:Circundederũt me:
& in ſecunda orauerit:dicens:Exurge.in ter-
tia quoque orauerit,dicens:Eſto mihi:in quar
ta cõſolationem acceperit dicente Domino:
Inuocauit me:ego exaudiam eum: in quinta
etiam rurſus orationi inſtiterit, dicens:Remi-
niſcere miſerationũ tuarũ.in ſexta verò Da-
rio licentiam retribuente, cõſolationem de
reuerſione percepit:ideóq; dixit: Oculi mei.
In hac ſeptimana tanquam in fine ſeptuageſi
mæ ingrediens Hieruſalem gratulabundus
exultat,dicens: Lætare Hieruſalem: de hoc
5 etiam dictũ eſt ſub prima dominica.¶ † Septe
nariũ quoque præſentis vitæ, quæ ſeptẽ die-
rum circulo ſiue curriculo voluitur, vel po-
tius ſeptem ætatibus,quibus mundus ipſe di-
ſtinguitur:ſicut per dies ſeptuaginta, ſic per
ſeptem dominicas ſancta repræſentat Eccle-
ſia.Prima enim ætas, eſt ab Adam, vſque ad
Noë.Secũda,verò,à Noë,vſq; ad Abraham:
vel ſecundum quoſdam ad Moſen. Tertia,à
Moſe,vſque ad Dauid. Quarta à Dauid vſq;
ad tranſmigrationem Babylonis. Quinta à
tranſmigratione Babylonis vſque ad aduen
tum Domini. Sexta, ab aduentu Domini,
vſque ad finẽ ſeculi.Septima,ſimiliter vſq; ad
eundem finẽ.ſimul enim cõcurrũt:ſed illa in
vigilantibus & laborãtibus:iſta in dormienti-
bus,& quieſcentibus:vbi requieſcũt electorũ
animæ



animæ inter vbera lactantis matris ſuis ſu-
pernæ Hieruſalem.In prima dominica velut
in infantia mundi,homo à felici delectatio-
ne deiectus,clamat:Circundederunt.In ſecun
da velut in pueritia mundi concipiens homo,
ſpem ſuæ reconciliationis voce Noë quaſi
præcentoris, implorat acceptilationem re-
conciliationis,dicens:Exurge, quare obdor-
mis Domine.In tertia velut in mundi adole-
ſcentia concipiens homo ſuam liberationem
de ægyptiaca ſeruitute ſuæ protectionis,& li
berationis accelerationem voce Moſi orat,
dicens:Eſto mihi in Deũ protectorem. Quar
ta deſignat iuuentutem Eccleſiæ: in qua re-
gum diademate coronatur: & ſapientia pro-
phetarum ornatur:Vnde illud officium voce
Dauid,quaſi præcentoris in cantibus celebra
tur.Quinta ſenectutem Eccleſiæ, in qua ca-
lor naturalis incipit deficere. Nam populo
in Babylone captiuato Eccleſia captiua,nec
altare habuit:nec templum: imò organa ſua
ſuſpẽdit:ideóq; in quinta dominica vacat of-
ficio.Sexta,ſenium Eccleſiæ,ſcilicet fides ſe-
culorũ,cum filius Dei venit in mundum,&
de diaboli poteſtate liberauit genus huma-
num.Ne igitur ſit immemor accepti benefi-
cij,& ingratum,gratulatur,& ait: Oculi mei
ſemper ad Dominũ. Hæc autem ſeptima &
vltima ſignificat ſabbatũ mundi:in quo ſan-
ctorũ animæ requieſcunt: illic Hieruſalem,
quæ ſurſum eſt:quæ libera eſt:quæ mater no
ſtra eſt,lætatur:vnde dicitur dominica læti-
tiæ.Eſt enim ſeptima ſeptuageſima: & per
ſeptenarium ſignificatur ſeptima ætas eorũ:
qui ſunt in requie.Repræſentat enim hæc do
minica libertatem cõceſſam filijs Hieruſalẽ
redeundi à Babylone anno ſexageſimo,quã
habuerũt plenariũ in anno ſeptuageſimo:vn-
de totum huius diei officium de lætitia eſt,
ad repræſentandum illorũ lætitiam,& etiam
noſtrã: quoniam finitis ſex ætatibus erimus
in ſeptima à mundi exilio liberati,cum cœle
ſtem paradyſum,quæ eſt patria noſtra intra-
6 bimus.Cantatur ergo † hodie introitus:Læta
re Hieruſalem.ad oſtendendum quòd ſicut
illi,qui cum ingenti lætitia à Babylone vene
runt in Hieruſalem:ita & nos ab hoc mundo
lætãtes,in cœleſtem Hieruſalem veniemus.
Babylon enim interpretatur cõfuſio:vnde ſi-
gnificat mundum vel infernum: quia in hoc
mundo eſt confuſio vitiorum: & in inferno
tormentorum. dicitur etiam hæc dominica
refectionis:quia in ea Dominus refecit & ſa-
tiauit quinque millia hominum: vel quia in
ea oſtenditur cœleſtis Hieruſalem: ex qua
omnis refectio eſt.Quia ergo Eccleſia læta-
tur pro hac refectione: ideò cantat: Lætare
Hieruſalem,id eſt,Eccleſia.ibi enim æterna
requies promittitur.In nocturnali enim offi-
cio cantatur reſponſoriũ: Audi Iſraël præce-
pta Domini:& ea in corde tuo, atq; in libro
ſcribe.Et dabo tibi terram fluentem lac &
mel.Poſteà ſequitur in introitu:Ab vberibus
cõſolationis eius.Hæc verba ſunt duo teſta-
menta:de quibus ſumuntur promiſsiones dul
ces in quibus eſt cõſolatio noſtra. Et ſunt in
ea tria verba lætitiæ,ſcilicet lætare,gaudete,
& exultare.Ratio quare poſita eſt ſub titulo
de ſeptuageſima in principio. Et ſumitur iſte
introitus de Eſa.vlti.cap.ſed de antiqua trãſla
tione,quia in Eſaia ſic non iacent verba hæc:
verſus verò de pſalmo,qui loquitur de Hie-
ruſalem ſuperna,ſcilicet:Lætatus ſum &c.eſt
quinti toni propter quinque millia hominũ
quos refecit:vel ideò,quia illi qui cohibent,
& refrenant,& bene ordinant quinque ſen-
ſus corporis:illi habebunt huiuſmodi refe-
ctionem & cõſolationem: de qua in introitu
habetur:& quæ petitur in collecta. Concede
quęſumus omnipotens Deus,vt qui ex meri-
to noſtræ actionis affligimur,tuæ gratiæ con
ſolatione reſpiremus.Scripſerunt tamen qui-
dam,quòd quia Alber.Papa qui tamen in chro-
nica nõ inuenitur, celebrauit tali die Romæ
in dicta Eccleſia: quæ vocatur Hieruſalem.
ideò cantatur: Lætare Hieruſalem. Et nota,
quòd in quibuſdam Eccleſijs de hac die & in
feſto annuntiationis Domini duæ collectæ
dicuntur:vt quaſi duplex feſtum exoluere vi
deantur:quod non fit in alijs præcipuis feſti-
uitatibus,etiam natiuitatis Domini:& ſimili-
bus:quia illæ per octauas producuntur: nec
vnius diei dũtaxat obſeruantia, ſicut iſta co-
anguſtantur.Sequitur epiſtola: Scriptum eſt,
quoniam Abraham duos filios habuit &c.ad
Gal.iiij.cap. Vbi ſequitur: Quæ ſurſum eſt,
Hieruſalem libera eſt:quæ eſt mater noſtra.
Hoc autem dicit,vt non timore ſeruili ſeruia
mus Domino,ſed amore.Reſponſoriũ eſt de
eodem. Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt Pſal. 121
mihi &c.& eſt ſeptimi toni propter ſeptimã
ætatẽ:in qua erimus in quiete.Sedquia adhuc
ſumus in labore: ideò ſequitur tractus, ſed
ſuauiſsimus:Qui cõfidunt in Domino, ſicut
mons

mons Syon &c.in quo oſtenditur, quòd qui
in Domino ſolo ſperant,habebunt illam re-
fectionem.Sequitur euangelium:Abijt Ieſus
trans mare Galileæ &c.Ioan.vj.cap.Quinque
autem panes, quibus Dominus refecit nos,
prout ibi legitur, ſunt quinque libri Moſi:
duo verò piſces,ſunt pſalmi & prophetia:vel
libri Ioſue & Iudicum:quia de illis ſeptem li
bris ſumuntur orationes in hac dominica:&
ita reficit omnes.offertorium eſt:Laudate:&
eſt ſecundi toni,ad oſtendendum,quòd Deũ
laudare debemus pro corporali refectione
& ſpirituali.Poſtcõmunio verò,eſt: Hieruſa-
lem,quæ ædificatur vt ciuitas &c. Et loqui-
tur de illa Hieruſalem: quæ libera eſt: &
7 eſt † quarti toni,propter quatuor:quæ ibi di
cuntur.Primum eſt,quia omnia ſunt commu
1.cor.15 nia.Ibi enim Deus eſt omnia in omnibus.Se-
cundum eſt, quòd æternaliter participantur
ea:quæ ibi ſunt:vnde dicit:Cuius participatio
eius in idipſum.Tertium eſt,quòd nullus de
filijs diaboli poteſt ibi aſcendere, vnde dicit:
Illuc enim aſcenderũt tribus tribus Domini.
Quartum,quia ibi eſt cõtinua laus Dei:vnde
ſequitur:Ad confitendum nomini tuo Domi
ne:& inde eſt illud:Beati,qui habitant in do-
mo tua Domine:in ſecula ſeculorũ laudabũt
te.¶In hac dominica Romanus pontifex ce-
8 lebraturus † ad Eccleſiam pergens,& rediẽs
ab eadem aureã in manu ſub aſpectu populi
fert roſam.Circa quod duplex inſurgit ratio:
vna ſecundum literam,altera ſecundum ſpi-
ritum.Sanè ſecundum literam,ne fidelis po-
pulus,propter quadrageſimalis obſeruantiæ
aſperitatem ſub cõtinuo labore deficiat:quia
quod caret alterna requie, durabile non eſt.
ideò in hac mediana quadrageſimæ quoddã
recreationis ſolatium interponitur, vt anxie-
tas temperata leuius ſufferatur, iuxta illud:
Interpone tuis interdum gaudia curis. Ho-
diernũ nãque officium tota lætitia plenum
eſt:& in omni verborum clauſula iucunditas
exuberat,gaudium reſonat,hilaritas inculca-
tur.Tria itaque repræſentat dies iſta:ſcilicet
charitatem,poſt odium: vnde dicitur:Lætare
Hieruſalem:& conuentum facite omnes,qui
diligitis eam. Gaudium,poſt triſtitiam.vnde:
Gaudete in lætitia.quia in triſtitia fuiſtis.Et
ſatietatem poſt famem. vnde: Vt ſatiemini
ab vberibus cõſolationis veſtræ.Quæ tria pa
riter deſignantur in tribus proprietatibus
huius floris:charitas in colore, iucunditas in
odore,& ſatietas in ſapore.Roſa quippè,præ
cæteris floribus colore delectat: odore re-
creat:& ſapore confortat:delectat in viſu,re-
creat in olfactu,& cõfortat in guſtu.Nempe
roſa in manu romani pontificis, gaudium
Iſraëlitici populi deſignat, quando per gra-
tiam Chriſti data eſt illi de Babylonica ca-
ptiuitate licentia redeundi.Deinde illa dona-
tur nobiliori & potentiori, qui tunc in curia
reperitur: in quo nobilitas & excellentia il-
lius peculiaris populi Domini deſignatur.
Demum ille cum multo equitatu & lætitia
ingenti ciuitatem cum roſa circuit, figurans
gaudium illius populi in ciuitatem Hieruſa-
lem reuerſi:atque cõmunionem totius fide-
lis populi & Eccleſiæ lætitiam de præmiſsis.
9 Spiritualiter † autem flos iſte florem illum
ſignificat:qui de ſe dicit in canticis: Ego flos Cantic.2
campi,& lilium conuallium. Et de quo pro-
pheta: Egredietur virga de radice Ieſſe:& Eſa.11
flos de radice eius aſcendet.Qui verè eſt flos
florũ,id eſt,ſanctus ſanctorũ:quia præ cæte-
ris floribus,id eſt, ſanctis colore delectat in
viſu.Nam ſpecioſus forma præ filijs homi- Pſal.44
num:in quem deſiderant angeli proſpicere.
Qui odore recreat in olfactu:quia ſicut legi
tur in canticis.j.c.Meliora ſunt vbera tua vi- Canti.1
no fragrantia vnguentis optimis.Qui ſapore
confortat,in guſtu:quia panis quem ipſe dat,
caro ſua eſt,pro mundi vita, omne delecta-
mentum habens,& omnis ſaporis ſuauitatẽ.
Hinc eſt enim, qui de quinque panibus &
duobus piſcibus quinque millia hominum ſa
10 turauit.¶Triplex † autẽ eſt in hoc flore ma
teria:aurum,videlicet muſcus,& balſamum:
quia triplex eſt in Chriſto ſubſtantia,deitas,
corpus,& anima.Sed balſamo mediante mu-
ſcus auro coniungitur: quia anima mediante
corpus cõiungitur deitati.Diuina enim natu-
ra tantæ ſubtilitatis eſt, vt corpori de limo
terræ formato non congrueret vniri,niſi ra-
tionabili ſpiritu mediante. ¶Rurſus flos ipſe
aureus eſt,quia rex regum,& Dominus domi
nantiũ,cuius rubor apparuit in inſignijs paſ-
ſionis,& odor in gloria reſurrectionis. Huius
floris baiulus eſt vicarius Saluatoris. Roma-
11 nus † verò pontifex ſucceſſor vtique Petri &
vicarius Ieſu Chriſti qui hunc florem fideli-
bus populis demonſtrat:non omni tempore,
ſed in hac dominica tantùm:quæ ſeptima eſt
ab illa: quę ſeptuageſima nuncupatur: quia
Chriſtus nõ in qualibet hora,ſed in ſeptima
tantùm



tantùm ætate videtur ab illis, qui beata re-
quie conſolabuntur. ¶Rurſus in vrbe oſten-
ditur nõ alibi,quàm apud baſilicam:quæ ſan
ctæ crucis in Hieruſalem appellatur:quæ ſu-
pernę Hieruſalẽ typum obtinet,& ſpeciem
repræſentat: de qua dicitur in epiſtola ho-
dierna.Illa,quæ ſurſum eſt Hieruſalem,libe
ra eſt:quæ eſt mater noſtra:in qua Chriſtum
angeli ſancti,& beatæ animæ cõtemplantur:
ad quam meritò dicitur:Lætare Hieruſalem.
& cõuentum facite omnes,qui diligitis eam.
quaſi dicat,vos catholici,nõ hæretici. ¶Dif-
fert autem hodierna ſtatio, ab illa, quæ fit
ibidem in ſecunda dominica aduentus, quia
illa futuræ beatitudinis eſt annuntiatio:hæc
quaſi præſentis contemplatio. Vnde & feſti-
uius agitur: quia ſpei noſtræ feſtiuitas eſt.
Hac etiam die chriſtianus coronatur Impera
tor:vt ſemper coronæ ſupernæ Hieruſalem
meditetur.Dauid ter in regẽ vnctus eſt:vt di
cetur ſub dñica poſt aſcenſionem. Hęc ergo
dñica priuilegiata eſt:quia repræſentat licen
tiã redeũdi de ſeruitute ad libertatẽ populo
Iſraëlitico cõceſſam,& lętitiã ex hoc habitã.

S V M M A.

1 Feriæ ſecundę in quadrageſima, domini-
cę ſecundę,ratio.

## De ſecunda feria. CAP. LIIII.

1 SEcunda feria eſt † de iudicio.
Vnde in epiſtola.Venerũt duę
&c.iij.Reg.iij.cap.agitur de iu
dicio Salomonis duabus mu-
lieribus de puero contendenti
bus:extra de prǽſumptio.c.j. Mulier vna,quę
dixit,quòd diuidatur puer:eſt ſynagóga. quę
diuidi conata eſt puerum Ieſum:alia mulier,
quę dicit: detur ei infans viuus: eſt Eccleſia.
Vnde in reſponſorio petit hęc mulier puerũ.
Eſto mihi in Deum protectorem,id eſt,pe-
Pſal.60 tit ſibi dari Chriſtum.Euangeliũ: Prope erat.
Ioan.ij.cap.ſimiliter eſt de eiectione venden
tium,& de iudicio:vbi habetur quòd non cre
debat ſe Ieſus eis.quia nixi ſunt eum interfi-
cere:poſtea ſequitur de paſsione ſua:Soluite,
id eſt,ſoluetis templũ hoc,& in triduo excita
bo illud.ſciebat eñ,quid facturi erãt.¶Quia
verò ex paſsione Dñi eſt omne gaudiũ,ideò
in offertorio cantat Eccleſia: Iubilate.In in-
troitu autẽ petit iudicari:ſed prius petit miſe
Pſal.53 ricordiã: Deus in nomine tuo ſaluũ me fac,
ſcilicet per miſericordiã:& in virtute tua iudi
ca me:& eſt quarti toni:quia ibi habetur:Ab
inſurgẽtibus in me,libera me,id eſt,ab inimi
cis:q quatuor modis,ſicut dictũ eſt ſub dñica
inſurgũt cõtra nos:& ideò ſicut dñica fuit de
miſericordia,ita ſecunda feria eſt de iuſtitia.

S V M M A.

1 Feria tertia dominicæ quartę quadrageſimę
de quo agat.tum de Epiſtola. nu.2.tum de
euangelio.nu.3.

## De tertia feria. CAP. LV.

1 TErtia † feria eſt de oratione,
id eſt, de efficacia orationis:
quę, ſcilicet fit ſalua iuſtitia:
quod oſtẽditur in epiſtola:Lo-
cutus eſt &c. quę eſt Exod.
xxxij.ca.vbi ſequitur:Dimitte me, vt deleam
eum:& Moſes orauit pro populo: & Domi-
nus dimiſit peccatum: ſalua tamen iuſtitia:
quia reſeruauit ſibi vindictã. Vnde & ſi pro-
pter illud peccatũ,quod cõmiſerunt in Chri
ſtum pręcipuè puniantur:tamen & propter il
lud,quod cõmiſerunt tunc,ſcilicet adorando
vitulũ:vnde dicit Dñs in euangelio:Implete Matt.23
menſurã patrũ veſtrorũ.quia verò tam effi-
cax eſt oratio:ideò in introitu dicit Eccleſia:
Exaudi orationẽ meã &c.verſus:Cõtriſtatus
ſum in exercitatione mea.Cõtriſtatus enim
fuit pro dilatione patrię,& incolatu miſerię.
Quia verò exercitatio Chriſtiani eſt in coër-
tione à petulãtia,& laſciuia quinque ſenſuũ,
idcirco quinto reſonat hũc introitũ Eccleſia.
2 Et ſequitur epiſtola:Locutus † eſt &c.in qua
ſicut dictũ eſt impetrauit Moſes dimiſsionẽ
peccati ſalua iuſtitia:& vt filij eorũ mereren
tur intrare terrã ꝓmiſsionis:ideò in reſpõſo-
rio orat Eccleſia,vt mereatur ipſam impetra
re filijs ſuis,vt intrent terrã ꝓmiſsionis,licet
adorauerũt vitulũ cõflatilem,id eſt,venerati
ſunt laſciuiã & pompã mũdi,dicens: Exurge Pſal.43
Dñe fer opem nobis.& verſus:Deus auribus
noſtris audiuimus:quoniã tu liberaſti eos,&
cõdonaſti eis ſimiliter & fac nos ſpirituali-
3 ter.Poſtmodũ ſequitur euangeliũ:†Iam die
feſto.Ioã.vij.c.de obſtinatione Iudęorũ,qui
dicebãt:Quomodo hic literas ſcit cũ nõ didi
cerit:& dixit Dominus:Moſes dedit vobis le-
gem:& vos vultis me interficere:quaſi dicat
contra legem veſtram vultis facere & faci-
tis: & dixerunt,dęmonium habes.Ecce quo-
modo obſtinati fuerũt:& hoc eſt quod in epi
ſtola habetur: Receſſerunt citò à via,quam
oſtendiſti

oſtendiſti eis.Eccleſia verò,oſtendens ſe non
conſentire peccatis:dicit in offertorio:Expe-
Pſal.39 ctans expectaui Dominum:oſtendens ſe ex-
pectare Chriſtum,vſque ad finem.Et quia be
ne expectat,qui à laſciuia quinque ſenſuum
abſtinet:ideò quinti toni eſt.Per hanc autem
ſpem reducitur nouus populus in terrã pro-
miſsionis:vnde ſequitur poſtcõmunio.Læta-
Pſal.32 bimur in ſalutari tuo: & eſt primi toni: quia
omnis lætitia à Deo eſt.

## SVMMA.

1 Feria quarta Dominicæ quartæ quadrageſimæ quid tractet.
2 Scrutinium,quid.
3 Scrutinium,qua ſolennitate fiat.Et nu.6. Et quo tẽpore, quáve hebdomada.nu.4.
5 Scrutinium,cur fiat quarta feria quartæ dominicæ quadrageſimæ.
7 Frons,ſedes eſt pudoris.
8 Scrutinij cæremoniæ explicantur.
9 Eccleſia quid adhibeat circa ſcrutatos.
10 Scrutinium, populis annuntiandum. Et qua forma.ibidem.
11 Lectiones duæ leguntur in quarta feria quartæ dominicæ quadrageſimæ.

## De quarta feria. CAP. LVI.

1 SEquitur †quarta feria:quæ eſt
catechizandorũ:quia in ea die
ducuntur ad Eccleſiam cate-
chumini & catechizantur,id
eſt,inſtruũtur:& hoc eſt tertiũ
ſcrutinium:vt iam dicetur. Vt autem ſeruia-
mus conſuetudini Eccleſiæ Italiæ:quæ ſcru-
tinij ſolennitatem obſeruat,& iuribus de illo
loquentibus: & quia etiam quædam de his, 4
quæ de illo fiunt, vbique in baptizando ſer-
uantur,ideò aliqua de illo dicamus:videlicet:
quid ſit ſcrutinium, & vnde dicatur: & vnde
originem traxit:quando & quoties, & quare
in temporibus ſtatutis fiat: quid in eo fiat,
vſque ad exorciſmum:& quid ab exorciſmo,
vſque ad Eccleſiæ ingreſſum:& quid ab ipſo
ingreſſu,vſque ad finem:& quare hæc omnia
fiant:ſubſequẽter verò de officio miſſæ hu-
2 ius diei dicemus. ¶Scrutinium † nihil aliud
eſt,quàm fidei & religionis Chriſtianæ inqui
ſitio.Eſt enim quaſi quoddam iter ſeu præpa
ratio ad baptiſmum: & dicitur à ſcrutando,
id eſt,inquirendo:quia fidei religionis inqui-
ſitio fit in eo.vnde originem traxerit,iam di-
cetur.Incipit autem fieri ſcrutinium in quar-
ta feria tertiæ hebdomadæ quadrageſimæ:
ſed in hac quarta fit ſolenne.Fiebant enim in
primitiua Eccleſia ſeptem ſcrutinia:duo,ſcili
cet in quarta feria,& ſabbato tertiæ hebdo-
madæ:& duo in hac quarta feria,& ſabbato
huius quartæ hebdomadæ: & duo in quarta
feria,& ſabbato quintæ hebdomadæ: & vnũ
in quarta feria vltimæ hebdomadæ, in qui-
bus adulti qui venturi erant ad baptiſmum,
docebantur orationem dominicam,& ſym-
bolum:vt in ſequenti tunc ſabbato,in quo ba
ptizandi erant,vtrunque ante baptiſmum ſci-
rent:& adhuc hodie in quibuſdam Eccleſijs
ſeptem fiunt ſcrutinia,propter ſeptiformem
gratiam ſpiritus ſancti.Sed tertium videlicet
hac die ſolenniſsimum,& in omnibus Eccle-
3 ſijs ordinem romanũ ſequentibus. † In quo-
libet ſcrutinio dicitur miſſa ſcrutinij,videli-
cet.Dum ſanctificatus fuero:de qua iam di-
cetur.Dicuntur etiam propriè collectæ,pro
catechuminis: vt: Omnipotens ſempiterne
Deus, Eccleſiam tuam iter remedij &c. Sed
quæritur,quare tertium ſcrutiniũ fit ſolenne:
& non primum nec ſecundum? Reſpondetur
ad notandum,quòd nec prima ætas,id eſt,in-
fantia:nec ſecunda,id eſt,pueritia,ita apta eſt
ſeruitio Dei,ſicut illa,in qua maximè diſcre-
tio boni & mali haberi incipit:& in qua con-
tra carnem pugnatur.Inde eſt etiam, quòd
non prima tribus,id eſt,tribus Iudæ: nec ſe-
cunda,id eſt,tribus Symeon:ſed tertia,id eſt,
Leuitica,ſacrificijs Domini eſt deputata: ſed
nec in primo libro pentatheuci:nec in ſecun
do agitur de ſacrificijs:ſed in tertio,prout di-
4 ctum eſt in præcedenti dominica: fit ante
ſcrutinium in hac † ſeptima hebdomada à
ſeptuageſima:quia dum Iudæi fuerunt in Ba-
bylonica captiuitate,miſti fuerunt inter eos,
quidam de gentilibus:vnde poſt eorum redi
tum ignorabatur de pluribus, vtrum eſſent
Iudæi vel non:quidam etiam dicebant ſe fo-
re de Leuitica tribu,qui non erant:& ſe ſacer
dotes,qui non erant.Ideóq; Eſdras & alij ſa-
pientes genealogias diligenter ſcrutati ſunt:
& Iudæos à gentilibus,& Leuitas à non Leui
tis ſegregauerunt: ita & nos in hac ſeptima
hebdomada:quæ finem illius ſeptuageſimæ
Babylonicæ captiuitatis ſignificat, ſcrutinium
facimus,vt credentes ab incredulis ſegrege-
mus,quos in ſacroſancta ſolennitate redem-
ptionis



ptionis noſtræ ex aqua & ſpiritu ſancto re-
nouamus. Non enim in primitiua Eccleſia
alio tempore baptiſma celebrabatur, niſi 6
fortè mortis periculo imminente. Omnes
igitur Eccleſiæ, prolis, quam per anni circu-
lum verbi, pabulo generabant, hac die no-
mina ſua dabant: in quibus perſcrutandum
erat,ne qua radix amaritudinis ineſſet: vt in
hęreticis,ne prius illis ſancta darentur,quàm
Chriſtiana fides radices in eorum mentibus
fixiſſet.j.q. vij. quoties.de conſe.diſt. ij. ego.
Vnde nominibus datis quilibet eorum per
dies ſequentes vſq; ad paſcha fidei regulam
audiebat: & ſic lactatus, & grandeſcens in
plenilunio,id eſt in baptiſmo plena fide ſym
bolum reddens Chriſto in baptiſmo commo
riebatur, & reſurgebat.Porrò in hac iiij.feria
fit ſcrutinium propter multa.¶†Primò,quia
5 ipſa præfigurata eſt à quarta ſeculi ætate,
quæ fuit à Dauid vſq; ad tranſmigrationem
Babylonis. In qua non ſolùm Iudeæ gentis
inchoatum eſt imperium:verumetiam Chri-
ſti & Chriſtianorum regnum ex promiſsione
ſumpſit exordium iurante Domino Dauid:
Pſal.88 De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem
tuam: ideóq; meritò in hac feria catechu-
mini ad Chriſti nomen accedunt,& Chriſtia
na religio in ea initium capit.¶Secundò,quia
ſicut in quarta feria ſtellæ creatæ ſunt, & in
cœlo ſoli & lunæ coniunctæ: ita & fideles
hodie concipiuntur, quæ Chriſto ſoli & Ec-
cleſiæ lunæ coniunguntur: & in cœlo id eſt
in patris regno iam ſplendent in ſpe:& in fu-
turo ſplendebunt in re.¶Tertiò,quia ſicut in
quarta ætate ædificatum eſt templum Do-
mini,per Salomonen:ſic & in hac quarta fe- 7
ria præparamus baptizandos:vt ſint templũ
Domino. ¶ Quartò,quia in quarta feria cœ-
pit noſtra redemptio, in qua proditus eſt
Dominus à Iuda: vt pro redimenda Eccleſia
moreretur:ideò & in quarta feria iſti præpa-
rantur,vt effectum percipiant redemptionis.
¶ Quintò, quia agnus xxiiij. diebus obſerua-
batur & præparabatur: & luna quindecima
immolabatur:decet,vt Eccleſiæ noua ſobo-
les quæ ad commoriendum Chriſto in ba-
ptiſmo præparatur: diebus quindecim ante-
riori ieiunio ſpiritualiter ſaginata,ætati lunæ
quæ illam ſignificat,exequitur.¶ Sextò,quia
quarta hominis ætas, ſcilicet iuuentus, per
quartam feriam ſignificata, apta eſt prælijs
& gubernaculo imperij:& ideò catechumini
præparantur in quarta feria ad prælium cõ-
tra diabolum:& ad regnum,& imperium re-
gni Dei.¶ † Hoc autem ordine ſcrutinia ce-
lebrantur,quoniam à principio vſq; ad exor-
ciſmum hæc fiunt. Primò quidem, fit nomi-
num baptizandorum per acolytum deſcri-
ptio:& eorum per nomina in Eccleſia vaca-
to. Secundò,maſculorum ad dextram, fœmi
narum ad ſiniſtram, ad ianuam Eccleſiæ vbi
fidem petunt,reductio. Tertiò, per exorciſtã
gemina interrogatio, vna de renuntiatione
diaboli:alia de fide Chriſti. Quartò, dæmo-
nis exufflatio. Quintò, crucis in fronte ex-
preſsio. Sextò, dicitur oratio.Septimò, fit in
ore ſalis impoſitio. Quod igitur nomina per
acolytum ſcribuntur ex quo ipſe etiam no-
tarius dictus eſt:ſignificat quòd nomina fide
lium in libro vitæ ſcripta ſunt. Quod nomi- Philip.3
natim vocantur,ſignificat vocationem fide-
lium ad vitam æternam. Cæterùm ianua,
Chriſtus eſt.Ducuntur igitur credituri ad ia-
nuam,id eſt ad Chriſtum qui de ſeipſo dicit:
Ego ſum oſtium,per me ſi quis introierit,ſal
uabitur. Quòd verò maſculi ponũtur à dex- Ioan.10
tra,& fœminæ à ſiniſtra, deſignat quòd viri-
liter agentes à dextris, & effœminati à ſini-
ſtris in iudicio ſtatuuntur:quod abrenuntiãt
diabolo:per hoc ſe à iugo eius, cui ex origi-
nali ſiunt obnoxij ſubtrahunt:per hoc enim,
quòd fidem Chriſti confitentur,iugo Chriſti
ſe ſubijciunt.Dæmonis exufflatio, eſt pote-
ſtatis eius debilitatio.Crux, quæ imprimitur
fronti,eſt vexillum noſtrum, quo diabolum
vincimus:non fit aliud ſignum, niſi crux:vt in
hoc ſolo ſigno diabolus ſciens ſe eſſe victũ,
contremiſcat & fugiat. † Fit autem in ſede
pudoris,id eſt in fronte: ne erubeſcat fidelis
confiteri Dominum ſuum eſſe crucifixum.
Oratio contra diabolum, eſt munitio: Sal in
ore poſitum eſt ſapientiæ cõdimentum. Hęc
plenius dicta ſunt in parte prima ſub titu.de
vnctionibus, & dicetur ſub ſabbato ſancto.
Nunc dicenda ſunt, quæ ab exorciſmo, vſq;
ad ingreſſum Eccleſię fiunt.Primò, diabolus
exorcizatur: & ter repetuntur verba *illa:*
Audi maledicte diabole &c.Secundò,maſcu-
li ſeorſum ponuntur.Tertiò,ad monitionem
diaconi capita inclinant catechumini:& ſuper
eos oratio dominica & ſymbolum dicitur.
Quartò, à ſacerdote aures & nares illorum
ſaliua tanguntur.Quintò,ab acolyto illumi-
nantur. Sextò à diacono euangelium ſuper
eos dici

eos dicitur.Septimò per oſtiarium in Eccle-
8 ſiam introducuntur.†Primo ergo exorciza-
tur diabolus,id eſt,adiuratur vt a fidelibus re
cedat.Ter repetuntur volatilia. Audi male-
dicte diabole &c.quia in confeſsione trinita-
tis diabolo reſiſtitur. Surſum maſculis,& de-
orſum fœminis fit exorciſmus: quia maiori-
bus maiora, minoribus minora ſunt propo-
nenda. Quod ad admonitionem diaconi ca-
pita inclinant,ſignificat,quòd cum Deo com
municaturi acclamante diacono capita incli-
nabunt:& hęc ratio pro communione habe-
tur.Quod ſymbolum & dominicam oratio-
nem ſacerdos ſuper capita eorum dicit, no-
tat, quòd templum Domini cõtra diabolum
munit.Aures & nares ſaliua tangit,vt doctri-
nam de ore prędicatoris procedentem fide-
les libenter audiant, & ipſa eis bene redo-
leat,quoaduſq; ſpiritum habent in naribus,id
eſt,quandiu viuunt. Ipſorum illuminatio,eſt
tenebrarum ignorantiæ & peccati, per lumẽ
intelligentiæ effugatio. Euangelium quod
ſuper eos dicitur,eſt doctrina Saluatoris,qua
inſtruuntur. Deinde per oſtiarium introdu-
cuntur,quia poſt impletionem euangelij:per
oſtiarium,id eſt,per ſpiritum ſanctum in cœ-
leſtem patriam introducuntur. Poſt hæc di-
9 cenda † ſunt ea, quæ ab ingreſſu Eccleſiæ
vſq; ad miſſam fiunt.Primò, maſculi ad au-
ſtrum ſtatuuntur, fœminæ ad aquilonem.
inde quatuor lectiones ſuper eos leguntur:
& quatuor initia euangeliorum. deinde duo,
vnus maſculus, & vna fœmina in ſanctua-
rium ab acolytis portantur.pòſt, ſymbolum
græcè ſuper maſculos,latinè ſuper fœminas
dicitur.His peractis Eccleſiam ingrediuntur,
& ſic miſſa cantatur. Quòd autem maſculi
ad auſtrum,& fœminæ ad aquilonem ſtatuũ
tur:ſignificat,quòd fortiores hoſtibus tenta-
tionum obijciendi ſunt, & debitores humili-
ter ſunt erudiendi. Quòd quatuor lectiones
ſuper eos leguntur,ſignificat doctrinam qua
tuor euangeliorum, qua inſtruuntur. Vnde
ſtatim quatuor initia euangeliorum legun-
tur ſuper eos,quaſi congreget eos à quatuor
partibus orbis. Quòd vnus maſculus, & vna
fœmina portantur in ſacrarium, ſignificat
quòd de vtroq; ſexu fideles aſcendent in cœ-
lum.Sed non aſcendet,niſi vnus,id eſt,in vni-
tate Eccleſiæ conſtitutus, ſicut & in probati-
ca piſcina nõ ſanabatur, niſi vnus.Quòd ſym
bolum legitur ſuper maſculos græcè, & ſu-
per fœminas latinè,per duas linguas, quibus
ſymbolum legitur,omnem linguam intelli-
gimus. Nam in græcis viguit ſapientia,in la-
tinis,ſcilicet Romanis,potentia.& ita per has
duas tanquàm excellentiores omnem linguã
intelligimus,quaſi cum Apoſtolo ad Philip.
ij.ca.dicamus:omnis lingua confiteatur:quia
Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt
Dei patris. Expoſitionem orationis domini-
cæ, & ſymboli in quarta parte, in ſuis locis
10 expoſuimus. † Et attende, quòd ante hanc
quartam feriam in dominica, vel in ſecunda
feria,eſt huius feriæ ſcrutinium, populis an-
nuntiandum his verbis: Scrutinij diem dile-
ctiſsimi fratres,quo electi noſtri diuinitꝰ in-
ſtruantur,imminere cognoſcite. ideóq; ſoli-
cita deuotione ſequenti quarta feria circa
horam nonam conuenire dignemini,vt cœ-
leſte myſterium,quo diabolus cum ſua põpa
deſtruetur,& ianua cœleſtis regni aperietur:
inculpabili miniſterio peragere valeamus. In
hac verò feria quarta finitis miſſarum ſolen-
nijs preſbyter annuntiat, vt ſabbato proxi-
mo ad ſcrutinium reuertantur: & ſic iterum
atq; iterum annuntiat, donec ſeptem ſcruti-
nia celebrantur.Sanè expleto ſcrutinio,dici-
tur miſſa, vt præmiſſum eſt:in qua legitur
lectio & epiſtola:quia baptizandus in duo-
bus eſt catechizandus,id eſt,inſtruendus, ſci-
licet nouo & vet.teſt.maximè in illis,quę per
11 tinent ad baptiſmum.¶† Rurſus quia inſtruẽ
dus eſt in fide,& in moribus:ideò duæ lectio
nes leguntur:de quibus in eis cum ſuis reſpõ
ſorijs diſputatur. Legitur enim de Philippo, Act. 8
quòd Eunucho euangelizauit Ieſum. Et ſe-
cundum Auguſtinum, euangelizare Ieſum,
eſt,non tantùm docere credenda, ſed etiam,
quæ ſunt poſt baptiſmum ſeruanda.In prima
ergo lectione, ſcilicet Sanctificabo &c. quæ
ſumpta eſt de Ezech.xxxvj.de fide agitur,vbi
dicitur:Tollam quippe vos de gentibus: &
congregabo vos de vniuerſis terris:& effun-
dam ſuper vos aquam mundam:& mundabi-
mini ab omnibus inquinamentis veſtris: &
dabo vobis cor nouum. Fideles enim de va-
rijs terris congregati ſunt in Eccleſia,& aqua
ſalutaris baptiſmi ſuper eos effuſa eſt,qua ab
vniuerſis peccatis & erroribus ſunt mundati:
& datum eſt eis cor nouum, vt credant in
Chriſtum. De hac lectione ſumitur introi-
tus:Dum ſanctificatus fuero &c.vel baptiza-
tus dicitur cor nouum.In verſu autem:Bene-
dicam



dicam Dominum &c. ſunt gratiarum actio-
nes,de hac ſanctificatione: & eſt tertij toni:
quia ſanctificatio pertinet ad trinitatem.Ve-
rùm, quia per talem ſanctificationem fiunt
homines filij, ideò ſubſequitur in graduali:
Pſal. 33 Venite filij:audite me:timorem Domini do
cebo vos.quod eſt ſeptimi toni: propter ſe-
ptem dona ſpiritus ſancti, quæ dantur in ba-
ptiſmo:vel quia ad hoc, quòd quis verè cre-
dat in Chriſtum,neceſſe eſt,vt timeat Deum:
ideò ſequitur ipſum graduale:vbi ſequitur
de timore.Initium ſapientiæ timor Domini
Pſal.111 eſt.Qui ergo radicem imponit credulitatis,
eum à timore inchoare oportet. Iuxta illud:
A timore tuo Domine concepimus:& pepe-
rimus ſpiritum ſalutis. In ſecunda lectione,
ſcilicet in Epiſtola:Lauamini &c. quæ ſumi-
tur de Eſa. j. ca. agitur abundanter de mori-
Eſa. 26 bus,vbi dicitur: Quieſcite agere peruersè:di-
ſcite benefacere &c.& poſteà concluditur.&
venite & arguite me:dicit Dominus. q. d. Si
hoc feceritis,& vos non remunerauero, iure
me tanquàm iniuſtum redarguere poteſtis.
Item dicitur ibi Lauamini: ſcilicet per ba-
ptiſmum.& eſtote,id eſt manete mundi, ſci-
licet per pœnitentiam.Et quòd poſſunt,oſtẽ-
dit,dicens:Auferte malum cogitationum ve-
ſtrarum:& ſi fuerint peccata veſtra,vt cocci-
num,quaſi nix dealbabuntur &c.Verùm,quia
illi qui fidem veram & bonos mores ſeruãt,
ad hæreditatem Domini pertinere proban-
Pſal.32 tur:idcirco ſequitur graduale:Beata gens,cu-
ius eſt Dominus Deus eius: populus quem
elegit Dominus in hæreditatem ſibi. Hi effi
ciuntur cœli, qui verbo, id eſt, filio Dei fir-
mantur.vnde ſequitur verſus:Verbo Domini
cœli firmati ſunt &c.Item,quia in talibus lo-
cum habet beatitudo,ideò graduale illud eſt
primi toni:quia beatitudo à ſolo Deo eſt.Ab
his quoq; non diſcrepat euangelium præce-
dens:ſcilicet, Præteriens Ieſus &c.Ioan. ix.c.
quod eſt de illuminatione cæci: quia cæci
illuminantur in baptiſmo: vnde dicitur ibi:
Lutum fecit Dominus ex ſputo, & præcepit
cæco,vt lauaret ſe in natatorio Syloë, id eſt,
Chriſti,qui miſſus fuit à patre, id eſt, in ba-
ptiſmo,vel in doctrina Chriſti de quo dicitur
Gen.vlt.c.Non auferetur ſceptrum de Iuda:
& dux de femore eius,donec veniat,qui mit-
tẽdus eſt:hebræus habet Donec veniat Sylo
id eſt, Miſſus. Poſtmodum, in gratiarum
actione ſequitur offertorium ſecundi toni:
propter illuminationem & confirmationem.
Dicto autem offertorio, archidiaconus aſcen
dit pulpitum clamans alta voce: Si quis eſt
catechuminus,exeat foras: prout dictum eſt
in prœmio quartæ partis: & tunc omnes ca-
techumini exeũt foras:& ſic fit ſepties prius,
quàm baptizentur:videlicet in quolibet ſcru
tinio:quia qui non regenerati ſunt, nec inter
Dei filios computari, nec Chriſti myſterijs
conuenit intereſſe.Quidam tamen catechu-
minos ante euãgelium de Eccleſia eijciunt:
quod non laudamus, cum eis ſit euangelium
prædicandum:ſicut & Apoſtoli primitijs gen
tium euangelium prædicauerunt:ſed ſacrifi-
cijs intereſſe non debent:tum quia ſacerdos
orat pro circunſtantibus, quorum fides Deo
cognita eſt, & nota deuotio:at iſti nondum
fideles vocantur: tum quia quod conficitur
fidelibus, porrigitur. In poſtcommunione
verò agit gratias cæcus de illuminatione
ſua, dicens: Lutum fecit Dominus ex ſputo.
Io.ix.& eſt primi toni:quia ad locum, vnde
exeunt flumina,reuertuntur:vt iterum fluant,
ſic autem recognoſcendo bona debemus
agere Deo gratias. Hæc autem quarta feria
in hoc priuilegiata eſt, quia in ea leguntur
duæ lectiones pro eo, quòd in ſequenti ſab-
bato ordines celebrantur.Item, quia hac die
ordinandi examinantur.Item quia hac die fit
ſcrutinium baptizandorum in ſabbato pa-
ſchali:vt præmiſſum eſt.

SVMMA.

1 Feria quinta quartæ Dominicæ quadrageſi-
malis.Et miſſæ introitus.
2 Epiſtolę allegorica expoſitio.

## De quinta feria. CAP. LVII.

1 QVinta feria † oſtendit, quòd non
eſt ſanctificatio,niſi à Deo: vnde
introitus eſt: Lætetur cor quæ-
rentium Dominum:& poſt:Quę- Pſal.104
rite faciem eius ſemper. & eſt ſecundi toni:
quia quæritur,vt habeatur:& poſteà, vt am-
plius habeatur. Quantò enim magis habe-
tur,tantò magis quæritur.Epiſtola verò: Ve-
nit mulier &c. iiij. Regum iiij. ca. Et eſt de
reſuſcitatione filij mulieris Sunamitis, quem
reſuſcitauit Heliſæus:& incuruauit ſe ſuper
puerum: & pueri qualitati ſe conformauit:
puer verò ſeptem oſcitationes emiſit: & eſt
2 reſuſcitatus.† Nempe Sunamitis interpreta-
tur captiua:filius eius, genus humanũ, quod

 dicitur

dicitur puer,propter paruitatem ſenſus:bacu
lus,de quo ibi dicitur,eſt lex,quæ percutit, di
cens:Oculum pro oculo &c. Quæ neminem
ad perfectionem ducit. Heb. vij. Heliſæus
verò,id eſt, Chriſtus inclinauit ſe ſuper hunc
puerum, id eſt, exinaniens ſe,factus eſt ei ſi-
milis, & reſuſcitatus eſt. Sed oportet, vt ſe-
ptem excitationes emittat.¶ Prima, eſt fidei:
Mar. 9 quia ſine fide non eſt introitus. Primò enim,
Mat. 8 veritati debet quis credere, & omnia poſsi-
bilia ſunt credenti,Domine inquit leproſus,
ſi vis,potes me mundare:& dixit:volo, mun-
dare.¶ Secunda oſcitatio,eſt timor.¶ Tertia,
eſt dolor de peccatis: quia miſericordia non
fit ſine iuſtitia. ¶ Quarta, propoſitum confi-
tendi.¶ Quinta, eſt propoſitum ſatisfaciendi.
¶ Sexta,propoſitum decæterò non peccandi:
quòd ſcilicet, non offendat Deum creatorē
ſuum:& omnia iſta debent fieri in ſpe vitæ &
gloriæ. Vnde ſpes eſt ſeptima oſcitatio. Re-
ſpōſorium eſt. Reſpice in teſtamentum tuū:
& pòſt:Exurge,id eſt, fac nos exurgere:& eſt
quinti toni, propter quinq; ſenſuum repara-
tionem ſiue inuocationem.Euāgelium verò:
Ibat Ieſus &c.Luc.vij.c.Eſt de reſuſcitatione
filij viduæ.cui dixit Dominus:Adoleſcens ti-
bi dico,ſurge.In quibuſdam tamen Eccleſijs
dicitur illud euangelium: Sicut pater ſuſcitat
mortuos, & viuificat &c. Sequitur offerto-
rium: Domine ad adiuuandum &c. Septimi
toni,propter ſeptem excitationes, in gratiarū
actiones.Poſtcommunio verò, eſt de æterna
beatitudine, ſcilicet Domine memorabor iu-
ſtitiæ tuæ:cui competit dare æternam beati-
tudinem:quæ erit octaua reſurrectionis.

SVMMA.

1 Feria ſexta Dominicæ quartæ quadrag.
2 Euangelium, Erat quidam, &c. Ioan.xj.
ſemper legitur in ſexta feria Dominicæ
quartæ quadrag.

## De ſexta feria. CAP. LVIII.

1 SExta † feria prorſus idem dicit,
quod quinta:& eſt introitus: Me-
ditabitor &c.Verſus: Cœli enar-
rant,id eſt ſancti:& eſt primi toni:
quia in ſolo Deo ponit ſpem.In epiſtola:Ae-
grotauit &c.iij.Re. xvij.c. ponitur reſuſcita-
tio filij viduæ ab Helia. Reſponſorium eſt:
Bonum eſt ſperare in Domino:ſupple:quia re
ſuſcitat:& eſt quinti toni:cuius ratio in præ-
cedenti feria etiam dicta eſt. Sequitur euan-
gelium:Erat quidam.Io.xj.c.De reſurrectio-
ne Lazari:qui hac die reſuſcitatus eſt.Et offer
torium in gratiarum exhibitionem:Populum
humilem ſaluum facies Domine &c. Primi Pſal. 17
toni,eadem ratione,quia,ſcilicet in ſolo Deo
ſperandum eſt.In poſtcommunione verò ha-
betur,quòd ad preces earum, ſcilicet Mariæ
& Marthæ ſuſcitatus fuit Lazarus. Videns
Dominus flentes ſorores Lazari &c.Ioan.xj.
ca.Per quod ſignificatur, quòd ad preces ſan
ctorum ſuſcitat Deus mortuos ſpiritualiter
dans eis primam gratiam: & ideò eſt primi
toni,propter primam reſurrectionem, ſcili-
2 cet animæ. † Et attende, quòd ſemper hac
die,quæ eſt quintadecima à paſsione Domini
legitur prædictum euangelium:quia conſtat
hac die Lazarum ſuſcitatum eſſe,de quo euā
gelio ſumitur reſponſorium: Occurrerunt Iu
dæi &c. Quod hodie in quibuſdam Eccleſijs
cantatur: cui hodie congruè in euangelio
præmittitur dicta lectio de filio Sareptanæ
mortuo, quem ſuſcitauit Helias:ponēs eum
ſuper lectum: & expandens ſe tribus vicibus
ſuper eum.Nempe hæc mulier, eſt Eccleſia,
quæ fide ſuſcipit Chriſtū in hoſpitio cordis.
Filius eius, eſt quilibet fidelis, qui moritur,
cùm morte dignum peccatum committit.
Lectus Heliæ, catholicam deſignat Eccle-
ſiā: quam ſolæ animæ reminiſcuntur, dum
per fidē trinitatis à morte reſurgunt.Cætera,
laudes, confeſsiones, & conſolationes, ſunt
cuiuſlibet hominis à peccatis reſuſcitati.

SVMMA.

1 Sabbatum quartæ Dominicæ quadrag. quid
tractet.
2 Ordines conferuntur ſabbato quartæ Do-
minicæ quadrageſimalis. Et cur ita.

## De ſabbato CAP. LIX.

1 SAbbatum † verò de largitate ſalua
toris eſt,vnde introitus eſt:Sitien-
tes venite ad aquas:doctrinæ,ſci-
licet & baptiſmi. Sequitur, & bi- Eſa. 60
bite cum lætitia:& hæc ad ſabbatum mentis
pertinent:& oſtenditur largitas Dei:qui para
tus eſt largè dare cuilibet:& benignitas eius:
vnde dicit:Venite bibere aquas, ſcilicet quæ
mundificant, & ſanctificant gratis. Sequitur
verſus:Attēdite popule meus:in quo oſtendi-
tur,quòd etiā hoc de aquis doctrinæ intelli-
gitur:ſecūdi toni, propter mundationem ani-
mæ & corporis: & ſumitur de Eſa. Epiſtola
eſt:In



eſt:In tempore placito exaudiui te. Eſa. xlix.
c.Et pòſt: Nunquid poteſt mulier obliuiſci
infantem ſuum? Ecce oſtenditur largitas vel
charitas Dei erga nos.Poſteà ſequitur reſpō-
ſorium:Tibi derelictus eſt pauper in gratia-
rum actiones, quarti toni, propter quatuor
virtutes per quas ſanctificat. In euangelio 1
verò,quod eſt Ioan. viij.ca. De eadem largi-
tate agitur. Ego, ſum lux mundi. Non dicit
huius hominis,vel illius:ſicut flos campi.Qui
ſequitur me,non ambulat in tenebris. Oſten
dit ergo, quòd paratus eſt illuminare omnē
hominem, qui ſequitur ipſum:Cæterum, qui
videt,currit:qui currit,peruenit, exceptis ſu-
perbis.Vnde ſequitur:Tu de teipſo teſtimo-
nium perhibes: teſtimonium tuum non eſt
verum. Reſpondit eis, ſcilicet Iudæis Ieſus: 2
Nónne ſcriptū eſt in lege veſtra, quòd duo-
rum hominū teſtimoniū verum eſt? Videbant
enim miracula:& ita pater erat teſtis eius: &
relinquit eos Dominus:quaſi ſuperbos diſpu-
tatores non curant illuminari. Soli enim hu-
miles illuminantur. Vnde ſequitur offerto-
rium: Factus eſt Dominus:primi toni,quia ſo
2 lus Deus poſt illuminare. † Quia igitur in
hoc ſabbato oſtendit Eccleſia largitatem
Domini, dantis gratiā in baptiſmo & in do-
ctrina:quibus ex largitate Dei abundanter
datur gratia: ideò fiunt ordines in illo die:&
etiam quia imminet tempus paſsionis Do-
mini,in qua arctius ſe tenet Eccleſia, ad ſigni
ficandum,quòd ordinati arctius ſe tenere de
bent, vt qui prius ebrij erant, amodò ſobrij
ſint:& iterum ſe dicunt immolare Deo ho-
ſtiam ſanctam, Deo placentē. Hoc etiā ſab-
bato fit ſcrutinium baptizandorum, quia ca-
techumini ad requiē æternam, quæ per ſab-
batum intelligitur, veniunt per baptiſmum.
Vnde in quibuſdam Eccleſijs hodie duæ le-
ctiones leguntur in miſſa ex eadem cauſa,in
quarta feria præcedenti.

SVMMA.

1 Dominica de paſsione. & eius officium.
2 Paſsionis officium cur Eccleſia auſpice-
tur à Dominica quinta quadrag.
3 Hymnum: Vexilla regis prodeūt &c.cur
Eccleſia cantet, Dominica quinta in paſ-
ſione Domini.
4 Gloria patri &c.cur tempore paſsionis in-
termittatur.
5 Sanctorum commemoratio, quare fiat
Dominica quinta in paſsione.&t num.6.
7 Miſſæ introitus, Dominica quinta in paſsione
Epiſtola.num.8.9.

## De dominica quinta in paßione Domini. CAP. LX.

SEquitur Dominica de paſsione
Domini;ſcilicet de Cruce.† In
cipit autem huius celebritas
paſsionis à fine ſabbati,id eſt,à
veſpera lucem huius dominicę
præcedente:quia Lazaro in præcedenti ſexta
feria ſuſcitato quidam de Bethania abierunt
ad Phariſæos, narrantes eis miraculum: &
cùm in illa ſexta feria fuerit νεομηνία, id eſt,
prima dies menſis,ad ſanctificationem,multi
Iudæi, Pontifices, & Phariſæi conuenerant
2 ibi:qui † audientes ſignum, mox,vt ait Ioan-
nes, hoc eſt in ſabbato collegerunt conciliū
aduerſus Ieſum: & ex illa die cogitauerunt,
vt interficerent eum: ac deinceps Ieſus non
palàm ambulabat apud eos:quia nondum ve
nerat hora eius:ideóq; in veſpera ſabbati:
quaſi poſt horam eiuſdem concilij publicum
luctum incipit Eccleſia ſuo compatiens Do-
mino:vt capiti membra: & extunc lugendo
recitat vexillum regis:myſterium crucis,ace-
tum, fel, & arundinem, clauos, & lanceam
perforati corporis, diem paſsionis, rationes
patientis,& illuſiones inimicorum, & inſidias
eorum: hæc & his ſimilia in veſperis & no-
cturnis plangit officijs: quæ de authenticis
veteris & noui teſtamentorum ſunt cōgeſta
ſcripturis. Prætereà, poſt præcedentium ſe-
ptem dominicarum ordinatiſsima diſpoſitio-
nem,quibus, vt præmiſſum eſt,ſeptem mūdi
ætates figurantur:quia omnes ſunt Domini
paſsione redempti, meritò ipſius dominicæ
paſsionis celebratio inchoatur, & quaſi lōga
funeris pompa præmiſſa demum ſequitur
ipſa ſalutis noſtræ victima,ingerens oculis
ea quæ pro nobis pertulit vulnera & mortis
3 inſignia.¶ † Rurſus ideò Eccleſia cantat:Ve-
xilla regis prodeunt &c.vt ſi fortè aliqui ſunt
lapſi veniant ad vexillum,quod omnes ama-
ritudines facit eſſe dulces:quod ſignificatum
eſt per lignum proiectum in aquas marath.
Semper enim & maximè iſto tempore de-
bemus habere in memoria, dominicam paſ-
ſionem.Vnde in canticis :Faſciculus myrrhæ Exod. 15
dilectus meus, mihi inter vbera mea com- Cant. 1
morabitur: quia memoria paſsionis domini-
cę ſecum non patitur amaritudinem peccati.

 Ideò

Ideò autem ſpiritualiter duabus ſeptimanis
ante paſcha paſsio Domini recolitur. Primò,
quia ipſe à duobus, & pro duobus populis
paſſus eſt. Secundò, quia duo teſtamenta per
duas hebdomadas exprimimus: vetus, quod
prædixit Dominũ paſſurum: & nouum, quod
oſtendit ipſum paſſum. Tertiò, quia in duo-
bus huius ſeculi temporibus, ſcilicet ante le-
gem, & ſub lege, eadẽ paſsio vaticinata eſt.
Quartò, vt hæ duæ ſeptimanæ reducant no-
bis ad memoriam murmurationem eorum,
qui ante legem, & ſub lege in inferno fue-
runt, vſq; ad tempus gratiæ: quod in tertia
hebdomada, ſcilicet paſchali ſignificatur. Ab
hac nanq; die qua gloria patri dimittitur, duę
ſunt hebdomadæ vſq; ad paſcha. Tunc verò
tertia eſt, in qua reſtauratur omnis dimiſſa
glorificatio. In tertio enim tempore, quod
fuit ſub gratia, omnia beneficia, quæ patres
noſtri expectauerunt in Eccleſia redduntur.
4 ¶ † Ideò autem gloria patri dimittitur: quia
ille verſus ad laudem pertinet trinitatis: quæ
fuit in paſsione Domini, quam ab hac die re-
præſentat dehoneſtata. Conſtat enim quòd
Chriſtus qui eſt ſecunda in trinitate perſona,
fuit dehoneſtatus. Sed in reſurrectione, Glo
ria patri reſumitur: quia per reſurrectionem
fuit gloria immortalitatis glorificatus. Sed
certè hæc proteſtatio fuit ſpecialiter in cru-
cifixione: vnde poteſt dici, quòd Gloria patri.
pro nunc tacetur propter humilitatem, per
quam ad Chriſti paſsionem perueniendum
eſt, & quia Dominus ſe abſcondit. Et eſt ad-
uertendum, quòd tacetur in introitibus & re-
ſponſorijs: quia illa ſunt de paſsione: & in Ve
nite exultemus Domino. In pſalmis verò &
hymnis, non: quia Pſalmus ſignificat opera-
tionem. Ipſum enim non perſequebantur: niſi
linguis, tractando de næce ipſius: nec ipſe bo-
num deſijt operari. Non ergo tacetur in to-
tum: quia remiſsio debet eſſe luctus: eò quòd
non ſtatim poſt habitum concilium de næce
eius, traditus eſt agnus in manibus impiorum.
Sed in triduo ante paſcha omnino tacetur:
quoniam tunc maximè ſancta trinitas deho-
neſtata eſt: licet enim ante dies illos de næce
Domini ageretur: tunc tamen vapulat, ſpui-
Eſa. 53 tur, alapatur, & crucifigitur. Vnde Eſa. Et vi-
dimus eum non habentem ſpeciem, neq; de-
corem. Vel quia tunc ſepulturam Domini ce
lebramus: quæ maximè fuit eius humiliatio.
Ab hac etiam dominica in quibuſdam Eccle
ſijs tacetur ad primam: Chriſte fili Dei viui.
tum quia extunc Eccleſia eius mortem &
paſsionem repræſentat: tum quia ſecundum
Iudæorum reputationem non poterat alijs
miſereri: qui ſeipſum ſaluum facere non pote
rat. De hoc dictũ eſt in quinta parte ſub tit.
de prima. Nam fiunt etiam ſpirituales com-
memorationes de ſanctis, neq; de pace ab
hac dominica, vſq; ad ſabbatum poſt pente-
coſten, quanuis poſt laudes dicatur: Pretio-
ſa in conſpectu domini &c. Ad primam ora-
5 tio: Domine Deus omnipotens &c. † In qui-
bus commemoratio generalis fit de ſanctis.
Circa quod ſciendum eſt, quòd commemo-
ratio ſanctorum duplici ex cauſa fieri conſue
uit: videlicet ad recolendum eorum ſancti-
tatis meritum, & impetrandum patrocinium
nobis ſalutare: quæ duo diligentiſsimè in
Chriſto, noſtro capite, paſsionis & reſurre-
ctionis ſuæ tempore nobis attendenda mon-
ſtrantur: quia paſsionis ſuæ tempore præbuit
eximium humilitatis & ſanctitatis exemplũ.
Poſt reſurrectionem verò ſuam apud patrẽ:
ſicut teſtatur Ioannes noſter aduocatus fa- 1. Ioan. 2
ctus eſt ſingularis. Vt igitur noſtra intentio
illo pręcipuo tempore feratur in ſuæ ſancti-
tatis exemplum, & in illo ſpes noſtra ſolùm
eleuetur, ad vnicum eius & ſingulare refu-
gium, & patrocinium: idcirco conuenienter
tunc illorum ſanctorum ſpecialia ſuffragia
dimittuntur. Hinc etiam eſt, quòd quædam
Eccleſiæ obmittunt poſt primam dicere: Pre
tioſa in comſpectu Domini mors ſanctorum
eius &c. Incipientes ibi: Deus in adiutorium
meum intende &c. Et in illa etiam oratione:
Domine ſancte pater omnipotens &c. Quæ
dicitur ad primam, prætermittuntur verba
illa: Per interceſsionem beatiſsimæ virginis
Mariæ, & omnium ſanctorum. Qui verò di-
cunt: Pretioſa: aſſerunt illud, quod non eſt
hora nec pars canonicæ horæ: prout dictum
eſt in quinta parte ſub titulo de prima. Fit
6 autem aliqualis † & generalis ſanctorum cõ-
memoratio in Eccleſia: quia propter eorum
multitudinem, & noſtram imbecillitatem, de
ipſorum quolibet, ſicut debitum eſſet, ſolen-
nizari non poteſt. Et ex hoc etiam apparet,
quare obmittitur commemoratio de pace:
quia ſicut ait Apoſtolus ad Colo. j. Chriſtus
pacificauit per ſanguinem crucis eius: ſiue, Ioan. 10
quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt: & poſt
reſurrectionem ſuam pacem diſcipulis ſuis





annuntiauit: & cum eis ipſe, qui pax noſtra
eſt, continuè vſq; ad aſcenſionem ſuam con-
uerſatus, tunc eis pacem ſuam dedit, dicens:
Pacem meam do vobis: & in Pentecoſte
cõſolatorem mittere dignatus eſt. Incaſſum
ergo fieret commemoratio de pace. † Introi
7 tus autẽ incipit ab oratione Domini in paſ-
ſione: Iudica me Deus: & diſcerne cauſam
Pſal. 42 meam &c. In hoc enim inſtruxit nos in orã-
do. Sequitur: Emitte lucem &c. Quia qui vi-
det præmia, fortis efficitur in pugna: & veri-
tatem tuam &c. Qui enim videt vera bona,
de facili ducitur in æterna tabernacula: & eſt
quarti toni, propter formam crucis, vel pro-
pter quatuor, quę petuntur, ſcilicet iudicium,
8 diſcretio, liberatio, & fortitudo. ¶ † Epiſtola
verò, ſcilicet Chriſtus exiſtens pontifex fu-
turorum bonorum per amplius & perfectius
&c. Quæ eſt ad Hebræos ix. c. Oſtendit effi-
caciam paſsionis Chriſti. Per paſsionẽ enim
eius in æterna tabernacula ducimur: cuius
memores eſſe debemus. Sed quia non omnes
intrabunt, niſi qui faciunt eius voluntatem:
ideò ſequitur reſponſorium: Eripe me de ini-
micis meis, doce me &c. Aliter enim non in-
tratur in ſancta ſanctorum: & eſt tertij toni,
propter liberationem à triplici inimico, per
virtutem trinitatis. Poſteà ſequitur tractus, in
quo conqueritur Dominus de inimicis ſuis,
dicens: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute
mea: in Abel, & in alijs, & veriſsimè dicitur
tractus: quia huiuſmodi cogunt nos ducere
vitam miſeram, ſcilicet Alophyli & Phili-
ſtei. & eſt octaui toni: ad ſignificandum, quòd
huiuſmodi tribulationes veniunt ſuper nos,
vt ſimus memores alterius vitæ, quæ erat in
octaua ætate: quia ad Dominum, cùm tribu
larer, clamaui &c. Et Iob. Operuit confuſio
9 faciem eius. ¶ † Poſteà ſequitur euangelium:
Quis ex vobis &c. Ioan. viij. c. in quo habetur
contumelia Iudæorum dicentium Domino:
Dæmonium habes: & Dominus abſcondit ſe,
vt expectaret tẽpus immolationis agni: &
decima luna oſtẽdit ſe, ſicut dicebat de agno
fieri vt habetur in Exod. xxvij. ca. ¶ Eccleſia
verò oſtendit ſe eſſe contrariam eis, in offer
torio. quaſi diceret: ipſi dicunt: Dæmonium
habes: ſed ego confitebor tibi Domine. & eſt
primi toni: quia ſoli Deo confitendum eſt.
¶ Poſtcommunio autem eſt: Hoc corpus &c.
Lucæ xxij. ca. & Mat. xxvj. & Marci xiiij. & j.
Corint. xj. ca. Et incipit eam ſacerdos, ad oſtẽ
dendum, quòd magnus ſacerdos ſacrificium
vetus mutauit in nouum ſacrificium: & eſt
octaui toni, quia illud ſacrificium eſt verum,
quod perficietur in paradyſo, quando reſur-
gemus. Et illud Apoſtoli verè implebitur: 1. Cor. 3
Omnia veſtra ſunt.

## SVMMA.

1 Feria ſecunda Dominicæ quintæ in paſsione:
& officium. num. 2. 3. 4.

## *De ſecunda feria.* CAP. XLI.

1 SEcunda † feria eſt de crucifixione Gal. 5
noſtra: & maximè de ieiunio: quia
debemus crucifigere membra cũ
vitijs, & concupiſcentijs: ſicut præ
cedens dominica eſt de cruce. Sed quia non
poteſt homo ieiunare, niſi liberetur ab ini-
micis viſibilibus & inuiſibilibus, diabolo, ſci-
licet & mundo, & malis hominibus: ideò Ec-
cleſia petit in introitu liberari ab inimicis: &
eſt tertij toni, propter liberationem à triplici
2 inimico. ¶ † *Epiſtola* verò eſt: *Factum* eſt
verbum. Ioan. iij. ca. in qua inuitamur, ad ieiu
nium per exemplum Niniuitarũ, qui ſolius
Ionæ, & vnica prædicatione ieiunium indixe-
runt: etiam iumentis, vt liberarentur à tem-
porali ſubuerſione: quantò magis nos debe-
mus pœnitentiam ſuſcipere, ad vocem veri
Ionæ, ſcilicet Chriſti, & Apoſtolorum, vt à
ſubuerſione ſpirituali liberemur? ¶ In reſpon
ſorio petit ſimiliter liberari ab inimicis: & eſt
verſus: Deus in nomine tuo ſaluum me fac:
tertij toni, propter virtutem trinitatis & libe
3 rationem à triplici inimico. ¶ † Poſtmodùm
ſequitur euange. Miſerunt principes. Io. vij. c.
In quo dicit Dominus Scribis & Phariſæis:
Quid vultis me interficere? & loquitur de re
ſurrectione ſua: & aſcenſione, & ſpiritus ſan-
cti miſsione: propter hoc, vt illi qui ſunt in
cruce qui ſuſtinent multa à malis, ſicut ipſe
Dominus, ſemper habeant reſpectum ad fru
ctum charitatis: vnde: Aſcendam in palmam,
vt appræhendam fructum eius. ¶ In offerto-
rio: Domine conuerte, & eripe animam meã
&c. Petit liberari ab inimicis in anima. Et eſt
ſexti toni: quia liberatio animæ, perfecta li-
beratio eſt. Senarius enim numerus, perfectus
eſt. ¶ In poſtcommunione: Dominus virtu-
tum, ipſe eſt rex gloriæ. attribuit Deo libera
tionẽ ſuam &c. Et eſt tertij toni: quia ille eſt

Deus trinitas,qui liberat.¶ † Dicitur autẽ ad
horas capitulũ illud:Attende Domine. Hier.
xvij.ca.Et illud:Domine,omnes qui te dere-
linquũt.Ibidem xvij.ca.Et illud:Cõfundãtur
qui me.Quod eſt ibidẽ. & illud. Tu autẽ do.
xx.c.Et illud:Dominus Deus aperuit Eſa.l.c.

SVMMA.

1 Feria tertia Dominicæ quintæ in paſsione inuitat ad patientiam. Et quod eius diei officium.& num.2.

## *De tertia feria.* CAP. LXII.

1 TErtia † verò feria ad patientiam
inuitat:vnde introitus eſt : Expe-
ctabo Dominum.&c.Verſus:Do
minus illuminatio mea. Deus
enim dat patientiam : & qui illuminatus eſt,
patientiam habet:& eſt ſeptimi toni:quia pa
tientiam concipitur reſpectu quietis æternæ.
Poſteà ſequitur epiſtola : Congregati ſunt.
Dan.iij. c. In qua oſtenditur effectus patien-
tiæ : quia ibi habetur , quomodo Babylonij
miſerunt Danielem in lacum leonum : nec
tetigerunt eum:& miſſus eſt ei cibus à Do-
mino per Abacuc : & ſignificat quòd per pa-
tientiam liberat nos Dominus à ſpiritualibus
Babylonis:& quandoq; etiam liberat corpo-
raliter , & dat vitam æternam. Iuxta illud
Apoc. Qui vicerit, dabo ei mãna abſconditũ.
2 ¶ † In reſponſorio: Diſcerne cauſam meam
de gente non ſancta &c.Petit liberari,ne ſuc
cũbat. Deinde ſequitur:Emitte lucem tuam
& veritatem tuam:ipſa me deduxerunt. Ecce
ſemper petit lucem , quam qui videt,patien-
tiam habet:& ſic liberatur.Et eſt quinti toni:
quia petit liberari à tentatione quinq; ſen-
ſuũ,vel ab inimicis , qui nocuerũt per quinq;
ſenſus.Intrat enim mors per feneſtras corpo
ris.In euãgelio verò:Ambulabat Ieſus in Ga
lilæã &c.Oſtẽditur diſcretio bonorũ & ma-
lorũ:tẽpus verò bonorũ erit in futuro. Vnde
debet dicere patiẽs,ſicut dixit Dominus:Tẽ-
pus meum nondum eſt : & debet ſperare in
Domino.Vnde ſequitur offertoriũ:Sperẽt in
te , qui te nouerunt. Et quia ſemper ſuſtinent
malos:ideò in poſtcommunione:Redime me
Domine &c. Petit liberari : quæ eſt ſeptimi
toni:propter requiem,quæ ſperatur.

SVMMA.

1 Feria quarta Dominicæ quintæ in paſsione,liberationem à ſolo Deo expetit.

2 Encænium, quid.

## *De quarta feria.* CAP. LXIII.

1 QVarta feria † oſtendit,quòd à ſo-
lo Deo eſt liberatio:quia fidelis 1.cor.10
eſt Deus , qui non permittit nos
tentari ſupra illud , quod poſſu-
mus ſuſtinere.Vnde introitus eſt : Liberator
meus.Et verſus:Diligam te Domine , forti-
tudo mea &c. Ecce ponit Deum fortitudinẽ
ſuã.Et eſt tertij toni:propter donum trinita-
tis:& propter triplicem inimicum:In epiſtola
verò. Locutus eſt. Leui. xix.ca. Enumerantur
præcepta:vbi oſtenditur Iudæos non obſer-
uare illa in hoc,quòd perſequebantur inno-
centem : & omnes etiam , qui perſequuntur
bonos , non ſunt timendi : quia ſunt inimici
Domini.Vnde ibi habetur:Non iniuſtè iudi-
cabis.Et ideò in reſponſorio:Exaltabo te &c.
Petit liberari:quod eſt ſeptimi toni : propter
ſeptiformẽ gratiam. In euãgelio verò:Facta
ſunt.Ioan.x.c. Oſtenditur,quid fecerit Domi
2 nus†in encęnijs:quia Iudæi tulerunt lapides,
vt iacerent in eum:& dixit Dominus : Multa
bona opera feci vobis. Propter quod vultis
me lapidare?Encænium,feſtum, erat dedica-
tionis templi,hoc eſt de reparatione ipſius à
Machabęis. Sequitur:Et hyẽms erat,hoc erit
in die iudicij:quando reparabitur verum tem
plum quãtum ad bonos:& hyems malorum
erit.Boni verò cognoſcent Dominum , ſicut
in euangelio dicitur: Vos autem cognouiſtis
me : quia pater in me eſt , & ego in patre. Et
tunc plenè liberabitur Eccleſia, ſicut petit in
offertorio : Eripe me Domine de inimicis
meis &c. Quod eſt ſeptimi toni : quia tunc
erit vera quies:vel propter gratiam ſeptifor-
mem : quia verò beatus erit , qui erit in illa
quiete : quod non erit ſine innocentia , ideò
eſt poſtcommunio:Lauabo inter innocentes
manus meas &c. Et introibo ad altare Dei:
ad Deum , qui lætificat iuuentutem meam,
id eſt ad altare quiete mentis : ad altare ſu-
pernum. Quod eſt octaui toni:quia hoc erit
in octaua ætate : ſicut dictum eſt. Quarta
ergo feria,eſt de encænijs , id eſt, de dedica-
tione , quæ plenè fiet in futuro , quando Ec-
cleſia perfectè dedicabitur Deo.

VMMA.

1 Feria quinta Dominicæ quintæ in paſsione, quid immolet Deo.Et eius diei officium. numero 2.4.

3 Ad fletum ſpirituatẽ duo prouocant.

De quinta



## *De quinta feria.* CAP. LXIIII.

IN quinta feria immolat Eccle-
1 ſia hoſtias ſpirituales,per † quas
poſsit cõſequi illud gaudium:ſed
quia nõ impetratur miſericordia,
niſi confitendo iuſtitiam:ideò dicit in introi-
tu cõfitendo iuſtitiam Dei erga nos:Omnia,
quæ feciſti nobis Domine,in vero iudicio fe
ciſti.Daniel.iij.cap.Si miſiſti tribulationes,be
ne factũ eſt : quia peccauimus tibi.Et poſteà
petit miſericordiam:Da (inquit) gloriam no
mini tuo:& fac nobiſcum ſecundum multitu
dinem miſericordiæ tuæ.Verſus eſt : Magnus
Dominus,& laudabilis nimis.& eſt tertij to-
ni:quia qui confitetur,debet confiteri tripli-
citer peccatum ſuum.In alijs tamen Eccleſijs
eſt verſus:Beati immaculati.Idem habetur in
epiſtola,quæ ſumpta eſt de Dañ.iij.cap.Ora-
uit Daniel. Domine Deus , ne deſpicias &c.
Quia peccauimus.Et non eſt nobis ſacrificiũ
&c.Ita enim dicebant filij Iſraël, quãdo erãt
in Babylone:ſic & nos poſſumus dicere,quã-
do ſumus in peccato.Non eſt ſacrificium:ſed
in ſpiritu humilitatis & in animo contrito ſu
2 ſcipiamur Domine à te. ¶ † In reſponſorio:
Tollite hoſtias &c.Monet nos offerre ho-
ſtias ſpirituales.Verſus eſt : Reuelabit Deus
condenſa.Aliter enim non poſſet offerre ſpi
ritualiter,niſi Deus remoueat tenebras à cor
de.Et eſt quinti toni : quia talem oportet in
quinque ſenſibus mactari. Vnde ſequitur
euangeliũ,Lucæ vij.Rogabat Ieſum.In quo
habetur,quomodo Beata Maria Magdalena
impetrauit veniam lacrymis : quia quot ha-
buit in ſe oblectamenta,tot mactando ſe,ho
ſtias ſpirituales obtulit Deo in corpore ſuo.
¶ In offertorio : Super flumina &c. Oſtendi-
3 tur † quomodo ſilendum ſit : & quomodo
oportet lugere. Duo enim ſunt quæ hoc fa-
ciunt, ſcilicet memoria peccati præteriti:&
recordatio cœleſtis Hieruſalem : quoniam
quando homo ſuas miſerias munditiæ com-
parat angelorum,flet ſuper flumina Babylo-
nis.Et eſt primi toni:quia hoc debet eſſe pri-
mum in memoria,ſcilicet finis : propter quẽ
ſumus.In poſtcõmunione orat, vt Dominus
memor ſit promiſsionum . Memento verbi
tui ſeruo tuo:in quo ſpem mihi dediſti.Et eſt
octaui toni:quia in octaua ætate fiet illa de-
dicatio,in quibuſdam tamen Eccleſijs legi-
tur euangelium , vbi dicitur : Cum quidam
vellent apprehendere Ieſum:& tamen nemo
miſiſſet manũ in eum:dixerunt pontifices ad
miniſtros:Quare nõ adduxiſtis eum?Reſpon
derunt miniſtri:Nunquam ſic locutus eſt ho-
4 mo:ſicut hic loquitur.†Hac etiam die conue
nienter legitur illud euangelium:vbi dicitur
quòd reuerſi ſunt vnuſquiſque in domũ ſuã.
In offertorio verò dicitur:In ſalicibus,in me-
dio eius ſuſpẽdimus organa noſtra:quia poſt
hanc diem nullum euangeliũ legitur,in quo
Dominus Iudæis publicè prædicaſſe narre-
tur.Ecce ergo illud diuinitatis organum in
illis ſalicibus,& fluctuoſis hominibus Baby-
lonis ſuſpenſum eſt.

SVMMA.

1 Feria ſexta dominicæ quintæ in paſsione, quid agat:quódve habeat officium.& nu.2.

## *De ſexta feria.* CAP. LXV.

SExta feria eſt de paſsione,& orat
1 Chriſtus,dans † nobis in introitu
formam orandi : Miſerere &c. Et
eſt quinti toni : quia non poteſt
fieri liberatio ſine quinque ſenſuum cohibi-
tione.¶ In epiſtola:Domine omnes &c.Hier.
xvij.cap.Petit ſuam liberationem & inimico-
rum cõfuſionem.¶ In reſponſorio verò,ſimi-
liter conqueritur de inimicis : & maximè de
hypocritis,qui pacificè loquebãtur &c.Scili-
cet cùm dicebant : Magiſter ſcimus,quia ve-
rax es:& tamen dolus erat in corde:vnde Vi-
2 de Domine &c. ¶ † In euangelio:collegerũt Matt. 22
Pontifices & Phariſæi &c. Ioan.xj.cap.Simi-
liter dolus exprimitur,& dicitur ibi:Venient
Romani,& tollent locum noſtrũ & gentem.
quia iam ablatũ erat ſceptrũ de Iuda : & dux
de femore eius:& Pilatũ præſidem romanæ
poteſtatis habebant.Quia verò vbi eſt dolus
& crudelitas, ibi maximè indiget homo ſa-
pientia:vt ſapienter reſpondeat:ideò in offer
torio petit intellectum,vt poſsit reſpondere
ſine peccato. Benedictus es Domine : doce
me iuſtificationes tuas &c. Et reſpondebo:
ſicut dicit Dauid iij.Reg.Dimitte eum,vt ma
ledicat mihi,ſicut præcepit Dñs:Tales enim
ſunt virga Dñi.Vnde Augu.Vnde ſuperbiunt
impij:quia eos facit pater meus virgã ſuã.Et
in ꝓuerbijs:Fili mi,ſtude ſapientiã,vt poſsis Prouerbio.25
reſpõdere ſermoni.& eſt ſeptimi toni : ꝓpter
ſpiritus ſancti gratiã ſeptiformẽ. ¶ Poſtcõmu
nio quoque:Ne tradideris me &c.Eadem ra-
tione eſt ſeptimi toni,in qua petit liberari.

 Summa.

SVMMA.

1 Sabbatum vacans. Et vnde hoc nomen ſortitum.

3 Sabbatum vacans,in quo ſit priuilegiatũ.

## De ſabbato. CAP. LXVI.

1 SEquitur ſabbatum † quod di-
citur ſabbatum vacans,ſicut &
ſecunda dominica quadrage-
ſimæ.In hoc enim ſabbato in-
tendere conſueuit Dominus
Papa pauperibus Chriſti dãdo eleemoſynã,
& mandatũ celebrando : tum quia in cœna
Domini propter officij magnitudinem hoc
facere non poterat:tum quia ſicut dicit Ioan.
Ioan. 12 Ante ſex dies paſchæ venit Ieſus in Bethaniã,
& factum eſt conuiuium in domo Mariæ &
Marthæ:vbi fuit Lazarus,quem Dominus ſu
ſcitauit:& tunc Maria vnguẽto nardo piſtico
vnxit pedes Ieſu.Apoſtolicus ergo in memo-
riam eius, quod illa deuotiſsimè egit , facit
membris Chriſti quòd ipſa capiti fecit,vt pe-
des Ieſu vngendo:id eſt,Domini veſtigia ſe-
ctando.: & capillis tergendo,id eſt,ſuperflua
pauperibus erogando,vt impleatur domus
odore vnguenti,id eſt,mundus impleatur bo-
na fama.¶Quia ergo hac die circa præmiſſa
charitatis opera exercenda occupatus eſt:
2 ideò vacat † hoc ſabbatũ à proprio officio,
& mutuò accipit à quinta feria antecedenti.
Vel in quibuſdã Eccleſijs à ſabbato antece-
denti.Sitientes venite ad aquas.¶Legitur epi-
ſtola de Hiere.xviij.cap. Dixerunt impij &c.
In qua ſunt malæ cogitationes,quæ præceſſe
Eſa.48 runt paſsionem:Venite:cogitemus cõtra iu-
ſtum cogitationes:& poſteà percutiamus eũ
lingua.Tales autem non habent ſabbatum:
quia non eſt pax impijs : dicit Dominus. In
euangelio verò : Subleuatis &c. Ioan. xvij.
cap. Rogat pro ſe , & pro diſcipulis,& pro
omnibus fidelibus , vt habeant ſabbatum,
quod erit per vnitatem & charitatem in futu
ro:quando vnum erimus,ſicut pater & filius
ſunt vnum,id eſt,in maiori approximatione,
quæ poſsit eſſe illi vnitati,qua pater & filius
vnũ ſunt.In alijs verò Eccleſijs legitur euan-
gelium : Cogitauerunt autem. Ioan.xij.cap.
In quibuſdam tamen Eccleſijs legitur euan-
gelium de proditione Iudæ:Amen amen di-
Ioan.6 co *vobis,niſi manducaueritis* : cui rectè præ-
mitttitur lectio Hiere.vbi dicitur:Venite,co-
3 gitemus contra iuſtum cogitationes.¶ † Hoc
ſabbatum priuilegiatum eſt,quia vt præmiſ-
ſum eſt , Dominus Papa tunc eleemoſynas
dat,& mandatũ facit : & quia hac die vt qui-
dam dicunt,Chriſtus diſcubuit in domo Si-
monis leproſi, & Martha miniſtrabat ei : &
Maria lacrymis ſuis pedes eius lauit , & pro-
prijs capillis terſit.

SVMMA.

1 Dominica in ramis,Hieremias legitur dupli-
ci id ratione. Et eius diei celebre officium.
nume.4.5.7.13.14.15.16.

2 Proceſsionem in ramis palmarũ, facit Eccle-
ſia.in eáque ſtationes aliquot. nu. 3. Et eius
forma.nu.10.

8 Rami cur gerantur virides , dominica ſexta
quadrageſimæ.& nu.9.

11 Rami,cur benedicantur ſexta dominica qua-
drageſimæ.

12 Hieruſalem decima luna venit Chriſtus : &
cur ita.

17 Dominica in ramis palmarum , cur hoc no-
men ſortita.Et quàm variè appelletur.nu.18.

## De dominica ſexta in ramis palmarum. CAP. LXVII.

1 IN dominica † in ramis palma
rum,& in paſsione Domini le
gitur Hieremias duplici ratio
ne.¶Primò,quia ipſe manife-
ſtius de paſsione Domini pro-
phetizauit,quàm alij.Secundò , quia per eius
paſsionem præfigurata eſt paſsio Domini.
quia deplorando captiuitatem Iudæorũ per
Babylonios factam:præfigurauit & Roma-
nam quam incurrerunt propter Chriſti paſ-
ſionem.In nocturnali autem officio , dicitur
inuitatorium:Ipſi verò nõ cognouerunt vias
meas.quod dicitur inuitatorium per contra-
rium:quia inuitat nos ad cognoſcendum vias
Domini:per contrarium actum Iudæorum,
qui non cognoſcentes vias Domini , non in-
troierunt in requiem ipſius. In primo verò
reſponſorio,oſtenditur ſecuritas patientium
tribulationes : & cauſa quare nõ eſt timenda
tribulatio.Quia Deus eſt adiutor in die , qua
inuocauit te &c. Verſus eſt:*In die tribulatio-* Iob 17
*nis meæ inuocaui* &c.Quia ſi Deus adiuuat,
non eſt timendum.Vnde Iob:Pone me iuxta
te:&



te,& cuiuſuis manus pugnet contra me.& eſt
primi toni:quia à ſolo Deo ſperãda eſt libe-
ratio & auxilium.Sequitur reſponſoriũ:Ingre
diente Domino.ſecundi toni:quia laudabant
pueri Dominũ, ſcilicet vtranque naturam in
Chriſto deitatẽ,cùm dicebant:Oſanna,id eſt,
ſalua obſecro.humanitatem, cùm dicebant:
Fili Dauid:vel Deum corde & ore pueri lau
dabant:ſicut Iudæi corde & ore conuiciaban
2 tur.¶ † Circa diurnum verò officium dicendũ
eſt,quòd poſt ſabbatũ in quo oſtenditur de-
uotio Mariæ:ſequitur dominica in qua oſten
ditur deuotio puerorũ:vngimus enim Domi
num cum Maria:& cum pueris veneramur.
Et ideò facit Eccleſia hac die proceſsionem
Hebr.13 corporaliter & ſpiritualiter. Exierunt enim
pueri extra caſtra obuiam Domino venienti
de Bethania in Hieruſalem : & nos ſimiliter
debemus extra caſtra,id eſt,extra delitias car
nis exire , obuiam ei , ſicut dicit Apoſtolus:
Exeamus extra caſtra,improperium eius por
tantes. Et ſicut illi : ſic & nos in proceſsione
noſtra cantamus:Oſanna.vnde in egreſſu de
Eccleſia cantatur antiphona:Pueri Hebræo-
rum:& nos debemus eſſe pueri,id eſt,inno-
centes : & debemus eſſe pueri Hebræorum,
id eſt,tranſilientium omnia terrena,ſiue pec-
3 cata.¶Poſtmodum † *facit* Eccleſia ſtationẽ
in aliquo loco competenti:vt ibi cum deuo-
tione & lætitia ſuſcipiatur verbũ Dei:id eſt,
Chriſtus,qui eſt verbum patris,ſuſceptus eſt
cum lætitia à pueritia in Hieruſalem.In ſcri-
pturis enim ſiue ſermonibus eſt Chriſtus:vn-
Ioan. 5 de ipſe in euangelio : Scrutamini ſcripturas:
illæ enim loquuntur de me:& eſt ipſe dulce-
4 do ſcripturæ.¶ † Legitur autem euangelium
de Matthæo xxj.cap. Cùm appropinquaſſet
Ieſus Hieruſalem &c.Miſit duos de diſcipu-
lis ſuis,dicens:Ite in caſtellum , quod contra
vos eſt. vnde alibi legitur : Miſit diſcipulos
Luc. 10 ſuos ſeptuagintaduos , binos & binos,id eſt,
habentes geminam charitatem Dei & proxi-
mi.Miſit inquam quærere aſinam & pullum,
id eſt,Iudaicum populum & gentilem:vt eos
duceret in cœleſtem Hieruſalem. Et legitur
ideò hac die:quia ibi de fructu paſsionis ha-
5 betur. Poſteà cantatur: † Occurrunt turbæ
cum floribus & palmis:& nos ſimiliter debe-
mus ei currere cum floribus virtutum & pal-
Pſal.91 mis victoriarum.Palma enim ſignificat victo
riam.vnde:Iuſtus vt palma florebit in domo
Domini. Et ſecundum Grego.ex qualitate
palmarum deſignatur proficiens vita iuſto-
rum : & eſt octaui toni , propter victoriam
Chriſti in capite : & in membris , per quam
peruenitur ad octauam reſurrectionis.Dein-
de redeunte proceſsione cantatur canticum
puerorum,ſcilicet:Gloria,laus,& honor tibi
ſit rex &c.per aliquos Eccleſiam ingredien-
tes,præſertim per pueros : quia ingrediente
Domino in ſanctam ciuitatem Hebræorum,
pueri &c.innocentes enim laudant eum.¶Et
6 nota quòd Theodulphus † Aurelianenſis Epi
ſcopus apud Ludouicum Imperatorem Ca-
roli magni filium,falsò à quibuſdã ſuis æmu
lis accuſatus , ab eodem eodem eſt Andega-
uis carcerali cuſtodiæ mancipatur.Cúmq; in
hac dominica iuxta domum in qua cuſtodie-
batur proceſsio tranſiret ille feneſtra aperta
factóq; ſilentio hos pulcherrimos verſus à
ſe editos , ſcilicet Gloria laus , & honor tibi
ſit rex Chriſte redemptor : cui puerile decus
præmiſit,oſanna pium.Iſraël es tu,rex Daui-
dis &c.præſente Imperatore cantauit,cui in-
tantum placuerunt,quòd mox illum à vincu
lis abſoluit,& Epiſcopatum ſibi reſtituit,atq;
eos hac die in fine proceſsionis cantari inſti-
7 tuit. ¶In egreſſu † Eccleſiæ poſt canticum
puerorum cantatur reſponſorium:Ingredien
te Domino in ſanctam ciuitatẽ,quod eſt pri-
mi toni : propter primam ætatem, quia ſoli
Deo cantandum eſt.Rurſus cantus puerorũ,
qui fit ianuis clauſis,ſignificat illud,quod can
tus & occurſus illorum puerorum ſignifica-
bat. Præfigurabat enim occurſum & læti-
tiam angelorum recipientium Chriſtum in
cœlum poſt reſurrectionem.quam ſibi & ſe-
quentibus ſe per ſuam ſanctiſsimam paſsio-
nem meruit aperiri : cuius quidem clauſio
angelos non extrà miſerat,ſed aditum homi
nibus non præbebat:& ideò pueri qui ſua pue
ritate angelos ſignificant , intra ianuas clau-
ſas, quaſi Domino venienti occurrentes ad
aperiendum cœlum,vt eorũ repararetur rui-
na, verſis vultibus cum lætitia & clamore
proferunt hymnum laudis eis,qui ſunt extrà,
cum gaudio reſpondentibus , ipſos intrantes
cum Chriſto in ſuum conſortium recepe-
rũt.Hinc eſt quòd in ingreſſu Eccleſiæ canta
tur reſpõſoriũ:Ingrediẽte Domino in ſanctã
ciuitatẽ &c.Declarans hæc, quæ dicta ſunt,
figurari per ea quæ fiunt.Cùm enim ibi fiat
mẽtio de reſurrectiõe:nã ibi fit mẽtio de pal
mis,q̃ victoriã Chriſti de morte & diabolo
ſignificat.

ſignificat:accipit Eccleſia factum illorũ pue-
rorũ in ſignum præcedens eius quod iam di-
ctum eſt,& factum iſtorũ in recordationem
8 illius.¶Sanè ante crucem & † in cruce rami
virides inſiguntur,ad notandum quòd omnẽ
virtutũ virorem à crucifixo habemus. Chri-
ſtus enim ramus viridis fuit, habens in ſe,&
nos ab ipſo omnem virorem virtutũ. Vnde
Lucæ 23 ipſe dicit:ſi in viridi hoc faciunt:in arido quid
9 fiet? In ſumma ergo dum † proceſsionẽ faci-
mus Chriſtum venientem ad nos,ſuſcipimus:
cùm pueris obuiamus,ſi innocentiam ſerua-
mus.Oliuas gerimus,ſi pacis & miſericordiæ
operibus indulgemus. Palmas portamus: ſi
de vitijs & diabolo victoriam obtinemus.Vi-
rentes flores & frondes geſtamus,ſi virtuti-
bus exornamur.Veſtimenta ſternimus carni
mortificantes.Ramos carpimus, ſanctorum
veſtigia imitantes.Quòd proceſsio ciuitatem
vel caſtrum egreditur,ouanter ad crucem,&
ad loca promontoria,ſiue eminentia vadens,
recolit pueros hebræos iuiſſe verſus montẽ
Oliueti:innuens etiam quòd abſit nobis glo-
Galat. 6 riari,niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti.Qui autem pontifici extra vrbem, iuxta
crucem,cum ſuis conſtituto occurrũt,& cum
ipſo ciuitatem ingrediuntur,accuratius agũt.
Imitamur enim populum Iſraël & pueros
eorũ,qui extra ciuitatem Domino occurre-
runt,& cũ eo illam ingreſsi ſunt. Hæc ergo
magna proceſsio repræſentat illam,quæ tali
die facta eſt à turbis,& pueris Iudæorũ cum
veniret Ieſus Hieruſalem, ſuper aſinam ſe-
dens.Significat etiam,quòd Dominus ad nos
veniet:& ad æterna tabernacula nos ducet.
Vel fortè recolit proceſsionẽ filiorũ Iſraël,
qui hac die Iordanem ſiccis pedibus tranſie-
runt,& cum triumpho terram promiſsionis
intrauerũt.Nec eſt hæc proceſsio inter alias
dominicales computanda. Hæc enim ipſa eſt
præconium paſsionis:illæ verò,ſunt ſignifica
tiuę & rememoratiuæ dominicæ reſurrectio
nis,vel aſcenſionis.Vnde rectius faciunt, qui
antè,quàm tertia dicatur, illas præmittunt.
Hanc verò proceſsionem poſt tertiam huius
diei cum palmis celebrant. De hoc ſub aſcen
10 ſione dicetur.¶Et † quidem huic proceſsio-
ni lectio Zachariæ & euangelium Ioannis
rectè præmittuntur, quoniam ibi dominica
proceſsio prophetatur:hîc hiſtoria declara-
tur.In tractu infantes ad præconia inuitãtur.
11 Paſsio in miſſa legitur.Benedicũtur † autem
& diſtribuuntur rami,per ſacerdotem: licet
Chriſtus eos nec benedixiſſe nec diſtribuiſſe
legatur:tum quia Chriſtus nõ honorauit eos:
ſed fuit ab eis honoratus,& ex eis:tum quia
populus ille Iudæorũ fecit hoc corporaliter
& tẽporaliter:ſed nos agimus hoc ſacramen-
taliter,& ſpiritualiter ad effectũ, qui in eorũ
benedictione exprimitur.Illi nãque ferentes
ramos,triumphũ Chriſti nondum completũ,
ſed tẽpore paſsionis complendũ præfigura-
bant.Vnde nõ oportuit ramos diſtribui, vel
benedici à Chriſto:quia nondũ figura fuerat
impleta.Eccleſia verò per tales repræſentat
triumphũ Chriſti iam cõpletũ ſecundũ illud
Coloſ.ij.Expolians principatus & poteſtates,
tranſduxit cõfidenter: palam triumphans il-
los in ſemetipſo. Quia ergo non ſolùm ipſe
triumphator eſt:ſed etiã per ipſius gratiã &
ſanctificationẽ triumphabunt omnes electi,
cõuenienter & benedictio ramorũ, & diſtri-
butio per ſacerdotẽ,qui Chriſtũ repræſentat,
debet expleri. ¶Quare autẽ nõ fit feſtum de
dicta aſina ſicut fit de cruce:dicetur in ſepti-
ma parte ſub feſto crucis.Poſt proceſsionem
ſequitur ſtatim miſſa de paſsione Domini:
quia debemus gaudere de fructu paſsionis,&
compati: quia pro nobis paſſus eſt.Ibi enim
eſt,vnde lætemur, ſcilicet de amore, quem
oſtendit nobis in cruce:& vnde triſtemur,ſci-
licet de peccatis noſtris: quæ tot ſunt quòd
propterea oportuit filium Dei pati.Venit au-
12 tem decima † luna ſiue die primi menſis,
id eſt,ante ſex dies paſchæ ad ciuitatem,in
qua pateretur:vt eſſet in domibus Iudæorũ:
ſicut præceptũ erat in Exodo xxvij.cap.& in
Deutero.Decima luna accipietis agnũ,immo
labitur autẽ agnus,quartadecima luna,id eſt,
decimaquarta die primi menſis ad veſperam.
Et Dominus eadem hora agnũ cum diſcipu-
lis manducãs,vbi legalis paſchæ decreta com
pleuit.Egreſſus eſt cum eis ſtatim ad locum
orationis,& circũſpectis omnibus,cũ iam ve-
ſperæ eſſent,exiuit in Bethaniam,cũ duode-
cim diſcipulis.Nempe myſticè decima luna
venit:quia populus Iſraëliticus decima luna
egreſſus eſt de Aegypto: ſimiliter per iſtum
verum agnũ,eſt data libera poteſtas populo
Iſraëlitico, id eſt,videnti Deum per fidem,
exeundi de peccato, quod non fuit datum
per Moſen:& virgam eius,id eſt,per diſcipli-
13 nam & ſacerdotium legale.¶ † In principio
ergo miſſæ reducens Eccleſia ad memoriam
dominicam



dominicam paſsionem incipit ab oratione di-
cens:Domine,ne longe facias &c.& eſt octa
ui toni,ſignificans quòd per paſsionem veni-
14 tur ad reſurrectionem.¶†Sequitur epiſtola:
Hoc enim ſentite.ad Philippen.ij.cap.In qua
oſtenditur paſsio,& paſsionis fructus. Dicit
ergo: hoc enim ſentite in vobis,quod & in
Chriſto Ieſu,id eſt,imitamini ipſum: vt ſicut
habuit charitatem,qua voluit pati: ita & vos
habeatis charitatẽ,qua patiamini omnia tor-
menta temporalia: vt habeatis humilitatem
quæ in Chriſto maximè fuit:manſuetudinem
& patientiam & intellectum realem,vt ſen-
tiatis.Citò enim ſentitur dulcedo ſpiritus ſan
cti,in corde,quando eſt ibi:& hi quidem ſunt
fructus paſsionis,ſcilicet dulcedo in corde,&
gloria.Quædam tamen Eccleſiæ legunt le-
ctionem:Venerũt enim in Hieruſalem.Exo.
15 xv.cap.¶†Viſo autem hoc fructu fit homo
patiens,quia generat patientiam cõſideratio
fructus:& ideò ſequitur reſponſorium,quod
reſpõdet epiſtolæ.in quo oſtenditur,quomo-
do per paſsiones venitur ad gloriam:& dicun
tur ibi tria:quare eſt tertij toni. ¶Primũ eſt:
Tenuiſti manu tua meam dexteram Domi-
ne:& cõfirmaſti me in bono.¶Secundum eſt:
In voluntate tua deduxiſti me. Talis facit
quicquid Deus vult.¶Tertium eſt:cum glo-
ria ſuſcepiſti me.Primũ, eſt cauſa crucis.Se-
cundum,ipſa crux. Tertium, fructus ipſius.
verſus eſt:Quàm bonus Iſraël Deus:quando
ſcilicet deducit ſuos ad paſsionem: vnde de
beato Stephano legitur:Lapides torrentis illi
dulces fuerũt.¶Poſteà ſequitur tractus:Deus
Deus meus reſpice in me,& quare me dere-
liquiſti &c.Et eſt ſecundi toni:quia ibi oſten-
ditur paſsio,& fructus ipſius: vnde & titulus
illius pſalmi eſt, pro ſumptione matutina.
16 ¶Euangelium † de paſsione eſt,ſcilicet Scitis,
quia poſt biduum paſcha fiet,& filius homi-
nis tradetur vt crucifigatur. Matth.xxv.cap.
Et etiam offertorium,ſcilicet: Improperium
expectauit cor meũ Deus,& miſeriam.quod
ſumptũ eſt de pſalmo ſeptuageſimooctauo:
qui totus ex perſona ſaluatoris orãtis in paſ-
ſionis agone conſcribitur:quaſi diceret Eccle
ſia:Ex quo Chriſtus tot paſſus eſt pro nobis
peccatoribus,libenter patiar.Vnde dicit: Ex-
pectaui.ſupple:quaſi rem dulcem. Poſtcom-
munio de paſsione eſt, ſcilicet pater, ſi fieri
poteſt &c.Matth.xxv.cap.Et Mar.xiiij.cap.Et
Luc.xxj.cap.Et eſt octaui toni,propter ratio-
nem præmiſſam. In quibuſdam Eccleſijs,di-
citur in hac dominica & in diebus ſequenti-
bus præfatio de paſsione.prout dictum eſt
17 ſub quarta feria cinerum.Dicitur autẽ † hæc
dominica in ramis palmarum:eò quòd tunc
rami palmarũ,ſi haberi poſſunt in proceſsio-
ne,portantur. Dicitur etiam alibi dominica
oliuarum:quia rami oliuæ portantur: quod
fit ad repræſentandum filios Iſraël, qui cum
ramis palmarũ & oliuarum venienti Domi-
no obuiam exierunt.Sequens quoque ſepti-
mana maior vocatur:eò quòd maius & proli
18 xius habet officium. † Dicitur etiam pœno-
ſa:quia tunc præcipuè debemus vitia noſtra
punire.Vel quia Dominus in ea laborauit:&
pœnas ſuſtinuit recreando: ſicut & in prima
mundi hebdomada creando.dicitur quoque
indulgentiæ:quia pœnitentes in ea abſoluun
tur.dicitur etiam ſancta,quoniam in ea impij
19 iuſtificantur.¶Hæc † autem dominica in tri-
bus priuilegiata eſt.Primò,quia illa die filij
Iſraël intrauerunt terram promiſsionis, &
Iordanem ſicco veſtigio tranſierunt:ſic enim
contingit,quòd eo anno tot diès fuerunt vſq;
ad paſcha,quot ſunt ab hac dominica.Secun
dò,quia hac die veniens Dominus de Betha-
nia,cum honore maximo,in Hieruſalem ſu-
ſceptus eſt.Tertiò,quia eadem die Dominus
à templo ementes & vendentes eiecit.

SVMMA.

1 Feria ſecunda dominicæ in ramis,quid deſi-
gnet.Et eius officium.nu.2.3.4.
5 Paſsio Domini,non recipit benedictionem.
& cur ita.
6 Paſsionem cantantium voces, variè mutan-
tur.& nume.7.

## *De ſecunda feria.* CAP. LXVIII.

1 SEcunda feria † oſtendit cau-
ſam paſsionis,ſcilicet in Chri-
ſto humilitatem & patientiã:
& in Iudæis crudelitatem &
inuidiam:in Iuda cupiditatem
& auaritiam:& eſt introitus quarti toni,pro-
pter famam crucis.Epiſtola verò ſumitur de
Eſa.l.cap.In qua oſtenditur principalis cauſa
paſsionis Domini. Dominus Deus aperuit
mihi aurem,ſcilicet ad intelligẽdum:& pro-
2 pter hoc dedi genas meas vellẽtibus &c.†In
quibuſdam Eccleſijs in hac & in tertijs ferijs
dicuntur duæ lectiones in miſſa:pro eò,quòd
Chriſti paſsio à lege & prophetis prænuntia-
ta fuit.

ta fuit.In reſpōſorio petit liberationem ſuā:
Exurge Domine & intende &c.verſus:Effun-
de frameam.& eſt tertij toni:quia virtute tri
nitatis liberamur ab inimicis.Framea eſt ſpa-
ta quaſi fremia,vel quaſi ferrea.¶In euange-
3 lio † verò,ſcilicet ante ſex dies &c.Ioan.xij.
cap.oſtenditur triplex cauſa paſsionis:& di-
cit ante ſex dies paſchæ: non ideò,quòd ſex
dies futuri eſſent ante paſcha,ſed quia ibi cau
ſa paſsionis oſtenditur. In Iuda oſtenditur cau
ſa cupiditatis,eò quòd dixit:Vtquid perditio
hæc,erat enim habens loculos:& ideò ſic di-
cebat, vt numos furaretur: vt habetur in
Ioan.in Iudæis cauſa eſt inuidia: quia moti
ſunt in eum propter laudem puerorū dicen-
tes:Si dimittimus eum:ſic omnes credent in
eum:& ideò quærebant interficere eum.In
ipſo verò Chriſto eſt fructificatio totius ge-
neris humani.vnde in euangelio dicitur:Niſi
granum frumenti &c.In quibuſdam tamen
Eccleſijs in ſecūda feria legitur paſsio ſecun-
dum Marcum, ſcilicet Erat paſcha & azyma
poſt biduum &c.Et in tertia feria dictū euan
gelium ſecundum Ioannem,ſcilicet ante ſex
dies paſchæ:ſed primi magis videntur hiſto-
riam ſequi:quia poſt biduum,id eſt,poſt ter-
tiam & quartā ferias:in quinta feria paſcha:
id eſt,agnus paſchalis immolatꝰ fuit.Præter-
eà ſecunda dies creationis mundanæ minus
eſt cæteris ornata diebus.Nam cùm dixiſſet
Dominus:Fiat firmamentū in medio aquarū.
nō eſt additum:Et vidit Deus quòd eſſet bo-
num, in quo numerus binarius infamatur:
quia primus ab vnitate degenerat,& diuiſio-
nem ſignificat.Vnde in eo facta eſt aquarum
4 diuiſio.¶Non eſt † ergo mirum,ſi hæc dies
ſecunda,quæ illam reſpicit minus cæteris in
officio dominicæ mortis purpuretur inſi-
gnijs.Sed nō eſt multum attendendum,vtrū
in ſecunda vel in tertia feria legatur paſsio.
Quia enim quatuor euangeliſtæ paſsionem
Domini deſcripſerunt:idcirco ſecundū quēli-
bet eorū paſsio legitur ex inſtitutione Ale-
xandri Papæ:eo ordine,quo ſcripſerūt. Nam
die dominica legitur paſsio ſecundum Mat-
thæum,qui primus ſcripſit: Secunda vel ter-
tia feria ſecundum Marcū,qui ſecundus ſcri-
pſit.Quarta ſecūdum Lucam,qui tertius ſcri-
pſit.Sexta feria,ſecundum Ioannem,qui vlti-
mò.Mediolanenſes nō legūt paſsionem,niſi
5 ſecundum Ioannem:& in ſexta feria.¶†Sanè
paſsionem lecturus,benedictionem nō petit:
quia in illa deſcribitur eſſe ſublatus, qui au-
thor eſt benedictionis.vnde nō eſt à quo pe-
tatur.Legitur quoq; ſine luminaribus:quia il-
le morte extinctus nuntiatur:quæ ſecundum
Ioannem lux eſt mundi: & vt repræſentetur,
quia eius diſcipuli tunc quaſi extincti ſunt:
quibus ipſe viuens dixerat:Vos eſtis lux mun
di.Non fertur etiam incenſum:ad notādum,
quòd tunc feruor deuotionis vel orationis,
qui per incenſum deſignatur,in Apoſtolis te-
puit,vel potius quaſi extinctus fuit. Legitur
etiam ſine ſalutatione,ſiue ſine:Dominus vo-
biſcum:in deteſtationem ſalutationis Iudæ:
& ſine reſpōſione.nō enim reſpondetur Glo
ria tibi Domine:quia in ipſa exprimitur,quòd
Chriſtus fuit à ſuis ſeparatus per mortē cor-
poraliter & ſpiritualiter,qui metu mortis eo
derelicto fugerant; & nulla gloria ſibi erat.
6 ¶†Non legitur etiam tota ſub tono euange
lij:ſed cantus verborū Chriſti dulcius mode
rantur,ad notādum quòd dulcius verba Chri
ſti in ipſius ore reſonabant,quàm in ore cu-
iuſlibet euangeliſtæ referētis.cuius verba in
tono euangelij proferuntur.Verba verò im-
pijſsimorū Iudæorū clamosè & cum aſperi-
tate vocis:ad deſignādum quòd ipſi Chriſto
aſperè loquebantur.In fine tamen in quibuſ-
dam Eccleſijs benedictio petitur,incenſum
portatur:& ſub euangelij tono legitur: quia
finita eſt iam narratio paſsionis: & extunc
omnia verba ſunt euangeliſtæ narrantis, quæ
poſt Chriſti mortem vſque ad reſurrectionē
7 contigerunt.¶In alijs † tamen Eccleſijs finis
paſsionis quæ ad ſepulturam pertinet; in to
no legitur doloroſo:vt planctus mulierū de
paſsione Chriſti lamentantium deſignetur:
de quo planctu dicit Dominus in euangelio:
Filiæ Hieruſalem, nolite flere ſuper me &c.
& ad maiorem deuotionem & amaritudinē,
propter Chriſti paſsionē in animis audientiū
excitandum.Et legitur ſuper nudum pulpitū:
prout ſub feria ſexta dicetur.In offertorio:
Eripe me.petit liberari:ſicut & in reſponſo-
rio:& eſt quarti toni propter formam crucis.
¶In poſtcommunione:Erubeſcam.petit per-
ſecutores ſuos confundi: & eſt primi toni:vt
ſic in regione quieſcentium gaudeat.

SVMMA.

1 Feria tertia dominicæ in ramis,quid agat.&
nume.2.3.Et quotupliciter Eccleſia ſalutem
ſuam in cruce conſideret.

De tertia



## De tertia feria. CAP. LXIX.

1 TErtia feria eſt ſimiliter † de paſ-
ſione: quia manifeſtè quærebant
eū interficere:vt habetur in euan
gelio:Erat autē paſcha & azyma
poſt biduum &c.Et quia Eccleſia conſiderat
ſalutem ſuam in cruce tripliciter, ſcilicet in
amore,quem Dominus noſter nobis oſtēdit
in cruce:& in imitatione crucis: & in ſalute
nobis data per crucem:ideò dicit in introitu:
Nos autem gloriari oportet in cruce Domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti &c.ad Galat.vlti.cap.
Epiſtola verò eſt: dicit Hieremias: quæ eſt
Hiere. 11 Hiere.xj.cap.& habētur in eo verba Iudæo-
rum de crucifixione Chriſti:mittamus lignū
in panem eius,id eſt,ipſum,qui ſe dicit panē,
in ligno crucis.Audierant enim,quòd ipſe di-
Ioan.6 xerat:Ego ſum panis viuus, qui de cœlo de-
ſcendi:& hoc erat dictum per lignum crucis,
deſtruamus ipſum,vel doctrinā eius.¶Sequi-
2 tur † reſpōſorium:Ego autē &c. Tertij toni:
propter triplex meritū,quod ibi notatur:pri-
mum cum dicit: Induebar cilicio,id eſt,non
oſtendebam eis deitatem:ſed aſperitatem hu
manitatis:& hæc fuit humilitas & ſapientia.
Aliud notatur ibi:Humiliabam in ieiunio ani
mam meam,ſcilicet, Non reddendo malum
pro malo:ſed etiā pro eis orabam:& hoc eſt
tertiū:vnde dicit: Et oratio mea in ſinu meo
conuertetur, ſupple,ex quo eis non prodeſt:
3 quia nō ſunt digni.¶†Euangelium verò:Erat
paſcha.Mar.xiiij.cap.Eſt de paſsione, vbi di-
citur,quòd Dominus crucifixus fuit hora ter
tia:& hoc dicit,vt oſtendat eorū impetuoſita
tem:quia ab hora tertia linguis eum crucifi-
xerunt,dicentes:Crucifige, crucifige,nō ceſ-
ſantes.In offertorio petit ſe cuſtodiri à diabo
lo,& à membris eius.Vnde dicit:Cuſtodi me
de manu peccatoris,id eſt,diaboli:& ab ho-
minibus iniquis erue me: & eſt ſecundi toni.
In poſtcōmunione: Aduerſum me: oſtendit
malitiam perſequentium:& meritum patien
tium.¶Sequitur ibi: & in me pſallebant,qui
bibebant vinum &c. Id eſt,filij diaboli, qui
inebriabantur de calice Babylonis.

SVMMA.

1 Feria quarta dominicæ in ramis,Chriſtus
venditus fuit à Iuda. Et eius diei tum ſi-
gnificatio,tum officiū.Et nu.5.6.7.9.10.
2 Genu omne cur flectatur nomine Ieſu. &
nume.8.
3 Verba:omnis lingua confiteatur.cur interce-
pta fuerint in introitu miſſæ quartæ feriæ do
minicæ in ramis.
4 Boſra ciuitas.
11 Sanguis à Chriſto quinquies exiuit.
12 Frixorium,triplex.
13 Ieiunandum quarta feria dominicæ in ramis.
& quam ob cauſam.

## De quarta feria. CAP. LXX.

QVarta feria,eſt illa,in qua Domi
1 nus venditus † fuit à Iuda: quia
nō ſolùm voluit pati pro nobis:
ſed etiam vendi,vt liberaret nos
à venditione:quia primus parēs vendidit nos
diabolo,per eſum pomi vetiti.vnde Eſa.Gra-
tis venundati eſtis,& ſine argento redimemi
ni.Similiter multi vendūt ſe diabolo,per mo
mentaneam delectationem:ſicut Adam ven-
didit ſe pro eſu pomi vetiti.Quarta ergo fe-
ria venditus eſt ſol iuſtitiæ, ad noſtram ſalu-
tem,& quarta feria formatus eſt ſol viſibilis
2 ad mundi lucem.Orauit † autem Dominus,
ſicut habetur in euangelio huius diei flexo
genu:& idcirco in introitu qui eſt Phi.ij.cap.
inuitat Eccleſia:vt in nomine Domini omne
genu flectatur cœleſtium: quia eorū ruinam
reparauit:terreſtrium,quia eos liberauit:In-
fernorum:quia eos eduxit de lacu,in quo nō
erat aqua:vt dicit Zacharias:& eſt tertij toni,
propter tria,quæ inuitant ad flectendum ge-
3 nua. Sequitur: † Et omnis lingua confitea-
tur: quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus in
gloria eſt Dei patris: & ſumitur de Apoſto-
lo.Veruntamen ordinator officij intercipit
verba illa: Et omnis lingua confiteatur: eò
quòd iudaica ſilet. ¶ Deinde ſequitur lectio:
Dicite filiæ Syon: ecce ſaluator tuus venit.
Eſa.lxij.cap. Vbi habetur de mercede:dicitur
etiam ibi: Ecce merces eius cum eo &c.Et di
xerunt angeli: Quoſdam enim latuit incarna
tio.Quis eſt iſte,qui venit de Edom,id eſt de
terra tinctis veſtibus, id eſt, membris corpo-
ris,quæ ſunt veſtimenta diuinitatis:ſanguinis,
4 purpura tincta de boſra.†Boſra eſt ciuitas in
Moab: & interpretatur firma ſiue munita:
hoc eſt de inferno:id eſt,de terrena habitatio
ne:tranſlatiua enim Boſra eſt Hieruſalē:quā

Dominus

Dominus quondam ſuo firmauit auxilio:ſed facti Moabitæ,id eſt,ex patre diabolo,veſtes regis tinxerũt purpura ſanguinis. Reſpondit: Ego qui loquor iuſtitiam,& ſum propugnator ad ſaluandum : & dixerunt : Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum? quaſi dicat: Quare cruentatus es preſſura crucis,ſi tu iuſtitiam loqueris? At ille reſpondit : Torcular calcaui ſolus,ſcilicet pro omnibus,vt omnes liberarentur : & de gentibus non eſt vir mecum. Poſt lectionem verò cantatur reſponſo
5 rium: Ne † auertas faciem tuam &c. In quo orat ipſe: vt per paſsionem veniat ad gloriã. Quia verò in agonia prolixius orauit : vt habetur in euangelio: ideò ſumitur offertoriũ, & poſtcommunio de pſalmo, qui intitulatur oratio pauperis cum anxiaretur: excepto verſu reſponſorij, qui eſt: Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. ¶ Epiſtola eſt ſimiliter de Eſa. liij. cap. Domine quis credidit &c. In qua etiã deſcribitur in eodem ſchemate: in quo ab euangeliſta repræſentatur in paſsione, vbi &c. Non eſt ei ſpecies, neque decor. & infrà, ſicut ouis
6 ad occiſionẽ ducetur. ¶ Poſt † epiſtolam ſequitur tractus: & in ſolito modo, ſcilicet immediatè: & hoc ideò, quia Eccleſia arctius luget, quã ſoleat, & ſe plangit : vt dictum eſt in quarta parte ſub titulo de tractu. Tractus enim ſignificat planctũ. & ideò in tota ſexta feria nõ dicuntur, niſi tractus : reſponſorium verò eſt pœnitentium. Et quia Dominus non eſt iſta die crucifixus: ſed tantũ venditus: ideò non ſolùm dicitur tractus, verumetiam & re-
7 ſponſorium. ¶ † Paſsio, quæ ſequitur: Appropinquabat &c. Lucæ xxij. cap. Conuenit cum præcedentibus, in qua exprimitur conſilium Iudæorum : Iudæ proditio : Domini paſsio. ¶ Poſtcõmunio eſt: Potum meum cum fletu miſcebam: potũ, ſcilicet paſsionis, quando videlicet ſudor eius erat, ſicut guttæ ſanguinis decurrẽtis in terram. Poteſt etiam dici, quòd duo ſunt nobis neceſſaria, ſcilicet oratio & patientia, ſecundũ quod dicit Dominus: Orate pro perſequentibus, & calumniãtibus vos. Ad hæc quidem duo inuitamur in introitu ad
8 orationem : cum dicitur : In † nomine Ieſu omne genu flectatur ad patiẽtiam, exemplo Saluatoris de quo ſubiũgitur: Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque &c. Non eſt enim obediens in tribulatione: niſi qui libenter tolerat. Duæ lectiones ideò legũtur, quia hac die Dominus traditus eſt pro duobus, & à duobus populis, & in quibuſdam Eccleſijs ad vtranque genua flectunt: quia ab vtroque populo adoratur. Præterea, hac die ſicut dicit Augu. conſiliũ inierũt Iudæi quomodo Ieſum dolo tenerẽt, & occiderent: & Iudas venit ad eos: & pacti ſunt ſibi pecuniam ſe daturos. Sicut ergo Eccleſia repræſentat in vj. feria actus Iudæorum: ita & in quarta conſilium eorum. Quidam autem legunt primò lectionem illam: Dicite filiæ Syon. Et poſteà illã: Domine quis credidit : alij verò econuerſo. Primi quidem attendunt ſolùm illud : quod diximus, ſcilicet quòd venditio Iudæ, quæ facta fuit quarta feria, paſsionem Domini præceſsit: de qua venditione fieri videtur ſermo in illa lectione: Dicite filiæ Syon: in illo ver-
9 bo: Ecce merces eius cũ eo. Alij autẽ † attendunt, quòd primus homo duas mortes incurrit, ſcilicet carnis & animæ : & Chriſtus nos ab vtraque liberauit. Et quia mors animæ, mortem corporis præceſsit: ideò prius legũt lectionem illam, in qua agitur de morte animæ & de liberatione ab ipſa. De morte agitur in illa : Dñe quis credidit &c. ibi: Omnes quaſi oues errauimus: & vnuſquiſque in viam ſuam declinauit. De liberatione verò ſtatim ſequitur ibi: Dominus poſuit in eo iniquitates eorũ omnium noſtrorũ: & iterũ: Si poſuit pro peccato animã ſuam, videbit ſemen longæuũ. Ad animam etiam pertinet graduale vnicum habens verſum, ſcilicet : Ne auertas faciem tuam à puero tuo, id eſt, ab eo, qui paruus & humilis apparet in experientia tribulationis.
10 ¶ Sequitur † verſus: Saluũ me fac &c. Vſque nõ eſt ſubſtantia: Aquæ enim, ſcilicet ſeditionis Iudæorum vſque ad animam Saluatoris tollendam peruenerũt: & illi qui erant limus profundi, infirmitati eius præualuerunt. Sicut autem Saluator animam ſuam poſuit pro animarum noſtrarũ redemptione : ita & corpus ſubiecit pro corporum redemptione. Vnde in ſecũda lectione de ipſius corpore agitur ſanguine proprio rubricato, vbi dicitur: Quis eſt iſte, qui venit de Edon &c. Et ibi : Quare rubrum eſt veſtimentum tuum &c. Ipſe reſpondit: Torcular &c. Et quia de ſola miſeratione paſſus eſt Dominus pro nobis: ideò propheta in perſona Eccleſiæ lectionem illam concludit, dicens: Miſerationum Domini recordabor : laudem annuntiaui ſuper omnibus, quæ reddidit nobis Dominus Deus noſter.

Quia



Quia verò per quinq; ſenſus corporis peccauimus: ideò ſequitur tractus: Domine exaudi orationem meam &c. Habens quinq; verſus: propter quinq; vulnera Chriſti: ſeu quia quin
11 quies exiuit ſanguis ab eo. ¶ † Primò, in circunciſione. ¶ Secundò, in oratione. ¶ Tertiò, in flagellatione. ¶ Quartò, in crucifixione. ¶ Quintò, in lanceatione : Et in ipſo tractu genus humanum petit auxilium, & confitetur defectum, quem ex peccato primi parentis incurrit, cùm dicit: Quia defecerunt dies mei, ſicut fumus. Dies enim, eſt vita hominis: cuius nox eſt mors: ſed hæc vita eſt abbreuiata: & defecit propter ſuperbiam primi parentis, quæ per fumum intelligitur. Et ſequitur: Oſſa mea, ſicut in frixorio cõfrixa ſunt. Oſſa, ſunt vires interiores vel fortes, quæ ſunt Eccleſia, quæ carẽs, id eſt, carnale ſuſtentant.
12 † Frixorium enim triplex eſt, ſcilicet peccatorum recordatio, proximorum compaſsio, futuri iudicij meditatio: in his frigitur bonus homo. Clauditur autem tractus, ſicut & lectio in miſericordia Domini. Vnde vltimus verſus eſt: Tu exurgens Domine, miſerebe-
13 ris &c. ¶ † Hæc igitur quarta feria priuilegiata eſt, quoniam leguntur in ea duæ lectiones, propter ordinandos in ſabbato ſequenti. Item, quia in ea die Chriſtus venditus fuit xxx. denarijs: ſicut & Ioſeph xxx. argenteis. Quia ſeruus non eſt ſuper Dominum: nec diſcipulus ſuper magiſtrum: xxvj. diſt. Quis dubitet, & quòd ab hac quarta feria ſumptum eſt, quòd ſemper in quarta feria ieiunare, & abſtinere à carnibus, & carnalibus deſiderijs debemus? & in memoriam venditionis Chriſti hæc feria ſecundum locum obtinet, poſt ſextam feriam, per totum annum in ieiunijs pœnitentialibus.

SVMMA.

1 Cœna Domini quæ tractanda habeat.

## De quinta feria. CAP. LXXI.

1 IN hoc † tractatu quintæ feriæ cœnæ Domini hoc ordine procedamus. Nam primò generaliter dicemus aliqua de officio ſequẽtium trium dierum : poſteà ſpecialiter de officio huius diei. Et primò de introductione publicè pœnitentium in Eccleſia, & de ſacramentis, quibus hæc quinta feria ſpecialiter inſignitur. Secundò, de triplicis olei conſecratione. Tertiò, de huius diei miſſæ officio : vbi etiam agitur de pedum lotione, & officio veſpertino. Quartò, de altarium denudatione: & tam de ipſorum, quàm de pauimenti Eccleſiæ lotione : & de corporis Dominici reſeruatione, & de quibuſdam alijs.

SVMMA.

1 Eccleſia luget tribus diebus paſsionis. & cur ita.
2 Feria quinta Dominicæ in ramis, matutinas vertit in tenebras. Et de eius diei ſolennitate. num. 28. 29.
3 Campanæ cur ſileant ſexta Dominica in ramis, tribus diebus. & num. 5.
4 Signa cur fiant cum tabula, ad tenebris ſextæ feriæ Dominicæ quadrag.
6 Horarum principia cur obmittantur feria ſexta Dominicæ in ramis. Item, aliæ multæ ſolennitates circa legitimum Eccleſiæ officium. num. 7. 8. 9. 10.
11 Hominum tria genera per Chriſtũ ſaluata.
12 Treni Hiremiæ vnde dicantur.
13 Trenis cur inſeratur alphabetum.
14 Hebraicarum literarum interpretatio.
15 Candelæ, in tenebris Dominicæ ſextæ quadrage. cur extinguantur. & num. 16. Et quot accendãtur. num. 17. Et quid illæ ſignificent diſsimili etiam numero. num. 18. 19. 20. 21. Et quid earũ extinctio. num. 22. 23. 24. 26. Et quid de ea, quę remanet cæteris extinctis.
27 nu. 25. Clamor & benedictio poſt : Benedictus in tenebris, quid ſignificet.

## De eadem quinta feria. CAP. LXXI.

1 PRænotandum † autẽ eſt, quòd Eccleſia luget tribus diebus: quia tot diebus fuit Dominus in ſepulchro: ſicut enim Ionas fuit in ventre cæti tribus diebus, & tribus noctibus : ita & filius hominis fuit in medio terræ &c. Quòd ſynecdochicè dictum eſſe aſſerit Aug. Nam pars illa ſextæ feriæ qua fuit in ſepulchro, accipitur pro nocte, & die ſextæ feriæ : & nox diei dominicæ ſimiliter pro nocte, & die ipſius diei accipitur Dies verò ſabbati integra eſt, ſcilicet nox cũ die ſuo, id eſt, ſpatium videlicet vigintiquatuor horarum. Eſt ergo ſenſus: Fuit ergo Dominus in ſepulchro tribus diebus & tribus noctibus, id eſt, tribus temporibus. quorum quodlibet conſtat ex die & nocte. Sic enim

 loqui

loqui conſueuimus:quia ſi aliquis etiam minima parte alicuius diei fuerit in aliquo loco: dicimus eum ea die ibi fuiſſe. Fuit enim ſecundum ipſum quadraginta horis in ſepulchro:videlicet quatuor horis ſextæ feriæ, & vigintiquatuor ſabbati, & duodecim noctis diei dominicæ:quia quadrificum orbẽ morte tranſgreſsionis decem mandatorum mortuũ viuificauit. Sed ſecundum præmiſſa, videtur, quòd triduana Domini ſepultura debeat celebrari ſexta feria ſabbato, & die dominica. Sed reſpondetur, quòd quia Dominus in nocte diei dominicæ reſurrexit, noctem illam ad honorem reſurrectionis ſolenniter celebramus. Vnde neceſſe eſt, quòd in quinta feria præueniamus:& ita triduo, ſcilicet quinta & ſexta ferijs,& ſabbato humiliationem Domini in mœrore celebremus:quia & in quinta feria iam interuenerat nefarium commercium Iudaicæ proditionis. Quidam tamen cuilibet præmiſſorum trium dierum, xxiiij. attribuunt horas,volentes Chriſti defuncti exequias ſeptuagintaduabus horis celebrare & triſtitiam ſeptuagintaduorum diſcipulo-
2 rum meritò per hoc exprimere.¶† Sanè Eccleſia his diebus tenebras colit,& matutinas in tenebras finit. ¶ Primò, quia in luctu & mœrore eſt, propter Domini paſsionem: & propter eius triduanam mortem, exequias celebrat triduanas.¶ Secundò,officium tenebrarum, ſignificat non tam tenebras materiales, quæ fuerunt ſuper faciem terræ dum pendebat ſol iuſtitiæ in cruce.Fuit enim tunc eclypſis miraculoſa nõ naturalis per tres horas:videlicet à ſexta hora vſq; ad nonam incluſiuè, quàm etiam ſpirituales, quæ in illo triduo in cordibus fidelium extiterunt.¶ Tertiò,per hoc quòd tenebras colit, tenebrarũ primatus inſinuatur,quia his diebus incœperunt præcedere dies: prout ſub ſabbato ſan-
3 cto dicetur. ¶ † In his verò tribus diebus ſilent campanæ:quia tunc ſiluerunt Apoſtoli, & prædicatores, & alij, qui per campanas intelliguntur.Sonus autem campanarum ſignificat ſonum prædicationis:de quo dicitur: In omnem terrã exiuit ſonus eorum.Non enim iam circuibant euangelizãdo vicos, & vrbes: ſed hymno dicto exierunt cum Ieſu in montem oliueti. Quibus cùm Dominus dixiſſet: Ecce appropinquat, qui me tradet,præ triſtitia dormitauerunt:& à laudibus conticuerũt. Vnde & à completorio ſiue à veſpera, qua Dominus traditus fuit, campanarum ſilentiũ inchoatur:A veſpera autẽ, qua Dominus traditus eſt,quando videlicet diſcipuli fugerũt, campanis ſilentium indicitur. Alij videlicet ad primam huius quintæ feriæ, & non vlterius pulſant campanas.ſit tamen ſignum cum
4 tabula.¶ † Primò, ad ſignificandum Chriſti humilitatem,qui ſe abſcondit & vſq; ad mortem & ſepulturam ſe humiliauit.Ligni quidẽ vſus,humilior æris ſono hoc oſtendit,& inde Eccleſia orientalis vſum adhuc tenet lignorum:& vt populus humilior reddatur. ¶ Secundò,per ſignum tabulæ, terrorem accipimus.Tabula ergo percutitur,quia magnus timor Apoſtolis à Iudæis incutiebatur. ¶ Tertiò,per lignum in ligno malleum, ſcilicet in tabula ſuſpenſum,intelligimus Chriſtum qui eſt lignum plantatum ſecus decurſus aquarum:qui in crucis ligno pependit:& pendens orabat & prædicabat dicens: Pater, dimitte illis: quia neſciunt quid faciunt. Cum ligno autem tantùm pulſant:quia tunc ſolus Chriſtus prædicator habebatur: & ſolus torcular calcauit.¶ Quartò, per tabulam ipſam,lignũ fructiferum,ſcilicet Chriſtum,per malleum, quo tabula percutitur, lignum præuaricatio-
5 nis ſignificatur.¶†Quintò, ideò campanæ & non ſignum tabulæ vel alterius huiuſmodi ſilent:quia licet maiora ſigna noſtra, videlicet Apoſtoli à laude Dei in Chriſti paſsione ſiluerunt: minora tamen ſigna, vt mulieres non ſiluerunt:imò ſecutæ ſunt ipſum,vſq; ad
6 crucẽ. † Principia quoq; horarum, ſcilicet Deus in adiutorium:& fines,ſcilicet per Dominum:& benedicamus:& huiuſmodi dimittuntur:quia receſsit,& à nobis ablatus eſt ſacerdos,& paſtor bonus, qui eſt α & ω, id eſt principium & finis: qui etiam eſt ſummus ſacerdos, & caput noſtrum: & traditus impijs: nec eſt,à quo petamus quòd intendat in adiutorium noſtrum.Percuſſo nanq; paſtore noſtro,diſcipuli eius diſperſi ſunt. Sic ergo iſtud officium, quod caret principio & fine, quaſi mortuum & viduatum videtur:quia & patres noſtri viduati poſt mortem Chriſti fuerunt. Non dicitur etiam Gloria patri:quia in Chriſti paſsione abſcondita fuit fortitudo gloriæ ipſius Chriſti: & in eius morte trinitas viſa eſt extincta:in cuius laude dicitur ille verſus: De hoc etiam ſub dominica de paſsione dictum eſt. Hoc etiam notatur in quibuſdam Eccleſijs, in quibus his diebus duo tantùm





cerei ante altare ardẽt, tertio extincto:prout ſub tit. de paſcha dicetur. ¶ In his quoq; tribus diebus ſalutatio non fit, quia Dominus vobiſcum,non dicitur,vt vitetur peſtifera ſalutatio, per quam Iudas tradidit Chriſtum dicens:Aue rabbi. ¶ Pax etiam non datur, pro eo,quòd Iudas oſculo tradidit Chriſtum: & quia in duobus ſequentibus diebus in altari non conſecratur,nec dicitur, Pax Domini ſit ſemper vobiſcum:nec,Dona nobis pacem.In quibuſdam tamen Eccleſijs datur hodie pax, pro eò quòd hac die ſacramentum ſacramentorum, ſcilicet euchariſtiæ inſtitutum eſt.
7 ¶ † His quoq; diebus fit officium humilius ſolito,propter Domini humiliationem & triduanam eius ſepulturam, quam celebramus. Veruntamen nocturnale officium,per quod ſignificantur prophetiæ prophetarum, alta voce & manifeſtius cantatur, quia prophetæ & alij ſancti patres veteris teſtamenti alta & aperta voce, quæ de Chriſto erant ventura, prædixerunt:& quod ſpiritus ſanctus ſibi dictabat remota formidine nuntiarunt. Diurnum verò officium, per quod Apoſtolorum prædicatio figuratur, voce demiſſa, & quaſi ſub ſilentio cantatur: quia tunc Apoſtoli omnino tacuerunt:aut ſaltem occultè prædi-
8 cauerunt.¶ †Incipit autem tenebrarum officium: zelus domus tuæ comedit me, id eſt, amor vehemens Eccleſiæ fuit cauſa, quare paſſus ſum.Non dicitur inuitatorium:ne inuitemur, ſed potius per ſilentium deteſtemur peſtiferum Iudæorum concilium,& conuentum factum, vt Ieſum caperent in ſermone: & eum morti traderent. Præctereà tunc Apoſtoli diſperſi erant,qui alios ad Dominum in-
9 uitare & cõuocare cõſueuerant.¶ †Hymnus etiam laudis non dicitur:quia tunc factus eſt opprobrium hominum & abiectio plebis. ¶Finis dominicæ orationis, quæ dicitur ante lectiones,dicitur in ſilentio: pro eo quòd de euangelio ſumitur. Nam tunc euangelica enuntiatio fugientibus Apoſtolis ceſſauit:& eſt notandum, quòd Chriſtus cuius eſt ipſa oratio, auulſus à cæteris, & quaſi in ſilentio orauit: ſed tunc fit ſonitus per tactum ligni cum manu: quia & Chriſtus in ligno crucis
10 pendens, voce magna clamauit.¶ † Non dicuntur etiam in lectionibus. Iube Domine benedicere;nec,tu autem Domine, quia receſsit paſtor & ſacerdos, qui gregi benedicere & miſereri debet: ſed quia illum propter peccata amiſimus,ad hoc, vt eum recuperare valeamus, admonemur per, verſum illum: Hieruſalem,Hieruſalem,conuertere ad Dominum Deum tuum, qui in fine lectionum dicitur:vt ad pœnitentiam conuertamur: nã poſt luctũ gaudere poſſumus. Per hoc autẽ, quòd dicitur bis Hieruſalem,arguitur duritia Iudæorum, & peccatorum,ſicut alibi in euangelio:Hieruſalem, Hieruſalem,quæ occîdis prophetas &c. ¶Rurſus,per iube Domine,intelliguntur ad prædicationem euntes: per tu autem: inde redeuntes. Ideò ergo neutrum dicitur:quoniam Apoſtoli,quos repræſentãt, qui lectiones legunt, his diebus fugerant. vnde nec ad prædicationem miſsi ſunt: nec qui miſsi erant, ſublato Domino redierunt. Omnes antiphonæ ſunt de paſsione & com-
11 paſsione.¶†In his etiam tribus noctibus nouem pſalmi,nouem lectiones, & nouem reſponſoria diuiſim per ſingula nocturna cantantur ad oſtendendum, quòd Chriſtus in infernum deſcendens tria hominum genera, ſcilicet virgines, coniugatos, & continentes inde rapuit:& ad angelorum ſocietatẽ tranſuexit, quæ tria genera in euangelio diſtinguũtur,per eos,qui in mola:& per eos qui in agro,& per eos qui in lecto ſunt.¶Tria ergo hominum genera,ſcilicet qui fuerunt in lege naturali:& in tempore legis: & prophetarũ, per tria nocturna recolimus. & ſicut illi per mortem Domini in tribus ſociati ſunt nouem ordinibus angelorum, ſcilicet in actionibus, cognitionibus,& gaudijs:ita per tres noctes dominicæ ſepulturæ nouem pſalmi,nouem lectionibus,& nouem reſponſorijs ſubduntur: pſalmi enim ad actiones, lectiones ad operum Dei cognitionem, reſponſoria verò ad gaudium, & ad cantum pertinent angelorum. Cæterùm tres primæ lectiones, vel in quibuſdam Eccleſijs ſex,ſunt de trenis Hiere. deflentis captiuitatem populi ſui: non ſolùm Babylonicam: ſed etiam Romanam: quam incurrunt propter paſſionem Domini: & ideò dicuntur lamentabiliter in perſonam ſanctorum de Iudæis, qui deflent caſum gentis ſuæ. Sicut enim ille deplorauit mortem Ioſue,regis occiſi in futuram deſtructionem gentis:ita & nos deploramus mortem & paſsionem Chriſti regis noſtri. In fine autem lamentationum dicit idem Hiere. ſpiritus oris noſtri: Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris.

Aliæ verò tres ſunt de expoſitione pſalmi tra
ctantis de paſsione:& ideò voce depreſſa le-
guntur tres vltimæ de epiſtola Pauli j. ad
Cor. xj. Conuenientibus nobis in vnum &c.
vbi oſtēdit Apoſtolus, quomodo debet cœ-
na Domini ſumi. Ex quibus ſex lectionibus
apparet, quòd prophetæ præuiderunt Chri-
ſtum occidendum: & Apoſtoli docent occi-
12 ſum. Dicuntur autem treni, id eſt † lamenta-
tiones, à trenato monte, vbi lamenta anima-
rum, quæ ibi puniuntur, ſæpe audiri dicuntur.
Inde etiam dicitur trenum, quod eſt plenum
lamentationis & funeris. Dicuntur etiā treni:
quia ſemper tres verſus poſt vnamquanq; li-
teram hebraici alphabeti ſequuntur: quod al-
phabetum totum per ordinem in illis lamen
13 tationibus ponitur. ¶ † Primò, quia mos fuit
hebræis illud ponere in eorum cantibus, ſiue
luctus ſiue lætitiæ alicuius rei multum no-
tabilis: prout patet in vltimo capitulo pro-
uerbiorum: Mulierem fortem &c. & in qui-
buſdā alijs locis: prout habetur in procœmio
libri regum. ¶ Secūdò, quia ſicut dixit Hiero.
in eodem procœmio & in prologo Biblię ver
ſus, quibus dictæ literæ antè ponuntur in la-
mentationibus Hier. incipiunt in hebræo ab
eiſdem literis. ¶ Tertiò, vt per hoc notetur
cæcitas & duritia Iudæorum, qui res tanquā
alphabetum notiſsimas, videlicet paſsionem
filij Dei intelligere, & credere nolunt: dicen-
Hier. 8 te phopheta: Miluus in cœlo, turtur, & cico-
nia cognouerunt tempus aduentus ſui: Iſraël
autem me non cognouit: & populus meus
14 non intellexit. ¶ † Quartò, quia interpreta-
tiones literarum ipſarū maxima ex parte cō-
tinent ſententiam verſuum quibus antepo-
nuntur. Circa quod notandū eſt, quòd Aleph,
interpretatur doctrina. Beth, domus. Gimel,
plenitudo. Deleth, tabularum ſeu ſcriptura-
rum. Et hæc ſiquidem eſt prima connexio
literarum ipſarum: vbi dicitur quòd doctrina
Eccleſiæ, quæ eſt domus Dei, eſt in plenitu-
dine ſcripturarum. He, iſta vau & zay hæc.
Beth, vita. hæc eſt ſecunda connexio: vbi di-
citur, quòd iſta & hæc doctrina, quam præ-
diximus eſt vita, quam viuimus. Thet, bonū:
ioth principium. hæc eſt tertia connexio, vbi
dicitur, quòd bonum eſt principium per ſcri-
pturas, quaſi per ſpeculum ſaltem in ænig-
mate agnoſcere Dominum. Caph, manus.
Lamech, cor vel diſciplina. hæc eſt quarta
connexio, vbi dicitur quòd in vtero cordis
diſciplina exigitur: quia nihil facere poſſu-
mus, niſi quæ facienda erunt, agnouerimus.
Men, ex ipſis. Num, ſempiternum. Samech,
adiutorium. hæc eſt quinta connexio, vbi di-
citur quòd ex ipſis ſcripturis eſt nobis ſempi-
ternum auxilium. Ayn, oculus. Phe, errauit.
Sadech, iuſtitia, vel conſolatio. hæc eſt ſexta
connexio. vbi dicitur quòd ſæpe dicta ſcri-
ptura, eſt oculus errantibus, & conſolatio.
Caph, aſpice ſuper. Res, caput. Syn, ſuper vul-
nus. Thau, ſignum vel conſummatio. hæc eſt
ſeptima connexio, vbi etiam in numero fit
myſticus intellectus, vbi dicitur: Aſpice in ſcri
ptura contineri caput noſtrum, à quo habe-
mus medelam ſuper vulnera, & ſequimur cō-
ſummationem, id eſt, vitam æternam. Sic
ergo Saluatoris exequiæ celebrantur, vt in
modico apice, ab aliorum defunctorum exe
15 quijs diſtare videantur. ¶ † Conſequenter can
delæ & lumen extinguuntur: nā hæ tenebræ
tribus noctibus celebratæ, ſignificant tene-
bras, quæ tribus horis fuerunt Chriſto in cru
ce pendente: vel ideò tribus noctibus lumen
extinguitur: quia verum lumen triduo iacuit
in ſepulchro. ¶ Circa quod aduertendum eſt,
quòd quidam accendunt ſeptuagintaduas
candelas: quidam vigintiquatuor: quidā quin-
decim: quidam duodecim: quidā nouē: quidā
ſeptem: & ſecundum quoſdam non eſt nume
rus certus. omnes tamen non ſinę myſterio
16 agunt. ¶ † Septuagintaduæ candelæ quæ ex-
tinguuntur, deſignant ſeptuagintaduos diſci-
pulos, quorum prædicatio in morte Chriſti
penè extincta eſt. ſignificant etiam, quòd Do
minus ſeptuagintaduabus horis iacuit in ſe-
pulchro per ſynecdochē intellectus: vel tot
accenduntur, propter lxxij. nationes ſeu ge-
17 nera linguarum. ¶ † Vigintiquatuor candelæ
accenduntur. ¶ Primò, quia ſol iſte, qui mun-
dum xxiiij. horis diei & noctis illuminat: ſi-
gnificat Chriſtum verum ſolem, qui extin-
guitur: quia Chriſtus occubuit veſpere paſsio
nis: & tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam
terram. ¶ Secundò, dies cuius maius lumen
Chriſtus, eſt: nox verò, cuius minus lumen
Eccleſia eſt: luminaria ſunt Apoſtoli, & alij
viri Apoſtolici: qui ſunt quaſi vigintiquatuor
horę, quæ diei Chriſto & nocte Eccleſiæ fa-
mulantur. Vigintiquatuor luminaria ergo
extinguuntur: quia Apoſtoli in vnoquoq; die
per vigintiquatuor horas latuerunt. ¶ Tertiò,
vigintiquatuor candelæ deſignant verſum:





Glor. pat. &c. qui in nocturnis feſtiuitatum vi
gintiquatuor vicibus ſolet dici. Primò, poſt,
Deus in adiutorium: ſecundò, poſt inuitato-
rium: tertiò, poſt hymnum nonies in pſalmis
trium nocturnorum: ter in reſponſorijs: &
Te Deum laudamus: quaſi Gloria patri eſt.
Iterum, ad laudes ſemel poſt, Deus in adiuto
rium, quinquies in pſalmis ſequentibus, ſemel
in hymno: & ſemel poſt, Benedictus. Verſus
enim ipſe hoc officio tacetur, vt præmiſſum
eſt: quia ille, in cuius laudem, dicitur in ſepul-
chro iacet: ideóq; vigintiquatuor candelæ ad
hoc deſignandum extinguuntur: vel ſignifi-
cant xij. Apoſtolos, in quorum honore toties
dicitur Gloria patri in nocturnis, prout dictū
18 eſt in procœmio quintæ partis. ¶ † Quindecim
candelæ ſignificant xij. Apoſtolos & tres Ma
rias, quæ ſequebantur Dominum, quæ extin-
guuntur: quoniam tunc omnes laudes Dei ta
cuerunt Apoſtolis tamen fugientibus, ipſe
Mariæ: quia minus timebant, circa Chriſtum
quoad poterant verſabantur. vnde legitur:
Iob. 9 Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os
meum: & de. ſunt tan. la. c. dē. meos. labia, id
eſt mulieres, quæ ſunt quaſi pellicula circa
19 dentes. ¶ † Vel quatuordecim exillis cande-
lis ſignificant, quatuordecim articulos fidei:
quorum extinctio, ſignificat extinctionem
fidei factam in fuga Apoſtolorum: extinctio
verò vltimæ candelæ, ſignificat mortem
20 Chriſti. ¶ † Duodecim candelæ accenſæ re-
præſentant duodecim Apoſtolos, quæ extin-
guuntur, ad notandum quòd Apoſtoli tunc
ſiluerunt & fugerunt: & penè extincta eſt fi-
21 des in eis. ¶ † Nouem candelæ ſignificant ge
nus humanum: quod per peccatum ſe à no-
uem ordinibus angelorum, & à vera luce
22 excluſit. ¶ † Septem candelæ ſignificant gra-
tiam ſpiritus ſeptiformis: quæ in cordibus di-
ſcipulorum penè fuit extincta. Vbi verò non
obſeruatur certus candelarum numerus, ſed
quilibet laicus pro velle candelam apponit,
huiuſmodi candelæ ſignificant prophetas: &
alios ſanctos patres: qui Chriſtum venturum
lumen noſtrum prænuntiantes & verba ſalu-
tis prædicantes, diuerſis pœnis vexati mortui
ſunt & extincti. Porrò, omnes cādelæ non ſi-
mul, ſed vna poſt aliam extinguuntur: quia
diſcipuli non ſimul à Chriſto, ſed ſucceſsiuè
vnus poſt alium diſceſſerunt. Alia etiam ratio
23 iam ſequitur. † Quidam extinguunt eas poſt
ſingula cātica, vſq; ad plenam extinctionem:
figurantes quòd ſingulis canticis ſiue pſal
mis mœſtitia decidimus: quia verus ſol occu-
buit, gaudiúmq; noſtrum in luctum eſt con-
uerſum. Iuxta illud: Cecidit corona capitis
noſtri: conuerſus eſt in luctum chorus no-
ſter. Alij in tribus vicibus eas extinguunt:
recolentes triduanam Domini ſepulturam.
24 ¶ † In quibuſdam quoq; Eccleſijs candelæ
quadam manu cerea extinguuntur: quæ ſig-
nificat manum Iudæ: de qua Dominus dixit:
Qui intingit manum mecum &c. Quæ fuit Mat. 26
quaſi cerea, id eſt, ad malum flexibilis: per
quam Chriſtus rex noſter, & vera lucerna,
traditus fuit: & quantum in illo fuit extin-
ctus. Candela autem, quæ in medio eſt, non
25 † extinguitur: ſed in feneſtra vel arca accēſa
ſeruatur occultè: vt poſteà reueletur, & Eccle
ſiam illuminet. Nempe candela ipſa ſub eis
lumen occultatum ſignificat. ¶ Primò, fi-
dem, quæ in ſola virgine remanſit: per quam
poſteà omnes fideles docti & illuminati
ſunt. ¶ Secundò, ſignificat Chriſtum qui licet
videretur ſecundum carnem extinctus, ta-
men ſecundum diuinitatem, quæ illis erat
occulta, viuebat: & poſteà reſurgens cum lu-
ce clariſsima ſe ſuis diſcipulis manifeſtauit.
¶ Tertiò, occultati luminis, quod videbatur
extinctum, reuelatio: notat fidei illumina-
tionem in Apoſtolis, & alijs, in quibus tunc
penè extincta erat. ¶ Quartò, notat fidem
poſt infidelitatem. ¶ Quintò, no. quòd ignis
ſpiritus ſancti, qui infidelibus videtur extin-
ctus: iterum reluceſcet in eiſdem. ¶ Sextò, lu-
minis renouatio, ſignificat noui teſtamenti
26 renouationem. ¶ † Septimò, luminaria ſuc-
ceſsiuè vnum poſt alterum, extinguuntur: &
vnum, quaſi penè extinguitur: quia abſcon-
ditur, & poſteà reuelatur. Ad notādum, quòd
peruerſi vineæ cultores, & generatio praua
nuntios patris: videlicet prophetas, per varia
tempora completo ſuo miniſterio prophetię
occiderunt: & tandem patris hæredem, quem
in ſepulchro poſitum lumine occultato figu
ramus: cuius luminis reuelatio, eſt reſurre-
ctionis eius manifeſtatio, & commemoratio.
Sanè candela quæ vltima extinguitur, eſt
maior cæteris, ſecundum quoſdam: & ſignifi-
cat Chriſtum qui fuit Dominus propheta-
rum: ſecundum alios verò vbi non eſt maior
cæteris, ſimiliter ſignificat Chriſtum qui re-
putatus eſt vnus ex prophetis, & vltimus
extinguitur: quia nullus poſt eum apud illos

propheta ſurrexit: ſed extinctus eis perfidiæ tenebras dereliquit. Et ad canticum euangelicum candela ipſa extinguitur: quia Chriſtus euangelizans occiditur. Et attende, quòd in hoc officio paſtoris officia, vt capitulum ſubticeantur: quia paſtores diſperſi fuerant: verſus tamen, quod eſt minorum officium, non obmittitur: quia diſcipuli minus cogniti videbantur. Vnde & hoc officium triduanum potius à minoribus celebratur in typo minorum diſcipulorum, & mulierum, qui Dominum ſequebantur.† Vociferatio ad
27 benedictus & tumultus popularis: qui tunc fit, concrepatio eſt Iudæ proditoris, & tumultus cohortis, quam cum gladijs & fuſtibus Iudas contra Chriſtum adduxit: vel cæci diſcipuli ſalutatio dicentis. Aue rabbi. Tertiò canticum ipſum tunc alta voce dicitur, ad notandum, quòd multi interfecto antichriſto gaudebunt. Clangor canentium κύριε ἐλέησον: eſt tumultus Dominum perſequentium, & eum ironicè adorantium: vel ſignificat lamenta ſanctarum mulierum, quæ ſequebantur Dominum: quæ leguntur poſteà lamentari ſedentes cõtra ſepulchrum. τρόποι verò, id eſt, verſus illi, qui in illis qui tribus noctibus, cum κύριε ἐλέησον & Domine miſerere: quaſi lamentabiliter cantantur, ſignificant lamentationes & dolores mulierum, de cognatione ſua: quæ à Galilæa fuerant ſecutæ Ieſum: inter quas erant Maria magdalena, & Maria Iacobi: & Maria ſolome, plorantes iuxta ſepulchrum. ¶ † In quibuſdam etiam
28 Eccleſijs tropis caritatis, procidentes ad terrã, dicunt in tenebris ſub ſilentio: Miſerere mei Deus. & collectam: Reſpice quæſumus Domine. in quo timor Apoſtolorum in occultis notatur. Poſteà fit cum manu vel alio quodammodo ſonitus ante luminis reuelationẽ: qui ſonitus repræſentat terroris eorum incuſsionem, vel ex tumultu cohortis, vel ex terræmotu. in quibuſdã tamen Eccleſijs ignis nouus de lapide producitur: quia per Chriſtum mediatorem noſtrum nobis ſpiritus ſanctus infunditur. ¶ † Ab hac quoq; die vſq; ad
29 octauam pentecoſtes in quibuſdam Eccleſijs officium beatæ Mariæ obmittitur, vt memoriæ atq; reuentiæ paſsionis & reſurrectionis: de quibus in Eccleſia hoc tempore agitur ardentius inſiſtatur. Cùm enim honor & obſequium ſpecialirer hoc tẽpore Chriſto eius nato in noſtra humanitate paſſo & glorificato impenſum redundet, in ipſam matrem, nulla quidem ſibi fit iniuria ipſum officium obmittendo. Obmittitur etiam officiũ mortuorum: quia cùm recordatio beneficiorum Chriſti præcipuè, quæ ipſe paſsionis & reſurrectionis ſuæ tempore contulit, omnem noſtrum effectũ & intellectũ requirat. Proinde Eccleſia illud ſolum officium, quod ad ipſum Chriſtum ſpectet, in quo de eius paſsione & reſurrectione agitur, eo tempore agit: vt ſic non ad plura diſperſa, ad vnum duntaxat vehementius occupetur. Nec per hoc defuncti qui ſunt in purgatorio diſpendium patiuntur: quia cùm ſint nobis per charitatem vniti, beneficia noſtra ſecundum quod meruerunt, participantur ab eis: nec expreſsius memoria pro illis fieri poſſet, quàm agendo memoriã de morte & reſurrectione Chriſti: per quam à pœnis liberari expectant. Extra eccleſiam tamen vtile eſt ipſa officia dicere.

SVMMA.

1 Officium diurnum feriæ quintæ Dominicæ quadrag. & eius forma. etiam ſunt. num. 3.
2 Remedia duo contra peccatum.
4 Pœnitentes cur admittantur in Eccleſiam ſexta feria Dominicæ in ramis. & num. 5. 6.

## *De diurno huius diei officio.*

CAP. LXXIII.

1 SEquitur de diurno † huius diei officio videre. Et quidem hæc quinta feria inſignitur ſacramentis: tum ab Eccleſia: tum à Domino inſtitutis: in qua die primò pœnitentes in Eccleſia introducuntur, qui in capite ieiunij de ea eiecti fuerant. Vnde in canone Inno. ita legitur: De pœnitentibus verò, qui ſiue ex grauioribus obmiſsis, ſiue ex leuioribus pœnitentiam gerunt, ſi nulla interueniat ægritudo: quinta feria ante paſcha eis remittendum Romanæ Eccleſiæ conſuetudo demonſtrat: Primò ergo, de pœnitentium introductione in Eccleſiam, dicturi, aliqua de ipſorum eiectione præmittamus. Si quidem miſericors & miſerator Dominus, cuius miſericordiæ non eſt numerus: ſicut in pſalmo habetur: miſericorditer ſemper agẽs, & peccatorũ ſalutem ſitiens. per huius mũdi pelagus periculosè nauigantibus: & quandoq; fluctuantibus inter alia multa remedia ſpecialiter duas naues ſiue tabulas parauit.





2 Prima eſt baptiſmus.† Secunda pœnitentia: ſicut Apoſtolus ait ad Ephe. & quidem pœnitentes de Eccleſia eijciuntur, repræſentat exilium & eiectionem Adæ & Euæ de paradyſo propter eſum pomi. Peccatores ergo de Eccleſia eijcimus, & eiectis pœnitentiam ſeptennem, aut aliam pro criminum qualitate imponimus: & eiecti per ſeptem hebdomadas extrà morantur: quia genus humanum in Adam lapſum iudicio Dei in hoc exilio ſeptẽ millibus dãnatur annorũ. Maria quoq; lapſa,
Nu. 12 ſeptem diebus extitit extra caſtra: Forma eiectionis habetur in concilio Agathen. Eiectionem verò Cain à facie Domini, repræſentat Eccleſia excommunicando viros ſanguinum, præcipuè cum candelis extinctis: quia & ille & iſti ſpiritum vitijs extinxerunt, quæ candelæ in prolatione anathematis debet proijci, & pedibus conculcari: nec vlterius debent ad aliquẽ vſum, ſicut nec ſal infatuatũ aſſumi. Eiecti ferunt candelas in manibus, ad ſignificandum, quòd pro opere quo primi parentes porrexerunt manus, ad pomum vetitũ, appoſita eſt ignea rumphæa in paradyſo. Clauduntur coram eis fores Eccleſiæ in ſi-
Gen.4 gnũ aditus paradyſi quondam obcluſi. Quòd
3 de loco ad locum † vadunt, ſiue in exilium mittuntur: ſignificat, quòd Cain poſt mortẽ fratris profugus & vagus fuit ſuper terram.
Iob 42 Quòd cilicijs & laneis vtuntur de Iob tractũ eſt: qui pœnitentiã in fauilla & cinere agens, ſacco ſe operuit: & de Niniuitis qui ſimiliter fecerunt. Cilicium quoq; portant, in ſignum
Ioan. 3 pellicearum tunicarum Adæ & Euæ. Io. etiã habitum recolentes. Carcer pœnitentiæ à
Gen. 41 Ioſeph initium habuit. Quòd comam & barbam nutriunt: tractum eſt de Ioſeph, cui in carcere poſito, iſta execreuerunt. Quod ia-
Iob 2 cent, aut ſedent, in terra: ſumptum eſt de Iob: qui in ſterquilinio ſedit. in terra etiam co-
Gen. 3 medũt, quaſi ipſo facto dicant: Maledicta eſt terra in opere tuo. Non dicitur eis aue: quia nondum erat mutatum nomen Euæ. Quòd pedes nudant, nuditatem repræſentãt Adæ. Quòd ieiunantes, quòd indigent ornatu gloriæ. Quòd baculis vtuntur, tractum eſt de Iacob qui peregrinans in baculo iordanem
Gen. 32 tranſiuit. ¶ In his etiam omnibus inuitantur ad humilitatem & purgatoriam confeſsionẽ; & tam peccatorum, quàm æternæ pœnæ meditationem: & quòd ſint memores ſuæ pere-
Gen. 3 grinationis. Namq; eijciuntur de Eccleſia, & poſt eos cantatur: in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, hoc ideò fit, vt videntes Eccleſiam pro eis eſſe confuſam, magis ac magis confundantur. in veſtimentis quippe ſordidis & excremento crinium, & barbæ multiplicatio miſeriæ peccatorum inſinuatur, quaſi dicant ipſo facto: iniquitates meæ multipli- Pſal. 68
catæ ſunt ſuper capillos capitis mei. Quòd in Pſal. 21
terra iacent: eis æternam damnationem ad memoriã reducit: quaſi dicant: Domine, perdes omnes, qui in terram deſcenderunt, id eſt, qui dediti ſunt terrenis, niſi reſipiſcant. Quòd de loco ad locum cum baculo vadunt: eis ad memoriam peregrinationem ſuam reducit, qui per peccatum receſſerunt à Deo. in baculo enim intelligitur correctio, conſolatio, &
ſuſtentatio, quaſi dicant: Virga tua & baculus Pſal. 22
tuus ipſa me conſolata ſunt. eſt autem baculus cubitalis: quia in qua menſura menſi fue- Mar. 4
4 rint, remetietur eis. ¶ † Sed quæritur quare hac die pœnitẽtes in Eccleſiam introducuntur? Reſpondeo in quinta feria Deus creauit piſces & volucres, piſces in aquis reliquit: volucres in aëra leuauit, iuxta illud: Magnæ Deus potentiæ: qui ex aquis &c. partim remittis gurgiti, ſcilicet piſces: partim leuas in aëra, ſcilicet volucres. Per piſces intelliguntur cupidi, auari, & luxurioſi: qui in fluxu cupiditatum huius mundi delectantur. Volucres ſunt ſpirituales, qui in ſpiritualem conuerſationem quaſi in aëra leuantur. Pœnitentes igitur in quinta feria in Eccleſiam introducuntur: & quaſi ſegregati à malis & ab huius mundi delitijs, in cœlis animo conuerſantur. ¶ Præterea, in fine quintæ ætatis, quam hæc quinta feria ſignificat, Ioan. bap. pœnitentiã prædicauit: & Dominus noſter venit in mundum, peccata abſoluens: prout in prima
5 huius die oratione dicitur. ¶ †Rurſus in hac die inſtitutum eſt ſacramentũ ſacramentorũ, ſcilicet corporis & ſanguinis Domini, cùm Dominus vetus finiuit teſtamentum, & nouũ inchoans, panem & vinum in corpus & ſanguinem ſuum tranſſubſtantiauit quod eſt ſacramentum miſericordiæ. Quia ergo Chriſtus ſolus de miſericordia crimina tollit, vt præmiſſum eſt, ideò pœnitentes hac die reconciliantur: quia hac die miſericordiæ conſecrauit ſacramentum: & inde eſt, quòd miſſa huius diei ſolenniter cantatur: vt ibi dicetur. Meritò igitur hac die, quæ tota in remiſsionẽ peccatorũ conſecrata eſt: pœnitentes reconciliantur

ciliantur ad percipienda corporis & ſanguinis
Domini ſacramenta. Decuit itaq; hoc ſacra-
mentũ ſacramentorum in fine inſtitui quintę
feriæ adueniente ſexta feria:eò quòd in fine
quintæ ætatis,& in primordio ſextæ,lex finẽ,
6 & euangelium ſumpſit exordium. ¶ † Præ-
tereà , hac die abſoluuntur : quia in ea die
Chriſtus fuit captus & ligatus, quæ ligatio
abſolutionem noſtram operata eſt.Hac etiã
die Chriſtus lauit pedes diſcipulorum ſuorũ:
vt pedes & affectus noſtros lauet,id eſt, ſol-
7 uat à peccatis. †Forma verò reconciliationis
eſt hæc. Exit pontifex ad patentes Eccleſiæ,
vbi iacent pœnitentes proſtrati in terra : &
eos vice Chriſti vocat ad timorem Domini
dicens ter:Venite,ve.ve.filij audite me,timo-
rem Domini docebo vos. Hanc eſſe Chriſti
vocem probat ti. pſalmi xxviij. de quo ſumi-
tur qui talis eſt pſalmus:Dauid cum mutauit
vultum ſuum coram Abimelech.Abimelech
interpretatur patris mei regnum : per quem
Iudæos accipimus : coram quibus verus Da-
uid mutauit vultum ſuum , id eſt,ſacrificandi
ritum:& ferebatur in manibus , quando panẽ
& vinum dedit diſcipulis,dicens:Hoc eſt cor-
pus meum.& hic eſt ſanguis meus:quod qui-
dem hodie factum eſt. Dicens ergo pontifex
vicarius Ieſu Chriſti venite pœnitentes.inui-
tat ad corporis ſanguinísq; cõuiuiũ.Proinde,
pro eis orat,genua flectit,eos admonet:eósq;
reconcilians in Eccleſiam introducit. ¶ Illud
etiam notabile eſt,quòd vndiq; ianuæ Eccle-
ſiæ patent:ad notandum venientes ab auſtro
vel ab aquilone , id eſt iuſtos & peccatores,
quando accedũnt ad miſericordiam,non eſſe
prohibendos, & à paſcha in anteà patebunt,
eò quòd in octaua noſtrę reſurrectionis nul-
lum erit improperium peccatorum electis.
¶ Illud quoq; notabis , quòd pœnitentes in
Eccleſia recepti,crines & barbam, quam nu-
trierant deponunt:& ſe veſtes mundas & cul
tiores depoſitis , pœnitentialibus induunt , à
Gen. 41 Ioſeph capientes exemplum , qui de carcere
ductus tonſus & lotus eſt , & veſtibus deco-
ratus:per hoc quoq; innuitur,quòd deponen-
tes multitudinem peccatorum,induunt veſti-
menta virtutum.

SVMMA.

1 Oleum conſecratur ſexta feria Domini-
cæ in ramis:ídq; tripliciter.
2 Oleum tripliciter conſecratur .et de cu-
iuſq; proprietate.
3 Oleum infirmorum ,quomodo conſecretur.
Et quare.num.5.6.7.8.
4 Oleum chriſmatum.
9 Olei chriſmatis conſecratio.
10 Chriſma ex quibus conficiatur. & qualiter,
quáq; ſolennitate.num.11.12.13.14.15.16.
17.Et quid myſticè ſonet illa celebritas tãto
apparatu . num.18.
19 Oleum benedictum , ſalutatur.Et quoties,&
quorſum.
20 Epiſcopus ter exhalat in ampullam olei be-
nedicti.& cur idipſum.
21 Oleum catechuminorum. Et eius vſus du-
plex.num.22.23.

## *De eadem quinta feria.* CAP. LXXIIII.

1 HAc etiam quinta feria†ſecũdo
loco tripartitum oleum con-
ſecratur : quoniã hodie agnus
Dei ad victimam,ſcilicet veſpe
ram immolabatur:de cuius ſan
guine vterq; poſtis & ſuperliminare domorũ
in quibus erat edendus , liniebatur:vt hoc ſi- Exod. 12
gno viſo exterminator Aegypti *domos* ſacri
conuiuij præteriret intactas:in quo præfigu-
ratum eſt, quòd ſi frontibus noſtris vnctione
chriſmatis quaſi ſanguine Chriſti qui vnctus
interpretatur,ſignum crucis imprimitur:dia-
bolus *in domibus animarum noſtrarum* nul-
lam nocendi habet poteſtatem. Rectè ergo,
qua die illud figuratiuum agebatur, ſignifica
tum ſolẽniter celebratur.¶Sed diceres:Con
ſequens igitur eſſet, vt hac die pueri confir-
mentur, id eſt , in frontibus chriſmate ſacro
ſignentur. Reſpondeo:ſancta Eccleſia illum,
in quo paſſus eſt Dominus, luctui dedicauit:
& ſolennitatis & conuiuij gaudium in diem
tertium,quo reſurrexit Dominus reſeruauit:
*& tunc demum* pro recuperata ſalute anima-
rum,quæ eſt patrata in ſexta feria:& pro fu-
tura corporum reſurrectione , quæ donata
eſt nobis in Eccleſia paſchalis agni conuiuiũ
celebremus dicentes: Paſcha noſtrũ immola 1. Cor. 5
*tus* eſt Chriſtus, *itaq;* epulemur. Sumentes
ergo illud:vnde poſtes noſtrarum frontium
ſignare debemus : rectius ab ipſa ſignifica-
tione vſque ad conuiuium paſchale ceſſa-
mus,vt tunc ſubmerſo Pharaone tranſeuntes
per mare rubrũ ſignãtes domos contra exter
minatorẽ paſchale conuiuium celebremus.
¶Sed diceres,cur itaque in ſabbatum chriſ-
matis



matis conſecratio nõ differtur ? Reſpondeo,
quia ab hac quinta feria vſque ad veſperam
ſabbati,à miſſarũ ſolennijs vacamus : ipſum
autem chriſma non niſi intra miſſarum ſolen
nia fas eſt cõſecrari:ſed ante miſſam baptiſ-
mum conuenit celebrari:prout ſub ſabbato
ſancto dicetur. Vel ideò,in quinta feria con-
ſecratio celebratur : quia Chriſtus in quinta
fuit vnctus ætate:nam in quinta venit , qui in
ſexta ſanguinem cõſecrauit.de cuius vnctio-
Daniel. 9 ne dicit Daniel:Vngatur ſanctus ſanctorum.
Eſaiæ. 11 Et Eſa.Spiritus Domini ſuper me , eò quòd
vnxit me,ad euangelizandũ miſit me.& Da-
Pſal. 44 uid.Vnxit te Deus,Deus tuus oleo lætitiæ,
prę cõſortibus tuis.cuius vnctio extũc cœpit,
cum verbũ caro factum eſt:cũ plenitudo di-
uinitatis in eo corporaliter habitauit:tunc au
tem completa eſt , cùm in baptiſmo ſuper
ipſum ſpiritus ſanctus in ſpecie columbæ de-
ſcendit.Ideóque vnctio,quæ hodie confici-
tur ad vngendum,vſque ad baptiſmũ differ-
tur:vt ſignificemus ſpiritũ ſanctũ,ſuper Do-
minũ in baptiſmo viſibiliter deſcendiſſe:&
nos in baptiſmo ſpiritũ ſanctum accipere.Ex
his itaque patet in veſpera ſabbati ſtatim
poſt baptiſmũ eſſe confirmandum:vt poſteà
celebretur paſchale conuiuium:& quod qui-
buſdam placet,ſaltẽ in paucis eſſe tunc con-
firmationis myſterium inchoandum. Quia
2 † igitur de triplici oleo mentio facta eſt:no
tandum eſt,quòd triplex ſacramẽtum ex ea-
dem ſubſtantia fit olei,ad oſtẽdendum,quòd
licet vnus ſit ſpiritus ſanctus multiformis,
eſt tamen ſecundum dona ſua:vnde Apoſto-
lus.j.Corin.xij.Alij per ſpiritum datur ſermo
ſapientiæ,alij ſermo ſcientiæ , alij fides , alij
gratia ſanitatum &c.Hoc triplici oleo coa-
ptamus quod inde apparebit:ſi olei triplicem
proprietatem attendamus. Olea enim,vt di-
cit Iſido.eſt arbor pacis inſignis,cuius pingue
do valet ad reficiendos artus laſſos & infir-
mos:& eſt pabulum luminis:quòd eſt arbor
pacis,refertur ad oleum chriſmatum : quòd
pabulum eſt luminis,refertur ad oleum cate
chuminorum : quòd artus laſſos & infirmos
reficit:ad oleum infirmorum.Hæc igitur tria
præcedentibus verbis Apoſtolo coaptantur.
Siquidem in multitudine pacis eſſe videtur,
qui dulcedinem internæ ſuauitatis guſtauit:
Pſal. 34 ſicut dicit pſalmus:Guſtate,& videte, quoniã
ſuauis eſt Dominus.Saporem huius dulcedi-
1. Cor. 15 nis ſenſerat ille,qui dicebat:Gratia Dei ſum,
id quod ſum.j.ad Corin. xv.cap.Hæc gratia
eſt donum ſapientiæ,quæ intelligitur per pa
cis oleum.Verùm,quia hunc ſaporem liben-
ter in alium deriuat vir fidelis : idcirco alij
datur ſermo ſcientiæ. Scientia enim eſt do-
ctrina,qua fidelis aliorũ verbo vel ad minus
exemplo inſtruitur:qui per balſamum intelli
gitur:& quia Apoſtolus in hoc laborauit:id-
circo cùm dixiſſet : Gratia Dei ſum id,quod
ſum:ſtatim ſubiunxit:& gratia Dei in me va-
cua non fuit.Hæc duo ſimul coniuncta,ſcili-
cet oleum & balſamum , id eſt, dulcor ſa-
pientiæ:& odor doctrinæ perfectum faciunt
ſeruientem:quæ duo,ſcilicet ſapientia & do-
ctrina, ad oleum chriſmatũ pertinẽt.Ad oleũ
verò catechuminorum pertinet fides , quæ
mentem illuminat,ſicut oleum lumen præ-
ſtat.Fides enim valet ad duo,ſcilicet ad pur-
gamentum & tutamen. purgat præterita vi-
tia:& tutelam præſtat contra futura,ſicut ver
ba conſecrationis huius olei manifeſtè oſten
dunt,quæ inferius exponentur.Ad oleum in-
firmorum pertinet gratia ſanitatum,id eſt,ſa-
nitas corporis & mentis. Valet enim contra
vtriuſque ægritudinem,ſicut ex verbis bene-
dictionis ipſius liquet. ¶Quare autem infir-
mi & catechumini inunguntur:& de vnctio-
nibus,quæ fiunt ex hoc triplici oleo dictum
eſt in prima parte,ſub titulo de vnctionibus.
¶Sequitur † videre de ipſorum oleorũ conſe 3
crationibus.Et primò de oleo infirmorũ : ſe-
cundò,de oleo chriſmato:tertiò de oleo ſan
cto.¶Primò,ergo de oleo infirmorum dicen
dum eſt:nam illud prius eſt conſecratũ,quàm
chriſmatum:& ſanctum.Et eſt ratio , quia il-
lius ſacramentum prius fuit tempore quàm
chriſmati vel ſancti.Nam Dominus diſcipu-
los ſuos docuit infirmos vngere:ſicut in euan
gelio dicitur:Oleo vngebant infirmos & cu-
rabantur:& Iacobus Apoſtolus ait : Infirma-
tur quis &c. Oleum † verò chriſmatum & 4
ſanctum:ſcilicet catechuminorum ab Eccle-
ſia inſtituta ſunt:licet & in veteri teſtamento
aliqua de vtroque habeatur ſimilitudo.Ibi
nãque duplex oleum inuenitur:vnum videli-
cet chriſma,quo vngebantur reges.Præcepit
enim Dominus Moſi,vt conficeret chriſma,
quo vngeret tabernaculum in *dedicatione*
templi,& arcam teſtamenti Aharon,reges,&
ſacerdotes,& filios eius,dicens:Sument aro-
mata prima,& oleum.Inde eſt,quòd vnctio-
ne chriſmatis Eccleſias & calices conſecra-
C 5 mus:

mus : reges etiam & pontifices inungimus.
Moſes tamen oleo materiali non legitur in-
unctus:ſed ſolum ſpirituali ſicut & Chriſtus.
Oleum etiam ſanctum à lege ſumpſit exor-
dium quo reges tantum & ſacerdotes vnge-
bantur.Alij dicunt,quòd oleum infirmorum
Apoſtoli inſtituerunt : qui cum illo ægrotos
vngebant.Oleum verò chriſmatum & cate-
chuminorum apoſtolici viri conſtituerunt:&
ideò conſideratio olei infirmorum prior eſt
tempore,quàm chriſmati:& etiã , quàm olei
ſancti:quia prior & maior & venerabilior eſt
doctrina Apoſtolorum , quàm Papæ. Huius
autem olei conſecratio non habet tale prin-
cipium,quale alia habent:quia non dicitur in
eo:Dominus vobiſcum:nec oremus:nec Sur-
ſum corda,nec aliquid huiuſmodi:nec etiam
talem habet finem,qualem in alijs conſecra
tionibus dicimus:vt infrà dicetur,ſcilicet:Per
Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c.vel
per eum,qui venturus eſt iudicare viuos &
mortuos:ſed ſic clauditur.In nomine Domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti.Et eſt ratio:quia bene-
dictio ipſius olei ſancti,non eſt officium per
ſe:ſed eſt emboliſmus præcedentis officij:
quod apparet : quia cùm ponatur ante illud
verbum canonis.Per quem hæc omnia Do-
mine bona ſemper creas:ſtatim benedictio-
ne ipſa finita ſubiungitur . Per quem hæc
omnia &c.Et ſic eſt ἐμβόλισμος,id eſt, adie-
ctio præcedentis officij,ſcilicet illius oratio-
nis.Nobis quoq; peccatoribus:vbi pro pœni
tentibus oratur. Eſt enim duplex emboliſ-
mus prout dictum eſt in quarta parte,ſub ti-
tulo de ſilentio poſt orationem dominicam.
5 ¶Sed quare † conſecratio huius olei canoni
adijcitur?reſpondeo.¶ Primò ibi rationabili-
ter oleum morientium conficitur : vbi mors
Domini conſummatur:vt ſicut mors Domi-
ni deſtruxit mortis authorem:ſic gratia, quæ
per vnctionem morienti confertur , deſtruat
peccata quæ ſunt cauſa mortis. ¶Secundò,
duo ſunt,de quibus in hoc officio agitur,ſci-
licet immolatio Chriſti:& immolatio Eccle-
ſiæ:immolatio Chriſti fuit in cruce:immola-
tio Eccleſiæ fit cum peccatum moritur. De
immolatione Chriſti fit mentio in introitu.
Nos autem gloriari:& ſpecialiter in canone.
de immolatione Eccleſiæ fit mentio in epi-
ſtola, vbi dicitur : Si nosſmetipſos iudicare-
mus , non itaque iudicaremur. Sunt etiam &
alia duo,ſcilicet infirmitas & medicina. infir-
mitas ex peccatis ſæpe prouenit:medicina de
gratia Dei. De infirmitatibus ait Paulus in
epiſtola:Qui indignè manducat,& bibit cor- 1.Cor.2
pus & ſanguinem Domini,iudicium ſibi man
ducat & bibit,non dijudicans corpus Domi-
ni.Idcirco inter vos multi infirmi & imbecil
les & dormiunt multi.De medicina dicit Ia-
cobus:Infirmatur quis in vobis,inducat preſ- Iaco.5
byteros Eccleſiæ,& orent ſuper eum,vngen
tes eum oleo in nomine Domini : & oratio
fidei ſaluabit infirmum : & alleuiabit eum
Dominus,& ſi in peccatis ſit , dimittuntur ei.
Si igitur propterea infirmantur quia mandu-
cant corpus Domini indignè:& gratia ſpiri-
tus ſancti,quam ſignificat hæc vnctio,eos ſal
6 uat:meritò † conſecrationi corporis Domini
adijcitur conſecratio huius olei. Per paſsio-
nem enim Domini,cuius commemoratio fit
in conſecratione corporis,proſtratus eſt dia-
bolus:& gratia ſpiritus ſancti , cuius ſignum
eſt vnctio diaboli arma,id eſt,peccata quoti-
7 diana tolluntur. ¶ †Tertiò ideò conſecratio
olei infirmorum conſecrationi corporis Chri
ſti adiungitur : quia nouiſsima oratio conſe-
crationis corporis Chriſti ex voto pœniten-
tium fit.congruè igitur ſub ea conſecratur
oleum pro pœnitentibus,vbi eorum ſacrifi-
cia Domino offeruntur. ¶Cōſequenter atten
damus aliqua verba cōſecrationis huius olei
infirmorum:dicitur enim ibi ſic:Emitte ſpiri-
tnm tuum paracletum in hanc pinguedinem
olei.Nempe non ſine cauſa ponitur ibi para-
cletum,quod patebit,ſi triplicis olei effica-
ciam attendamus. Oleum ſanctum præcipit:
ſiue in exorciſmo olei ſancti : videlicet cate-
chuminorum,præcipitur diabolo:vt recedat
à catechumino , qui adhuc reputatur mor-
tuus,quouſque nō eſt baptizatus:oleũ chriſ-
mate iam viuentes ſanctificat : oleum infir-
morum iam ſauciatis medelam præſtat:quia
verò ægritudinem ſequitur dolor : vnde in
eadem conſecratione olei infirmorum,dici-
tur ad euacuandum omnes dolores,& omnẽ
ægritudinem,ſequitur quòd dolorũ eſt con-
ſolatio : ideò rectè ponitur ibi : Paracletum,
quod interpretatur conſolator. In mortuo
autem,qui dolorem non ſentit,non ſequitur
conſolatio : ſed nec ſanus , nec ſanctificatus:
quia in eo non eſt infirmitas , ex qua dolor
8 non indiget conſolatione.¶ † Circa oblatio-
nem



nem eiuſdem olei infirmorum notandum
eſt,quòd in ordinario ita ſcribitur. Offeratur
pontifici oleum quod offerunt populi ante
quàm dicatur.Per quem hæc omnia ſemper
Domine bona creas. Nempe hoc in Exod.
xxvij.cap.præfiguratum eſt,vbi dicitur Moſi,
quòd accipiat à populo oleum oliuarum pu-
riſsimum. Oleum ſiquidem cum offertur à
populo,tantum liquor eſt:ſed per benedictio
nem,fit ſacramentum . Myſticè autem hæc
oblatio ſiue adminiſtratio,ſignificat quòd po
pulus debet clero temporalia miniſtrare:ſpi-
1.Cor.9 ritualia miniſtranti ei : vnde Apoſtolus:Si ſe-
minauimus vobis ſpiritualia, non eſt magnũ
ſi veſtra carnalia metamus.Conſecrat autem
oleum Epiſcopus cum omnibus ſacerdotibus
ei adſtantibus : quia hoc ſacramentum fuit à
Chriſti diſcipulis inſtitutum , vel tractum eſt
ab antiqua conſuetudine , qua conſueuerat
Eccleſia primitiua ſimul cum pontifice ver-
bis & manibus corpus Chriſti cōficere:fortè
ad teſtimonium,prout hodie in miſſa de ordi
nibus,cum ordinatore faciunt ordinari.Nam
& ſummus pontifex quoties diuina celebrat,
ſacerdotes ei adſtãtes verbis & manibus cum
eo cōſecrant:& quia vt iam dictum eſt,huius
olei conſecratio eſt ἐμβόλισμος canonis:id-
circo eam totam ſicut & canonem ſacerdo-
tes cum eo dicunt,inde perficit officium Epi
ſcopus vſque ad illum locum : Pax Domini
ſit ſemper vobiſcum : & clerus reſpondet:
Et cum ſpiritu tuo.& tunc tacet:& ſolus Epi-
9 ſcopus communicat. ¶†Secundò videndum
reſtat de oleo chriſmatis.Fabianus enim Pa-
pa ſtatuit hac die ſingulis annis debere confi
ci chriſma : quia nouum eſt ſacramentum,&
ideò ſemper eſt innouandum , & vetus con-
cremandum. Ita enim ab Apoſtolis eorum
ſucceſſoribus accepit à cunctiſque tenenda
10 mandauit.¶Circa † quod ſciendum eſt,quòd
chriſma conficitur ex balſamo & oleo pro-
pter myſticam rationem : quoniam per o-
leum nitor conſcientiæ deſignatur iuxta
Matt.25 illud Euangelij : Prudentes virgines acce-
perunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus
&c.Per balſamum verò exprimitur odor fa-
Eccle.24 mæ.per quod in libro ſapientiæ dicitur:Sicut
balſamus aromatizans dedi odorem. ¶Oleo
ergo,quod lucet , additur balſamus , qui re-
dolet:quia fide operante per dilectionem,
lucere , & bona fama redolere ad hono-
rem Dei:& ad vtilitatem proximi debemus.
Odor enim balſami in oleo , bonam opera-
tionem longè latéque diffuſam gratia ſpiri-
tus ſancti cooperante demonſtrat.¶Secundò
11 additur † oleo balſamum:ad ſignificandum,
quòd in vultu Chriſti reſplenduit cœleſtis
nitor , & gratia excellentius , quàm in alijs,
Nam vt Hierony.ait. Virgo de virgine na-
tus,qui non ex voluptate carnis,neque ex vo
luntate viri : ſed ex voluntate Dei natus eſt.
niſi habuiſſet in vultu oculíſque quoddam
deſiderium:nunquam eum ſtatim cum ingen
ti deſiderio ſecuti fuiſſent Apoſtoli : nec qui
venerant ad eum comprehendendum , cor-
ruiſſent.Iſte nitor operante Dei gratia,vùl-
tus electorum exhilarat , vt Dominum cum
magna dilectione imitentur.Vnde in præfa-
tione,quæ cantatur in cōſecratione chriſma-
tis,dicitur:Dauid prophetico ſpiritu gratiæ
tuæ ſacramenta prænoſcens , vultus noſtros
in oleo exhilarandos eſſe cantauit : & paulò
poſt:Huius olei vnctio vultus noſtros iucun
dos efficit,ac ſerenos.Vultus noſtri ſunt ope
rum noſtrorum manifeſtatio.¶Tertiò, quo-
12 que † balſamus oleo additur , vt omnes qui
ex eo vncti fuerint operante gratia ſpiritus
ſancti conuerſioni doctrinam iungere nitàn-
tur.Et hæc duo,ſcilicet,vita & doctrina,ſunt
connexa in ſeptem donis ſpiritus ſancti:pro-
pter quod chriſmalis vnctio fit.nam ſapien-
tia , ad vitam:intellectus,ad doctrinam:con-
ſilium , etiam ad doctrinam : fortitudo , ad
vitam : ſcientia,ad doctrinam : pietas,ad vi-
tam : & timor ad vitam refertur . Doctrina
autem per balſamum intelligitur , vt præ-
miſſum eſt. χρῖσμα dicitur vnctio latinè:
quæ etiam Domino nomen accommodauit.
Nam Chriſtus à chriſmate dicitur vnctus,
prout dictum eſt in procemio ſecundæ par-
13 tis.Cōſecratur † autem chriſma in eo loco,
vbi conſueuimus dare pacem:ſicut & oleum
ſanctum , & hæc ideò , vt pax & concordia
per vnctionem chriſmatis regnet in nobis.
Chriſmate enim vngimur , vt donis ſpiri-
tus ſancti repleti Deo & hominibus paci-
ficemur : quia in maliuolam animam non
introibit ſapientia. Habet quidem chriſma
officium per ſe quod inchoatur à *Surſùm*
corda : & finitur , Per Chriſtum Dominum
noſtrum.qui viuit & regnat . pertinet enim
ad eos , qui ſurrexerunt & viuunt cum
Chriſto.

14 Chriſto.¶ † Sanè poſtquam ſolus pontifex communicauit, vt præmiſſum eſt, ipſe vadit ſedere ſuper ſedem ſuam, & tunc duodecim presbyteri parati duodecim Apoſtolos ſignificantes, & alij clerici diſcipulos ſignificantes deſcendunt in ſacrarium ad apportandum ſolenniter tam oleum chriſmale, quàm ſanctum ſiue catechuminorum hoc
15 modo. Præcedunt † nãque duo luminaria, & ſequũtur duæ cruces: & in earum medio vnus acolythus ferens ampullã, cum oleo futuro chriſmali: ſubſequuntur duo turibula, & in eorũ medio alter acolythus ferens aliã ampullam cum oleo futuro ſancto: ſubſequenter diaconus librum euangelij ferens: deinde dicti presbyteri, & alij clerici bini ſequuntur, quouſque peruenitur ad gradus ante altare. Nempe duo luminaria ſunt lex, & prophetæ, quæ nobis ſaluatorem prænuntiauerunt. duæ cruces ſunt duo martyria ſine ſanguine, ſcilicet mortificatio corporis proprij, quæ eſt crux à ſiniſtris: & compaſsio proximi, quæ eſt crux à dextris. Inter has fertur oleum futurũ chriſmale, quo inunguntur pugnatores, qui debent eſſe parati ad martyrium: & ſemper duplici martyrio debent ſe affligere. Crucẽ à ſiniſtris habebat ille qui dicebat. j. ad Corin. ix. Caſtigo corpus meum: & in ſeruitutem redigo. Crucem à dextris habebat idem, qui dicebat. ij. Corin. xj. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non
16 vror? Duo enim turibula † ſunt duplex genus orationis, ſcilicet oratio pro remouendis malis: & oratio pro adipiſcendis bonis. Hæc
Pſal. 54 duo notat Pſalmiſta, cum dicit: Exaudi Deus orationem meam, ſcilicet quæ eſt pro adipiſcendis bonis: & ne deſpexeris deprecationẽ meam: ſcilicet quæ eſt pro remouendis malis. Inter duo turibula fertur oleum futurorũ catechuminorum: quia pro catechuminis eſt orandum: & eos orare oportet, vt ad robur, quod per oleum chriſmale ſignificatur valeant peruenire. Inde euangelium ſequitur: quia in eo totius boni noſtri eſt conſummatio presbyteri, & alij bini ſequuntur: quaſi dicant ſponſæ, Cantic. j. Trahe me poſt te: & occurremus in odorem vnguentorum tuorũ. Poteſt etiam dici, quòd ampulla cum oleo futuro catechuminorum humanitatem Chriſti ſignificat plenam ſpiritu ſancto. Duo luminaria, duæ cruces, duo turibula, ſunt lex & prophetæ, quæ prædixerũt Chriſtum & Dominum eſſe venturum. Sequens verò euangelium affirmat, quod lex & prophetæ prædixerunt: presbyteri & clerici bini & bini ſunt teſtes chriſmalis myſterij. Hi ſunt Apoſtoli bini ad prædicationis officium deſtinati, cooperatores & teſtes Chriſti. Cantus iſtorum, ſcilicet: O redemptor: prædicationem & orationem ſignificat Apoſtolorum. Ampulla quoque in ſingulos ordines ad altare defertur: per quod innuitur, quòd Dominus in corpore ſuo ante paſsionem officia ſeptem
17 ordinum adimpleuit. ¶ † Præmiſimus de ductione olei chriſmalis & ſancti, ſiue catechuminorum de ſacrario, vſque ad ſanctuarium: nunc dicamus de eadem vſque ad Epiſcopũ. Poſtquam enim quàm dicta proceſsio venit ad ſanctuariũ: nec tunc ante altare ad orientem ordinare ſe diſponunt, oſtiarij, lectores, & exorciſtæ, & acolythi: ita vt ſextum locum obtineat ſubdiaconus, qui illa die legit epiſtolam: & poſt omnes eſt acolythus cum ampulla: ita quòd omnes ſunt ſub vmbraculo, ſub quo ampulla delata eſt à ſacrario: quę defertur de vno ad alterum, per quandam connexionem ſindonis albæ: qua ex parte velata eſt ampulla, quouſque perueniat ad Epiſcopum: ita vt à medio ſurſum videri poſsit. Nempe in connexione ſindonis, connexio intelligitur charitatis. Ampulla Chriſtus eſt: vel ampulla cum chriſmate, corpus Domini ex virgine Maria aſſumptum cum diuinitate, ſcilicet Chriſtum viuum eſſe ſignificat: præmiſſum ordinem quædam Eccleſiæ ſeruant. Eſt & alius ordo quem & aliæ ſeruant: nam fertur ampulla cooperta ſindone alba, in ſiniſtro brachio: portantem ampullam præcedit lumen, & antecedunt duo ſacerdotes, vnus cum turibulo, alius cum cruce: & in medio eorũ diaconus cum libro euangelij: & ſu
18 per capita eorum fertur vmbraculum ſeu pallium: & duo antecedunt cantãdo. In † quo facto repræſentatur proceſsio, quam fecerunt filij Iſraël tendentes per deſertum ad terram promiſsionis: quoniam ſindon, eſt arca, ampulla vrna, lumen præcedens ampullam, columna ignis, quæ præcedebat populum, ſacerdos cum turibulo: Aharon, cum turibulo. Nume. xvij. cap. ſacerdos cum cruce, Ioſue cum ſceptro, diaconus cum libro euangelij, Moſes cum libro legis. Vmbraculum, eſt tabernaculum vel nubes lucidiſſima, quæ filios Iſraël obumbrauit, qui cantantes.



cantantes præcedunt: lætitiam eorũ ſignificant, qui ad terram promiſsionis tranſierunt. Vel duo cãtores, ſunt prædicatores: duo præ
1. Cor. 10 cepta charitatis annũtiãtes. Hæc autẽ omnia in figura contingebant illis. In hoc etiã facto repræſentatur proceſsio Chriſti & Eccleſiæ tendentes de hoc mundo ad patriã. Nempe ampulla eſt Chriſtus: ſyndon alba, eſt ſancta conuerſatio eius. In ſiniſtro brachio tenetur: quia hæc omnia in hac vita, quæ per ſiniſtrã ſignificatur, acta ſunt: vel quia cõuerſatus eſt in vita præſenti: lumen præcedens, eſt Ioãnes, qui fuit lucerna ardens: diaconus in medio duorũ ſacerdotũ, eſt Chriſtus in medio Moſi & Heliæ: duo præcedentes cum lumine, ſunt diſcipuli, quos binos miſit ante faciem ſuam. Ampulla fertur cooperta vſque ad altare: & tunc diſcooperitur: quia quaſi Chriſtus coopertus fuit vſque ad paſsionem: nam penè ab omnibus eius conuerſatio ſancta dicebatur. Sed in paſsione fuit nudus, hominum reputatione: quia qui paucis diebus antè dixe-
Mat. 34 rant: Benedictus, qui venit in nomine Domini: clamauerũt, crucifige, crucifige eum. Quidam tamen prius, quàm ad altare perueniant, ampullam mediã cooperiunt, & mediam nudam ad altare producunt: quia Chriſtus ante paſsionem modò latuit, vt confugit in Aegyptum: & cum inter cognatos quærebatur: & cum parentibus ſubijciebatur: modò ſe palã exhibuit: vt cum prædicauit vltra hominem,
Ioan. 10 dicens: Ego & pater, vnum ſumus: & cum miracula fecit, in quibus virtutẽ ſuæ diuinitatis
19 oſtendit. Ampulla † ſtatim poſtquã benedicta fuit ex parte cooperta, & ex parte diſcooperta, vt allata fuerat ſalutatur ab Epiſcopo & presbyteris: quia Chriſtus poſtquã trãſiuit ad altare crucis, id eſt, ad immolationem, & ſe Deo patri ſicut ampulla ad conſecrationẽ Epiſcopi aliqua parte corpus ſuum nudum mõſtrauit, vt Thomæ & alijs diſcipulis, quos voluit eſſe teſtes ſuæ reſurrectionis: alijs verò inuiſibilis fuit. Vel ideò pro parte nuda, & pro parte diſcooperta ſalutatur: quia Chriſtus in humanitate manifeſtus, & in diuinitate occultus ab omnibus veneratur. Salutãtur autẽ ampullæ quinquies ab Epiſcopo, vt de quinque vulneribus gratiarum actio Chriſto reddatur. Poſtquã autẽ ampulla ſalutata eſt à miniſtris altaris, cooperitur vt à nemine nuda videatur, & cooperta, iterũ ſalutatur: quia Chriſtus poſtquã ſalutauit & manifeſtauit ſe diſcipulis ſuis, quos voluit ſuos, ſuæque reſurrectionis eſſe teſtes, aſcendit in cœlum & inuiſibilis factus eſt hominibus. Sed quãuis eius præſentiam corporalem nõ videamus: tamen venerando eum quotidie ſalutamus: quia diſcipuli eum aſcendentẽ in cœlum adorauerunt. Matt. 28
Tandem ampulla in ſacrariũ defertur: vt Chriſtus in cœlum, quẽ veneramur per fidem, donec perueniamus ad ipſum, ideò ſydon munda, eſt eius caro, vel cõuerſatio im-
20 maculata. ¶ † Sanè Epiſcopus ter halat in ampullam. ¶ Primò, quia ſicut halitus ab interioribus & ſecretis procedit ad publicũ: & vocatur ſpiritus: ſic Epiſcopus per ſpiritum ſuum demonſtrat ſpiritum ſanctum à patre & filio procedentem, in corpore Domini habitare. Ampulla enim cum chriſmate, corpus ſignificat cum diuinitate: ampulla verò cum oleo, humanitatẽ plenam ſpiritu ſancto deſignat. ¶ Secundò etiam halat: quia legitur in euangelio, quòd Dominus inſufflauit in diſcipulos dicens: Accipite ſpiritũ ſanctũ &c. Hic igitur halitus, illam inſufflationẽ ſignificat. Ideò autem ter halat, quia tres perſonæ ſunt, & nunquam ſpiritus ſanctus eſt ſine patre & filio, à quibus procedit: & à ſeipſo venit. Datur autẽ ſpiritus ſanctus officio ſacerdotũ: ſed nõ datur ab alijs: ſic enim adeſt virtus ſpiritus ſancti per inſufflationem à ſacerdote factam, in honore & ſanctificatione ipſius ſpiritus ſancti: ſicuti per verba, quæ dicuntur in nomine ſuo. His peractis cantatur agnus Dei & com-
21 munio. ¶ Tertio † loco circa oleũ ſanctum ſeu catechuminorũ, de cuius deductione præmiſſum eſt, ſciendum, quòd hæc olei benedictio propriũ habet officium. Nam poſt eius exorciſmum, quem epiſcopus lenta voce dicit: quaſi præfationem inchoat, dicens: Dominus vobiſcum. Surſum corda: & finitur: Per eundem Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum qui tecum viuit &c. & in eo loco cõſecratur, vbi dicitur: Pax Domini &c. Hoc enim eſt corpus gratiæ Dei, vt pacem & cõcordiã inter nos habeamus: & per vnctionẽ pax habeatur. Olea nempè, vt dictũ eſt, eſt arbor pacis inſignis: quod præfiguratũ eſt in veteri teſtamẽto: ſicut verba huius cõſecrationis habẽt, quæ ſunt hæc: Et cùm mũdi crimina diluuio expiarẽtur effuſo, ſimilitudinẽ futuri muneris demonſtrãs per ramũ virentis oliuæ pacẽ
22 in terra redditã nuntiauit. ¶ Valet † etiã huius olei vnctio ad duo, ſcilicet ad purgationẽ & tutelam.

tutelam:¶ Ad purgationem,vt ſi quæ cate-
chumino poſtquã venit in ſcrutiniũ, adhæſe-
re maculæ,recedant ad tutelam:vt diabolus
expulſus redire non audeat : verba orationis
hoc demonſtrant,dicendo:Si qua illius aduer
ſantium ſpiritũ tuum adhæſerũt maculæ,re-
cedant ad tactum huius ſanctificati olei.Hæc
23 de purgatione.¶ †De tutela ſequitur:Nullis
ſpiritualibus nequitijs locus:nulla refugis vir
tutibus facultas:nulla inſidiantibus malis la-
tendi licentia relinquatur.Quia verò diabo-
lum ſe damnandum maximè in futuro iudi-
cio nouit:& inde tremit, idcirco exorciſmus
terminatur:Per eundem Dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum,qui venturus eſt iudicare vi-
uos & mortuos,& ſeculum per ignem.Exor-
ciſmus enim eſt adiuratio.Nam in ea adiura
tur diabolus vt recedat.Item quia hoc oleo
perfuſi & baptizati ſpem regni habẽt idcirco
oratio terminatur:Per eundem Dñm noſtrũ.

ADNOTATIO.

*CHRISMATE. *Chriſma fit ex oleo & balſamo,idq; myſtica ratione, ut Innocẽt. docet,c.1. de ſacra unctione. Ab alio uerò nõ conficitur, quàm ab Epiſcopo,ut teſtatur Leo papa,epiſt.86.ca.37. Quod cõfirmarũt Bracarenſe concilium,c.3. Carthaginenſe Secundum, cap.2. Carthaginenſe Tertium,cap.36. Vnde chriſma ab Epiſcopo confectum,ſingulis annis certis temporibus more eccleſiaſtico cõmunicatur, ut ſacris canonibus eſt cautum: maximè iuxta ſanctiones concilij Antiſiodorenſis, cap.6. item Tholetani Primi,ca.20.N.D.*

SVMMA.

1 Miſſa quintæ feriæ dominicæ in ramis.& eius officium.nume.3.7.14.
2 Gloria in excelſis non cantatur quinta feria dominicæ in ramis,niſi Epiſcopo præſente.
3 Chriſtus lauit pedes Apoſtolorum,tribus potiſsimùm de cauſis.& nu.5.
5 Lotio pedum, an ſit mandatum potiùs, quàm conſilium.
8 Symbolum Apoſtolorum,cur non dicatur in Miſſa quintæ feriæ, dominicæ in ramis.
9 Innocentius Papa ſtatuit corpus Chriſti ſub ſpecie panis reſeruari,in quinta feria dominicæ in ramis. Et cur itidem ſanguinem. numè.10.
11 Vinum,die paraſceues ſumptum cum Dominico corpore ſeruato à quinta feria,an conſecretur,& ſanguis Chriſti efficiatur per immiſsionem ipſius corporis in calicem, & per eius tactum.
12 Conſecratio,& ſanctificatio,quid differant.
13 Papæ ritus celebrandi quinta feria dominicæ in ramis.

## *De officio miſſæ ipſius quintæ feriæ.* CAP. LXXV.

TErtiò ſeriatim miſſæ huius diei
1 officiũ proſequamur. ¶ † Sanè
in perſona pœnitentiũ cantat
Eccleſia in principio miſſæ:
Nos autem gloriari oportet.
Tales enim debent & poſſunt gloriari in cru
ce,qui pœnitentiam perfectè egerũt.& quo-
niam in hac die inſtitutum eſt ſacramentum
ſacramentorũ,vt præmiſſum eſt: ideò ad ſo-
lennitatem noui ſacrificij: & propter gaudiũ
recõciliationis pœnitentiũ cantat Eccleſia in
miſſa cantica lætitiæ præter allelu Ia:& miſ-
ſa ſolennis dicitur in contentu & ornatu mi-
niſtrorũ:ſicut in feſto natalis Chriſti. Nam
hoc feſtum omnia alia excellit, excepto fe-
ſto trinitatis:& videtur quodammodo Eccle-
ſia ſibi cõtraria: cum in alijs huius diei horis
cantica lætitiæ reticeat: & ea ſub breuitate
& quaſi flebiliter dicat.Sed nõ eſt contrarie-
tas: quia alia eſt cauſa lætitiæ: alia eſt triſti-
tiæ.Propter memoriã enim paſsionis,eſt tri-
ſtitia:propter inſtitutionem verò ſacramenti
ſacramentorũ,eſt gaudiũ:& ideò ex inſtitutio
2 ne Bonifacij Papæ cantat Eccleſia:Gloria † in
excelſis Deo:quia gaudent angeli de cõuer-
ſione pœnitentiũ: & hoc in Eccleſijs in qui-
bus chriſma conficitur,& non in alijs: prout
quidam dicunt,Vbi enim Epiſcopus præſens
nõ eſt:nec Gloria in excelſis dicitur:nec aliæ
ſolennitates ſeruantur, vt dicunt: quãuis &
tũc neque flectamus genua:nec oratio ſuper
3 populũ dicatur.¶ Epiſtola verò:† Cõuenienti
bus &c.quę eſt prima Corin.xj.eſt de modo
ſumendi cœnã Domini. ¶ Reſponſoriũ eſt de
crucis ſiue de Chriſti per crucem exaltatio- Philip.2.
ne.Chriſtus factus eſt obediens,vſq; ad mor-
tem:& eſt ſexti toni:propter obedientiæ per-
fectionem:



fectionẽ:quoniã ſenarius numerus perfectus
eſt.¶ Euangelim eſt:Ante diem.Ioan.xiij.cap.
vbi ſequitur:Cùm dilexiſſet ſuos Ieſus,in fi-
nem dilexit eos:& eſt de dilectione & humi-
litate: quia illud ſacramentũ eſt dilectionis
& humilitatis.Agitur etiã ibi de lotione pe-
dum:quia Dominus pręcinxit ſe linteo,id eſt,
humanitate puriſsima: immittens aquam in
peluim,id eſt,gratiã in corde:& lauit pedes,
id eſt,affectus.Venit autem ad Simonem Pe
trum:qui recuſauit ex humilitate tantũ.ter-
tia tamen vice obediuit:& oportuit eum obe
dire,vt haberet partẽ cum eo: vnde vocatur
Simon Petrus, propter obedientiam.¶ Tres
4 † ergo ſunt cauſæ,quare Dominus voluit la-
uare pedes diſcipulorũ.Primò propter ſignũ
dilectionis.¶ Secundò,in exemplum humili-
tatis.¶ Tertiò,ratione myſterij:quia lotio pe
dum deſignat lotionẽ affectuũ. Puluis enim
adhæſerat pedibus Apoſtolorũ,id eſt,elatio
inanis gloriæ quãdo dixerant:Domine in no
mine tuo eijcimus dæmonia.& quando con-
uertebantur plures.vel triſtitia, quando non
conuertebantur homines ad voluntatẽ ſuam.
Et ideò oportuit lauare huiuſmodi affectio-
nes in illo die,vt ſic eſſent mundi toti.Nam
prima die ieiunij dixit Dominus: Tu autem,
cum ieiunas,faciem tuam,id eſt,animam vel
rationem tuam laua,id eſt,à peccato morta-
li munda. Cùm igitur à principio lauamus
nos à peccato mortali,à puluere,id eſt,à ve-
nialibus,debemus abſtergi.hoc autẽ fit,vt di
gnè poſsimus accipere corpus Chriſti: quod
fit peracta perfecta pœnitentia:& ideò fiunt
pœnitentiũ abſolutiones in hac die, vt præ-
miſſum eſt.Pedum quoque lotio, ſignificat
lotionem Mariæ, quando lauit lacrymis pe-
Lucæ 7 des Domini:ideò cãtatur antiphona illa:Mu-
5 lier quæ erat in ciuitate peccatrix. ¶ † Rurſus
lotio pedum,ſignum eſt remiſsionis peccato
rum. In baptiſmo nãque vnuſquiſque totus
abluitur:ſed cùm in rebus humanis poſteà vi
uitur,vtique terra calcatur.Ipſi enim humani
affectus,ſine quibus in hac vita mortali non
viuitur,quaſi pedes ſunt. Qui ergo non indi-
get,niſi vt pedes lauet:oſtendit omnia pecca
ta ſibi eſſe dimiſſa,ſine quibus hæc vita non
ducitur.Pedes ergo qui ſunt vltima pars cor-
8 poris lauantur,ad notãdum quòd Iudæi aqua
baptiſmatis in vltimo tempore mundabũtur:
vnde & reliquiæ Iſraël ſaluabũtur. Quare au
tem fiat hæc lotio,iſta die,ſuprà dictum eſt.

6 ¶ † Et eſt notandum,quòd ex omnibus man-
datis Dei iſtud ſolum dicitur antonomaticè
mandatũ:quoniam maiori exhibitione offi-
cij hoc obſeruari præcepit, cùm diſcipulis
ſuis pedes lauit,dicens: Si ego laui vobis pe-
des Dominus & magiſter:& vos inuicem de-
betis alter alterius pedes lauare. Et etiã cùm
interdicto ait Petro:Si non lauero tibi pedes
&c.Mandatum etiam illud, de quo dictum
eſt in proximo ſabbato, quod fit à prælatis,
repræſentat illud,quod Chriſtus fecit.Et at-
tende,quòd ad antiphonas,quæ dicũtur,dum
fit mandatũ, non dicitur niſi vnus verſus,de
vno pſalmo:quia alij eiuſdem pſalmi non ita
cõueniunt cum antiphonis:vel cum his,quæ
in ipſo mandato fiunt.In offertorio oſtẽdun
tur præmiſſa duo ſimul,videlicet quòd debe
mus à mortalibus & venialibus abſtergi,di-
cendo:Dextra Domini fecit virtutem,abluen Pſal.118
do à mortalibus. Dextra Domini exaltauit
me abluendo à venialibus. ¶ Poſtcommunio:
7 † Et Dominus Ieſus poſtquam cœnauit.Ioã.
xiiij.cap.oſtenditur humilitas: & eſt ſecundi
toni:propter ſecundam lotionem à veniali-
bus.¶ Breuiter autẽ notãdum eſt,quòd huius
miſſæ officium,noſtræ redemptionis cõtinet
ſummam & myſteriũ.Nam in euangelio le-
gitur de pedum lotione:in epiſtola de corpo
re Chriſti & ſanguine:in introitu de cruce:in
graduali de morte:in offerenda de reſurre-
ctione.Nam hæc omnia ſecundum myſticũ
ſenſum ex euangelio,quod eſt caput officij,
pendent.Chriſtus quidem,cum diſcipulis cœ-
nans,ſurrexit à cœna:veſtimẽta depoſuit:lin-
teo ſe præcinxit: aquam in peluim miſit:&
intercœnandum pedes eorũ lauit:& ipſos la-
uare docuit:& poſt lotionem iterũ recubuit.
Nempe Chriſtũ à cœna ſurgere,eſt ab accu-
bitu patris venire: veſtimenta deponere,ſe
exinanire:linteum præcingere,formam ſerui
accipere: aquam in peluim mittere, ſangui-
nem ſuum effundere: pedes lauare, peccata
remittere: linteo extergere: paſsionis fide
mundare:veſtimenta reſumere, & à mortuis
reſurgere:& veſtem glorioſæ carnis induere:
recumbere,& aſcendere:& in dextra Dei ſe-
dere.ad hoc pertinent officia. Diſcipulos
docere,eſt eis ſpiritum ſanctum mittere.Ve-
8 runtamen † quia nondum perfectè crede-
bant, ideò non dicitur, credo. Ecce breui-
ter ſumma redemptionis humanæ, quæ fuit
omnibus ſufficiens: ſed non efficiens. Vnde
agitur

agitur in oratione : Deus,à quo & Iudas:de
duobus generibus pœnitentiũ:vno proficien
tium:vt latronis cõfitentis,qui audire meruit:
Luc. 23 Hodie mecũ eris in paradyſo:& alio nõ pro-
ficientium : vt latronis cõtemnentis:& Iudæ
proditoris,qui laqueo ſe ſuſpendit. ¶Innocen
9 tius † Papa ſtatuit hac die corpus Chriſti ſub
ſpecie panis reſeruari : vt infirmi & religioſi,
quibus eſt neceſsitas communicandi,habeant
ipſum:& propter officiũ adimplendũ:nam in
duobus diebus ſequentibus nõ cõficitur cor-
pus Chriſti. Sanguis verò non ſeruatur ſub
10 ſpecie vini,propter multa.¶Primò,quia†vinũ
quod liquidum eſt,de facili poſſet ex negli-
gentia ſpargi.¶Secũdò , quia per calicem,qui
hac die ſumitur , finis veteris legis intelligi-
tur.vnde ſecundum Lucam,per calicem diſci
pulis,& nõ alijs eadem die datum Dominus
diſcipulos deſignauit. ¶Tertiò , quia corpus
quod ſeruatur,nõ eſt ſine ſanguine. ¶Quar-
tò,quia per hoc quòd ſanguis non ſeruatur,
oſtenditur quòd vetus ſacrificiũ debet ceſſa-
re.Panis nãque nouũ, Vinũ verò vetus deſi-
gnat teſtamentũ. Ad quod oſtendendũ Do-
Ioan. 19 minus,cum bibiſſet,inquit:Conſummatũ eſt.
Ergo calix ſumitur,& panis ſeruatur,eò quòd
lex finem,& euangeliũ habet initiũ. ¶Quin-
Matt. 26 tò,quia Chriſtus dixit in cœna Domini:Amẽ
dico vobis,nõ bibam amodo de hoc genimi-
ne vitis,donec bibam illud in regno patris
mei.Non autem dixit de corpore ſeu de eſu.
Imò inuenitur,quòd poſteà comedit partem
piſcis aſsi & fauum mellis : ſed nõ inuenitur,
11 quòd poſteà biberit.¶Sed † nunquid vinum,
quod in die paraſceues cum dominico corpo
re ſeruato ſumitur in altari cõſecratur,& ſan
guis Chriſti efficitur per immiſsionem ipſius
corporis in calicem,& per eius tactum?Super
hoc dicunt quidam,quòd per dominicã ora-
tionem,quæ tunc dicitur,fit conſecratio ſiue
cõmutatio vini in ſanguinẽ.Nam Grego.aſ-
ſignans cauſam,quare dominica oratio in die
illa à ſacerdote dicatur:dicit quòd in primiti-
ua Eccleſia Apoſtoli ſola dominica oratione
vtebantur in conſecratione. Nos tamen hoc
non dicimus : quia ſi hoc iam eſſet, non eſſet
neceſſe corpus Domini ad diem illum ſerua-
ri.Præthereà,ex his quæ in canone dominicã
orationẽ præcedunt,ſatis patet,quòd ad pro-
lationem ipſius orationis tranſſubſtantiatio
non fit:& nullo tempore miſſa fuit celebra-
ta ſine verbis illis:Hoc eſt corpus meum &c.

quæ ſola in principio naſcentis Eccleſiæ pro-
ferebantur,ad cõficiendum ab Apoſtolis:qui
poſtmodum orationem dominicã ſuperaddi-
derunt:prout dictum eſt in procemio huius
partis.Dicimus ergo illud,hoc nõ cõſecrari,
12 ſed ſanctificari:differt † autẽ inter hæc.Nam
conſecratio,eſt cõſecratione tranſſubſtantia-
re.ſanctificare,eſt ex cõtactu ſeu admiſtio-
ne ſacræ rei reuerẽdum,& ſanctum effici:vt
patet in aqua benedicta,cui alia admiſcetur.
Item ſanctificatũ dicitur,quod à tactu rei ſan
ctificatæ efficitur magis reuerẽdum.Si enim
diceretur,quòd ſolo contactu vinum & aqua
conſecrarentur,magnũ inconueniens ſeque-
retur.Nam ſic contingeret calicem nõ poſſe
lauari:& millia mille panum à tactu vnius
hoſtiæ ſine verbis poſſe cõſecrari:& quòd ſi
gutta aquæ benedictæ in ſtagnum,vel puteũ
funderetur,aqua illa benedicta perpetuò re-
maneret:& alia plura.Prætereà,ſi vinũ tactũ
dominici corporis conſecraretur,eſſet contra
decretũ.de conſecratio.diſtinctio.iij.ſabbato.
quod prohibet die hac fieri conſecrationem:
de quo dictum eſt in quarta parte ſub ſepti-
ma particula ſecretæ ſuper verba:Hic eſt ca-
13 lix.¶Illud † quoque prætereundum non eſt,
quia romanus pontifex hodie remota tabula
lateranẽ.altaris : de qua dictum eſt in prima
parte ſub titulo de altaris dedicatione , & in
ſecunda parte ſub titulo de diacono : infra
ipſum altare conficit euchariſtiam,& ſangui-
nem:& cum turibulo incenſat illud:in hoc fa
cto repræſentans:quia ſummus pontifex le-
galis ſemel in anno ingrediebatur in ſancta
ſanctorum cum ſanguine:ſecum portans tu-
ribulum viuis carbonibus plenũ:prout dictũ
eſt in quarta parte:& ſub tertia parte cano-
nis.Sic & ſecundum Apoſtolum ad Hebr.ix.
cap.Chriſtus per propriũ ſanguinẽ introiuit
ſemel in ſãcta æterna redemptione inuenta.
Peracto miſſæ officio ſtatim intercœnandũ,
id eſt,dum ſacerdos cõmunicat, cantatur ve-
ſpertinum officium ad oſtendendum , quòd
hoc ſacramentum , ſcilicet euchariſtiæ inſti-
tutum fuit in veſpera. Quia ergo redemptio
noſtra in veſpera mundi,id eſt,in ſexta ætate
ſeculi , facta eſt : ideò veſpertina σύναξις,id
eſt,pſalmodia ſiue ſolennitas pſalmorum:nu
mero miſſæ continuatur:& ſub vnica oratio-
14 ne vtrunque officium terminatur, † ſcilicet
per Ite miſſa:ſi Epiſcopus adeſt : vel per Be-
nedicamus propter veſpertinã cõcluſionem.
Et quia



Et quia Eccleſiæ datus eſt calix:ideò eſt pri-
ma antiphona : Calicem ſalutaris accipiam:
quem dedit Dominus Apoſtolis dicens : Hic
eſt calix noui teſtamenti in ſanguine meo. 3
Secunda antiphona eſt:Cum his qui oderunt
pacem,eram pacificus. Patientia enim, quam
habet ille,qui paratus eſt bibere calicem Do 4
mini,pacem cum omnibus operatur. In alijs
tribus rogat ſe liberari:quia habita pace pe-
ctoris non mouetur homo propter tribula-
tiones:& hoc etiam habet à Deo:vnde petit
liberari.Antiphona ad magnificat: Cœnanti-
bus &c.eſt de cœna Domini.

SVMMA.

1 Altaria quota feria denudentur. Et quid
illa denudatio notet. vide per diſcurſum 5
num.2.3.4.
5 Altaria cur lauentur vino & aqua,& quid
ſignificent rami,quibus fricantur.num.6.
7 Pauimentum Eccleſiæ , cur mundetur
quinta feria Dominicæ in ramis. Et cur
detur ſymbolum competentibus.num.8.

### De *denudatione altarium.*

CAP. LXXVI.

1 QVarto † loco notandum eſt,
quòd ſtatim veſpertino finito
officio denudantur altaria vſq;
in ſabbatum:quæ poſtmodum
2 in tertia die cooperiũtur.¶†Si
quidem hæc denudatio, ſignificat primò re-
ceſſum diſcipulorum Domini ſeu Apoſtolo-
Pſal. 17 rum. Vnde:Qui iuxta me erant,de longe ſte-
terunt. Et in euangelio : Relicto eo omnes 6
fugerunt.Altare nanq;, Chriſtum ſeu corpus
eius ſignificat : vnde de terra altare facietis
mihi.Altare de terra facere:eſt incarnationẽ
eius credere vel ſperare. Altaris verò veſti-
menta,Apoſtolos ſeu ſanctos Dei deſignant:
quorum prædicatione Chriſtus, quaſi qui-
buſdam veſtimentis adornatur : & per illos
magnificatum eſt nomen eius. Altare igitur
veſtimentis denudatur,quia fugientibus Apo
ſtolis Chriſtus ſolus remãſit.Tertia die coo- 7
peritur:quia poſt eius reſurrectionem diſci-
puli ad eum redierunt. ¶ Secundò , denuda-
tio altaris deſignat quòd Chriſtus fuit nuda-
tus in cruce.Cum itaq; nudatum altare con-
ſpicimus : illud propheticum ad memoriam
Eſa. 53 reuocamus:Ecce vidimus eum , & non eſt ei
ſpecies , neq; decor : & conſiderauimus eum
deſpectum , & nouiſsimum virorum : quod

accidit in paſsione. Nam anteà ſpecioſus præ
filijs hominum extitit. Fuit quidem denuda-
tus ad columnam,& ad crucem : cùm diuiſe-
runt ſibi milites veſtimenta ſua. ¶ † Tertiò,
altaris denudatio ſignificat Chriſtum diuini-
tatis gloria nudatum. vnde Pſal. Deus,Deus Pſal. 21
meus,quare dereliquiſti me.¶†Quartò deſi-
gnat,quòd velum templi ſciſſum eſt,& liber,
qui ſignatus erat, apertus eſt.Vnde in prouer
bijs:Aperta ſunt prata,& apparuerunt herbæ Prou. 29
virentes , id eſt , exempla actionum Chriſti
quæ ſunt ab æternitate & ducunt ad æterni-
tatem. Et bene dicit : Aperta ſunt prata : &
apparuerunt herbæ virentes:quia ea,quæ ma
gis occulta erant in lege,ſicut , paſsio, reſur-
rectio,& aſcenſio patefacta ſunt.¶ † In ple-
riſq; locis lauantur altaria vino & aqua : &
ramis fricantur , præſertim cum ramis de ſa-
uina.Lauantur ergo aqua & vino , ad notan-
dum quòd corpus Chriſti quod eſt verum
altare , ſanguine & aqua in cruce aſperſum
eſt. Nam de ipſius latere exiuit ſanguis &
aqua : per quæ genus humanum lotum eſt.
Vel vino & aqua lauantur, ad oſtendendum,
quòd non Ioannis, ſed ſuo baptiſmo fuit ba-
ptizatus, ſcilicet ex aqua & ſpiritu ſancto.Et
lauantur cum pſalmo pœnitentiali , vel cum
cantu ad paſsionem pertinẽte.Plus autem ibi
eſt de vino,quàm de aqua ponendum : quo-
niam aquæ multæ,populi multi:ſicut in Apo. Apo. 17
habetur : per quod ſignificatur,quòd ſanguis
Chriſti ſufficit ad redimendum plures in infi
nitum,quàm ſint redempti, vel vnquam redi-
mendi. ¶ † Rami verò aſperſi quibus altare
fricatur,ſignificãt ſpineã coronam,qua Chri-
ſtus coronatus eſt : vel flagella amara & do-
lores & ictus quos in morte ſuſtinuit. Vel
lauatio altaris , id eſt , corporis Chriſti cum
aqua:ſignificat lacrymas Mariæ:vinum , vn-
guentum : rami,eius capillos. Et ſcias , quòd
quidam hac feria quinta hora iam adueſpe-
raſcente denudant altaria,& lauant:alij verò
ſolum denudant : ſed in paraſceue lauant:
quod magis congruit rationi.¶† In quibuſdã
etiam locis pauimentum Eccleſiæ etiam
mundatur,per quod pauperes Chriſti ſignifi-
cantur:prout in prima parte,ſub tit. de Eccle
ſia,dictum eſt. Pauimentum ergo Eccleſiæ
mundat,qui pauperibus vel fratribus propter
Deum pedes lauat:& illis cætera miſericor-
diæ opera exhibet. Inde eſt, quòd parietes
domus quamuis vocabulum Eccleſiæ ha-

D bent:pro

bent:pro eo,quòd continent ipſam : non ta-
men ipſi ſed homines ſunt Eccleſia : & paui-
mentum,eſt quaſi hominum pedes.Pauimen
tum quoq; mundatur , ad notandum quòd à
vitijs mundari debemus. Statutum eſt in ca-
nonibus.de conſe.diſt. iiij.non licet. &. c.ſeq.
ne hac quinta feria ieiunium ſoluatur. Quia
enim Dominus ſurgens:de cœna lauit diſci-
pulorum pedes , & iterum redijt ad cœnam:
ideò quidam ad inſtar ipſius volebant poſt
prandium pedes alijs abluere:& iterum poſt
ablutionem cœnare : quod fieri non debet.
Hæc dies in plerisq; locis capitulauium voca
tur:quia tunc capita infantium , qui vngendi
ſunt, lauantur : ne obſeruatione quadrageſi-
mæ ſordidata ad vnctionẽ accedant.¶ † Rur-
ſus hac die ſymbolum competentibus tradi-
tur propter confinem dominicæ paſchalis ſo
lemnitatem:vt qui iam ad Dei gratiam per-
cipiẽdam feſtinant:fidem quam confitentur,
agnoſcant.Hæc ergo quinta feria,in quatuor
principaliter priuilegiata eſt. Primò,quia tũc
pœnitentes recipiuntur.Secundò , in ea nanq;
nouum teſtamentum incipit : & vetus termi-
natum fuit. Tertiò, quia in ea fit olei conſe-
cratio.Quartò, quia in ea ſacramentum ſacra
mentorum inſtitutum eſt.

## S V M M A.

1 Paraſceue & eius diei officium.num.4.5.
6.7.18.19.
2 Paraſceues officium cur ordiatur à lectio
nibus.Et cur duæ dicãtur lectiones.nu.3.
8 Paraſceues die,cur potiùs legatur paſsio
Domini,ſecundum Ioannem , quàm ſe-
cundum cæteros.
9 Paraſceues die , cur euangelium legatur
ſuper pulpito nudo. Item,nudis pedibus.
num.10.
11 Chriſt⁹ in cruce,decãtauit pſalmos decẽ.
12 Chriſtus in cruce, pro tribus orauit.
13 Eccleſia , orans pro Iudæis , non flectit
genua. Et cur idipſum.
14 Eccleſia tribus linguis vtitur in crucis de-
nudatione.
15 Eccleſia tantùm vtitur lingua græca , &
latina.Cur non itidem hebraica.
16 Crucis denudatio in paraſceue , quid ſi-
gnificet.
17 Chriſti corona,fuit ex iuncis marinis.
20 Crux, cur adoretur die paraſceues.Et qua
liter id.num. 21.22.
23 Verborum , quæ canuntur dum crux adora-
tur, expoſitio.
24 Crucis myſterium profundum.
25 Chriſtus crucifixus tribus clauis. Quid illi cla
ui deſignent.
26 Chriſti corpus cur diſponatur in vino &
aqua,die paraſceues.
27 Chriſtus , cur pati voluerit. Et quoto ætatis
anno.num.28.
29 Paraſceues feſtum cur non agit Eccleſia cũ
lætitia.& num.30.
31 Chriſtus,quos ſua paſsione redemerit.
32 Chriſti corpus cur non conſecretur in para-
ſceue.& num.33.34.35.36.37.38.39.
40 Feriæ ſextæ priuilegia ſex.

## *De die paraſceues.* CAP. LXXVII.

1 SEquitur de paraſceue: † quæ
quare ſic dicatur , in procœmio
ſeptimæ partis dicetur. ¶ Sanè
hac die Eccleſia arctiſsimum
ieiunium & ſilentiũ agit:nullũ
tamẽ officium ſolemniter celebret:ſed hora
nona conuenit ad adorandum crucem : non
ad miſſæ officium , quo hæc dies caret : ſed
quaſi ad funeris obſequium dicendum. Et
hoc ideò , quia hora nona mortuo Domino
Centurio factus eſt præco fidei noſtræ , &
perfidis recedentibus licuit Ioſeph & Nico-
demo diſponere de funere:& mulieribus ac-
cedere propius. Dicitur autem officium ta-
cita & humili voce:& abſq; principio , prout
in præcedenti titulo dictum eſt.Super altare
vnica duntaxat toballia diſponitur,per quam
ſindon , qua corpus Chriſti inuolutum fuit
ſignificatur.¶ In quibuſdam Eccleſijs in hora
ſexta ignis extinguitur , & in nona accendi-
tur:quia tunc ſol in ſexta lumen abſcondit,
2 & in nona reddidit.¶ † Incipit hoc officium à
lectionibus,quia in primitiua Eccleſia omnis
miſſa à lectionibus inchoabatur.Sed hoc hac
die ſpecialiter fit,pro eo quia paſsio Domini
hodie celebrata eſt, in cuius memoriã omnis
miſſa cantatur:& leguntur lectiones ſine ti-
tulis:quoniam tunc amiſimus Chriſtum ca-
put,qui nos illuminat , ſicut tituli illuminant
libros. Leguntur autem duæ lectiones : quia
pro duobus populis Chriſtus paſſus eſt:gen-
tili, videlicet & hebræo:vel pro ſalute carnis
& animæ.Vna ſumpta eſt ex lege:alia ex pro
phetis : quia Chriſti paſsio à prophetis fuit
prænuntiata:& à lege & patriarchis præfigu-
rata.



rata.Abraham enim carnem Chriſti figura-
tiuè immolauit cùm arietem immolauit:Si-
militer & Abel quando agnum ſacrificauit:
vnde Dominus Oſeæ xij. Aſsimilatus ſum
3 inquit prophetis.Rurſus ideò † duæ lectiones
dicuntur:quia ſicut in iiij. feria mortem no-
ſtram duplicem manifeſtauimus : pro qua
Chriſtus pati venerat:ita ad memoriam in pa
raſceue reducimus ſuam paſsionem,& noſtrã
imitationem. Quædam autem Eccleſiæ pri-
mò legunt, lectionem Oſeæ vj.c. ſcilicet In
tribulatione.& ſecundò lect.Exod.xij.c.ſcili-
cet Dixit ad Moſen Dominus.& illi natura-
lem ordinem ſeruant : quia paſsio Domini
primò prę̨nuntiata eſt à lege:ſecundò à pro-
phetis . In prima quidem eſt præconium re-
ſurrectionis,vbi dicitur : Poſt duos dies viui-
ficabis nos: & in die tertia ſuſcitabis nos. In
ſecunda modus exprimitur paſsionis, vbi dici
tur: Immolabítq; eum vniuerſa multitudo
ad veſperam. Quædam verò econuerſò fa-
ciunt:& mouentur ex eo,quia paſsionem le-
ctioni ex lege quaſi continuare volunt , quia
in paſsione quædam verba ponuntur,quæ ex
Exod. 12 illa lectione ſumpta ſunt , ſcilicet Os non
4 comminuetis ex eo.† Continuãt ergo paſsio
Num. 9 nem lectioni:quia eius eſt expoſitio:& agitur
de duobus ſpecialiter in officio hodierno,ſci
licet de paſsione Chriſti.& de paſsione Eccle
ſiæ, quæ eſt illius imitatio:ſicut dicit Petrus:
1. Pet. 2 Chriſtus paſſus eſt pro nobis &c. hæc ſiqui-
dem duo in lectione Exod. commemoran-
tur,vbi dicitur:Erit autem agnus ſine macu-
la , maſculus, anniculus. Iuxta hunc ritum
tolletis & hœdum.Agnus,eſt corpus Chriſti
immaculatum.Hœdus,eſt Eccleſia, quæ nos
ſumus , qui peccatores ſumus. Paſsio Chriſti
celebrata eſt in eius immolatione:noſtra ce-
lebratur in vitiorum mortificatione. In le-
ctione Oſeæ manifeſtè agitur de paſsione
Chriſti & eius effectu , vbi dicitur: Venite,
reuertamur ad Dominum:quia ipſe cepit , &
ſaluabit nos:percutiet,& curabit nos. Viuifi-
cabit nos poſt duos dies:& in die tertia ſuſci-
tabit nos:& viuemus in conſpectu eius:Oſeæ
vj.ca. Quod Hieron. ſic exponit. Percutiet
Dominus & ſanabit nos : quia quem diligit,
corripit, & caſtigat.v.q.v. non oſculatur. Vi-
uificabit nos , poſt duos dies : & in die tertia
ſuſcitabit nos:quia tertia die reſurgẽs à mor
tuis,omne genus humanum ſuſcitauit, & cu-
rauit : & cùm nos viuificauerit & ſuſcitauerit
in conſpectu eius viuemus. Ibi ergo loqui-
tur propheta de tribus diebus,quibus Domi-
nus fuit in ſepulchro:cùm dicitur:Viuificabit
nos poſt duos dies : & in tertia die ſuſcitabit
nos, id eſt , poſt duos dies ſepulturæ veniet
nobis quaſi imber temporaneus,& ſerotinus
terræ ; & dabit gratiam incipientem & ſub-
5 ſequentem.¶ Sequitur tractus.† Domine au-
diui auditionem. Abacuch vlti.ca. Et quòd
dicit verſus.In medio duorum animalium co
gnoſceris.ad literam intelligitur , ſcilicet in
prę̨ſepe bouis & aſini. Vnde Eſa. Cognouit Eſa. 1
bos poſſeſſorem ſuum & aſinus præſepe Do-
mini ſui:vel in medio duorum latronum:vel
in medio duorum populorum.¶ Secunda le-
6 ctio † eſt de Exod. Vt ibi habetur: Os non
confringentis ex eo : hoc completum eſt,
quando fregerunt duorum latronum crura:
venientes autem ad Ieſum inuenerunt eum
mortuum:& non fregerunt eius crura. Alle-
goricè verò in eo nõ ſunt fracta crura,id eſt,
virtutes,& maximè patientia.Vnde Eſa.Dedi Eſa. 50
faciem meam , ſicut petram duriſsimam : &
ſcio,quia non confundar. Per crura enim in-
telliguntur itinera,de quibus in cantico Aba-
cuch:Incuruati ſunt colles mundi,id eſt, ho-
mines excelſi per intelligentiam ab itineri-
bus æternitatis eius,id eſt , exemplo actionũ
ipſius,quæ ducunt ad æternitatem : tanquàm
columnæ immobiles,id eſt argenteę propter
eloquentiam:quæ fundatæ ſunt ſuper baſes
argenteas,vel aureas , id eſt, rationes immo-
7 biles æternæ ſapientiæ.¶ Sequuntur † tractus
de paſsione Domini:quia tunc luget Eccleſia
valde:& ſunt duo tractus ad intentionem ma
ioris luctus , ſcilicet pro peccatis quæ com-
mittimus : & pro pœnis quas patimur : &
pro incolatu,qui prolongatur. Nec cantatur
graduale cum tractu : ſed ſolùm tractus,
prout dictum eſt in iiij. feria. & in iiij. parte
ſub tit.de tractu.Duo ergo tractus dicuntur.
Primus,ſcilicet Domine audiui:& eſt in qui-
buſdam Eccleſijs quatuor verſuum : alter
plurium.Tractus quatuor verſuum , ſignifi-
cat , quòd per Chriſti paſsionem redimitur
homo , qui ex quatuor elementis conſtat.
Vnde Chriſtus nec in cœlo nec in terra cru-
cifixus eſt, ſed in medio, id eſt, in aëre. Fecit Ephe. 2
enim pacem inter cœleſtia & terreſtria:quo-
niam erat inimicitia inter hominem & ho-
minem : ſed maior inter angelum & homi-
nem : & maxima inter Deum & hominem.

Ipſe enim Chriſtus omnia pacificauit in cru-
ce : quoniam fecit vtraq; vnum, cùm ſit lapis
angularis. Adhuc per quatuor verſus tractus
ſignificantur iiij.partes crucis.¶ Secũdus verò
tractus, ſcilicet Eripe me.prolixior eſt:& re-
pręſentat magnum bellum Dauid cum Go-
lia:& Chriſtus noſter Dauid hodie magnum
Goliam,id eſt, diabolum debellauit. ¶ Rur-
ſus ideò tractus eſt longus : quia hoc nobis
promiſſum eſt in lect. Oleæ,vbi dicitur.Poſt
duos dies ſuſcitabit nos.debemus retinere in
Pſal.90 ſpe.Item in ſecundo tractu ponitur:Obum-
braſti caput meum in die belli:quia non tan
tùm in alio tempore : ſed in die paſsionis di-
uinitas à paſsione permãſit immunis:imò in
paſsione Chriſtus homo ita protectus eſt
gratia diuinitatis,vt hoſtes ſuperaret, qui ſu-
perari videbatur. Quædam autem Eccleſiæ
cantant ſecundum tractum : Qui habitat in
adiutorio altiſsimi. quia Chriſtus à diabolo
primum latenter tentatus eſt:velut à draco-
ne latitante in petra : poſteà in paſsione tan-
quam à leone forti acriter vexatus eſt:quod
notatur per illum verſum : Super aſpidem &
8 baſiliſcum.¶ Sequitur euangelium† ſiue paſ-
ſio : Egreſſus eſt.Ioan.xviij. ca. quod dicitur
hac die : quia ipſe interfuit crucifixioni : &
iuxta crucem ſtetit,ſecurus alijs fugientibus:
quia notus erat pontifici. Quia igitur hac die
paſsio Domini oculis noſtris repræſentatur,
meritò eius teſtimonium legitur:qui vidit &
teſtimonium perhibuit:& ſcimus , quia teſti-
monium eius verum eſt. Præterea,ipſe poſte
rius ſcripſit euangelium:quare meritò poſte-
rius legitur : & quia ibi manifeſtius ſunt ſa-
cramenta . vnde ibi dicitur : Os non commi-
nuetis ex eo. Item illud : Vnus militum lan-
cea latus eius aperuit,& continuò exiuit ſan-
9 guis & aqua. ¶ Legitur autem hac † die paſ-
ſio ſuper nudum pulpitum.Primò, ad memo
randum quòd ſuper nudum crucis patibu-
lum nudus fuit poſitus ipſe Chriſtus. Secun-
do ad notandum quòd Ioannes , ſecundum
quem paſsio legitur , relicta ſindone nudus
profugit à Iudæis.¶ Tertiò,ad repræſentan-
dum quòd ſicut Chriſto in cruce pendente,
ipſius ſecreta non tam cordis,quàm corporis
nuda omnibus adſtantibus apparuerunt : ita
& velo templi per medium ſciſſo , omnia
templi intima nuda remanſerunt , Legitur
10 etiam † nudis pedibus : vt cùm afflicto pro
nobis nos affligi debere monſtremus. In qui
buſdam verò Eccleſijs ſindon , ſeu terſoria,
vel veſtes altari nudato ſuperponuntur , vſq;
dum paſsio legatur:cùm verò peruenitur ad
locum illum:Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea
&c.tunc ſubdiaconi ſindonem illam vel ter-
ſoria tollunt:repræſentantes hiſtoriam:quia
quatuor milites Chriſtum crucifigentes, ve-
ſtem Chriſti ſubſtulerunt:& ſubdiaconi quaſi
furtiuè pannos ſubtrahunt : ad notandum,
quòd Ioannes,qui cum Domino vſq; ad cru-
cem perſeuerauit, poſteà more furis ſe occul
tauit, & nudus effugit. In quibuſdam tamen
locis vna veſte ſublata,altera ſuper altare re-
manet,ad ſignificandum quòd veſtis Domi-
ni inconſutilis non fuit ſciſſa, vel partita, ſed
ſorte ſuper eam miſſa contigit integra vni
militi:ad ſignificandum quòd Eccleſiæ vnitas
nunquàm potuit à ſchiſmaticis , vel hæreti-
cis ſcindi : quia non eſt ſapientia contra Do-
minum.xvj. q.vij, ſicut. ¶ Quod verò dicitur
in paſsione: Exiuit in eum , qui dicitur calua-
riæ locum:nota,quòd ſicut legitur in hiſto-
rijs : caluaries eſt propriè os capitis humani
nudum. Inde dictus eſt locus ille mons cal-
uariæ ſiue caluarium : vbi rei decollabantur,
& vbi multa capitum oſſa erant diſperſa.
11 Quia †verò Chriſtus in cruce pendens pro-
lixè orauit decantans decem pſal. ſcilicet
Deus,Deus meus, reſpice in me.vſq; ad,In te
Domine ſperaui . cùm perueniſſet ad locum
illũ. In manus tuas Domine:illo dicto emiſit
ſpiritum : ideò & nos poſtquam recitata eſt
paſsio,eius orationes dicimus:ad notandum,
quòd quando ab inimicis perſequimur:ſem-
per ad orationem eſt recurrendum : iſte ta-
men eſt inſolitus mos orandi. Nam in alijs
diebus ante euangelium orationes dicuntur:
& in earum principijs dicitur : Dominus vo-
biſcum. quæ eſt , propriè vox & ſacerdotis
officium , quod non fit in iſtis:quia ſacerdos
& Dominus noſter occiditur.¶ Orauit autem
12 Chriſtus pro tribus.¶ Primò pro † ſe dicens:
Pater , clarifica filium tuum.¶ Secundò ,pro
ſuis,dicẽs:pater,quos dediſti mihi,pro eis ro-
go.¶ Tertiò , pro illis ,qui in eum credituri
erant,dicens:Pater non tantũ pro illis rogo, Ioan. 17
ſed pro illis , qui credituri ſunt in me. Et ex
hoc videtur, quòd non debemus rogare pro
eis, quos ſcimus non eſſe ſaluandos : nec pro
illis,qui in inferno remanſerũt:nec pro Iuda,
qui ſe deſperauit : ſed oramus pro nobis in
omni gradu Eccleſię:& pro neophytis,& pro
genti-



gentilibus pro Iudæis,pro hæreticis,& ſchiſ-
maticis:vt Chriſtus gratiam ſuam eis infun-
dat & ad fidem conuertat. Chriſtus enim
orauit pro inimicis & amicis : ideò Eccleſia
13 ſtatim ſimiliter orat pro omnibus. ¶ † Sanè
Eccleſia, pro his orans , flectit genua in ora-
tionibus:vt per habitum corporis deuotionẽ,
& mentis humilitatem oſtendat : inſinuans,
etiam quòd in nomine Ieſu omne genu fle-
ctendum eſt : quoniam omnes nationes ſibi
genua curuant: niſi quando pro Iudæis ora-
tur:quia enim ipſi illuſerunt Domino , flexis
genibus, dicentes:prophetiza nobis, Chriſte,
quis eſt,qui te percuſsit.ideò in deteſtationẽ
huius illuſionis Eccleſia pro eis orans,genua
non flectit,vt vitet opera ſimulata.Præterea,
quia eorum cæcitas nulla poterit oratione
depelli,donec plenitudo gentium ſubintra-
uerit:ideò non eſt pro ipſis vehementer orã
dum : nec genua flectenda. Eſt tamen vtcũq;
orandum:quia futurum eſt, vt qui eſt exalta
tus in cruce , omnia trahat ad ſe. Sed in ora-
tionibus pro Iudæis , & paganis non reſpon-
detur,Amen:vt quidam dixerũt:& hoc ideò,
quia cùm illi ſint extra collegium ſiue cor-
pus Eccleſiæ , fidelium populus non oſtendit
affectum ſuum ad eos. Iuxta illud Apoſtoli
1. Cor. 5 ad Corin. Quid mihi de his , qui foris ſunt
iudicare : extrà, de ſacra vnc.ca.j. Per amen,
autem affectus exprimitur. Præterea , licet
pro illis oretur : vt eorum duritia conuerta-
tur:quia tamen hoc impleri non poterit,vſq;
circa finem ſeculi:Apoſtolo teſtante , qui di-
Rom. 11 cit : Donec plenitudo gentium introierit : &
omnis Iſraël ſaluus fiat : ideò ad orationes
pro illis non reſponderur,Amen.Veruntamẽ
rectè intuenti nihil intereſt,quo ad hoc inter
illas & alias orationes. Imò ita reſpondetur
ad illas,Amen:ſicut & ad alias orationes, pro
alijs ſtatibus:quod ſic oſtenditur. Pro quoli-
bet ſtatu bis profertur oremus:ſed quòd ſub
primo oremus ante flectamus genua dicitur,
non eſt oratio,ſed adhortatio,vt oremus:ſiue
præfatio,ſeu monitio, exprimens, quid , ſiue
pro quo ſit in ſequenti oratione orandum.
Vnde ſub tono præfationis non orationis di
citur. Ideóq; pro nullo ſtatu poſt præfatio-
nem reſpondetur Amen : ſicut nunquam fit
poſt aliquam præfationem:licet etiam ibi po
natur per Chriſtum Dominum noſtrum : ſi-
cut patet in quotidiana miſſæ præfatione.
Quòd autem ſecundò oremus,dicitur oratio
eſt:& reſponderi debet Amen:pro Iudæis, &
paganis,ſicut pro alijs.¶ Conſequenter ſacer
dos poſt orationes, crucem velatam baiulat,
ad dextrum cornu altaris:ibiq; crucem ſuper
humeros tenens , in perſona Chriſti Iudæis
improperat beneficia Domini. dicens,Popu-
le meus : quid feci tibi. In quibuſdam tamen
Eccleſijs duo presbyteri baiulant illam : ad
notandum,quòd in Chriſti perſona duę fue-
runt naturæ:diuinitatis videlicet, & humani-
tatis. Quòd dicitur : Popule meus , quid feci
tibi:aut in quo contriſtaui te:reſponde mihi:
quia eduxi te de terra Aegypti &c.Ad diuini-
tatem refertur. Quòd verò ſequitur: Paraſti
ſaluatori tuo crucem,ad humanitatem: & ſic
14 de alijs ſequentibus verbis.Cantat †autem ſa
cerdos quaſi hebraicè in perſona ſaluatoris:
acolythi cantant græcè, ἅγιος, ὦ θεὸς quaſi in
perſona græcorum : chorus reſpondet : San-
ctus,ſanctus,in perſona latinorum. Sicq; tri-
bus linguis laudatur Deus:ſcilicet hebraica,
quæ propter legem omnium linguarum eſt
mater : græca, quę doctrix eſt: & latina,quæ
imperatrix eſt : propter romani dominium
imperij & papatus.Quia enim hebraica nunc
ſilet à laude Dei: ponitur pro illa : Popule
meus:quod quia cantatur in perſona Domi-
ni loquentis hebræis : ideò intelligitur dictũ
hebraicè.Et nota, quòd contra tres illuſores
Chriſti tres præmittuntur adorationes : vt
infrà dicetur. Tres verò antiphonæ , ſcilicet,
Popule meus,quia eduxi te:& quid vltra &c.
Parum aut nihil ſenſibus differentes , verbis
& modulatione conſimiles : triplicem tituli
ſcripturam ſignificant, qui ſcriptus fuit tribus
linguis,ſcilicet hebraicè, græcè, & latinè Ie-
ſus Nazarenus,Rex Iudæorum. Vtrum prin
cipium tituli ſcriptum fuit tribus linguis igno
ratur.Sed de hac clauſula , Rex Iudæorum.
conſtat:quod quia negauerunt , Iudęi dicen-
tes:Noli ſcribere Rex Iudæorum : ſed quia
ipſe dixit,rex ſum Iud. ideò illud in iſtis anti-
phonis adſtruitur ab effectu, ſcilicet quia tan
quam rex eorum eduxit eos de Aegypto : &
duxit eos per deſertum:& introduxit in terrã
bonam. Item quod in titulo ſcriptum fuit,
Ieſus:in ſingulis antiphonis concluditur ſal-
uator:quòd ibi Nazarenus ad ſingula reſpon
detur ἅγιος, ſanctus. Et quia titulus tribus
15 linguis ſcriptus fuit:ideò duabus † linguis re
ſpondetur,ſcilicet græca & latina,quæ Chri-
ſtum adorant.Hebraica verò contradicit : &

adhuc blaſphemat prædictas. Et nota, quòd
antiphona: Populé meus eſt Michææ vj.ca-
pi. Principium antiphonæ: quia eduxi te. Nu-
me.xiiij.cap. Et medium, ſcilicet manna, &c.
Eſt Eſa.xvj.cap. Et Ioſue.vj.cap. Vbi etiam eſt
finis ipſius, ſcilicet introduxit. Notandum,
quòd Iudæi tres accuſationes contra Chri-
ſtum propoſuerunt, ſcilicet quòd tributum
negaſſet, quòd ſe regem feciſſet: & quòd ſe
Dei filium dixiſſet: contra quas tres in eius
perſonam accuſationes dicuntur, ſcilicet Po-
pule meus: vbi Chriſtus eis exprobrat tria
beneficia ſua, ſcilicet liberationem de Ae-
gypto: regimen in deſertum: & introductio-
nem in terram optimam, quaſi dicat. Tu ac-
cuſas me de negatione tributi, potius de-
beres gratias agere: quia te liberaui à tribu-
to ſiue à ſeruitute Aegypti. Tu accuſas me,
quia me regem dixi: potius deberes gratias
agere: quia te rexi in deſerto, & regulari-
ter paui. Item accuſas me, quia filium Dei
me dixi. potius deberes gratias agere: quia
terram lacte & melle manãtem contuli tibi.
16 ¶ Deinde† crux denudatur in ſignum, quòd
peruerſi iudęi ſaluatorem denudauerunt: &
fit denudatio inter tres vices ad notandum,
quòd illi ter Chriſto in paſsione illuſerunt.
Primò, quando in atrio principis velata facie
eius colaphis eum cedebant. Ad quod de-
ſignandum in principio reuelationis ipſius
crucis, non oſtenditur facies crucifixi. Secun-
dò, ante prætorium, quando eo tradito ad cru
cifigendũ milites plectentes coronam ſpineã
illudebant ei flexis genibus adorando eum,
dicentes: Aue Rex Iudæorum: ad quod repræ
ſentandum in ſecunda reuelatione, diſcoope
ritur caput & facies crucifixi: & ſcias quòd
17 corona† fuit de iuncis marinis, ſicut eam vi-
dimus in theſauris regis Francorum: quorum
acies non minus ſpinis duræ ſunt & acutæ.
Tertiò, quando ei in cruce pendenti tranſeun
tes dicebant: vah, qui deſtruis templum Dei.
& quia quando hæc illuſio fiebat Chriſtus
totus nudatus in cruce pendebat: ideò in ter-
tia reuelatione totus nudus oſtenditur cruci
fixus: & etiam ad ſignificandũm, quòd omnia
quæ in lege & prophetis obſcura fuerant, in
18 paſsione aperta, & manifeſta ſunt.† Reuela-
tur ergo crux poſt orationes: ad notãdum, ꝙ
oratio à Chriſti paſsione, quam in cruce ſu-
ſtinuit, habet effectum & exẽplar. Ipſe enim
in cruce pendens, pro amicis & inimicis ora-
uit. Sanè à dextera parte crux incipit reuela-
ri: quia Chriſtus crucifixus, vera fide adoratus
extitit ab Apoſtolis, & diſcipulis Iudæis, qui
tunc in dextera erant. Et quoniam hæc fides
per illos deuotè publicata & in medio gen-
tium perducta eſt: ideò ad hoc ſignificãdum
ante medium altaris, per ſacerdotem deduci
tur. Rurſus, quia Chriſtus nunc ſuper Eccle-
ſiam quieſcit: & vſq; in finem ſeculi quieſcet:
ideò ad hoc ſignificandum, & figurandum
ſubſequenter crux ſuper altare ponitur: per
quod hæc Eccleſia gentium deſignatur. De-
niq; quia in fine ſeculi fides in cordibus gen
tiũ refrigeſcet: & teſte Eſa. à reliquijs Iſraël, Eſa.19
quæ ſaluæ fient, ſuſcipietur: & communis Iu-
dæis & gentilibus habebitur: meritò ad hoc
ſignificandum in fine miſſæ crux de altari de
ponitur: & in cõmuni loco collocatur.† Crux
19 quoq; reuelata & etiam vexilla Eccleſiæ in
quibuſdam locis diriguntur in altum, ad
Chriſti victoriam deſignandam. Adhuc crucẽ
baiulantes, antiphonam canentes, crucem
20 illô deferunt: † vt græcè & latinè reſpon-
deatur, & deuotè adoretur: quia Dominus
crucifixus tranſiuit à perfidia Iudæorum, ad
confeſsionem & deuotionem gentium: & ſi-
gnificat Apoſtolos canentes, id eſt totis viri-
bus crucis opprobrium confitentes, & præ-
dicantes. Item, crucem baiulando, nunc ambu
lant, nunc & feſsi ſubſiſtunt: quia & illi per-
ſecutionem pondere feſsi aliquantulum quie
uerunt. Subſequenter ipſa crux denudata ſa-
lutatur, & adoratur: quia eum cui perfidi illu
ſerunt, Chriſtiani reuerenter ſalutando, & de
uotè oſculando venerantur. Et dum adora-
tur, canitur in quibuſdam Eccleſijs reſponſo-
rium: Ecce quomodo moritur. Eſa.lvij.cap. &
antiphona: Sicut Moſes. Ioan.iij.ca. Et eſt ſciẽ
dum, quòd contra præmiſſas tres illuſiones
ter illum adoramus, dicentes: ἅγιος, quaſi ter
honorantes ter illuſum propter nos: & quia
illudendo genua flectebant: ideò & nos illũ
21 adorando genua flectimus. ¶ Ad † terram
etiam ante illam proſternimus: vt quod illi
ſuperbè illudendo fecerunt, nos humiliter &
verè faciamus, & mentis humilitatem per
habitum corporis oſtendamus: & quia ſicut
Chriſtus humiliatus eſt patri pro nobis, vſq;
ad mortem, mortem autem crucis: ſic & nos
eius mortis imitatores humiliari oportet.
De modo proſtrationis: ait Augu. Quiſquis
ſic humiliatur, vt genua figat: Adhuc habet





vt amplius humilietur: quiſquis verò ſic hu-
miliatur: vt hæreat in terra, venter eius: vltra
22 quod humilietur non habet. Nudis etiam† pe
dibus adoratur: vt omnes proprias affectio-
nes ſibi nudas ac notas eſſe monſtremus: & vt
cum afflicto pro nobis nos affligi oſtẽdamus.
ſalutatur autem crux: quia per eam ſalus ho-
minibus reformatur: poſteà adoratur, id eſt,
oſculatur. Solus enim Deus adorandus eſt: cæ
23 tera vt crux cauſa illius venerãda ſunt. ¶ † Cę
terum expoſitio illorũ verborum ἅγιος, &c.
ibidem ſequitur. Nam ἅγιος, Græcè, dicitur
ſanctus, Latinè. ἀπὸ τοῦ α, priuatiua particula:
& γῆ, id eſt, terra. quaſi cœleſtis ſine terra. In
canone tamen Iſidori. xxiiij. quæſt. iij. quidam.
verſi. ſed tangis. habetur quòd ἅγιος, Græcè,
dicitur vas, Latinè. ὁ Θεός, verò Græcè, dicitur
Deus, Latinè. ἰσχυρός, Græcè, fortis, Latinè.
Ἀθάνατος, Græcè, immortalis, Latinè, ἀπὸ τοῦ
α, priuatiua particula, & θάνατος, quod eſt
mors. ἐλέησον, id eſt, miſerere. ἡμᾶς, id eſt, no-
24 ſtri. ¶ De profundo† crucis myſterio dictum
eſt in prooemio quintæ partis: & hic aliqua
perſtringamus. Fuerunt autem in dominica
cruce ligna quatuor, ſcilicet ſtipes ſiue lignũ
erectum, lignum tranſuerſum: truncus ſuppo
ſitus: & titulus ſupraſcriptus. Fuerunt & claui
quatuor, quibus & manus & pedes confixi
ſunt: fuit & lancea qua latus apertum eſt: &
corona ſpinea capiti circumpoſita: quę omnia
poſſunt in ſpirituali cruce ſignificari. Qua-
tuor enim crucis ligna ſunt quatuor mentis
virtutes, ſcilicet fides, ſpes, perſeuerantia, pa-
tientia, de quibus ait Apoſtolus: Vt compre-
hendatis cum omnibus Sanctis, quæ ſit longi
tudo, & latitudo, ſublimitas, & profundum.
Longitudo crucis, eſt perſeuerantia: de qua
Dominus inquit: Qui perſeuerauerit vſque in
finem, hic ſaluus erit. Latitudo crucis, eſt pa-
tientia: de qua veritas ait: In patientia veſtra
poſsidebitis animas veſtras. Profunditas eius
eſt fides: de qua Apoſtolus: Fides eſt ſubſtan-
tia ſperandarum rerum, argumentum non ap
parentium. Sublimitas verò, eſt ſpes, de qua
Pſal.118 Pſalm. In verbo tuo ſuperſperaui. Habuit er-
go crux Chriſti, vnum lignum erectum in
longitudinem: alterum tranſuerſum in lati-
tudinem, quaſi in modum potentiæ ſeu mar-
3.reg.17 telli: quæ duo ſignificata ſunt per illa duo li-
gna, quæ paupercula mulier in Sarepta col-
legit. Stipes verò erectus, habuit truncum
ſuppoſitum, & titulum ſuperſcriptum: quia
perſeuerantia de fide procedit ad ſpem: quaſi
ſtipes ereptus de trunco ſuppoſito ad titulum
ſuperſcriptum. Quod beatus Iob intelligens, Iob 19
ait: Credo, quòd redemptor meus viuit, & in
nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum, &c.
Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Niſi
enim crux habeat fundamentum fidei & ti-
tulum ſpei profecto ſupplicium eſt ſolum-
modo, & non meritum. Quod autem patien-
tia ſpectet ad crucem, ex eo apparet, quòd pa
tienter in aduerſis tribulationis ſuſtinet cru-
ciatum. Vnde Iacobus: Tribulatio patientiam Iaco. 1
operatur. De perſeuerantia quoque legitur:
Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi co
ronam vitæ. Etiam ſecũdum Apoſtolũ nõ co Apoca. 2
ronatur, niſi qui legitimè certauerit. Perſeue- 2.Tim.2
rantia igitur, quæ coronatur, certamen ha-
bet, vt meritò ſpectet ad crucem. In his ergo
duobus lignis, duos pedes & duas manus qua-
tuor clauis debet affigere Chriſtianus. Qua-
tuor claui, ſunt quatuor principales virtutes,
ſcilicet iuſtitia, fortitudo, temperantia, & pru-
dentia. Pedes ſunt mentis affectus: de quibus
ſponſus in Canticis: Laui pedes meos: quo- Cantic. 5
modo inquinabo illos? Et Dominus inquit
Chriſtus Apoſtolis. Qui lotus eſt, non indi- Ioan. 13
get, niſi vt pedes lauet, & eſt mundus totus.
Et iterum: Excutite puluerem de pedibus ve- Matt. 10
ſtris. Duo ergo pedes ſunt: duo mentis affe-
ctus, ſcilicet timor & amor: pes timoris, cla-
uo fortitudinis debet configi: ne timidus pro
pter aduerſa ſuccumbat: vnde Pſalmiſta: Con Pſal.118
fige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim
tuis timui. Dum enim in Petro metus, cla-
uo fortitudinis affixus non extitit, ad vo-
cem ancillæ Chriſtum negauit: cum verò Matt.26
confixus extitit, ante Reges & Præſides no-
men Domini prædicauit. Pes amoris ſiue ap-
petitus clauo iuſtitiæ debet configi, ne cu-
pidus ad illicita deſideria euagetur. Si enim
appetitus fuerit confixus, tunc ſpiritus con-
cupiſcit aduerſus carnem: ſi verò non fuerit
confixus: tunc caro aduerſus ſpiritum con-
cupiſcit. Sic itaque Chriſtianus pedes ſuos
cruci debet affigere, ne vel timidus ſuccum-
bat: vel cupidus euagetur.
25 ¶ Alij tamen dicunt † quòd Chriſtus tribus
duntaxat fuit clauis affixus, ſignificantibus
tres cruciatus, quos in cruce ſuſtinuit, videli-
cet paſsionem in corpore, paſsionem in men-

te, & paſsionem in corde. Ambo enim pedes
vno clauo affixi ſunt:ita quòd dexter fuit ſu-
per ſiniſtrum, ad ſignificandum quòd ſpiri-
tuales affectiones per pedem dextrum ſigni-
ficatæ ſupereſſe & dominari debent terrenis,
per ſiniſtrum ſignificatis. Lancea verò qua
latus eſt vulneratum, charitas eſt, de qua
ſponſa in canticis: Vulnerata ſunt in charita-
re. Lateri quidem cor contiguum eſt, cuius
beneficia diligimus: quod ideò vulnerandum
eſt, vt affectus exeat, non ſolùm ad amicos,
verumetiam ad inimicos. vnde Dominus ait:
Mat. 5 Diligite inimicos veſtros, & benefacite his,
qui vos oderunt, & orate pro perſequentibus,
& calumniantibus vos. Corona verò ſpinea,
eſt pœnitentia circumponenda capiti, id eſt,
Pſal. 31 menti: de qua pſalmiſta: Conuerſus ſum in
ærũna mea dum con.ſpina. Hæc corona de
tribus ſpinis complectitur, ſcilicet contritio-
ne, confeſsione, & ſatisfactione. Prima pungit
cor per dolorem propter vanam cogitationẽ.
Secunda pungit os, per pudorem, propter va-
riam locutionem, Tertia pungit manum, per
laborem, propter iniquam operationem. Ma-
Pſal. 143 nus enim opera ſunt: vnde Pſal. Benedictus
Dominus Deus meus qui dedit manus meas
ad prælium &c. & Salomon in prouerbijs.
Prou. 31 Dedit ei linum, & lanam: & operata eſt con-
ſilio manuum ſuarum. Sunt igitur duæ ma-
nus, duo operum genera: videlicet opus vo-
luntatis, & neceſsitatis. Manus operis volun-
tarij configi debet clauo prudentiæ: ne curua
faciat opera tenebrarum. Dum enim in Saulo
clauo prudentiæ confixa non fuit, Saulus Ec-
cleſiã Dei perſequebatur. Cùm verò in Pau-
lo confixa fuit, ipſe pro Eccleſia paſſus eſt.
Manus verò operis neceſſarij clauo tempe-
rantiæ configi debet, ne lapſa nimis ad ſuper-
flua extendatur. Neceſſaria opera ſunt natu-
ralia: vt dormire, comedere, & ſimilia. Et no.
verſus de cruce. Pes, cedrus eſt: truncus, cy-
preſſus: oliua, ſupremum. Palmáq; tranſuer-
ſum Chriſti ſunt in cruce lignum. Oſculata
& adorata cruce, duo presbyteri deferunt ad
altare corpus Domini, quod pridie fuerat cõ
26 ſecratum & reconditum.† Sacerdos verò in-
duta caſula illud ſuper corporale diſponit,
iuxta latus calicis, in quo ſit vinum & aqua
miſtum non ſanctificatum, quaſi ipſo facto
dicatur. Hoc eſt illud corpus, de quo ſanguis
& aqua fluxerunt. Vtrum autem ex contactu
hoſtiæ vinum conſecretur, dictum eſt in ti-
tulo pręcedenti. Quo facto, incipit mox: Ore
mus, præceptis ſalutaribus. perficiens domi-
nicam orationem. & illam. Libera nos quæ-
ſumus: in quo repræſentatur antiqua Apoſto
lorum celebrandi miſſàm conſuetudo. Prius
enim lectione præmiſſa dicebantur ſolum-
modo verba illa: Hoc eſt corpus &c. Hic eſt
ſanguis meus &c. Sed ipſi poſtmodum domi-
nicam orationem addiderũt: & ita illo modo
hac die celebratur, de quo dictum eſt in prin
cipio iiij. partis. Ex quibus colligitur, quòd ſo
la dominica oratio non ſufficit ad euchari-
ſtiam conſecrandam. Siquidem ſacerdos alio
tempore dicens. Per omnia ſecula ſeculorũ.
eleuat calicem, cum corpore Domini, & po-
ſteà dicens: Præceptis &c. Calicem depoſitũ
iterum cooperit: in quo illud nobis ſignifi-
catur, quod de cruce depoſitum corpus Do-
mini ſepelitur. Duo autem presbyteri qui
hodie corpus ad altare deferunt: reprę́ſentãt
Ioſeph & Nicodemum, qui corpus Domini
tulerunt ad ſepulchrum. Tres præmiſsi cano
nis articuli, ſcilicet Præceptis: Pater noſter: &
Libera nos quæſumus: ſuper depoſitum ca-
licem proferuntur: quia tribus diebus ſepul-
tus Dominus occultatur: & oratio ipſa, Libe-
ra nos, alta voce, ſicut & dominica oratio
profertur: prout dictum eſt in quarta parte,
ſub tit. de ſilentio poſt orationem dominicã.
Nec eſt prætereundum, quòd hac die, quãdo
particula hoſtiæ in calicem mittitur, non di-
cuntur verba illa: *Fiat commiſtio*: quia ibi de
ſanguine mentio fit: ſed in calice ſanguis
non eſt, nec hodie conſecratur, & fracta ho-
ſtia non dicit: Pax Domini &c. Eò, quòd oſcu-
la circunſtantium non ſequuntur. Oratio
quoq; illa: Domine Ieſu Chriſte fili Dei
&c. Et illa: Corpus tuum Domine obmit-
tuntur: quia ibi mentio de ſanguine fit. Ob-
mittuntur etiam illi verſus: Quid retribuam
Domino &c. Illa quoq;. Placeat tibi etiam
obmittitur: quia *ibi continetur*: Præſta, vt
hoc ſacrificium, quando oculis tuæ &c. Hac
etiam die ſacrificium non offertur ſacramen
taliter: ſed ſumitur altera die oblatũ. Agnus
Dei, non dicitur: quia non videtur eſſe in-
uocandus, *qui cernitur in agone* deficere:
& cum ſilentio ſacerdos communicat. vnde
poſtcommunio non cantatur: quia nobis
ſumentibus ſanguis ille, quem ſumimus de
ore noſtro pro nobis ad Dominum clamat.
Nos enim *ſumus terra illa*, quæ aperuit
os ſuum,



Geneſ. 4 os ſuum & bibit ſanguinem Abel, id eſt, Chri
ſti quem effudit Cayn, id eſt, populus Iudai-
cus, vnde factus eſt vagus & profugus ſuper
Pſal. 58 terram: iuxta illud: Diſperde illos in virtute
tua: & factus eſt maledictus illa maledictio-
Matt. 27 ne: ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios no-
ſtros. Et rurſus poſtcõmunio, quæ iubilum &
lætitiam ſignificat, non dicitur: quia Eccleſia
27 illa die plorat. ¶ Sed quæritur † quare Chri-
ſtus voluit pati ſexta feria? Reſpõdeo, vt dies
qua crucifixus eſt coaptaretur ſextæ feriæ pri
mæ creationis, & ſextæ ætati huius mundi. Si
quidem in ſexta feria primus homo, ſcilicet
Adam creatus eſt ad imaginem Dei: & ex la-
tere eius dormientis ſumpta coſta fœmina
fabricata: & in ſexta ætate filius Dei, vt ho-
minem ad imaginem Dei creatum redime-
ret, & in carne apparuit, qui in ſexta feria dor
miens in cruce ſanguinem & aquam de late-
re ſuo, vnde ſanctam Eccleſiam conſecraret,
emiſit. Ideò ergo in ſexta feria pati voluit,
quia cùm tali die Adam peccauerit, illa etiã
die hominem redimere voluit. de hoc dictũ
28 eſt, ſub titulo de natali. Et † nota, quòd Chri
ſtus completis trigintaduobus annis & men-
ſibus tribus, vel ſecũdum Chryſoſto. triginta
tribus & dimidio crucifixus eſt: eadẽ die qua
conceptus eſt de virgine, ſcilicet in ſexta fe-
ria, quæ fuit octauo calen. Aprilis: de quo di-
cetur in ſeptima parte, ſub feſto annuntiatio-
29 nis. ¶ † Quæritur etiam, cùm de morte ſancto
rum cum gaudio feſta in Eccleſia celebren-
Pſal. 115 tur: quia Pretioſa in cõſpectu Domini mors
ſanctorũ eius: quare Eccleſia hodie de mor-
te Domini, cum gaudio ſimiliter nõ ſolenni-
zat? Videtur enim quòd multò magis debe-
ret lætari, & feſtũ de illa celebrare, cũ mors
ipſius ſit pretioſiſsima, & mors mortis. & eſt
Galath. 6 noſtra redemptio: & quia Apoſtolus glorian
dum ait in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.
Reſpõdeo, quia ipſe pro peccatis noſtris mor
Eſa. 53 tuus eſt, ſicut dicit Dominus per Eſa. Propter
ſcelus populi mei percuſsi eum. & ideò debe
ret homo erubeſcere nõ gaudere, cùm & ſol
inſenſibilis erubeſcens, radios ſuos retrouer-
terit: quia obſcuratus eſt: & petræ ſciſſæ ſunt.
meritò ergo omnis homo in hac die triſtitiã
prætendit, ne eſſe durior lapidibus videatur.
Prætereà, ipſe Dominus triſtis fuit. Vnde tri-
Matt. 27 ſtis eſt anima mea, vſque ad mortem: & etiã
Matt. 26 beata virgo. Vnde tuam ipſius animam per-
Luc. 2 tranſibit gladius. & Apoſtoli de conſecra. di-
ſtin. iij. ſabbato. Meritò igitur in hac die Ec-
cleſia in arctiſsimo eſt ieiunio, & ſilentio, &
triſtitia compaſsionis. de hoc dictum eſt ſub
30 feſto circuncisionis. ¶ † Rurſus hunc diem ce
lebramus, cum mœrore, triſtitia & abſtinen-
tia. paſsiones verò ſanctorũ cum gaudio: quia
ſancti poſt martyrium ſtatim cœlos aſcende
runt: Chriſtus verò ad infernum deſcendit.
Sed quoniã iam tartara cõfregit, & inde ſan-
ctorum animas eduxit, & tertia die reſurre-
xit: ideò tunc, ſcilicet die reſurrectionis ma-
ximè lætamur. Hinc eſt, quòd paſsiones pa-
trum veteris teſtamenti, quia ad inferos de-
ſcenderũt, nõ celebramus, præterquã Inno-
centium: ex eo, quòd in ipſis ſingulis Chriſtus
occiſus eſt. & Machabæorũ: prout in ſeptima
parte ſub eorum feſto dicetur. de hoc etiam
dictum eſt in parte prima, ſub titulo, de pictu
31 ris. ¶ Et eſt notandum † quòd Chriſtus in
paſsione ſua redemit non tantum illos, qui
tunc erant in lymbo inferni, qui locus dice-
batur ſinus Abrahæ, vbi Lazarus erat: ſed etiã
omnes futuros qui ſancta morte vitam erant
finituri. vnde Oſeę vlti. Ero mors tua, ô mors,
morſus tuus ero inferne. ſed nec omnes, qui
32 in inferno erãt, inde extraxit. ¶ Item † quæri
tur, quare Eccleſia non cõſecrat hac die cor-
pus Domini, cùm Dominus dixit: Hoc facite
in meam cõmemorationem: & Gabilõ. con
cilio de conſecra. diſtin. j. viſum dicitur. Nulla
dies excipitur, qua nõ pro viuentibus depre-
cetur. Prætereà, cũ Chriſtus immolatus hac
die & ſabbato quieuit in ſepulchro: & diſcipu
li totam noctem ſequentem vſque diluculũ
in triſtitia trãſegerint: rationabiliter videre-
tur, vt in hac die corpus Domini cõficeretur:
& inde vſque ad primam ſabbati iugi ſilentio
conſopiti, à ſacri altaris myſterio vacaretur.
Reſpondeo ad hoc multiplex ratio reddi po
33 teſt. ¶ Prima † eſt: Dominus noſter pridie,
quàm pateretur, accipiens panem & calicem
benedixit: dedítq; diſcipulis, dicens: Hoc eſt
corpus meum. Hic eſt calix meus: & tunc im-
molatus eſt in manibus ſuis: de qua immola-
tione ſubiunxit: hoc facite in meam comme
morationem. Illa igitur, ſcilicet feria quinta
non eſt obmittẽda, cùm ſit firmiter iniuncta.
Sexta verò feria eſt dies ſecunda, qua velut
in monumento quieſcit: ſabbatum tertia, qua
velut à morte reſurgit: reſurrexit enim ante
diem. Triduum ergo dominicæ mortis, quod
perfici nequit eo reſpectu, ꝙ ipſe à Iudęis eſt

trucidatus:eo tranſponitur,quòd ipſe ſuis ma
nibus immolatur.Cuius quoque rei illud ma
gnum eſt indicium , quòd in nocte cœnę lu-
Exod.16 minarib⁹ extinctis vigilias celebramus.Sicq;,
vt in quinta feria quaſi ſexta in duplũ manna
colligatur:quoniam in hac die quaſi in ſabba
34 to non inuenitur. ¶Secunda † ratio eſt:quia
Eccleſia corpus illud,quod flagellis & ſpinis,
& contumelijs iſta die reuera affectum eſt:
non debet cum miſſarũ ſolennitatibus cele-
brare:quoniam veniente veritate debet ceſſa
35 re figura.¶Tertia † quia oblata eſt hoſtia
de manibus Chriſti & noſtris. Non ergo ſa-
crificent amici,dum trucidant inimici.Sed ta
men,quia ſemper indigemus cõmunione,&
ſemper eſt tempus cõmunicandi , ſacerdos
ipſum corpus recipit in hoſtia,à die antece-
36 denti reſeruata & cuſtodita.¶Quarta † ratio
eſt,quoniam hac die velum templi ſciſſum,
& cornua altaris tranſuerſata ſunt : & ita
non habemus vbi corpus Chriſti conficiatur.
37 ¶Quinta eſt † quia,ſcilicet receſsit & ſubla-
tus eſt verus ſacerdos,id eſt,Chriſtus ſponſus
Eccleſiæ.deſcendit enim ad inferos. ¶Sextã
tationem ponit Inno.Papa de cõſecra.diſtin.
38 v.ſabbato.dicens,† quòd in die paraſceues &
in ſabbato ſancto ſacramentũ nõ celebratur:
quia conſtat Apoſtolos iſtis duobus diebus
in mœrore & in triſtitia fuiſſe : & ſe propter
metum Iudæorum occultauiſſe. Miſſa enim
quæ in ipſo ſabbato celebratur:non ad ipſum
ſabbatũ:ſed ad diem pertinet ſubſequentem:
39 vt infrà dicetur.¶Septima : quia † Moſes ait:
Vos tacebitis : & alius , ſcilicet Chriſtus pu-
gnabit pro vobis.torcular enim calcauit ſo-
lus.Cùm igitur hac die non ſit corpus Domi
ni conficiendum:ad hanc diem reſeruandum
40 eſt. Hæc ſexta feria & † ab iſta omnes aliæ
ſextæ feriæ priuilegiatæ ſunt propter Chri-
ſti paſsionem , ſicut & à ſequenti dominica
omnes aliæ dominicæ propter eius reſurre-
ctionem.Sunt autem huiuſmodi ſextæ feriæ
ſex priuilegia,ſcilicet Chriſti immolatio:in-
ferni ſpoliatio:mortis cõculcatio:humani ge
neris redemptio:paradyſi apertio:& ſcriptu-
rarum manifeſtatio. In paraſceue vno ſolo
cibo veſcimur:quia Chriſtus ea die vnum ſci
licet latronem ſibi incorporauit, dicens:Ho-
die mecum eris in paradyſo. Vnde ipſe dixit:
Pſal.140 Singulariter ſum ego,donec tranſeam.

SVMMA.

1 Paſchatis ſabbatum.
2 Paſchatis ſabbatum,officium mutuatur to-
tum à nocte paſchæ.& nume.3.
4 Paſchatis ſabbatum,dicitur dies illuminata,
tribus de cauſis.
5 Paſcha celebratur in plenilunio.Et qñ.nu.6.
7 Nox,diem præcedat ne,an contrà.

## *De ſabbato paſchæ.* CAP. LXXVIII.

1 SEquitur † videre de ſabbato
ſancto Paſchę.Sanè ſicut Deus
operibus creationis mundi,ſci
licet in ſex diebus completis
in ſeptima requieuit ab omni
opere,quod patrarat:ſic & in ſexta ætate re-
creationis operibus cõſummatis : iuxta quod
Dominus in cruce pendens dixit:Conſumma
tum eſt : in ſeptima ætate requieuit . Cum
enim anima eius paſsibilitatem corporis exi-
uit,quodãmodo requieuit:præterea in ſepul-
chro dormiuit:ideóq; dies iſta ſabbatum ap-
pellatur,quod requies interpretatur:vt dictũ
eſt in procemio ſecundæ partis:quod antono
maticè ſabbatũ ſanctum dicitur , eò quòd,vt
præmiſſum eſt,ſignificat requiem Chriſti ab
opere recreationis in fine ſextæ ætatis : vel
propter requiem Chriſti in cuius morte ſan-
ctificati ſumus. Dicitur etiam ſanctum, pro-
pter baptiſmum,quod fit in die iſta in qua no
ua Eccleſiæ proles ſanctificatur. Hæc autem
2 † dies ſicut præcedens nullum habet offi-
cium diuinum:in quo conſtat Apoſtolos fu-
giſſe,& in mœrore fuiſſe:de conſecra.diſtin.
iij.ſabbato.Nam officium,quod cantatur eſt
noctis diei dominicæ:de conſecra.diſtin.j.in
ieiunijs. lxxv. diſtin. quòd à patribus. ſcilicet
de reſurrectione non de ſabbato:ſicut & con
tingit in ſabbatis quatuor temporum : quod
apparet : quia dicitur in cerei benedictione:
Hæc eſt nox.& in collecta miſſæ : Deus,qui
hanc ſacratiſsimam noctem. vnde antiquitus
totum officium de nocte dicebatur,& adhuc
in pleriſque locis fit.¶Primò, ad notandum,
quòd catechumini , quorũ eſt ipſum officiũ,
ſepulti cum Chriſto , per baptiſmum reſur-
gunt cum ipſo.¶Secundò , propter viſitatio-
nem mulierum ad ſepulchrum Domini ma-
ne venientium. ¶Tertiò , quia Dominus de
nocte reſurrexit.ſecundũ Hierony.& Grego.
& Ambro.& ideò quia nox illa tanto lumine
illuſtrata,eſt de Domini reſurrectione,meri-
tò tunc vigilare & Deo laudes canere debe-
mus.Traditio quoque Iudæorũ eſt, Chriſtũ
media



media nocte venturum:in cuius figura ange
lus tranſiuit media nocte percutiẽdo primo-
genita Aegyptiorum : & Dominus tranſiuit
protegendo populum ſuum.Et Hier. Reor,
inquit,traditionem apoſtolicam permãſiſſe:
vt in die vigiliarũ Paſchæ ante noctis mediũ
dimittere non liceat populos expectantes
Chriſti aduentum:vt reſurgenti ſaluatori oc-
currant,poſtquam tempus illud tranſierit,ſe-
curitate præſumpta feſtum cunctos agere
3 diem.Sed quia † quod pro deuotione fuerat
inſtitutum,in minus honeſtas actiones, qui-
bus nox facultatem præbet conuerſum eſt,
inſtitutum fuit , vt officium ipſius noctis de
die celebraretur.De hoc tactum eſt in procœ
mio quartæ partis:& in quinta parte, ſub titu
lo de nocturnis.Augu.tamen dicit Dominũ
in diluculo ſurrexiſſe , & ipſum per quadra-
ginta horas mortuum ſiue in ſepulchro ex-
titiſſe:cui Eccleſia cõſentire videtur,quæ pro
reſurrectione matutinum eadem celebrat
hora.Silet ergo Eccleſia vſque in horam deci
mam:& tunc congregatur ad officium cele-
brandum,quando reſurrectio appropinquat,
videlicet circa veſperam noctis,quæ luceſcit
in prima ſabbati:& quam per totam noctem
vſque ad diei claritatem continuat ad hoc,vt
Pſal.138 illud impleatur:Nox illuminatio mea in de-
litijs meis , & nox , ſicut dies illuminabitur.
4 ¶Tribus † autem de cauſis,dicitur hæc dies
illuminata.¶Primò,quia refulget in delitijs
noſtris propter redemptionem ſeu reſurre-
ctionem animarum,quæ licet ſit in die para-
ſceue,morte Domini recuperata:eius tamen
gaudiũ & lætitia eſt ad hanc nocte tranſlata,
propter rationẽ poſitã ſub quinta feria cœnæ
Dñi,vbi agitur de olei cõſecratione. ¶Secun
dò,ꝓpter reſurrectionẽ corporũ,quę Dño re
ſurgẽte prima ſabbati ſperatur futura:ideóq;
vigilamus & reſurgenti vigilãdo cõcinimus.
¶Tertiò,ꝓpter baptiſmi ſacramẽtũ,quod ho
die celebratur:quoniã ab illis cauſis ſumpſit
exordiũ,& illarũ nobis tribuit fructũ.Celebra
tur enim hac die catechuminorũ officium,vt
ipſi Chriſto cõſepulti,ad baptiſmum in mor-
te cum eo reſurgant.Hæc ergo nox , paſcha
dicitur , quòd tranſitus interpretatur : quia
tranſiuit Dominus de mundo ad patrem:de
morte ad vitã tranſimus & nos.Paſcha enim
noſtrum immolatus eſt Chriſtus:de hoſte ad
patrem:de tenebris ad lucem:de reatu ad gra
tiam: de pœna ad gloriam : de pugna ad vi-
5 ctoriã.¶Hæc nox ſiue paſcha † in qua reſur
rexit Dominus fuit decimaſeptima luna men
ſis primi,id eſt,Aprilis , qui eſt primus apud
Hebræos,qui computant menſes ſecundũ lu
næ curſum.Ideò quidem in menſe primo re-
ſurrexit : quia ipſe eſt principiũ. Item ideò in
luna decimaſeptima,vt per obſeruationẽ de-
calogi perduceret nos ad æternam requiem
ſabbati ſui.Surrexit igitur tunc,cùm luna al-
ta petit,ad deſignandũ,quòd Eccleſia petere
debet alta virtutũ,& ſcandere ad templa cœ-
lorũ.Item in tertia hebdomada lunæ ſurre-
xit,per quod tertium tempus,ſcilicet gratiæ
aduenisse ſignificauit.Et inde eſt,quòd cùm
ſemper in lunatione Aprilis,& in plenilunio
hanc ſolennitatẽ ex iuſſu Domini celebre-
mus : quandoq; in noſtro Aprili,& quandoq;
in Martio eam ſolennizamus : ſed cùm poſt
duodecim lunationes cõſtituimus , innuitur
quòd per decem legis & duo charitatis præ-
cepta ad reſurrectionis gloriã perueniemus.
Si verò eam poſt xiij. lunationes obſerua-
mus,innuitur quòd per decalogũ & trinitatẽ
perueniemus ad gloriam æternitatis. Adhuc
ideò hæc nox in plenilunio celebratur:quo-
niã luna iubar luminis à ſole mutuatur.Luna
eſt Eccleſia:ſol Chriſtus qui dum occidit,oc-
ciditur:ſed eius occaſu Eccleſia gratiæ pleni
6 tudine illuſtratur.Itẽ † hæc nox,in qua Chri
ſtus reſurrexit equinoctio trãſacto,quãdo ſci
licet dies incipiũt creſcere,& eſſe maiores no
ctibus,celebratur.¶Primò,quia poſt ignoran
tiam ꝓlongatur de Deo ſciẽtia,& vbi abũda
uit iniquitas,ſuperabũdauit & gratia. ¶Secun
dò,quia virtutes in nobis creſcere,& vitia ſu-
perare debẽt.¶Tertiò,quia per eius reſurre-
ctionẽ tenebrę mortis cœpêre minui & dies
vitæ incepit augeri. ¶Quartò, quia ꝑ ipſum,
qui eſt lumẽ de lumine,ꝑuenitur ad diem lu
cis æternę.Itẽ,hęc nox celebratur,vt in vere,
quãdo poſt hyemis aſperitatẽ flores vernãt,
& volucres iubilãt,quia pulſo,perfidiæ gelu,
mundus floruit pulchritudine virtutum.Et in
omnẽ terrã exiuit ſonus eorum , hęc nox eſt
vtriuſq; diei cõmunis,ſcilicet ſabbati præce-
7 dentis,& dominicæ ſequentis. Nam † vſque
nunc dies præcedebãt noctem,nũc ecõuerſò
fit.Cõditor enim tẽporis fecit,vt à principio
dies naturaliter p̃cederet noctẽ,ſecũdũ quod
dicit ſcriptura,fiat lux.& facta eſt lux.& ea
procedẽte ꝑ ſuperius hemiſpheriũ ab oriẽte
in occidẽtẽ factũ eſt veſpere:& redeũte ea ꝑ
inferius

inferius hemiſphęrium ab occidente in oriẽtem factũ eſt mane. Præceſsit ergo dies noctem, in ſignum quòd homo ſiue Adam trãſiturus erat de luce virtutum in tenebras vitiorum, ſiue quòd homo à die paradyſi deſcenderet ad noctem inferni: ſed in reſurrectionis nocte artificialiter fecit Dominus, vt nox reciprocãdo præcederet diẽ, in ſignũ reparationis ſecũdi Adæ, qui nos per ſua reſurrectionẽ de peccatorũ tenebris reparauit ad
Rom. 13 lucẽ: vnde Apoſtolus: Nox pręceſsit: dies autẽ appropinquauit. Seriatim igitur huius diei officiũ proſequẽtibus, Primò per quẽ, quomodo, & quare agni de cera hac die fiãt. Secũdò, de benedictione cerei. Tertiò, de lectionibus & tractibus. Quartò, de benedictione baptiſmi ſiue fontiũ, vbi etiã agitur de cereis catechuminorũ. Quintò, de baptiſmo, vbi agitur de veſtibus quas neophyti octaua die deponunt & de patrinis. Sextò, de confirmatione. Septimò, de miſſa.

SVMMA.

1 Agni cerei, qui fiunt Romæ in paraſceue Paſchalis, quid notent. & num. 2. Et eorum virtus. num. 3.

## *Per quem, quomodo, & quare agni de cera fiant.* CAP. LXXIX.

1 IN † primis itaq; hac die acolythi Eccleſiæ romanæ faciunt agnos de cera noua, benedicta vel de cera cerei paſchalis anni pręcedẽtis, admiſto chriſmate qui in ſabbato in albis in Eccleſia per dominũ papã populo diſtribuuntur. Agni iſti, ſignificant agnum illum immaculatum, qui tollit peccata mundi. Cera, ſignificat eius humanitatem: ſicut beatus Greg. dicit, mel in cera, diuinitas in humanitate. Apis quidem, quę operatur ceram cum melle, nulla reſoluitur libidine. & beata virgo eum, qui eſt Deus, & homo, cõcepit ſine virili ſemine. In cera admiſcetur oleum ſeu chriſma: quia Dominus noſter plenus eſt miſericordia: quæ per oleũ deſignatur. In octaua diſtribuuntur: quia in octaua reſurrectionis Dñs ſuis præmia diſtribuit. Rurſus agnus in agno cereo præfiguratus & in paſcha immolatus, ad memoriam reducitur: cui beatus Greg. oleũ infundi inſtituit. quãdo paſchalis agni myſteria reſerauit.
2 † Hi etiã cerei agni figurãt agnos nouellos, de quibus cantat Eccleſia in ſabbato in albis: & ideò quãdoq; in illo ſabbato fiũt, quod etiã vſus apoſtolicus docet: quoniã in dominica tunc ſequenti Domino pa. mẽſam intrãte, & agnos cereos capellanis, & familiaribus ſuis diſtribuere volẽte: vnus acolythus ſolenniter portans & præſentans ſibi agnos ipſos, dicit ter alta voce. Domine. d. d. iſti ſunt agni nouelli, qui annũtiauerũt, allelu Ia: mo-
3 dò venerũt ad fontes &c. † Hi agni à fulgure, & tẽpeſtate fideles, & credẽtes defendunt propter virtutẽ conſecrationis & benedictionis. Sanè ſecundũ quarundã Eccleſiarũ conſuetudinẽ, cereus diſtribuitur in octaua paſchæ populo, ad ſuffumigãdas domos, ad ſignificandum quòd in vltima reſurrectione Chriſtus fidelibus in præmio tribuetur: ad quod expreſsius ſignificandum Romana Eccleſia agnos fecit ſupradictos.

SVMMA.

1 Cerei benedictio fit in paraſceue.
2 Sub cerei benedictionem, cur ignis antiquus extinguatur, & nouus è petra excutiatur.
3 Cereus paſchalis à diacono benedicitur. Et cur non potiùs à ſuperiori.
4 Cereus paſchalis, quid ſignificet.
5 Manſiones tres: in quarum tertia columna præceſsit populum.
6 Cereus ſuper columna, ſignificat Chriſtum. Item, paſchalis. num. 7.
8 Cerei benedictio, qualiter fiat. Et an vnus tantùm benedicatur, an duo. num. 11.
9 Turis grana, in cerei benedictione, quid ſignificent.
10 Cereo paſchali infixa tabula, quid ſignet. quídq; contineat.

## *De benedictione cerei.* CAP. LXXX.

1 SEcũdo † loco paſchalis cereus benedicitur. Circa quod ſciendũ eſt, quòd in principio officij totus in Eccleſia debet ignis extingui, & nouus de lapide percuſſo cũ calibe: vel ex cryſtallo ſoli obiecta debet elici, & de ſarmento foueri. Ignis vetus, veterẽ ſignificat legẽ, cuius figuræ in morte Chriſti cõpletę fuere: & ideò velut extinctæ ceſſare debuerũt: ſed de lapide, id eſt, de Chriſto qui eſt lapis angularis, qui verbere crucis pcuſſus, ſpiritũ ſanctũ nobis effudit: vel de cryſtallo inter ſolem & lunã mediãte, id eſt, de Chriſto qui fuit mediator inter



Deum & hominem, qui ſicut ipſe teſtatur, ignem in terram mittere venit. nouus ignis elicitur, dum per eius paſsionem vel reſurrectionem ſpiritus ſanctus nobis effunditur, cui præbet alimentum ſacramentũ, id eſt, Chriſtus qui eſt vitis vera. Cryſtallus quoque perlucida eſt Chriſti humanitas reſurrectione ſplendidiſsima. Adhuc nouus ignis ideò benedicitur: vt ſicut ille, qui eſt lumen indeficiens, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, igne illuminauit Moſen: ita illuminet ſenſus & corda noſtra, vt ex his tenebris ad lumen & vitam ęternam mereamur peruenire. Nec eſt vana religio ſolenni proceſsione, ad huius ignis benedictionem exire, in quo meminiſſe debemus exeũdum nobis eſſe ad illum, quem Iudæi extra
Hebr. 13 caſtra eiecerũt. Exeamus (inquit Apoſtolus) ad eum extra caſtra, improperium eius portantes. & benedicimus illum, cum cruce & aqua: vt nos in paſsione eius per quem ſpiritum ſanctum accipimus, lotos eſſe ſignifica-
2 mus. † Rurſus extinctis Eccleſiæ luminaribus, & igne de petra cũ calibe excuſſo ignis aqua aſpergitur benedicta: quia extinctis Apoſtolis, qui lumen mundi à Chriſto dicti ſunt, de Chriſto petra excuſſus eſt ignis charitatis, cum calibe lanceæ vulnerantis, dum ſanguis & aqua de eius corpore ſacro emanauerunt: à quibus habent efficaciam ſacramenta: quibus mediantibus in amore Domini inflammamur aqua gratiæ perfuſi. Et attende, quòd ſicut in his ſingulis diebus, ſcilicet cœna Domini, paraſceue, & ſabbato ſancto, ignis extinguitur, ſicut volunt quidam: vt etiam ex eis nouus ignis in memoriam paſſionis, vt prædiximus, accendatur. Subſequenter benedicitur cereus ex inſtitutione Zozimi, & Theodori primi Papæ: ſed beatus Ambro. benedictionem dictauit: quãquam Augu. & Petrus diaconus Caſsineñ. monachus, alias benedictiones dictauerunt, quæ in vſu non ſunt. Benedicitur autem ideò: quoniam ex ſimplici ſui natura abſque benedictione, non poteſt tranſire ad ſignificationem myſterij columnæ ignis: de qua iam dicetur. Benedicitur etiam propter gloriã reſurrectionis eius, quem & pater benedicit: & quia per ipſum ipſe Chriſtus viſibiliter ad memoriam redu-
3 citur. † Benedicitur quidem, etiam præſente Epiſcopo, vel ſacerdote, à diacono, qui eſt minoris ordinis: quia Chriſtus reſurgens à mortuis, primum Mariæ Magdalenæ ſe manifeſtans, voluit per debiliorem ſexum gloriam ſuæ reſurrectionis Apoſtolis nuntiari: vt ſicut noſtræ mortis initium per mulierem in mundum intrauerat: ita & reparationis initiũ per mulierem in mundo nuntiaretur. Adhuc diaconus benedicens cereum, ſignificat euangelij prædicatorem, qui Chriſtum pro nobis paſsionis violentia corporaliter extinctum, debet laudum benedictionibus, prædicando, reſurrectionis luminoſa gratia reddere illuſtratũ: quæ dalmatica induitur: quoniam debet eſſe cœleſtis conuerſatione adornatus,
4 quã dalmatica ipſa deſignat. ¶ Porrò † cereus, ſuper columnã illuminatus, ſignificat primò columnam ignis, quæ præcedebat in nocte populum Iſraël. extinctus verò, ſignificat columnam nubis, quæ præcedebat in die prima quidem de nocte illuminans: & ſecunda in die refrigerans, in qua ſpiritus ſanctus ſignificabatur. Tenuit quidem in nobis columna nubis figuram humanitatis: & columna ignis figuram diuinitatis. Rectè autem cereus columnam ſignificat. Nam ille præceſsit populum ad mare rubrum, in quo baptizati ſunt: iſte verò præcedit neophytos ad baptiſmum. Item ille præceſsit populum vſque ad terrã promiſsionis: iſte verò præcedit ſeptem diebus neophytos ad fontes: & Dominus nos præcedit, vt paret nobis viam, vſque ad patriam, quæ poſt finem huius vitæ, quæ ſeptẽ-
5 nario reuoluitur, nobis promittitur. ¶ † Et nota, quòd nec in prima nec in ſecunda manſione, columna præceſsit populum, ſed tertia. Prima manſio fuit in Ramatha. Secunda, in Segor. Tertia in Etã. Ramatha, interpretatur commotio tineæ. Segor, tabernaculum. Ethan, firmum vel perfectum, vel ſigna eius. Hæ tres manſiones his tribus diebus Domini coaptantur, ſcilicet diebus paſsionis, ſepulturæ & reſurrectionis. Nam in die paſsionis fuit Dominus, quaſi in Ramatha, id eſt, in commotione tineæ, videlicet in cõmotione Iudæorum, qui ad modum tineæ veſtem incõſutilem Domini, id eſt, Eccleſiæ vnitatem: imò & ipſum demoliri nixi ſunt. Sed de hac manſione, quaſi exiuit, cum obijt, & venit in Segor, id eſt, in tabernacula, cùm in ſepulchro latuit, & tanquam fortis miles fortem diabolum ligando, vaſa eius dirupuit. tabernacula enim militantium ſunt. Sed de hac manſione exiuit cùm ſurrexit, & intrauit in Ethan:

Ethan:quod interpretatur firmum,ſeu perfe-
Roma. 6 ctum,ſeu ſigna eius:quia ipſe reſurgẽs à mor
tuis,iam non moritur:mors illi vltra non do
minabitur : tunc ſingnaculum ſuis fuit cùm
ipſe eis glorioſus apparuit : & eos tanquam
6 columna ignis illuminauit.¶†Secũdò cereus
ſuper columnam,ſignificat Chriſtum qui nos
in huius mundi nocte illuminat:& in die à vi
tiorum incentiuo refrigerat , vt præmiſſum
eſt.Rectè quidem cereus Chriſtum ſignifi-
cat propter tria,quæ in eo ſunt:lichimẽ nãq;
animam:cera, corpus:& lumen diuinitatem
7 ſignificat.¶† Tertiò cereus renouatus & illu
minatus poſt benedictionem , ſignificat no-
uam Chriſti doctrinam qui eſt in nouo teſta
Ioan. 13 mento,qui ait:Mandatum nouum do vobis:
vel gratiam nouam qua nos dominica ſingu-
lariter illuſtrata eſt:videlicet Chriſti reſurre
ctionem,qui reſurgens à mortuis,apparuit in
carne glorioſus:& ſplendore diuinitatis illu-
minatus.Huius enim cerei ceram apes ma-
ter ſine concubitu eduxit,& Chriſti carnem
virgo Maria concepit,& peperit,& in carne
Deum,quaſi mel in cera perferens,inuiolata
permanſit . Incipit autem cerei benedictio:
8 Exultet † iam angelica turba.De hoc enim
eſt exultatio,quòd extraxit ſuos de inferno
& de eius victoria.Aſcendit enim ſuper occa
ſum,Dominus nomen illi , & primò ſalutat
populum dicẽs:Dominus vobiſcum,vt illum
reddat beneuolum & attentum. Cæterũ lu-
men cerei, ſeu eius ſignificatio , duplex eſt:
ſignificat enim ſpiritũ ſanctum,quo Chriſtus
plenus fuit , & gloriam reſurrectionis eius.
Secundum primum myſteriũ , in quibuſdam
Eccleſijs cereus à principio benedictionis ac-
cenditur:quia Chriſtus ab initio ſuæ conce-
ptionis ſpiritu ſancto fuit repletus. Et verba
benedictionis in hoc cõſonare vidẽtur.Nam
ſtatim circa principium dicitur : Gaudeat ſe
tellus tantis irradiata fulgoribus. & poſteà
ſubditur:Lætetur mater Eccleſia,tanti lumi-
nis adornata fulgoribus . & poſteà diaconus
rogat cirunſtantes , cum eo miſericordiam
Domini inuocare.ad tam miram huius lumi
nis claritatem:quod licet de ſignificato intel
ligatur,ſcilicet de Chriſto,conueniens tamen
videtur,vt & ipſum ſignificans ei aliquo mo-
do,prout fieri poteſt,reſpondeat:& eius ſimi
litudinẽ gerat.Quantũ ad alterũ verò myſte
riũ:videlicet quòd lumen gloriã reſurrectio
nis ſignificat,in quibuſdam Eccleſijs illumi-
natio cerei vſque poſt appoſitionem incenſi
defertur . inſigit enim ipſi cereo diaconus
quinque grana turis in modum crucis,cũ di-
cit:Suſcipe ſancte pater huius incenſi ſacrifi-
cium veſpertinũ : ſiquidem paſsio ſaluatoris
reuera fuit ſacrificium veſpertinũ legis:iuxta
illud:Eleuatio manuum mearũ ſacrificiũ ve- Pſal. 140
ſpertinũ:quia fuit in veſpera mundi,id eſt,in
ſexta ætate factum : & in veſpera diei : quæ
9 † grana turis deſignant aromata quæ mulie-
res emerunt,vt vngerent crucifixum.Emerũt
enim ad literã aromata veſpere ſabbati,quia
ſabbato ſiluerunt,propter feſtum ſabbati:&
oſtendit Eccleſia ſe illam deuotionẽ habere
in aromatibus virtutũ : vel quinque grana ſi-
gnificant quinque plagas in cruce receptas.
Poſt hoc aliquantulum inferius fit cerei illu
minatio : quia poſt paſsionem ſecuta eſt in
reſurrectionis gloria:& lucet catechuminis
ante baptiſmũ,& poſt vſq; ad octauas,ad no-
tandum,quòd Chriſtus lucet Eccleſiæ vſque
10 in diem iudicij. † In cereo etiã affigitur ta-
bula ſeu charta ſcripta,quæ ſignificat tabulã,
in qua Pilatus ſcripſit:Ieſus Nazarenus,Rex
Iudæorum : quã vidimus Pariſius in capella
Illuſtris Regis Francorũ,vnà cum ſpinea co-
rona,& ferro,& haſta lanceæ:& cum purpu-
ra,qua Chriſtum induerunt : & cum ſindone,
qua corpus fuit inuolutũ,& ſpongia,& ligno
crucis,& vno ex clauis,& alijs reliquijs mul-
tis.Et cùm cereus Chriſtum ſignificet,meri-
tò in dicta tabula inſcribitur annus Domini
tunc currens,cum eius incarnatione : quia in
cereo notat, quòd Chriſtus eſt annus an-
tiquus,& magnus , plenus dierum : de quo in
octaua parte,ſub titulo de anno ſolari dice-
tur.Ideò autem Chriſtus annus dicitur: quia
ſicut in anno dierum habetur multitudo fru-
ctuum:ita & in Chriſto fuit & eſt multitudo
omnium bonorum fructuum.Habet enim
Chriſtus ſuos menſes,vt ſunt duodecim Apo
ſtoli:& ſuos dies , vt ſunt omnes fideles : &
ſuas horas,vt ſunt neophyti.Scribitur etiam
in illa tabula annus , ab origine mundi cur-
rens,ad notandum quòd ipſe eſt α,& ω, Scri-
bitur etiam ibi indictio , vel æra & epacta,
de quibus ſub titulo de anno ſolari dicetur:
ad notandum , quòd hominum actiones &
temporum ſucceſsiones, per diei diſpoſitio-
11 nem ordinantur . In † quibuſdam Eccleſijs
additur alter cereus minor : primus maior
conſecratur in perſonam Chriſti dicentis:
Ego ſum



Ioan. 8. Ego ſum lux mundi.aliter in perſona Apoſto
Matt. 5. lorum, quibus ipſe dominus inquit: Vos eſtis
lux mundi.vterque cereus præcedit catechu-
minos,ad baptiſmum, & Apoſtoli nos ad ter-
ram promiſsionis. Item Chriſtus per ſe illu-
minat Eccleſiam , illuminat etiam illam per
Apoſtolos,quorũ præcepta diligenter intueri
& obſeruare debemus.quod oſtenditur ex il-
luminatione aliorum cereorum , qui ab alijs
duobus illuminantur.In pleriſque verò Eccle
ſijs duo alij parui cerei accẽduntur à maiori:
& ſtatuitur vnus ab vna parte cerei benedicti:
alius ab alia,qui ſignificant ſanctos noui & ve
teris teſta. qui per Chriſtũ illuminati ſunt,&
per doctrinam Apoſtolorũ & Prophetarũ,qui
cum Chriſto concordant.Illi autẽ,&c.Eccle-
ſiæ luminaria ex igne maioris cerei accendun
tur, ad figurãdum quòd ignis ſpiritus ſancti à
Chriſto procedit:& quòd non ſolùm Prophe
tæ & Apoſtoli,qui per duos cereos ſignifican
tur:verũetiam omnes Eccleſiæ fideles à Chri
ſto illuminati ſunt:qui ideò ſunt duo: tũ quia
Luc. 10. Apoſtoli bini ad prædicãdum miſsi ſunt: tum
qa diſcipuli & alij illuminati à Chriſto gemi
na charitate feruent: & tam verbo,quàm exẽ
plo lucẽt. Poſſunt etiã ipſi duo cerei catechu
minos ſignificare, qui à lumine maioris cerei
accenduntur:quoniam à lumine Chriſti opor
tet catechuminos illuminari. Lumen quidem
Chriſti eſt eius gloria & doctrina:quę per ſe-
quẽtes lectiones intelligũtur ſeu inſinuãtur.

SVMMA.

1 Paſchatis ſabbatum , quas lectiones ha-
beat : & quare ſine titulo,& tono illæ le-
gantur.Et quot ſint numero. ibid.& num.
9.10.12.Primæque interpretatio.nu.2.
3 Manichæorum hæreſis.
4 Lectionis ſecundæ in ſabbatis,expoſitio.
Item,tertiæ.nume.5.idque variè.nume.6.
Item,quartæ.nume.8.
7 Tractus,Vinea facta eſt.expoſitio.
11 Noë arca,Eccleſiam ſignificat.
13 Canticum,quid.
14 Lectionũ & cãticorũ præpoſterus ordo.

## *De Lectionibus & Tractibus.*

CAP. LXXXI.

1 TErtio loco † circa lectiones & cir
ca tractus ſciendum , quòd le-
ctiones quæ Chriſti gloriã & do-
ctrinam ſignificant:idcirco carent
titulo : quia catechumini nondum ſunt ciues
Hieruſalem,& ſcripturas ignorant,& nomina
ciuium Hieruſalem ignorant.Vnde ſi eis no-
minarentur,& nomine Doctorum veteris vel
noui teſtamenti fortè potius contemnerent,
quòd venerarentur. Carent etiam titulo:quia
Chriſtus caput noſtrum nõdum redditum eſt
nobis.Leguntur quoque ſine tono : quoniam
in eis inſipientes,& catechumini ſimplices in-
ſtruuntur. Lectiones autem in quibuſdam Ec
cleſijs leguntur quatuor,in quibuſdam ſex,in
quibuſdam duodecim , & in quibuſdam qua-
tuordecim,qui quatuor legunt : ideò faciunt,
quia Doctor catechuminorũ debet eſſe con-
uiuator eorum. Debet enim eis parare conui
uium in menſa ſacræ ſcripturæ, quæ per men
ſam quæ in tabernacula Domini fuit ſignifi-
catur.Quæ quatuor pedes habuit : quia ſacra
ſcriptura quatuor modis exponitur : videlicet
hiſtoricè,allegoricè,tropologicè, & anagogi
cè. quod plenius dictũ eſt in procemio primi
libri. Prima lectio. In principio creauit Deus
cœlum & terram : quæ eſt Geneſ.j.cap.hiſto-
riam monſtrat. Ad literam enim facta ſunt,
quæ ibi dicuntur de creatione cœli & terræ,
& aliarum rerum : de homine , qui factus eſt
ad imaginem & ſimilitudinem Dei, &c. & ſic
de alijs.Secunda lectio,ſcilicet,Factum eſt in
vigilia,&c.quæ eſt Exod.xiiij.c. pertinet ad al
legoriam.Tertia,ſcilicet,Apprehẽdentem ſe-
ptem mulieres,&c. quæ eſt Eſa.iiij.c.ad tropo
logiam.Quarta,ſcilicet,Hęc eſt hęreditas ſer
uorum:quæ eſt ibidem. lv.cap. ad anagogen.
prout infrà patebit.Verùm,ſi diligenter attẽ-
dere volumus,prima lectio,& ſecũda, tam ad
primum, quàm ad ſecundũ pedem pertinent,
id eſt,tertia potius ad ſecundum,quàm ad ter
tium. Prima,pertinet ad ſecundũ pedem,ſicut
ad primum. nam quæ in ea hiſtoricè dicũtur,
allegoricè exponũtur.verbi gratia. Factus eſt
2 homo†Chriſtus ad imaginẽ & ſimilitudinem Geneſ. 1
Dei:maſculũ,id eſt,Chriſtũ:& fœminã,id eſt,
Eccleſiam creauit eos. Vel etiã partim ad ſe-
cundũ:partim ad tertium refertur:quia opera
ſex dierũ coaptãtur operibus lucis ſpiritualis:
quia interius reformamur , & illuminamur.
Nẽpe opus primi diei fuit lux,qua ſignificatur
illuminatio fidei.Opus ſecũdi diei,fuit firma-
mentum,quod diuidit aquas ſuperiores, ab a-
quis inferioribus:hoc eſt fundamentum ſacrę
ſcripturæ,quod diuidit aquas ſuperiores,id eſt
angelos ab aquis inferioribus, id eſt homini-
bus , qui eo non indigent. Opus tertiæ diei,
fuit

fuit ſegregatio aquarũ ab arida,id eſt,ſegre-
gatio eorum,qui dediti ſunt fluxui carnalium
voluptatum:& qui quemadmodum aquæ ſe
& alios,qui ſitiunt ab his,qui ad modum ari-
dæ,ſitiunt fontem aquæ viuæ,vt poſſint fru-
Pſal.41 ctificare,dicentes : Sitiuit anima mea ad Deũ
fontem viuum &c. Quartæ diei opus,eſt lu-
minaria in firmamento.Hæc luminaria ſunt
doctores,qui inhærentes firmamento ſacræ
ſcripturæ,inferioribus lumine ſcientiæ lucẽt.
Quintæ diei opus,eſt creatio piſcium & auiũ
ex aquis,per quæ intelligũtur renati ex aquis
baptiſmatis:quorũ quidam beneficio baptiſ-
matis vtuntur ad modum piſcium,vt paruuli:
quidam verò alis geminæ charitatis,ad inſtar
auium volant ad ſuperiora , vt boni adulti.
Vnde in prima lectione dicitur:Spiritus Do-
mini ferebatur ſuper aquas,ſcilicet baptiſmi.
In aquis remanent piſces,id eſt,curioſi : aues
verò,id eſt,baptizati ad cœleſtia volãt.Sextæ
diei opus , eſt creatio animalium de terra.
Siquidem terra,caro noſtra eſt:ex qua crean-
tur animalia,cùm ex ea procedant opera vi-
ua:& interior homo noſter reformatur,vt in
eo imago & ſimilitudo Dei reluceat , ſecun-
dum quod dictum eſt ibi : Factus eſt homo
3 ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtrã.¶†Rur-
ſus per primã lectionẽ inſtruuntur baptizan
di,ne credant Manichæis.Qui dicunt omnia
hæc viſibilia à rege tenebrarum fore creata.
Poſt iſtam primam lectionem,nullum ſequi
tur canticũ.Sunt enim quatuor cantica , ſicut
quatuor lectiones.poſt duas primas ſequitur
vnum canticum:& poſt vltimam,duo cantica
ſequuntur.Poſt primã ergo nõ ſequitur can-
ticum : quia in eo agitur de primo homine,
qui creatus Deum non laudauit,ſed peccauit,
& in eo omnes peccauerunt:ideòque potius
deberet ſequi luctus , quàm canticum quod
eſt exultatio mentis habita de æternis:Quia
verò primus homo per oblectamenta pecca
ti à gloria cecidit:& ad eam redire poſſumus,
ſi ratione contra peccatum ſteterimus,idcir-
co orat ſacerdos poſt lectionẽ,dicens:Deus,
qui hominem mirabiliter collocaſti,& mira-
biliter creaſti,& mirabilius reformaſti:da no
bis cõtra oblectamenta peccati ratione per-
ſiſtere:vt ad æterna gaudia peruenire merea
mur.Et in eo etiam,quòd ipſe dicit,qui ho-
minem mirabiliter creaſti & mirabilius re-
formaſti,innuit quòd in præcedenti lectione
hiſtoricè agitur de hominis creatione , &
allegoricè de eius redemptione,id eſt,de il-
lo,per quem eſt facta redemptio.¶In ſecun-
4 da quoque † lectione eſt hiſtorica narratio:
ſed ipſa pertinet ad ſecũdum pedem menſæ:
quia quod ibi hiſtoricè dicitur,allegoricè in-
telligitur.Nam ſicut in mari rubro ſubmer-
ſis Aegyptijs,liberati ſunt Hebræi,ita & in ba
ptiſmo ſubmerſis vitijs & peccatis, liberatur
populus Dei.Vnde poſt illam lectionem ſe-
quitur canticum lætitiæ,& exultationis:vide-
licet Cantemus Domino.Exo.xv.cap.In quo
exultat populus Chriſtianus,qui à ſpirituali-
bus Aegyptijs per baptiſmum eſt liberatus,
ſicut Iudæi à corporalibus.& ideò ſacerdos
orat,vt Dominus ſalutem gentium operetur
in aquis baptiſmatis myſterio:quo ipſe prio-
rem populum ab Aegyptijs liberauit . Per
Aegyptios quidem,peccatores:per mare ru-
brum , baptiſmus intelliguntur : ex quibus
Aegyptijs,neque paruus , neque magnus re-
manſit : nec etiam in baptiſmo magnum vel
paruum peccatum remanet,quod in pœniten
tia facilè non contingit.Rectè igitur ſubijci-
tur canticum illud:Cantemus Domino:quia Eccle.15
licet quãdiu homo in peccato eſt , Dominũ
laudare non poteſt:quia nõ eſt ſpecioſa laus
in ore peccatoris : tamen cùm liberatus eſt,
poteſt cantare Domino primum canticum,
ſcilicet de liberatione ſua. ¶Tertia lectio,
5 quæ eſt Eſa. † Pertinet ad ſecundum pedem
menſæ,ſcilicet ad allegoriam:licet ad tertiũ,
ſcilicet ad tropologiam,vtcunque valeat co-
aptari. In ea enim continentur ſacramenta
Chriſti & Eccleſiæ.Sacramentum Chriſti ibi
notatur , vbi dicitur : Apprehendent ſeptem
mulieres,virum vnum.Mulieres ſeptem,ſunt
ſeptem dona ſpiritus ſancti,in baptiſmo col-
lata:quæ apprehenderũt vnum virum id eſt,
Chriſtum vt in eo plenè quieſcerent : quod
in alio homine facere non poterant, vitijs &
peccatis impedientibus. Sequitur ibi : Panem
noſtrum comedemus:quod ad ipſum ſpiritũ
ſanctum,cuius hæc dona ſunt,refertur.Nam
ſpiritum ſanctum,panẽ ſuũ comedere & ve-
ſtimentis ſuis cooperiri,nihil aliud eſt,quàm
ipſum æqualitatẽ patris & filij poſſidentem,
nullo indigere.Poſteà ſubiungitur:Tantum-
modo inuocetur nomẽ tuũ ſuper nos,id eſt,
illi, in quibus erit habitatio tua , à nomine
tuo Chriſtiani dicantur. Aufer opprobriũ no
ſtrũ quod,ſcilicet à malis hominibus paſſi ſu
mus:à quibus ſæpe per vitia , & peccata ex-
pulſi



pulſi ſumus. Hæc eſt ergo allegoria. Mora-
6 liter† autem per ſeptem mulieres intelligun
tur, homines ſeptiformi gratia repleti,id eſt,
ſapientes,intelligentes, conſulentes , fortes,
ſcientes,pij,timorem Domini habentes : qui
apprehendent vnum virum, id eſt, Chriſtum
ei per fidem & charitatem adhærendo. Hi
dicant, quòd in lectione ipſa ſequitur,ſcilicet
Panem noſtrum comedemus, id eſt , corpus
tuum,quod eſt noſter panis.quia nobis ad re
fectionem datus:& veſtimentis , ſcilicet bo-
norum operum,contra frigus peccati coope-
riemur. Inuocetur tantummodo nomen tuũ
ſuper nos : vt videlicet à te Chriſtiani dican-
tur. Aufer opprobrium noſtrum , ſcilicet ne
ſerui diaboli nominemur.in eo verò,quod ſe
quitur: Si abluerit Dominus ſordes filiarum
Syon , & lauerit ſanguinem Hieruſalem de
domo eius in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris
notatur ſacramentum Eccleſiæ : per ſordes
notat leuiora peccata : per ſanguinem , gra-
uiora. Leuiora enim peccata lauat Dominus
in ſpiritu iudicij,id eſt , leuioris correctionis.
grauiora , in ſpiritu ardoris , id eſt, grauioris
ſatisfactionis. Notat igitur in hoc effectum
baptiſmi : quia Dominus tam grauiora pec-
cata, quàm leuiora tollit per baptiſmũ. Poſt
hanc lectionem ſequitur canticum , quod eſt
primum canticum ſynagôge , ſcilicet Facta
7 eſt vinea dilecto meo.Eſa.v.c. Vinea † enim
ad literam,ſynagôga eſt.ſepes circa eam ſunt
obſeruantię legales:turris in ea,eſt templum:
torcular, altare holocauſti:& in eis ſacramẽ-
ta Eccleſiæ nihilominus intelliguntur.Vinea
Luc. 2 enim,eſt Eccleſia,quæ facta eſt in cornu illo
ſcilicet de quo ſcriptum eſt:Erexit cornu ſa-
lutis nobis.hoc cornu , eſt Chriſtus. & vinea
facta eſt in loco vberi: Chriſtus eſt locus.
Pſal.66 vberi:de quo dictum eſt:Mons Dei,mons pin
guis.Circa hanc vineam,ſepes, eſt diuina pro
tectio.foſſa, timor Domini.turris , eſt Chri-
ſtus de quo dictum eſt : Eſto nobis Domine
turris fortitudinis . torcular , crux Chriſti de
quo dictum eſt. Torcular calcaui ſolus. Et
quia in lectione in cantico exprimuntur ſa-
cramenta Eccleſiæ ſynagôgæ:idcirco ſacer-
dos orat,dicens.Deus,qui nos ad celebrandũ
paſchale ſacramentum , vtriuſq; teſtamenti
paginis inſtruis , vtriuſq; teſtamenti , dicit
vtrumq; teſtamentũ. & ſubdit : Da nobis in-
telligere miſericordiam tuam, vt perceptio-
ne præſentiũ munerum,firma ſit expectatio
futurorum. Miſericordia Domini quam nos
intelligere optat , eſt remiſſio peccatorum
in baptiſmo. præſentia igitur munera ſunt,
ſpiritualia dona, quæ in præſenti percipimus.
8 ¶†Quarta lectio eſt:Hæc eſt hæreditas ſer- Eſa.54 & 55.cap.
uorum Domini.iuſtitia eorum apud me , di-
cit Dominus:& pertinet ad quartum pedem,
ſcilicet ad anagogem. Nempe ſicut ex præ-
dictis patet in prima lectione inſtruitur ho-
mo de ſua formatione .in ſecunda & tertia
de reformatione,quæ fit in baptiſmo per Ie-
ſum Chriſtum:vnde iam non reſtat,niſi quòd
inſtruatur catechuminus de vita beata , & de
bonis moribus,per quos ad eam venitur,quę
in hac quarta lectione docentur. Siquidem
vita æterna,eſt hæreditas,quę ſeruis Domini
debetur : & iuſtitia eorum , eſt apud Deum.
Nam meritis eorum iuſtè debetur : vt apud
eum æternaliter quieſcant. Ea verò, quæ ſe-
quuntur,ad bonos mores pertinent,vt illud:
Audite audientes me,& comedetis bonum,&
delectabitur in craſſitudine anima veſtra:per
bona intelligit ipſum Chriſtum vel verbum
eius, quo anima reficitur . vnde notans de-
litias animę non carnis:dixit: Delectabitur in
craſſitudine anima veſtra. Hanc lectionem
ſequuntur duo cantica in quibuſdam Eccle-
ſijs.In ea enim agitur de hæreditate æterna,
quæ erit in duobus,id eſt in gloria animæ &
corporis:ſed conuenientior eſt ratio : quia in
ea agitur de duobus , ſcilicet de bonis mori-
bus,& vita beata, vt dictum eſt,primum can-
ticũ,ſcilicet attende cœlũ.quod eſt Deutero.
xxxij. ad bonos mores pertinet. vnde verba
cantici huiuſmodi verbis lectionis in pleriſq;
reſpõdent.In lectione igitur dicitur: Feriam
vobiſcum pactum ſempiternum miſericor-
dias Dauid fidelis.Et in cantico dicitur:Deus
fidelis, & abſq; vlla iniquitate . & ibi dicitur:
Quomodo deſcendit imber & nix de cœlo,
& illud vltra non reuertitur:ſed inebriat ter-
ram & germinare eã facit:hic dicitur: Quaſi
imber ſuper herbam : & nix ſuper fœnum
&c.Et quia bona opera,quæ facimus,ſunt ad
Dei gloriam referenda , idcirco circa finem
lectionis dicitur. Date magnificentiam Deo
veſtro. Attendens verò ſacerdos catechumi-
norum animos eſſe deuotos:& ad baptizan-
dum eſſe paratos, orat quòd Dominus, quos
aqua baptiſmatis abluit , continua prote-
ctione tueatur. Poſteà ſequitur canticum in
perſona catechuminorum reſpondentium ſe

affectare baptiſmum: vt per hoc ad viſionem
Pſal.41 Dei perueniat. Vnde cantatur. Sicut ceruus
deſiderat ad fontes aquarum: ita deſiderat
anima mea ad te Deus. Super quo dicit Aug.
quòd hoc in perſona catechuminorum, dici-
tur, deſiderantium ad fontem baptiſmi perue
nire: ſicut ceruus deſiderat ad fontes aquarũ
venire. pòſt exponit deſiderium ſuum cate-
chuminus, dicens: Sitiuit anima mea ad fon-
tem viuum q.v.& appa. ante fa. Domini. quaſi
dicat: ſi non in ingreſſu: ſi non in progreſſu
ſatiabor in egreſſu. Hoc deſiderium confir-
mat ſacerdos orans, & dicens: Vt deſiderijs
cœleſtibus accẽſi fontem vitæ ſitiamus. Qui
9 autem ſex lectiones † legunt, hoc faciũt: quia
per Chriſti paſsionem & reſurrectionẽ mun-
dus ſex diebus perfectus, redemptus, & repa-
ratus eſt: vel propter ſenarium numerum,
qui perfectus eſt: vel quia catechumini ad
ſex opera miſericordiæ inuocantur. Nunc
10 tangamus † cõſuetudinem Eccleſiarum duo-
decim lectiones legentium: quod faciunt in
honorem duodecim Apoſtolorum: à quibus
poſt Chriſtum omnis doctrina chriſtianita-
tis proceſsit, à qua catechumini illuminãtur:
& hi quandoq; legunt ſex græcè, & ſex lati-
nè: quia Chriſtus à Iudæis ad gentes tranſla-
tus eſt. Græca enim & latina lingua ſunt prin
cipaliores inter alias, & per eas apertè totum
genus omnium gentium reparatũ per Chri-
ſtum intelligimus. Verùm & ſi præmiſsi le-
gant duodecim lectiones: non tamen cantãt,
niſi quatuor cantica prædicta. Poſt quartam
nanq; lectionem cantant primum canticum:
poſt octauam, ſecundum: poſt vndecimam,
tertium: poſt duodecimam, quartum. Prima
lectio eſt: In principio creauit Deus cœlũ &
terram: in qua homo ad imaginem Dei fa-
ctus docetur. Sed hæc imago penè amiſſa
per peccatum, reſtauratur per baptiſmum.
11 Vnde ſequitur ſecunda † lectio: Noë verò
cùm eſſet &c. quę eſt Gen. v. in fine v. & vj.
vij. & viij. cap. in qua oſtenditur, quòd omnes
perierunt in diluuio, exceptis illis, qui in arca
ſàluati ſunt: diluuium eſt baptiſmus: arca eſt
Eccleſia. omnes enim qui extra Eccleſiam
baptizantur, pereunt: & illi ſoli qui ſunt in
Eccleſia, meritò ſaluantur: & quia poſt ba-
ptiſmum debet eſſe paratus ad tentationem:
idcirco ſequitur tertia lectio: Tentauit Deus
Abraham. quæ eſt Gen. xxij. cap. in qua Iſaac
legitur à patre oblatus: & Aries pro eo im-
molatus: & ita filius Dei pro nobis oblatus
eſt, ſed non eius diuinitas: imò eius corpus,
pro nobis eſt immolatum. Et quia in paſsio-
ne Domini maiorem efficaciam baptiſmus
recipit: idcirco ſequitur quarta lectio, ſcilicet
Factum eſt in vigilia matutina: in qua oſten-
ditur, quòd in mari rubro ſubmerſi ſunt Ae-
gyptij, & liberati Hebræi. Sacerdos enim eſt
Moſes: baptiſmus mare: cereus columna
ignis: catechumini Aegyptij: baptizati He-
bræi. Tres primæ lectiones ſumptæ ſunt de
Gen. quarta de Exod. quam ſequitur canticũ:
ſimiliter de Exod. ſumptum quod eſt canti-
cum victoriæ. Quinta lectio eſt: Hæc eſt hæ-
reditas: ſumpta de Eſa. in qua agitur de ba-
ptiſmo: ibi, Sitientes venite ad aquas: vbi inui
tantur ad baptiſmum. Sexta lectio eſt: Audi
Iſraël. ſumpta eſt de Baruch cap. iij. ſed con-
uenientius dicitur ſumi de Hier. quia quic-
quid ſcripſit Baruch de ore Hiere. ſumpſit.
In ea agitur de Chriſti reſurrectione, quæ in
baptiſmi immerſione ſignificatur ibi: Poſt
hæc in terra viſus eſt, & cum hominibus con
uerſatus eſt. Septima eſt: Facta eſt ſuper me
manus Domini. ſumpta de Ezechiele xxxvij.
cap. in qua agitur de generali reſurrectione,
cuius cauſa præceſsit reſurrectio Chriſti ibi:
Oſſa arida reuiuiſcunt. Octaua eſt: Apprehen
dent ſeptem mulieres virum vnum. ſumpta Eſa. 4
eſt de Eſa. in qua Chriſti & Eccleſiæ ſacra-
mentum exprimitur, & etiam baptiſmus, ibi:
Cùm abluerit Dominus ſordes &c. Poſt quã
ſequitur canticum Eſa. in perſona Eccleſiæ,
videlicet, Vinea facta eſt. Nona eſt: Dixit Do
minus ad Moſen. Exod. xij. cap. in qua ſub fi-
gura agni immolati Chriſti paſsio pro nobis
immolati exprimitur. Decima eſt: Factum
eſt verbum Domini. quæ eſt Ionę iij. ca. Sub
figura enim Ionę in mare proiecti & à ceto
abſorpti, & tertia die euomiti ſignificantur
paſsio, ſepultura, & reſurrectio Chriſti. Vnde
cima ſcripſit Moſes: & eſt Deutero. xxxj.
cap. in fine. quam ſequitur ſuum canticum:
Attende cœlum: in quo promittuntur præ-
mia renatis, quibus in lectione lex Domini
præponitur. Duodecima eſt: Nabuchodo-
noſor. Dan. iij. cap. in qua figuratè oſten-
ditur, quòd ſicut angelus in camino ignis
flammam extinxit: ita ſpiritus ſanctus per
baptiſmum flammam peccati extinguit.
Vnde catechumini, baptiſmum deſideran-
tes, cantant canticum: Sicut ceruus deſiderat
ad fontes





ad fontes aquarum. quod ſumptum eſt de
Pſal. Ad orationem autẽ, quæ poſt hac lectio
nem ſequitur, nõ dicitur flectamus genua in
deteſtationem eius, quòd Nabuchodonoſor
rex in contemptum Dei coëgit populum
genua flectere ante ſtatuam auream, quam
12 erexerat. † Romani verò dicuntur legere
xxiiij. lectiones: duodecim græcè, & duode-
cim latinè: propter cauſam ſcriptam ſub ſab-
bato quartæ hebdomadæ aduentus. Primò
legunt duodecim græcè, iuxta traſlationem
ſeptuaginta interpretum, quæ eſt authentica
apud græcos: poſteà duodecim latinè, iuxta
noſtram: d. vt ſignificent catechuminos fun-
dari ſupra fundamentum Apoſtolorum &
prophetarum: poſteà deſcendunt ad baptiſ-
mum cum cantico. Debent enim eſſe fontes
in Eccleſia, & non alibi: quia mater eſt, ex
qua noua progenies generatur. Quicunque
ergo numerus fuerit in lectionibus: quatuor
13 tantùm ſunt cantica. Eſt autem † canticum
ſanctorum, interceſsio facta, pro catechu-
minis vt Eccleſiæ iungantur: ſicut & cantus
poſt baptiſmum eſt gratiarum actio de con-
iunctis: & interceſsio vt perſeuerent. Ideò
autem cantica cantantur: quia catechumini,
Apo.14 quorum eſt huius Diei officium, futuri ſunt
in proximo de cœtu centum quadraginta
quatuor milium cantantium canticum nouũ.
Cantantur etiam, propter futuram renoua-
tionem in veram innocentiã, quaſi iam fa-
ctum ſit, quod citò futurum ſit. Ex perſona
enim eorum cantores cantica canunt, quæ
cæteri cantare nequeunt: quaſi immaculati
iterum poſt baptiſmum. Vocantur autem
cantica, quia cantantur: vel quia libri vnde
excerpta ſunt cãtica ſiue carmina vocantur.
De primo ſcriptum eſt: Nunc cecinit Moſes,
Exod. 14 & filij Iſraël carmen hoc Domino. De ſe-
Eſa. 4 cundo ſic: Cantabo dilecto meo canticum
Deut. 31 patruelis mei. De tertio ſic: Scripſit Moſes
Pſal. 41 canticum. De quarto, & de omnibus ita
dicit Auguſtinus in præfatione cantici: Sicut
ceruus. Ideò quatuor cantica dicuntur: quia
ſcripturæ de quibus catechumini inſtruun-
tur quatuor habent intellectus. Primum
canticum, habet intellectum hiſtoricum.
Secundum, allegoricum. Tertium, mo-
ralem. Quartum, anagogicum: quorum
vnumquodque ſubditur lectioni in eodem
dogmate conſiſtenti. ac ideò vltimis qua-
tuor lectionibus, quæ de bonis moribus,
& cœleſti patria diſputant, coniunguntur
duo cantica, quæ de eadem materia lo-
quuntur, vt præmiſſum eſt. Illud quoque
14 † notabile eſt, quòd quotcunque fuerint
lectiones, ſemper orationes ſequentes ad
lectiones & tractus reſpiciunt præceden-
tes: & eſt præpoſterus ordo: alius enim pri-
mò ſacerdos orat: ſecundò legit lector: &
exinde ſuccinit cantor: hîc verò primò le-
gitur, vt neophytis doctrina fidei præpona-
tur: ſecundò, cantatur in perſona illorum,
vt recognoſcatur quanta ſit deuotio & hila-
ritas baptizandorum: qua cognita ſacerdos
orat confidenter: vt eorum deuotio non
deficiat, ſed incrementa ſuſcipiat. & ſicut
in lectionibus tituli ſupprimuntur: ſic ea-
dem ratione orationibus: Dominus vobiſ-
cum, ſubtrahitur. ¶ Et nota quòd in hoc
officio lectiones ſunt, quaſi ſpecies magi-
ſtrorum: cantica, quaſi beneuolentia audi-
torum. Oratio ſacerdotis & reſponſio po-
puli, ſcilicet amen. ſunt quaſi confirmatio-
nes beneuolentiæ præcedentis. Item hodie
in lectionibus & litanijs ſenes præcedunt, &
iuuenes ſubſequuntur: vt infrà dicetur.

### SVMMA.

1 Baptiſmus fit ſabbato paſchatis. Et cur ita. & num. 2.
3 Baptiſmus in benedictione habet ſex cære-monias. & ſupra id, num. 8. 9.
4 In baptiſmo ſabbati paſchalis, ſacerdos tan-git & diuidit aquas. Et quibus id de cauſis. & numero 5. 6.
10 Cereus cur mittatur in aquam, in baptiſmi ſiue fontium benedictione.
11 In aquam baptiſmi quare ſacerdos inſufflet. & quoties id faciat.

## *De benedictione baptiſmi, ſeu fontium. Vbi etiam agitur de cæteris catechuminorum.*

### CAP. LXXXII.

1 QVarto † loco de benedictione
fontiũ ſeu baptiſmi dicturi prę
mittimus. ¶ Ideò enim fit hac
die baptiſmus: quia in eo conſe
pulti ſumus Chriſto: & pro-
pter hoc baptizandus ter immergitur, prout
infrà dicetur. ¶ Secundò, ideò quia baptiſ-
mus partim à paſsione, & partim à re-

ſurrectione vim ſuam accipit , à paſsione,
ablutionem à peccatis:à reſurrectione gra-
tiæ innouationem.¶ Tertiò , quia ſicut Do-
minus tunc liberauit antiquos patres à car-
Eſa. 9 cere infernali. vnde Eſa. Habitantibus in re-
gione vmbræ mortis , lux orta eſt eis . ita &
2 hac die liberantur à peccato originali.¶ † In
fontium benedictione & in catechuminorũ
immerſione , quidam vtuntur ſimplicibus &
lineis indumentis , propter rationem ſcriptã
in prima parte,ſub tit.de altaris dedicatione.
De litania, quæ in benedictione baptiſmi di-
3 citur,infrà dicetur. ¶ † In benedictione ba-
ptiſmi ſunt ſex:quoniam ſacerdos orat : aquã
manu tangit:vocem mutat:cereus immergi-
tur:& alij cerei illuminantur:inſufflat ſacer-
dos : & chriſma miſcet. ¶ Primò ergo , orat
Deum patrem , vt per Ieſum Chriſtum im-
ploret ſpiritum ſanctum,vt in fontes deſcen-
dat : ideóq; in modum orationis legit : ſed
ante omnia ab adſtantibus ſibi captat bene-
uolentiam,ſalutando eos, *dicens* : Dominus
vobiſcum.& illi reſpondent : Et cum ſpiritu
tuo. quaſi dicant:Dominus ſit tecum in tãto
ſacramento perficiendo:quia ſine eo nihil po
tes:pòſt ſacerdos alloquitur Dominum:quaſi
longè poſito,rogans,vt *velit* adeſſe præſens,
dicens:Omnipotens ſempiterne Deus adeſto
magnæ pietatis tuæ myſterijs : adeſto ſacra-
mentis &c. Sed quia videtur ſacerdoti , quòd
inſufficiens ſit , & indignus ad inuocandum
tam magnum Dominum:ideò iterum circun
ſtantes monet , & vocem mutans dicit : Sur-
ſum corda : & ipſi reſpondent: Habemus ad
Eſa.6 Dominum.Iterũ,quia Dominus dicit:Adhuc
te loquente ecce adſum: intelligens iam Do
minum eſſe præſentem , monet alios ſecum
gratias Dei agere,dicens:Gratias agamus Do
mino Deo noſtro. & ipſi reſpondent : Dignũ
& iuſtum eſt. poſteà ſacerdos Domino tan-
quàm præſenti famliariter loquẽs,dicit:Verè
dignum & iuſtum eſt, æquũ & ſalutare &c.
& poſteà addit:Qui inuiſibili potentia tua ſa
cramentorum tuorum mirabiliter operaris
effectum &c.Poſteà ponit duo, in quibus ſi-
gnificatus eſt baptiſmus.Primum,in exordio
mundi naſcentis. Secundum , in purgatione
mundi innocentis. Primum eſt , cùm dicit:
Deus,cuius ſpiritus ferebatur ſuper aquas.vt
iam tunc inter ipſa primordia mundi virtutẽ
ſanctificationis aquarum natura conciperet,
id eſt, ex conceptura magnificaretur. Secun-
dum , cùm ſubiungitur : Deus , qui nocentis
mundi crimina per aquas abluens,regenera-
tionis ſpem in ipſa diluuij effuſione ſigni-
ficaſti : vt vnius eiuſdémq; elementi myſte-
rio,& finis eſſet vitijs,& origo virtutibus:re-
ſpice in faciem Eccleſiæ tuæ,&c. & terminat
hanc orationem , vt tuæ maieſtatis imperio
ſumat vnigeniti tui gratiã de ſpiritu ſancto.
¶ Deinde ter tangit aquam manu. ¶ Primò,
4 diuidens†aquam in modum crucis:per quam
vt præmiſſum eſt,baptiſmus *maximam* effi-
caciam recipit:vt aqua ſpiritu ſancto fœcun-
detur , & ſpiritus immundus expellatur. De
fœcundatione ſpiritus dicit,qui hanc aquam
regenerandis hominibus præparatam arcana
ſui luminis admiſtione fœcundet &c.De ex-
pulſione dæmonis dicit:Procul ergo iubente
te Domine omnis ſpiritus immundus abſce-
dat &c. vſq; ibi, Non inficiendo corrumpat.
5 ¶ Secundò† aquam manu tangit:vt eam per
inuocationem ſanctæ trinitatis muniat : ne
hoſtis ab illa expulſus redeundi habeat pote
ſtatem.Vnde tangendo,dicit:ſit hæc innocẽs,
& ſancta creatura,libera ab omni impugna-
tionis incurſu,&c. quod ex adiectiuis ibi po-
ſitis conuincitur:quia fons viuus, ad patrem:
aqua regenerans, ad filium : vnda purificans,
ad ſpiritum ſanctum refertur.¶ Tertiò aquã
6 † tangit:cùm eam in quatuor proijcit partes,
vt iam dicetur. Trinus igitur aquæ tactus,
trinam ſanctę trinitatis operationem figurat.
Hac oratione finita, bene*dicit* aquam, *dicẽs*:
Vnde benedico te creaturam aquæ, per Deũ
viu..m &c. vbi tantùm vtitur verbo primæ
perſonæ,dicens: Benedico te. qui primò vte-
batur verbo ſecundæ, dirigens ſermonem ad
Deum:vel tertiæ, *loquens de ipſo*, *vel de re*
benedicenda:vtitur ergo nunc verbo primæ
perſonæ , vt oſtendat ſe hoc facere miniſte-
rio,quod Dominus facit authoritate:& ſicut
in baptiſmo Domini adfuit trinitas : ita & in
noſtro baptiſmo tria adeſſe oſtendit:patrem
adeſſe,cum dicit:Benedico te creaturam per
Deum &c.& filium , cum dicit: Benedico te
per Ieſum Chriſtum & ſpiritum ſanctum.
circa finem,cum dicit : Deſcẽdat in hanc ple
nitudinem fontis *virtus ſpiritus ſancti*. ¶ Sed
7 nota,†quòd in benedictione,quæ eſt per pa-
trem ponũtur, quinq; miracula in aqua facta
ante aduentum Chriſti : & in benedictione,
quæ fit per filium alia quinque miracula in
aqua facta poſt aduentum : quæ licet non
omnino



omnino eodem ordine facta ſunt , quo po-
nuntur : tamen quantum ad myſterium ra-
tionabiliter ordinantur , & poſteriora cón-
gruè prioribus coaptantur.priora hoc ordine
ponuntur. primò , qui te ſeparauit verbo ab
arida.ſecundò cuius ſpiritus , ſcilicet fereba-
tur ſuper te.tertiò , qui te de paradyſo ma-
nare præcepit.quartò, qui te in deſerto ama-
ram , ſuauitate nitida fecit eſſe potabilem.
quintò, & ſitienti populo de petra produxit.
8 Poſteriora ſic ponuntur. Primò , qui † te in
cana Galilęæ mutauit de aqua in vinum. Se-
cundò,qui pedibus ſuper te ambulauit. Ter-
tiò , qui in te à Ioanne baptizatus eſt. Quar-
tò , qui te vnà cum ſanguine de latere ſuo
produxit.Quintò , qui te omnes gentes à di-
ſcipulis baptizari præcepit.in omnibus enim
his baptiſmus exprimitur: & poſteriora prio-
ribus per ἀντίπλωσιν, reſpondent. Ibi nanque
in primo miraculo aqua , ſcilicet baptiſmi
verbo ſeparata ab arida accedente , verbo
terrenitatem peccatorum à nobis ſeparat : &
hoc in primo.Similiter in baptiſmo aqua mu
tatur in vinum,quia triſtitia peccatorum ex-
pulſa, mens noſtra quadam ſpirituali lætitia
inebriatur , qui per vinum intelligitur.vnde:
vinum lætificat cor *hominis*. *Aquam in vi-*
num mutari eſt, timorem de peccatis con-
uerti in exultationem mentis. Item ibi dici-
tur in ſecundo miraculo , cuius ſpiritus fere-
batur ſuper aquas. & hîc ſimiliter in ſecun-
do dicitur : qui pedibus ſuper te ambulauit.
& hæc duo bene conueniunt:quia in baptiſ-
mo ſicut in alijs , indiuiſibilis eſt operatio
patris & filij, & ſpiritus ſancti:& vtrobiq; di-
citur ſuper : quia gratia quæ confertur , de
ſupernis eſt:& vt notetur quòd Dominus po
tentiam ſuam non alligauit. Item, ibi dicitur
in tertio : qui te de paradyſo &c. hîc , qui in
te à Ioanne baptizatus eſt : quia gratia de
paradyſo manans , aquis in baptiſmo eſt in-
fuſa. vnde de baptiſmi gratia Eccleſia pro-
fluens in quatuor partes orbis dilatata eſt,
quod quodammodo factum eſt quando Do-
minus baptizatus eſt à Ioanne : quia tunc
omnes aquæ vim regeneratiuam ſuſcepe-
runt. Rurſus , ibi dicitur in quarto , qui te in
deſerto amaram , ſuauitate nitida fecit pota-
bilem. hîc dicitur : qui te vnà cum ſanguine
de latere ſuo produxit : quia in gentilitate,
quæ prius erat à Domino deſerta : aqua ba-
ptiſmi reficiendi mentes & ſanandi habet
effectum. Dulcorata autem fuit aqua : quia
per paſsionem crucis , maximè baptiſmus
plenam recepit efficaciam : vnde in cruce de
latere Domini aqua profluxit.Item etiam,ibi
in quinto *dicitur* : & ſitienti populo de petra
produxit : hîc verò dicitur : qui in te omnes
gentes per diſcipulos baptizare præcepit:
quia baptiſmus à petra Chriſto originem
habens,populum eum deſiderantem reficit.
Non enim prodeſt baptiſmus , niſi ſitienti
eum,id eſt, deſideranti, vel in ſe , vel in alio.
Vnde diſcipulis præceptum eſt , vt baptiza-
rent omnes gentes in nomine patris , & filij,
& ſpiritus ſancti, ſicut in vltimo Matt. dici-
9 tur.¶ Hîc eſt † notandum, quòd vbi dicitur:
qui te de paradyſo manare,& in quatuor flu-
minibus exire , & totam terram rigare præ-
cepit : ibi ſacerdos aquam manu in quatuor
partes effundit : vt oſtendatur , quòd gratia
baptiſmi in quatuor partes orbis ſit dilatata.
Cæterùm , *ſacerdos ipſe ſæpe vocem mutat*.
In primis enim orat Deum, vt dignetur mun
dare mentem eius ad ſuſcipiendum ſpiritum
ſanctum , & deprecatur eius aduentum : &
ideò voce humili , ſcilicet in modum ora-
tionis legit:quæ vocis humiliatio, eſt ſpiritus
ſancti aduentus:& ad eius dignam receptio-
nem mentis præparatio. Poſteà verò indi-
cans ſe illum habere , legitimè in modum
præfationis agens gratias : quia tam magnus
hoſpes dignatus eſt ad tam humile hoſpi-
tium deſcendere : & recolens miracula iam
per aquam facta. Deinde poſt benedictio-
nem quæ fit per filium , quæ terminatur in
nomine patris , & filij & ſpiritus ſancti , mu-
tat vocem iteratò. Cùm enim vſque tunc in
modum præfationis cantauerit : poſteà legit
in modum lectionis voce : ſcilicet humilia-
tiori : quæ vocis humiliatio eſt ſignum hu-
militatis:humilitas enim noſtra baptiſmi re-
generationem ad alta polorum reducitur.
Dicit ergo ſacerdos : hæc nobis præcepta
ſeruantibus &c. quaſi diceret : non auderem
tantam & tam altam rem , ſcilicet ſpiritum
ſanctum : vt in creaturam aquæ deſcendat
inuocare : niſi quia tu præcepiſti nobis ba-
ptiſma exercere. Et addit ſacerdos: Tu Deus
omnipotens clemens , adeſto , tu benignus
aſpira &c.vbi illud orat:vt ſicut in prædictis
miraculosè in qua operatus eſt:ita modò fa-
ciat:videlicet,vt præter naturalem emunda-
tionem,quam poſſunt adhibere corporibus,

ſint etiam purificandis mentibus efficaces. Poſt hoc alta voce clamat ſacerdos: Deſcendat in hanc plenitudinem fontis virtus ſpiritus tui. ideò alta voce, vt aliud mentis deſi-
10 derium deſignet. ¶ Et † tunc deponitur cereus in aquam: quæ cerei immerſio, eſt ſpiritus ſancti aduentus, ſeu miſſio, qui in aqua baptiſmi in ſpecie columbæ deſcendit. ¶ Secundò, ideò cereus in aquam deponitur: quoniam corpus Chriſti per ceram ſignificatum, in baptiſmo aquas ſanctificauit: & vim regeneratiuam illis contulit. ¶ Tertiò, baptiſmus cerei remiſſionem peccatorum ſignificat, quam per Chriſti mortem conſecuti ſumus. Habent quoq; neophyti cereos ſuos extinctos, qui & ſi plures ſint, pro vno reputantur. Et in quibuſdam Eccleſijs ſtatim cum catechumini baptizati ſunt, illuminantur. In quibuſdam verò differtur eorum illuminatio vſq; ad agnus Dei: quod cantatur in litania: & in quibuſdam etiam vſque ad miſſam. quando videlicet alij cerei Eccleſiæ illuminantur. Sanè cerei, qui ſtatim poſt baptiſmum accenduntur, ſignificant, quòd per turbationem peccatorum comitatur illuminatio gratiarum. Qui differunt vſq; ad agnus Dei: ſignificant, quòd per agnum qui tollit peccata, & tenebras mundi, renati & fideles illuminantur. Qui verò differunt vſque ad miſſam: ideò faciunt, quia miſſa illa ad noctem pertinet reſurrectionis dominicæ: vt ſicut nox illa irradiata fuit ſplendore dominicæ reſurrectionis: ita & à lumine noſtro irradietur: & vt neophytos noſtros Chriſto conſurrexiſſe ſignificemus. Et propter eandem cauſam alij cerei Eccleſiæ ad miſſam illuminantur, & ſecundum hoc cerei catechuminorum ſunt ſine lumine, vſque dum alij cerei Eccleſiæ illuminantur: ad notandum, quòd poſtquàm ſpiritus ſanctus purgauerit corda eorum: & eos introduxerit in ſocietatem, & vnitatem Eccleſiæ: tunc illuminabit corda eorum. De cereis etiam neophytorum dicetur in tit. de ſeptem die-
11 bus poſt paſcha. ¶ Poſt † immerſionem cerei, in quibuſdam Eccleſijs ſacerdos inſufflat in aquam, dicens: Quæ totam huius aquæ ſubſtantiam regenerandi fœcundet effectu. ¶ Primò, vt ſicut in exorciſmo catechumini ſpiritus immundus inſufflatur, vt ab homine recedat, vt infrà dicetur: ita & in exorciſmo aquæ vt ab ea expellatur: & adimpleatur quod Dominus inquit: Nunc (Ioan. 12) princeps mundi huius eijcietur foras. ¶ Secundò, vt intelligat Satanas, quantus habeatur, quod tam leuiter videlicet per ſuauem exufflationem poteſt expelli. ¶ Tertiò, vt ſacerdos oſtendat, quali ignominia diabolus dignus ſit ab aquis expelli. Inſufflat autem ſacerdos ter: quia ſpiritus ſanctus tria in baptiſmo operatur: à vitijs purgat: virtutibus ornat: & tandem præmio æterno coronat eos, in quibus fit hæc inſufflatio: vt dicetur, vbi de immundi ſpiritus expulſione agetur. Poſt exſufflationem munitur aqua iterato crucis ſignaculo per inuocationem ſanctæ trinitatis, ne habeat poteſtatem diabolus ad eam amplius redeundi. Poſtremò, fit admiſtio chriſmatis in aqua, ſicut dictum eſt: vnde dicitur in bucardo lib. iij. Benedicimus fontes baptiſmatis oleo vnctionis. & Auguſt. eiſdem verbis vtens ſubijcit, quòd hoc magis tacitè ſiue ſine ſcriptura hac myſtica ratione introductum eſt, quam per aliquam ſcripturam. Per huiuſmodi ergo admiſtionem, vnio Chriſti & Eccleſiæ ſignificatur. Nam chriſma eſt Chriſtus: aqua populus: & dicitur: Sanctificetur fons iſte. ex quibus verbis ad quid fiat admiſtio, ſatis datur intelligi. ¶ Et nota, quatuor eſſe genera ſacræ aquæ benedictæ: prout in quarta parte dictum eſt, vbi agitur de aquæ benedictæ aſperſione.

## SVMMA.

1 Baptiſmus, quid. & vnde dictus.
2 Baptiſmus cur fiat potiùs in aqua, quàm in alia re. Et qua aqua id fiat.
3 Baptiſmus quotuplici tempore fieri poſſit.
4 Baptizandi extra tempus neceſsitas, quadruplex.
5 Baptizandi interrogandi, an renuntient Satanæ & eius operibus. & vnde ille mos aduectus.
6 Verba hæc: credo in ſanctam Eccleſiam catholicam. quomodo ſint accipienda.
7 In baptizandi faciem ter exſufflat ſacerdos. Et cur ita.
8 Exorciſmus, quid. Item, quid catechiſmus.
9 Baptiſmi ſeptem dona. & nume. 10. 11. 14. 15.



15. Et quædam variè dantur baptizando. & nume. 21. 22.
12 Baptiſmus cur deſyderet trinam immerſionem.
13 Baptizandis nomen imponitur.
16 Baptizatis datur veſtis candida. & qua id ſignificatione aut exemplo. Et nume. 17. 18. 19.
20 Baptizato veſtis candida data, quando exuatur.
23 In Iudæis baptizandis, quid obſeruandum.
24 Prægnans ſi baptizetur, an partus cenſeatur baptizatus.
25 Baptiſterium an neceſſariò debeat eſſe lapideum.
26 Baptiſmus an deleat peccatum originale.
27 Baptiſmi forma, quæ obſeruanda hodie. nume. 29. 30. 31. 32. Et vetus Apoſtolorum baptizandi mos. nume. 28.
33 Baptizari poteſt infans, qui non poteſt naſci, ſed ſolùm caput emittit.
34 Patrini neceſſarij ſint ne ad baptiſmum: qui tanquàm ſponſores ſunt alienæ fidei.
35 Patrini obligātur inſtruere ſuos filios ſpirituales. Et quales eſſe debeant. num. 37. Et quot requirantur. nume. 36.
38 Patrini eſſe, qui non poſſint.
39 Baptiſmum quæ ſequantur.
40 Litania, cur fiat circa fontes baptiſmatis.
41 Litanias priores, cur legant ſeniores in ſabbato ſancto: iuniores autem vltimas.

### *De Baptiſmo, ubi etiam agitur de ueſtibus, quas neophyti quarto die deponunt: & de Patrinis.*

CAP. LXXXII.

QVintò hoc loco eſt de baptiſmo dicendum. De ſcrutinijs verò, quæ præcedunt baptiſmum ſolennem, & de multis ad baptiſmum peruenientibus dictum eſt quarta feria tertiæ hebdomadæ quadra-
1 geſimæ. ¶ Primò, notandum † eſt, quòd βαπτισμὸς, ſiue βάπτισμα, Græcè interpretatur intinctio Latinè, vel lotio. Baptiſmus quidem per aquam confertur: vt res inuiſibilis per illud viſibile elemētum conferatur, ſuper quo Spiritus ſanctus in principio ferebatur. Sicut enim aqua corpus viſibiliter purgat exterius: ita baptiſmus latenter animam. Vnde Auguſ. j. quæſt. j. detrahe. Aqua corpus tangit, & mentem abluit. ¶ Et notandum, quòd Pagani ſiue Gentiles circa fontes templa ſua facere ſolebant, vel ſaltem ibi ſemper aquam habebant: per cuius aſperſionem purificari credebant, & inde delubra vocabantur, quaſi purificantia. & ita quodammodo figuraliter ad baptiſmum tendebant. Nos verò ab eorum conſuetudine baptiſma nō ſumpſimus: imò à tribus, quæ in veteri teſtamento fuerunt, ſcilicet à κατακλυσμῷ, id eſt diluuio: & à mari rubro, & à Iordane, quæ baptiſmi figura fuerunt. Baptiſma Dominus inſtituit, cùm de latere ſuo ſanguinem, & aquam produxit, quod poſteà quaſi lege edictali ſanciuit, dicens: Niſi quis (Ioan. 3) renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum: & ipſe Dominus baptizatus eſt in ſua paſſione. Vnde inquit: Baptiſmo habeo baptizari, quo coar- (Lucæ 12)
2 ctor, vſque dum perficiatur. ¶ Fieri † debet baptiſmus in aqua: quia illa copioſius inuenitur. & hanc ſpiritus in principio legitur fouiſſe: & quia ſordes abluit: ſitim comprimit, imaginem reddit: ſicut cantatur de Narciſſo: ignem extinguit: ſic in baptiſmo à peccatorum ſorde lauamur: à fonte vitæ potamur: imaginem perditam reſtauramus: vnde ignis pœnarum extinguitur. Debet autem aqua eſſe viua & pura: poſſet tamen fieri etiam in reſoluta, ſiue à niue, ſiue à glacie, ſiue à lacrymis terræ: ſiue etiam ex inſtitutione Victoris Papæ, id eſt in mari: ſiue in flumine: ſiue in lacu: ſiue in fontibus. Non autem licet baptizari in aqua condita: vt in ceruiſia vel medone: nec etiam in aliquo liquore: vt in vino, vel oleo. ſed ſi aliquis liquor aquæ admiſceatur, bene fit baptiſmus: dum tamen aqua præualeat. Quotidie enim mari nouus liquor, vel ſputum, vel vrina additur: & tamen ibi baptizatur. Aliqui tamen contradicunt. hoc notatur de conſecratio. diſtinctio. iiij. cap. j. & prima, quæſtio. j. detrahe. ¶ Porrò ſecundum ca-
3 nonicam † traditionem, de conſecratio. diſtinctio. iiij. duo. & cap. ſequentib. ſolenne baptiſma in duobus duntaxat ſabbatis celebratur: videlicet in iſto, & Pentecoſtes. Quare in iſto: præmiſſum eſt. in ſecundo, quia ſpiritus ſanctus in die Pentecoſtes donatur nobis: per quem facta eſt remiſſio peccatorum: vt dicetur ibi.

¶Alio verò tempore non licet baptizare, niſi neceſsitatis cauſa: quæ eſt quadruplex. de conſecra. diſtinct. iiij. hi, qui. & cap. ſequen. Prima eſt cauſa munitionis: vt ſi rex obſidet aliquam ciuitatem, vel oppidum: tunc enim pueri illius loci baptizari debent, ne imbaptizati decedant. Secunda eſt, gentilium perſecutio. Tertia naufragium. Quarta ægritudo. Poteſt tamen ægritudo hic largè accipi, pro infirmitate naturæ: quæ facilè diſſolui poteſt: ita quòd neſcimus diem, neq; horam: & ob hanc cauſam ſingulis diebus, & horis fit baptiſmus non ſolennis. quinta diſtinct. baptizari. Solennitas tamen baptiſmi ſaltem in paucis, ad præmiſſos duos dies: propter ſimilitudinem & memoriam reſeruatur. Græci verò baptiſmum celebrare ſolent in epiphania: pro eo, quòd tunc fuit Dominus baptizatus, prout ſub ipſo feſto dictum eſt. Celebrari etiam debet baptiſmus ſolennis hora nona: vt dicetur ſub ſabbato pen-
5 teco. ¶ † Sciendum autem eſt, quòd baptizandus, cum primò ad Eccleſiam venit prius, quàm immergatur: interrogatur vtrum abrenuntiet diabolo &c. quod potius per vſum, quàm per aliquam ſcripturam introductum eſt, ſecundum Augu. & Eccleſia reſpondet, Abrenuntio. Et iterum, vtrum credat in patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum? & ipſa reſpondet: Credo. In his autem duobus de vita & fide inſtruitur. De vita, cùm docetur abrenuntiare diabolo, & omnibus pompis ſiue operibus eius. De fide, cùm docetur credere in trinitatem: & propter hoc duæ fiunt ei conſequenter vnctiones: ſcilicet in ſcapulis & in pectore. Ideò autem fit huiuſmodi interrogatio & reſponſio: vt vacua domus à priſco habitatore deſerta, fide ornetur: & Dei habitatio præparetur. Auguſt. dicit, quòd etiam hæc fiant iuxta ſaluatoris imperium, qui ad patrem in cœlum aſcenſurus diſcipulis ſuis, id eſt, Apoſtolis, dicit:
Matt. 28 Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Interrogatur etiam, ſi credit in ſanctã Eccle-
6 ſiam: remiſsionem † peccatorum, & carnis reſurrectionem. Non tamen ſecundum ipſum Auguſt. eodem modo interrogamus: vt quomodo in Deum credimus ſic & in ſanctam Eccleſiam catholicam credamus: ſed propterea ſancta & catholica eſt: quia rectè creditur in Deum. Non ergo diximus, vt in Eccleſiam quaſi in Deum crederitis: ſed vt in Eccleſia ſancta & catho. conuerſantes, in Deum credentes, credatis etiam reſurrectionem carnis, quæ futura eſt. Innuit ergo Aug. ex præmiſsis verbis, quòd præpoſitio in, repetitur, dum dicitur: in ſanctam Eccleſiam: & ſenſus mutatur: de quo dictum eſt ſub quarta parte, ſub tit. de ſymbolo. Planior tamen intellectus eſt, vt præpoſitio ipſa prætermittatur, nec repetatur: vt ſit ſenſus: Credo Eccleſiam ſanctam catholicam, id eſt, fidem catholicam, tenentem eſſe ſanctam, id eſt, iuſtam, & bonam. Vel Eccleſiam ſanctam, id eſt, ſanctificatam & firmatam, & ſemper perſeueraturam: ita quòd nunquàm deficiet. vel credo ſanctam & catholicam Eccleſiam eſſe vnam & in vnitate conſiſtere. Patrinus autem pro baptizando interrogatur: vt iam
7 dicetur. Poſt † interrogationem & reſponſionem ſacerdos ter in faciem baptizandi exſufflat: ad notandum, quòd ſæua poteſtas, id eſt, malignus ſpiritus ab eo exſufflatur, id eſt exſufflando expellitur, ſeu in proximo expellenda ſignificatur: vt per pium ſacerdotis myſterium ſpiritui ſancto cedat fugiens ſpiritus malignus. Hinc autem ait Aug. Ergo paruuli exſufflantur & exorcizantur, id eſt, increpantur ſeu adiurantur: vt expellatur ab eis diaboli poteſtas inimica, quæ decipit hominem, vt poſsideat homines. Hæc autem exſufflatio ſiue exorcizatio, & ſi non proſit aliquid ad vitam, quia adhuc in eis mors manet: prodeſt tamen, vt inimicus minus ei nocere poſsit. Adeſt enim ſpiritus ſanctus, non ſolum verbis, quæ dicuntur in nomine ſuo: verum etiam ſignificationibus, quæ fiunt in
8 honore ſuo. ¶ Et eſt † notandum, quòd ἐξορκισμός græcè, latinè dicitur adiuratio, vt eſt illud: Exi ab eo immunde ſpiritus. Catechiſmus autem & exorciſmus neophytorũ ſunt: præcedunt enim baptiſmum, & magis debent dici ſacramentalia, quàm ſacramenta, id eſt, ad ſacramentum baptiſmi pertinentia, vel præludia noui baptiſmi: ſine eis tamen poteſt eſſe baptiſmus. κατηχισμός verò græcè: latinè dicitur inſtructio: inde catechizare, id eſt, inſtruere in ſymbolo & fidei rudimentis. Inde etiam dicitur κατηχούμενος græcè, quod eſt latinè audiens, vel inſtructus: quia adhuc doctrinã fidei audit: nondũ tamẽ baptizatus eſt, licet ſit in fide inſtructus. Qui & cõpetẽs vocatur. ea. diſt. ſymbolum. xxxiiij. diſt. audire.



audire. palea eſt: quia poſt fidei inſtructionẽ: & poſt acceptã pœnientiam competit gratiæ Chriſti recipiendum. Νεόφυτος verò Græcè, Latinè nouellus, & rudis, vel nuper renatus
9 interpretatur. ¶ Hoc † quoque ſciendum eſt, quòd ſicut ſunt ſeptem dona ſpiritus ſancti: ita etiam ſunt ſeptem dona baptiſmi. xxx. q. j. ¶ Primum eſt, ſalis collatio. Datur enim ſecundum Rabanum & Bedam de conſecra. diſtinctio. iiij. ex hinc. & cap. ſequenti. ſal benedictum: in os baptizandi: vt per ſal typicum, id eſt, figuratiuum ſapientiæ ſale conditus iniquitatis fœtore careat, id eſt, carere ſignificetur, ne à vermibus peccatorum vltra putreſcat: ſed magis illæſus ſeruetur ad maiorem gratiam percipiendam. Sal quoque ſignificat prima fidei documenta, ſine quorum condimento inſulſus eſt omnis homo. De quo & de ſale dictum eſt in prima parte, ſub titulo, de conſecratione altaris & Eccleſiæ. ¶ Secun-
10 dum † eſt aurium & narium, cum ſputo linitio: quod fit. Primò, exemplo Chriſti qui lutum cum ſputo faciens mutum & ſurdum ſanauit: & oculos cæci nati liniuit: & expuens linguam eius tetigit: & digitos in eius auribus imponens dixit: Effeta: quod eſt aperire. xxiiij. quæſtio. iij. §. is ita. Secundò, ſecundum Rabanum eadem diſtinctio. ante baptiſmũ. & cap. poſteà tangũt. & cap. j. & cap. propter. hoc ſacramentum ideò agitur: vt per ſaliuam typicam, id eſt, figuratiuum ſapientiæ Domini: & per ſacerdotis tactum, ſapientia & virtus diuina ſalutẽ eiuſdem catechumini operetur, vt aperiantur ei nares, ad capiendum odorem notitiæ Dei: vt aperiantur ei aures ad audiendum mandata Dei: vt aperiantur ei ſenſus in intimo corde, ad reſpondendum ſacerdoti de articulis fidei interroganti. Digiti ergo, qui in aures mittuntur ſunt verba ſiue dona ſpiritus ſancti. Tertiò, per hoc quòd aures ſaliua tanguntur, ſignificatur & petitur, quòd doctrina quæ de ore altiſsimi fluxit, per aures eius intret: eique ſuaue redoleat: ſaliua nempe Chriſti, id eſt, dulcedo verborũ ex ore eius defluentium, & ipſa Chriſti diuinitas nos ſanat. Quartò, etiam nares tanguntur: vt diuinam ſuſcipiant virtutem: per quam bonum à malo diſcernant odorem, & ſanam doctrinam ſeparare valeant à fœtore hære-
Cantic. 7 ticæ prauitatis. Vnde dicitur: Naſus tuus ſicut turris libani quæ reſpicit cõtra Damaſcũ. Quintò, ad notandum, quòd quãdiu ſputum naribus trahet, in fidei præcepta manere debet, & vt aures verbis euangelicis pateant, & varias & inutiles fabulas à ſe repellant. Sextò, ſecundum Ambro. eadem diſtinctio. propter gloriam ſiue dignitatem muneris, & operis non tangitur os cum ſaliua: ſed nares, vt bonum odorem accipiant pietatis æternæ.
11 ¶ † Tertium, & quartum eſt in pectore & inter ſcapulas cum oleo facta ſignatio, de quibus dictum eſt in prima parte, ſub titulo de conſecrationibus. ¶ Quintum eſt baptiſmi ablutio. eadem diſtinctio. venit. Circa quod notandum, quòd trina immerſio ſeu lotio in baptiſmo, in nomine trinitatis: ſcilicet in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. eadem diſtinctio. poſtquam. & cap. de trina. & cap. ſeq. quia in fide trinitatis fit baptiſmus: in qua trina immerſione triduana Domini ſepultura ſignificatur: fuit enim tribus diebus & tribus
12 noctibus in corde terræ. ¶ Trina † quoque fit immerſio: quia in baptiſmo à triplici peccato, ſcilicet cogitationis, locutionis, & operationis mundamur: & à triplici tranſgreſsione legis, ſcilicet legis naturæ: legis Moſaicæ: & legis euangelicæ. Non igitur debet quis tantùm ſemel immergi, pro eò, quòd Chriſtus ſemel mortuus eſt. eadem diſtinctio. presbyter. debet tamen ſemel baptizari tantùm: quia tantùm ſemel Chriſtus mortuus eſt, & ſepultus, & reſurrexit: quæ tria in baptiſmo ſignificantur. Et licet trina ſit immerſio: tamen vnum eſt baptiſma: eadem diſtinctione. eodem. Item, quia tantùm vna eſt fides: idcirco vnum debet eſſe ſacramentum eius: iuxta
illud: Vna fides vnum baptiſma. Immerſio Ephe. 4
etiam fit in modum crucis: quia qui baptizatur, mundo crucifigitur, & cruci Chriſti affigitur. Trina quoque ab aqua eductio: triduani temporis exprimit reſurrectionem. Si autẽ quis ita æger ſit, vt non poſsit ter ſine læſione immergi: ſufficit illum aqua aſpergi: vt probatur multipliciter in canone Cypriani eadem diſtinctione. ne quicquam. licet quidã illud intelligant de aquæ benedictæ aſperſione. Sed & ſi magna corporis pars præter caput infunditur, vel ſaltem caput, baptizatus quis reputatur, & non aliter: licet quidam etiam ſi ſuper pedem aqua ceciderit, repu-
13 tent baptizatum. ¶ Pueris † baptizatis nomen imponitur in baptiſmo, quod inde eſt: quia baptiſmus eſt vicarius circunciſionis, in qua nomina pueris imponunt Hebræi: eò

quód tempore circuncisionis Abrahę nomen fuerit immutatum: cùm enim prius dicebatur Abram, posteà vocatus fuit Abraham. Sed ſi baptizato obliuione nomen non imponitur: vel fortè errore maſculi nomen fœminæ vel econuersò, imponitur: tenet quidem baptiſmus, nec iterabitur.xxix.quæſt.j.§.j.ff.de contrahen.emptio. in venditionibus. C.de teſtamen.ſi in nomine.& nomen in confirmatione frontis denuò imponetur, extrà de ſacramen.
14 non itera.cap.j. Sextum eſt † in vertice, id eſt in ſummitate capitis ſuper cerebrum, cum chriſmate facta perunctio, de quo in prima parte ſub titulo de conſecrationibus dictum
15 eſt. Septimum † eſt in fronte chriſmatio: de qua infra dicetur. ¶ Datur autem in quibuſdam locis baptizatis candida veſtis in ſignum ſacerdotij, & quædam rotunda, miſta, in ſignum coronæ regni vitæ: quia ipſe eſt membrum Chriſti, qui eſt Rex & Sacerdos. Omnes enim veri Chriſtiani Reges & Sacerdotes di-
1.Pet.2 cuntur: vnde Petrus Apoſtolus ait: Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium: Reges, quia ſeipſos & alios regunt: Sacerdotes, quia ſeipſos Domino offerunt. Iuxta illud Apo-
Roma.1 ſtoli: Obſecro vos per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra, &c. Secundò, chriſ-
16 male ſeu† veſtis candida, quæ ſuper caput baptizati ponitur: ſignificat, ſecundum Rabanum eadem diſtincti. poſt baptiſmum. & cap. ſequen. interioris & exterioris hominis caſtitatem, & innocentiam & puritatem Chriſtianam, quam poſt ablatas veteres maculas, ſtu-
Eccleſi.9 dioſè ſeruare debet. Iuxta illud: Omni tempore veſtimenta tua ſint candida. Tertiò, renati albis induuntur veſtibus, ad deſignandum myſterium Eccleſiæ reſurgentis. Deſignatur enim per hoc corporum & animarum futura reſurrectio glorioſa: & etiam reſurrectio à peccatis atque angelicus nitor. Rectè igitur baptizati albis vtuntur veſtibus: vt quorum primæ natiuitatis faciem vetuſti erroris pannus fuſcauit: habitus ſecundæ regenerationis præferat gloriæ indumentum. Vnde veſtis ipſa duplex eſt, quaſi in modum cappæ manicatæ: quia Sancti duplicia, ſcilicet beatitudinem & gloriam poſsidebunt. Ipſæ autem veſtes, ſunt ſtolæ albæ: de qui-
Apoca.6 bus dicitur: Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ. Stolæ enim baptiſmum: palmæ verò
17 triumphum inſinuant. ¶ † Quartò, hæc alba veſtis corpus: ipſe verò albatus animam ſignificat. In prouincia Narboneñ. hæc alba veſtis linea, in ſummitate, cum ſilo rubeo ſuperſuitur: aut alia varietate inſignitur: quodammodo prætendens coronam. Nempe alba veſtis innocentiæ ſtolam, quæ nobis in baptiſmo redditur ſignificat: rubea fimbria, quæ ſuperſuitur, Chriſti paſsionem, per quam baptiſmi ſacramentum impletur, deſignat. Coronam prætendit, in ſignum coronæ regni, vt
18 præmiſſum eſt. ¶ † Rurſus ideo chriſmale candidum filo rubeo inſignitum baptizatis datur, vt ſint ſoliciti ſeruare candorem virtutum, quem in baptiſmo per paſsionem Domini rubricatum receperunt: iuxta illud: Quare ru- Eſa.66
brum eſt veſtimentum tuum. vnde in Apocalyp. Beatus eſt, qui cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet. Sanè albati ſeu neophyti huiuſmodi albam veſtem per ſeptem dies portant, quia hoc tempore, quod ſeptem diebus agitur innocentiam per bona opera exercere oportet: iuxta illud, quod ait Salomon: Omni tempore veſtimenta tua candida ſint: & oleum de capite tuo, non deficiat. In octaua verò die, illam deponunt: quia in octaua ætate, quam dies octaua ſignificat, ab omni opere vitæ præſentis ceſſabimus. Tunc enim adueniente veritate, omnis figura ceſſabit, quæ per candidam veſtem innuitur: nam tunc erimus vtroque homine, id eſt anima & corpore glo-
19 rioſi. ¶ Rurſus† hæc veſtis candida corpus ſignificat, quod omni tempore vitæ noſtræ, quod per ſeptenarium agitur, mundum ſeruare conuenit. In fine verò vitæ noſtræ, illud deponimus aliud glorioſum reſumpturi: quod erit in octaua ætate. Meritò ergo illam ſeptem diebus ſeruamus: & in octaua deponimus. Vnde Salomon: Da partem ſe- Eccle.11
ptenam & octauam. Seruatur quoque hæc alba veſtis de ſabbato in ſabbatum, quando in Sancto ſabbato, vel Pentecoſtes baptizati ſunt: ad notandum, quòd ſi munditiam corporis ſeruauerimus, de ſabbato temporis, tranſituri ſumus, depoſitis corporibus, ad ſab-
20 batum æternitatis. Et exuitur† in alio ſabbato, ad notandū, quòd anima illius de corpore exiēs: ſabbatū, id eſt requiē inueniet: ſi eius veſtis fuerit alba. Pari quoq; ratione confirmati ſiue in fronte chriſmati vſq; ad ſeptimā diem lauari nō debēt. Cū enim Eccleſia tāto tēpore celebret aduētū ſpiritus ſancti, ſuper Apoſtolos.



ſtolos: meritò vnuſquiſque ſpiritū ſanctum accipiens, tanto tēpore celebrare debet illius aduentum, in ſe ſingulos dies pro ſingulis donis celebrando. Hæc autem veſtis vni impoſita, alteri poteſt imponi, ſi neceſſe fuerit: prout iam de panno, quo caput confirmati alligatur, dicetur: quāuis melius ſit nouam habere.
21 † In quibuſdam etiam locis baptizatis dantur calciamenta, quæ ſunt dominicæ mortis inſignia, vt exemplo eius, qui pro nobis paſſus & mortuus eſt, carnem ſuam vitijs & concupiſcentijs mortificet baptizatus. Datur
22 † quoque candela illuminata in manu baptizati: vt cùm Dominus ad nuptias venerit, ſit ſemper paratus ei in aula cœleſti occurrere cum luminarijs virtutū & bonorū operum. De cereis etiam neophytorum ſupradictum
23 eſt. ¶ † Sanè legitur in canone, Grego. eadem diſtinctio. neque. Abſit, quòd Iudæis baptizandis quadraginta dierum abſtinentia indicenda eſt: & ſi poſtquam baptizati ſunt apoſtatauerint, cogēdi ſunt fidem ſeruare: & filij quos circunciderunt, ab eorum conſortio ſeparentur: ſerui eorū circunciſi ab eis pro iniuria corporis ſui libertati tradantur. eadem diſtinctio. plerique. & extrà de bap. maiores. Et in concilio Agathen. eadem diſtin. Iudæi. ſtatutū eſt, quòd Iudæi baptizandi, qui de facili ad vomitum redeunt, nouem menſes ſint prius inter catechuminos. Aeger quoq; ſicut ait Cyprianus eadem diſtin. nec quicquam. baptizari poteſt: mortuus verò non: nec euchariſtia ſibi dari, ſicut legitur in bucardo. lib. iiij. cap. cauendum eſt. & in lib. v. cap. idem placuit. ſed ſicut in eodem lib. iiij. cap. ſubito. legitur: Subitò obmuteſcens ſic: ſi tamen volūtatis præteritæ teſtimoniū verbis habet, aut præſentis annuit, in ſuo nutu. xxv. quæſtio. vij.
24 is, qui. † Prægnans verò mulier, ſi baptizetur, non intelligitur ſecundum Iſido. eadem diſtinctio. qui in maternis. & c. baptizata. partus baptizatus in ventre: quia qui adhuc natus ſecundum Adam non eſt: ſecundum Chriſtum regenerari nō poteſt: nec dici regeneratio in eo poteſt, in quo generatio nō præceſſit. baptizandus ergo eſt, qui ex baptizato naſcitur. Tenendum quoque eſt, quòd diſcipuli & Apoſtoli baptizati fuerint. eadem diſtinct. quando. & c. ſeq. & not. in. c. aliud. qui etiam alios baptizabāt: prout dicitur ſub feſto pentecoſtes quod de Ioanne ſpecialiter Hiero. de pœni. diſtin. ij. ſi enim. in principio atteſtatur. & Augu. de Paulo de cōſecra. diſtin. iiij. ſi eos. Item, ſtatutum eſt in cōcilio Carthagiñ. eadem diſtinctio. mulier. quòd mulier quāuis docta baptizare nō præſumat, niſi neceſsitate vrgente. Rurſus in cōcilio Lug. eadem diſtin. ſi quis de alio. ſtatutū eſt vt qui præter quàm in mortis neceſsitate cum veteri chriſmate baptizauerit, deponatur. In cōcilio Ilerdē. de conſecra. diſtin. iiij. omnis presbyter. ſtatutū
25 eſt, vt omnis presbyter † qui fontem lapideum habere non poteſt, vas conueniens ad hoc ſolum officiū habeat: quod extra Eccleſiam nō deportetur. Debet ergo fons eſſe lapideus: nam & de ſilice aqua in baptiſmi præſagiū emanauit. Sed & Chriſtus qui eſt fons
26 viuus, eſt lapis angularis & petra. ¶ Hoc† quoque notandum eſt, quòd per circunciſionem delebatur olim peccatum originale: & nunc per baptiſmū. eadem diſtin. ex quo. extrà eo. maiores. prout ſub titulo de circunciſione dictum eſt. Ideò autē originale peccatū omnibus nocet: quia quādo Adam peccauit, nondū aliquis ex eo fuerat materialiter proſeminatus. eadem diſtin. quęris. & xxxiiij. quæſtio. iij. §. j. Ipſum autē originale peccatū in ipſa animæ infuſione cōtrahitur: quia tunc principales vires animæ debilitantur: hoc no. ea. diſt. non ex quo. in prin. Sed cū originale peccatū cōtrahitur ſolū ex carnis corruptione: quare imputatur animæ? Reſpōdeo, quia anima condelectatur carni, vel melius vt ibidē quædam digna retributio notetur. Anima enim primi hominis prius peccādo carnē ipſam corrupit: vnde modo corruptio carnis animas corrum-
27 pit: hoc no. ea. diſt. ſi nō ſanctificatus. ¶ † Circa baptiſmi formā notandum eſt: ꝙ ſicut ait Alexan. Papa tertius, extrà de baptiſmo. c. j. ſi quis puerū ter in aquā immerſerit in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. amen: & nō dixerit: Ego baptizo te in nomine patris, & filij & ſpiritus ſancti: non eſt puer baptizatus. Sed & ſi immerſerit ter puerū, nihil dicens,
28 baptizatus nō eſt. Verùm † tempore Apoſtolorū baptizando, nil aliud dicebatur, niſi baptizo te in nomine trinitatis. de cōſecr. diſtin. iij. in ſynodo: & ita explicitē dicebāt: vel etiā implicitē: vtpote, In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. & baptizabantur in ſtagnis, & fluminibus. Sed beatus Clemens ſecundus à beato Petro ex ipſius doctrina vnctionem olei chriſmatis addidit. Poſteà Leo Papa, Damaſus, & Ambroſius, exorciſmos & benedictiones

dictiones,& cæteras ſolennitates adiecerunt.
29 Baptiſmi † autem forma non vitiatur,ſi quid
in ea ſuperfluè ponitur:hoc not.eadem diſtin
ctione.ſi non ſanctificatur.vt ſi dicatur:Bapti
zo te in nomine patris & filij & ſpiritus ſan
cti,& diaboli.vel, Arma virúmq; cano : vel ſi
quid præmittitur formæ,vt ſi dicatur : Arma
virúmq; cano.& ego baptizo te &c.Si verò
aliquid interponatur:vt ſi dicatur:ego bapti
zo te:& Deus eſt:in nomine patris & filij &c.
Dicunt quidam non eſſe baptizatum:alij ve
rò contradicunt.Si autem verborũ ordo for
mæ mutetur:vt ſi dicit:Baptizo te in nomine
filij & patris:& ſpiritus ſancti.dicunt non eſſe
baptizatum:quia ordo verborum , de forma
eſt.Si verò mora naturalis & compendioſa
interponatur:puta reſpirando , tuſsiendo,vel
30 ſcreando,non obeſt.Cæterum,forma † ipſa
pronuntiari poteſt literaliter,vulgariter,græ
cè,latinè & armenicè:hoc legitur & not.ea
dem diſtinctio. mulieri.& cap.ſequen.Iidem
enim ſunt effectus,licet voces nõ ſint eædẽ,
ſecundum Ari.Vnde græcus huc veniens ba
ptizat in lingua græca , & econuerſò : quia
Apoſtoli loquebantur varijs linguis.Hinc eſt,
quòd ſi quis dicit:Baptizo te in nomine geni
toris,& nati,ſiue geniti,& ſancti flaminis.ba
ptizatus eſt.Bene enim fit baptiſmus ſub no
minibus ſynonymis.Sed ſi dicatur:mergo te
in nomine patris &c.non eſt baptiſmus : quia
illud verbum mergo,nõ eſt ſynonymum,cũ
illo verbo baptizo.Non fit etiam baptiſmus,
ſi dicatur:baptizo te in nomine trium perſõ
narum:vel in nomine trinitatis,vel in nomi
ne Chriſti:vel ſi baptizauerit in nomine tri
bus principijs,aut in tribus filijs,aut in tribus
paracletis:vel ſi obmittatur aliqua de tribus
perſonis,puta ſpiritus ſancti,vel filij,vel pa
tris,vel etiam ſi diceretur in nomine paterni
tatis , & filiationis,&c.non eſſet baptiſmus.
31 Item † ſi obmitteretur hoc pronomen ego,
dicendo:baptizo &c.tenet quidem,quia pro
nomen illud ſubintelligitur.vnde non deeſt.
Sed etiam ſecundum Zachariam Papam.ea
dem diſtinctio.retulerunt.ſi ſacerdos ſimpli
citate ductus.non intendens errorem intro
ducere dixerit : Baptizo te in nomine patria,
& filia,& ſpiritus ſancta:baptiſmus non vitia
32 tur.Si † verò dubitatur de aliquo , vtrum ſit
baptizatus vel non : ſtatuit Alexan.Papa ter
tius.extra de baptiſmo.c.j.quòd baptizetur
ſub hac forma.Si es baptizatus,non te bapti
zo:ſed ſi nondum baptizatus es,ego baptizo
te in nomine patris,& filij , & ſpiritus ſancti.
33 amen.¶ Adhuc ſi † infans nõ poteſt naſci,ſed
ſolùm caput emittat : illud baptizetur prius
quàm moriatur.ff.de reli.& ſum.fu.l.cùm in
diuerſis.Sed ſi mater in partu moriatur,inci
datur:& infans viuus de ventre extrahatur,&
34 baptizetur.¶ Circa † patrinos , qui in baptiſ
mo & confirmatione neceſſarij ſunt,dicendũ
eſt:quòd vbi infans fari vel credere neſcit,pa
trinus interrogatur,& reſpondet pro eo,& in
eius fide & profeſsione,baptizãdus ſaluatur.
Quod etiam ſecundum Iſido.eadem diſtin
ctione.paruuli.&.c.ſeq.in ægroto, muto,ſur
do baptizandis contingit. Nam etiam legi
mus Syropheniſſam mulierem veniſſe ad Ie
ſum,& rogaſſe pro ſua filia ſpiritũ immundũ
habente:& illam ad preces matris ſaluatam
fuiſſe.Augu.quoque eadem diſtinctio.nihil.
& cap.ſequen.iuſſerit,quòd reſponſio ipſius
patrini ad celebritatem,id eſt, ſolennitatem
pertinet ſacramenti.quaſi dicat,nõ ad neceſ
ſitatem.Paruulum enim non fides illa,quæ in
credentium voluntate conſiſtit : ſed fidei ſa
cramentum fidelem facit.vnde fidelis voca
tur,non rem ipſam annuendo,id eſt,profiten
do:ſed ipſius rei ſacramentũ recipiẽdo. Sicut
ergo paruuli alieno errore damnati fuerant:
ſic ex aliena profeſsione ſaluari poſſe neceſ
ſe eſt.eadem diſtinctio. illud. & cap.ſequen.
quare.& cùm illi ad intelligibilem ætatem
peruenerint,debet patrini inſinuare illis pro
35 feſsionem,quam pro eis fecerũt. † Porrò ſa
cerdos baptizans & Epiſcopus cõfirmans,ſibi
illos obligant,quòd de eis curam ſpecialem
gerãt:quia enim ipſe nõ omnibus poteſt cu
ram ſpecialẽ impẽdere:idcirco patrino com
mittit,qui ſe pro illo fideiuſſorẽ cõſtituit,ꝙ
renatũ docebit orationẽ dominicã & ſymbo
lum fidei , quã quilibet Chriſtianus adultus
ſcire tenetur:vel in lingua latina , vel mater
na:& ſi patrinus filiorum docere neglexerit,
36 grauiſsimè peccat.Item † iuxta authoritatẽ
Leonis Papæ.di.& plures.vnus tantùm debet
eſſe in baptiſmo,& vnus in cõfirmatione pa
trinus,ſiue vir,ſiue mulier,& hoc propter pe
ricula,quæ cõſueuerunt cõtingere in cõiun
ctionibus matrimonialibus. In quibuſdã tamẽ
Eccleſijs cõtraria cõſuetudine hoc derogatũ
eſſe videtur:& hoc ideò quoniã ſi veniat in
dubiũ de aliquo,vtrũ ſit baptizatus vel non,
quãtò plures ſunt patrini,& teſtes baptiſmi:
tantò



tantò fortius dubium excludetur : & tantò
plures ad inſtruendum filiorũ ſe conſtituunt
debitores.Item ſecundum canonem, eadem
diſtin.in catechiſmo & in baptiſmo & in con
firmatione vnius,& idem patrinus ſufficere
poteſt,vbi neceſsitas cogit:aliàs ſingulos ſin
guli ſuſcipiant.Verùm baptizatis ſeu confir
matis patrinorũ perfidia , qui nõ conſentiunt
37 non obeſt.Cùm igitur patrinus† filiolum in
ſtruere teneatur,& in fide ipſius baptizandus
ſaluetur , nullus debet patrinus effici , niſi
ſciat dominicã orationem,& ſymbolũ.eadẽ
diſtinctione,non licet.& cap.ſequenti.in qui
bus ipſe tenetur filiolũ ſuum inſtruere:cùm
ſit fideiuſſor fidei illius,& eum debet cuſto
dire pro poſſe,ne à fide & iuſtitia deuiet: ca
ſtitatem cuſtodiat:iuſtitiam diligat:& teneat
charitatem:vt potè reſponſurus in die iudicij
38 de omni exceſſu illius.Sunt autem † quatuor
genera perſonarũ,quas Eccleſia non ſuſcipit
in patrinos.¶ Primum genus eſt Monachus,
Abbas,Abbatiſſa , Moniales , & huiuſmodi.
¶ Secundum genus,ſunt infideles.¶ Tertium,
illi qui nondum ſunt cõfirmati.eadẽ diſtin.in
baptiſmo.qui alios non poſſunt tenere in ba
ptiſmo,vel in confirmatione . non enim veri
debent vocari fideles : vnde nec veri teſtes
eſſe poſſunt.ij.quæſtio.vij.nõ poteſt.&.c.ſeq.
¶ Quartum genus,eſt vir & vxor ſimul.xxx.
quæſtio.iiij.quod videtur.niſi prius ambo vo
tum emiſerint caſtitatis:ſi ambo eũdem pue
rum de fonte leuarẽt,ſpirituales patres eiuſ
dem fierent:vnde vlterius carnaliter cõmiſce
ri non debent:nec etiã (vt aiunt quidam) ali
quis de ſacro fonte leuare debet aliquos de
ſua cõſanguinitate,præſertim filium propriũ,
vel filiam,vel vxoris,vel ecõuerſò. extrà de
cogna.ſpi.c.ij.&.iiij. quia charitatis dilectio
39 per baptiſmũ propagari debet.Baptiſmi † ſo
lennitate completa,itur ad fontes,cum tripli
ci litania & inde:quia ante baptiſmũ & poſt:
litaniæ circa baptiſterium peraguntur:pro eo
Apocal.4 quòd in Apocal.legitur : Iris erat in circuitu
ſedis.Iris:vt ait Beda, quæ fit ſole irradiante
nubes:& quæ poſt diluuium fuit propitiatio
nis indicium,ſignificat interceſsiones ſancto
rum:ſedes,Eccleſiam ſignificat:nubes,ſunt vi
Eſa.60 ri ſancti,Iuxta illud Eſa. Qui ſunt hi , qui vt
nubes volant ? qui ante aduentum Chriſti &
poſt deuotiſsimè pro Eccleſia orauerunt,&
40 orant. Fit † autẽ hîc litania circa fontes vſq;
ad,Sancte Ioannes baptiſta,ora pro nobis:eo
quòd ipſe primus inuenit vel docuit baptiſ
ma.Deinde ſimiliter cum trina litania redi
tur vſque ad Omnes ſancti orate pro nobis:
ad oſtendendum,quòd ipſi orant pro filio ba
ptizato,qui mortuus fuerat & reuixit ; perie Luc.15
rat & inuetus eſt:vt in vera fide trinitatis par
ticipet ſacramento baptiſmi : vel vt Deum
quem confeſſus eſt diligat toto corde : tota
mente:& totis viribus.¶ Sanè aguntur in qui
buſdam Eccleſijs ſeptenæ litaniæ ante ba
ptiſmum : quia oramus ſanctos intercedere
pro nobis vt ſpiritus ſanctus , cuius gratia ſe
ptiformis eſt , veniat ſuper aquam baptiſmi.
In alijs aguntur,qui nedum catechumini ba
ptizantur,vt Deus cuſtodire dignetur quin
que ſenſus corporum eorum,ne per eos ille
cebris ſecularibus incitati purificationem in
baptiſmo acceptam amittant. Trinæ etiam
quandoque poſt baptiſmum aguntur:vt cre
dulitatem trinitatis in qua baptizati ſunt,&
quam profeſsi ſunt , toto corde,tota mente,
totiſq; viribus diligant. Quidam etiam can
tant litaniã in eundo ad fontes propter ſpem
& inde redeundo propter rem:ad notandum,
quòd ſancti orant pro baptizandis , vt ſacra
mentum vera fide percipiant:& pro baptiza
tis,vt in ſacramento veræ fidei percepto con
firmentur.In fine litaniæ fiunt iuxta Apoſto
lum petitiones,vt:Propitius eſto,parce nobis
Domine:& obſecrationes, vt : Per natiuitatẽ
tuam , libera nos Domine. & poſtulationes,
vt:Peccatores , te rogamus , audi nos. Quid
41 † ſignificet cantus poſt baptiſmũ, dictum eſt
ſuprà,vbi de canticis agitur.Cæterum in qui
buſdam Eccleſijs in lectionibus & litanijs
ſenes præcedunt:& iuuenes ſubſequũtur:vel
quia ſenex ſeruus , ſcilicet Eleazar adduxit
Rebeccam , vt Iſaac iuuenis apprehenderet
eam:vel quia in baptiſmo iuueneſcit Eccle
ſia,& renouatur , vt aquila iuuentus noſtra.
Rurſus in quibuſdam Eccleſijs dum duode
cim lectiones leguntur litaniæ dicuntur : &
earum duodenarius numerus per tres qua
ternarios clericorũ impletur:quibus oratur,
vt in baptizandis doctrina capiat Apoſtolo
rum fidem trinitatis , ex quatuor virtutibus
prædicatorum.

## SVMMA.

1 Confirmatio non debet dari ante ſeptimum
diem,poſt baptiſma.

Spiritus

2 Spiritus ſanctus in cōfirmatione,eſt tanquàm tutor pupilli.
3 Baptizatus bis vngitur chriſmate. Et quare.
4 Vnctio facta ab Epiſcopo in fronte,quid differt ab ea quam facit ſacerdos in ceruice,cum chriſmate.
5 Confirmari aut baptizari bis non debet quis.
6 Confirmatum cur percutiat in faciem Epiſcopus.
7 In confirmatione quid agat Epiſcopus. & nume.8.
9 Patrini qui non poſſint eſſe in confirmatione,vel baptiſmo.

## De confirmatione. CAP. LXXXIIII.

1 SExto loco de confirmatione di-
camus.Siquidem † poſt baptiſmū
ſequitur ſpirituale ſignaculū,ſci-
licet confirmatio,quod profectò
fit,quando ad inuocationem Epiſcopi ſpiri-
tus ſanctus infunditur.eadem diſtin.accepi-
ſtis.Baptizatus autem cōfirmari non poteſt,
niſi demum poſt ſeptem dies poſt baptiſmū
propter ſeptem dona ſpiritus ſancti,quæ reci
piuntur in baptiſmo.Nam pro ſingulis donis
decet dies ſingulos celebrare.Alij dicunt,ꝙ
ſtatim poſt baptiſmum , eſt confirmatio in-
choanda,propter rationem ſcriptā,ſub quin-
ta feria cœnæ Domini : vbi agitur de olei
conſecratione. Nam & Clemens Papa pri-
mò ſtatuit , vt baptizatus , quàm citius fieri
poſsit, confirmetur : quia non eſt perfectus
Chriſtianus,qui hoc non neceſsitate,ſed incu
ria aut volūtate obmittit.Hæc frontis chriſ-
matio,confirmatio dicitur:quia per eam ſpi-
ritus ſanctus datur ad augmentum & robur.
extrà de ſac. vnc.cap.j.Vnde , cùm cæteras
vnctiones ſimplex ſacerdos valeat exhibere:
hanc non niſi ſummus ſacerdos,id eſt,Epiſco
pus debet conferre.extrà de confir.quanto.
quia de ſolis Apoſtolis legitur, quorū vicarij
ſunt Epiſcopi quòd per manus impoſitionem
ſpiritum ſanctum dabant , quemadmodum
Actuū.8 Actuum Apoſtolorū lectio manifeſtat.Cùm
audiſſent (inquit) Apoſtoli,qui erant Hiero
ſolymis.quia recepiſſet Samaria verbū Dei,
miſerunt ad eos Petrum & Ioānem:qui cùm
veniſſent,orauerunt pro ipſis , vt acciperent
ſpiritum ſanctum:nondum enim in quenquā
illorum venerat : ſed baptizati tantum erant
in nomine Domini Ieſu : tunc imponebant
manus ſuper illos : & accipiebant ſpiritum
ſanctum.Cuius aduentus per myſterium vn-
ctionis deſignatur:quia columba in quam ſpi
ritus ſanctus ſuper Chriſtum in baptiſmum
deſcendit,ad veſperum in cataclyſmo reuer
tens ramum retulit oliuæ virentis.extrà de
ſacra vnctio.cap.vno.cuius vtique ſacramen-
tum Dauid propheta prænoſcens, exhilaran- Pſal.103
dam faciem in oleo prædicauit. Arnoldiſtæ
tamen , perfidi hæretici , dicentes manuum
impoſitionem ſiue conſolamentū fieri poſſe
à quolibet homine bono , obijciunt ad hoc,
quod præmiſſum eſt de eo , quod legitur in
Actibus Apoſtolorum,quòd Ananias,Saulo,
& Symeon,& Lucius Sireñ.& Manäen Barna
bæ & Saulo manus impoſuerunt,qui tamen
nec Apoſtoli,nec Epiſcopi fuiſſe leguntur:&
ex eo,quòd prædicitur : miſerunt ad eos Pe-
trum & Ioannem:apparet quòd Epiſcopi de-
bent illuc ire,vbi ſunt,quibus ſit neceſſe ma-
nus imponi:cùmque illuc venerint,orāt pro
eis,dicentes:Emitte in eos ſeptiformem ſpiri
tum ſanctum &c.Non enim diſcipuli dabant
ſpiritum ſanctum : ſed orabant, vt veniret in
eos, quibus manus imponebant. Hoc ergo
2 † agit epiſcopalis confirmatio baptizato,
quod tutor pupillo. Quid enim prodeſt am-
plam hæreditatem filio relinquere, niſi ipſe,
vel lex,aut præſes illi prouideant de tutore?
paracletus quidem eſt eius cōſolator in Chri
ſto cuſtos & tutor baptizati : qui ſuadente
diabolo poſſet,ſicut & pupillus ſuam perde-
re facultatem, id eſt, baptiſmi vtilitatem ſi
hunc non haberet tutorem.In confirmatio-
ne ergo totius Chriſtianæ religionis myſte-
rij plenitudo completur.In baptiſmo nāque
per ſpiritum ſanctum datur remiſsio pecca-
torum: hîc autē ipſe ſpiritus inuitatur: vt ve-
niat in domum ipſam,quam ſanctificauit de-
ſcendere,& habitare dignetur,& ad Epiſcopi
inuocationem infunditur.eadem diſtin.acce-
piſtis.vnde Vrbanus Papa inquit : Per manus
epiſcopalis impoſitionem,ſpiritus ſanctus da
tur,ex quo cor fidele ad prudentiam & con-
ſtantiam dilatatur:vt quis plenus ſit Chriſtia
3 nus.Bis † ergo vngitur chriſmate baptizatus,
ſcilicet in vertice & in fronte: nam & ipſis
Apoſtolis bis fuit datus ſpiritus ſanctus.Pri-
mò in terra , quando Chriſtus exſufflauit in
eos,



eos,dicens:Accipite ſpiritum ſanctum.Secun
dò,à cœlo in die pentecoſtes : ſed & ipſi Apo
ſtoli receperunt ſpiritum ſanctum in baptiſ-
mo.Non enim credendum eſt ipſos no fuiſ-
ſe baptizatos,qui alios baptizabant : vt præ-
miſſum eſt.Hæc ergo duplex baptizatorum
vnctio,ſignificat quod ſpiritus ſanctus datus
eſt Apoſtolis ſemel in terra,ad dilectionem
proximi : & ſemel de cœlo , ad dilectionem
Dei.Vnde ad notandum pulchritudinem do-
norum ſpiritus ſancti,quæ in confirmatione
conferuntur dicitur:Emitte in eum ſpiritum
ſapientiæ & intellectus,&c. Hæ ſunt veſtes,
quibus induuntur filij regis:de quibus dictū
eſt:Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri,his
qui credunt in nomine eius.& de quibus dicit
Galath.3 Apoſtolus : Quotquot baptizati eſtis, Chri-
ſtum induiſtis.Non enim habet Chriſtū pro
indumento,qui donis ſpiritus ſancti , quibus
Chriſtus ab ipſa conceptione ornatus fuit,
4 non eſt ornatus.¶ Differt autē hæc † vnctio
quæ fit in fronte per Epiſcopum, ab illa quæ
fit in cerebro,ſiue in vertice,per ſacerdotem.
Primò,quia ſecundum Rabanum.de conſe-
cratione.diſtinctio.v.nouiſsimè.in illa ſigna-
tur ſuper baptizatum ſpiritus ſancti deſcen-
ſio ad habitationem Deo conſecrandam:in
hac verò ſignatur vt eiuſdem ſpiritus ſancti
ſeptiformis gratia cum plenitudine ſanctita-
tis ſcientiæ & virtutis venire in homine de-
claretur.Secundò, differunt : quia per illam,
quæ fit in vertice , anima Chriſto deſponſa-
tur:per iſtam verò, ditatur & dotatur. ¶ Item
per illam oſtenduntur vulnera eſſe ſanata:
per hanc plenitudo gratiarum cōfertur.quod
ex verbis vtriuſque vnctionis poteſt perpen-
di.In collatione enim illius vnctionis,dicit ſa
cerdos:Deus omnipotens pater Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti , qui te regenerauit ex aqua
& ſpiritu ſancto,quíque tibi dedit remiſsio-
nem omnium peccatorū : ipſe te liniat chriſ-
mate ſalutis in vitam æternam. His verbis,
quæ eſt ſalutatio,in vitam æternam,per hanc
vnctionem obtineri oſtenditur:ſed hæc ver-
ba tranſcendit Epiſcopus in vnctione confir-
mationis,dicens:Emitte in eum ſeptiformem
ſpiritum ſanctum,tuum paracletum,de cœ-
lis:ſpiritum ſapientiæ & intellectus:ſpiritum
conſilij & fortitudinis : ſpiritum ſcientiæ &
pietatis : & imple eum ſpiritu timoris Domi
ni:& conſigna eum ſigno ſanctæ crucis:pro-
pitiatus in vitam æternam:conſigna inquam,
5 vt ſpiritum ſanctum non amittat.In † conci
lio Thole.de conſecratione,diſtinctione.v.di
ctum.& cap.ſequēti.dicitur,quòd nullus de-
bet bis confirmari,ſicut nec rebaptizari.Poſt
orationem,quam cōmuniter dicit Epiſcopus
ſuper omnes confirmandos,ſi plures ſint,ſin-
gulariter cuilibet frontem linit in modum
crucis, chriſmate , cum pollice, dicens cuili-
bet:In nomine patris,& filij,& ſpiritus ſan-
cti:Pax tecum. Quæ ſalutatio fit ad nouum
hominem,qui dignus eſt ſalutari propter vi-
tæ nouitatem:& qui ſecundum Deum crea-
tus eſt in iuſtitia & ſanctitate , & veritate.in-
terim enim,cùm erat vetus,non erat ſalutan-
dus : ſed tantùm erat pro eo orandum. Ideò
autem fit in modum crucis,& cum chriſma-
te,ſicut & omnia chriſmata cum crucis figu-
ra perficiuntur:de conſecra.diſtin.v.nunquid.
vt appareat,quòd eſt illius,per cuius crucem
redemptus eſt,ſine quo ſignaculo non opor-
tet nos ante Deum repræſentari. Quod fit
cum pollice:quia ille in conſecratione pon-
tificis eſt ad hoc ſpecialiter conſecratus. Vel
quia omne datum optimum, deſcendit à pa-
tre luminum:ideò in fronte : quia ibi melius
& citius videtur:vt ſic exterminator angelus
videns eum hoc ſigno munitum , ad ſe non
pertinere,pertranſeat : ſicut pertranſiuit do-
mos Hebræorū in Aegypto,vbi vidit vtrunq;
poſtem linitum ſanguine agni , & percuſsit Exod.12
primogenita Aegyptiorum , in domibus vbi
hoc ſignum non erat.Quid enim eſt ſanguis
agni,niſi fides paſsionis Chriſti : vterque po-
ſtis hoc ſanguine linitur,cùm fidem paſsio-
nis Chriſti in corpore & mente geſtamus:in
corpore per myſterium:in mente per effica-
ciam.Ideóque fit in fronte , quia perfectorū
eſt,non in occulto,ſed in manifeſto Chriſti
nomen ſemper habere.Hinc eſt,quod Ioan-
nes Apoſtolus ait:Vidi ſupra montem Syon Apoc.14
agnum ſtantem, & cum eo cētum quadragin
taquatuor millia habentes nomen eius,& no
men patris eius ſcriptū in frontibus ſuis.Stare
enim & in monte,& cum agno,perfectorum
eſt:& perfectio in cōfirmatione datur,vt præ-
miſſum eſt.Melius quoq; in fronte infigitur,
in quo ſummus pontifex laminā aureā fige-
bat,in qua ſcriptum erat ineffabile nomen
Domini:& vt baptizatus liberè confiteatur:
quod credit.extrà de ſacra vnctio.quia corde Rom.10
creditur ad iuſtitiam:ore autē cōfeſsio fit ad
ſalutē:memor eius, quod Dominus ait:Qui
me

me confeſſus fuerit coram hominibus, &c.
6 Subſequenter † epiſcopus confirmatum per-
cutit in faciem. Primò, vt tenacius memoriæ
teneat, ſe hoc ſacramentum recepiſſe. Secun-
dò, quia hoc ſacramẽtum datur baptizato ad
robur fidei: vt præmiſſum eſt: vt, videlicet ſit
ita fortis in fide in baptiſmo ſuſcepta, quòd vl
terius coram quocunq; confiteri nomen Chri
ſti non erubeſcat. Tertiò, hæc percuſsio re-
præſentat manuum impoſitionem: quoniam
Apoſtoli per manus impoſitionem confirma-
bant. Quartò, ad terrendum malignum ſpiri-
tum, vt fugiat: & ne redire audeat: ſicut fecit
beatus Benedictus, liberans per alapam mona
chum, qui à maligno ſpiritu vexabatur, vt le-
7 gitur in dialog. Græco. lib. ij. cap. xxxij. † Duo
ergo facit Epiſcopus: primum quia eũ vngit
in fronte: ſecundum quia ipſum percutit in fa
cie. Vnctio ſignificat vnguentũ gratiæ quan-
tum ad actus audaces aggrediẽdi ea, quæ per
tinent ad fidem: percuſsio verò fit, ne vlterius
cõfundatur: aut timeat cõfiteri nomen Chri
ſti, quaſi dicat Epiſcopus cõfirmato: ita ſis for
tis, vt quicunq; ſic te percuſſerit, vel quocun-
que alio modo tibi confuſionem fecerit: pro
eo, quia Chriſti fidem cõfiteris: tu in his om-
nibus non erubeſcas: percuſsi enim in facie
erubeſcere ſolent. Similiter etiam fit alicubi,
propter eandem cauſam militibus nouis. Fie-
ri poteſt cõfirmatio in campo: melius tamen
fit in Eccleſia, aut in atrio Eccleſiæ. In bucar-
do lib. iiij. cap. epiſcopus. In concilio Aurelia-
neñ. de conſecra. diſtinctio. v. vt ieiunij. ſtatu-
tum eſt, vt ſacramentum confirmationis à ie
iunis & iuuenibus perfectæ ætatis puta duo-
decim vel quindecim annorũ ſeu adultis mo-
nitis prius peccata cõfiteri conferatur: hodie
tamen, quàm citius poteſt, hoc fiat, vt præmiſ
8 ſum eſt. Chriſmato autẽ † aliquo panno albo
frons ſua circuncingitur: ne recens vnctio de-
fluat aut deleatur: & ſeptima die deponitur,
ſicut ſuprà, vbi agitur de baptiſmo dictum
eſt. Et in concilio Beluaceñ. de conſecra. di-
ſtinct. iiij. ſi quis noluerit. dicitur: quòd pan-
nus chriſmalis, quo caput pueri in fronte per
Epiſcopum, vel in vertice per presbyterum
chriſmati circuncingitur: poteſt iterum ſuper
9 alium baptizatum imponi. Item non † confir-
matus, non poteſt alium tenere in baptiſmo,
vel in confirmatione, nec vir & vxor, vel
conſanguineus, vel etiam plures teneant con-
firmandum, prout in baptiſmo dictum eſt.

SVMMA.

1 Altaria cur cooperiantur ſabbato ſancto.
2 Sabbato ſancto Miſſa aliter & pręter morem celebratur. Et quorſum.
3 Campanæ cur pulſentur, dum cantatur Gloria in excelſis, ſabbato ſancto.
4 Sabbato ſancto cur non dicatur graduale: ſed allelu Ia, & tractus. Et cur eodemmet die lumen non portetur ad euangelium: ſed incenſum. nume. 5.
6 Sabbato Paſchatis, cur obmittatur offertorium. Item poſtcommunio. nume. 7.
8 Sabbato Paſchatis, cur breueis veſperæ: & vnà cum Miſſa terminentur.
9 Sabbati Paſchatis priuilegium.

## De Miſſa. CAP. LXXXV.

SEptimo loco de Miſſa huius
diei dicendum eſt. In qua qui-
1 dem plura ſunt notabilia. † Pri-
mò, quòd ante miſſam altaria
cooperiũtur: quod fit, quia iam
Eccleſia incipit reſurrectionis præludia cele-
brare. Magna enim pars huius officij ad il-
lam pertinet: & in reſurrectione Chriſtus,
qui per altare ſignificatur, ſtola corporis in-
dutus eſt. Item miniſtri altaris, pretioſis &
ſplendidis ſunt veſtibus decorati ad ſignifi-
candum, quòd neophyti ſunt indumentis vir-
2 tutum ornati. † Item miſſa ideò non canta-
tur ſolito more: quia in ea non dicitur in-
troitus, qui eſt caput miſſæ, eò quòd ille, qui
eſt caput & principium noſtrum, ſubtractus
eſt, & in ſepulchro ſilet: & nocte reſurrectio-
nis licet reſurrexiſſet: tamen à ſuis neſcieba-
tur: vnde cùm Maria Magdalenæ inuenit mo
numentum vacuum, credidit eum eſſe ſubla-
tum. Hac enim die, & in vigilia Pentecoſtes,
ſeruamus antiquum Eccleſiæ morem: qui fuit
ante Papam Cœleſtinum: ſecundum quem
introitus in miſſa non dicebatur: ſed à κύριε
ἐλέησον incipiebatur. Incipit ergo à κύριε ἐλέη-
σον, officium, quod eſt quædam vox lætitiæ:
de hoc quòd neophyti ſunt renati, rogat Ec-
cleſia, vt Dominus eos in nouitate conſerua-
re dignetur. Omnia enim quæ dicuntur vſ-
que ad Euangelium, ad eos referuntur. Se-
quitur, Gloria in excelſis: quòd ideò canta-
tur. Primò, quia pax data eſt renatis, quæ ab
angelis nuntiata eſt in nocte natiuitatis: cùm
ergo ipſi ſint renouati gratia Dei, poſſunt
cantare



cantare cum angelis. Secundò ideò, quo-
niam angeli, qui primò illud nato Domino
cantauerunt: pro renatis in baptiſmo glo-
riantur. Tertiò, quia reſurrectio Chriſti pro-
xima eſt: ideò dicitur iſte angelicus cantus:
& cum ipſis angelis chorus exultat perſo-
3 nanti melodia, & campanæ ſiue † ſigna etiã
concrepant, quæ hactenus fuere muta. Col-
lecta etiam de renatis manifeſta eſt, quæ
eſt: Deus, qui hanc ſacratiſsimam noctem
gloria dominicæ reſurrectionis illuſtras: con
ſerua in noua familiæ tuæ progenie ſpiri-
tum adoptionis, quem dediſti &c. Cui præ-
mittitur Dominus vobiſcum: & non Pax.
vt iam dicetur. Similiter epiſtola refertur
ad eos, videlicet: Si conſurrexiſtis cum Chri-
ſto quæ ſurſum ſunt, quærite, vbi Chriſtus
eſt in dextra Dei ſedens. ad Coloſſ. iij. cap.
quaſi dicat, reſurrexiſtis in baptiſmo à pec-
catis: ſicut Chriſtus reſurrexit ab omnibus
infirmitatibus ſuis. Sed ad quid debent la-
borare reſurgentes, niſi quæ ſurſum ſunt
obtineant? Ideò dicitur: Quæ ſurſum ſunt,
ſapite: non quæ ſuper terram, id eſt, cæle-
ſtia, non terrena vobis ſapiant. & additur,
Gal. 2 mortui enim eſtis: & vita veſtra abſcondita
eſt, cum Chriſto in gloria. Mortui enim eſtis
peccato: & mortui eſtis vobis: vt iam non vo-
bis, ſed Domino viuatis: ſicut dicit Apoſto-
lus: viuo ego, iam non ego, ſed viuit in me
Chriſtus. Vita autem veſtra abſcondita eſt
in Deo: ideò quia nondum apparet, quid
futuri eſtis: ſed cùm apparuerit Chriſtus vita
veſtra, apparebitis cum ipſo in gloria. Ecce
ad quid debeant tendere neophyti, ſcilicet
vt ſint & appareant cum Chriſto in gloria:
ad quam repræſentandam miniſtri altaris
ſolennes veſtes induunt, vt renatorum ſto-
lam innocentiæ demonſtrent: in epiſtola
verò baptizati inſtruuntur. poſt epiſtolam
verò ſequitur allelu Ia. quod eſt vox ange-
lica, ſiue canticum angelorum: ſicut oſten-
Apoc. 19 dit Ioan. in Apocal. dicens: Audiui quaſi vo-
cem tubarum multarum in cœlo dicentium
allelu Ia: quia angeli gloriantur propter
baptizatos à diaboli ſeruitute ereptos, &
4 ad fidem conuerſos. ¶ Et † dicitur allelu Ia
ſine graduali, ad ſignificandum, quòd caput
noſtrum quieſcit: vbi enim eſt quies, ibi non
eſt motus: vbi autem non eſt motus, ibi
non eſt aſcenſus de gradu in gradum: quod
ſignificat graduale. ideò autem graduale nõ
dicitur: quia baptizati nondum per opera in
virtutibus gradum fecerunt. Dicitur autem
tractus, qui ſignificat patientiam, per quam
expectare debent gloriam ſempiternam:
quam ſequens ſabbatum in albis repræſen-
tat. in quo ſabbato non cantatur graduale:
quia ibi non eſt neceſſarium bonum opus,
vel tractus: quia nec patientia: ſed duplex
allelu Ia pro duplici gloria, ſcilicet animæ
& corporis. de hoc ſub tit. de ſeptem diebus
poſt paſcha dicetur. & præter morem ante
tractum ponitur allelu Ia, quod eſt quædam
vox lætitiæ: ad notandum lætitiam neophy-
torum, quã habent de ſpirituali nouitate. Sed
quia graues ſunt labores viæ, ſequitur tra-
ctus, qui dicitur à trahendo. Ad idem tamen
inuitantur neophyti in verſu allelu Ia: & in
tractu: videlicet ad Dei laudem. Nam allelu
Ia, ſonat: Laudate Dominum. & in verſu alle-
lu Ia dicitur: Confitemini do. id eſt, laudate
do. & additur cauſa: quoniam bonus eſt in
ſe, & nobis: cum quibus miſericorditer & be-
nignè egit dimittendo peccata in baptiſmo:
& cantatur in tono reſurrectionis, ſcilicet
octauo. Sed quia effectus benignitatis poſſet
eſſe ad tempus: ideò ſubditur: quoniam in ſe-
culum miſericordia eius. Ad idem etiam in-
uitantur in tractu, ſcilicet Laudate Dominum
omnes gentes, &c. quoniam confirmata eſt
&c. reuera firmatur miſericordia, quæ in æter
num durat, ſicut in verſu allelu Ia dictum
eſt. Hæc autem duo, ſcilicet miſericordia &
veritas in pſalmis iungũtur: vt nec miſericor
dia iniuſta, nec veritas nimis auſtera creda-
tur. xl. diſt. diſciplina. xxiiij. q. iiij. non eſt iniu-
ſta. Quare duplices laudes dicuntur, & quare
tractus, & quare ſub humiliori lingua, dici-
tur, ſub tit. de vij. diebus poſt paſcha dicetur.
Secundò, & allelu Ia, ideò prius, quàm tra-
ctus dicitur: quia hebræa lingua, mater eſt
nobiliſsima omnium linguarum propter au-
thoritatẽ diuinæ ſcripturæ: latina verò infe-
rior, quaſi filia. præterea allelu Ia ſignificat
Iudæos prius conuerſos: tractus gentiles po-
ſteà credẽtes. Tertiò dicitur primo allelu Ia,
in memoriã prioris ſtatus Adæ. Sequitur tra-
ctus in memoriam ſequentis. Præcedit etiam
allelu Ia propter gaudium reuertentium de
captiuitate Babylonica. In alijs verò diebus
graduale præcedit allelu Ia, propter profe-
ctum proficientiũ. Deinde ſequitur euange-
lium: Veſpere autem ſabbati, quæ luceſsit in


prima

prima ſabbati:Mat. xxviij.c.in quo de ſolicitudine mulierũ,circa Dominĩ ſepulchrum:& de myſterio angelorum:& de reſurrectione ſaluatoris agitur.vſq; nunc enim fuit ſacrificiũ neophytorum:ſed dehinc reſurrectio ad memoriã reuocatur.¶Et nota, quòd veſpere ſabbati hîc accipitur pro nocte:& eſt ſenſus: veſpere ſabbati, id eſt, in nocte ſabbati. Sed quia credi poſſet,quòd veniſſent mulieres,in principio noctis,vel in medio, idcirco adiunctum eſt,quæ luceſcit in prima ſabbati.i.quæ pertinet ad lucem primi ſabbati. Luceſcerat enim iam,quãdo venerat Maria Magdalena: & altera Maria videre ſepulchrum &c.¶ Ante
5 † euangelium autem non portatur lumẽ: nec etiam in quibuſdam Eccleſijs cãdelabra cum luminarijs ſtant,ad miſſam ſuper altare. ¶Primò, quia ille qui eſt lumẽ nondum nobis redditus eſt: quoniam eius reſurrectio nondũ erat manifeſta:imò credebatur adhuc in ſepulchro latere.¶Secundò,quia mulieres Chriſtum non Deum, ſed ſolummodo eſſe mortalẽ credentes:occultè ſine lumine ibãt ad ſepulchrũ,vt vngerent corpus Ieſu.¶ Tertiò,ad notandũ cæcitatem cordis ignorantiũ ipſum reſurgere poſſe. Incenſum tamen fertur in ſignum, quòd mulieres tulerunt aromata, vt vngerent Ieſum.¶ Rurſus accenſa luminaria non feruntur, ſed incenſum ſic.Ad notandum,quòd tunc orationis affectio,quæ per incẽſum exprimitur,animis infirmorũ nõ deerat:ſed veritatis lux, quæ per accenſa luminaria deſignatur: eis certitudinaliter non clarebat propter Domini ſepulturam. Poſt euangelium,non dicitur: Credo: vt per hoc infirmorum animorum dubitatio denotetur. Quædam tamen Eccleſiæ dicunt hac die: Credo: & per totam ſequentem hebdomadam: quo renati aſſeuerant ſe in Deum tendere:& ea quæ de Chriſto dicta ſunt in euangelio,
6 firmiſsimè credere.† Offertoriũ quoq; non dicitur, in quo ſignificatur.¶ Primò, ſilentium mulierum, quæ territæ quaſi cum ſilentio receſſerunt à monumento, ad quod iuerant vt Chriſto vnguentum offerrent.¶Secundò,quòd ipſæ venientes iuxta legis mandatũ vngere corpus Ieſu latenter venerunt ad ſepulchrũ, & cõtra illud in ſilentio ſteterũt,timentes reſpondere angelo, vel cuſtodibus ſepulchri: ergo earum more cantores ſilent.¶ Tertiò, quia nondũ ſurrexit, qui det nobis quod offerre poſsimus. Cantatur autẽ Sanctus, ſanctus, ſanctus.quod eſt angelorũ canticũ:quia angeli tanquàm nihil timentes in ſepultura Domini, & eius reſurrectione, quã non tacuerunt, ſuum habuerunt myſteriũ.In canone etiã, ſcilicet infra actionẽ, fit mentio de renatis. Agnus Dei non cantatur, tum quia nondum ſurrexit, quòd ipſi ſcirent, qui in die reſurrectionis dixit diſcipulis. Pax vobis.Tum quia diſcipuli tunc deſperauerãt: neq; credebant eũ eſſe Deum, qui redimeret Iſraël: Vnde Cleophas dixit. Nos ſperabamus, ꝙ ipſe eſſet redempturus Iſraël.q.d. iã non ſperamus:imò deſperamus. Luc. 24 Sed & mulieres,quæ venerunt ad monumentũ, credentes corpus ſublãtũ eſſe,non credebant,quòd ipſe peccata mundi tollere poſſet.Vnde & Maria Magdalena,quæ fuit magis ſolicita, audiuit à Domino:Noli me tangere: nondum enim aſcendi ad patrẽ meũ: Ioan. 20 ſubaudi in corde tuo, id eſt, nondũ credis me eſſe æqualem patri: ergo non credis me tollere poſſe peccata mundi. In quibuſdam tamen Eccleſijs dicitur ter:Agnus Dei ſine, Dona nobis pa. non datur etiã pax in deteſtationem oſculi proditoris: & quia Chriſtus qui eſt vera pax noſtra,nondũ pacẽ nuntiauit: quia nondum ſurrexit qui in die reſurrectionis Apoſtolis ait:Pax vobis. Vnde fortè hic modus ſalutationis:ſcilicet,Pax vobis ab epiſcopo in principio huius miſſæ non dicitur, licet differtur: vt nouã ſalutationẽ in die reſurrectionis ſuæ populus affectuoſius amplectatur. In aliquibus tamẽ Eccleſijs pax datur, eò quòd gloria in excelſis cantatur. Poſtcommunio etiam
7 non cantatur.¶†Primò,ad notandum, quòd non erant tunc qui in fide Chriſti cõmunicarent.¶Secundò quia baptizati nondum cõmunicauerunt: ſed in die paſchæ communicare debent.¶Tertiò, quia nondum ſurrexit qui nobis dat,quòd cõmunicemus.¶Quartò, quia veſperę quæ ſequuntur, vicem obtinent poſtcommunionis.¶Quintò,quia omnes tacuerunt in Chriſti cõprehenſione, & crucifixione,ideò cãtores tacẽt. Cãtoribus igitur tacẽtibus ſacerdos ſuũ implet officiũ:quia Apoſtolis de reſurrectione dubitãtibus,& mulieribus timẽtibus,& nil dicẽtibus Chriſtus ipſe per ſuã glorioſam apparitionẽ, quibus voluit
8 fecit ſe manifeſtũ.† Cõſequẽter inter cœnandũ,id eſt,dũ ſacerdos cõmunicat, adijciuntur breuiſsimę veſperę ſcilicet:Laudate Dominũ omnes gẽtes:quæ quaſi nõ ſunt veſperę:quia ſabbatum



ſabbatũ æternæ quietis:quod per hoc ſabbatum figuratur,nullã habet veſperã:fit etiam officiũ breue propter ipſos neophytos quibus omnia debent breuiter cantari:maximè primo die, ne eis generetur faſtidiũ ex prolixitate: vnde ſub vna collecta miſſa, & veſperę clauduntur, ne fortè ſi finita miſſa diceretur veſpere, neophyti non auditis veſperis recederẽt credẽtes habere licentiã abeũdi. Vnde ideò totũ officiũ ſub vna oratione cõpletur,quoniã ſacramẽtũ baptiſmi in Chriſti paſſione cõſummatur: Vel ideò dies hæc in miſſa,nõ in veſpera terminatur,vt Chriſtus qui nos morte redemit,ſine fine laudetur:qui eſt in ſecula benedictus. In quibuſdã autem Eccleſijs cãtatur pſal. Laudate Dominũ,ſine gloria:quia filius,qui eſt tertia perſona in trinitate,nondũ ſcitur eſſe nobis redditus. Rurſus inuitãtur neophyti,ad laudẽ Domini per pſalmũ illum:Laudare. & ipſi ſe laudare reſpondent dicentes:quaſi vnus homo, per ſe vel per alios: Magnificat anima mea Domi-
9 num. Hoc † ſabbatum priuilegiatũ eſt:quia in eo fiunt ordines: catechumini poſt baptizantur:cereus benedicitur & plures lectiones leguntur.

SVMMA.

1 Paſchale tempus, quid ſignificet.
2 Paſcha,quid,& vnde dictum.
3 Paſcha,cur potius à græca,quàm hebraica lingua nomen ſortitũ. Aut potius latina.num.4.
5 Paſchatis tempus, vnde incipit, & quò terminetur.
6 Paſchatis ſolennitas celeberrima omniũ. & variè pro varietate regionũ.num.9.
7 Paſchatis die nihil comedendũ, quod nõ ſit benedictum à ſacerdote:ac ſigno crucis ſignatum.num.8.
10 Paſchales feriæ quot celebrandæ.
11 Paſcha,ſemper celebrandum die Dominico. Et quorſum.ibi.& num. 12.13.14. & infrà.
15 Paſcha triplex fecerunt Iudæi,quod erat figura noſtri Paſchatis.
16 Paſchatis ſeptem ſeptimanæ.
17 Paſchale tempus,dicitur quinquageſima.
18 Paſchate nos debemus adinuicem ſalutare, & oſculum præbere: idq; Romani pontificis exemplo.

## De ſancto die Paſchæ. CAP. LXXXVI.

SEquitur videre de feſto paſchali,de quo primò aliqua generalia præmittemus:cõſequẽter verò de nocturno huius diei officio: poſtmodum de diurno
1 aliqua ſupponemus. Siquidem †tempus paſchale, ſignificat tẽpus illud, quod erit poſt diem iudicij:quando videlicet ad patriam vitæ quã per Adam amiſimus,Deo propitiante regrediemur:qua conſideratione poteſt dici hoc tempus regreſsionis:quod tamen incipit in octaua:In hac autem die reſurrexit Dominus,quę eſt mundi prima:& rediens ad caput, eſt octaua: vt dicetur in proœmio ſeptimæ partis, de qua dicitur in Paralipomenõ,in tit. pſalmorum.quam octauã,ſicut ſeptem mũdi ætates præcedunt,quarũ ſex ſunt viuentium, & ſeptima dormientiũ:ſic & ſeptem dies noſtræ reconciliationis hanc diẽ præcedũt: ſic quoq; ſeptem dominicæ à Circundederunt, vſq; ad Lætare Hieruſalem, præceſſerunt, quas interpoſita dominicæ paſsionis memoria hæc dominica octauæ ætatis repræſentatiua ſequitur:in qua etiam repræſentatur, ꝙ ſicut octaua eſt eadẽ cũ prima,ſic reſtituetur homo in idipſum:& ad id quod fuerat cõditus.imò ſupra primæ originis reparabitur dignitatẽ,& cõſequetur corporis & animæ feliciſsimã immortalitatẽ. Qualiter Dominus tribus diebus,& tribus noctibus fuit in ſepulchro,& qua hora reſurrexit:& qua hora hoc tẽpore,debet dici officiũ matutinũ: & quare hac die paſcha celebratur:dictũ eſt ſub iiij.fe-
2 ria cœnæ Dñi & ſub ſabbato.¶ Sanè † πάσχα grecũ nomẽ eſt,qđ hebraicè dicitur Phaſe: quod latinè trãſitus interpretatur, ſecundum Bedã Nõ ergo dicitur Paſcha, à paſsione ex eo,ꝗa πάσχειν,gręce dicitur pati latinè:ſed dicitur à trãſitu:& hoc primò ſecundũ hiſtoriã ex eo,ꝙ exterminator angelus videns ſanguinem in foribus Iſraëlitarum pertranſijt, nec eos percuſsit: tunc etiam populus ex Aegypto tranſiuit, id eſt, exiuit:tertiaq; die mare rubrũ pertranſiuit. ¶ Secundò, ſecundũ allegoriã,quia Eccleſia in hoc tẽpore trãſiuit per baptiſmũ ab infidelitate ad fidẽ.¶ Tertiò,ſecũdũ tropologiã, quoniã hoc tempore trãſimus per cõtritionẽ,& cõfeſsionẽ de vitijs ad virtutes,vt infrà dicetur.¶ Quartò, ſecũdum anagogẽ,quia tũc Chriſtus trãſijt à mortalitate ad immortalitatem, & faciet nos etiam tranſire: vnde in euangelio: Cùm vidiſſet Ieſus, Ioan. 13

ſus, inquit: quia venit hora, vt tranſiret de
hoc mundo ad patrem &c. ¶ Nominamus
3 † autem hanc diem græco & non hebraico
vocabulo: licet lingua hebraica dignior ſit
tanquàm mater. ¶ Primò, ne in hoc videa-
mur iudaizare. ¶ Secundò, ne in hoc imite-
mur quoſdam hæreticos, dicentes euange-
lium ſine cæremonialibus non ſufficere ad
ſalutem. ¶ Item vtimur græco, & non latino
4 † vocabulo, propter authoritatem: quoniam
græca lingua antiquitus Romæ & in Italia
tantæ fuit authoritatis: vt non ſolùm dies
ſolennes græcis nominibus nuncuparentur,
vt paſca: pente. ὑπαντή, & epiphania: verum
etiam dignitates: vt apoſtolicus, patriarcha,
archiepiſcopus, epiſcopus, & huiuſmodi. Iſi-
dorus tamen dicit, quòd paſchæ vocabulum,
non græcum: ſed hebraicum eſt: & Innocen.
tertius dicit in quodã ſermone, quòd paſcha
hebraicè dicitur à Phaſe, quod eſt tranſitus:
græcè verò à * πάχειν, quod eſt pati. Augu.
dicit quòd hoc nomen, Paſcha, per diuinam
diſpoſitionem compactum eſt, ex hoc no-
mine græco πάχειν, quod pati interpretatur:
& ex hoc nomine hebræo Phaſe, quod tran-
ſitus interpretatur: nam hæc duo conueniunt
in hoc nomine paſcha: tam ſecundum ſigni-
ficationem, quàm ſecundum vocem: ſecundũ
ſignificationem, quoniam in paſſione Chriſti
fuit eius tranſitus: vnde meritò hoc nomen
habet intellectum vtriuſq; nominis: & eſt la-
tinum: vt ſic ex duabus linguis fiat tertia, ſci-
licet latina: & eſt hoc nomen paſcha primæ
declinationis, & neu. ge. quod ſolùm in tribus
græcis nominibus inuenitur, ſcilicet paſcha,
manna, & mammona. Vel eſt tertiæ declina-
tionis, vt dicatur paſcha paſchatis: ſicut dici-
5 tur fantaſma, tis. ¶ Vocatur † autem paſcha
ipſa dies reſurrectionis & etiam tempus à do
minica in ramis palmarum, vſq; ad octa. Pa-
ſchæ: & in dominica ipſa inducebatur agnus.
qui in. v. feria immolari debebat. Veruntamẽ
ſecundum vulgi conſuetudinem, dominica in
ramis pal. dicitur paſcha floridum feria vj. pa
ſchæ, hodierna verò dies Paſcha: olim tamen
propriè dicebatur, Paſcha, dies illa in qua
agnus immolabatur. Solennitas paſchæ autẽ
antonomaticè, dicitur ſolennitas ſolennitatũ,
eò, quòd cæteras ſolennitates huius ſolenni-
6 tatis nobilitas † antecedit, & omnes dies do-
minici ſunt octauæ huius feſti, vt dicetur in
procemio ſeptimæ partis: & in ea omnia læ-
titiæ inſignia proponuntur, templum quoq;
mundatur, & ornatur in parietibus: quia in
eis cortinæ & pallia extenduntur: & in cho-
ro dorſalia, & tapeta extenduntur, & bancha
lia diſponuntur. Velamen etiam quod erat
ante crucem vel in altum dirigitur, vel remo
uetur, vel retro altare ponitur, ad notandum
quòd prius occulta modò ſunt manifeſta:
altare quoq; ſuis ornamentis decoratur: vt in
quibuſdam Eccleſijs vexillis, quæ ſignificant
victoriam Ieſu Chriſti crucibus, & alijs. De
quo & de velaminibus trium colorum quæ
hac die in tribus lectionibus de altari remo-
uentur, & de triplici ornatu materialis tem-
pli dictum eſt in prima parte, ſub titu. de pi-
cturis. Miniſtri quoq; ad decorem huius ſo-
lennitatis, ſe balneis prælauant: barbas & co
ronas tondunt, capillos deponunt, veſtes ſiue
cappas nigras deponunt, & albas induunt,
quæ licet ad decorem fiant: ad ſpiritualem
quoq; hominem referuntur. Non enim laua-
mur ad voluptatem: ſed ad ſignificationem,
vt, ſcilicet per exteriorem lotionem corpo-
ris, interiorem animæ debere fieri oſtenda-
mus: barbas & coronas tõdere eſt ſuperflui-
tates, & vitia deponere: capillos ſuper aures
tondere, eſt quinq; ſenſus corporis, ad ſer-
uiendum Deo expeditos habere: nigras ve-
ſtes ſiue cappas exuere, eſt aſperitatem pœ-
nitentiæ deponere: albas ſiue ſuperpellicia
induere: eſt ſtolam immortalitatis firmiter
expectare, vel per veſtem albam ſignifica-
mus innocentiæ ſtolam renatorum: vel per
hoc repræſentamus hodiernam apparitio-
nem angelorum, qui in veſtibus albis appa-
7 ruerunt. ¶ In hac † ſancta die nil, quod à ſa-
cerdote non ſit benedictum comedere debe
mus: quia inimicus noſter nunc nos magis
ſatagit ſupplantare. Vnde in quibuſdam locis
quęcunq; comedi debent ad Eccleſiam por-
tantur: & in atrio vel veſtibulo Eccleſiæ cum
cruce, & aqua benedicta: & in veſtibus ſacris
à ſacerdote benedicuntur. Hinc eſt, quòd
hodie agnus à ſacerdote benedicitur, ad re-
præſentandum, quòd Deus per Moſen & po-
pulum agnum comedi iuſsit in figuram Ieſu
Chriſti, cuius ſanguine omnia primogenita
ſibi de mundo redemit, & angelo in nocte
illa omnia primogenita in Aegypto percu-
tiente populum ſuum ſeruauit agni ſanguine
prænotatum. Agnus autem ſecundum Rom.
ordinẽ non ad altare: ſed ad menſam bene-
dicitur.



dicitur. In quibuſdam etiã locis benedicitur
lac & mel in memoriam eius, quod Domi-
nus inquit patribus noſtris Abraham, Iſaac, &
Iacob. Introducam vos in terram fluentem
8 lac & mel. Nullus † debet etiam vnquàm
aliquid comedere, niſi prius ſaltem ſigno cru
cis facto. Vnde legitur in dialogo Grego.
Papæ. li. j. c. iiij. quòd cùm quædam monialis
iret per hortum lactucã, ſine benedictione,
comedit: & ſimul dæmonem, qui ſuper eam
erat, ſuſcepit, qui eam multum vexauit. Nos
quoq; vidimus in ciuitate Bonon. puellam à
duobus ſpiritibus immundis, & malignis
triennio vexatam. Cúmq; à quodam perito
volente illos cum exorciſmis & abiuratio-
nibus ab humano corpore pellere interro-
garentur, qualiter corpus mulieris intraſſent:
reſponderunt, ſedebant in quodam malogra
nato, quod ipſam puella comederat: qui tan-
dem virtute adiurationũ nobis præſentibus
9 ab humano corpore receſſerunt. † In quibuſ-
dam quoq; locis hac die in aleis, in natali
prælati, cum ſuis clericis ludunt: vel in clau-
ſtris: vel in domibus epiſcopalibus: ita vt etiã
deſcendant ad ludum pilæ: vel etiam ad co-
reas, & cantus quod vocatur libertas decem-
brica: quia antiquitus conſuetudo fuit apud
gentiles, quòd hoc menſe ſerui, paſtores, &
ancillæ quadam libertate fruerentur: & cum
dominis ſuis dominarentur: & cum eis face-
rent feſta, & conuiuia, poſt collectas meſſes:
laudabilius tamen eſt à talibus abſtinere. In
pleriſq; etiam regionibus mulieres ſecunda
die poſt paſcha verberant maritos ſuos, die
verò tertia mariti vxores ſuas. Sicut & anti-
quitus licebat ſeruis dominos ſaltem in cri-
mine adulterij accuſare impunè. xij. q. ij. quę-
ſtionem. Hoc autem fit, ad notandum quòd
debent ſe inuicem corrigere, ne alter ab alte
ro hoc tempore exigat debitum tori: Statu-
tum eſt enim de conſec. diſt. ij. omnis homo.
xxiiij. q. iiij. cap. j. quòd cùm hac die commu-
nicare debeant, tribus præcedentibus & tri-
bus vel quinq;, vel ſeptem ſequentibus die-
bus, ab amplexibus vacent: quod ſumptum
1. reg. 12. eſt à Dauid, qui cum pueris ſuis accepturus
panes propoſitionis, ait ad Abimelech ſacer-
dotem: Continuimus ab heri, & nudiuſter-
tius. de conſec. diſtin. ij. tribus. x. q. j. hanc con-
10 ſuetudinem. ¶ His † tribus diebus primis ſo-
lenniter eſt feriandum: in ſequentibus verò,
licet viris ruralia opera, quæ magis neceſſa-
ria ſunt exercere: ſed fœminis non licet nere:
nunquàm autem choreas ducere: quia ſecun-
dum Grego. melius eſt fodere, & arare, quàm
choreas ducere. Inde eſt, quòd hi ſinguli dies
propria habent reſponſoria: cæteri verò in
quibuſdam Eccleſijs mutuata. in alijs tamen
habent etiam vſq; in quintam feriam pro-
pria. Fiunt quoq; apud quoſdam hoc tempo-
re aquarũ dimerſiones, ne quia homines vi-
gilauerunt in quadrageſima, in his ſanctis
11 diebus dormire velint. ¶ † Hoc quoq; notan-
dum eſt, quòd Paſcha noſtrum ſemper de-
bet fieri in die dominico, ſicut ſtatuit Pius
Papa, de conſe. diſt. iij. noſce. & c. ſeq. & etiam
Victor Papa, qui propter hoc concilium Pa-
læſtinum conuocauit. licet enim prius eodẽ
die celebraretur: quia tamen quidam inde du
bitabant, angelus Domini ad corroborandos
eorum animos apparuit in habitu paſtorali,
Hermæ doctori præcipiens, vt Paſcha ſem-
per die dominico ab omnibus celebraretur:
Dominus tamen vere ſurrexit in die vj. Calẽ.
Aprilis: nam paſſus eſt viij. calend. Aprilis, vi-
delicet in die tali, in quali conceptus eſt, ſiue
in quali annuntiatio virgini facta eſt: prout
dictum eſt ſub tit. de paraſceue. Celebrari
etiam debet Paſcha in lunatione Aprilis: quo
niam in Exod. præcepit Dominus, quòd men
ſis ille primus haberetur & agnus die xiiij.
immolaretur. vnde Victor Papa de conſec.
diſt. iij. celebritatem. dicit, quòd Paſcha de-
bet celebrari poſt xiiij. diem lunationis April.
qui eſt primus menſis ſecundum hebræos
vſq; in xxj. diem eiuſdem menſis, id eſt, luna-
tionis. Loquitur enim ibi de menſe lunari, nõ
de ſolari, quoniam in illa lunatione eſt ſem-
per paſcha vſq; in xxj. diem: & vſq; ponitur
ibi incluſiuè: quoniam includitur ipſa xxj.
dies, vult ergo dicere Victor Papa, quòd Pa-
ſcha non debet eſſe intra xiiij. diem lunatio-
nis Aprilis nec poſt xxj. diem illius. Si enim
xiiij. dies lunationis eſt in die dominica, vbi
eſt Paſcha Iudæorum: & dominica ſequenti
eſt Paſcha noſtrum: ſcilicet in xxj. die: & hæc
lunatio quandoq; incipit à Martio: de quo
plenè in fine vij. partis dicetur. Eccleſia ta-
men antiquitus celebrabat Paſcha cum Iu-
dæis xiiij. luna primi menſis, quocunque
die occurreret: quem ritum ſancti patres in
Nicęna ſynodo prohibuerunt, conſtituen-
tes non ſolum lunam paſchalem, & menſem
inquirere: ſed etiam diem dominicæ reſurre-

ctionis obſeruare: & ideò extenderunt Paſcha à xiiij. luna vſq; ad xxj. vt dictum eſt: vt ſic & dies dominicus non obmitteretur, & in die reſurrectionis Domini Paſcha celebra-
12 retur: & hoc pluribus de cauſis. ¶† Primò, ne Eccleſia videatur iudaizare & figuris iudaicis adhærere, & in temporibus & annis confidere. ¶ Secundò, quia die dominica datum fuit manna à Domino: per quod ſignificatur euchariſtia, id eſt, panis angelorum habens in ſe omne delectamentum & ſuauitatem omnis ſaporis: vnde Exod. xvij. die vj. Parent, quod inferant, vt ſit duplum quàm inferre ſolebant per ſingulos dies: & hæc eſt dies veneris: & ita die dominica datum eſt manna.
13 ¶† Tertiò, quia præceptũ eſt comedere agnũ cũ lactucis aggreſtibus: & in azymis ſynceritatis, & veritatis, id eſt, cũ puro affectu, & puro intellectu: hoc eſt in veritate. Chriſtus verò mortem deſtruxit, moriẽdo, & vitã noſtrã reſurgendo reparauit: & ita patet, quòd in die reſurrectionis debemus comedere agnum:
14 quia tũc incipit veritas vitæ noſtræ. ¶† Quartò, non celebramus Paſcha noſtrum cum Iudæis, qui illud celebrant xiiij. luna: quia quãuis tunc immolatus fuerit agnus: tamen incipit eius immolatio in ſequenti die: quia tunc eſt tempus luctus: nec eſt tempus ſolennizandi: & ideò Eccleſia dimittit hoc, vſq; ad tempus ſolennitatis: quia debet fieri cum ſolennitate: ſicut dictum eſt. Quintò, quia cum Chriſto vult Eccleſia celebrare Paſcha ſuũ.
15 Triplex † enim Paſcha fecerunt Iudæi. Primum in Ramatha, quod interpretatur commotio tineæ. Per hoc ſignificatur primum Paſcha, id eſt, ſpiritualis tranſitus, de vitijs ad virtutes. Per tineam, enim peccatum intelligitur: quia ſicut tinea conſumit pannum imperſeptibiliter: ſic peccatum animam: quando autem peccatum commouetur in nobis, ſiue amouetur, per pœnitentiam fit iſte tranſitus. Secundùm paſcha factum fuit in Syna, quod interpretatur menſa: per quod ſignificatur ſecundum Paſcha ſpirituale, id eſt, tranſitus de virtute ad virtutem: per quod reſtituitur homini ſua menſura attingendi cœleſtia. Iſte tranſitus fit, quando tranſimus de virtute ad virtutem. Tunc enim accedit ad menſuram ſuam homo: quoniam factus eſt: vt ſit ſocius angelorum. Primum paſcha
1. Pet. 2 Chriſtus non potuit celebrare: quia peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. neq; ſecundum: quia datus fuit ei ſpiritusſanctus: non ad menſuram à tempore ſuę natiuitatis. Tertium paſcha factum fuit in Galgale: quod interpretatur reuelatio. Iſtud Paſcha fit à nobis, quando tranſimus de mundo ad patrem, ſiue de mundo ad cœlum: & reuelabuntur nobis omnia, quæ modo credimus. Hoc Paſcha celebrauit Chriſtus per reſurrectionem ſuam: quod nos celebramus, ſemper poſt xiiij. lunam primi menſis: poſt æquinoctium vernale, quando dies incipiunt maiores eſſe noctibus, prout dictum eſt ſub ſabbato ſancto. ¶ Sexta, cauſa eſt, quia de primo Paſcha, vel ſecundo non eſt gaudium multum, ſed de tertio. vnde ij. Reg. xvij. Non glorietur accinctus æque, ſicut diſcinctus. Septima, quia ex iuſsione angeli monemur Paſcha in dominica celebrare: vt præmiſſum eſt. Quare hæc & cætera feſta ſaluatoris præter naturale mutabilia ſunt: dictum eſt ſub natali. quando debeat paſcha annunciari: dictum eſt ſub epiphania. Porrò conſiderandę ſunt quædam huius pa-
16 ſchalis† temporis varietates. Sunt enim in eo tres ſeptimanæ quaſi proprijs vocabulis nũcupatæ. Prima, eſt paſchalis. Secunda, in albis. Tertia, expectationis. Prima, dicitur ſanctificata, propter iuſtificationem animæ: inde eſt, quòd homines per baptiſmum ſanctificati per totam ſeptimanam illam veſtem, quam in baptiſmo ſuſceperunt deportant, quæ ſignificat primam innocentiæ ſtolam: Secunda dicitur, in albis. Primò, quia baptizati in ſabbato ſancto, deponunt in ſabbato in albis albas ſtolas, ſeu veſtes, quas in baptiſmo ſuſceperunt. Per albas quidem innuitur quales in præſenti vita eſſe debeant, ſcilicet mundi, & qualia denique ſint corpora recepturi: quia ſancti beatitudinem, & gloriam poſſidebunt: prout dictum eſt ſub ſabbato ſancto. Secundò, quia hoc tempore illi, qui baptizati ſunt in ſabbato ſancto, ab epiſcopis confirmati alias albas ſtolas portare, vſque ad alium ſabbatum ſolent. communiter tamen prior ſeptimana vocatur in albis: propter angelos, qui in reſurrectione Domini in albis apparuerunt: vt præmiſſum eſt: & quia olim baptizati, illis diebus candidis veſtibus vtebantur, vſque ad ſabbatum in albis. Et propter præmiſſas etiam cauſas



cauſas dicitur ſabbatum in albis: vel quia mos fuit antiquitus, vt in ipſo ſabbato veſtes ex toto deponerent: & albas induerent, quod non fit in ſabbato Sancto. Tertia ſeptimana, ſcilicet, quæ eſt poſt Aſcenſionem, dicitur expectationis: quoniam repræſentat illud tempus, quo Apoſtoli expectauerunt aduentum
Luc. 24 Spiritusſancti, quibus Dominus dixit: Manete in hac ciuitate, & expectate vſque dum induamini virtute ex alto. Prima autem ſeptimana non protenditur, niſi vſque ad ſabbatum in albis, excluſiuè: & ſic Paſcha ſex dies ſolùm habet pro octauis: ſeptimana verò in albis incipit ſabbato in albis, & terminatur in alio ſabbato: & ſic durat per octo dies. Octaua verò, Aſcenſionis, cùm deberet terminari in quinta feria ante Pentecoſten, protenditur vſque ad Pentecoſten: quia licet duo dies, qui ſuperſunt octauæ Aſcenſionis poſſint officiari ad miſſam à dominica antecedenti: tamen ad nocturnos non haberent inuitatorium vel lectiones vel reſponſoria: niſi ab aſcenſione Domini acciperent. Vnde illi decem dies pro vno reputantur: nec mirum cùm & totum tempus paſchale pro vna reputetur octaua: & ſimiliter à natiuitate vſque ad octauam Epiphanię. de hoc dicetur ſub dominica poſt aſcenſionẽ.
17 Tempus† autem paſchale vſque ad Pentecoſten vocatur quinquageſima: quia continet quinquaginta dies: per quod tempus iubilei ſignificatur: vt dicetur ſub Pentecoſte. Duas enim quadrageſimas celebramus, cui numero additur decimus numerus: & fit quinquagenarius: primam ante Paſcha: in qua labores & miſeriæ huius temporis ſignificantur: vnde tunc ieiunamus & cãtica lætitiæ ſubticemus. ſecundam poſt Paſcha, quæ ſignificat ſtatum æternæ fœlicitatis: & in ea tempus gloriæ noſtrę poſt hanc vitã repræſentamus: tunc enim ab omni labore quieſcemus: & in Dei laude erimus. quare tunc cantica lætitiæ multiplicamus: & ianua pœnitentibus aperitur: quia nullius peccati improperium erit: totũ enim erit abſorptum à gloria: prout in collecta huius diei habetur, vt dictum eſt in procemio huius partis. Nec ieiunamus, nec genua flectimus: imò ſtantes oramus: tũ quia non erit pro quo flectantur: ſed domus Dei gloria replebitur: tum etiam vt libertatem quam nobis Dominus reſurgendo acquiſiuit, profiteamur: tum quia mulieres ad monumentum venientes, non flexerunt genua: ſed erectæ inſpexerunt in ſepulchro: ſicut dicit Ambro. in fine Lucæ: tum quia ſecundum eum in his quinquaginta diebus, quibus Dominus nobiſcum fuit, gaudendum eſt, & iugis feſtiuitas eſt in eis, tanquam ſit dies dominica. lxxv. diſtin. ſcire. tum etiam quia hoc tempus paſchale ſignificat octauam reſurrectionis, in qua nec ieiunabitur, nec genua flectetur: ſed perfectum gaudium omnibus erit. In feſtiuitatibus etiã beatæ Mariæ, & diebus dominicis, & feſtiuis, & in diebus Pentecoſtes, niſi in præſentia corporis & ſanguinis Chriſti genua flectenda non ſunt: de hoc in quinta parte ſub titulo de prima dictum eſt: & ſub ſabbato Pentecoſtes dicetur. Genua enim in Eccleſia flectere cordis contritionem ſignificat. Et eſt notandum, quòd in genuflectionibus, vtendum eſt oratione dominica, vel oratione, quam ſcripſit Auguſt. ſeu approbauit, ſcilicet Deus propitius eſto mihi peccatori, vel peccatrici: vel illa, quam quidam ſanctus Eremita compoſuit, & docuit Thaydem meretricem, docens illam quotidie genu flectere, & in terram diſcumbere: oculos ſurſum non attollere, & dicere: Qui me plaſmaſti, miſerere mei Deus. Cæterùm, feſtiuitas Paſchalis hebdomadaria eſt, prout in ti-
18 tu. ſequen. dicetur. In Paſchali† ſeptimana ſalutare nos adinuicem hoc modo debemus, ſcilicet, reſurrexit Dominus. & ſalutatus debet reſpondere. Deo gratias. vel &, apparuit Simoni: & poſteà debemus dare oſculum adinuicem, in ſignum pacis & charitatis: vſus tamen hoc non habet. Romanus tamen Pontifex hac die miſſam celebraturus Cardinales, Prælatos: notarios & familiares ſuos hoc modo ſalutat, & oſculatur: & etiam omnes præmiſſi ſe inuicem hoc modo ſalutant & oſculantur. Salutans enim dicit: Surrexit Dominus verè. Salutatus & oſculatus reſpondet: Et apparuit Simoni.

ADNOTATIO.

* *πάσχειν, etiam, ut refert Budæus, eſt quid facere, quid admittere, quid accidere. Cuius uſus in compoſitione uarius: ἀγαθὸν πάσχειν, beneficium accipere. ἀντιπάσχειν, beneficium reponere.*

SVMMA.

1 Paſchatis diuinum officium vnde ordiatur.
2 Paſcha, cur non admittat hymnos.

3 Paſchatis ſeptimana treis tantùm pſal-
mos, & treis antiphonas habet. & am-
plius.num.4.Limita tamen. num. 5.

## De die ſancto Paſchæ.

### CAP. LXXXVII.

1 SEquitur videre de † diurno of-
ficio huius diei. incipit autem
Eccleſia inuitatoriũ allelu Ia:
Surrexit Dominus verè. & eſt
quinti toni, ꝑpter quinq; appa-
ritiones Domini in illa die, quę dictæ ſunt in
iiij.parte ſub tit.de ſalutatione ad populum:
vel propter quinq; ſenſuũ reparationẽ, quæ
fit per reſurrectionẽ.in quibuſdã tamen Ec-
cleſijs dicitur inuitatoriũ,cum triplici allelu
Ia,& ſeptimi toni:propter quietẽ quæ datur
in reſurrectione. Apo.xiiij.Amodo iã dicit ſpi
ritus,vt requieſcant à laboribus ſuis: & indi-
gemus inuitatorio:quia viæ Syon lugent: eò
2 quòd † nõ ſunt,qui veniãt ad ſolẽnitatẽ.Hym
nus autẽ non dicitur in quibuſdam Eccleſijs,
quia in reſurrectione non cantabimus hym-
nos huiuſmodi,ſed in plateis Hieruſalẽ can-
tabimus allelu Ia,vt habetur.c. pe. Thobiæ.
ſed loco hymni cantatur allelu Ia, propter
ſpẽ,quã habemus de glorioſa reſurrectione.
Aliæ verò Eccleſiæ cantãt hymnũ:quia ſem
per laudãdus eſt Deus.& cantant illũ ad ter-
tiã ſub duplici cantu, videlicet vnũ verſum
ſub vno cantu, & aliũ verſum eiuſdẽ hymni
ſub alio,& vnũ altiori voce, quàm alium ad
ſignificandũ duplicẽ ſtolã gloriæ quã Chri-
ſtus aſſumpſit, ſcilicet corporis & animæ.
Quia verò virtute trinitatis, in qua eſt perfe
ctio, facta eſt reſurrectio, ideò dicũtur,tres
lectiones,tum quia ſoror noſtra paruula eſt,
Cant.8 & vbera non habet,tum quia baptizati, non
indigẽt labore, quaſi modo geniti infantes,
3 de quo in ſequenti tractatu dicetur.¶ † Hac
etiã die & hoc tẽpore cantantur tres pſal. cũ
tribus antiphonis.Obſeruatur autẽ ideò iſte
ternarius numerus.¶ Primò,quia parcitur ho
minibus propter præcedẽs ieiunium attritis.
¶ Secundò,ne neophyti multitudine onerẽ-
tur,vt præmiſſum eſt.¶ Tertiò, propter tri-
duanã Domini ſepulturã, quæ præceſsit do-
minicã reſurrectionẽ. ¶ Quartò,ad notandũ
quòd tria quæ Dominus ſecũdum Lucã pro-
miſit in hoc ſeculo perficere, ſcilicet dæmo-
nes eijcere,ſanitatẽ perficere, & tertia die cõ
ſummari in reſurrectione, cõſummata ſunt.
¶ Primũ operatus eſt Dominus,cùm fecit, vt
relicta creatura rediremus ad creatorẽ.¶ Se-
cundum,cùm fidẽ nos ſibi tanquàm membra
capiti vniuit, vt de eius ſpiritu viueremus.
¶ Tertiũ cùm in hoc cõfirmauit nos, ne labe
remur, vel conſummatio eſt noſtra reſurre-
ctio.Hæc etiã in noſtra cõuerſione apparẽt.
Eijciũtur enim à nobis dęmones per exorciſ-
mos:ſanamur,per catechiſmũ,& conſumma-
mur per baptiſmũ,& confirmationẽ. ¶ Primũ
notatur in primo pſalmo & in ſua antiphona,
vbi dicitur. Et conſiliũ meũ non eſt cum im-
pijs.In quo pſalmo oſtẽditur quid vitare de-
beat quis,ad hoc vt ſit beatus,ſcilicet non ire
in conſilio impiorũ:& quid facere debeat,ſci
licet habere voluntatẽ Domini in corde, &
in ea die & nocte meditari.Primus ergo pſal
mus cũ antiphona ſua monſtrat impios,id eſt
dæmones eijci à conſilio filij Dei.in hac dæ-
monum eiectione fit,quod Dominus in euã
gelio Ioan. dicit. Nunc iudicium eſt mundi, Ioan. 10
nunc princeps huius mũdi eijcitur foras.Hoc
iudicium eſt diſcretio, qua fideles per fidem
ſeparantur ab impijs dæmonibus:quod iudi-
cium factum eſt in multis millibus creden-
tium.Sed hoc iudicio impij, id eſt, in impie-
tate perſeuerantes,non reſurgunt:ſed hi, qui
per fidem.Chriſti vniuntur:& hoc eſt ſecun-
dum quod notatur in ij.pſal.& ſua antipho-
na,vbi dicitur.Poſtulaui patrem meum,alle-
lu Ia.Dedit mihi gentes, allelu Ia, in hære-
ditatẽ ſibi,allelu Ia.Hoc factũ eſt,cùm fide-
les per fidẽ ei tanquàm capiti vniti ſunt: vt
per ipſum ad modũ hæreditatis fructificent.
vnde in pſalmo irridendo dicit: Quare fre-
muerunt gentes &c. Dicentes, dirumpamus
vincula eorum, & proijciamus à nobis iugũ
ipſorum.ſtultè dicunt. Qui habitat in cœlis,
irridebit eos,&c. Et Chriſtus dicit: Ego autẽ
conſtitutus ſum rex ab eo. qui dicit: Poſtula
à me,& dabo tibi gẽtes, hæreditatẽ tuã &c.
Et aduerte,quia in antiphona dicitur dedi. in
pſal.dabo:& in antiphona oſtenditur imple-
tum eſſe,quod in pſal. eſt promiſſum.¶ Ter-
tium,notatur in tertio pſal.& in ſua antipho-
na, quo tangitur conſummatio, quam Do-
minus promiſit ſe perfecturum in tertia die:
vbi dicitur: Ego dormiui, & ſomnum cœpi
&c. Hoc enim licet de paſsione & morte &
reſurrectione ſaluatoris intelligatur:morali-
ter tamen conuenienter intelligitur de eo,
qui diu in peccato dormiuit: & tandem per
Dei adiu



Dei adiutorium ſurrexit.¶ Quintò,etiam po-
teſt dici, quòd quia per opera iſtorum trium
dierum fiunt catechumini membra Chriſti,
ſcilicet per exorcizationem, per abrenuntia-
tionem Diaboli, per fidem, qua vnitas in eis
perficitur:& per impoſitionem manus Epiſco
porum:ſiue reſurrectionem Domini, quæ eſt
iuſtificatio noſtra: ideo propter hanc iuſtifica
tionem canimus tres antiphonas in nocte re-
ſurrectionis.Prima,diſiungit nos ab impijs.Se
cunda,coniungit nos capiti Chriſto.Tertia,fa
cit nos reſurgere, propter iuſtificationem.
4 ¶ Sextò,etiam poteſt † dici,quòd per tres pſal
mos:tria tempora ſignificantur:tres antipho-
næ cantãtur:in quibus Patriarchæ,Prophetæ,
& Apoſtoli ſignificantur.tres lectiones legun
tur,quia lex Pſalmi & Prophetiæ reſurrectio
nem Domini profitẽtur.Tria reſponſoria ſub
ſequuntur:quia tres ordines,ſcilicet Noë,Iob
& Daniel,Chriſti reſurrectione ſaluantur.Sin
gulis reſponſorijs,Gloria patri ſubiungitur,in
quibuſdam Eccleſijs:quia trinitas ab omnibus
ordinibus collaudatur. ¶ In quibuſdam verò
non,niſi vnũ Gloria,tribus reſponſorijs,ſecun
dum generalem cõſuetudinem cótinuatur,ad
notandũ,quòd in trinitate vnũ Deum glorifi-
camus.¶ Septimò,ternariũ in omnibus frequẽ
tamus, propter ſacramentũ baptiſmi in trium
perſonarũ nomine celebrati. ¶ Octauò,pauci
tate vtimur lectionum, propter paucitatem,
quæ tunc aderat prædicatorũ.Nam Apoſtoli
erant in numero pauci: metu Iudæorũ muti:
de morte Domini mœſti: de audita reſurre-
ctione quaſi deliri, qua paucitate volunt qui-
dam vti,vſq; ad Pẽtecoſten,quando facti ſunt
prædicatores numero plures,& ſpiritu ſancto
5 feruentiores:vt iam dicetur.Alij † verò ſolen-
nitatẽ potius attendẽtes,integrum & ſolennẽ
ſeruant numerũ:quia & ſi Apoſtoli muti fue-
runt:tamen alloquium Angelorũ & frequens
viſitatio Domini non defuerunt, quare in ſe-
quenti hebdomada cantatur tantum vna anti
phona,cum tribus Pſalmis, vt in ſeq.titu.dice
tur.¶ Sanè tertio reſponſorio,cum Gloria pa-
tri,decantato, cum cereis,& ſolenni proceſsio
ne de choro ad aliquem locum tendimus,vbi
ſepulchrum imaginarium coaptatur:& vbi in
troducũtur perſonæ ſub formis & habitu mu
lierum,& duorum diſcipulorum,ſcilicet Ioan
nis & Petri, qui ad ſepulchrũ Chriſtum quæ-
rentes venerunt, & quædam aliæ perſonæ in
perſonis,& forma Angelorum, qui Chriſtum
à mortuis reſurrexiſſe dixerunt, in perſonis
quorum rectè cantari poteſt illa ſecunda re-
ſponſorij primi particula, Nolite timere, &c.
vſque ad finem reſponſorij: tunc redeunt ad
chorum,quaſi fratribus referentes, quæ vide-
runt & audierũt:& vnus redit citius alio: ſicut
Ioannes cucurrit citius Petro,in perſonis quo-
rum conuenienter cantatur illud reſponſoriũ:
Congratulamini: ſine verſu. Si qui autem ha-
bent verſus de hac repræſentatione compoſi
tos, licet non authenticos non improbamus.
Tunc chorus audita reſurrectione prorumpit
in vocem,altiſsimè cantans: Te Deum lauda
mus. quidam verò hanc præſentationem fa-
ciũt,antè,quàm matutinum inchoent: ſed hic
eſt proprior locus,eò quòd,Te Deum lauda-
mus.exprimit horam qua reſurrexit.Quidam
etiam ea faciunt ad miſſam,cũ dicitur ſequen
tia illa: Victimæ paſchali:cùm dicitur verſus:
Dic nobis:& ſequentes. Adhuc in die reſurre-
ctionem noſtram repręſentamus,qua Chriſto
conſurreximus: & ideo de die dicimus. Hæc
dies,&c.Et in nocte: ſepulturam ei conſepulti
ſumus:& ideo illud non dicimus de nocte,vn
de dicit Apoſtolus. Conſepulti ſumus,cum il-
lo per baptiſmum in morte. Trina enim im-
merſio in aqua baptiſmi, triduanam Domini
ſepulturam repræſentat. Ille quidem conſe-
pultus eſt Chriſto, qui peccare quieſcit: ille
conſurrexit cum Chriſto,qui cœleſtibus intẽ-
dit. Et aduerte,quia in duabus præcedentibus
noctibus triduanam Domini ſepulturam re-
præſentamus,ſecũdum quòd Dominus latuit
in ſepulchro:vnde tũc Allelu Ia non dicimus:
in hac verò nocte ſepulturam Domini repræ
ſentamus, in eo quòd Chriſto conſepulti ſu-
mus.ſed propterea Allelu Ia cantamus, quod
Chriſto cõſepeliri gaudium eſt nobis.Ad pri-
mam verò non dicitur hymnus propter ratio
nem in ſexta parte,ſub titu.de nocturnis aſsi-
gnatam.nec Quicunq; vult:quidam tamen di
cunt Pſalmus,Confitemini.ſicut in ſeq.titu.di
cetur. Non fiunt etiam petitiones,obſecratio
nes,& poſtulationes, quia dicit Dominus, in
die illa nõ rogabitis me quicquã: & quia cùm
glorificati reſurrexerimus, non indigebimus
iſtis. Non ergo dicuntur preces, quia vbi erit
miſeria,non erit perẽda miſericordia:vbi non
erit tentatio,non erit dicendum: Libera nos à
malo.Non dicitur etiam capitulum,quod eſt
refectio, ne poſt longam pſalmodiam homo
tædio afficiatur: confortat enim feſſos, ſicut

electuarium membra. tum quia ibi nullum erit tædium:tum quia in hoc officio breuis eſt pſalmodia.& quoniam capitulum in horis non dicitur:ideò nec reſponſorium debet dici,quãdo reſpondet capitulo ſiue lectioni: in miſſa tamen dicitur:quia reſpondet epiſtolæ: & in laudibus ,quia reſpondet lectionibus:& dicitur tũc capitulũ:Chriſtus reſurgẽs: ad Rom.v.cap.De veſperis in ſeq.tit.dicetur.

SVMMA.

1 Angelus reſpondit beato Gregorio celebranti:Et cum ſpiritu tuo.
2 Paſchatis diurnum officium. Et proceſſionis forma.nume.3.
4 Miſſa ſequitur proceſſionem die Paſchatis.& introitus expoſitio.nume.5.6.10.
7 Paſchatis Epiſtola.eiúſque interpretatio. Et variè.nume.8.9.
11 Paſchatis Euangelium.Item poſtcommunio.nume.12.

## De diurno officio Paſchæ.

### CAP. LXXXVIII.

NVnc de diurno officio videamus.
1 † Et quidẽ hac die fit ſtatio apud ſanctam Mariam maiorem :.quia cum beatus Grego.hac die ibi celebraret:& pax Domini pronuntiaret :angelus Domini,alta voce reſpondit:& cum ſpiritu tuo : & propter hoc cum Papa ibi hac die celebrans dicit,Pax Domini.in teſtimonium huius miraculi,nil ſibi reſpondetur. ¶Cæte-
2 rùm,ante†miſſam fit proceſſio quod ex euangelij authoritate extrahitur:eò quòd angeli dicunt mulieribus:Ite,dicite diſcipulis : quia præcedet vos in Galilæam. Et Dominus ad eas:Nũtiate fratribus meis,vt eant in Galilæam,ibi me videbitis.Hæc ergo ſignificat, proceſſionem Apoſtolorũ,vt viderant Dominum in Galilæam euntem.¶Rurſus Galilæa, tranſmigratio interpretatur. In Galilæã ire, fuit de Iudæis ad gentes trãſire:de qua tranſ-
Matt. 28 migratione poſteà dixit: Euntes, docete omnes gentes,baptizantes in nomine patris, & filij,& ſpiritus ſancti. In ſignificationem ergo huius tranſmigrationis hodie ſolennem agimus proceſſionem,ſiue in ſignum , quòd nos oportet de vitijs tranſmigrare ad virtutes,ſiue proficiſci de virtute ad virtutem : ad hoc vt videre dominum mereamur:quod fit ſpecialiter in baptiſmo.& ideò in ſignificationem baptiſmi,nos & loca noſtra aqua benedicta aſpergimus cantantes.Vidi aquam.alijs verò temporibus cantatur:Aſperges. Verũtamen nec hodie nec in penteco.aqua benedicitur,quæ latius proſecuti fuimus in quarta parte,ſub titulo de aquæ benedictæ aſperſione.Ab hac proceſſione omnes proceſſiones dominicales per annum originem traxerunt: vt videamus Dominũ in Galilæa,id eſt,trãſmigratione de vitijs ad virtutes. ¶Dies enim dominica , eſt dies reſurrectionis,natiuitatis, & ſpiritus ſancti miſsionis , & in omnibus de nouo dũtaxat eſt teſtamento cantandum.De proceſſione dictum eſt in quarta parte , ſub titulo de acceſsione pontificis ad altare. Sed ad quid fuit dictum Apoſtolis,vt irent in Galilæam ad videndum Dominũ:prout legitur iij.Matthæi,cùm eadem die eum viderint in Hieruſalem?Reſpõdeo,hoc dicitur maximè, propter allegoriam,licet ad literam factum ſit:allegoricè enim tranſmigratio illa ſignificat tranſmigrationem de Iudæis ad gentes, in qua maximè videtur Chriſtus:quia in hoc maximè apparet Chriſti deitas, quòd totus mundus ad prædicationem famulorũ Chriſti
credidit.Dixerũt enim Apoſtoli Iudæis:quia Actu.13
verbum Dei repuliſtis:& vos indignos feciſtis vitæ æternæ,ecce cõuertimur ad gentes.
3 In hac † proceſſione præcedunt luminaria:
vt illud euangelicũ impleatur in nobis : Sint Luc.12
lumbi veſtri præcincti , & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Crux enim præcedit,vt carnem noſtram crucifigamus , cum vitijs,& concupiſcentijs:& poſt cruces & vexilla quæ ſunt victoriæ Ieſu Chriſti inſignia ſequuntur ſacerdotes dealbati exultantes in laudes reſurrectionis,quæ præcedunt cum tacita populi ſequẽtis expectatione per diſtinctas & moroſas expectationes : vt corporaliter illud propheticum quod tunc cantatur impleri videatur. Cum iucunditate exibitis , & cum gaudio deducemini.Nam & montes & colles expectantes,vos cum gaudio. Item in ea maior ſacerdos præcedit : quia dixit Dominus:Præcedam vos in Galilæam. Item in ea nihil reſonat quod ſit veteris hiſtoriæ:ſed ea ſolùm cantantur , quæ gloriam perſonent euangelij,inter quæ illud præſertim in quibuſdam Eccleſijs admittitur. Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu:quia ſicut diximus in Galilæam tranſmigratio, eſt Apoſtolorum prædicatio: cùm



cùm autem ventum eſt ad medium templi vtriuſque ſexus populo circunſtante totis viribus chorus in vocem exultationis erumpit, dicens antipho.Sedit angelus, quæ exprimit quid Apoſtoli docuerunt:aut docere debuerunt,ſcilicet Chriſtum viuere,& eſt totis viribus concinendum:& in auditum circunſtantium efferendum:quia quem quæritis,viuit: & vita hominum, cum eo ſurrexit. Vel hodierna proceſsio illud nobis recolit,quòd rex gloriæ cum exercitu redemptorum de infernalibus clauſtris ad cœleſtia regna migrauit.
4 Poſt † proceſsionem ſequitur miſſa:& incipit præcentor loco magni præcentoris,id eſt, Chriſti.Reſurrexi & adhuc tecum ſum.Poſt quem cantat chorus ad ſignificandum quòd ad Chriſti ſimilitudinem alij ſancti qui erant in patria Deum laudabunt. Quod verò ſequitur:& adhuc tecum ſum.in hoc notatur æternitas in qua ſemper eſt cum patre.Cantamus ergo hac die in perſona : Reſurrexi &c. Sed tunc illud in perſona noſtra, quando reſurgentes tranſibimus de hac mortalitate ad immortalitatem : quod ſignificatur in hoc,
Luc. 12 quod dicetur in euangelio:& tranſiens miniſtrabat eis.Miniſtrauit enim nobis cibum ſpiritualem ſeipſum,ſicut Iudæis dedit manna in deſerto.Poteſt etiam dici,quòd Dominus per ora prophetarum dirigens ſermonem ad
5 patrem,ait.† Reſurrexi & adhuc tecum ſum. &c.In quo tria notat , ſcilicet ſuam glorioſam reſurrectionem : & patris in paſsione protectionem:& cognitionem eius,per ſcientiæ ſuæ dilatationẽ per orbem.Reſurrectionem eius notat,cũ dicit. Reſurrexi, & adhuc ſum tecum,&c.quaſi dicat,non eſt ita , ſicut Iudæus cogitauit,quòd à te omnino ſim derelictus , & abiectus , tanquam immundus. Vnde deridendo dicebat Iudeus:Si filius Dei eſt, liberet eum. quaſi dicat , non liberabit eum,quia de eo non curat.Protectionem patris in paſsione notat cum dicit : Poſuiſti ſuper me manum tuam.quaſi dicat,protexiſti me:non à paſsione,ſed ab eo,quod Iudæi intendebant:videlicet ab extinctione nominis
Ioan.11 mei,ad quam intendebant : vnde dicebant:Si dimittimus eum ſic,omnes credent in eum: ſed in hoc quòd me occiderunt : hoc quòd
Ioan.12 ipſi timebant,conſecutum eſt. Nam ego,qui ſum granum frumenti,cadens in terram multum fructum attuli:& tam de iſta , quàm de illo primo laudandus eſt pater. Vnde poſt vtrunque cantatur allelu Ia : Scientiæ patris dilatationẽ notat,cùm dicit : Mirabilis facta eſt &c.quaſi dicat,ex hoc cognitio tua pater non tantum ad Iudæos:ſed etiam ad gentes dilatata eſt : nam prius tantum in gente Iu-
dæorum cognoſcebaris:iuxta illud:Notus in Pſal.75
Iudæa Deus:& quia ab vtroque populo cognoſceris , ab vtroque tibi laus offeretur:& idcirco duplex allelu Ia ſequitur:& ad id pertinet verſus:Domine probaſti me &c.Seſsionem meam,id eſt, humilitatem in paſsione: & reſurrectionem meam,id eſt,gloriã meam
6 in reſurrectione. ¶In † quibuſdam tamen Eccleſijs tacetur verbum illud ſeſsionem : & ſolùm dicitur reſurrectionem meam.poteſt tamen vtrunque dici,per quod duplex Chriſti natiuitas deſignatur.Sequitur hymnus trinitatis , ſcilicet Gloria patri:qui in præcedentibus diebus intermiſſus fuit propter ignominiam illatam trinitati,in tertia perſona,ſcilicet in filio. Nunc autem ſublata ignominia illa,hymnus ille cantatur. Hæc etiam in quibuſdam Eccleſijs per cereos repræſentatur,vbi tres cerei ante altare ardere conſueuerunt:ſed in tribus diebus ante Paſcha non ardent.niſi duo,in ſignum,quòd tertia perſona ſublata eſt.Hac verò die tertius cereus reaccenditur in ſignũ,quòd ipſa Chriſti perſona glorioſè redditur nobis.Poſt hoc dicitur collecta,in qua oſtenditur,quis ſit reſurrectionis & mortis effectus:quoniam apertio ianuæ regni cœleſtis eſt effectus. Qualiter autem illam ianuam intrare debeamus,dicitur in epiſtola , quæ eſt prima ad Corint.v.
7 cap. ſcilicet Expurgate † vetus fermentum, id eſt,abijcite vetuſtatem à vobis : & hoc eſt ire in Galilæam,id eſt,de vitijs ad virtutem: & de virtute in virtutem : ſicut eſtis azymi, id eſt,eſſe debetis:vel eſtis per baptiſmum. Quare:Etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus:quaſi diceret : Coctus eſt agnus, & paratus : itaque epulemur : & determinat quis ſit agnus , cum dicit Chriſtus. Chriſtus autem, Paſcha noſtrum,id eſt,agnus paſchalis,& feſtum paſchale. Alia etiam ratione ipſe eſt Paſcha : quia per ipſum , & ab ipſo, & ad ipſum eſt nobis tranſitus prædictus. Non in fermẽto veteri:neq; in fermento malitiæ,id eſt,malæ volũtatis,& nequitię,id eſt, prauę intelligẽtię.Neq; enim eſt,qui de Deo malè intelligit : ſed in azymis ſynceritatis & veritatis,id eſt,in acceſo affectu,& purificato intellectu:

intellectu:vel in ſynceritate charitatis,& pu-
ritate fidei.Sed etiam plus dicit veritas,quàm
fides.comprehendit enim ſapientiam & intel
8 ligentiam. † Sed videtur litera epiſtolæ in
contrarium.Si enim ſumus azimi,id eſt,ſine
fermento : quomodo expurgabimus vetus
fermentũ:quomodo etiam dicitur,vt ſitis no
ua conſperſio.videtur enim dicere vt ſitis azi
mi,ſicut eſtis azimi : nam noua conſperſio
nihil aliud eſt,quàm farina aqua conſperſa,
id eſt,paſta nondum fermentata.Sed eſt no-
tandum,quòd duobus modis dicitur quis pec
care,ſcilicet peccato proprio vel peccato alie
no cui cõſentit.Erant enim illi quibus loque
batur Apoſtolus azimi,id eſt , ſine proprij
peccati fermento ; ſed erant alieno peccato
infecti dum non reprehendebant illum cùm
poſſent:qui patri ſuo propriam nouercã ab-
ſtulerant qui inter eos erat. Vnde dicitur eis.
9 † Expurgate vetus fermentum,id eſt,abijcite
illum à vobis per excommunicationem : vt
ſitis noua conſperſio, id eſt, ſine fermento
alieni peccati.Sequitur graduale quo vtitur
Eccleſia ſancta propter nos,qui nõ habemus
adhuc niſi reſurrectionem animæ & expecta
10 mus reſurrectionem corporis , ſcilicet † hæc
dies,quam fecit Dominus exultemus & lęte
mur in ea:quia exultando,& lætando itur in
paradyſum:ſed cum labore & anguſtia & cũ
maxima afflictione itur ad infernum:quia nõ
Eſa.58 eſt pax impijs dicit Dominus : ſed bonis eſt
iucunditas , pax & quies , maximè propter
ſpem glorioſæ reſurrectionis. Cantatur autẽ
graduale,licet ſit luctus laborantiũ, propter
baptizatos,qui arripuerunt laborem militiæ:
vt perueniant ad allelu Ia æternæ lætitiæ:
grandis enim labor eis ſupereſt,vt partem ha
beant in ſecunda reſurrectione. Et eſt ſcien-
dum,quòd eſt dies temporis , vnde hodie ſi
vocem eius audieritis, id eſt, ſi in tempore
quo viuitis:& eſt dies æternitatis : vnde:Me-
lior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia.
Hanc diem hodierna feſtiuitas inchoat : &
ideò rectè demõſtratiuè dicitur hæc eſt dies
&c.& hodie ſurrexit Dominus:ſed hæc dies,
dum eſt in aurora vel in aſcenſu vocatur dies
ſalutis & gratiæ:cùm fuerit in meridie,voca-
bitur dies æternitatis & gloriæ. Hæc decli-
uium non ſentit:& ideò ſolennitas iſta veſpe-
rum non habet,vt dicetur in titulo ſequenti.
Poſtmodum ſequitur allelu Ia cantus qui-
dam angelicus,ſcilicet Paſcha noſtrũ immo-
latus eſt Chriſtus.j.ad Corint.v.cap.quia ipſe
eſt panis angelorum,in quem deſiderant an-
geli proſpicere:etiam inquantum eſt homo.
quaſi dicat:Laudate Dominum Deum : quia
Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus.Dein-
11 de ſequitur † euangelium Marci xvj.cap.qui
habet figuram Leonis : quia & Chriſtus fuit
Leo in reſurgendo : & quia ſecundum ordi-
nem leguntur euangelia, prout in ſequenti ti
tulo dicetur.Eſt autem euangelium : Maria
Magdalenæ Maria Iacobi & Salomę emerũt
aromata &c. Similiter oportet nos emere
aromata,bonæ voluntatis. *Eſaias* : Venite & Eſa.60
abſque argento,& abſque vlla commutatio-
ne,emite vinum,& lac,id eſt,aromata virtu-
tum,quibus vngitur Deus , quia delitiæ ſunt Prouer.8
ei,eſſe cum filijs hominum : & ſequitur ibi,
quòd angelus apparuerit mulieribus in veſti
bus albis:ſed in euangelio Matthæi,quod le-
gitur in vigilia dicitur , quòd aſpectus eius
erat ſicut fulgur,& veſtimenta eius ſicut nix.
& per hoc notatur ſicut dicit Grego. quòd
Dominus in iudicio terribilis apparebit re-
probis,& blandus iuſtis,vna facie : hoc enim
erit ex diuerſitate cõſcientiarum. Quia ergo
blandus apparebit iuſtis,ideò ne nimis de re-
ſurrectione exultemus , ſequitur in offerto-
12 rio:Terra † tremuit & quieuit.In poſtcom-
munione quæ ſicut & allelu Ia ſumitur de
epiſtola,hortatur Eccleſia filios ſuos,vt cum
fide veniant ad cõmunionem,dicens : Paſcha
noſtrum &c.Aiunt quidam quod illud quod
dicitur in introitu : Reſurrexi.vox eſt ſponſi
ad ſponſam , eam de morte ſua in præſenti
tempore conſolantis , cui ſponſa reſpondet:
Poſuiſti &c.vel eſt vox generis humani,quod
in Adam cecidit & per Chriſtum reſurrexit.
Cætera ſunt concentus angelorum,& homi-
num de Chriſti reſurrectione gaudentium.

S V M M A.

1 Officium ſeptem dierum à Paſchate.& nu-
me.4.5.Vbi & nu.2.de Σκηνοπηγία.
3 Lucas Mariæ expreſsit ſimulachrum.
6 Officij ratio circa lectiones,à Paſchate vſque
ad Trinitatem.& nu.8.
7 Neophytorum duæ hebdomadæ.
9 Paſchatis veſperæ,vnde incipiant.
10 Ad fontes fit proceſsio , ſeptem diebus à
Paſchate.
11 Pſalmi duo circa fontes cantantur.
12 Serpens cum candela,qui defertur ad fontiũ
proceſsionem,quid notet.

Reſponſorium,



13 Reſponſorium,& allelu Ia,dicuntur die-
bus ſeptem poſt Paſcha.
14 Officiũ qualiter fiat ſeptem diebus poſt
Paſcha,latè ibidem.& per diſcurſum.nu.
15.16.19.20.
17 Chriſti reſurrectio,ter nuntiata eſt.
18 Tempus Paſcha præcedens , quid notet.
Item quid ſequens.
21 Allelu Ia duplex , cur in octaua Paſchæ,
& deinceps cantatur.
22 Eccleſiæ quatuor ſunt ſtatus.Et vnde illi
producantur.
23 Miſſa cur aliquando admittat vnum ſo-
lùm reſponſorium,aliquando ſolùm alle
lu Ia:aliquando etiam duplex.
24 Paſchale tempus habet tantùm vnum
allelu Ia,in diebus profeſtis.
25 Allelu Ia,duplex in dominicis diebus poſt
octauas Paſchatis.
26 Euangeliorum,quæ dicuntur hebdoma-
da reſurrectionis,ordinatio myſtica.
27 Petrus quid ſignet myſticè. Item quid
rete.
28 Euangeliſtæ quòd ſibi non conuenire vi
deantur,ſuper narratione reſurrectionis
dominicæ,tum de angelis , tum de teſtiũ
numero. Et qualiter concordentur . Et
nume.29.30.

## *De ſeptem diebus poſt Paſcha.*

### CAP. LXXXIX.

HAec prima ſeptimana paſcha-
lis temporis licet communiter
1 † vocetur ſeptimana in albis:
tamen ſequens magis propriè
vocatur in albis, propter cau-
ſas in præcedenti titulo poſitas.& eſt cõmu-
nis huic tempori & præcedenti.Eſt autẽ tota
de ſeptuageſima,quæ terminatur in ſabbato
in albis.Inde eſt ꝙ tractus in ſabbato pacha-
li & graduale per totã ipſam hebdomadã,di-
citur quod laborem ſignificat:allelu Ia verò
&c.cantica lætitiæ cantantur:vt dictũ eſt ſub
dominica ſeptuageſimæ:& hoc propter tem
pus regreſsionis,quod incipit ſecundũ quoſ-
dam in paſcha,prout ibi dictum eſt.Iſti ergo
ſeptem dies computãtur cum ſeptuageſima:
quia hæc ſeptimana eſt ſeptima à quadrage-
ſima,per quã idem ſignificatur,quod per ſe-
ptuageſimam , in cuius ſeptima decade filij
Iſraël acceperunt licentiam redeundi,& iam
quaſi liberi erant.ideóq; diebus iſtis cantica
2 lætitiæ inclamãtur.¶ Porrò † omnes iſti dies
ſeptẽ ſunt quaſi vna dies dominica.vnde ſem
per cantatur in eis:Hæc dies &c.& in præfa-
tione dicitur:Te quidem Domine omni tẽpo
re:ſed in hoc po.di.glo.prędi.&c.& in eis ſem
per agitur de reſurrectione:ad oſtendendum,
quòd per ſeptem dona ſpiritus ſancti venitur
ad verã reſurrectionem:vel potius quia in to
ta vita iſta,quæ per ſeptem dies currit,debe-
mus anhelare ad gloriã reſurrectionis,quan-
tum poſſumus : ſic & Paſcha,in veteri teſta.
per ſeptem dies celebratur : & Σκηνοπηγία,id
eſt,feſtum tabernaculorũ.Quæcunque enim
hac die facimus,ideò facere debemus , vt in
cœlo tabernacula noſtra figamus : quod erit
per gloriã immortalitatis:vt ille qui crucifi-
xus eſt oſtendat nobis ſuam deitatẽ,cũ dicit
in officio nocturno : Ego ſum,qui ſum:& cũ
dicit ſe eſſe illum,qui dixit Moſi:Qui eſt,mi-
ſit me ad vos. Exod.iij. ſiquidem Paſcha eſt
hebdomadaria feſtiuitas : quia qualibet die
hebdomadæ mutantur officia.In veteri enim
teſtamento tres habuerunt hebdomadarias
feſtiuitates , ſcilicet Paſcha, & Pentecoſtes,
quas etiã nos habemus : licet ad aliud,quàm
illi habuerũt:& Σκηνοπήγιαν,quã non habe-
mus:niſi quodãmodo vt dicetur in prooemio
ſeptimæ partis.Quidã verò ſcripſerũt,ꝙ fe-
ſtum Pentecoſtes nõ fuit in veteri teſtamen
to feſtũ hebdomadale : & ꝙ in nouo teſta-
mento habet ſeptẽ officia propter ſeptẽ ſpi-
ritus ſancti dona:nõ quia ſit feſtũ hebdoma
dæ:quia tres vltimi dies non habent omnino
3 propria officia. Ad hoc notandũ † eſt,ꝙ cùm
in vrbe Roma eſſet magna aëris peſtilentia,
Beatus Gregorius in tempore paſchali ordi-
nauit,vt imago beatæ virginis,quæ in Eccle-
ſia ſanctæ Mariæ in ara cœli ſeruatur,quam
beatus Lucas pinxiſſe dicitur:& eidem virgi-
ni ſimilis perhibetur proceſsionaliter porta-
retur:& dum ante proceſsionẽ reuerẽter por
taretur:ecce tota aëris infectio & turbulẽtia
cedebat imagini fugiens,ac ſi eam ferre non
poſſet:ſic quòd poſt imaginẽ mira ſanitas re-
manebat.tunc autẽ iuxta imaginẽ auditæ di-
cuntur tres voces angelorũ canentiũ:Regina
cœli lætare,allelu Ia:quia quẽ meruiſti por-
tare,allelu Ia:reſurrexit ſicut dixit:allelu Ia:
ſtatímq; beatus Grego.adiunxit:Ora pro no-
bis Deũ,allelu Ia:quæ antiphona ideò hoc
tempore frequẽtatur.& tunc Grego.vidit ſu-
pra caſtrũ Creſcẽtij angelũ Dñi,qui gladium
cruentatum

cruentatum tergens in vaginam reponebat.
Intellexit ergo Greg. quòd peſtis illa ceſſaſ-
ſet: quod & factum eſt, vnde caſtrũ illud exin
de caſtrũ ſancti angeli vocatũ eſt: præmiſſa
imago in Eccleſia beatæ Mariæ in ara cœli
in vrbe ſuper limen baptiſterij ſeruatur: quã
Romani Reginã vocant. Per hoc autem ſe-
ptem dies tres tantũ dicuntur pſalmi, ſicut in
dominica reſurrectionis. in hoc tamen inter-
eſt ſecundum aliquas Eccleſias: quia tunc di-
cũtur cum tribus antiphonis. in his verò die-
4 bus cum vna ſola. † Siquidem tamen ideò
tres pſalmi per hos ſeptem dies baptiſmales
dicuntur: quia qui purè baptizantur, ſeptẽ ſpi
ritus ſancti dona ſuſcipiũt: quæ per hos ſeptẽ
dies ſignificantur. Suſcipiunt etiã tres virtu-
tes, ſcilicet fidem, ſpem, & charitatẽ: quæ per
tres pſalmos intelligũtur: quæ nobiſcũ vſque
in finem manere debent. Canimus ergo tres
pſalmos, vt recolamus nos hæc tria habere:
antiphona verò vna eſt: quia vnus eſt à quo
5 hęc omnia ſunt. ¶ † Rurſus verò, quia vt præ-
miſſum eſt, hæc tota hebdomada eſt, quaſi
vna dies dominica: inde eſt quòd per omnes
hos ſeptem dies canimus pſal. de nocturno
dominici diei, vel eis adiacentes: Quædã ta-
men Eccleſiæ prætermittũt pſalmos maiores
& laborioſos, ſcilicet: Cõfitebor & Diligã te.
quia neophytis omnia breuia debẽt proponi:
Cantic. 8 & ſoror noſtra paruula eſt, & vbera non ha-
1. Cor. 3 bet. & Apoſtolus: Lac dedi vobis potum, non
eſcam. xxxv. q. v. quod ſcripſi. extrà de pœni.
& remiſ. his qui. ſed numerũ ſupplemus per
illos duos: Cùm inuocarẽ. Verba mea. & ita
xviij. pſal. perfecimus vſque in ſextã feriã. In
ſabbato autẽ ſumimus tres de adiacentibus,
quos in die dominica ad primã cantare ſole-
mus, ſcilicet: Dominus regit me. Domini eſt
terra. & Iudica me. ſed & illos duos, Deus,
Deus meus re. & Ad te Domine leua. propter
cauſam prædictam prętermittimus. in ſequen
ti verò tempore multiplicãdi ſunt pſalmi: ſi-
cut & boni mores qui per pſal. intelliguntur:
per quos ad gloriã peruenitur: quã per totũ
6 tempus iſtud figuramus. In † quibuſdã tamẽ
Eccleſijs nõ dicũt niſi tres pſalmos vſque ad
pente. & hoc ex inſtitutione Alcuini. prout di
cetur ſub dominica de trinitate. Sed hoc non
bene fit hodie. Primũ quia cauſa quare illud
inſtitutũ fuit hodie ceſſat. Secũdò, quia cõtra
canonem Grego. faciunt: prout dictum eſt in
quinta parte, ſub titulo de nocturnis. Tertiò,
quia inter canonicos regulares, & alios cleri-
cos, qui vſurpato nomine ſeculares dicuntur:
nulla debet eſſe quo ad hoc differentia. nam
& ipſi magna ex parte antiquitus regulares
fuerunt. xxj. quæſtio. j. quia. & c. ſcimus. & c.
ſequen. & c. certè. extrà de vi. & ho. quoniã. &
certũ eſt, quòd canonici regulares in octaua
reſurrectionis dicũt in nocturnis nouem le-
ctiones cum nouem reſpõſorijs. & etiã Eccle
ſia romana. Qui enim dicũt, ꝙ omnia facilia
debent eſſe eo tempore: propter neophytos
7 illam facilitatẽ nimis extendunt. Nam † duæ
tantũ ſunt hebdomadæ neophytorũ, ſcilicet
in paſcha & pente. & propterea concluditur
eis in aſcenſione vbi ſunt nouem reſpõſoria
& nouem pſalmi cum ſuis antiphonis. Nulla
enim & ſufficiens ratio, quare in ſequenti die
poſt aſcenſionẽ dicamus tantũ tres pſalmos
cum vna antiphona. de hoc dictũ eſt in titulo
8 præcedenti. Nempe † ſecundũ romanũ ordi
nem in omnibus dominicis nouem lectiones
dicũtur. de cõſecra. diſtin. j. in die. licet Magũ-
tiñ. conciliũ, à Paſcha vſq; ad Pente. tres tan-
tum inſtituerit eſſe legẽdas: vt ſeruitiũ matu
tinum in die cantetur: quia in futuro trinitas
comprehendetur & à ſanctis in luce Dño ſer
uietur. Ad primã autẽ dicũt, quidã per totam
hebdomadam totũ pſalmũ, Cõfitemini & c. in
quo precipuè de Chriſti reſurrectione agi-
tur. Alij verò ſolũ verſum. Hæc dies & c. quẽ
in prima & in alijs horis pro ca. dicũt: quia vi-
tam illã figuramus: in qua doctrina nulli ne-
ceſſaria erit: ſed omnes docti gratulabimur
& exultabimus. pſalmus verò Quicũque vult
ſaluus eſſe & c. toto iſto tempore nõ dicitur:
quoniã ad fidẽ pertinet. hoc enim tẽpus ſigni
ficat octauã ætatẽ, vbi nõ erit fides, quæ eua-
cuabitur: ſed res quæ comprehẽdetur: nõ erit
figura: ſed veritas. In quibuſdã tamen Eccle-
ſijs aliter obſeruatur: quia vbi fides nõ eſt, ſu
peræ dificari nõ poteſt. xxiij. q. j. vbi ſana. j. q. j.
cùm Paulus. Minus tamen ſymbolũ, ſcilicet
Credo in Deũ: ob eandem cauſam ſubticetur
ad primã. Nam cũ venerit quod perfectũ eſt,
euacuabitur quod ex parte eſt. vnde in con-
denſ. id eſt, cõdenſitatibus populi, vſq; ad cor-
nu altaris, id eſt, ad cõmunionẽ nõ dicitur ca.
nec preces: vt dictũ eſt in titulo præcedenti.
9 Veſpertinũ † officiũ eſt huius feſtiuitatis cla
ritate illuſtratũ: nõ enim per Deus in adiuto.
quoniã in illa vita nõ ſicut hic adiutorio indi
gemus: ſed per κύριε ἐλέησον inchoatur: quia
veſpertina



veſpertina hora ſabbati paſchalis baptiſma
fuit per κύριε ἐλέησον inchoatũ: & in trinitatis
nomine celebratũ: & proptereà eadem hora,
& in eiſdem verbis per totã hebdomadã hãc
in feſtiuæ regenerationis iucunditatẽ ſancta
trinitas adoratur: vel per κύριε ἐλέησον incipi-
tur: vt quaſi nõ exiſtens per ſe officiũ miſſæ
officio cõtinuetur. Nam vt in titu. præce. di-
ximus: dies hæc veſperã nõ habet: quia decli
uiũ æternitatis nõ agnouit: tres pſal. ſub vno
allelu Ia, id eſt, gaudio cantãtur in quibuſdã
Eccleſijs: quia per fidẽ trinitatis ad vnũ æter-
nitatis gaudiũ peruenitur: vel hi tres pſalmi
reſurrectioni, quæ tertia die facta eſt conue-
niũt Ieſu Chriſto. Pro ca. ſequitur: Hæc dies.
ſicut in alijs horis: quia ibi nõ erit neceſſaria
doctrina, ſed exultatio. Vel vt notetur ſolici-
tudo baptizatorũ adhuc peregrinantiũ, & la-
borantiũ: quia nondũ habent gaudiũ, niſi ſpei
quo peruenitur ad allelu Ia rei. Proinde
hymno ſequitur allelu Ia, quod eſt proprius
10 illorũ ciuiũ hymnus. † Sanè deſcẽdimus pro-
ceſsionaliter ad fontes cũ cereo per totam
hebdomadã cantãtes canticũ exultationis: &
populus ſequitur, ſcilicet viri per ſe, & mulie
res per ſe: quod fit in memoriã eius quod He
bræi Pharaone & ſuis in mari rubro ſubmer-
ſis fecerũt, qui in gratiarum actiones de ſub-
merſione hoſtiũ per totã hebdomadã redi-
bant ad mare, viri per ſe, & mulieres per ſe,
Exod. 14 cantantes illud canticũ Moſi: Cantemus Do-
mino. Siquidem hoſtes noſtri ſunt dæmones:
mare rubrũ, eſt baptiſmus: in quo ſubmergũ-
tur omnes hoſtes, id eſt, vitia & peccata &
dæmones: & inde etiã eſt quòd neophyti ba-
ptizati in ſabbato ſancto præcedente ſuo lu-
mine, ſcilicet Chriſto: redeũte ad fontem ba-
ptiſmi his ſeptem diebus gratias agẽtes: quia
inimici eorum ſubmerſi ſunt, ſcilicet vitia &
peccata. & tunc circa fontes cantãtur pſalmi:
Laudate pueri, ſcilicet nouiter baptizati. & In
exitu Iſraël de Aegypto: quia per baptiſmũ
de tenebris peccati eximus: Duo ergo pſalmi
11 circa fontes cantantur: † quia per geminam
dilectionẽ ad fontẽ vitæ pertingitur: qui ba-
ptizatis & baptiſmo cõueniunt. baptizatis: vt
Laudate pueri Dominum & c. Eſt admonitio
laudis ad neophytos: qui facti ſunt pueri, id
eſt, à vitijs puri: pro quibus mater Eccleſia iu-
bilat ad fontes, in laudem eius gratiæ: per
quam meruit eſſe, quòd in cantico amoris au
Cantic. 4 diuit. Fons hortorũ: puteus aquarũ viuentiũ.
Poſteà tranſitur ad aliquod oratorium cum
pſal. In exitu Iſraël, qui cõuenit baptiſmo cũ
dicitur: Quid eſt tibi mare: quod fugiſti. & fit
ſtatio ad crucifixum: & redduntur ei grates:
quia ipſe eſt, qui baptizat. vnde in euangelio.
Super quem videritis ſpiritũ deſcendentem Ioan. 1
& c. Hic eſt, qui baptizat, & ſalutatur: quia per
crucem, & in cruce nacti ſumus animarũ no-
ſtrarum redemptionem. Rurſus, per hos dies
ſeptem baptiſmales neophyti quotidie ad
Eccleſiã ducuntur: ſicut enim filij Iſraël licet
tranſiſſent mare rubrũ, in quo baptizati ſunt:
non tamen peruenerunt ad terram promiſ-
ſionis, niſi ſub ducibus: Domino illos paſcen-
te ex manna: & columna ignis eos præceden-
te: ſic & ipſi his ſeptem diebus ſub ducibus,
id eſt, presbyteris patrinis & matrinis ducun-
tur ad Eccleſiam, & paſcũtur corpore Domi
ni: & cerei præcedunt eos: & ſic tandẽ in ſab-
bato quaſi peruenerũt ad terram promiſsio-
nis. Cereos autẽ quos in ſabbato ſancto dum
baptizarentur habuerunt, per hanc hebdoma
dam in quibuſdam locis ad miſſas & veſpe-
ras accendunt: & in ſabbato in albis & in ſe-
quẽti dominica illos accenſos offerunt ſacer
doti. Siquidem luminaria accenſa bona opera
ſunt, quibus toto tẽpore præſentis vitæ quæ
per ſeptenarium ducitur lucere debent. Offe
runtur ſacerdoti, quia poſt hanc vitam ad
ſummum ſacerdotem, id eſt, ad Chriſtum cũ
luminaribus bonorum operum veniũt. Iuxta
illud: Venientes autem venient cum exulta- Pſal. 125
tione portãtes manipulos ſuos. ¶ Poteſt etiã
dici, quòd proceſsiones veſpertinales huius
hebdomadæ reuerſionem ſignificant de ca-
ptiuitate Babyloniæ. Hæc eſt enim hebdo-
mada reuertentium, qui in fine ſuæ captiuita
tis reuertuntur ad Deum: & veſperæ trina
ſtatione complentur: ſicut & baptiſmus in tri
nitatis nomine celebratur. Qui verò fontes
non habent, nõ exeant: ſed quinque pſalmos
quotidie dicant: & poſt collectam diei de cru
ce collectam adiungant. Eædem veſperæ
quotidie repetuntur: quia pro vna, & eadem
12 die, tota hæc hebdomada reputatur. ¶ † In
quibuſdam etiã Eccleſijs in his ſeptem die-
bus, quando deſcenditur ad fontes antefer-
tur quidam ſerpens imaginarius, ſuper vir-
gam: & candela nouo lumine accenſa, ſu-
per caput ſerpentis retorta affigitur, ex
qua cereus paſchalis, & omnes aliæ Eccle-
ſiæ candelæ accenduntur. ¶ Circa quod
ſciendum

ſciendum eſt, ſicut legitur Numeri xxj.cap. Moſes in deſerto erexit ſuper palum ſerpentem æneum,vt qui percuſsi erant à ſerpentibus,per illius ſanarentur aſpectum, in quo Chriſti paſsio præfigurata fuit. Vnde & Do-
Ioan.3 minus ait in euangelio,Ioan. Sicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita & exaltari oportet filiũ hominis. Ideò ergo ſerpens imaginarius fertur & aſpicitur, vt Chriſti paſsio memoretur:& per hoc à vulneribus peccatorum ſanemur. Nam ſerpens in palo, eſt Chriſtus in patibulo. Item, ideò in benedictione baptiſmi & cùm ad fontes deſcenditur, quia baptiſmus à Chriſti paſsione virtutem accepit,in quo etiam à peccatis ſanamur,& mundamur. Fit hoc in veſperis:quoniã ipſe Chriſtus fuit ſacrificium veſpertinum: vnde pſal-
Pſal.140 mus:Eleuatio manuum, mearũ ſacrificiũ veſpertinũ. ignis nouus ex ſilice excuſſus: Chriſtus paſſus eſt, qui eſt lumen de lumine:ex quo cæteræ candelæ in Eccleſia illuminan-
Ioan.1 tur:quia ipſe illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum. Candela in capite ſerpentis retorta, eſt ſpinea corona in capite Chriſti poſita. In completorio verò in quibuſdam locis prætermittitur pſalmus: Qui habitat:ſicut in prima pſalmus: Quicunque.
13 ¶In † his autẽ ſex diebus,dicitur ad miſſam reſponſorium & allelu Ia:vt infrà dicetur. Et dicitur primò reſponſorium,& poſt ſequitur allelu Ia:& hoc triplici de cauſa. ¶Primò, quia enim in laboribus vitæ præſentis exultandum eſt:iuxta illud:Hilarem datorem diligit Deus.xxiij.quæſtio.vj.§.ex his.ideò tũc poſt graduale,& verſum conuenienter ſequitur allelu Ia.quod eſt vox lætitiæ. ¶Secundò, reſponſorium actiuã:Allelu Ia verò contemplatiuam vitam ſignificat. ¶Reſponſorium enim ſignificat actionem,quam ſancti exercebunt in reſurrectione corporum,quæ erit in omni lætitia:prout verba reſpõſoriorũ huius temporis declarant, quæ omnia ſiue verſus eorum,excepto eo,qui cantatur in tertia feria,prout ibi dicetur, ſunt de pſalmo cxvij. Confitemini Domino.qui pſalmus ſonat confeſsionem laudis:& eſt de terna lætitia: quia igitur omnis illa laus cõfeſsionis ſiue actionis ad gaudium & Dei glorificationem tendit,meritò ab allelu Ia concludendum eſt,& quoniam eadem actio nihil aliud eſt, quàm laus Dei:ideò ad hoc oſtendendum poſt hos ſex dies cõtinuè canitur ſine reſpõſorijs allelu Ia. ¶Tertiò,ideò in his ſex diebus hoc fit, quia ſenarius numerus ad opera,ſicut ſeptenarius ad requiem refertur. Qui enim vult peruenire ad requiem, oportet eum primò toto tempore præſentis vitæ bene operari. ¶Circa hoc ſciendum eſt, quòd Eccleſia his diebus ſanctorum actus in corpore cum fine lætitiæ recolit:ſic incipiens actum,vt pertingat ad quietem:primus dies mãdat:ſeptimus requiem geſtat:octauus glorificat. Nempe reſponſorium,illam actionem ſignificat,quã ſancti in reſurrectione corporũ exercebunt: animæ quippe ſanctorum ante reſurrectionẽ corporum in quiete ſunt:ſed dum illam recipient,in actione erunt. & tunc ſic erit actio, vt non deſinat quies.in quiete quidam erunt: quia non laborabunt:nec cogitationibus fluctuabunt:nec erit etiam in quiete illa ſegnities deſidioſa:ſed ſic ab huius vitæ operibus in fine quieſcent, vt in alterius vitæ actione gaudeant. Hæc autem actio ideò nobis per numerum ſenarium in memoriam reducitur: quia ſicut ſeptenarius numerus requiem : ita ſenarius opera reſponſoriorũ ſignificat. ¶Per reſponſoria enim intelligimus ſanctorũ actiones,quæ erunt cum omni lætitia:vt iam dictũ
14 eſt. ¶†Et nota,quòd prædicti verſus, qui canuntur his ſeptem diebus,cum reſponſorijs dicũtur,ex ordine quo poſiti ſunt in pſalmo Cõfitemini. Vnde ſumpti ſunt exceptis duobus,qui in quibuſdam Eccleſijs præpoſterè ponuntur:nam in quinta feria dicunt verſum: Benedictus,qui venit in nomine &c. Qui ibi ponitur vlti.& in feria vj.ver.Lapidem,quem reprobauerunt ædificantes &c. Et hoc ideò, quia in illo plenius agitur de paſsione Saluatoris,quàm in alijs verſibus ibi poſitis:& ideò meritò illa die cantatur, in qua paſſus fuit.
15 Nec † eſt obmittẽdum,quòd in quibuſdam Eccleſijs in his ſeptem diebus duo in albis ſuperpellicijs incipiunt reſponſoriũ:Hæc dies: & in alijs quoſdam tropos retro altare, quod repræſentat ſepulchrum pro eo quòd corpus Ieſu in eo ſacramentaliter collocatur,& conſecratur: gerentes typum duorum angelorum,qui ſtantes in ſepulchro Chriſtum reſurrexiſſe retulerunt. Verba enim illa: Hæc dies &c. Ad reſurrectionis diem pertinere no-
16 ſcuntur. ¶Rurſus † cantando poſt altare repræſentat Apoſtolos & mulieres timentes,& Chriſtum reſurrexiſſe dicere publicè formidantes. Fit autem hoc ad laudes,& ad tertiã & veſperas.



& veſperas. ¶ Primò, eò quòd in his tribus ſpecialiter horis Chriſti paſsio eſt expleta. nam mane, captus & illuſus. in tertia, flagellatus:& linguis crucifixus:in veſperis, de cruce depoſitus, & ſepultus eſt. ¶ Secundò,
17 in ſignum † quòd reſurrectio tribus vicibus nuntiata eſt. ¶ Primò, ſecundum Marcum & Matt.per vnum angelum qui ſecundum Aug. ſtabat in monumento non directè ſed quaſi ad hoſtium. ¶Secundò,per duos angelos qui ſecundum Ioan.ſtabant intus. ¶ Tertiò,per ipſum Chriſtum iuxta monumentum. ¶ Fit etiam hoc in quibuſdam Eccleſijs ad miſſam,eò quòd illa in altari celebratur, ſuper quod Chriſti corpus conſecratur. Ideò autẽ à paſcha vſq; ad octauam penteco. canitur allelu Ia ferè in omnibus antiphonis & reſponſorijs nocturnalibus: & in offerendis, & poſtcommunionibus:vt celebratio temporis poſt reſurrectionem reducat nobis ad memoriam vitam contemplatiuam, ſicut tempus quod eſt ante paſcha, reducit ad acti-
18 uam. Tempus † enim ante paſcha, quod in ieiunijs & orationibus agimus ſignificat ærũnas huius vitæ & tribulationem captiuitatis: in qua dum ſumus, cantica lætitiæ ſubticemus. Tempus verò poſt paſcha ſignificat beatitudinem & perpetuam exultationem: in qua poſt reſurrectionem erimus:& ideò relaxatis ieiunijs canendo allelu Ia: quod interpretatur: Laudate Dominum frequentamus:de quo dictum eſt in proœmio huius
19 partis. ¶ Illud † tamen notandum eſt, quòd in quibuſdam Eccleſijs in hac hebdomada allelu Ia cantatur,in miſſa ſine finali melodia:& verſus & antiphonæ ſine neuma: ſed in ſequentibus cantatur cum illa, & hoc ideò, quia in hac cantamus pro Domino noſtro, qui in anima & corpore per reſurrectionem iam factus eſt glorioſus: ac illa finalis melodia expectationem noſtram ſignificat, vel etiam ſanctorum ſtolæ expectationem. Taceamus ergo, quia habemus quod optamus. Paruuli nanq; plorant, cùm panem non habent: ſed cùm habent, quod deſiderant, tacent:ita & nos quaſi ploramus alio tempore: quia non habemus quod deſideramus: & ſancti quaſi in deſiderio ſunt
20 expectationis. ¶ In † quibuſdam Eccleſijs in magnis ſolennitatibus tacetur illa melodia: in ſignum, quòd ſancti, pro quibus celebramus,certi ſunt, quòd ſecũdum ſtolam, quam expectant, amittere non poſſunt. Iubilus quidem diuerſa notat, vt dictum eſt ſub na-
21 tali. ¶ Porrò in iſtis † octo diebus cantatur pro memoria neophytorum:& ſingulis diebus ſingula denotata ſunt officia: quod non fit in toto tempore, vſque ad penteco.& in primo die, ſcilicet in ſabbato ſancto, & in octaua duplices laudes ponuntur. In primo enim dicitur allelu Ia. Confitemini. & tractus: Laudate Dominum omnes gentes. In octaua verò, dicitur duplex allelu Ia. quod ideò fit:quia prima vita noſtra,quæ fuit ante peccatum, beata fuit:ſed non ſempiterna:ſed vita quæ erit in ſeptima quietis erit beata & ſempiterna.quia ergo prima vita fuit beata: idcirco cantatur primò allelu Ia. quod eſt vox angelica in lingua hebraica: quia dignior eſt.ſed quia non fuit ſempiterna, ideò humiliori lingua latina cantatur tractus: Laudate.Quia verò vita, quæ erit in ſeptima ætate,erit beata & ſempiterna: ideò in ſabbato in albis, qui eſt dies ſeptimus, duplex allelu Ia cantatur propter duplicem ſtolam: vt ibi dicetur. Nam vita illa, quæ in ſeptima quietis dabitur,non tolletur in octaua ætate, quæ per octauum officium intelligitur:licet potius conſummabitur. ¶ Circa cantica læ-
22 titiæ notandum † eſt, quòd quatuor ſunt ſtatus Eccleſiæ. ¶Primus, eſt culpæ. ¶Secundus, culpæ & pœnæ. ¶ Tertius, pœnæ & gratiæ. ¶ Quartus, gratiæ & gloriæ. ¶ Primum repræſentat Eccleſia in ſeptuageſima:ideò ſubticet, Te deum laudamus & allelu Ia: quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Et, gloria in excelſis Deo : quia poſitus eſt inter Deum & homines paries inimicitiarum. ¶ Secundum repræſentat in aduentu. ideóq; & ſupradicta cantica ſubticentur, præter allelu Ia:quia lex data Deum intelligere docuit, & laudare. ¶Tertium, repræſentat in æſtiuo tempore : ideóq; propter gratiam acceptam in feſtiuis iſta cantantur:ſed propter pœnam iſta in ferialibus ſubticentur, præter allelu Ia: quod etiam quotidie frequentatur: quia ſpes de reſurrectione futura non infirmatur. ¶ Quartum repræſentat inter octauas paſchæ & penteco. ideóq; ſupradicta cantica lætitiæ frequentantur, & multiplicantur: quia tamen nondum habemus gloriam, quã expectamus, ideò Te deum laudamus.& Gloria in excelſis in ferialibus ſubticemus. & in dominicis, in quibus quaſi duplicem re-

ſurrectionem repræſentamus.& etiam in fe-
ſtis ſanctorum, in miſſa duo allelu Ia canta-
mus:ſed in ferialibus vnum, vt iam dicetur.
Nec te moueat:quòd non rectum, ſed præ-
poſterum ordinem Eccleſia repræſentat: eò
quòd erunt nouiſsimi primi, & primi nouiſ-
ſimi:ſic ergo varietas dierum & ſtatuum hu-
manorum, varietatem inducit officiorum.
23 ¶ Quærendum † tamen eſt,quare diuina of-
ficia ita diſtinguuntur:vt alia celebrentur cũ
ſolo reſponſorio:alia cum ſolo allelu Ia: &
hæc quandoque cum ſimplici allelu Ia:quan
doque cum duplici:alia ſimul cum reſponſo-
rio,& allelu Ia : & alia cum reſponſorio, &
tractu: & alia cum allelu Ia & tractu. Dici
poteſt,quòd dies ieiuniorum,quibus reſpon-
ſorium ſine allelu Ia canitur: recolunt actus
eorum, qui presbyteris grauia confitentur,
vt ab illis conſilium accipiant pœnitendi.
Ipſi ergo dies aguntur cum ſolo reſponſo-
rio,per quod vita actiua intelligitur, quæ in
labore ducitur, ſine allelu Ia, quod eſt can-
ticum lætitiæ:quia Eccleſia dolet, pro tali-
bus, tanquàm pro membris vulneratis, &
nondum ſanatis:ex eo enim, quòd allelu Ia
dimittitur, robur Eccleſiæ monſtratur:quod
habet de ſuis vulneribus nondum ſanatis.
Præterea: ideò tunc non dicitur allelu Ia:
quia non eſt pulchra laus in ore peccatoris.
In diebus verò profeſtis, quæ ſunt ab octaua
paſchæ, vſque ad octauam penteco. ſimplex
24 allelu Ia ſine reſponſorio canitur. † Primò,
quia dies illi vitam contemplatiuam ſigni-
ficant, quæ erit poſt reſurrectionem, in qua
reſponſorium nõ erit.quia pœnitentiæ actus
ibi ſuperfluus erit: ſed tantùm allelu Ia ca-
netur de percepta immortalitate. Secundò,
quia tunc pro illis canimus, qui iam ſunt in
patria, ad quos iam non pertinet actio la-
borioſa, quam reſponſorium notat: ſed ſunt
in Dei contemplatione, & exultatione, quæ
intelligitur per allelu Ia. Tertiò, quia ante
reſurrectionem corporum noſtrorum anima
ſine corpore Deum laudabit. Quartò, quia
ſancti ante diẽ generalis reſurrectionis ſim-
plicem tantùm recipiunt ſtolam,ſcilicet ani-
mę.Rurſum in priuatis ferijs,Gloria in excel.
& duplex allelu Ia non dicitur:quia nondum
habemus perfectam iuſtitiam, nec gloriam,
quam expectamus.Sed quia Eccleſia iam pri
mam habet reſurrectionem,ideò alio tẽpore
ſemper allelu Ia canitur, præter quàm in ſe-
ptuageſima:vt dictum eſt in procœmio huius
partis, & ſub titu. de tempore aduentus. In
octauis verò paſchæ & in ſabbato in albis,
duplex allelu Ia dicitur: quia tunc tempus
reſurrectionis repræſentamus & in requie,
quæ erit in reſurrectione, duplicem ſtolam,
ſcilicet animæ & corporis percipiemus, quia
erimus in vtroq; homine, id eſt, in anima &
corpore glorioſi: erimus enim incorruptio-
25 nis gloria veſtiri.¶In dominicis † quoq; quæ
ſunt ab octaua paſchæ vſq; ad octauam pen-
te.duplex allelu Ia dicitur: tum quia in re-
ſurrectione,quam ipſi dies ſignificabant, cor
pus ſimul cum anima laudabit Deum: tum
quia duo ſunt,vnde lætari debet anima in die
ſempiterna: vnũ de percepta lætitia,aliud de
percipienda in reſurrectione:tum quia reſur-
rectio Domini,quę facta eſt in die dominica,
eſt cauſa noſtræ reſurrectionis futuræ: &
ideò in omnibus dominicis,quaſi octauã do-
minicæ reſurrectionis repræſentamus.in feria
libus vnum:quoniam ante reſurrectionẽ ani-
ma vna duntaxat fruitur beatitudine.¶ Rur-
ſus ideò vſq; ad octauã pente.quia in octaua
ætate in qua erit corporum reſurrectio eri-
mus vtroque homine glorioſi. In omnibus
quoq; feſtiuitatibus illo tempore occurren-
tibus duplex allelu Ia dicitur: & hoc primò
propter requiem & fruitionem:ſecundò,quia
illi iam de duobus gaudent, ſcilicet de æter-
na quiete, & diuina viſione.tertiò, quia cùm
iam habeant gloriam animæ, ſecuræ ſunt de
gloria corporis.quartò,quia tunc vnum alle-
lu Ia canitur:quia quieſcunt: aliud quia Deũ
vidẽt.Sex verò dies paſchales, videlicet inter
ſabbatum ſanctum,& ſabbatũ in albis, & do
minici dies,atq; feſtiui, quos celebramus ab
octauis pente.vſq; ad ſeptuageſimam,in qui-
bus reſponſorium, & allelu Ia canitur, reco-
lunt actus eorum,qui eleemoſynas largien-
do:infirmos viſitando: & ſolùm, quæ bona
ſunt, operando: perſeuerantiam habendo in
ſanctitate,quam in baptiſmo receperunt:ſine
dubio ad contemplationem Dei perueniunt.
Inde eſt,quòd reſponſoriũ, quod vitam acti-
uam ſignificat:ſequitur allelu Ia, quod ſigni-
ficat contemplatiuam:ſed tunc vnum tantũ,
ſiue ſimplex allelu Ia dicitur, propter cauſas
ſupradictas:prius autem dicitur, reſponſoriũ,
& poſteà ſequitur allelu Ia,prout ſuprà dictũ
eſt.Dominici autẽ dies & æſtiui, à ſeptuage-
ſima vſq; ad Paſcha, quorum reſpõſorijs non
allelu Ia,



allelu Ia,ſed tractus ſubditur:recolũt eos,qui
ſunt in bonis operibus: ſed videntes laborem
vitæ,timẽt caſum.nam tẽtationibus tundũtur:
ſine quibus hæc vita nõ ducitur. Inter reſpon
ſoriũ enim & allelu Ia,tractus eſt medius:qui
neq; in tanta lætitia eſt,ſicut allelu Ia:neq; in
tanto opere,vt reſpõſorium. In ſabbato verò
ſancto gaudentes pro neophytis noſtris: quia
ab omni peccato liberati ſunt,canimus allelu
Ia:ſed quia eos trahẽdos varijs videmus labo
ribus,tractũ adijcimus,per quẽ labores intel-
ligũtur:de quo dictũ eſt ſub tit.de ſeptuageſi-
ma,& in procœmio huius partis.Quomodo of
ficia iſtorũ ſeptem dierũ,& officia dominica-
rum,quæ ſunt inter Paſcha & Pẽteco. adaptẽ
tur ſeptẽ donis ſpiritus ſancti, ſub vigilia aſcẽ
ſionis, & ſub ſabbato in albis dicetur. ¶Circa
euangelia,quæ hoc tẽpore leguntur,ſciẽdum
eſt, quòd omnia pertinẽt ad reſurrectionem:
iuxta ordinẽ ſcriptorũ ponuntur. Matth.enim
primo ſcripſit.ij.Marc.iij.Luc. vlt.Ioan.Vnde
primò ponitur euangeliũ Matth.in vigilia Pa
ſchæ.In ipſo verò die Paſchæ euangeliũ Mar
ci: in ſecunda & tertia feria euangelium Luc.
in quarta & quinta feria,& in ſabbato.euãge-
lium Ioan. in ſexta feria interponitur euange
26 lium Matth. ¶ †Sanè in euangelijs vigiliæ,&
diei tantum agitur de annuntiatione reſurre-
ctionis,facta per angelũ:in alijs de viſiõe.Cõ
ueniebat enim, vt prius annuntiaretur Domi-
ni reſurrectio: vt poſteà ad maiorẽ fidem fa-
ciendam corporaliter ipſe ab hominibus vide
retur.Tria verò Ioannes euangeliſta,omnino
præpoſterè poſita ſunt. Primum nanque fuit.
quod legitur in ſabbato: poſteà quod legitur
in quinta feria:& aliquanto tẽpore,poſt quod
in quarta feria legitur. Nam Maria Magdal.
cùm veniſſet ad monumentum, & non inue-
niſſet corpus Domini,ſublatũ credidit, & cu-
currit, & nuntiauit Petro & Ioanni,qui cucur
rerunt ad monumẽtum,& Ioan. præcucurrit:
ſed non ſtatim introiuit: ſed Petr.tandem ve-
niens intrauit:& poſteà Ioan.intrauit: & cùm
non inueniſſent,redierunt ad propria:hoc le-
gitur in ſabbato. Illis redeuntibus Maria re-
manſit ad monumẽtum,& inclinans ſe in mo
numento, vidit vnum angelum ſedentem ad
caput,aliũ ad pedes,qui dixerunt: Maria,quid
ploras? quæ dixit: Quia tulerunt Dominum
meum, & neſcio vbi poſuerunt eum: & tunc
conuerſa retrorſum vidit Ieſum, qui dixit ei,
mulier,quid ploras? quem quæris? & illa re-
ſpiciens & hortulanũ,eum credens,dixit:Do-
mine,ſi ſuſtuliſti eũ,dicito mihi: & ego eum
tollam.hoc legitur in quinta feria.Aliquanto
tempore poſt Petrus iuit piſcatum cum ſex
alijs ad mare Tyberiadis:vbi Dominus appa-
ruit eis in littore: & hoc legitur in quarta fe-
ria.Sed quare hæc omnia? Solutio. In quarta
feria cantatur hoc, quod cantabitur Sanctis
in die iudicij.Venite benedicti patris mei,&c.
& in illo Euangelio, quod eadem die legitur
dicitur, quòd Dominus apparuit diſcipulis in
littore maris. Et hoc bene cõuenit. Nam per
littus maris, vt dicit beatus Gregorius ſuper
illum locum,finis intelligitur mundi, in quo
Dominus apparebit ſuis glorioſus:& tunc Pe
27 trus†trahet ad littus rete plenum magnis pi-
ſcibus, centum quadragintatribus,nec tamen
ſcindetur rete. Per Petrum, intelligitur ordo
ſanctorum prælatorum, qui de fluctu huius
ſeculi, ad littus ſtabilitatis æternæ ducẽt eos,
qui per ipſos conuerſi fuerint: ſed hoc attri-
buitur ſoli Petro,propter Eccleſiæ vnitatem.
Sed quare legitur in ſabbato in albis euange
lium,quod tunc legitur? Reſpondeo,quòd of
ficium illius ſabbati cum officio præcedentis
ſabbati ſancti in multis cõuenit. Nam in præ
cedenti ſabbato duplex laus cantatur: ſicut
& in hoc lectioni conuenit: quia in lectione
pręcedentis ſabbati dicitur:Quæ ſurſum ſunt,
ſapite: non quæ ſuper terram: & in lectione
ſequentis dicitur: Deponentes omnem do-
lum,&c.& itaque tanquam lapides viui ædifi-
camini: quod nihil aliud eſt, quàm quæ ſur-
ſum ſunt,ſapere. Conueniebat igitur,vt euan
gelium correſponderet euangelio, quod fit
in eorum principijs. Nam in euangelio præ-
cedentis ſabbati dicitur: Veſperæ autem ſab-
bati,quæ luceſcit in prima ſabbati, id eſt dilu
culo: venit Maria Magdale. & in euangelio
ſequen.dicitur: Vna ſabbat. Maria Magdale.
venit ad monumentum, cum adhuc tenebræ
eſſent: quod idem eſt. In hoc tamen videtur
differentia: quia dicitur ibi,quòd venit Maria
Magdale.& altera Maria.hîc non fit mentio,
niſi de Maria Magdale. Sed vt ait Auguſti. in
lib.de concord.Euangeliſtarum:ideò Ioannes
ſolam Mariam Magdal.nominat,quia fuit cæ
teris feruentior: nec tamen ideò cæteras ex-
cludit.euangelium verò Matth.legitur in ſe-
xta feria: quia Dominus per paſsionem me-
ruit ſibi dari poteſtatẽ in cœlo,& in terra:vel
potius datã notificari:& qa Dominus in ſexta

feria paſſus eſt: idcirco legitur in euangelio Mat. in ſexta feria: in qua Dominus ait diſcipulis: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Vnde Apoſtolus. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens patri, vſq; ad mortem: mortem autem crucis, propter quod & Deus &c. Vbi ergo poneretur euangelium: in quo agitur à Ioan. de prima viſione Domini, quæ facta fuit Mar. Mag. niſi in quinta feria. In prima enim die non poterat poni prædictis de cauſis: nec in ſecunda, nec in tertia, nec in quarta, nec in ſexta, nec in ſabbato. Vnde reſtat, quòd in quinta feria neceſſariò poni debuerit. Aiunt quidam, quòd licet in ſecunda feria legatur euangelium de apparitione Domini, facta diſcipulis euntibus in Emaüs: non tamen illa facta fuit in ea die, ſed in præcedenti. Decem etenim apparitiones poſt Chriſti reſurrectionem in euangelijs inueniuntur, ad fidem noſtram confirmandam: quinq; in prima die, & quinq; poſteà: ſed in Apoſtolo dicitur, quòd in die reſurrectionis apparuit Ia. & quingentis fratribus ſimul. Et ſicut quidam dicunt in ipſa etiã die primo apparuit matri, vt dictum eſt in quarta parte, ſub tit. de acceſſu pontificis ad altare. & etiam Ia. qui votum vouerat non comedere: ſed & Ioſeph, qui pro eo tene-
28 batur in carcere. ¶ Verùm † quia de viſione angelorum: & de Mar. Mag. euangeliſtæ diſcordare videntur: ideò aliqua ſuper hoc præter propoſitum dicamus. Nam Mat. dicit, quòd mulieres viderunt angelum ſedentem ſuper lapidem, qui tamen erat extra monu. Marcus dicit, quòd introeũtes ipſæ in monumentum, viderunt eum ſedentem à dextris. Ioan. dicit, quòd Mar. Mag. vidit duos angelos, vnum ad caput, & alium ad pedes ſedentes. Luc. dicit, quòd duo angeli ſtantes dixerunt Mariæ Mag. & alijs. Cur quæritis viuentem &c. Ioan. dicit ſolam vnam veniſſe, ſcilicet Mariam Mag. Mat. duas, ſcilicet eam & aliam. Mar. tres, ſcilicet eam, & Mariam matrem Iac. minoris: & Mariam filiam Salomę, quæ fuit mater filiorum Zebedæi, ſcilicet Iacobi minoris, & Ioan. euangeliſtæ ſecũdum Chryſo. tantùm Salomę filia fuit. Lucas plures dicit. dicit enim: Erat autem Maria Mag. & Ioanna & Maria Iac. minoris ſubaudi mater, & cæteræ quæ cum ipſis erãt, & aliæ quas non numerant euangeliſtæ. Eccleſia tamen tres Marias repræſentat. Rurſus Mat. dicit, quòd mulieres certificatæ per angelum, inter quas erat præcipuè Maria Magda. denuntiauerunt Apoſtolis Dominũ reſurrexiſſe. & Ioan. dicit quòd Mar. Magda. nunciauit Petro & Ioan. eum ſublatum fuiſſe. Vera quidem ſunt omnia, quæ dicunt euangeliſtæ in his, & non ſunt aduerſa: ſed quod
29 vnus minus dicit, alius ſupplet. † Verũ enim eſt ſicut narrat Mat. quòd primò viderunt angelum ſedentem ſuper lapidem, quem reuoluerat ab oſtio monumenti: qui & dixit eis eum reſurrexiſſe: & adiecit: Venite, & videte locum, vbi poſuerunt eum: & tunc ipſe ſurgens præceſſit eas in monumentum, & ſedit in dextris: ſicut narrat Mar. pòſt Mar. Magda. vidit vnum ad caput, & alium ad pedes ſedentes, ſicut dicit Ioan. Qui dixerunt ei: Mulier, quid ploras? & nuntiauerunt eum reſurrexiſſe: & tunc ſurrexerunt ipſi, vt apparerent ei ſtantes, ſicut dicit Luc. vt in hoc, quòd ſurrexerunt, Dominum ſurrexiſſe oſtenderent: & cum ſtarent dixerunt ei & alijs: Cur quæritis viuentem cum mortuis, id eſt, eum qui reſurrexit. Cur quæritis in ſepulchro, quod eſt locus mortuorum. Ambro. dicit duas fuiſſe Marias Mag. vnam quæ ſecundum Matt. ſciuit Dominum reſurrexiſſe: aliam, quæ ſecundum Ioan. neſciuit: ſed cor-
30 pus ſublatum credidit. Augu. verò de † concor. euangeliſtarũ ſic ſoluit. dicit enim, quòd cùm Maria. Mag. cum alijs veniret dicendo: Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti: cum adhuc aliquantulum longè eſſet, vidit lapidem reuolutum: & ſtatim cucurrit ad Petrum & Ioan. & ſignificauit eis corpus Domini, fuiſſe ſublatum, qui venientes inuenerunt monumentum vacuum: & credentes quòd fuiſſet ſublatum, redierunt. Maria autẽ iterum adiunxit ſe alijs, & propius accedens cum eis, vidit angelum ſedentem ſuper lapidem: & dixit eis: Cur quæritis in ſepulchro quod eſt locus mortuorum. Matt. &c. ſicut ſuperius dicta ſunt. Zacha. qui compoſuit vnum euangelium, ex quatuor aliter ſoluit. Dicit enim, quòd Mar. Magda. & aliæ venerunt ad monu. & viderunt angelum ſedentem ſuper lapidem, ſicut dicit Mat. & poſt in monumento ſicut dicit Mar. & inde duos ſtantes: vnum ad caput, alium, ad pedes: ſicut Luc. dicit, ſcilicet illum priorem cum alio, vel eo diſparente, alios duos, qui dixerunt: Cur quæritis viuentem cum mortuis: & ſigni-



& ſignificauerunt eum reſurrexiſſe. Alij crediderunt verbis eorum: Maria remanſit incredula. Vnde aliæ nuntiauerunt diſcipulis Dominum reſurrexiſſe: illa nuntiauit Pet. & Ioan. eum ſublatum fuiſſe: qui poſt aduentũ & receſſum eorum ſola remanſit, ad monumentum, & inclinans ſe in monumento vidit duos angelos ſedentes, vnum ad caput: & alium ad pedes: ſicut dicit Ioan. qui dixerunt ei: Mulier, quid ploras? & illa reſpondit: quia tulerunt Dominum meum, & neſcio, vbi poſuerunt eum: & cõuerſa vidit Dominum qui dixit ei. Mulier, quid ploras: quem quæris? & illa putans eum hortulanum eſſe dixit: Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi, & ego eum tollam. Et tunc Dominus eam ex nomine nominauit: & ipſa tunc eum cognouit: & poſt plures locutiones angelorum, tunc primò credidit, & voluit procidere ad pedes Domini: & Dominus dixit ei: Noli me tangere: nondum enim aſcendi ad patrem meũ. ſubintelligitur in corde tuo: quaſi dicat: Quẽ quæris, tanquàm mortuum: non credis patri eſſe æqualem: & adiecit Dominus: Vade, & dic fratribus meis. Aſcendo ad patrem meũ, & patrem veſtrum &c. id eſt, in proximo eſt, vt aſcendam. Et ipſa cœpit ire iam certificata. & inuentis alijs mulieribus iuit pariter cũ eis, hoc nuntiare Apoſtolis: & in illa via apparuit eis Dominus, dicens: Auete. quæ acceſſerunt & tenuerunt pedes eius. Prædictũ autẽ modum loquendi, in quo generaliter dictum eſt, quòd mulieres iuerant nuntiare Dominũ reſurrexiſſe: cùm tamen Maria, quæ erat vna de illis tunc incredula fuit, ſæpe in ſcripturis inuenimus: ſicut & Dominus diſcipulis: & me ſcitis, & viam meam ſcitis: cùm tamen quidã eſſent inter eos, qui hæc neſcirent. vnde Do-
Ioan. 13 minus. Tanto tempore vobiſcum ſum: & non cognouiſtis me &c. ſed illud primò dictum eſt ſcientibus, iſtud ignorantibus. Ita etiam dicitur, quòd Dominus in aſcẽſione apparuit diſcipulis & exprobrauit incredulitatem, & duritiam cordis eorum: quia his, qui viderant
Mar. vlt. eum ſurrexiſſe, non crediderant: cùm tamen aliqui inter eos fuerint, qui iam crediderant: ſicut Petrus, & alij plures: ſed illud primò dictum eſt de incredulis. hæc opinio videtur probabilior, quàm ſecunda. Et quod dixit Ambro. non eſt credendum, quòd dixerit aſſerendo, ſed aliorum opi. referendo. licet eam argumentis probare videatur quibus iuxta prædictam opin. leuiter reſpondetur. & ferè totum quod ipſe inducit per interpretationem ſoluitur. v.g. quod ipſe dicit, quòd vna Maria fuit ſecundum Matt. quæ ſciuit eum ſurrexiſſe. hoc eſt falſum: quia alijs credentibus verbis angeli ipſa remanſit incredula. Aug. verò non ſic fuiſſe dicit, vt narrat: ſed narrat ita potuiſſe fuiſſe: vnde probabiliori ſententiæ non præiudicat.

SVMMA.

1 Feriæ ſecundæ poſt Paſcha, officium. Et num. 2.3.

## De ſecunda feria poſt Paſcha.

CAP. XC.

1 QVia † per gloriam reſurrectionis impleuit Dominus, quæ promiſit in veteri teſtamento, vt videlicet introduceret nos in terram fluẽtem lac & mel: ideò dicit Eccleſia in introitu huius ſecundæ feriæ: Introduxit Dominus in terram fluentem lac & mel. Exod. xiij. quia Chriſtus iam introductus eſt: & Eccleſia triumphans in re: Eccleſia verò militans in ſpe. Epiſtola ſumitur de actibus Apoſtolorum x. cap. Stans Petrus in medio &c. & intendit probare paſſionem Chriſti & reſurrectionem: vnde dicit: Huic omnes prophetæ teſtimonium perhi-
2 bent. ¶ † Euangelium: Duo ex diſcipulis. Luc. xxiiij. c. concor. epiſtolæ de apparitione Domini diſcipulis euntibus in Emaüs. ibi enim habetur, quòd cognouerunt eum in fractio- 1
ne panis. Quid eſt fractio panis, niſi expoſitio ſcripturæ? ibi enim cognoſcitur Dominus. Reſponſorium verò concord. cum introitu: Dicat nunc Iſraël. Allelu Ia. nónne cor noſtrum erat ardens &c. Eſt de ſcripturarum expoſitione. In alijs Eccleſijs dicitur allelu Ia, Angelus Domini. Mat. vlt. c. Offertorium: Angelus Domini &c. eſt de teſtimonio Apoſtolorum. Poſtcommunio: Surrexit Dominus &c. Luc. vlti. ca. eſt de apparitione quæ facta eſt Petro. Multiplicat igitur apparitiones, vt dictum eſt ad confirmandum fidem. ¶ Sanè ex
3 † hodierno euangelio ſumitur allelu Ia. Nonne. & offerenda. Angelus Domini. ex eo, quòd ibi dicitur mulieres viſiones angelorum vidiſſe, qui dicunt eum viuere. Similiter & cõmunio: Surrexit Dominus. ex eo, quòd ibi dicitur: ſurrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. Ad pietatem ergo pertinet hoc

hoc officium, in quo continetur rememora-
tio ſcripturarum, & per pietatem accedit ad
manſuetudinem:manſuetis autem terra pro-
mittitur illa,de qua dicitur:Beati mites,quo-
niam ipſi poſsidebunt terram fluentem lac
& mel. vnde in introitu dicitur: introduxit
nos Dominus in terram fluentem lac & mel.
Et ſunt hæc verba Moſi populum poſt eſum
agni de Aegypto ducẽtis.Introduxit inquam
ſpe. ſed in illa poſteà introducet re, quam
Caleph dedit Axæ, filię ſuæ irrigatã :irriguo
ſuperiori & inferiori. Irriguũ inferius, timor
eſt.ſuperius, amor. Caleph etenim qui quaſi
cor interpretatur: dat animæ deuotionem,
cum timore pariter & amore.¶ In hac ij. fe-
ria fit in vrbe ſtatio, apud ſanctum Petrum,
propter hoc,quod in euangelio habetur: &
apparuit Simoni:& quia ibidẽ dicitur, nónne
cor noſtrum ardens erat in nobis? quia ipſe
præ cæteris magis arſit, Dominũ diligendo.
Hac die piſces viuos inſpicimus, recolentes
cũ gaudio,quòd Dominus ad probationẽ re
ſurrectionis partẽ piſcis aſsi comedit,& in ter
tia feria ad fontes imus:vt ibi dicetur: & mu
lieres verberabant viros:& iã in his tribus die
bus eſt feriandũ:prout ſub paſcha dictũ eſt.

S V M M A.

1 Feriæ tertiæ poſt Paſcha, officium. Et
num.2.3.4.

## De tertia feria poſt Paſcha.

CAP. XCI.

1 IN tertia feria† oſtenditur,per
quod habeatur hæreditas cœ-
leſtis patriæ. Oſtenſo verò in
ſecunda feria, quòd in terram
fluentẽ lac & mel iam introdu
xit nos Deus in ſpe: & poſteà introducet in
re: modò oſtendit per quod habeatur: quia
per diuinam ſcientiam ſiue cognitionem Do
mini noſtri: vnde hæc tota feria eſt de co-
gnitione ſiue ſapientia Dei, & inde introitus
eſt:Aqua ſapientiæ &c. Eccle. xv.c. & eſt ſe-
ptimi toni:quia in ſeptem donis ſpiritus ſan-
cti,eſt iſta ſapientia. In epiſtola:Surgens Pau
lus Act.xiij.c.oſtenditur paſsio Chriſti & re-
ſurrectio, per quam hîc ſapientia habetur.
Qui enim veram fidem habet de his, habet
ſaporem Dei.hæc autem cognitio, eſt dies,
quã fecit Dominus. de graduali ergo patet.
2 Et† nota quòd cùm omnes graduales verſus
huius hebdomadæ ſumantur de pſalmo cvij.
ſcilicet Confitemini: qui eſt nonus poſt, Di-
xit Dominus. hodiernus ſumitur de pſalmo
cvj. ſcilicet Confitemini: qui eſt decimus in
matutinali. Cantate. eò, quòd iſte pſalmus
exhortatur fideles ad lau.Dei, qui per ſapien
tiã ſuam redemit & liberauit eos de quadru-
plici tentatione:quia liberauit eos de neceſ-
ſitatibus eorũ, id eſt, ab infidelitate: & quia
liberauit eos de neceſsitatibus eorum,id eſt,
à praua conſuerudine, & liberauit eos à tæ-
dio bonæ actionis: & eduxit eos à verſutijs
hæreticæ impugnationis. Allelu Ia eſt:Surre
xit Dominus,& apparuit mulieribus. Vel ſe-
cundum alias Eccleſias:Oportuit.quod ſumi
tur de euangelio:in alijs etiam dicitur:Surre-
xit Dominus verè.Luc.vlti.cap. In euangelio
verò:Stetit Ie.&c.Lucæ xxiiij.c.oſtendit Do-
minus.& probat reſurrectionem ſuam diſci-
pulis ſuis per quatuor.Primò,per conſuetum
modum loquendi:cum dixit:Pax vobis.loque
batur enim eis ſæpe de pace,& amator pacis
erat:vnde ipſe Dominus inquit: In me pacẽ
habebitis:in mundo autem preſſuram. Pacẽ
relinquo vobis. Pacem meam do vobis. Se-
cundò per hoc,quòd oſtendit ſe palpabilem.
Tertiò, quia cum eis comedit.Quartò, quia
eis ſenſum aperuit ſcripturarum. & quia hãc
ſapientiam Dominus dedit per ſe,& per Apo
ſtolos,ideò dicitur in offertorio:intonuit de
cœlo Dominus,id eſt,de Apoſtolis,vt omnes
crederẽt in illũ.Hæc enim inquit Ioã.ſcripta
ſunt,vt credatis:& credẽtes vitam æternã ha
3 beatis.¶†In poſtcõmunione,quæ eſt ad Col.
iij.c.inuitamur.ad hanc ſapientiam.Si conſur-
rexiſtis cum Chriſto quæ ſurſum ſunt ſapite.
ecce de ſapientia.Et quia de ſapientia habe-
tur in hac ij. feria:ideò fit ſtatio ad ſanctum
Paulum,qui fuit ſapientior omnibus Apoſto
lis: ſeu cui Dominus ſingulariter aperuit in-
telligentiã ſcripturarũ: de quibus legitur in
euãge.& introitu.Vnde ipſe dicit:Non à me,
nec ab homine accepi euãg. meũ:ſed per re-
uelationẽ Domini mei Ieſu Chriſti.vel, quia
per eũ maximè adimpletũ eſt, quod in euãg.
legitur,ſcilicet oportuit prædicare pœniten-
tiã in omnes gẽtes,ideò, quòd & eius prædi-
catio legitur in hodierna lectione actuũ Apo
4 ſtolorũ. Hac die†viri verberãt mulieres:ꝓut
ſub Paſcha dictũ eſt.hac etiam die ad fontes
imus:pro eo quòd hodie in introitu viri beati
aqua ſapiẽtiæ potati referuntur:& in offerto
rio fontes aquarum apparuiſſe memorantur.

S V M M A.



S V M M A.

1 Feriæ quartæ officium à Paſchate. Et
num.2.3.

## De quarta feria poſt Paſcha.

CAP. XCII.

1 OStenſo † in iij. feria de cœle-
ſti patria, & per quod habea-
tur,oſtenſo etiã in ſecunda fe-
ria,quod in terrã fluentem lac
& mel introducimur: ideò nũc
in hac quarta feria inuitamur ad illam. Vnde
introitus eſt:Venite benedicti patris mei &c.
Mat.xxv.quia verò dicit Dominus: pœniten-
tiam agite:appropinquabit enim regnum cœ
lorum. & quia ibi non intrant, niſi purificati
per pœnitentiam, ideò beatus Petrus in epi-
ſtola:Aperiens.Act. iij.inuitat Iudæos ad pœ-
nitentiam.ideò autem ad pœnitentiam inui-
tatur homo:vt de filio diaboli,fiat filius Dei:
& hæc mutatio dextræ excelſi,propter quod
2 in reſponſorio habetur:Dextera† Domini fe
cit virtutem. Sequitur allelu Ia de reſurre-
ctione. Surrexit Dominus &c. & in alijs Ec-
cleſijs eſt Chriſtus reſurgens &c.Sẽper enim
in his diebus aliqua de reſurrectione dicun-
tur.In alijs enim dicitur: Cùm ſederit. Mat.
xxj.c.Quia verò hæc mutatio fit etiam, quã-
3 do†homines ſunt filij Dei propter prædica-
tionem,ideò in euangelio:Manifeſtauit ſe Ie
ſus.Io.xxj.c.dicit Dominus:Mittite in dexte-
ram nauigij rete.hoc facit,qui tantùm prædi
cat propter Deum:& tunc trahuntur magni
piſces, poſteà dedit eis piſcem aſſum. Piſcis
aſſus,eſt Chriſtus paſſus: hæc erit refectio in
patria: cùm comedemus panem angelorum:
de quo in offertorio:Portas cœli &c.Poſtcõ-
munio eſt: Chriſtus reſurgens. Roma. vj. Et
quia beatus Laurentius fuit vnus de magnis
piſcibus: & fuit aſſatus pro Chriſto: ideò fit
ſtatio ad beatum Laurentium.

S V M M A.

1 Feriæ quintæ à Paſchate,officium.& nu-
mero 2.3.

## De quinta feria poſt Paſcha.

CAP. XCIII.

1 QVinta† feria eſt de conuerſione
gentiũ propter paſsionẽ & reſur
rectionẽ.vnde introitus eſt: Vi-
ctricẽ manũ tuam laudauerunt
pariter Chriſtiani: quia ſapientia aperuit os
mutorum.vnde Eſa.xxv.Tunc claudus ſaliet,
ſicut ceruus.& aperientur linguæ mutorum:
quod factum eſt,quando Chriſtus dæmones
eijciebat & faciebat homines mutos loqui:
vnde in euangelio:Erat Ieſus eijciens dæmo
nium, & illud erat mutum. In epiſtola verò
Angelus Domini.Act.viij.ſignificatur cõuer-
ſio iſta gentiũ: vnde dicitur ibi de eunucho,
qui conuerſus eſt à Philippo, qui interpreta-
tur os lampadis,ſiue os illuminans.quia quã-
doq; per ſcripturarum inſpectionem,vel prę-
dicationem,conuertitur homo:vt gẽtiles,qui
ſignificantur per eunuchum: quandoq; verò
per inſpirationem cõuertitur ad Dominum:
vt habetur in euangelio, quòd apparuit Mar.
Mag.Quia verò per conuerſionem gentium
factus eſt Chriſtus lapis angularis, ideò in
verſu reſponſorij habetur. Lapidem quem
2 reprob.ædific.&c.Et quia vera†conuerſio fit
per pœnitentiam, ideò ſequitur allelu Ia.
Mat.xxvj.In die reſurrectionis meæ dicit Do
minus,præcedam vos in Galilæam: id eſt, in
tranſmigratione de vitijs ad virtutes. Euan-
3 gelium:Maria†ſtabat.Ioan.xx.eſt de appari-
tione Domini: Maria Magdalena in ſpecie
hortulani ſiue peregrini:quia peregrinus eſt
Deus homini, quandiu eſt in peccato. In
offertorio:In die ſolẽnitatis.Exod.iiij.& xiij.
ca.ſimiliter promittitur conuertentibus vera
beatitudo.In poſtcommunione verò: Popu-
lus &c.j.Regum ij.ad laudandum inuitamur:
& fit ſtatio ad ſanctos Apoſtolos:quia in Phi
lippo, qui interpretatur os lampadis, intelli-
guntur omnes Apoſtoli, per quorum prædi-
cationem conuerſio gentium facta eſt.Item,
quia fratres Domini, de quibus in euange-
lio legitur, ſunt Apoſtoli, per quos os muti
apertum eſt:& diſertæ linguæ infantiũ, ideò
ſtatio fit ibi.

S V M M A.

1 Feria ſexta à Paſchate, quod & quale ha-
beat officium. ibid.& num.2.3.4.5.

## De ſexta feria poſt Paſcha.

CAP. XCIIII.

1 SExta feria†eſt de inſtitutione ba-
ptiſmi.vnde introitus eſt: Introdu
xit eos Dñs, ſcilicet de Aegypto,
id eſt, de tenebris peccati, & ini-
micos eorum operuit mare,id eſt,baptiſmus.
&.ſubijcitur ibi ter allelu Ia, propter libera-

 tionem

tionem ab hoſtibus & donum gratię.¶ Poſt-
2 modum ſequitur † epiſtola:Chriſtus ſemel.j.
Pet.iij.c. in qua beatus Pet.agit de baptiſmo,
& de arca Noë, ſicut in diluuio per arcam
ſaluæ factæ ſunt animæ licet paucæ, ſcilicet
viij. ſimiliter & in baptiſmo: quia ſicut in
aquis diluuij quæ inundauerunt totum mun-
dum, mundus à peccatis purgatus eſt: & per
arcam, animę ſaluæ factæ ſunt:ita & in aquis
baptiſmi in quo omnia peccata mũdata ſunt
per Eccleſiam ſaluati ſumus.¶ Sequitur gra-
3 duale:Hæc dies quam † fecit Dominus.ver-
ſus.Benedictus qui venit in nomine Domini.
Eſt enim homo qui conſecrat baptiſma,ſed
Deus eſt qui inuiſibiliter baptizat. Vnde ſe-
quitur.Deus Dominus & illuxit nobis, ſcili-
cet per illuminationem baptiſmi, & per illu-
minationẽ legis Domini.Allelu Ia,eſt Ange-
lus Domini. cum duplici verſu, ſicut in die
Paſchæ in quibuſdam Eccleſijs: quia in hac
die agitur de inſtitutione baptiſmi.vnus ver-
ſus eſt propter Chriſti reſurrectionem, in
corpore. alius propter ſtolam animæ, quam
4 in baptiſmo ſuſcipiunt baptizati.¶ † Euan-
gelium verò,eſt de inſtitutione baptiſmi,ſe-
cundum Mat.vlti. c. Vndecim diſcipuli abie-
runt in montem, quem conſtituit illis Ieſus:
& ſequitur ibi: Euntes, docete omnes gen-
tes,baptizantes eos in nomine patris &c.¶ Et
quia in memoria debemus habere iſtum
diem, propter inſtitutionem baptiſmi: ideò
5 ſequitur in offertorio:Erit nobis † memoria-
lis dies iſta &c. Exod. xij.& xiij. cap. memo-
rialis quidem eſt dies, in qua de vitijs ad vir-
tutes tranſimus:hæc enim dicit Moſes de die
Paſchæ. ¶ Poſtcommunio. Data eſt mihi
omnis poteſtas. Matt. vlti. cap. Quia verò
beata virgo creditur interfuiſſe in inſtitutio
ne baptiſmi: quia vt Hieronymus ait: hoc
apud Nazareth in domo eius actum eſt:ideò
hac die fit ſtatio in Eccleſia eius.

S V M M A.

1 Sabbatum in albis, quod habeat officiũ.
Et num.2.4.5.6.

3 Iudicij dies plenus erit gaudio propter
Dominicam & noſtram reſurrectionem.

## *De ſabbato in albis.* CAP. XCV.

1 SEquitur † de ſabbato in albis in
quo eſt introitus: Eduxit Domi-
nus populũ ſuum in exultatione.
hoc maximè in extremo ſabbato
fieri intelligimus, quando erit verum ſabba-
tum: ſed ne Iudæi credant hoc dictum eſſe
de ſeq.ſequitur in epiſtola.j.Pet.ij.ca.Fratres,
deponentes omnem malitiam, & dolum &c.
2 Sequitur duplex † allelu Ia ſine graduali.Pri-
mò,quia nũc terminatur ſeptuageſima poſt-
quàm ſequitur octaua reſurrectionis:quando
habebitur duplex ſtola animæ,ſcilicet & cor
poris:& ceſſabit labor operis:de quo dictum
eſt in proœmio huius partis:& ſub tit. de vij.
diebus poſt Paſcha.& in. iiij. parte, ſub tit.de
3 allelu Ia.Secundò,quia in die iudicij † plenũ
erit gaudium pro dominica & noſtra reſur-
rectione. Tertiò, geminatur allelu Ia: quia
tunc erit lætitia ſempiterna: quia enim erit
lætitia vnum allelu Ia canitur: quia ſempi-
terna ſecundum concinitur allelu Ia. Quar-
tò,quia in octaua reſurrectionis omnis ſoli-
citudo deponetur: quod ſignificatur in hac
viij.die,in qua veſtis candida ſiue chriſmale
deponitur: ideò in albis non cantatur gra-
duale,ſed duplex allelu Ia: quia tunc erimus
in albis. Item, quantum ad reſurrectionem
Domini, non debet graduale cantari: neq;
quantum ad baptizatos:& ideò cantatur vnũ
allelu Ia,pro baptizatis, ſcilicet Laudate pue
ri Dominũ:& aliud de reſurrectione Domi-
ni,ſcilicet Hæc dies.Præterea,ideò poſt alle-
lu Ia: Hæc dies. ſequitur allelu Ia. Laudate
pueri.quia de lætitia animarum tranſient ad
4 gloriam incorruptibilem corporum.† Euan-
gelium verò, Vna ſabbati.Io.xx.c.eſt de duo
bus diſcipulis,qui currebant ad monumentũ.
Pet. ſcilicet & Ioan. qui ſignificant duos po-
pulos.cucurrit tamen citius Ioan.id eſt,iudai
cus populus:quia habebat prophetas, ſcilicet
Hieremiam, Eſaiam, & alios, qui de paſsio-
ne Domini loquuntur. ſed Petrus citius in-
trauit,id eſt,gẽtilis populus:non tamen intra
uerunt Iudæi in multitudine: qui enim cre-
dit,intrat:ſicut dicit Aug.Et attende,quia epi
ſtola & euãgelium huius ſabbati concordãt
cũ epiſtola & euangelio ſabbati ſancti:prout
dictum eſt ſub tit.de vij.diebus poſt Paſcha.
In offertorio verò de illuminatione poſt ba-
ptiſmum aguntur grates. Benedictus,qui ve-
5 nit &c.† Poſtcõmunio eſt.Omnes,q in Chri-
ſto baptizati eſtis,Chriſtũ induiſtis. Gala.iij.
Die iſta fit ſtatio ad Eccleſiam beati Io.in La
terano: quia enim ibi in præcedenti ſabbato
baptizati ſunt pueri.& in viij. die in lege cir-
cuncidebantur:ideò rectè hac die ibi conue-
niunt,vt



niunt,vt hoc ſpiritualiter agatur in baptiza-
tis.& hoc eſt,quod dicitur in epiſtola:Depo-
nentes omnem malitiã,& omnem dolũ,&c.
quaſi modò geniti infantes:ne per feneſtras
6 quinquę ſenſuum intret mors. † Dicitur au-
tem ad horas capitulum:Chriſtus reſurgens.
Roma.vj.cap.& illud expurgate vetus &c.ad
Corinth.v.cap.& illud: Chriſtus paſſus eſt.j.
Petri ij.Quia verò in tota ſeptuageſima,quæ
vſque ad diem protenditur,pœnitentiam egi-
mus:ideò Eccleſia hodie celebrat in albis,vt
magis ac magis albi ſimus:ſicut Dominus ait
in euangelio Matthæi iij.Agite pœnitentiã:
appropinquabit enim regnũ cœlorũ. Quare
hoc ſabbatum dicitur in albis dictum eſt ſub
Paſcha. Hac die Dominus Papa diſtribuit,
agnus Dei.Alicubi etiã diſtribuitur cereus pa
ſchalis:de quo dictũ eſt ſub ſabbato ſancto.

S V M M A.

1 Dierum ſeptẽ à Paſchate,ſecũda expoſi-
tio.Et intellectus. nu.3.4.5.6.7.8.9.10.

2 Reſurrectionis dominicæ officium,perti
net ad timorem.

## *Alia expoſitio dictorum ſeptem dierum.* CAP. XCVI.

1 POteſt etiam aliter dici, quòd
† ideò in præmiſsis ſeptẽ die-
bus baptiſmalia celebrantur
officia: vel quia baptizati ſa-
pientia ſeptiformi docẽtur:vel
quia ipſorum temporis vniuerſitas dierũ ſẽ-
ptenario voluitur: quibus quia fides ſpes &
charitas precipuè ſunt neceſſaria:ideò tribus
pſalmis vtimur in nocturnis.Singulorum au-
tem dierum officia ſic poſſumus ſeptem ſpi-
ritibus & beatitudinibus coaptare. ¶ Officiũ
2 † quidem dominicæ reſurrectionis, pertinet
ad timorem:quo timemus terribilem ſenten
tiam iudicis.Cùm enim dicet pater, rex, &
iudex omniũ reſurrexit,& adhuc in ſuggilla
tione inimicorum dicentium:quando morie-
tur & peribit nomen eius: tunc magnus erit
timor & tremor:vnde & in offertorio: Terra
tremuit &c.ſpiritus timoris,vt fundamentum
ponitur:ſed quare à timore incipientes in ſa
pientia terminamus,cùm Eſaias cœperit à ſa
pientia, & deſcenderit ad timorem? reſpon-
deo,Eſaias ſaluatorem deſcripſit,qui carnem
aſſumendo deſcendit.nos verò de terrenis ad
cœleſtia tendere conamur: & ideò gradus
aſcendendo connumerare debemus, vt à ti-
more ad ſapientiam peruenire poſsimus.In
ſecunda feria legitur euangelium de duobus
diſcipulis euntibus in Emaüs, quibus Domi-
nus apparuit & ſcripturas Moſi, & omnium
prophetarum aperuit.Et attende,quòd licet
3 † hodie legatur euangelium de apparitione
Domini:non tamen hodie ſed heri apparitio
fuit.Ad pietatem ergo pertinet hoc officiũ,
in quo continetur rememoratio ſcripturarũ:
& accedit ad manſuetudinem:prout ibi dictũ
eſt.In tertia feria legitur euangelium: Stetit
Ieſus.vbi multipharié ſuam reſurrectionem
probat,ſcilicet per viſum & tactum: per gu-
ſtum etiam,& per auditum, cùm ſcripturas
etiam exponit: quod pertinet ad ſcientiam.
vnde in introitu:Aqua ſapientiæ &c.beati vi-
ri potati referuntur.in offertorio. Intonuit:
fontes aquarum aperuiſſe memorantur. in
4 poſtcommunione: Si conſurrexiſtis: † quæ
ſurſum ſunt,quærere & ſapere iubentur.& in
euangelio ſenſus ad intelligendum ſcriptu-
ras diſcipulis aperitur. Scripturarum quippè
intelligentia & ſcientia lamenti,& luctus eſt
cauſa effectiua.Qui enim legit in ſcripturis
prophetas, & eorum Dominum occiſos,
quoquo magno dolore mordetur:& quantò
magis quis peccata ſua intelligit,tantò citius
in luctum & pœnitentiæ lamentum prorum
pit.Licet igitur his diebus ſit gaudijs vacan-
dum:tamen ineptam lætitiam remoueamus:
ne carnes agni ſine lactucis aggreſtibus co-
medamus:quia beati qui lugent. In quarta fe
ria legitur euangelium de diſcipulis piſcanti-
bus,quos inuitauit ad prandium, & dedit eis
panem,& piſcem aſſum,id eſt, Chriſtum co-
gnoſcere Deum & hominẽ paſſum. quæ eſt
illa quidem ſaturitas: de qua dicitur: Beati,
qui eſuriunt,& ſitiunt iuſtitiam:quoniam ipſi
ſaturabuntur. quod ergo dicitur ibi: Venite
prandere.hoc eſt,quòd cantatur in introitu:
Venite benedicti patris mei,percipite regnũ.
hoc enim regnum eſt prandium æternũ, vbi
erunt piſces magni:ſed vnus ſuper prunas nõ
paſsionis,ſed amoris.rationabiliter autem fe
ria quarta nobis à Chriſto regnum promitti-
tur:quia in quarta ætate regnauerunt Dauid,
& Salomon,in quorum manibus Chriſti re-
gnum ſpecialius & plenius ſignificatur. &
quia Petrus ſupradictum rete traxit,in terrã.
ipſi enim commiſſa eſt Eccleſia ipſi ſpeciali-
ter dictum eſt:Paſce oues meas.ideò pro epi
ſtola ſumitur eius prædicatio de Act.Apoſto.

5 Ad † ſaturitatem enim quoque pertinet of-
ferenda. Portas cœli aperuit. prophetas qui
prædixerunt, angelos qui annuntiauerũt, Ma-
riam quæ genuit, Apoſtolos qui prædicaue-
rũt, Doctores qui expoſuerũt, per hos omnes
pluit Dominus manna in ore egentiũ anima
rum, id eſt, verbũ, vel corporis ſacramentũ: vt
non deficerent in via tendentes ad patriã, vbi
comedẽt panem angelorũ. verſus gradualis,
dextera Domini fecit virtutẽ: cõgruit illi ver
bo euangelij: Mittite in dexterã nauigij rete,
& eſt ſenſus: dextera Domini fecit virtutem:
quia potentia verbi, mihi vniti fecit me vince
re mortẽ: ideóq; dexterã Domini exaltauit
me, id eſt, laudabilem me fecit. Et repetit:
Dextera Domini fecit virtutẽ: vt oſtendat
reſurrectionis qualitatẽ, ſcilicet æternã. vnde
ſequitur: Non moriar, ſed viuam. iuxta quem
ſenſum canimus cũ Apoſtolo in allelu Ia &
cõmunione: Chriſtus reſurgens: & pertinet
hoc ad fortitudinem. Et quia beatus Lau. fuit
piſcis aſſus, fortis in eſurie: & eſuriens in for-
6 titudine, ideò fit ibi ſtatio. ¶ Officiũ † quintæ
feriæ pertinet ad cõſilium & miſericordiam.
magnũ enim fuit cõſilium peccatricis pedes
lauantis, cùm lacrymis, vt miſericordiã cõſe-
queretur: prout in euangelio dicitur. ¶ Offi-
7 cium † ſextæ feriæ pertinet ad munditiã cor
dis & corporis. In baptizato nãque, de quo
ibi agitur, lauantur corpus & anima. Et quia
mundis cordibus viſio Dei promittitur: vt ibi
dictum eſt, Beati mundo corde: quoniam ipſi
Deum videbũt. & per munditiã ad intellectũ
peruenit: ideò rectè in euangelio dicitur,
quòd tranſmigrãtes Deũ videbũt. ¶ In ſabba
8 to † legitur euangeliũ in quo dicitur quòd
licet Ioan. præcurrerit: tamen Petrus ſequens
citius in monumentũ intrauit: & poſteà Ioan.
Hi, prout dictum eſt ibi, ſunt duo populi. Pe-
trus ſignificat gentes, qui poſterius venerunt
ad notitiam paſsionis: ſed tamen primitus cre
diderunt. Ioannes ſynagôgam, qui in lege &
prophetis prius audiuit Domini paſsionẽ: ſed
nõdum credere in mortuum voluit: credet
9 autem, cùm Iſraël ſaluus fiet. ¶ De † his duo-
bus populis, ſcilicet credentibus & nõ creden
tibus loquitur Petrus in epiſtola. Deponen-
tes &c. De credentibus dicitur in introitu:
Eduxit Dominus populum. ſ. in ex. Eduxit
enim Dominus Iſraël de Aegypto, cum auro
& argẽto: ſed illis in deſerto murmurãtibus,
& ideò pereuntibus: eduxit eos qui nõ mur-
murauerunt in deſerto in terram promiſsio-
nis. & propter eoſdem dimittimus graduale:
& duplicatur allelu Ia: quia tunc neophyti la
borant: nunc Deum voce, & opere laudant.
Ad eoſdem pertinet pſal. Laudate pueri Dõ-
minum. totus enim ille pſalmus ad electio-
nem dirigitur gẽtium: quod ex illo fine pro-
batur: Qui habitare facit ſterilem in domo.
Eiſdem pueris cõuenit, quod canitur in offer
torio: Benedictus, qui venit in nomine Domi
ni. Hunc enim verſiculum cantauerunt pueri
occurrentes Domino ad paſsionẽ venienti.
Quod ſequitur: Benediximus vobis de Domi
no. di. adiecit mater Eccleſia, dicens pueris
ſuis. Benediximus vobis, id eſt, ſignauimus
vos baptiſmo, nos qui ſumus familia Domi-
ni: quia Dominus Deus illuxit nobis. ſequens
10 verſus: Hæc † dies. ad gaudium ſpectat cre-
dentium. ille alius: Lapidem, quem reproba-
uerunt ad ſuggillationẽ pertinet Iudæorum,
ad eoſdem credentes pertinet poſtcommu-
nio. Omnes qui in Chriſto &c. pertinet igitur
officium iſtud ad pacificos, qui filij Dei voca
buntur. Dedit enim Dominus his, qui credũt
in nomine eius filios Dei fieri: quibus datur
ſapientia perfrui.

SVMMA.

1 Dominicæ primæ à Paſchate, officium. &
nume. 2. 4. & 6.
3 Apocalypſis, & Epiſtolæ canonicæ, leguntur
à reſurrectione. idque iure.
5 Miſſæ dñicæ ſecundæ à Paſchate, expoſitio.

## *De prima dominica poſt Paſcha.*

### CAP. XCVII.

1 IN octaua Paſchæ † incipit tẽpus
regreſsionis ſeu reconciliationis:
prout dictum eſt in procœmio hu-
ius partis. ¶ Sanè in hac die domi-
nica, in quibuſdam Eccleſijs fiunt octauę Pa-
ſchæ: & dicũtur reſpõſoria de die dominica.
& introitus: Reſurrexit: & graduale, quod de-
relictum erat, reſumunt, habentes reſpectũ
ad generalem reſurrectionẽ: ad cuius gloriã
per gradus aſcenditur: Chriſti enim reſurre-
ctio in octaua ætate facta eſt. Sed cũ Paſcha-
lis ſolennitas ſignificet illam octauam, quæ
2 ſequitur † ſeptenarium huius vitæ: quæritur
quare habet octauas, cùm etiam eius ſolen-
nitas protendatur: non tantum per octo dies,
ſed etiam vſq; ad diem Pẽte. Reſpõdeo: quia
reſurrectio futura ſignificata eſt per circun-
ciſionem



ciſionẽ, quæ octaua die mandata eſt, cuius ve
rè circunciſionis octo ſunt beatitudines: qua-
rum octaua redit ad primam: & ideò ad re-
præſentandum has beatitudines ſolennibus
octo dierum officijs celebramus octauas do
minicæ reſurrectionis, quæ eſt cauſa & ſignũ
noſtræ futuræ reſurrectionis. Has beatitudi-
nes coaptat Auguſti. in libro de doctri. Chri-
ſtiana, ſeptem ſpiritibus obmittens vltimam:
quia redit ad primam. gradatim enim à timo-
re peruenitur ad ſapientiam. vnde Initium ſa-
pientiæ timor Domini. de hoc dicetur in pro-
œmio ſeptem partis. Quia ergo nouiter ba-
ptizati ſunt pueri: & quia multos nouellos in
quadrageſima genuit Eccleſia: & quia in illo
tempore fuerũt Apoſtoli pueri, propter quod
Dominus fuit cũ eis quadraginta diebus poſt
Paſcha inſtruens eos in fide: vt poſſent omni-
no fieri ſpirituales. & vt vrerentur igne ſpiri-
tus ſancti: propter iſtas tres cauſas ſiue noui-
tates inſtruit nos Eccleſia in fide in hoc tem-
pore. Et ideo in prima quindena leguntur A-
pocalyp. & Acta Apoſtol. in quibus libris ha-
betur de ſeptem ſignaculis: videlicet de incar
natione, natiuitate, &c. quæ Chriſtus ſolus a-
peruit, quæ ſunt maxima principia fidei no-
ſtræ. poſtmodum in alia quindena cantatur in
reſponſorijs de pſalmis, & in lectionibus le-
guntur Epiſtolæ canonicæ vſque ad aſcenſio-
nem Domini, vt ſupra fidem ædificentur bo-
na opera: Pſalmi enim & Epiſtolæ bona ope-
3 ra deſignant. ¶ Et attende, quòd ante † reſurre
ctionem lex & prophetæ legebantur: poſt re-
ſurrectionem verò Apocaly. & epiſtolæ cano
nicæ, quæ ſunt Apoſtolorum ſcripta, legũtur,
& cantibus iubilantur. Lex enim & prophetæ
Chriſti paſsionem & reſurrectionem prædixe
runt: ſed Apoſtoli iam facta annuntiauerunt,
& teſtificati ſunt, ideóq; reſponſoriũ illud can
tatur. Virtute magna reddebant Apoſtoli te-
ſtimoniũ reſurrectionis. Rationabiliter quoq;
legitur Apoca. & cantatur: eò quòd in ea viſio
Chriſti, & angelorũ collocutio memoratur.
In illa enim vita, quã paſchale ſignificat tẽpꝰ,
animæ viſione Trinitatis, & angelorũ conſor-
tio cõgratulabuntur. Legitur autẽ Apoc. cum
hiſtoria. Dignus es domine. aliâs incipit: Ego
ſum vitis vera. Quod autẽ in quodã reſponſo
rio dicitur, decãtabat populus Iſraël allelu Ia.
& vniuerſa multitudo Iacob canebat legiti-
mè. & Dauid cum cantoribus cytharam per-
cutiebat in domo Domini: illud reſpicit, quòd
regno Saul deſtructo, id eſt mortis imperio,
arca, id eſt humanitas Saluatoris, in qua ſunt
manna, id eſt verbum: & tabulæ teſtamenti, id
eſt theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſcon-
diti in Hieruſalem ducitur: & in tabernaculo
collocatur, vt æterna pacis viſione fruatur: &
ad patris æqualitatem glorioſus exhibeatur.
Cùm autem ſuperius de temporibus infantiæ
Saluatoris paululum dixerimus eſſe legendũ,
nunc verò ſcripta cæterorum Apoſtolorũ, pa-
tet quòd toto tempore ſiue ante paſsionem,
ſiue poſteà, quo Domini præſentia memora-
tur, congruè præcones noui teſta. loquuntur,
videtur quaſi ab vberibus ſponſi filij conſola
tionis lacte potentur. Hæ nanque ſcripturæ
ſunt vbera, de quibus dicitur: Meliora ſunt v-
bera tua vino: de quibus nos ſic reficiat Deus,
cuiꝰ miſericordia plena eſt terra, vt omnes de
4 ipſius plenitudine accipiamus. Et † nota, quòd
ſecundũ Romanum ordinem legũtur nouem
lectiones in dominicis à Paſcha, vſq; ad Pen-
teco. prout dictum eſt ſub titu. de ſeptem die-
bus poſt Paſcha. propter nouitatẽ autem tri-
plicem, quæ dicta eſt, incipit introitus: Quaſi
5 † modo geniti, &c. j. Pet. ij. ca. In epiſtola verò
in fide inſtruimur, quę incipit: Omne quod na
tum eſt, ex Deo, vincit mundũ, &c. j. Ioan. v. c.
Oſtẽdit fidem per teſtimonium in cœlo & in
terra, & in conſcientia. In terra, cùm dicit: tres
ſunt, qui teſtimonium perhibent in terra, ſpi-
ritus, aqua, & ſanguis: quia enim clamore ma-
gno Dominus emiſit ſpiritum: & quòd ex eo
iam mortuo exiuit ſanguis & aqua indicium
fuit humanitatis: & hi tres, vnum ſunt, id eſt,
vnum ſignificant. Tres perhibẽt teſtimonium
in cœlo: pater in voce: verbũ in carne: ſpiritus
in columba: & hi tres vnũ ſunt: de teſtimonio
conſcientiæ ſequitur in epiſtola: Qui credit in
filium Dei, iam in ſe teſtimonium Dei habet,
id eſt hoc dictat ei conſciẽtia. ſequitur duplex
allelu Ia. In dominicis enim & feſtiuis diebus
6 ab hac die vſq; † ad Penteco. canitur duplex al
lelu Ia, de quo dictũ eſt ſub tit. de ſeptem die
bus poſt Paſcha. & ſub ſabbato in albis, & ſub
ſeptuageſima: primum allelu Ia eſt: Poſt dies
octo. Ioan. xx. c. Euangelium: Cùm eſſet ſerò.
Ioan. xx. cap. eſt de duabus apparitionibus. Pri
ma omnibus Apoſtolis, in ipſa die Paſchæ, ex-
cepto Thoma: alia, octauo die præſente Tho
ma, qui vidit & credidit, & tetigit, & dixit:
Dominus meus, & Deus meus. aliud vidit
aliud credidit: vidit humanitatem, & credidit
deita

deitatem.& congruit factum interpretationi nominis. Thomas enim interpretatur abyſſus:nam profundè intellexit:qui ex eis quæ exterius vidit,deitatis intima penetrauit:poſtmodũ inuitauit nos in euangelio beatus Ioã. ad credẽdũ ab vtili & honeſto:vtile eſt enim nobis credere:vnde dicitur:Multa ſigna fecit Ieſus quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.Poſtcõmunio eſt:Mitte manum &c.Ioan.xx.cap.

SVMMA.

1 Dominica ſecunda à Paſchate quid moneat.Et eius officium.

## *De ſecunda dominica poſt Paſcha.* CAP. XCVIII.

1 Sequitur † de ſecunda dominica poſt Paſcha:quia enim per Chriſti reſurrectionem illuxit Deus nobis,nõ tantũ paruulis, ſed etiam perfectis:ideò hæc dominica de paſtoribus eſt,qui debent plenè imitari Chriſtum : vnde introitus eſt:Miſericordia Domini , plena eſt terra.ea enim non tantũ paruuli , ſed & magni repleti ſunt: & ideò ſicut antecedẽs dominica fuit de paruulis:ſic iſta eſt de perfectis:vnde ſequitur:Verbo Domini cœli,id eſt,Apoſtoli firmati ſunt: & quia Petrus loquitur ad paſtores in epiſtola:Chriſtus paſſus eſt pro nobis,&c.j.Petri ij. cap.ideò nunc fiunt ſynodi,& fit ſtatio apud ſanctum Petrum.In fine enim dicitur : Conuerſi enim eſtis ad paſtorem , & Epiſcopum animarum veſtrarũ. Duo allelu Ia dicuntur. primum,ſcilicet : Cognouerunt diſcipuli &c. eſt de reſurrectione:in alijs tamen Eccleſijs dicitur. Surrexit Dominus. Matth.vlti.cap. aliud,ſcilicet:Ego ſum paſtor bonus.Ioan.x. cap.eſt de prælatis.euangeliũ verò : Ego ſum paſtor bonus.Ioan.x.cap.eſt de bonis prælatis & mercenarijs.Offertoriũ eſt:Deus,Deus meus ad te de luce vigilo:quia prælati debẽt ſemper vigilare.vnde in canticis canticorum dicitur:Inuenerunt me vigiles,qui cuſtodiunt ciuitatem:poſtcõmunio ſimiliter eſt de prælatis.Ego ſum paſtor bonus.

SVMMA.

1 Dominica tertia à Paſchate,quid hortetur,aut quò vocet.Et nume.2.3.

## *De dominica tertia poſt Paſcha.* CAP. XCIX.

1 In præcedentibus duabus † dominicis oſtenſum eſt,quòd parui vel magni,per Chriſti reſurrectionẽ pleni ſunt miſericordia Dñi:parui,cùm dicitur in introitu præcedentis dominicæ : Miſericordia Dñi plena eſt terra.magni,cũ dicitur ibidem:Verbo Dñi cœli firmati ſunt.In hac verò tertia & in ſequentibus duabus dominicis ante aſcenſionẽ , hortatur nos Eccleſia ad iubilũ,& exultationẽ propter Chriſti reſurrectionẽ & aſcenſionẽ.vnde introitus huius dominicæ incipit:Iubilate Dño omnis terra &c.& ibi ſequitur allelu Ia:quia iubilus eſt exultatio mentis,habita de æternis.ſoli autẽ Deo iubilandũ eſt.ſequitur pſalmus:Dicite nomini eius, id eſt, hilari operatione ipſum laudate,& ſequitur ſimiliter ibi vnũ allelu Ia:quia ab vna radice ortũ habẽt alia omnia,id eſt,à charitate.ſequitur : Date gloriam laudi eius.& ibidem in fine ſequitur triplex allelu Ia:quia à potentia patris,& ſapientia filij : & à benignitate ſpiritus ſancti proceſsit,quòd nos liberauit per paſsionẽ,& reſurrectionẽ ſuã.& ideò laudãdus eſt Deus. licet autẽ ſit exultatio,tamẽ incutitur timor, ne ſpes ſine timore luxuriet in præſumptionem.Inde ſequitur verſus:Dicite Deo,quàm
2 terribilia, † ſunt opera tua Dñe.debet enim timere nouus populus : quia Iudæi excæcati ſunt,qui erant populus peculiaris Dñi:qui licet appoſuiſſent cuſtodes:tamen dixerũt:venerũt diſcipuli eius,& furati ſunt eum.& hoc eſt,quod dicit pſal. Mentientur tibi,id eſt,ad honorẽ tuum : quia ex hac magis cõfuſi ſunt inimici tui,id eſt,Iudæi.& ſequitur ibi:In multitudine virtutis tuæ.quaſi dicat , licet vidiſſent multa miracula,videlicet ſolẽ obſcuratum,& petras ſciſſas,in hoc eſt etiã multitudo virtutis Dei,quod mendacia inimicorũ vertit in ſuũ honorẽ.In epiſtola verò monet Petrus
3 † baptizatos,vt ambulẽt in nouitate vitæ,abſtinẽtes à carnalibus deſiderijs, dicens:Obſecro vos fratres,tanquam aduenas & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſiderijs.j. Petri ij.cap.& cõcordat cũ introitu:quia guſtato ſpiritu deſipit omnis caro:quædã Eccleſiæ dicũt allelu Ia.Chriſtus reſurgẽs. Roma. vj.cap.Euangeliũ eſt de reſurrectione:Modicum & iam nõ videbitis me.modicũ,id eſt,à morte vſque ad reſurrectionẽ:iterũ modicũ, & videbitis me poſt reſurrectionem:& modicum:quia vado ad patrem.Ioan.xvj.

Summa.



SVMMA.

1 Dominica quarta à Paſchate , inuitat ad iubilum.Et eius officium.nume.2.3.4.

## *De dominica quarta poſt Paſcha.* CAP. C.

1 In quarta etiã † dominica inuitamur ad iubilum & ſpecialiter inuitantur ad hoc gentes. vnde introitus ſumptus eſt de pſalmo inuitãte ad canticum, qui incipit:Cantate domino canticũ nouum, quia mirabilia fecit. Bernardus inquit : Tria
2 fecit † Dominus mirabilia in incarnatione ſua.Primum,quòd mater eſſet virgo. Secundum,quòd Deus fieret homo. Tertiũ , quòd prædicta poteſt credere carnalis homo.ſequitur ibi ante conſpectum gentium reuelauit iuſtitiam ſuam,id eſt, filium ſuum. Sequitur verſus.Saluauit ſibi dexterã eius &c. Et quia per fidem vniti ſunt duo populi,ſcilicet gentilis & Iudaicus : ideò in oratione habetur: Deus,qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis,&c.Rurſus,quia iſta dominica quarta appropinquat aſcenſioni:ideò dicitur euan
3 gelium:Vado † ad eum qui me miſit,& nemo ex vobis &c.Ioan.xvj.& poſt,expedit vobis vt ego vadam &c.Oſtenditur enim cauſa iubili,ſcilicet aſcenſio:huic conſonat principium epiſtolæ beati Iaco.j.cap. Omne datũ optimum:& omne donum perfectum , deſurſum eſt,deſcendens à patre luminũ. ¶Sequi
4 tur in euangelio : Cùm venerit † paracletus arguet mundum de peccato,id eſt,de infidelitate.fides enim peccatum excludit:vnde arguere de hoc peccato,eſt arguere de omni peccato : & de iudicio,& de iuſtitia:dicit ergo de peccato:ſcilicet quod habent. De iuſtitia quam non habent,ſcilicet ſanctorũ , quia vado ad patrem,id eſt,in cordibus ſanctorũ hominum:perducendo eos ad patrem,per cognitionem Dei bonam:& extollendo eos ad patris cõformitatem:& tamen volunt homines ſanctis aſsimilari.de iudicio,quod non timent:quia princeps mundi huius iam iudicatus eſt:& adhuc ſequuntur damnatum:& ſufficeret de duobus arguere , ſcilicet de fide, quam non habent,& habere poſſent , ſi vellent:& de iuſtitia,ſiue de bona vita,in qua nõ imitantur ſanctos:& ideò adiecit verbum timoris,ſcilicet de iudicio , quod debent tales ſubire.Sequitur ibi:Et quæcunque audiet,loquetur.& huic concordat finis epiſtolæ:Suſcipite cum manſuetudine inſitum verbum &c. Si enim ſpiritus ſanctus audit , quæ loquitur, multò fortius debet homo audire , & expectare,donec Deus ipſe loquatur:quia qui de ipſo loquitur,mendacium loquitur.

SVMMA.

1 Rogationum dominica,quid moneat.& nume.2.3.

## *De dominica rogationum.* CAP. CI.

1 Qvinto † loco ſequitur,de dominica rogationum,in qua inſtructos per quatuor dominicas, quaſi ornatos quatuor cardinalibus virtutibus,monet annuntiare alijs:vt qui audit,dicat veni : & cortina cortinam trahat.extrà de ſacra vnctio.cap. vnico.dicens in introitu qui eſt Eſa.lxiiij.cap. ſecundum aliam tranſlationem : vocem iucunditatis,id eſt,noui teſtamenti:in quo promiſſa redduntur nõ terroris : ſicut vetus lex fuit,annuntiate &c. ¶Hæc autem Dominica
2 dicitur † rogationum propter propinquam aſcenſionem Domini : quam quia nos ſequi non poſſumus:ideò in oratione docemur petere duo:quæ petenda ſunt,ſcilicet vt cognoſcamus & faciamus.Dicit enim oratio:Largire quæſumus Domine ſupplicibus tuis ſemper ſpiritum cogitandi,quæ recta ſunt,propitius & agendi &c.Vnde in epiſtola redarguit beatus Iaco.eos , qui volunt cognoſcere,& non facere : dicens. Eſtote factores verbi,& non auditores tantùm &c.Iaco.j.ca.quędam Eccleſiæ dicunt allelu Ia.Nõne cor noſtrum ardens &c. Luc.vlti.cap.& vſque modo &c.
3 Ioan.xvj. cap. In † euangelio verò : Amen amen dico vobis &c. Ioan.xvj. cap. oſtendit quid debeamus petere,ſcilicet æterna dicens: vſque modo non petiſtis,quicquam.qui enim petit temporalia,nil petit,quoniã in eis , quæ non quieſcunt,quies eſſe nõ poteſt.vnde ſequitur:Petite,& accipietis:quia dextra Domini ſemper aperta eſt.

SVMMA.

1 Rogationes quo tempore fiant.& cur cantentur litaniæ.

2 Litania maior,à quo,& quorſum inſtituta.Et à quo minor.nume.4.

3 Litaniæ ſiue rogationes , habent proceſsionem ſeptiformem.Et qua id ſignificatione. Et vnde dicta minor litania.nume.4.

Sanctos

5 Sanctos cur rogemus.
6 Litaniæ qualiter fiant:quídque habeant. & nume.7.9.10.11.
8 Vexilla cur ferantur in proceſsione.
12 Litaniarum Miſſa, & eius expoſitio. Et nume.13.14.15.

## De Rogationibus. CAP. CII.

1 IN tribus diebus † ante feſtū
aſcenſionis Domini fiunt ro-
gationes,quæ dicūtur litaniæ:
λιτανεία,autē græcè,apud nos
ſupplicatio ſeu rogatio eſt.In
qua Eccleſia ſancta Deum rogat, vt qui de-
ſtruxit conſilium Achitofel,deſtruat conſiliū
eorum,qui volunt viuere ſuper pacem eius:
tunc etiam ſupplicamus Deo,vt nos à morte
ſubitanea & ab omni infirmitate defendat:
rogamus verò ſanctos, vt pro nobis apud
Deum intercedant. Et denominatur græco
vocabulo λιτανεία, propter authoritatem lin
guæ græcæ: prout dictum eſt ſub Paſcha.
2 Eſt † autem duplex litania,ſcilicet maior &
minor.Maior eſt in feſto beati Marci, quæ
inuenta fuit à beato Grego.propter peſtem
inguinariam,ſiue inflaturam inguinum:cuius
inſtitutionis cauſas Paul. montiſcaſsini mo-
nachus longobardorum hiſtoriopraphus ita
deſcribit,dicens:quòd tempore Pelagij Papę
tanta fuit inundatio aquarum, per Italiam,
quòd aquæ aſcenderunt vſque ad ſuperiores
feneſtras templi Neronis,quod erat Romæ:
nec aquæ intrabāt templum:tunc per Tybe-
rim effluxit multitudo ſerpētum,inter quos
fuit maximus draco:ex quorum flatibus aër
eſt corruptus,& inde emerſit peſtis inguina-
ria:qua homines paſsim & ſubitò morieban-
tur:& cùm penè totus Romanus populus de-
leretur,Pelagius Papa omnibus ieiunium &
proceſsionem indixit.Sed in ipſa proceſsione
ipſe cum ſeptuaginta alijs expirauit,cui ſub-
ſtitutus eſt Grego.primus,qui & magnus di-
ctus eſt:& hanc litaniam vbique terrarum
ſeruari præcepit.Litania ideóque hæc dicitur
Gregoriana vel Romana.Vocatur etiam cru
ces nigræ,quoniam in ſignū mœroris ex tan-
ta hominum ſtrage,& in ſignum pœnitentiæ
homines nigris veſtibus induebantur:& cru-
ces & altaria nigris velabantur.Tertiò,etiam
3 modo † dicitur proceſsio ſeptiformis,eò ꝙ
beatus Grego.ſepteno ordine iri in ea in ma
ioribus Eccleſijs ordinauit.In primo ordine,
ſunt clerici.In ſecundo, religioſi. In tertio,
ſanctæ moniales In quarto,pueri.In quinto,
laici perfectæ ætatis.In ſexto viduæ & conti
nentes.In ſeptimo,coniugati. ¶In alijs verò
Eccleſijs,quod nō poſſumus in numero per-
ſonarum,ſupplemus in numero litaniarum.
Nam ſepties litaniam dicere debemus,priùs,
quàm inſignia deponamus.Contigiſſe autem
dicitur Romanis præmiſſa inguinaria peſtis,
pro eo quòd cùm in quadrageſima cōtinen
ter vixiſſent:& in Paſcha corpus Domini re-
cepiſſent, poſtmodum ludis, comeſſationi-
bus,& luxuriæ fræna laxabant. Fuit quidem
tam ſæua hæc peſtis:vt vbique homines ſubi
tò perimeret:ita quòd ſicut dicitur: cùm ali-
quis ſternutabat, ſæpe ſpiritum emittebat:
vnde cùm aliquis ſternutabat,audiens,ſtatim
accurrens,dicebat:Deus te adiuuet. Et abin-
de,vt dicunt: hæc adhuc conſuetudo ſerua-
tur,vt audiens aliquem ſternutantem, ſtatim
dicat:Deus te adiuuet. ¶Rurſus,vt fertur,cū
tunc aliquis oſcitabat:frequenter ſubitò ſpi-
ritum emittebat: vnde cùm aliquis ſe velle
oſcitare ſentiebat,cōtinuo ſignum crucis ſibi
imprimere feſtinabat:quæ conſuetudo ſimi-
4 liter vſque hodie obſeruatur. Minor † verò
litania,quæ etiam rogationes & proceſsiones
vocatur,fit tribus diebus ante aſcenſionem:
quæ ſicut legitur in Bucardo lib.xiij.cap.Exi-
gentibus.inuenta eſt apud Viennam à beato
Mamerto Epiſcopo Vieñ.qui propter peſtē
luporum,& aliarum ferarum in gallijs acri-
ter homines perimentium:& propter pericu-
loſos terræmotus, illic crebrò contingentes,
indixit populis ieiunium triduanum, & lita-
nias inſtituit.Ceſſante verò illa perſecutione,
ieiunium illud in conſuetudinem annuæ ob-
ſeruationis deuenit:& ſicut quidam referunt,
fuit per Eccleſiam confirmatum, vt vniuer-
ſaliter obſeruetur. dicitur autem hæc lita-
nia minor: quia à minori, ſcilicet à ſimplici
Epiſcopo & in minori loco,ſcilicet in Vienna
inuenta eſt.Illa verò dicitur maior, quia in
maiori loco,ſcilicet Romæ:& à maiori,ſcili-
cet à magno Grego.& pro magno,& grauiſ-
ſimo morbo inuenta eſt:minor tamen anti-
quior eſt tempore:nam inſtituta fuit tempo-
re Zenonis Imperatoris.Maior verò tempo-
re Mauricij Imperatoris.Fiunt etiam litaniæ
propter plures alias cauſas:vnde Liberius Pa-
pa ſtatuit,vt pro guerra,pro fame,pro peſti-
lentia & huiuſmodi aduerſitatibus imminen-
tibus



tibus ſemper litania fiat:vt ſic iſta per ſuppli-
cationes, orationes, & ieiunia effugiamus.
Quia ergo hoc tempore maximè bella emer
gere ſolent & fructus terræ:qui adhuc in te-
neritate vel flore ſunt pluribus modis facilè
corrumpi ſolent:ideò hoc tempore fiunt lita
niæ vt rogemus Deum, quòd talia à nobis
auertat:& ab aëris intemperie: & à bellis,&
ab hoſtibus Chriſtianę religionis nos eripiat
& defendat:ſuper hoc patrocinia ſanctorum
ſpecialiter & generaliter implorātes:& ideò
rogationes vocantur:dicuntur etiam proceſ-
ſiones:quia tunc Eccleſia proceſsionem facit
5 generalem.¶Et eſt † notandum,quòd roga-
mus ſanctos propter noſtram inopiam: pro-
pter eorū gloriam:& propter Dei reueren-
tiam:quando autem litaniam pro imminēti-
bus periculis in pœnitentiali & flebili habitu
facimus:illam vltimam proceſsionem mulie
rum plangentium poſt Dominū,quando du-
cebatur ad crucem repræſentamus,plangen-
tes iuxta mandatum Domini ſuper nos,& ſu
per filios noſtros:fiunt etiam hoc tempore
litaniæ:quia Chriſto aſcendente,qui dixit:Pe
tite,& accipietis:confidentius Eccleſia petit.
Ieiunat enim tunc,& orat, vt parum habeat
de carne, propter carnis macerationem, &
acquirat ſibi alas per orationem:quæ eſt ala,
qua anima volat in cœlum, vt ſic Chriſtum
aſcendentem liberè ſequi valeat:qui aſcendit
pandens iter ante nos,& volauit ſuper pennas
ventorū:& hæc eſt cauſa,quare vltimam lita
niam ſiue vltimum ieiunium aſcenſioni con-
tinuamus,vt videlicet propter orationes,& ie
iunia depoſita mole carnis Chriſtum aſcen-
6 dentem ſequi poſsimus. ¶In litanijs † ergo
fit proceſsio,& cantatur in quibuſdam Eccle
ſijs in principio proceſsionis.Exurge Domine
&c.Frequentandum etiam eſſet,& à pueris di
cendū illud canticū euangelicū:Sancte Deus:
ſancte fortis:ſancte & immortalis:miſerere
nobis.Nam Ioā.Damaſcenus refert in libro
tertio cū apud Cōſtantinopolim ꝓpter quan
dam tribulationē fierēt litaniæ:quidam puer
è medio populi raptus eſt in cœlū:& hoc can
ticū ibidē edoctus:demū ad populū rediens,
illud in cōſpectu omnis populi decantauit:&
mox omnis tribulatio ceſſauit:quod canticū
Calcedoñ.ſynodus approbauit. Huius ergo
cātici laus & authoritas colligitur. Primò,ex
eo,ꝙ angelus illud docuit.Secundò,ex eo,ꝙ
ex eius ꝓlatione illa tribulatio ceſſauit.Ter-
tiò,ex eo,quòd tantum concilium approba-
uit.Quartò,ex eo,quòd dæmones illud valde
7 timent.¶†Cæterùm in proceſsione ipſa præ-
cedunt crux & capſa reliquiarum ſanctorum:
vt vexillo crucis & orationibus ſanctorum
dæmones repellantur:vt dictum eſt in quar-
ta parte,ſub titulo de acceſsione pontificis
8 ad altare.Portantur etiam † vexilla,ad repræ
ſentandum victoriam reſurrectionis,& aſcen
ſionis Chriſti,qui cum magna præda cœlos
aſcēdit.Vnde vexillum per aëra incedens,eſt
Chriſtus in cœlum aſcendens.Et ſicut vexil-
lum in proceſsione ipſa multitudo fidelium
ſequitur:ſic & Chriſtum aſcendētem magna
ſanctorum collectio comitatur. Portantur
etiam vexilla ad imitationem eius, quod di-
citur in Eſa.ij.cap.Et leuabit Dominus ſignū
in nationes: & congregabit profugos Iſraël
& diſperſos Iuda colliget à quatuor plagis
terræ.Quòd verò cruces & vexilla portan-
tur,à Conſtantino ſumpſit Eccleſia,qui cùm
in ſomnis crucis ſignum vidiſſet:eíque dictū
fuiſſet:Vinces in hoc ſigno: iuſsit crucem in
vexillis bellicis inſigniri. Quòd in litanijs
crux maior à crucis baiulo de altari ſumitur:
recolit, quòd de Chriſti humeris tulit eam
9 Simon Cyreneus. ¶In quibuſdam † locis fit
litania per campos vt etiā à ſegetibus dæmo
nes expellantur:vel potius vt à Domino con
ſeruentur.Cantus autem in proceſsione,quid
ſignificet dictum eſt in præcedenti titulo de
acceſsione pontificis ad altare.Cōſueuit quo-
que quidam draco cum cauda longa erecta,
& inflata duobus primis diebus ante crucem,
& vexilla præcedere.Vltima verò die, quaſi
retro aſpiciens cauda vacua,atq; depreſſa re-
tro ſequitur.Nempe draco iſte,ſignificat dia
bolū,qui per tria tēpora,ſcilicet ante legē:&
ſub lege:& tēpore gratiæ, quæ per hos tres
dies ſignificātur,homines feſellit:& nūc fal-
lere cupit:in duobus primis tēporibus regna
uit:& quaſi Dn̄s orbis fuit cauda lōga,id eſt,
potenter:& inflata,id eſt,ſuꝑbè incedēs:vnde
Chriſtus illū mūdi principē vocat.& Ioā.ait
in Apoc.draco de cœlo cadēs,traxit ſecū ter-
tiam partē ſtellarū,id eſt,hominū.& Dn̄s in
euangelio:Videbā Satanā tanquam fulgur ca
dētem de cœlo:in cuius rei figuram, duobus
dieb⁹ modo p̄dicto præcedit.In tēpore verò
gratię ꝑ Chriſtū victus eſt:& data eſt Apoſto
lis eijciēdi ſpiritus immūdos poteſtas ꝓpter
quod tertia die draco quaſi poteſtate ꝓpter
fidei

fidei dilationem amiſſa, poſt cruce ſequitur, cauda vacua & demiſſa,& non lõga:quia non audet ita potenter regnare, vt prius: ſed per ſuggeſtiones: & latenter homines ſeducit: quos videt pigros in bonis operibus,& remiſſos. nec viam vitæ ſectantes, quaſi fur retro aſpiciens,ſi quis oberret,& à rectitudine fidei cadat,quem ad ſe quaſi caudam trahat,& ſibi incorporet:ſicut & in deſerto filios Iſraël infirmos & debiles, & qui aberrantes remanebant vltimi hoſtes poſt tergum venientes ne-
10 cabant. In litanijs † debemus ſecundum Aurelianen. concilium, ieiunare vel ſaltem cibis quadrageſimalibus,& cappis nigris,in ſignum pœnitentiæ vti: nec debet quis vti veſte ſolenni, propter quod vocantur proceſſiones nigræ: non tamen debent cruces nigræ vocari. de conſecra.diſtinctio.iij. rogationes. ¶In li-
11 tanijs quoque debent omnes à ſeruilibus† operibus vacare, ſcilicet viri & mulieres: ſerui & ancillæ. de conſecra.diſtinctio.iij. rogationes.& donec terminentur,proceſſioni adeſſe: vt ſicut omnes peccauerunt, ſic & omnes pro venia ſupplicent:omnes ad Deum corda cum manibus eleuent,id eſt ſtudium orationis eri-
12 gant. Poſt proceſſionem cantatur miſſa † in aliqua Eccleſia,& eſt introitus:Exaudiuit,&c. Rememorat enim Eccleſia præterita Dei beneficia ad maiorem ſpem: & Dei largitas inuocatur, vt per hoc conijciat futura. Ex eo enim quòd multoties exaudiuit, perpenditur quòd adhuc exaudiet. exaudiuit inquam de templo ſancto ſuo, ſcilicet per gratiã:& quia nõ poteſt huiuſmodi eſſe exauditio ſine dilectione: ſequitur verſus: Dirigã te,&c. Iterũ, quia non exaudiuntur, niſi per confeſsionem: ideo dicit Iaco.in epiſtola. Confitemini alterutrum peccata veſtra.quæ eſt Iaco.vlti.capi. Et vt maior ſpes habeatur adhibet exemplum de Helia, qui petijt,vt non plueret: & non pluit annis tribus,& menſibus ſex: etiam poſteà petijt quòd plueret, & pluit. Si enim Helias ſolus exauditus eſt:multò fortius tota Eccleſia exaudietur. Manus enim Domini non eſt abbreuiata. Sequitur vnum Allelu Ia.
13 Confitemini.¶Sed† cùm in diebus antecedentibus,duplex Allelu Ia cantetur, quare in his diebus vnicum tantum dicitur? Item cùm in alijs ieiunijs, non dicatur Allelu Ia, quare in hoc dicitur? Ad primum dicimus, quòd ſicut ſæpe dictum eſt duplex Allelu Ia,cantatur in antecedentibus diebus, propter duplicem ſtolam, quæ habebitur in reſurrectione communi,animæ videlicet & corporis.Officiũ autem paſchale, quod hoc ſignificat finitum eſt: & ideo remota cauſa,remouetur & effectus.j.q.vij.quod pro medio.extrà de app.cũ ceſſante.& de iureiur.& ſi Chriſtus. Ad ſecundum dicimus, quòd ideò in alijs ieiunijs non cantatur allelu Ia:quod eſt canticũ lætitiæ: quia fiunt pro peccatis: propter quod dicuntur ieiunia mœroris: hoc autẽ ieiunium,& ieiuniũ Pentecoſ.ſunt exultationis,quia non fiunt pro peccatis: ſed vt poteſtas diaboli remoueatur & peſtis: & ideò in eis allelu Ia cãtatur. Præterea, in hoc ieiunio dicitur allelu Ia, propter gaudium Aſcẽſionis,quod imminet.In euangelio verò: Si quis veſtrũ,&c. Luc.xxj.c.oſtenditur,
14 quòd debemus†petere perſeuerãter per amicum,qui dicit amico: Amice,commoda mihi tres panes, &c. ſi perſeuerauerit pulſans propter improbitatem eius ſurget,& dabit ei.per hoc habetur, quòd etiam exiſtens in peccato mortali,ſi perſeueranter petierit, exaudietur propter improbitatem.Allegoricè amicus noſter,eſt Chriſtus: à quo intellectus theoricus petit tres panes: ſcilicet fidem,ſpem,& charitatẽ: quia amicus,id eſt intellectus practicus, ſcilicet ratio inferior,venit de via,id eſt,de cõſideratione temporaliũ.Sequitur: Et non habeo,quid ponã ante illum: quia nõ inuenit in talibus ſpiritualẽ refectionẽ:& ſic petit ſuperior intellectus pro inferiori: vel pro tota anima: non enim poteſt habere anima,vel ratio inferior,aliquã refectionem ſpiritualẽ,niſi ab intellectu ſuperiori:cuius eſt contẽplari cœleſtia.Sequitur poſteà ibidem:Nũquid,ſi petierit panẽ,id eſt charitatẽ, lapidẽ dabit ei,id eſt indurationem.quod eſt contrariũ charitati,id eſt nũquid dabit contrarium,quaſi dicat,non. Similiter,ſi petierit picẽ, id eſt fidẽ,quæ nutritur in aquis baptiſmi,nũquid pro pice dabit ei ſerpentẽ,id eſt infidelitatem: à qua eſt omnis vis peccandi.q.d.non. Aut ſi petierit ouum,id eſt ſpem: quia in ouo eſt ſpes pulli: nunquid porriget ei ſcorpionem,id eſt deſperationem, quæ retrò & occultè pungit, ſicut ſcorpio. Deſperantiũ enim eſt retro abire. q.d.nõ. vel per panẽ intelligũtur omnia,quæ hominis victui ſunt neceſſaria:vt cibus & potus: per ouum,omnia genera fœtuum animaliũ,& fru-
15 ctuũ:per piſcẽ,omnia genera natãtiũ.¶†Poſtcõmunio. Petitæ,& accip.ſumpta eſt de euangelio.ad horas dicitur capitulũ: Confitemini. & illud



& illud, Helias homo erat. & illud. Si quis errauerit.qui ſunt Iac. v.ca. ¶ In feſto autem beati Marci dicunt, quidam epiſtolam: Qui timet Deum.quæ eſt Eccle.xv.c. alij dicunt. Similitudo vultus:quæ eſt Ezech.c.¶ Euangeliũ,Ego ſum vitis:quod eſt Ioã.xv.c.alij verò dicunt:Deſignauit.Secunda quoq; die rogationũ,eſt idem officium, quod in prima:niſi quia in quibuſdã Eccleſijs euangeliũ de Mat. legitur,in quo eſt eadem ſententia &c.

SVMMA.

1 Aſcenſionis vigilia, quod habeat officiũ. Et num.2.3.4.

## *De uigilia Aſcenſionis.* CAP. CIII.

1 QVia verò ieiuniũ,de quo†præmiſſum eſt,nõ ſufficit ſine operibus miſericordiæ, ideò in vigilia Aſcenſionis,quę eſt tertia dies rogationũ,Eccleſia monet ad opera miſericordiæ:dicens in introitu, qui eſt in quibuſdam Eccleſijs:Miſericordia Domini &c. Dicit enim Greg. Si vis orationem tuam ad cœlum volare,fac ei duas alas, ſcilicet ieiunium & eleemoſynam. Cum bonis enim deſiderijs volamus ad cœlum. Vnde de Domino dicitur,eleuatis manibus ferebatur in cœlum. In alijs tamen Eccleſijs dicitur: Omnes gentes.Epiſtola verò,quæ eſt in quibuſdam Eccleſijs: Multitudinis. non videtur concordare:imò videtur præpoſteratio:quia poſt aſcenſionem Domini factum eſt,vt multitudinis credentium eſſet cor vnum, & vna anima.Sed hoc fit duabus de cauſis.Prima, vt epiſtola conſonet euangelio. Subleuatis oculis &c.Ioan.xvij.ca.In quo dicit Dominus:Pater,clarifica,id eſt,manifeſta filium tuum.Et poſteà rogat,dicens:Rogo, vt vnum ſint, ſicut ego & tu vnum ſumus. extrà de ſum. tri. c.ij. Hæc autẽ vnitas oſtenditur in epiſtola. Alia cauſa eſt: quia quando ex vero corde dantur eleemoſynæ,omnia reputantur cõmunia,ſicut dicit Apoſtolus de manna, quod qui plus collegit,non plus abundauit: & qui minus,non habuit minus:qui enim diues eſt,pro pter hoc non debet amplius comedere: ſed alijs diſtribuere:& hoc dicitur in epiſtola. Et
2 erant illis omnia cõmunia.Ideò†autem prædictũ euangeliũ dicitur hodie:quia qui paſſurus orauit,hominibus innotuit,cũ aſcẽdit:vel quia in fine concluditur: Ego ad te venio:in quo rogat pro his,quos dedit ei pater,vt ſint in patre vnum:cum omnia ſint in fide,& charitate vnum, id eſt, concordia vniti vicisſim: vnde procedit epiſtola:Multitudinis credentium.Hilarius verò ſic exponit prædicta verba:Rogo,vt ſicut ego & tu,vnum ſumus,ſcilicet non tantùm volũtate ſed etiam natura: ſic & ipſi vnum ſint, ſcilicet vnitate ſpiritus, & gratia ſpiritu .ſanctis in alijs tamen Eccleſijs dicitur epiſtola:Vnicuiq; veſtrũ.ad Ephe. iiij.ca.Offertoriũ eſt:viri Galilæi. Act.j. cap.
3 Poſtcõmunio†eſt:Non vos.Ioan.xiiij.cap.In alijs verò Eccleſijs dicitur:Petite.Mat.vij.ca. Quia ergo in hoc officio de eleemoſyna & operibus miſericordiæ agitur,ideò in quibuſdam locis, vt præmiſſas ſibi alas acquirant, eleemoſynarum largitioni intendunt, quam tamen vſq; in feſtum Aſcenſionis differunt. quaſi tunc poſt Chriſtum in cœlum aduolẽt: & vt tunc liberius vacare poſsint.Quidam tamen non incongruè ſupradicta officia paſchalis hebdomadę per vij.dona ſpiritus ſancti ad eos referunt, qui ſunt in baptiſmo renati, vt renatus afflatus ſpiritu ſapientiæ dicat:Reſurrexit.Per quid reſurrexit, euangelium declarat,ſcilicet per reſurrectionem Domini:quid inde acquiſierit, ſpiritus inſtruit intellectus, dicẽs:Introduxit nos in terram,ſcilicet Eccleſiam,& adhuc addit ſpiritus conſilij aqua ſapientiæ potauit eos.Quid inde quoq; acquirere debeat ſpiritus indicat fortitudinis, dicẽs:Venite benedicti patris mei:quòd ex his collatis beneficijs Deum laudare debeat ſpiritus ſciẽtiæ, docet dicẽs: Victricem &c.Quid reſurrectio renatis attulerit, indicat ſpiritus pietatis,dicens:Eduxit eos Dominus in ſpe.& adhuc ſpiritus timoris adiungit,dicens.Eduxit Dominus populum ſuum. Pro his omnibus beneficijs in baptiſmo collatis hominibus angeli gratulantur:homines Deo confitentur,& ad Chriſti præconia ſe inuicem exhortantur,gratias agunt,iubilant beneficia, & beneficiorũ cauſas rememorãt, & ad maiora cõfidẽter aſpirant. & circa hoc cæteræ partes officiorũ ſubſcriptæ hebdomadæ verſantur: & inde eſt, quòd hic mutatur ordo bonorũ.
4 †Et attende,quòd per officia huius hebdomadæ ad quatuor introitus quater:& ad tres, ter ponitur allelu Ia: quia ſancta trinitas, à quatuor mũdi partibus collaudatur de Chriſti reſurrectione: & de hominũ redẽptione. In prima Dominica,id eſt,quaſi modo geniti baptizati monentur à matre,tanquàm infan-

tes innocenter viuere & lac ſanctæ ſcripturæ
cõcupiſcere:vt paſchale ſacramẽtũ, per Chri
ſti reſurrectionẽ acquiſitũ moribus,& vita te
neãt,mundũ vincant:vt cũ Chriſto triũphẽt,
& lætitiã in corpore , & in anima ſimul obti-
neãt,propter quã lętitiã allelu Ia duplicatur:
quia mortẽ euaſerũt:& ſpẽ vitæ habere me-
ruerũt:vel propter actionem & contẽplatio-
nẽ:vel propter gaudiũ prædicatorũ & cõuer-
ſorũ.¶ In ſecũda verò Dominica. ſcilicet Mi
ſericordiã Domini baptizati iã inſtructi Chri
ſti miſericordiã intonãt,& trinitatẽ prædicãt:
nã in miſericordia ſpiritũ:in verbo filium : in
Deo patrẽ annũtiãt: præponunt verò ſpiritũ,
per quem ſunt ſanctificati. Deinde filiũ , per
quẽ redẽpti:deinde patrẽ,cui recõciliãtur , &
quia trinitatẽ concinũt, ideò ter iubilãt alle-
lu Ia. ¶ In tertia dominica , ſcilicet Iubilate.
baptizati ad laudẽ Dei totũ mundũ inuitãt,
& trinitatẽ perſonãt:cũ ibi in Deo patrẽ,in fi
liũ,laudẽ:ſpiritũ ſanctũ accipiunt.Et quia per
duo præcepta charitatis firmãtur in fide trini
tatis:ideò prius bis, deinde ter cõcinũt allelu
Ia.¶In quarta dominica, ſcilicet Cãtate:rur-
ſus baptizati ad Dei laudẽ gẽtes cõuerſas in-
uitãt,& trinitatẽ cõmemorant:dũ ibi in Dño
patrẽ.per mirabilia filiũ : per iuſtitiã intelli-
gũt.ſ.ſ. & quia fidẽ trinitatis gẽtes à quatuor
mũdi partibus acceperũt : ideò trinitatẽ ſub
quarto allelu Ia cõcinũt. In quinta domini-
ca, ſcilicet Vocẽ iucũditatis:rurſus baptizati
liberatorẽ ſuũ gẽtibus ſuis annũtiauerũt qui
trinitatẽ per ter poſitum concinũt allelu Ia.
Et ſicut ibi continetur , inſtãtia prędicantium
ſic in officio. Exaudiuit de tẽplo ſancto ſuo
ſolicitudo ſe ab errore conuertentium : &
ideò in officio vigiliæ,omnes gentes,applau-
ſus in cœlum intelliguntur aſcenſurum.

S V M M A.

1 Aſcenſio Dominica , habet proceſsionẽ.
Et cur idipſum.
2 Aſcenſionis Dominicæ Miſſa : eiúſq; ex-
poſitio.& num. 3.4.5.

## *De feſto aſcenſionis Domini.*

CAP. CIIII.

1 IN feſto † aſcenſionis Domini,
quod celebratur die quadrage-
ſima poſt Paſcha : quia Chriſtus
die quadrageſima poſt reſurre-
ctionẽ cœlos aſcendit,fit proceſsio ſolennis: 3
præcepit enim Dñs diſcipulis ſuis,vt præcede
rẽt in montẽ Olíueti,vt viderẽt ipſum aſcen
dere:& fecerũt ei proceſsionẽ:& ipſe eleua-
tis manibus ferebatur in cœlum. De hoc di-
ctum eſt in quarta parte ſub tit.de acceſ.pon.
ad altare. Hæc proceſsio , ſignificat acceſ-
ſum de virtute in virtutẽ,& cantatur reſpon-
ſoriũ de aſcenſione, vt inuitemur ad aſcẽden
dũ poſt Dñm.De Bethania autẽ , quæ inter-
pretatur obediẽtia,de qua eduxit Apoſtolos
aſcẽdit Dñs:per quod ſignificatur ꝙ ſine obe
dientia nullus poteſt aſcẽdere in cœlũ.Vnde
quidã cantãt in proceſsione reſpõſoria perti-
nẽtia ad ipſam eductionem: vt Eduxit Dñs.
Quòd verò aſcendit de mõte olíueti,ſignifi-
cat quòd per opera miſericordię oportet nos
aſcẽdere.Cũ igitur hac die proceſsionẽ ratio
nabiliter agamus,nihilominus & hoc rationa
bilius eſt,quòd nõ celebretur antequã tertia
dicatur:ſed ea cãtata licet in die paſchę & cę
teris dominicis aliter fiat:& in paſchali ꝓceſ-
ſione & in dñicalibꝰ aqua benedicitur in me
moriã & venerationẽ baptiſmatis : ideò quæ
præcedũt tertiã:in qua ſpiritus ſanctus ſuper
diſcipulos aſcẽdit,vt ſicut prius baptizamur:
& poſteà ſpiritũ ſanctum accipimus,ſic aqua
benedicta prius nos , & loca noſtra aſpergi-
mus,& poſtmodũ aduẽtus ſpiritus ſancti me
moriale,id eſt,tertiã decãtamus. Cur autẽ in
dñicis diebus baptiſmatis memoria renoue-
tur:ſuperius enodatur.in hac vero die tertia
cãtata ꝓceſsio celebratur:ſimiliter & omnes
aliæ quæ ſine aquę benedictione celebrãtur:
tũ vt miſſæ cõiungãtur officia:tũ quia nullus
eã ſeqtur,niſi ſanctificatus ſpiritu ſancto.De
hoc etiã ſub dñica in ramis palmarũ dictum
eſt.Facta ꝓceſsione cãtatur antiphona:O rex
gloriæ.propter illud,nõ vos relinquã orpha-
2 nos.Sequitur†introitus,Viri Galilæi quid ad-
miramini aſpicientes in cœlũ. Immotis enim
oculis aſpiciebant & diutius aſpexiſſent , niſi
angeli eis intimaſſent, ꝙ recederẽt,dicentes.
Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlũ:
ſic veniet queãdmodũ vidiſtis eũ aſcẽdentẽ in
cœlũ,id eſt,ſic veniet ad iudiciũ in nube.Nu-
bes ſignificat gratiã:qa ſine nube & ſine gra
tia nullus poteſt aſcẽdere,etiã Chriſtus ſecũ
dũ,qđ homo : & hoc ſignificat nubes in qua
aſcendit : quia verò de aſcenſione Domini
eſt ineffabile gaudium,ideò ſequitur verſus:
Omnes gẽtes plaudite manibus.Sequitur epi
3 ſtola:Primũ † quidẽ ſermonem &c.Act.j.ca.
in qua habetur de aſcenſione:poſteà ſequitur
duplex



duplex allelu Ia: quia Dominus aſcẽdit in du
plici ſtola. & ita eadem ratione cantãtur duo
allelu Ia in aſcẽſione,quæ durant vſq; ad Pen
teco.quia & in tẽpore Paſchali, primũ allelu
Ia eſt : Aſcendit Deus in iubilatione, id eſt in
gaudio ineffabili antiquorũ patrum, qui cum
eo aſcendebant:& Apoſtolorũ & Angelorum
dicentium:Quis eſt iſte rex gloriæ? Eſa.Quis
eſt iſte,qui venit,de Edom?Sequitur:Et Domi
nus in voce tubæ,id eſt in voce horribili:quia
de voce loquitur Angelorũ:vel Dominus per
Angelos,cũ dicebat Apoſtolis. Sic veniet,&c.
Vel quia inuitabat ad nuptias æternas,ſicut & 1
tuba ſolebat antiquitus inuitare ad nuptias tẽ
porales.Secundũ allelu Ia eſt: Aſcendẽs Chri 5
ſtus in altũ:aliqui tamẽ dicunt: Non vos.Ioã. 7
xiiij.ca.Sequitur euangelium Marci rugientis: 8
vlti.ca. Recũbentibus vndecim diſcipulis,&c.
Vbi ſequitur:Et exprobrauit : ecce rugitus.in
fine habetur de aſcenſione.Dominus quidem 1
Ieſus,poſtquam locutus eſt eis,aſſumptus eſt
in cœlum. Poteſt etiam dici, quòd eorũ quæ
hac die cantantur . quædam ſunt Aſcenſionis
peractæ narratio : vt illud, quod narrat Ioan.
poſt paſsionẽ,&c.& illud: Aſcendit Deus,&c.
Quędam ſunt conſolatio ſponſi,ad ſponſam.
vt illud:Non turbetur cor veſtrum,neq; for- 2
midet.& illud: Tẽpus eſt vt reuertar.& illud:
Si non abiero,Paracletus non veniet:quędam
ſunt cõgratulatio ſponſæ ad ſpõſum, vt illud
reſponſoriũ: Exaltare Domine.& illud: Ponis
nubem. In narratione ſpes cõcipitur:in conſo
latione erigitur:in gratificatione certificatur,
vel declaratur:ſimiliter in diurno officio nar-
ratur : aſcenſio in epiſtola,& in euangelio ibi
4 dicitur,quòd Dominus† aſſumptus eſt in cœ 3
lum,& ſedet ad dexterã Dei,in æqualitate pa
tris.& in allelu Ia.Dominus in Syna.conſola-
tur ſpõſus.In alio allelu Ia:Nõ vos relinquã.
cõgratulatur ſponſa. In offerẽda,narratur per
fecta eſſe aſcẽſio:& in cõmunione dicẽs: Pſal
lite Deo: qui aſcẽdit ſuper cœlũ cœli ad oriẽ
tem: hoc eſt vſq; ad verbum,ſibi perſonaliter
vnitũ:quod non dicitur ortum vel oriturũ:ſed
oriens:quia ſemper filius à patre procedit:vel
ſuper cœlũ cœli ad orientẽ. Hoc eſt,ſuper fir
mamentũ cœli ad orientalem plagam. Quòd
5 autem†cantatur in introitu & offertorio:Viri
Galilæi. ſumitur de epiſtola : in qua clauſula
percutitur eorum ſuperbia: qui transfixe- 4
runt, & eorũ mundana ſapiẽtia , qui non co-
gnouerunt:& eorum pigritia,qui talenta ſibi
commiſſa cum lucro debito non reportaue-
runt:& ſolicitatur eorum deſideriũ,qui aduẽ-
tum Domini diutius expectauerũt.Hoc enim
totum officiũ conſiſtit in ſolicitudine & gau-
dio.Hoc enim feſtũ habet decẽ dies pro octa
uis,vt dictũ eſt ſub tit.de ſancto Paſcha. Hac
die fiũt in quibuſdã partibus eleemoſynæ ge
nerales: vt dictũ eſt in præcedenti tit.& in tit.
de rogationibus. Dicitur autem in hac die ad
horas ca.Primũ quidẽ.& illud: Cúmq; intue-
rẽtur.& illud:Viri Galilæi,quæ ſunt.Act.j.c.

S V M M A.

1 Dominica poſt Aſcenſionem,eiúſque diei of-
ficium.& nume.2.3.4.6.
5 Dauid triplex vnctio.
7 Ieiunandum an ſit à tempore Paſchali.
8 Aſcenſionis octaua,quando terminetur.

## *De Dominica poſt Aſcenſionẽ.* CAP. CV.

1 NVnc conſequẽter†dicẽdum eſt de
dominica poſt aſcẽſionem. Siqui-
dẽ ablato à ſe ſponſo,magis deuo
ta eſt Eccleſia:vnde orat in hac do
minica introitu:Exaudi Domine vocẽ meam:
qua clamaui ad te. Et ſeqtur ibi: Vultũ tuum
Domine requirã.q.d.deſiderio & cogitatione
2 ſequar te:qa ſum filia aquilæ. ¶†Sequitur epi
ſtola:Eſtote,&c.j.Pet.iiij.in qua habetur vnuſ
quiſq; ſicut accepit gratiã illam in alterutrũ
adminiſtret:de cõmiſsione talẽti: & quòd mu
tua charitate ſectemur nos:& ſimus hoſpita-
les inuicem ſine murmuratione,&c. Sic enim
adaptat nobis pẽnas virtutũ,qbus volare poſ-
ſumus ad cœlũ poſt Chriſtũ: quia bonis operi
bus.ſ.charitate,& mĩa,quaſi de mõte Oliueti
3 aſcẽdimus.Sequitur duplex†allelu Ia: vnũ eſt
in quibuſdã Eccleſijs : Dñs in Syna in ſancto.
Sed quid eſt,quòd dicit Dñs in Syna,cùm non
aſcẽdit de mõte Syna , ſed de mõte oliueti de
Bethania:ſicut habetur Luc.vlt.Ad quod dicẽ
dũ eſt,ꝙ de Syna in ſancto aſcẽdit,quantũ ad
interpretationẽ.Syna enim,interpretatur mã-
datũ.aſcẽdit eñ de ſancto mãdato: quod eſt,
Ite,& prędicate euãgeliũ omni creaturę.Vel
mãdatũ factũ eſt. Negotiamini,dũ venio.ipſe
eſt enim hõ peregrè proficiſcens, qui vocauit
ſeruos ſuos,&c. Vel de ſancto mãdato aſcen-
dit,qa per impletionẽ mandatorũ Dei aſcẽdit
Chriſtus, inquãtum homo,& alij poſt ipſum.
4 ¶†Euãgeliũ verò,eſt de ꝓmiſsiõe ſpũs ſancti.
Cũ venerit paracletus,qui à patre ꝓcedit,ſpũs
veritatis,&c.Io.x.ca.alia patẽt.Richardus eps

Cremon.dixit in mitrali,quòd Apoſtoli poſt
primam vnctionem, quam in Chriſti morte
ſuſceperant,inſufflante illo dicente. Accipite
ſpiritum ſanctum:ſecundam expectabāt,quā
promiſerat Dominus,dicens:Si abiero, mittā
paracletum ad vos.Expectantes ergo decan-
tāt in introitu:Exaudi,qui verſus de ſpal.xvij.
ſcilicet,Dominus illuminatio.aſſumitur, cu-
ius titulus eſt in fine pſal.Dauid prius, quàm
5 liniretur. agitur enim ibi de † vnctione Da-
uid ,quæ fuit triplex. ¶ Primò enim, vnctus
eſt in ſignum regis futuri.¶ Secundò,in regē
ſuper tribum Iuda. ¶ Tertiò, ſuper totum
Iſraël.Nos quoq; idem cantamus: quia vn-
ctionem tertiam expectamus. ¶ Prima enim
vnctio,eſt in baptiſmo.¶ Secunda, in confir-
matione:aut in pœnitentiæ cōfeſsione.¶ Ter
tia erit in reſurrectione. Vel prima, erit in
Apoſtolis.ſecunda,in Iudæis.tertia, in genti-
bus.¶ Et quoniam Apoſtoli,vt diximus,erant
expectantes in templo,& orantes,laudantes,
& benedicentes Deum: idcirco in noſtra ex-
pectatione in epiſtola:Eſtote prudentes: in-
uitamur ad orationes.& in offerenda, Lauda
anima mea Dominum: prouocamur ad lau-
6 des.¶ † Quis autem fuerit effectus illius Apo
ſtolicæ vnctionis:euangelium declarat.Cùm
venerit. vbi dicitur: Vos teſtimonium perhi-
betis:quia ab initio mecum eſtis.¶ In quibuſ-
dam tamē Eccleſijs eſt offerto.Aſcēdit Deus.
Et poſtcōmunio. Pater cū eſſem. ¶ Et atten-
de,quòd ob pręmiſſam cauſam,ſcilicet quo-
niam Apoſtoli expectabant indui virtute ex
alto:hæc hebdomada dicitur expectationis:
in qua ſolent quidam ieiunare, & orationi va
care,vſq; ad pēte,eò quòd Apoſtoli ieiunaſſe
7 leguntur per hoc tēpus.Sed † magiſter Guil-
bertus probat ieiunandum non eſſe: quia eſt
de paſchali tēpore: & de quadrageſima pēte.
Hier.Ambro.Aug.lxxvj.diſt.ſcire. & ca.opor
tet. aiunt inter paſcha & pente. non eſſe ne-
ceſſe ieiunia indicenda. Volūtate enim omni
tempore à cibis percipiendis poſſumus abſti-
nere: ſed ex neceſsitate non oportet. vnde
Ambro. per hos quinquaginta dies ieiunium
neſcit Eccleſia:ſicut ipſa dominica, qua Do-
minus reſurrexit.Sunt enim omnes hi dies,ve
lut paſcha & dominica celebrandi: in quibus
ſicut ait Beda,maiorib9 epulis,& hymnis cœ
leſtibus eſt vacandū ob reuerentiā dominicæ
reſurrectionis,& ob memoriā dominici cōui
ctus cum diſcipulis ob ſpē gloriæ immorta-
litatis:verūtamen ab hac authoritate pœni-
tentes excluduntur.Sed & Greg.litanias exci
pit:& etiā cōci.Aure.de cōſe.diſt.iij. rogatio-
8 nes.illud tamen voluntariū eſt.¶ Illud † etiā
notabile eſt,quòd octauā aſcēſionis,quæ de-
beret in quinta feria terminari,vlterius opor
tet prorogari. Licet enim officiū dominicę in
v.fer. repetatur: tamen in nocturnis officijs
ſextæ feriæ & ſabbati:inuitatoriū & reſpōſo
ria de aſcēſione cātātur:verūtamē nocturna
les pſalmos dicimus,cū tribus lectionibus,&
Te Deū lau.obmittimus.¶ Prorogatur ergo
octaua,cum Apoſtoli eſſent laudātes Deū.
& de hoc dictū eſt ſub paſcha.nec vacat à my
ſterio,quoniā Apoſtoli expectātes per obſer-
uationē decē pręceptorū,paracletū,myſteriū
denarij accipere meruerūt: & nos etiā expe-
ctātes ob eādē obſeruationē denariū vitę per
cipiemus æternæ.In his decē diebus legendi
ſunt actus Apoſtolorū:quos qui ſequitur,ſpiri
tū ſanctū accipiet, & denariū promerebitur.

S V M M A.

1 Pētecoſtes vigilia, cur celebretur baptiſmus,
ſicut & ſabbato ſancto.
2 Baptiſmus qua hora celebrandus.
3 Pentecoſtes Miſſa & eius expoſitio. Et num.
4.5.6.7.8.9.10.

## De uigilia Pentecoſtes. CAP. CVI.

1 SEquitur † de vigilia Pentec.in
qua ſicut in vigilia Paſchæ ce-
lebratur baptiſma: quia iſtæ
duę feſtiuitates ſunt maiores,
& magis neceſſariæ inter om-
nes. In vigilia enim Paſchæ celebratur ba-
ptiſmus:quia in paſsione Chriſti omnes bapti
zamur:quia redimimur & iuſtificamur:nihil
enim naſci nobis profuit,niſi redimi profuiſ-
ſet.Itē redimi nihil profuiſſet,niſi paracletus
mitteretur: & ideò in vigilia pēte.celebratur
baptiſmus:quia tūc per ſpiritū ſanctū munda
mur,& ſanctificamur:quoniā Dn̄s in cœlum
aſcēdēs diſcipulis promiſit,dicēs.Io.quidē ba
ptizauit aqua,vos autē baptizabimini ſpiritu
ſancto.Non poſt multos dies,id eſt,poſt hos
x.dies, quod & factū eſt. propter hoc ergo
Eccleſia in decima die poſt aſcēſionē cele-
brat baptiſmū, ad notandū quòd noſtri neo-
phyti baptizātur in ſpiritu ſancto,quēadmo-
dū & illi.Baptizātur etiā hodie ſolēniter: tū
ad hoc,vt poſt Paſcha nati, vel vt neceſsitati
bus impediti baptizētur:tū quia Petrus hodie





tria millia hominū baptizauit:tum quia Dei
filius in Dei digito fortē deuicit. ideóq; idē
opus per fidei myſteriū repræſentatur digito
venienti & filio reſurgēti:tum quia baptiſmi
regeneratio propria eſt ſpiritus ſancti opera-
tio:tum quia ſicut hodie deſcendit in Apoſto
los:quē deſcēſum Dominus baptiſmū appel
lauerat,dicēs:Vos autē baptizabimini ſpiritu
ſancto,ſic in baptiſmate deſcendit licet inui-
2 ſibiliter in baptizatos.Sed † cùm ſpirituſſan-
ctus die dominica & hora tertia miſſus fue-
rit in diſcipulos,quare baptiſmus fit in ſabba
to & hora nona? videtur enim quòd deberet
potius hora tertia celebrari.Reſpōdeo, quā-
uis baptiſma fiat in ſabbato: tamen ad illud
baptiſma pertinet,quod Apoſtoli acceperūt
in die pente.& quāuis illud eadē die,vel hora
nō celebretur,propter aliquas fluctuātes mū
di occaſiones:tum propter ſacramentū,quod
in ſe cōtinet,imitando Chriſti mortē, & eius
reſurrectionem,ne mēbra caput præcedant:
debemus illud baptiſma eidē diei,& dationē
ſpirituſſancti eidē horæ deputare. In baptiſ-
mo enim non tantū repræſentatur ſepultura
ſaluatoris:ſed etiam mors Chriſti per quam
baptiſmus plenā recipit efficaciā:& ipſe hora
nona emiſit ſpiritū.Centurio quoq;, ſicut ex
Act. 10 Act.Apoſt.habetur,eadē hora audiuit ab an-
gelo:Auditæ ſunt orationes tuę.& eadē hora
à beato Pet.baptizatus eſt.& hora nona ange
lus Domini venit ad eum,nuntians ei,vt mit-
teret ad Pe.qui eū baptizaret.xvj.diſt.deinde
ij.q.vij.non omnis.Inde ergo mos inoleuit,vt
hora nona fiat baptiſmus ſolēnis. Aliæ enim
ſunt huius horæ prærogatiuæ:prout dictum
eſt in quinta parte,ſub tit.de nona. Ideò autē
ſpiritus ſanctus datus eſt diſcipulis hora ter-
tia, quia fidem ſanctę trinitatis prædicaturi
erāt.hoc ſabbatum intitulatur ſabbatum xij.
lectionum:quia in primitiua Eccleſia xij. le-
ctiones legebantur:vt dictū eſt ſub iiij. feria
3 dominicæ aduentus.† Officium autem huius
diei,ferè idem eſt in pluribus Eccleſijs, cum
officio ſabbati paſchalis,& lectiones legun-
tur ante baptiſmum,ad inſtructionem bapti-
zandorum, & leguntur ſine tit. prout ibi di-
ctum eſt.Veruntamen quædam lectiones,ibi
leguntur, quæ non hîc:& quædam ibi quæ
hîc præpoſterè tamen.Ibi eſt enim prima le-
ctio:In principio.hîc verò eſt prima: Tenta-
uit.item ibi prius legitur: Apprehendent ſe-
ptem mulieres &c. & poſteà ſcripſit Moſes
&c.hîc verò econuersò.Circa quod notandū
eſt,quòd duo fuerunt patres:vnus ſecundum
carnem,ſcilicet Adam,qui propter inobedien
tiam Deo diſplicuit:& in quo omnes pecca-
uerunt,& mortui ſunt.Alter, ſecundum ſpi-
ritum,ſcilicet Abraham, propter obedientiā
placuit Deo:& eius imitatores liberati ſunt,
& viuunt.De primo agitur in vigilia Paſchę.
vnde tunc primò legitur.In principio &c.vbi
deſcribitur dignitas hominis pro quo omnia
facta ſunt: vt cauſa eius miſerabilior appa-
reat.& inde eſt,quòd non ſequitur ibi canti-
cum,quia non bene nobis cantauit: imò per
eum naſcimur ad lucem. adijcitur tamen le-
ctio: Factum eſt in vigilia &c. in qua per fi-
gurā maris rubri agitur de baptiſmo, in quo
Aegyptijs ſpiritualibus ſubmerſis, veri filij
Iſraël liberati ſunt. vnde ſequitur ibi canticū
victoriæ ſeu lætitiæ, ſcilicet Cantemus Do-
mino.Sed quia imitatores Adæ ad hoc,vt li-
berentur, primum inſtruendi ſunt in fide: &
poſteà in moribus:idcirco primò legitur ibi
lectio illa:Apprehendent.in qua de fide agi-
tur,& in qua Chriſtus à ſeptiformi gratia ſpi
rituſſancti apprehenſus oſtenditur: & poſteà
illa ſcripſit Moſes, in qua agitur de moribus:
in hac autem vigilia agitur de patre ſpiritua-
li,ſcilicet Abrahā. Vnde legitur tunc prima
lectio, ſcilicet Tentauit Deus Abraham: &
poſt eam dicitur canticum lætitiæ:quia nobis
bene cantauit, & per eius fidem ad gaudium
properamus:vnde dictū eſt ei:in ſemine tuo
4 benedicentur omnes gentes. Aiunt † tamen
quidam nullū tractū ſequi debere: quia poſt
promiſsionē ſibi factā nullū cecinit canticū
Abrahā, quia nullū ſociū cum quo cantaret,
habebat: ſolus Dei cultor, & peregrinus in
terra aliena. Hæc autē lectio bene congruit
huic diei:quia in effuſione ſpiritus ſancti da-
ta eſt gentibus benedictio: de qua dixit Do-
minus ad Abraham:in ſemine tuo benedicen
tur &c. huic etiam rectè congruit oratio:
Deus,qui Abrahæ &c.Secunda lectio eſt:Scri
pſit Moſes, quæ datur legem declarat, quæ
hodie data eſt, & nouam ſignificat: quæ in
cordibus fidelium diffuſa eſt:vnde canticum
ſequitur, in quo æterna lætitia repromitti-
tur. Sed quia veri Abrahæ filij bonos habue-
runt mores,antè,quàm ſeptē mulieres appre
henderēt,virū vnum,id eſt,ante,quā Chriſtus
ſeptiformis gratia ſpiritus ſancti repletus,na
ſceretur:& poſteà in nouo teſta. per baptiſ-

mum Chriſto coniuncti ſunt:ideò poſteà le-
gitur lectio:Apprehendent ſeptem mulieres
virum vnum:qui ſeptem dona ſpiritus ſancti
pronuntiant:quæ bonis moribus quemlibet
eorum informant.vnde ſequitur canticũ:quia
bonos mores gaudiũ comitatur. Quarta le-
ctio ſcilicet,Audi Iſraël virtutes , quæ dona
comitantur,inſinuat , vt ſapientiam, pruden-
tiam,lumẽ & pacem.vnde cãticum ſequitur:
quia pro his , & in his æternaliter gratulabi-
mur: Prima quidem,reſonat hiſtoriam:ſecun-
da,allegoriã:tertia , tropologiã:quarta verò,
5 anagogẽ. Prima † ergo lectio eſt : Tentauit
Deus Abraham. Sed quid pertinet modo di-
cere de immolatione Iſaac?Magis enim per-
tineret ad vigiliã Paſchæ? Reſpondeo , dici-
tur propter promiſsiones,quæ ſunt ibi,videli
cet:Multiplicabo ſemen tuum , ſicut ſtellas
cœli:baptizati enim ſunt ſtellę.Et iterum: In
ſemine tuo benedicentur omnes gentes.Hoc
enim conuenit baptizatis,qui ſunt verum ſe-
men,id eſt,veri filij Abrahæ.In lectione ve-
rò:Apprehendent ſeptẽ mulieres &c. Per ſe-
ptem mulieres ſignificantur ſeptẽ dona ſpiri
tus ſancti,quę dantur in baptiſmo. alia patẽt.
6 Poſteà fit † proceſsio ad fontes:ſicut & in vi-
gilia paſchæ:& cantatur miſſa ſine introitu:
quia Eccleſia non habet adhuc ſpiritũ ſanctũ,
ſaltẽ in tanta plenitudine,in quanta expectat
eũ in craſtino,qui eſt principiũ & finis omnis
7 boni.¶ In † vigilijs ergo Paſchæ & pente. Inci
pit miſſa à κύριε ἐλέησον,ſine introitu:vt dictũ
eſt ibi:& dicitur Gloria in excel. Deo:& hoc
more Apoſtolorum , qui etiam prius , quàm
ſpiritum ſanctũ acciperẽt , erant iugiter in tẽ
plo laudãtes,& benedicentes Dominũ.¶ Rur
ſus,quia angeli gaudent de renatis,ideò ſubij
citur Gloria in excelſis.¶ Poſteà ſequitur epi
8 ſtola de actibus Apoſtolorũ.† Cùm Apollo
&c.In qua habetur, quòd Paulus baptizabat
baptizatos à Ioã.j.q.j.dedit.quoniam in ſpiri
tum ſanctum non credebant. dixerunt enim,
Sed neque ſi ſpiritus ſanctus eſt , audiuimus.
Poſtmodũ ſequitur vnũ allelu Ia,ſcilicet,Cõ
fitemini:in gratiarum actione,pro baptizatis:
quia ab omni peccato liberati ſunt. Dicitur
ergo hodie allelu Ia : nec dicitur flectamus
genua:quia hoc eſt ieiunium exultationis &
lætitiæ propter reſurrectionẽ & aſcenſionẽ.
9 ¶ Sequitur tractus.Sed † quare hoc,cùm ſpiri-
tus ſanctus omnia faciat leuia?Ad hoc dicẽdũ
eſt,quòd hoc fit propter baptizatos, qui mul
tos tractus miſeriarũ paſſuri ſunt , ſi vixerint.
Poſtmodũ ſequitur euãge. Io.xiij.ca. de pro-
miſsione ſpiritus ſancti.Si diligitis me,mãda-
ta mea ſeruate &c.Credo in vnũ Deum. Nõ
eſt etiã obmittẽdũ : quia cùm ſymbolũ hoc
deriuatũ ſit à ſymbolo Apoſtolorũ:fidẽ quã
habebãt,inſinuat:offerẽda. Emitte,manifeſtè
ad operationẽ ſpiritus ſancti pertinet : quia
per eũ renouatur facies terræ ex delicto. Ad
maledicta per eũ,Dominus benedicitur . per
eũ cœlũ ſicut pellis extenditur,id eſt,ſcriptu-
ra, vt quaſi nihil lateat explanetur : ſimiliter
& cõmunio.Vltimo &c.Ioã.vij.c. ad eandem
pertinet ſpiritus ſancti operationẽ , qui facit
flumina velut aquæ viuæ de ventre credẽtis
exire,id eſt, affluentiã ſalutaris doctrinæ : &
eſt,vt quibuſdã placet, hæc miſſa per Benedi
10 camus Dño cõcludẽda.¶ In † veſperis hi pſal.
ſecundũ quarundã Eccleſiarũ conſuetudinẽ
cõcinuntur , ſcilicet,Laudate pueri. Laudate
Dñm omnes gẽtes.Lauda anima mea Dñm.
Laudate Dñm, quoniã bonus eſt Pſal.Lauda
Hieruſalẽ Dominũ:eò,quòd in his pſal. lau-
des Dei magis reſonare videtur. Vbi enim ſpi
ritus ſpirat,organum ad laudes inuitat.

## SVMMA.

1 Pentecoſte quid,& vnde dicatur.
2 Pentecoſtes feſtum,an habeat octauas.
3 Pentecoſtes nocturnum quot habeat lectio-
nes,quótq; pſalmos.& num.4.
5 Vita actiua & contemplatiua eſt in Eccleſia.
6 Pentecoſtes lectiones tres,quid ſignificent.
7 Pentecoſtes Miſſa,& eius expoſitio.& nu.11.
8 Spiritus ſanctus,cur dicatur paracletus.
9 Pentecoſtes feſtum,cur quinquaginta diebus
à Paſchate,celebretur.& num.10.

## *De die ſancto* Penteco. CAP. CVII.

1 PEntecoſtes † ſicut & Paſcha
apud hebr. celebre feſtũ erat,
quod poſt quinq; decades Pa-
ſchæ celebratur:vnde & voca-
bulum ſumpſit. Nã πεντηκοστὴ,
dicitur à πέντε, quod eſt quinq;: & κοσός quod
eſt decem.Vocatur enim pente.quinquageſi-
mus dies à Paſcha,prout iam dicetur.¶ Inter
hoc feſtũ & aduentũ Domini cãtatur Allelu
Ia & Gloria in ex.Deo : prout dictum eſt in
prœmio huius partis,& ſub tit.de vij.diebus
poſt Paſcha.Idcirco autem allelu Ia frequen
ter canta



ter cantatur per totam hebdomadam pente.
quia per dies pente. Eccleſia per baptiſmum
Deo populos congregat:& ideò ſaluti eorũ
congaudens quouſq; albis vtuntur veſtibus
hymnum laudis decantant.Tunc enim ſtan-
tes oramus in ſignum liberationis eorundẽ,
qui per dona ſpiritus ſancti de morte ad vitã
reſuſcitari meruerunt. Hac enim die miſſus
eſt in Apoſtolos in linguis igneis.Sanè octa-
2 ua † pente.à quibuſdam celebratur:quia ſicut
in ſeptenario hebdomadarũ qui præcedit in-
telligitur perfectio bonorum operum ſepti-
formis ſpiritus:ita in octaua intelligatur cõ-
ſummatio præmiorum, quorũ vtrũq; appro-
priatur ſpiritui ſancto , licet tota trinitas
vtrũq; operetur : quoniam indiuiſibilia ſunt
opera trinitatis:de conſe.diſt.iiij.c.fi.Sed quia
ſpiritus ſanctus, eſt amor patris & filij : & ex
ſolo amore:hoc dat & dabit nobis Dominus:
idcirco ſpiritui ſancto adſcribitur.¶ Alij verò
non celebrant octauam pente. Nam cùm
ſolum ſeptem ſint ſpiritus ſancti dona, ſolũ
ſeptem diebus fieri debet feſtum pente. Et
ideò Clemens papa dicit in ſua epiſtola de-
cre.extrà de fer.capellanis . quòd hoc feſtũ
caret octauis.Sed pari ratione nec paſcha de-
beret octauam habere , niſi ſolum vnum diẽ
propter vnitatem. ¶ Rurſus hoc feſtum vij.
diebus agitur propter præſentis vitæ ſeptena
rium : vel propter animarum ſabbatiſmum:
vel quia per ſeptem ſpiritus ſancti dona cor-
poribus & animabus plena gaudia conferun-
tur. Vnde ſeptem vltimi pſalmi à laudibus
intitulantur:quia per ſeptiformis gratiæ ope
rationem gaudia conferuntur æterna . De
hoc dicetur ſub dominica prima poſt pente.
Vtrum pente.ſit hebdomadaria feſtiuitas,di-
ctum eſt ſub titu.de vij. diebus poſt paſcha.
3 ¶ In nocte † pente. leguntur tres lectiones,
& dicuntur tres pſalmi cum tribus antipho-
nis , ſicut fit in nocte Paſchæ ad notandum
vnum eſſe opus totius ſanctę Trinitatis in
potentia miraculorum. Quidam tamen le-
gunt nouem lectiones,ſicut fit in alijs domi-
nicis : ſed tamen canonicum eſt tres dunta-
xat legere , propter ſacramentum baptiſmi
in trium perſonarum nomine celebrati : vel
ob triduanam Domini ſepulturam,cui ſumus
4 in baptiſmo conſepulti. ¶ Rurſus † ideò tres
pſalmi cum tribus antiphonis dicuntur : quia
ſpiritus ſanctus tria circa Apoſtolos opera-
tus eſt. Nam veteres innouauit : innouatos
confirmauit : & confirmatos ad alios con-
uertendos miſit : ad primum pertinet , quod
dicitur in prima antiphona : Factus eſt re-
pentè de cœlo ſonus. Ad ſecundum , quod
dicitur in ſecunda : Confirma hoc Deus. Ad
tertium , quod dicitur in tertia : Emitte ſpi-
ritum tuum. Eorum enim myſterio docti
ſunt alij, & ſpiritu ſancto interius renati : &
quia in ipſis Apoſtolis duo operatur ſpiritus
ſanctus, id eſt, remiſsionem peccatorum , &
operationem miraculorum &c. idcirco illæ
antiphonæ terminantur per duplex allelu
Ia. Verum ſi diligenter attendere volumus
& conferre pſalmos & antiphonas , quæ di-
cuntur in paſcha:cum his , quæ dicuntur in
pẽte.alia ratio inuenitur. Nam ibi intra heb-
domadam fit variatio pſalmorum : antipho-
narum & tonorum. Hîc autem nec in ipſa
die , nec in alijs fit variatio : & omnes illæ
antiphonæ ſunt vnius toni:ſcilicet octaui : &
eiuſdem differentiæ. Ratio autem eſt , quia
quaſi duplex baptiſma legimus Apoſtolo-
rum:primum quo perceperunt remiſsionem
peccatorum:nam eos baptizatos eſſe Chriſti
baptiſmo , ambigendum non eſt : vt dictum
eſt ſub titu.de vigilia Paſchæ. Secundum re-
ceperunt ad robur virtutum:& ad operatio-
nem miraculorum:& ad repulſionem illece-
brarum omnium ſecularium. Primò bapti-
zatus fuerat Pe. cùm ad vocem ancillæ Chri
ſtum negauit. Secundò , baptizatus fuit in
die penteco. cùm coram regibus & princi-
pibus non timuit prædicare verbum Dei. In
primo ergo multa inſtabilitas & varietas
fuit circa diſcipulos. In ſecundò vniformi-
tas & ſtabilitas. In hunc etiam modum in
5 Eccleſia Dei duo ſunt † genera bonorum,
ſcilicet actiuorum & contemplatiuorum.
Actiua vita conſiſtit in bonis operibus,id eſt,
in adminiſtratione exteriorum , in qua con-
ſtituti ab amore temporalium non omnino
ſeparantur : licet amorem Dei amori tem-
poralium præferant. Contemplatiua conſi-
ſtit in dilectione & contemplatione.Hæ duę
vitæ per Mariam & Martham ſignificatæ
ſunt : extrà de renun. niſi .Mariæ pars dicta
eſt optima:iuxta illud : Maria optimam par- Luc. 10
tem elegit &c. non tamen reprehenditur
pars Marthæ : quia & ipſa actiua vita bona
eſt , quæ hic inchoatur & terminatur. Con-
templatiua verò optima eſt : quæ inchoatur
hîc,& in futuro conſummatur: in illa tamen


eſt multa

eſt multa varietas & in iſta vniformitas, ꝓut
in hac vita eſſe poteſt. antiphonæ ergo cum
pſal. qui cantantur in Paſcha, pertinent ad vi-
tam actiuam: & idcirco in eis eſt varietas:
antiphonæ verò, & pſalmi qui cantantur in
pente. pertinent ad contemplatiuam vitam:
& ideò in eis eſt vniformitas: in prima enim
antiphona quæ eſt in Paſcha, cantatur & di-
citur: Conſilium meum non eſt cum impijs.
Hîc dicitur: Factus eſt repentè de cœlo ſo-
nus &c. Spiritus ſeu ventus veniens ſolet pul-
uerem à facie terræ deijcere. Magna enim
eſt differentia inter dona ſpiritus ſancti, quo
ſeparantur fideles ab impijs, & donum, quo
omnis puluis terrenarum cogitationum à pe
ctore humano tollitur, illud ad actiuam vi-
tam pertinet: hoc ad contemplatiuam. In ſe-
cunda ibi dicitur: Poſtulaui patrem meū &c.
Hic verò dicitur: Confirma hoc Deus &c. Ad
omnes quidem fideles pertinet eſſe de hære
ditate Domini: ſed ad paucos pertinet eſſe à
terrenis cogitationibus ſeparatos, & in hoc
confirmatos, ne ad terrena redeant: ſed per
conuerſationem eſſe in Hieruſalem cœleſti,
& ibi allelu Ia cantare non ceſſent, quod hîc
petitur. In tertia ibi dicitur: Ego dormiui, &
ſomnum cepi &c. Hic dicitur: Emitte ſpiritū
tuum, & creabuntur &c. Omnes fideles &
boni à vitijs reſurgunt, vel reſurrexerunt, ſi-
cut Chriſtus à mortuis reſurrexit, quod ibi
dicitur: hîc verò in paucis renouatur facies
terræ, id eſt, ratio animæ, quòd ſit ab omni
puluere terrenorum deſideriorum immunis.
ibi ergo, hoc eſt in vita actiua, quæ ibi oſten-
ditur eſt inchoatio: hîc autem hoc eſt in con
templatiua, quæ hîc oſtenditur eſt perfectio
& conſummatio. ibi varietas, hîc vniformitas:
& propterea ibi variantur antiphonæ & pſal.
hîc non propter hanc conſummationem &
vniformitatem notandam. Antiphonæ ſunt
octaui toni, & eiuſdem differentiæ: quia octo
ſunt beatitudines, quarum octaua redit ad
caput: nam in prima dicitur: Beati pauperes
ſpiritu &c. Et in octaua: Beati qui perſecu-
tionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam
6 ipſorum eſt regnū cœlorum. Propter † hanc
eandem conſummationē notādum eſt quòd
in quibuſdam Eccleſijs celebratur octaua
pente. per hos quoq; ſeptem dies tres quo-
tidie leguntur lectiones: vt vij. fratres tres
procurent ſorores, id eſt, ſeptem dona ſpiri-
tus ſancti, per illos ſignificata tres virtutes,
ſcilicet fidem, ſpem, & charitatē: prout Greg.
proſequitur in moralibus. Horum enim die-
rum officia ſeptem donis ſpiritus ſancti ada-
ptantur. heſternum igitur & hodiernum per-
tinet ad ſapientiam, & intellectum, vt ex ope
ribus patet. Per totam etiam ſeptimanā ſunt
ſolennitates ſeruandę. Dicitur enim Gloria
in ex. Allelu Ia. Credo. Ite miſſa eſt. & Te
Deum lau. prout in ſe. titu. dicetur. Dicitur
etiam ad horas capitulum. Dum compleren-
tur. Act. ij. & illud, Spiritus Domini. Sap. j. cap.
& illud, Charitas Dei. Rom. v. ca. Sequitur vi-
7 dere de officio miſſæ. & quidē in † die pente.
celebratur feſtum de aduentu ſpiritus ſancti.
Viſibiliter enim deſcendit tunc in diſcipulos:
& fuit hoc miraculum & augmentum, quod
non potuerunt calumniari Iudæi. Reſurre-
ctionem enim & aſcenſionem calumniaban-
tur: ſed hoc non potuerunt facere de aduen-
tu ſpiritus ſancti: quia ex omni natione, quæ
ſub cœlo eſt, conuenerant ad diem feſtum:
& tunc deſcendit ſpiritus ſanctus viſibiliter
in diſcipulos, ſicut Chriſtus promiſerat, & lo
quebantur omnibus linguis coram omnibus:
& ideò incipit introitus Sapientiæ j. ca. Spi-
ritus Domini repleuit orbem terrarū, id eſt,
Eccleſiam, quæ dicitur orbis terrarum. ſicut
enim extra orbem terrarum nihil viuit ad li-
teram: ſic extra eccleſiam, nil viuit ſpirituali-
ter. ſequitur: Et hoc quod continet omnia,
id eſt, ſpiritus ſanctus, cuius bonitati omnia
ſubſiſtunt. habet ſcientiam vocis, id eſt, lin-
guarum. & ita potuit dare & dedit Apoſto-
lis. Vnde confuſi ſunt inimici Chriſti. & ideò
ſequitur verſus: Exurgat Deus, & diſſipentur Pſal. 67
inimici eius. Per ſpiritum enim ſanctū omnes
dæmones compelluntur & eijciuntur. ¶ Rur-
ſus impleuit orbem terrarum, dum Apoſto-
los inebriauit, quorum ſonus in omnem ter-
ram exiuit: de quo ſono dicitur in epiſtola:
Factus eſt repentè de cœlo ſonus. & quo-
niam orbis terræ per quatuor climata ſe-
paratur, ideò quater in introitu allelu Ia con
cinitur. Duplex verò allelu Ia, quod poſt epi
ſtolam canitur, ſignificat duplicandam læti-
tiam: vel ſanctū ſpiritum bis Apoſtolis fuiſſe
datū, ſcilicet de terra, & de cœlo: vel eos ſpiri
tu & mente pſallētes: vel duorū populorum
conuerſionem. Et hoc quod continet omnia
ſciētiam habet vocis, id eſt, noui, qua mente
quiſq; loquebatur. vel habet ſcientiam homi
num, per quæ & de quibus poteſt vox hu-
mana



mana variari: vel ſcientiam vocis, id eſt vocem
ſcientiæ. habet, id eſt facit nos habere: vt quæ
ipſo inſpirante Apoſtoli proferrent cum intel
ligentia pronūtiarent. ¶ Et nota, quòd ſanctus
8 ſpiritus, † παράκλητος dicitur: quod verbum
Græcè, Latinè ſonat aduocatus, quod nomen
& filio & ſpiritui ſancto adſcribitur: Vnde Do
minus in euangelio: Rogabo patrem meum,
& alium paracletum dabit vobis. & Ioānes in
euāgelio. Aduocatum habemus apud patrem
Ieſum Chriſtum iuſtum. Dicitur etiam para-
cletus cōſolator. nam παράκλησις, dicitur La
tinè conſolatio. Poſtmodum ſequitur epiſto-
9 la de Actis Apoſtol. ij. cap. Dum† complerēn-
tur dies Penteco. dies, ſcilicet quinquageſima
à reſurrectiōe. ſicut enim quinquageſima die
à Paſcha fiebat Penteco. Iudæorum: ita & no
ſtrum fit: & ſicut populus Iſraël quinquageſi-
ma die ab immolatione agni paſchalis ſiue à
Paſcha, quod celebrauerunt in Ramatha, ve-
nerunt ad montem Dei Oreb, vel Coreb, vel
Synai, quod idem eſt: & tunc legem accepe-
runt: ita & die quinquageſima à reſurrectio-
ne Domini datus eſt ſpiritus ſanctus diſcipu-
lis in ſuperiori cœnaculo, illius aduentum ex-
pectantibus. præcipitur enim Leuiti. xxiij. vt in
die Pentecoſtes offerantur noui panes, ſcilicet
propoſitionis de nouis frugibus, per quod ſi-
gnificatur, quòd debemus Deo gratias agere
ex eo, quòd eadem die dedit nouam legē, per
ſpiritum ſanctū. in qua die data eſt lex vetus,
ſcilicet quinquageſima die à Paſcha: de quo
dicetur in procemio ſeptimæ partis de dono,
cuius debemus laudare Deum: quod eſt offer
re panem nouum: quia etiam lex vetus ſpiri-
tualiter intellecta, noua eſt. Et attende, quo-
niam agnus immolatus eſt. xiiij. die Aprilis.
lex verò data eſt. xiiij. die menſis tertij. dicitur
tamē eſſe data tertia die. Iam enim, vt inquit
ſcriptura, aduenerat tertia dies: & mane incla-
ruerat, & cœperunt audiri tonitrua. die nanq;
tertia deſcendit Dominus ſuper montem ad
dandam legem: & Moſes aſcendit ad Deū, &
deſcendens narrauit omnia plebi: manéque
rurſus aſcendens duas tabulas ſcriptas acce-
pit. & caue, vt in ſecundo menſe. xxx. duntaxat
computes dies ſecundum lunam. ergo xvj. in
menſe primo. xxx. in ſecundo. & quatuor in
tertio faciunt quinquaginta. ¶ Rurſus in quin
quageſimo anno erat iubileus annus: qui in-
terpretatur remiſſionis annus: quia ſeptenis
annorum hebdomadibus, id eſt quadraginta-
nouem annis texitur: in quo clangebant tu-
bæ, omnia debita remittebantur: ſerui manu-
mittebantur: & libertas conceſſa confirma-
batur: atque poſſeſſiones alienatæ omnibus
reſtituebantur: vt dictum eſt ſub Dominica
quinquageſimæ. Similiter in diebus Penteco-
ſtes hunc numerum poſt Domini reſurrectio
nem obſeruamus ſuſcipientes aduenientem
in nos ſpiritus ſancti gratiam, per quem effi-
cimur filij Dei, & virtutum poſſeſſio nobis
reſtituitur: & remiſſa culpa, & totius debiti
chirographo euacuato ab omni ſeruitutis ne-
xu liberi efficimur. lxxxv. diſtinctio. hunc nu-
merum. Præterea iſte numerus quinquageſi-
mus reſultat ex ſeptenario numero, ducto in
10 ſeipſo ſuperaddita vnitate. Septem† enim ſunt
hebdomadæ à Paſcha, vſque ad Pentecoſten,
& ita competenter quinquageſima die à Pa-
ſcha eſt Pentecoſtes, in quo datur ſpiritus ſan
ctus, cuius dona ſunt ſeptem, quæ dantur ab
vno. Iudæi enim ſeptenarium numerum non
ſine figura in omnibus obſeruant: prout di-
ctum eſt ſub quinquageſima. Aſcenſio autem
facta fuit quadrageſima die, qui eſt numerus
pœnitentiæ: & hoc competens fuit: quia per
pœnitentiam homo fit ſimilis Deo: & hoc
eſt aſcendere. Sed videtur, quòd ſicut Iudæi
ab immolatione agni typici quinquaginta
dies computando: ibi faciebant ſuum Pente-
coſten, ita & nos quinquaginta dies ab immo
latione agni deberemus computare. & ſic de-
bemus noſtrum Pentecoſten facere in die
veneris antè, quàm modo facimus quod do-
cet computatio. Ad hoc dicimus, quod non
faciebant computationem ab immolatione
agni, ſed à ſequenti dominica. Vnde legitur
Leuitic. xxij. Numerabitis ab vltima die ſab-
bati, id eſt à dominica, quæ eſt altera dies
poſt ſabbatum. Numerabitis dico ſeptē heb-
domadas, vſque ad alteram diem completio-
nis ſeptimæ hebdomadæ: hoc dicit ſpiritus
ſanctus per Moſen, innuens per hoc Pente-
coſten Chriſtianorum, quòd ſemper eſt in die
dominica. Dixit ergo Lucas de hac die: Dum
complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes
diſcipuli pariter in eodem loco, id eſt in con-
ſona, & concordi vnitate, & factus eſt repen-
tè de cœlo ſonus: quia exiſtentibus in pœni-
tentia, qui eſt annus iubileus, & completo
Pentecoſte, exiſtentibus in vnitate datur ſpi-
ritus ſanctus, ſed repentè: quia neſcit tarda ha
bere rerum molimina ſpiritus ſancti gratia.

In igne autem deſcendit:quia ſicut ignis illu
minat & inflammat:ita ſpiritus ſanctus illu-
minat ad cognitionem Dei,& inflammat ad
amorẽ Dei.Apparuit ergo in linguis igneis,
vt facundi eſſent in omni genere linguarum.
Et quia ipſe eſt lingua, quæ de occulto ſuæ
bonitatis verbũ protulit,in vterum virginis,
& profert verbum in corde hominis.Matt.x.
Vos non eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus pa-
tris veſtri qui loquitur in vobis:ipſe enim
quos replet,eloquentes facit.Sequitur:Quaſi
11 † aduenientis ſpiritus vehementis. hoc autẽ
dicit quia nullus potuit reſiſtere ſpiritui ſan-
cto:nec Apoſtolis.Vnde Dominus in euange
lio Matth.Ego dabo vobis os,& ſapientiam,
cui non poterunt reſiſtere, & contradicere
omnes aduerſarij veſtri.Et de beato Stepha-
no ſcriptum eſt in Act. quòd non poterant
reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui,qui loquebatur.
Quia verò in epiſtola dicitur:Et factus eſt re
pentè de cœlo ſonus tanquam aduenientis
ſpiritus vehementis &c.ideò ad hoc repræ-
ſentandum in nonnullis Eccleſijs clanguntur
tubæ dum ſequentia dicitur.venit enim ſpiri
tus ſanctus in ſpiritu vehementi: quia ſicut
ventus vehemens proijcit puluerem à facie
terræ:ſic ſpiritus ſanctus eijcit à corde homi
nis omnem terrenitatem.Tubis quidem vte-
bantur antiqui:vt legitur in numeris ad mul-
titudinem congregandam:ad dimicandum,&
ad congratulandum in diebus feſtiuis:cum di
uerſitate tamen ſonorum: quarum vſus fuit
tantę virtutis in iubilo,vt ad crepitũ ſiue ſonũ
earum corruerent muri Hierico.hæc ſiquidẽ
ſunt duo teſtamẽta:vel prædicatores:quibus
ad procinctum fidei populus euocatur, ad
pœnitentiam & lacrymabilem compunctio-
nem excitatur,ad laudes Domino exhiben-
das inuitatur:& ad montem Syon & ad ciuita
tem ſanctam Hieruſalem:& multorũ milliũ
angelorum frequentiam:& ad futurum Dei
iudiciũ prouocatur.Et vide, quia in aduerſis
& proſperis tubis clangitur:quia omne tem-
pus conuenit verbo.Vnde benedicam Domi
num in omni tempore, ſemper laus eius in
ore meo. De organis dictum eſt in quarta
parte,ſub titulo de ſanctis.Tunc etiam ex al-
to ignis proijcitur: quia ſpiritus ſanctus de-
ſcendit in diſcipulos in igneis linguis,& etiam
flores varij ad denotandum gaudium & di-
uerſitatem linguarũ & virtutum. Columbæ
etiam per Eccleſiam dimittuntur,in quo ipſa
ſpiritus ſancti miſsio deſignatur.Poſt epiſto-
lam dicitur graduale in quibuſdam Eccleſijs:
quia feſtum paſchale terminatũ eſt. Tamen
in quibuſdam alijs,dicitur duplex allelu Ia:
quia ſpiritus ſanctus datus eſt geminæ ſtolæ.
¶Euangelium:Si quis diligit me. Ioan.xiiij.
cap.manifeſtè eſt de ſpiritu ſancto.¶Poſtcõ-
munio eſt: Factus eſt.Act.ij.cap. Quare hoc
feſtum celebratur à Iudæis:quare à Chriſtia-
nis:dicetur in procemio ſeptimę partis.

S V M M A.

1 Miſſa feriæ ſecũdæ poſt Pentecoſten,& eius
expoſitio.& nume.2.

### *De ſecunda feria.* CAP. CVIII.

SEquitur ſecũda feria,in qua oſten
ditur, quòd non tantũmodo eſt
data lex Iudæis: ſed etiam genti-
bus. vnde introitus eſt: Cibauit
1 eos † ex adipe frumenti,id eſt de intelligen
tia ſpirituali.& petra melle,id eſt,melliflua
doctrina Chriſti ſaturauit eos.& hoc habetur
in epiſtola: Aperiens Petrus.quæ eſt Act.x.
cap.in qua habetur quòd adhuc loquente Pe
tro deſcendit ſpiritus ſanctus.Vel frumentũ
Chriſtus eſt cuius adeps eſt ſpiritus ſanctus,
quo fideles ſatiantur, cum ſpiritu ſancto re-
plentur:quia etiam ſatiantur melle:& de pe-
tra,id eſt, doctrina de Chriſto procedente:
in quo ſunt omnes theſauri ſapiẽtiæ & ſcien
tiæ Dei. Hîc autem propter promiſsiones,
quæ ibi continentur concinitur, quater alle-
lu Ia:ſicut in feria tertia & ſabbato expone-
tur.de hoc dictum eſt in tertia dominica poſt
Paſcha.Allelu Ia eſt,Spiritus Domini.Sapien.
j.cap.Aliud,Allelu Ia.Loquebantur.Act.ij.ca.
Euangelium verò Ioan.iij cap. non videtur
conuenire ſpiritui ſancto: ſed concordat epi-
ſtolæ.ibi enim oſtenditur,quod non tantum
Iudæis,ſed etiam gentibus data eſt lex,dicẽs:
Sic Deus dilexit mundum.ſupple non tantũ
Iudæos:vt filium ſuum vnigenitum daret.&
poſteà ſequitur.Vt omnis qui credit in illum
non pereat.Et nota terribile verbum, quod
qui non credit in eum iam iudicatus eſt.Præ-
tereà,per hoc quod de dilectione mentio fit,
ſpiritus ſanctus,qui amor eſt, ſatis exprimi-
2 tur.Poſtcõmunio eſt:Spiritus † ſanctus.Ioan.
xiiij cap.Et eſt ſciendum,quòd per totã hanc
ſeptimanam in miſſa ſunt ſolennitates ſeruan
dæ:vt Gloria in excelſis.Credo.Ite miſſa eſt.
Te Deum.& allelu Ia:vt baptizatorũ ſaluti
congau



congaudeamus:& vt futuræ lætitiæ plenitu-
dinem figuremus.Poſtremò, notandum eſt,
quòd Dominus non prædicauit gentibus per
ſe,ſed per Apoſtolos. vnde: Ite, baptizate
omnes in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſan
cti.ſicut Iſaac iunior filio ſuo nihil præcepit
de offerendo ſibi cibum, vt benedictionem
acciperet:ſed per operationem Rebeccæ pri
matum benedictionis accepit:& quia hæc fa-
cta ſunt Dei occulto iudicio: ideò officium
huius feriæ ſecundæ pertinet ad conſilium:
quod eſt donum ſpiritus ſancti.

S V M M A.

1 Miſſa feriæ tertiæ poſt Pentecoſten,&
eius expoſitio.& nume.2.3.

### *De tertia feria.* CAP. CIX.

SEquitur tertia feria:& quia ſpi-
1 ritus ſanctus † non datur, niſi
per miniſtros:ideò in tertia fe-
ria dicitur introitus in perſona
prælatorum:Accipite iucundi-
tatem gloriæ veſtræ:in quo quia per geminã
dilectionem ad fidem pertingimus Trinita-
tis,ideò quinquies cõcinimus allelu Ia.& eſt
ſenſus: Accipite iucunditatem gloriæ,id eſt,
ſpiritum ſanctum:quia vos glorificabit & cla
rificabit,vt quiſque de ſe dicere poſsit quod
dicitur in communione. Spiritus qui à patre
2 procedit,ille clarificabit.Sequitur † epiſtola:
Cùm audiſſent Apoſtoli.Act.viij.cap.vbi ſe-
quitur:Tunc imponebant manus ſuper illos,
& accipiebant ſpiritũ ſanctum:quia in impo-
ſitione manus accipiebant ſpiritum ſanctum.
Euangelium Ioan.x.concordat epiſtolæ vbi
dicitur: Qui non intrat per oſtium &c.non
enim intrat in Eccleſiam: qui non intrat per
eos,qui ſunt oſtium,ſcilicet per Chriſtum &
Apoſtolos:nam hæretici non dant ſpiritum
ſanctum,niſi inquantũ cõueniunt cum Eccle-
ſia:& quoniam Apoſtoli & eorum ſucceſſo-
3 res hæreſiarcas in ſpiritu fortitudinis ſunt
aggreſsi,& aggrediuntur: ideò officiũ † ho-
diernum pertinet ad fortitudinem, quæ eſt
ſpiritus ſanctus,ſcilicet donum. Rurſus ſpiri-
tus ſanctus oſtiarius eſt,qui per oſtiũ intro-
ducit ad patrem:quod etiam in offertorio ca-
nitur portas cœli,id eſt,Apoſtolorum ſcriptu
ras aperiet.Poſtcommunio eſt:Spiritus,qui à
patre.Ioan.ix.

S V M M A.

1 Ieiunij formã Apoſtoli nobis tradiderũt.
2 Feria quarta poſt Pentecoſten, habet qua-
tuor tempora.& nume.3.
4 Miſſa feriæ quartæ poſt Pentecoſten,& eius
expoſitio.& nume.5.

### *De quarta feria.* CAP. CX.

SEquitur quarta feria,in qua fiunt
ieiunia quatuor temporum.Apo-
1 ſtoli nãque † nobis exemplum
ieiunandi hoc tempore relique
runt:qui poſt ſuſceptum ſpiritum ſanctum,
ſicut mentes auerterant à cæteris mundi il-
lecebris:ſic & ab epularũ appetitu. licet enim
quãdiu cum illis fuit Chriſtus nõ ieiunarent,
poſt ablationem tamen eius ſpõtaneis ſe ſub-
didere ieiunijs.Sponſo enim ablato, eis ieiu-
nandum erat, ſicut Dominus prædixerat:
Quando ſponſus auferetur ab eis,tunc ieiu-
nabunt.Vnde repleti ſpiritu ſancto,ſponte ie
iunare cœperunt.quo circa in præcedenti ſe-
cunda feria quidam æſtiualem inchoãt qua-
2 drageſimam. Alij † verò ſanius hodiernum
ieiuniũ autumant eſſe huius temporis qua-
drageſimæ initium,cui quidam terminum ſta
tuunt in feſtiuitate ſancti Ioannis baptiſtæ,
ſiue ſex habeat hebdomadas,ſiue non. Ter-
tij feſtiuitatem ſancti Ioannis includunt: &
eò vſque ieiunantes, ſine termino præfixo
procedunt,donec ſenarium compleant nume
rum.Hanc quadrageſimam probat Hier.non
eſſe neceſsitatis,ſed voluntatis, dicens: Nos
vnam facimus quadrageſimam,illi tres,quaſi
tres paſsi fuerint ſaluatores:nõ quòd per to-
tum annum ieiunare non liceat excepto Pen
teco.ſed quia aliud eſt neceſsitate, aliud vo-
luntate munus offerre.Sed hoc dicit Hiero.
contra Montanum hæreticum,qui apud ſuos
tribus quadrageſimis ſtatuit ieiunandũ:& di-
3 citur hoc † ieiunium æſtatis quod eſt ieiuniũ
exultationis,in quo genua nõ flectimus:imò
cantica lætitiæ dicimus, vt dictum eſt ſub
quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus.
Hoc autẽ ieiunium ſtatutũ eſt ab Eccleſia in
tali tempore: quia qui in ſe ſentit gratiã ſan-
cti ſpiritus,leuiter & cum gaudio ieiunat:&
etiã quia ſuper ieiunantes deſcendit ſpiritus
ſanctus viſibiliter: & ideò incipit introitus:
Deus cùm egredieris in cõſpectu populi tui
&c.Egreditur autẽ Dñs quãdo aliquo ſigno
viſibili,venit ad auxilium hominũ. Egreſſus
verò eſt,cum dedit nobis filiũ ſuũ,qui venit
pandens iter ante nos: vt dicitur Micheæ ij.
Tunc

Tunc egreſſus eſt etiam per ſpiritus ſancti miſsionem:quando viſibiliter deſcendit ſuper Apoſtolos : & quia per hoc diſsipati ſunt inimici , ideò ſequitur verſiculus : Exurgat Deus:& diſsipentur inimici eius &c. Sequitur in quibuſdam Eccleſijs lectio de principio ſapientiæ,ſcilicet:Diligite iuſtitiam,qui iudicatis terram:vbi oſtenditur qualiter poterit haberi ſpiritus ſanctus:ibi Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum.j.quæſtio.j.ſaluator.&
4 in fine dicitur:Spiritus Domini repleuit † orbem terrarum,&c.Poſtmodum ſequitur epiſtola:Stans Petrus &c.Act.ij.in qua oſtenditur,quòd ſuper ieiunantes deſcendit ſpiritus ſanctus. & ibi ſequitur : Non enim iſti ſunt ebrij,ſicut vos dicitis,cùm ſit hora diei tertia: ſed hoc eſt quod dixit Dominus per prophetam Iohel.Effundam de ſpiritu meo , ſuper omnem carnem:& prophetabunt filij veſtri & filiæ veſtræ &c.In alijs verò Eccleſijs dicitur prima lectio:Stans Petrus.& poſtmodũ epiſtola : Per manus autem. Act.v.cap.Duæ itaque lectiones leguntur : quia duo populi ad fidem conuertuntur:vel quia ordinandi in vtriuſque teſtamenti pagina imbuuntur.Sequitur allelu Ia:quia eſt ieiunium exultationis:vt dictum eſt:& dicunt quidam : Pater,cũ eſſem.Ioan.xviij.Sequitur euangelium Ioan. vj.cap.Nemo venit ad me,niſi pater,qui miſit me traxerit eum,ſcilicet per ſpiritum ſanctum.& poſt ſequitur:Patres veſtri manducauerunt manna,& mortui ſunt:qui manducat ex hoc pane viuet in æternum:quia egreſſum eſt coram Chriſtianis manna ſpirituale,ſicut antè coram Iudæis:ſed temporale manducantes & corporale,mortui ſunt.Qui verò manducauerit ſpirituale,non morietur morte,ſcilicet incredulitatis ſiue gehennali.vnde patet quòd elegantius egreſſus eſt Dominus corã nouo populo,quàm coram veteri. Cõmunio
5 eſt:†Pacem &c.Et eſt Ioan.xiiij.cap.Et attende,quòd officium huius quartæ feriæ prædicat ſcientiam,quæ eſt donum ſpiritus ſancti, qui vſque adeò ſanctos illuminat , quòd de quinque libris Moſi paucíſque propheratũ ſcripturis librorũ,copia creuit:quod miſticè innuit nobis euangelium , de quinque panibus & duobus piſcibus : quod hodie in quibuſdam Eccleſijs legitur.

SVMMA.

1 Feria quinta poſt Pentecoſten , non habet officium propriũ.Et vnde mutuetur.

## *De quinta feria.* CAP. CXI.

1 SEquitur quinta feria,quæ ſecundum aliquas Eccleſias † non habet introitum proprium:ſed quia Dominus deſcendit in die dominica per miſsionem ſpiritus ſancti.& quinta feria aſcendit in cœlum:ideò diei dominicæ & quintæ feriæ cõmunis eſt introitus.A dominica ergo mutuatur,nec habet proprium,vt à ſabbato in ſabbatum ſeptem ſunt duntaxat officia,ſeptem donis ſpiritus ſancti deputata. quidam tamen,& huic officio mutuato non incongruè donum adſcribunt:huiuſmodi adſcriptiones non à ſabbato,ſed à dominica facere incipientes.In dominica etenim ponunt ſpiritum ſapientiæ : in ſecunda feria intellectus:in tertia conſilij:in quarta fortitudinis. & in hac quinta ſpiritum ſcientiæ qui dat ſcrutari profunda:ſicut cantatur in allelu Ia:Spiri
2 tus omnia &c.¶In † quibuſdam verò Eccleſijs cantatur introitus,qui in ſequenti dicitur feria,ſcilicet:Repleatur os meum laude tua. Aliquæ verò Eccleſiæ habent proprium officium,ſcilicet Deus patrum noſtrorũ,da nobis ſpiritum gratiæ &c.In quo Eccleſia orat filijs ſuis dari ſpiritũ ſanctum,ad remiſsiones peccatorum:& ad facienda miracula:& quia per ſpiritum ſanctum fiunt miracula,ideò habetur in epiſtola:Philippus &c.Quæ eſt Act. viij.cap.quòd Philippus multos claudos ſanauit & ſpiritus immundos eiecit.& factum eſt gaudium magnum in illa ciuitate,ſcilicet Samariæ.Et quia per ſpiritum ſanctum omnia iſta fiunt, ideò ſequitur euangelium.Luc.ix. cap. Conuocatis Ieſus duodecim diſcipulis ſuis,dedit eis poteſtatem ſuper omnia dæmonia.& poſt:Non feretis virgam neque peram &c.Quæ fieri non poſſunt,niſi ſpiritus ſancti abundantia habeatur.

SVMMA.

1 Feriæ ſextæ poſt Pentecoſten,Miſſa;eiúſque expoſitio.& nume.2.

## *De ſexta feria.* CAP. CXII.

1 SExta † feria eſt introitus:Repleatur os meũ laude,vt poſsim cantare allelu Ia : quia q gaudet ore & corde,poteſt ieiunare ieiunio exultatiõis.Et q̃a eſt dies veneris,in qua paſſus eſt Dñs,& ſpirit⁹ ſancti:ideò dicit Petr.in epiſto. Aperiẽs.Act.ij.Quæ in qbuſdã Eccleſijs legitur:ꝙ Chriſtus ſuſcitatus eſt à ſpiritu ſancto. Vnde



Vnde ibi habetur:Suſcitauit Ieſum ſolutis doloribus inferni:ſicut ſcriptum eſt:Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.in quo ſignificata eſt illa ſpiritus ſancti operatio: qua ſynagõga nunc mortua pietate reſurget: poſtquam plenitudo gentium eadem introierit pietate. Prædicat ergo hoc officium pietatem.Poſſet etiam pertinere ad ſpiritum timoris,pro eo quod dicitur in euangelio:Et reple
2 ti ſunt timore,& extaſi &c.¶†In quibuſdam Eccleſijs legitur lectio:Exultate filiæ Syon: quæ eſt Ioelis ij.cap.Et quia per ſpiritum ſanctum fiunt miracula , ſequitur euangelium: Factum eſt:Luc.v.cap.de paralytico ſanato. Et quia propter hoc debet laudari Dominus. Sequitur offertorium:Lauda anima mea Dominum.Communio:Spiritus vbi vult ſpirat.

SVMMA.

1 Sabbatum poſt Pentecoſten , vnde miſſam auſpicetur.& eius expoſitio.nu.2.4. etiam myſticè.nu.5.6.7.
3 Ordines celebrantur & conferuntur ſabbato poſt Pentecoſten.
8 Quadrageſima terminatur ſabbato poſt Pentecoſten.

## *De Sabbato.* CAP. CXIII.

1 IN†ſabbato eſt introitus:Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris. Ad Roma.v.cap. Et cõpetit ſpiritui ſancto,qui eſt charitas:& etiam diei ſabbati:quia in ſabbato futuræ quietis maximè diffundetur,vt qui igniculus eſt in Syon,caminus ſit in Hieruſalem. Et ſequitur verſus. Domine Deus ſalutis mee in die clamabo,& nocte coram te.Ille enim in quo diffuſa eſt ſpiritus ſancti gratia,laudat Deum,in proſperis,& in aduerſis.Sequitur epiſtola:Iuſtificati &c.Ad Roma.v.cap.in qua habetur de huiuſmodi diffuſione.Quia enim charitas Dei diffuſa eſt,nõ permittit eam Paulus intra fines terrę promiſsionis tantũ coarctari:imò oſtendit,quòd non tantũ Iudæis:verũ etiam gentibus datus eſt ſpiritus ſanctus dicens ipſis Iudæis.Vobis oportebat primùm prædicari:ſed quia repuliſtis verbum Dei : & vos indignos feciſtis vitæ æternæ,ecce cõuertimur ad gentes.extrà de renun.niſi.§.propter.in alijs ve-
2 rò Eccleſijs dicitur epiſtola:Conuenit † vniuerſa ciuitas &c. Actuum xiij. Quia ergo in gẽtibus datus eſt ſpiritus ſanctus,ideò ſequitur allelu Ia.Laudate Dominum omnes gentes.in hoc enim ieiunio non tacentur cantica lætitiæ propter reuerentiam feſti.Nec ſecundum Niceñ.cõciliũ.lxxvj.diſtinctio. de ieiunio.de cõſecra.diſtinctio.iij.quoniam genua flectimus , ſed ſtantes oramus propter neophytos gaudentes, quòd à peccatis ſurrexerunt.in alijs Eccleſijs dicitur : Repleti ſunt omnes.Act.ij.cap.Et ſpiritus Domini ornauit cœlos.Iob xxvij.cap.Poſteà ſequitur euangelium:Surgens Ieſus.Luc.iiij.cap.De ſocru Petri ſanata:quæ ſignificat ſynagõgam,quæ ſanata eſt à Petro ab infidelitate : & perfectius per fidem ipſius ſanabitur in futuro:& ſic conuenit cum epiſtola.
3 ¶Fiunt autem † hac die ordines:quia ſuper ordinandos deſcendit ſpiritus ſanctus:& etiã ſuper ieiunantes:& ideò dicuntur quatuor lectiones ante lectionem Danielis : prout dictum eſt ſub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Prima eſt,de principio libri ſapiẽtiæ:in qua oſtẽditur quibus datur ſpiritus ſanctus,& quibus non,ſcilicet illis,qui ſentiunt de Domino in bonitate,& in ſimplicitate cordis quærunt illum.
4 ¶†In alijs verò Eccleſijs prima eſt de Ioele iij.cap.Effundam de ſpiritu meo ſuper omnẽ carnem:quia ſicut ſpiritus ſanctus ſuper Apoſtolos deſcendit viſibiliter:ita ſuper ordinandos deſcendit inuiſibiliter.ſecunda eſt:Locutus eſt:quæ eſt Leui.xxiij.cap.tertia eſt: Dixit Moſes:quæ eſt in Deut.xxvj.cap.quarta eſt: Dixit Dominus ad Moſen.quę eſt Leui.xxvj. cap.Offertoriũ eſt,Intonuit Dominus.Poſtcõmunio verò:Non vos relinquã.&c.de effuſione ſpiritus ſancti loquitur.Poteſt etiam di
5 ci,quòd hoc † officium figurat duorũ cõcordiam populorũ:Iudęi videlicet & gentilis.Hi ſunt duo cæci,de quibus dicitur in euangelio, quòd ſunt illuminati à Chriſto.de qua cõcordia loquitur Paulus in epiſtola ad Iudæos, & gentiles,dicens:iuſtificati ex fide,pacem habeamus ad Deum per Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum.Sed quia pax & concordia vera nõ fit,niſi per charitatem : ideò pręcinitur in introitu:Charitas Dei diffuſa eſt.in qua ter ponitur allelu Ia:quoniã ad fidem trinitatis peruenitur per obſequia charitatis. Lectiones etiam ad ieiuniũ pertinentes,atteſtantur operationem & gratiam ſpiritus ſancti:vt prima: Effundam de ſpiritu meo.& ſecunda:Locutus eſt.vbi dicitur:Numerabitis ſeptem hebdomadas vſque ad alterã diem expletionis. Hebdomadæ

Hebdomadæ ſeptem præſentem innuunt fe-
ſtiuitatẽ,quæ olim dicebatur feſtiuitas heb-
domadarũ:& quia poſtquam gentes intraue-
rint reliquiæ ſaluabũtur:ideò nunc flentibus
6 & ſponſum expectantibus dicit Dominus † in
poſtcõmunione:Non vos relinquam orpha-
nos:quia igitur hæc concordia fiet imminen-
te die iudicij , qui etiam electis erit cauſa ti-
moris:ideò hoc officium pertinet ad timorẽ:
vel quia timor introducit charitatem : licet
charitas foras mittat timorem.de pœniten.
diſtin.ij.ſicut ceca.¶Et attende,quia ſecundũ
Augu.in ordine officium iſtorum. deſcenden
do computamus:in ordine verò paſchalium
aſcendendo : quia per hæc deſcenſus ſpiritus
ſancti ad nos,per illa noſter ad ipſum ſignifi-
7 catur aſcenſus.¶Et † caue,quia præter præ-
miſſa officia ad ieiunium pertinentia,quæ in
quarta,& in ſexta feria,& in hoc ſabbato ex-
poſuimus,aliæ quidem lectiones & euange-
lia in eiſdem diebus inueniuntur , quæ fortè
ſolennitati magis appropinquare videntur:
ſed tamen hæc & illa gratiam ſpiritus ſancti
perſonant,& operationem.vnde quidam ho-
die nõ incongruè duas miſſas celebrãt:vnam
in tertia,de feſto , cum gloria in excelſis,&
Credo:aliam in nona de ieiunio,ſine Gloria
in excelſis : in qua ſunt clerici ordinandi,qui
meritò in hac hebdomada ordinantur,vt ſan
8 cti ſpiritus dona percipere mereantur. † Et
memento,quòd hac die terminatur quadra-
geſima:& ideò hodie frequentatur & canta-
tur pro graduali allelu Ia:nec flectuntur ge-
nua:pertinet enim ad octauã. Generale qui-
dem eſt,quòd quoties de tempore in die gra
tiæ materia laudis aſſumitur , aut dies ad
octauam refertur,genua nõ flectimus:ſed in
orationibus ſtantes collatam nobis gratiam
& conferendam gloriam profitemur,vt cùm
olim eſſemus ſerui curui : nunc fracto iugo
incedamus erecti , vt in dominicis diebus,&
ſanctorum natalitijs & paſchalibus inclinare
tamen capita poſsimus,& mulieres deuotas
ad monumentum venientes imitemur.

SVMMA.

1 Trinitatis feſtiuitas,cur ſequatur Paſcha-
tis & Pentecoſtes ferias.
2 Antiphonis cur addantur verſus quarun-
dam feſtiuitatum.
3 Tropus,quid.
4 Trinitatis miſſa,eiúſque officiũ,& illius ex-
poſitio.Et nume.5.6.
6 Alchuinus,Caroli præceptor, officium Eccle
ſiaſticum ab Attila Rege confoſſum re-
ſtituit.
7 Trinitatis feſtiuitas , variè & diuerſimodè
celebratur.

## De die dominica ſanctæ Trinitatis.

### CAP. CXIIII.

1 IN † pleriſque locis,in octaua
Pente.fit feſtũ ſanctæ Tri nita
tis . Poſtquã, enim celebrata
eſt feſtiuitas patris,in natiuita
te:quia natiuitas dicitur feſtiui
tas patris,& poſtquam celebratum eſt feſtũ
filij in Paſcha,& feſtũ ſpiritus ſancti in miſ-
ſione ipſius,meritò in octaua Penteco.fit fe-
ſtum eorũ,ſcilicet Trinitatis , vt oſtendatur,
quòd tres perſonæ ſunt vnus Deus , & hæc
eſt prima cauſa,quare celebratur feſtum triũ
perſonarum diuinarum ſimul. Secunda cauſa
eſt,quia ad inuocationem ſanctæ Trinitatis
datur in baptiſmo ſpiritus ſanctus,vt præmiſ-
ſum eſt.Tertia cauſa eſt,vt oſtendat Eccleſia
filijs ſuis illum,à quo ſunt omnia bona,cuius
habet imaginem,& cuius debet habere ſimi
litudinem:videlicet Dei & ſanctæ Trinitatis,
quam ſemper laudare debemus.& quia tota
intentio eſt laudare ipſum:ideò in quibuſdã
Eccleſijs in ſingulis antiphonis laudum præ-
ponitur verſiculus,qui laborem ſignificat,ad
oſtendendum,quod toto labore totóq; nixu
debemus nos vertere ad laudandum Deum
& ſanctam Trinitatem , & eodem modo fit
in quibuſdam Eccleſijs in feſto beatæ Mariæ
in antiphonis laudum,pro eo,quia ipſa ſe to-
tam vertit in laudem Dei.Vnde tunc in euan
gelio dicitur:Maria autem cõſeruabat omnia
verba hæc cõferens in corde ſuo:& quia ipſa
priuilegiata fuit in virginitate : ipſa enim eſt
virgo virginum.in antiphonis quoque de bea
to Laurentio & de beato Paulo,& de beato
Stephano præponuntur quidam verſus anti-
phonis , ad maiorem laborem notandum,
quem in ſuis martyrijs ſuſtinuerunt . Beatus
enim Laurentius grauius cæteris paſſus eſt.
Vnde beatus Sixtus dixit ei:Maiora tibi de-
bentur pro Chriſti fide certamina.Beatus ve-
rò Paulus plus cæteris laborauit prædican-
do,&



do,& beatus Stephanus pro Chriſti fide pri-
mus martyr extitit.ſed in hoc eſt differentia:
quia in nocturnalibus antiphonis tantum de
beato Laurentio præmittuntur : quia paſsio
ſua de nocte cõſummata eſt:vnde dixit:Mea
nox obſcurum non habet,& iterum:Non eſt
inuenta in me iniquitas : & ita apparet quòd
totus fuit ſacrificium laudis.Vnde ſemper di
cebat:Gratias tibi ago Domine. Mane verò
corpus eius conditum fuit:& ideò tantum no
cturnalibus & non laudum antiphonis verſi-
2 culi præponuntur.¶ † Rurſus,quia verſus la-
borem & boni operis fructum ſignificant,
prout tactum eſt in procœmio quintæ partis,
meritò in dictorum ſanctorum natalitijs ſpe
cialiter præmittuntur antiphonis : ad notan-
dum quòd ipſi excellentius labores & bono-
rum operum fructus ſuis natalitijs & marty-
rijs præmiſerunt.¶Item in quibuſdam Eccle
ſijs antipho.de martyrio beati Petri præpo-
ſterè præponuntur verſi.ideò , quia ipſe pe-
tijt,vt in cruce caput ſuum ad terram verte-
retur. Hi autem verſus tropi vocantur quaſi
laudes ad antiphonas conuertibiles. τρόπος
3 enim † græcè,conuerſio dicitur latinè : quia
ergo ſemper ſanctam Trinitatem laudare
debemus : ideò ad miſſam dicitur introitus:
4 Benedicta † ſit ſancta Trinitas,quem Alchui
nus ſumpſit de Thobia xij. poſtmodum.ſe-
quitur epiſtola de Apocaly. Vidi oſtium aper
tum in cœlo,& in circuitu ſedis,id eſt, Eccle-
ſiæ,quæ eſt ſedes Domini,mare vitreũ,id eſt,
baptiſmum , in quo ſubmerguntur omnes
Aegyptij,id eſt,omnia peccata. Et not.quia
dicit mare vitreum,propter corporis fragili-
tatem,& perſpicuitatem,quam recepit in ba-
ptiſmo : & eſt in circuitu : quia ad Eccleſiam
venire non poſſumus:niſi per baptiſmum.ſe-
quitur:Simile cryſtallo : quia qui prius erant
aquæ fluxibiles , ſunt per gratiam in baptiſ-
mo acceptam firmi,ſicut cryſtallus , quæ fit
ex aqua congelata,& diuturno gelu in natu-
ram lapidis conſolidata.Et hæc eſt vna cau-
ſa , quare in hac die legitur hæc epiſtola:
5 † quia in eo dicitur de baptiſmo,in quo per
inuocationem Trinitatis dantur ſeptem do-
na ſpiritus ſancti.Secunda ratio eſt:quia in ea
inuitamur ad laudes Trinitatis , cùm ibi ſe-
quatur , quòd animalia plena oculis antè &
retrò,id eſt, prælati dabant gloriam,& ho-
norem,& benedictionẽ ſedenti ſuper thro-
num , viuenti in ſecula ſeculorum. Sedens
autem ſuper thronum , eſt Deus trinitatis.
Vnde ſequitur. Et procidebant vigintiqua-
tuor ſeniores in facies ſuas mittentes coro-
nas ante eum : hoc ſignificat quòd omnia
bona noſtra debemus attribuere ei. itaque
omne illud ex quo meremur coronam.ſequi
tur:& non habebant requiem dicentia: San- Eſa. 6
ctus,ſanctus,ſanctus:& ideò in introitu, & in
alijs officijs toties repetitur. Benedicta ſit
ſancta Trinitas.& propter hoc reſponſorium
ſiue etiam graduale,quod reſpondet epiſto-
læ eſt : Benedictus es Domine , qui intueris
abyſſos. Dan. iij. cap. Verſus eſt. Benedicite
Deum cœli.Thobiæ xij.cap. & allelu Ia. Be-
nedictus es Domine &c.offer. Benedictus es
Domine . Et poſtcommunio : Benedicimus
Deum cœli &c.Thobiæ xij.cap.Euange. eſt,
Erat homo ex Phariſæis Nicodemus. in quo
habetur de baptiſmo,qui in inuocatione ſan-
ctæ Trinitatis ſanctificat baptizatos. In alijs
verò Eccleſijs dicitur epiſtola: Gaudete per-
fecti:quæ eſt ad Corint.vlt.cap.Et in alijs di-
citur.Vidi oſtium:quæ eſt Apo.iiij.Et euan-
gelium:Cùm venerit paracletus.Ioã. xiiij.ca.
6 ¶Sciendum † eſt quòd hiſtorias de ſancta Tri
nitate:& de inuentione ſancti Stephani com-
poſuit ſanctus Stephanus laudicen.¶Rurſum
cum Attila rex , qui Chriſtianos perſecutus
eſt,verè omnia volumina Chriſtianæ religio
nis deſtruxiſſet,Alchuinus magiſter Caroli &
Ludouici filij eius , rogatu Bonifacij archie-
piſcopi Maguntini , multa de Eccleſiaſticis
officijs conſcripſit. Vnde & Maguntin. con-
cilio approbante:vt habetur de conſe.diſt.v.
inſtituit , quòd à feſto Paſchæ vſq; ad domi-
nicam iſtam , tres tantum dicerentur lectio-
nes:& hac die de Trinitate cantari vſque ad
dominicam ſequentem:& tunc incipere: Do-
mine in tua miſericordia &c. Et compoſuit
officium de Trinitate : videlicet reſponſo-
rium:antiphonas:miſſam & ſequentiam,quæ
omnia obtulit Alexan. Papæ Ille verò re-
ſpondit , non eſſe celebrandum feſtum , de
Trinitate , ſicut nec de vnitate. Nam ſingu-
lis diebus ſit feſtum Trinitatis , & vnitatis:
quia ſemper dicitur : Gloria patri & filio &
ſpiritui ſancto. & præmiſſas hiſtorias,& offi-
cium non admiſit.extrà de ſe.cap. ij. Verum
ſuperueniente hæreſi Arriana ferè fuit fides
Trinitatis extincta ſed Hilarius ,Euſebius &
Ambroſius

Ambro.reſtituerunt.Conſenſit igitur eadem
de cauſa Grego.magnus, vt de trinitate ſpe-
cialia cantaremus:& Eccleſias in ipſius hono
7 rem ædificaremus. † Exinde ergo eſt, quòd
de hiſtoria trinitatis inuenitur varia conſue-
tudo.Alij nãque non vtuntur ea, ſequentes
reprobationem Alexan.Papæ.Sed in qualibet
dominica ab octaua Pentecoſt.vſque ad ad-
uentum cantant in nocturnis nouum reſpon-
ſorium de trinitate:niſi feſtum aliquod impe
diat,vt eam confiteantur, per quam ſaluan-
tur:& in miſſa allelu Ia eam hilariter profi-
tentes:vt dictum eſt ſub quarta parte,ſub ti-
tulo de allelu Ia.Alij verò vtuntur ea,cantan
tes eam in hac prima dominica, ſequẽtes pri
mam inſtitutionem Alchuini.alij ponũt eam
in fine temporis declinationis, ſcilicet in vlti
ma dominica: videlicet ante dominicam de
aduentu, ſequentes vltimam probationem
Grego.Romani ergo nunquam de trinitate
celebrant feſtum: nec etiam has octauas fa-
ciunt,ſed in prima dominica poſt Pentecoſt.
incipiũt hiſtoriã:Præparate.ſeu Deus omniũ.
Alij verò celebrant hodie de octaua,ſcilicet
de ſpiritu ſancto,& ponunt eandem epiſtolã;
& idem quod prædiximus euangelium,prõ-
pter baptiſmatis ſacramentũ, cæteris obſer-
uatis,ſicut in die Pentecoſt.Celebrant autem
octauam ad innuendum perfectionem, vel
conſummationem operum ſancti ſpiritus.Per
ſeptem enim dies operatio gratiæ ſeptifor-
mis:in octaua verò conſummatio declaratur.
Et quoniam in octaua redit ad caput, ideò
omnia ſicut in die feſto à veſpera in veſperã:
in ipſis veſperis & tribus nocturnalibus pſal-
mis obſeruant: De his octauis Augu.dicit:
Celebrationem octauarum feriarũ noui ho-
minis celebramus. Baptiſmus neophytorum
licet in ſabbato peragatur: ad illum tamen
baptiſmum pertinet,quem Apoſtoli ſuſcepe
runt in die Pentecoſt.cuius octaua dies eſt
dominica ſequens.Qui verò ponunt hiſtoriã:
Præparate.ſeu Deus omnium.melius faciũt:
quia Romanam ſequuntur Eccleſiam noſtræ
peregrinationis recolentes, & percurrentes
hiſtoriam.Nam per ſeptuageſimam ſignifi-
camus, expulſionem generis humani de pa-
tria paradyſi:per quadrageſimam ſeruitutem
populi ſub Pharaone:per Paſcha imolationẽ
agni:per quadraginta dies paſchales, quadra-
ginta annos in deſerto:per Rogationes,terre
promiſsionis ingreſsionem:per ſeptem dies
pentecoſt.in quibus ſeptem dona diuiduntur
terræ datæ diuiſionem.per tempus,quod ab
hodie ſequitur,ſignificamus populi afflictio-
nem,& gubernationem factam per iudices
& reges:ideóque ſequũtur quatuor libri Re-
gum,prout in ſequenti tit.dicetur.

SVMMA.

1 Libri Regum,legũtur poſt Pentecoſtes octa
uas.Et cur ita.ibidem.& nu.2.
3 Dauid nobis in hac militia proponitur in
exemplum & typum virtutis.
4 Saul,nobis eſt exemplo.
5 Dauid funda,quid ſignificet.
6 Euangelium dominicæ primæ,poſt Penteco
ſten.Et eius interpretatio.

## De prima dominica poſt Pentecoſt.

CAP. CXV.

1 HIc † dicẽdum reſtat de prima
dominica poſt Pentecoſt.quæ
eſt vna de principalibus domi
nicis:& incipit hîc quartũ tem
pus peregrinationis: quia ſu-
mus in via veniendi ad patriam.Sed quia ho-
ſtes habemus, prius, quàm illuc perueniа-
mus,ſcilicet carnem,mundum,& diabolum:
ideò legitur de libris regum,in quibus agitur
de bellis & de victorijs: vt inuitemur ad pu-
gnandum fortiter cõtra hoſtes,vt victoriam
habeamus:ſicut Iudæi de Philiſteis: & tan-
dem gloriemur in cœlis:quia non eſt nobis Ephe.6
tantum lucta aduerſus carnem,ſed etiam ad-
uerſus aëreas poteſtates.vnde primò dicimus
in veſperis:Benedictus Dominus Deus meus
&c.Hiſtoria eſt: Deus omnium.Seu ſecundũ
Ro.Præparate.Sed quia bellum ſine diſcre-
tione non bene geritur,ideò ſequenti tempo
re ſubiunguntur libri Salomonis.Item, quia
inſurgunt vitia, contra quæ neceſſaria eſt pa-
tientia,ideò ſubſequenter ſubiungitur hiſto-
ria de Iob.rectè ergo inuitamur ad pugnam:
quia poſtquam digni ſumus in numero iuſto
rum haberi,per librũ numeri iam perlectũ,&
in ſtatu perfectionis per nouam legem,ſcili-
cet Deuter.in quo habetur:Diliges Dominũ
Deum tuum,ex toto corde tuo, & ex tota
anima tua.& ſumus ſub Ieſu per librũ Ioſue:
& ſub iudicibus,id eſt,prælatis per librũ Iu-
dicum:& ſumus ſine acceptatione perſonarũ,
per librũ Ruth:quæ fuit Moabitis:reſtat ta-
men pugnare:quia tũc magis tẽtat diabolus:
& ſic



2 & ſic ordinantur† libri regum,in quibus tra-
ctatur de bellis ipſorũ ad alios libros. Ada-
ptantur etiam & aliter primæ quatuor do-
minicæ quatuor libris regum. prout dicetur
ſub iiij.& ſub vij.& ſub xv.dominicis.Legun-
tur.autem in tali tempore & poſt miſsionem
ſpiritus ſancti,& poſt feſtum trinitatis: quia
quando accipimus gratiam ſpiritus ſancti, ex
tunc ſumus ſimiles Deo:& filij ſumus ſummi
regis,& per conſequens ſumus reges.Vnde in
Apoc.Fecit nos reges & ſacerdotes Deo, &
patri ſuo &c.Pet.in canonica,Vos eſtis genus
electum, regale ſacerdotium, &c. Extrà de
ſac.vnc.ergo cùm ſimus reges, & habeamus
aduerſarios, non reſtat niſi vt regnum noſtrũ
defendamus: quia ex hoc nobis inuidet dia-
bolus,quia ad illud regnum ſumus aſſumpti,
vnde fuit deiectus: & ideò nobis grauis im-
3 minet pugna.Nempe oſtenditur nobis†Da-
uid in exemplum, qui vicit per humilitatem,
& per iucunditatem mentis, & vnctus fuit
ter.¶Primò à Samuele,in Bethleem in ſignũ
regni.¶Secundò,ſuper domum Iuda, in regẽ
ſuper tribu Iuda,à viris Iuda in Ebron.¶Ter
tiò,iterum in Ebron,& in confirmatione re-
gni ſuper totum Iſraël. Similiter nos ſi bene
pugnabimus ter inungemur.¶Primò, in ba-
ptiſmo in ſignum regni.¶ Secundò,in confir-
matione.¶ Tertiò, in paradyſo, quando re-
4 gnum noſtrum confirmabitur. Saul † nobis
proponitur in exemplum,qui per inobedien-
tiam amiſit regnum. vnde non ſimus inobe-
dientes ſicut ipſe fuit: ne perdamus regnum
1.Reg. 6 æternum. Dauid autem fuit humilis in omni
bus operibus ſuis. quod patet: quia cùm lu-
deret coram arca Domini, indutus Ephod
lineo: depoſitis regalibus veſtibus deſpexit
eum Michol filia Saul,dicens ei:quòd nuda-
tus fuerat ſicut vnus de ſcurris:& ille reſpon
dit:ludam & vilior fiam ante Dominum, qui
elegit me &c. Item quando venit ad eum
Natham propheta & redarguit eum de pec-
cato ſuo,publicè pœnituit.¶Item iucundita-
tem mentis habuit:& omnia bona à ſe facta
ad Deum retulit, vnde de eo cantat Eccle-
ſia: præualuit Dauid in Philiſtæum in fun-
da & lapide in nomine Domini. Ecce exul-
tatio in Deo. Non enim in ſe confidebat.
5 Funda†Dauid,eſt prædicatio,per quam fun-
dam prædicationis eijcitur diabolus de cor-
dibus hominum, cùm per duram reprehen-
ſionem incutitur timor, & concipitur pœni-
tentia:lapis verò, dura reprehenſio eſt: quia
ergo huiuſmodi victoria habetur per humi-
litatem,ideò ad miſſam incipit introitus. Do
mine in tua miſericordia ſperaui.Ecce humi-
litas Dauid.exultauit cor meum.ecce mentis
iucunditas.per hæc duo vincitur pugna: &
quia ille ſolus vincit,qui nihil ſibi,ſed omnia
bona ſua Deo attribuit, & ſperat in eo.ideò
bene ſequitur oratio: Deus in te ſperantium
&c. poſteà ſequitur epiſtola de charitate.
Deus charitas eſt &c.j.Ioan.iiij.cap. quia per
charitatem reges ſumus: & per eam facimus
bona opera meritoria regni, per quæ regnũ
noſtrum defendimus,& conſeruamus: vnde
ſequitur. In hoc apparuit charitas Dei &c.
poſt.Deus,charitas eſt &c.ibi etiam oſtendi-
tur, quòd diligere debemus Deum & pro-
ximum.in euangelio autem: Homo quidam
erat diues.Luc.xvj.cap.oſtenditur, quòd non
6 debemus † diligere diuitias per diuitem,qui
induebatur purpura & byſſo: & per pœnam
eius:vt enim dicitur:Eccle. v.ca. qui amat di-
uitias, fructum non capiet ex eis: qui amat,
ſcilicet amore libidinoſo. naturali verò vel
charitatiuo poteſt: quia diuites cum iuſtitia
& bonis operibus non abijcimus. xxx. diſt.
hoc ſcripſimus. habetur enim in euangelio
de mendico Lazaro in cuius perſona incipit
graduale.Ego dixi Domine, miſerere mei.&
ſequitur verſus de operibus miſericordiæ.
Beatus,qui intelligit ſuper egenum & paupe
rem, id eſt, intelligit & præcogitat illud,
quod eſt in egeno & paupere, ſcilicet ege-
ſtas & paupertas, vt ei ſubueniat. dicit enim
Grego.quòd debemus eos vocare patronos
& amicos noſtros, quòd etiam fratres no-
ſtri ſunt:& ſic facere nobis amicos de mam-
mona iniquitatis & de malè acquiſitis: vt
cùm defecerimus per mortem, recipiant nos
in æterna tabernacula. hoc non fecit diues
ille epulo, & quia in aliquo noluit pauperi
ſubuenire, ideò cum eo diſtinctiſsimè fecit
Dominus: vt non poſſet habere guttam
aquæ,ad refrigerium linguæ: & ideò ſequi-
tur allelu Ia. Deus iudex iu. for. &c. poſteà
ſequitur offert. in perſona mendici, ſcilicet
Intende voci orationis meæ: & quia non
obliuiſcitur Deus orationes pauperum ſe-
quitur poſtcommunio. Narrabo omnia mi-
rabilia tua pſal. di.&c. in quibuſdam tamen
Eccleſijs legitur hodie euange. Eſtote mi-
ſericordes: quod eſt Luc.vj.cap. & eſt ſcien-


dum,quòd

dum quòd Vrbanus Papa, quartus, ſtatuit
fieri feſtum de corpore Chriſti v. feria poſt
hanc dominicam, concedens magnam indul-
gentiam tam clericis officiantibus, quàm po-
pulis conuenientibus ad diuina: prout in offi
cio ſuper hoc ordinato habetur.

S V M M A.

1 Dominicæ ſecundæ poſt Penteco ſt. Miſ-
ſa, officiúmq;, & eius expoſitio & nu. 2. 4.
3 Lingua doloſa palliatorum amicorum.

## *De ſecunda dominica poſt pente.*

CAP. CXVI.

1 DIctum eſt, † quòd prima cauſa
qua defendimus regnum no-
ſtrum, eſt charitas, quæ dilata-
tur per conſiderationem æter-
narum nuptiarum, de quibus in
Apoc. Beatus, qui vocatus eſt ad cœnam nu-
ptiarum agni. vnde in hac ſecunda dominica
habetur de huiuſmodi cœna in euangelio
Luc. xix. c. Homo quidam fecit cœnam ma-
gnam, & vocauit multos: & miſit ſeruos ſuos
hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirent &c.
hora cœnæ eſt ex quo porta paradyſi aperta
eſt per Chriſtum. ſequitur, & cœperunt ſe
omnes ſimul excuſare. Nam primus dixit. Vil
lam emi, & neceſſe habeo videre illam. Se-
cundus dixit: iuga boum emi quinq;: & eo
probare illa. Tertius verò dixit: vxorem duxi:
& ideò non poſſum venire. Dominus verò
dixit ad ſeruum. Vade, & compelle intrare, vt
domus mea impleatur. Multos enim com-
pellit intrare per tribulationes: illi verò, qui
vocati fuerant non venerunt: quia auari, qui
primum ſe excuſant, ſupple, vel guloſi, qui
per ſecundum: & luxurioſi, qui per tertium
intelliguntur: hac cœna ſe reddunt indignos:
vnde verſus. Villa, boues, vxor, cœnam clau-
ſere vocatis. Mundus, cura, caro, cœlum, clau-
ſere renatis. Et quia iñ hoc iſti ſe reddũt indi
gnos: ideò Dominus alios vocat. Quia verò
per conſiderationem huius cœnæ dilatatur
charitas: & quia dominus protegit habentes
charitatem: ideò incipit introitus: Factus eſt
2 † Dominus protector meus: & eduxit me in
latitudinẽ charitatis. Sequitur verſus de cha-
ritate: Diligã te Domine fortitudo mea &c.
In oratione verò petit charitatem ſancti no-
minis tui &c. In epiſtola: Nolite mirari. j.
Ioan. iij. cap. habetur de vita æterna, per cu-
ius intuitum amor concipitur: & ſequitur
in fine de charitate: Filioli, non diligamus
verbo, neq; lingua: ſed opere & veritate.
3 Hæc eſt lingua doloſa: quam † dicunt ama-
tores mundi: Rogo te, habe me excuſatum.
Dicunt etiam bonis & ſanctis viris: Rogate
pro nobis. & tamen venire non curant. Et
attende, quòd duo primi excuſant ſe. Per pri-
mum enim, ſuperbi intelliguntur. Per ſecun-
dũ, omnes, qui delectantur in quinq; ſenſibus
corporis. Per tertium verò, luxurioſi, qui ſe
non excuſant: quia non habent cor: ſicut ha-
betur in Oſeæ iiij. c. Fornicatio, vinũ, & ebrie
tas, auferunt cor. Magis enim abſorbet ho-
minem fornicatio, quàm ſuperbia, vel aua-
ritia. Quia ergo, vt dictum eſt, lingua talium
excuſantiũ ſe, dicitur lingua doloſa: ideò Ec-
cleſia à lingua doloſa petit ſe liberari in re-
ſponſorio. Ad Dominum cùm tribularer cla-
maui: & exaudiuit me. In ver. Domine libera
me &c. Et quia perfectus eſt, qui non peccat
in lingua: ideò in ſecundo tono cãtatur. Poſt-
4 modũ ſequitur † allelu Ia ſimiliter de chari-
tate. Diligam te Domine fortitudo mea &c.
Quia verò conſideratione vitæ æternæ con-
cipitur charitas, viſa cœna petit conuerti in
offertorio: Conuertere domine, & eripe. Et
quia ibi cantabimus vocaliter, vt ait Caſsio-
dorus ſuper pſalmiſtã: Omnis ſpiritus laudet
Dominũ: non erit ibi tantùm cœna: ſed ma-
xima ſolẽnitas. Vnde in threnis primo c. Viæ
Syon lugent: eò quòd non ſint, qui veniant
ad ſolennitatẽ. Ideò in poſtcõmunione pro-
mittit ſe cantaturũ ibi Domino: dicẽs: Canta-
bo Dño, qui bona tribuit mihi, & pſallã &c.

S V M M A.

1 Euangelium Dominicæ tertiæ poſt Pentec.
& expoſitio, etiam myſtica. Tum Miſſa. nu-
mero. 2. 3. 4.

## *De dominica tertia poſt pentecoſt.*

CAP. CXVII.

1 TErtia cauſa, quare inflammamur
ad defendendum regnum † no-
ſtrum: eſt conſideratio beneuo-
lentiæ Dei: qua nos cuſtodit & di
ligenter quærit: ideò in euangelio huius do-
minicæ: Erant appropinquantes. Luc. xv. c. ha-
betur. Quis ex vobis homo habens centum
oues, id eſt, angelos & homines: & ſi perdi-
derit vnam, ſcilicet hominem. nónne relin-
quit nonaginta nouem in deſerto, id eſt, in
cœlo, & vadit quærere perditam &c. aut quæ
mulier



mulier habens dragmas x. ſcilicet angelos &
homines, & perdit vnam, ſcilicet hominẽ, in
quo imaginem ſuam depinxerat, nónne aſcen
dit lucernam, id eſt, naturam humanã, in qua
lumẽ deitatis poſuit, vniendo ſe ei, & quærit
diligenter donec inueniat: & cùm inuenerit
conuocat amicas, & vicinas, dicens eis: Con-
gratulamini mihi: quia inueni dragmã, quam
perdideram. Ita dico vobis gaudiũ erit corã
angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiã
agente. Ecce quanta eſt beneuolentia Dei
erga nos. Iſta enim beneuolentia accendit in
2 nobis charitatem. ¶ Quia † verò ad nuptias
æternas non intrant ſuperbi, neq; luxurioſi,
neq; auari: vt præmiſſum eſt, ideò introitus
huius dominicæ: Reſpice in me &c. & dicit
vide humilitatem meam, contra ſuperbiã. &
laborem meum, contra luxuriam: quia inops
& pauper ſum ego, contra auaritiam: & pro-
pter prædicta monet nos Pet. ad humilitatẽ
dicens in epiſtola. j. Pet. vlt. c. Humiliamini
ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet &c. Et
poſt ſequitur ibi: Sobrij eſtote, & vigilate in
orationibus, quoniam ad. ve. di. tan. le. ru. cir.
3 q. quem de. ¶ † Et quia tantam curam habet
Dominus de nobis: ideò in graduali inuitat
nos Eccleſia dicens: Iacta cogitatum tuum in
Domino, & ipſe te enutriet. verſus: Dum cla-
marem ad Dominum, ex. vocem meam &c.
Allelu Ia eſt: Domine refugium. Offer. eſt:
Sperant in te omnes, qui te nouerũt, &c. quia
de ſperantibus in ſe habet curam. Quia verò
Dominus non inuenitur, niſi quis pœniteat:
cum verò quis pœnitet, ad Dominum cla-
mat: ideò ſequitur poſtcommunio: Clama-
4 bo. ¶ † Rurſus hoc officium eſt de pœniten-
te: ſicut apparet ex ipſa communione, & ex
euange. vbi per Dauid intelligitur quilibet
pœnitens: vbi dicitur: Gaudium eſt in cœlo
ſuper vno peccatore pœnitentiã agente &c.
& ex introitu: & alijs, & ideo cantatur circa
feſtum beati Ioan. bap. qui legitur populum
ad pœnitentiam prouocaſſe.

S V M M A.

1 Dominica quarta poſt Penteco. quid mo
neat: & quod habeat officium. num. 2.
3 Dominicæ quatuor ſequentes Penteco.
quatuor libris Regum adaptantur.

## *De dominica quarta poſt Penteco.*

CAP. CXVIII.

1 QVarta † cauſa, qua defendimus re-
gnum noſtrum, ſunt opera miſe-
ricordiæ. Vnde in euang. Luc. vj. c.
quod legitur in hac quarta domi-
nica in quibuſdam Eccleſijs dicitur: Eſtote
miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors
eſt. Et poſt ſequitur: Menſuram bonam & cõ-
fertam, & coagitatã & ſupereffluentẽ dabũt
in ſinum veſtrum. ¶ Quia verò non poteſt
homo opera miſericordiæ facere, niſi prius
illuminetur à Deo, ideò incipit introitus: Do
minus illuminatio mea. Et quia opera miſe-
ricordiæ, eſt Eccleſia terribilis, vt caſtrorum Cant. 6
acies ordinata: ſicut dicitur in canticis can-
ticorum, ſequitur verſus: Si exurgant aduer- Pſal. 26
ſum me caſtra, non timebit cor meum: & ſi
exurgat ad me prælium &c. Poſteà petit in
collecta miſericordiã & gratiam dandi elee
moſynas: cùm dicit: Protector in te ſperan-
2 tium Deus &c. ¶ In † epiſtola verò: Exiſtimo.
quæ ad Rom. viij. c. oſtenditur præmium, vbi
dicit Apoſtolus: Non ſunt condignæ paſsio-
nes huius temporis, ad futuram gloriam, quę
reuelabitur in nobis. Et poſt ſequitur: Et
omnis creatura ingemiſcit, expectans reue-
lationem filiorum Dei. Et vt hanc gloriam
Eccleſia poſsit adipiſci, petit in reſponſorio
veniam de peccatis: Propitius eſto peccatis
noſtris Domine &c. ¶ Sequitur allelu Ia. In Pſal. 90
te Domine ſperaui: quia in te ſperantibus pro
pitius es. Vnde pſal. quoniã in te ſperauit, li-
3 berabo eum. Adaptantur etiam † iſtę quatuor
præcedentes dominicæ quatuor libris regum
ſic. In primo enim libro habetur quomodo
Dauid inunctus fuit. Vnde in prima dominica
incipit introitus. Domine in miſericordia tua
ſperaui. Et in reſponſorio habetur: Et vnxit
me vnctione miſericordiæ ſuæ, & oleo exul-
tationis. Vnde ſequitur in introitu: Exultauit
cor meum in ſalutari tuo. & ita oſtendit ſe
vnctum oleo lætitiæ per miſericordiam Dei.
In ſecundo libro habetur, quomodo libe-
ratus fuit ab inimicis, & vnctus bis, vt ha-
beret latitudinem regni. Vnde in ſecunda
dominica incipit introitus: Factus eſt Do-
minus protector meus, & eduxit me in la-
titudinem, vt latè regnaret. In tertio habetur
quomodo mortuus fuit. Vnde in tertia do-
minica vtitur Eccleſia voce decedentium, di-
cens. Reſpice in me, & miſerere mei. & in ver
ſu. In te Domine ſperaui. In quarto libro ha-
betur de prophetis, qui illuminati ſunt à

Deo,vt viderent ventura:& ideò in quarta do
minica dicitur in introitu : Dominus illumi-
natio mea, &c.

SVMMA.

1 Dominica quinta poſt Pentecoſt. adfert rete
Petri.Et quid illud ſignificet.
2 Prædicatores pro terrenis prædicantes , nihil
capiunt.

## De quinta Dominica poſt Pentecoſt.

CAP. CXIX.

QVinta cauſa, qua defendimus &
obtinemus regnũ noſtrum eſt
pax cum inimicis Eccleſiæ:& pa
tientia in aduerſis.ad quam inui
tat nos beatus Petrus in epiſto
la huius quintæ dominicæ:Omnes vnanimes.
j.Pet.iij.ca. dicens,& non reddentes malũ pro
malo,&c.Vnde in euangelio habetur de rete
1 beati Petri. Sed† multi ſunt,qui rumpunt re-
te beati Petri, id eſt concordiam & vnitatem
fraternam.& ideò in perſona tolerantium in-
cipit introitus:Exaudi Domine vocem meam
qua clamaui ad te,&c.verſus eſt:Dominus il-
luminatio mea,&c. Illuminatus enim à Deo,
ſaluatur ab hoſtibus , quia ſperat in eo . Pro
prædicta autem pace cum inimicis Eccleſiæ
impetranda,orat Eccleſia,in collecta , dicens:
Da nobis quæſumus Domine , vt & mundi
curſus,&c. In aliquibus tamen Eccleſijs dici-
tur : Deus,qui diligentibus te,&c. ¶Sequitur
euangelium. Luc.v.cap. Dum plurimæ turbæ
2 irruerent in Ieſum,&c. vbi ſequitur.† Præce-
ptor,per totam noctem laborantes nihil cœ-
pimus. Tales qui laborant in nocte , & nihil
capiunt : ſunt qui pro terrenis prædicant . ſe-
quitur, In verbo tuo autem laxabo rete. hoc
facit,qui habet ſcientiam & vitam:talis enim
concludit multitudinem piſcium copioſam.
vnde in principio tot capti ſunt boni & mali,
quòd rete rumpitur : per quod ſignificatur,
quòd Eccleſiæ vnitas in hac vita rumpitur à
quibuſdam : ſed poſt reſurrectionẽ capti ſunt
multi : & tamẽ non eſt ſciſſum rete,per quod
ſignificantur boni,qui non ſcindunt vnitatem
Eccleſiæ. Et ideò in offertorio dicit Eccleſia,
ſe laudare Deum , qui quantum ad bonos fi-
lios , dedit eis intellectum , vt non rumpant
rete,id eſt vnitatem Eccleſiæ.Benedicam Do
minum,qui mihi tribuit intellectum. in poſt-
communione verò dicit Eccleſia ſe operari
vnitatem , & hanc petere à Domino. inquit:
Vnam petij à Domino : licet enim plura pe-
tat quotidie: tamen dicitur vnum petere:quia
ad vnum finem , id eſt ad habendum à Deo
omnia petenda petit , & hoc eſt, quod ibi ſe-
quitur : Hanc requiram, vt inhabitem in do-
mo Domini , omnibus diebus vitæ meæ. hoc
ideò dicit , quia tunc legitur Paralipomenon,
id eſt verba dierum,qui habet eandem mate-
riam cum libro Regum : & ſignificat , quòd
qui in diebus ſuis bene rexerit ſe,habebit dies
æternitatis. Et attende , quòd hoc officium
cantatur circa feſtum beati Iacobi , ſicut di-
citur in euangelio: relictis retibus ſecutus eſt
Dominum:& factus eſt piſcator hominum,id
eſt ſupplantator re & nomine vitiorum.

SVMMA.

1 Dominicæ ſextæ poſt Pentecoſt. Miſſa , &
eius expoſitio.& nume.2.

## De ſexta Dominica poſt Pentecoſt.

CAP. CXX.

1 QVia verò non† valent omnia præ-
dicta , niſi fiat etiam plena iuſtitia
fidei , & in nouitate vitæ : ideò in
hac ſexta dominica legitur ſecun-
dus liber Paralipomenon, vbi habetur, quòd
confortauit Dominus Salomonem: per quod
ſignificatur,quòd Dominus ſpiritualiter ſuos
confortat, dando eis fortitudinem. ideo dici-
tur in officio huius dominicæ : Dominus for-
titudo plebis ſuæ protector,&c.verſus eſt:Ad
te Domine leuaui animam meã : quia ab ipſo
eſt omnis fortitudo:& tunc bene regimus re-
gnum noſtrum,quod maximè fit,ſi tendat ho
mo ad promiſsiones Dei:vnde dicitur in ora-
tione:Deus,qui diligentibus te,bona inuiſibi-
2 lia prçparaſti,&c.in epiſtola autem,† quicũq;
baptizati ſumus,&c. ad Roma.vj.ca. hortatur
nos Paulus , vt in nouitate vitæ ambulemus.
aliter enim nihil valent alia . & vt hoc poſsi-
mus,orat Eccleſia in reſponſorio:Conuertere
Domine aliquantulum,&c. ille verò,qui am-
bulat in nouitate vitæ,præparat ſe ad laudan-
dum Deum in præſenti: & in futuro.vnde ſe-
quitur allelu Ia : Te decet hymnus Deus in
Syon. Ad hanc orationem vel perfectionem
hortamur in euangelio Matth.v.c. Niſi abun
dauerit iuſtitia veſtra, &c. Et ſequitur ibi : Si
offers munus tuum ante altare.Et quia nõ po
teſt homo hoc facere ſine auxilio Dei , ideò
orat



orat in offertorio. Perfice greſſus meos in
ſemitis tuis &c. Et quia talis poteſt offerre:
ideò ſequitur in poſtcõmunione : Tollite ho
ſtias &c.

SVMMA.

1 Libri ſapientiæ,cur potiſsimũ in Auguſto
leguntur.Et quid ſeptima Dominica præ
tereà adhibeat.num.3.
2 Sextilis antè,iam Auguſtus.
4 Miſſæ Dominicæ ſeptimæ poſt Pentec.
expoſitio.

## De ſeptima dominica poſt Penteco.

CAP. CXXI.

1 SEquitur †ſeptima dominica in
qua leguntur libri Salomonis:
vt Parabolç &c. Cantica, libri
Sapientiæ quem Philo compo
ſuit:& Eccleſiaſticus, quem Ie
ſus filius Sirach edidit : & tamen Salomoni
attribuitur. Hi libri qui ſunt de operibus ſa-
pientiæ Salomonis,leguntur à Calendis Aug.
vſq; ad Calẽdas Septembris:quia menſis iſte
calidus eſt,& æſtum ſignificat vitiorũ,in quo
nos oportet ſapienter regere : ſicut in medio
nationis prauæ & peruerſæ : vel quia menſis
2 iſte,ſcilicet Auguſtꝰ ſextus eſt.†vnde Sextilis
ante Auguſtum Cæſarem vocabatur. & ve-
rus noſter Salomon in ſexta ætate venit , qui
fecit vtraq; vnum:qui fuit Dei virtus & Dei
ſapientia : qui docuit nos ſapienter viuere &
docere.Hic eſt Chriſtus rex regum:qui ſeptẽ
panibus,& paucis piſcibus, vt legitur in euan
gelio hodierno,ſatiauit eos,qui de longè ve
nerant:& eum triduo ſuſtinuerant.¶ Rurſus
3 † in hac dominica incipit Eccleſia Parabolas
Salo.poſt feſtum enim trinitatis legitur liber
regum. quoniam homo quando trinitatis ſi-
militudinem habet , fit rex & ſacerdos .vnde
præponuntur ei exempla de regibus & ſacer
dotibus : ſicut ſub prima dominica dictũ eſt.
Poſteà verò ſequuntur libri doctrinales:præ
ponuntur enim exempla doctrinis, quia plus
mouent facta , quàm dicta.Act.j.Cœpit Ie-
ſus facere & docere:& ſic ordinantur libri ad
ſeinuicem,vt prçcedant libri exemplares Re
gum & Paralipomenon:& ſequantur libri do
ctrinales Salomonis:quæ doctrina , eſt refe-
ctio ſpiritualis:de quo habetur in euangelio
huius vij. dominicæ. de hoc dicetur ſub do-
minica xj.& xij.Et quia huic doctrinæ bonis
operibus reſpondere debemus,incipit introi-
4 tus:Omnes†gentes plaudite manibus.Et bea
tus Paulus inuitat nos in epiſtola ad Rom.
vj.ca.vt reſpondeamus illi doctrinæ ſeruiẽdo
Deo,dicens:Humanum dico, propter infirmi
tatem carnis veſtrç.vnde in quibuſdam Eccle
ſijs ſequitur reſponſorium:Beata gens , cuius
Dominus Deus eorum:id eſt , quæ Deum
habet pro Domino,ei ſoli ſeruiendo.& ſequi
tur , verſus : Verbo Domini, id eſt, doctrina
Domini cœli firmati ſunt , id eſt, maiores ſi-
cut Apoſtoli , & alij ſancti. Sequitur in qui-
buſdam Eccleſijs allelu Ia. Attendite popule
meus, legem meam.lex eſt illa refectio.illa
autem refectio oſtenditur in euangelio,Mar.
viij.Cùm turba plurima &c.Et eſt notandum,
quòd ibi dicitur , quòd quidam de longè ve-
nerunt,ſcilicet illi,qui de peccatis enormibus
redierunt,& pœnituerunt.qui enim in pecca-
to mortali eſt , non habet quod manducet.
Erant autem quatuor millia , ſcilicet haben-
tes quatuor cardinales virtutes , & comede-
runt,& ſaturati ſunt:quia lex Domini ſatiat:
& remanſerunt ſeptem ſportæ , ſcilicet præ-
dicatores habentes ſeptem dona ſpiritus ſan-
cti.& reficientes alios.in alijs verò Eccleſijs
legitur euangelium. Attẽdite à falſis prophe
tis : quia verò habens doctrinam videt , in
quanto periculo ſit conſtitutus. Videt enim
ſe eſſe in fornace Babylonis. In offertorio,
Sicut holocauſtum &c.Dan.iij.ca. petit ſe li-
berari:& vtitur voce trium puerorũ.In poſt-
communione verò:Inclina aurem tuam &c.
petit liberationem accelerari.

SVMMA.

1 Dominica octaua,poſt Penteco ſten quid mo
neat.& num.2.3.

## De octaua dominica poſt Pentecoſten.

CAP. CXXII.

SEquitur octaua dominica , in
qua docet nos Eccleſia vitare
1 †omnem vanitatem.Hic enim
debet eſſe effectus doctrinæ,
in nobis : quia in doctrina do-
cet nos fieri ſpirituales:& remoueri à corpo-
ralibus deſiderijs ad ſimilitudinem beatæ vir
ginis, cuius feſtum inſtat. Vnde introitus in-
cipit:Suſcepimus Deus miſericordiam tuam,
id eſt, filium tuum Ieſum Chriſtum nobis ex
miſericordia datum in medio templi tui , id
eſt,in communi Eccleſia tua : ſecundum no-
men tuum Deus. Deus enim vbiq; nomina-

tur.ſic & laus tua infines terræ , id eſt , vbiq;.
Templum etiam eſt beata virgo:in qua verè
ſuſcepimus Dei miſericordiam. Vnde circa
2 eius † feſtum rationabilirer præſens canta-
mus , officium cum ſit templum Domini &
ſacrarium ſpiritus ſancti.Sequitur epiſtola ad
Rom. viij. debitores carni non ſimus : vt ſe-
cundum carnem viuamus , &c. in qua doce-
mur conculcare omnem carnalitatem : & ad
oſtendendum,quòd hoc poſſumus:ſequitur:
Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis, ite-
rum in timore : ſed accepiſtis ſpiritum ado-
ptionis filiorum : quo guſtato deſipit omnis
caro.Sed quia non poſſunt hæc fieri,niſi Do-
minus protegat , ideò orat in graduali : Eſto
mihi in Deum protectorem.¶ Rurſus , quia
non poteſt habere hæc omnia : niſi qui gau-
Pſal. 17 det in Domino,ideò ſequitur allelu Ia.Exul-
tate Deo adiutori noſtro.gaudium enim ſpi-
rituale, excludit omnem carnalitatem. Quia
3 † verò quidam ſunt vita caſti & humiles, ſed
fictè:ab his docet caueri in euangelio Mat.
vij.c.Attendite à falſis prophetis,qui præten-
dunt caſtitatẽ , & ſunt luxurioſi. Vel propter
humanam laudem ſunt caſti,ſicut fatuæ vir-
gines: quibus dicitur : Amen dico vobis , ne-
ſcio vos. Sed Dominus verè humiles ſaluat.
Vnde ſequitur offer.Populum humilem ſal-
uum facies Domine,& oculos ſuperborum
humiliabis.Quia verò per delitias ſpirituales
omnia conculcamus:ideò dicitur in poſtcom
munione:Guſtate,& videte : quoniam ſuauis
eſt Dominus.

SVMMA.

1 Dominicæ nonæ poſt Pente.Miſſa eiúsq;
expoſitio.& num.2.3.

## De dominica nona poſt Pentecoſten.

CAP. CXXIII.

1 POſtmodum † ſequitur nona do
minica,in qua legitur liber Sa-
pientiæ. Sapientia autẽ eſt co-
gitare de cœleſtibus,& leuare
cor ad illa. Vnde monet nos
ad hoc maximè propter feſtum aſſumptio-
nis beatę virginis,quod inſtat:quando,ſcilicet
aſſumpta eſt in cœlũ. Et quia homo ſe ſuper
ſe leuare non poteſt:niſi Dñs eũ trahat:ideò
dicitur in introitu:ecce Deus adiuuat me , &
Dñs ſuſceptor eſt animæ meæ,id eſt, ſurſum
captor.Sicut enim itur ad cœleſtia non paſsi-
bus corporis,ſed aſsimilatione mẽtis ad Deũ,
in quo vitantur omnia mala. & ſequitur in
epiſtola.j.ad Cor.x.c. Nõ ſimus cõcupiſcẽtes
malorũ &c.Poſteà ſequitur ibi:Fidelis Deus,
qui nõ patietur vos tentari ſupra id,quod po-
teſtis.ſed faciet cum tẽtatione prouentũ : vt
poſsitis ſuſtinere.prius tamen timorẽ incutit,
dicendo:Stare qui ſe putat,videat ne cadat.In
graduali verò,quę ſurſum rapitur,reddat gra
tias Deo , dicens: Domine Dominus noſter,
quàm admi.eſt no.tu.in vniuerſa terra. Quo-
niam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœ
los , ſcilicet non tantùm in Chriſto & beata
virgine,id eſt,ſuper cœlos materiales,& ſpiri
tuales,verũ etiã in ſanctis ſuper cœlos mate-
2 riales.In† euan.Luc.xvj.monet vt ſi nõ poſſu
mus per nos volare ad cœlũ, faciamus nobis
amicos de mammona iniquitatis,id eſt,de di-
uitijs inæqualiter poſſeſsis, dicẽs:Homo qui-
dã habebat villicum &c.Homo iſte,ſciuit ſic
per prudentiã carnis diſponere,quòd amotus
à villicatione,fuit receptus in domibus Do-
mini:& hoc per iniquitatem fraudis. Si ergo
ille laudatur,qui per iniquitatem fraudis ſci-
uit ſibi in futurum prouidere , multò magis
laudabit Dominus eos , qui dant eleemoſy-
nas.quod eſt prudentia ſpiritus , de quo dicit
Apoſtolus:Eſt vita,& pax,qua homo ſibi pro Rom. 8
3 uidet in futuro.Poſteà ſequitur:quia filij†hu
ius ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis,in ge-
neratione ſua,id eſt, in his, quæ pertinent ad
generationem ſuam, id eſt,circa temporalia.
Et ego dico vobis , facite vobis amicos de
mammona iniquitatis:vt cùm defeceritis,ſci-
licet moriendo, recipiant vos in æterna taber
nacula , quæ ſunt ſua. Vnde , beati pauperes
ſpiritu : quoniam ipſorum eſt regnum cœlo-
rùm : & quia non tantùm per eleemoſynas:
ſed etiam per orationes volamus ad cœle-
ſtia:ideò eſt allelu Ia. Domine Deus ſalutis
meæ,in die clamaui:& nocte coram te.Quia
verò hæc tabernacula per opera iuſtitiæ ha-
bentur,ſequitur offertorium. Iuſtitiæ Domi-
ni rectæ lætificantes corda &c. Quo autem
ordine hæc fiant , oſtenditur in poſtcommu-
nione. Primùm quærite regnum Dei. Mat.
vj.cap.

SVMMA.

1 Dominica decima poſt Pentecoſten quid mo
neat.& num.2.

De decima



## De decima dominica poſt Pentecoſten

CAP. CXXIIII.

1 IN dominica † decima legitur
Eccleſiaſticus qui incipit : Om-
nis ſapientia à Domino Deo
eſt:vbi oſtenditur,quia non ſo-
lùm ſapientia,ſed etiam omnia
bona ſunt à Deo : & ideò ab eo ſolummodo
ſunt petenda:& ad eum debemus clamare:&
ideò incipit introitus:Dum clamarem ad Do
minum exaudiuit vocem meam.Et quia debe
mus ipſum ſolũ orare:ſequitur verſus:Exau-
di Deus orationem meam. Et oratio in qui-
buſdam Eccleſijs.Pateant aures miſericordiæ
tuæ Domine precibus ſupplicantium. In qua
collecta patet quis rogans dignus ſit exau-
diri.Vnde ſequitur. Et vt petentibus deſide-
rata concedas:fac eos , quæ tibi ſunt grata &
placita poſtulare:& oſtenditur in epiſtola,Sci
tis quoniam &c.j.ad Cor.xij.ca. quòd omnia
bona ſunt à Deo:& ideò ei ſunt exhibendæ
2 gratiarum actiones. Vnde†enumeratis omni
bus donis, dicit: Hæc autem omnia operatur
vnus atq; idẽ ſpiritus diuidens ſingulis, prout
vult.Sed quia bonum citò amittitur,quod nõ
à largiente cuſtoditur ,ſicut dicit Greg. ideò
ſequitur reſponſorium:Cuſtodi me Domine,
vt pupillam oculi.Item,quia ad illum confu-
gere debemus,à quo omnia bona habemus:
ſequitur allelu Ia.Domine refugium factus
es nobis. In alijs Eccleſijs dicitur : allelu Ia,
Te decet.Euangelium verò , quod eſt in qui
3 buſdam Eccleſijs:Cùm† appropinquaret Do
minus Hieroſolymam. Luc.xix.c.eſt de ſimo
niacis, qui iniuriantur ſpiritui ſancto , ſcilicet
in hoc quòd vendunt ea, quæ ipſe dat gratis:
vel ad voluntatem ſuam tribuũt:ac ſi ab illis
eſſent illa bona : & non à ſpiritu ſancto. Et
nota,quòd hoc euangelium in quo Hieruſa-
lem deſtructio prædicatur , in Auguſto legi-
tur,quia prius à Nabuchodonoſor, poſtmo-
dum à Romanis , in quo menſe deſtructa
fuiſſe inuenitur.In alijs Eccleſijs legitur:Di-
xit Ieſus ad quoſdam . ſequitur & offertoriũ.
Ad te Domine leuaui animam meam . quaſi
diceret,non ad ſimoniacos : non ad prælatos
prauos,vel ad quoſdam fatuos , & ſimulatos
religioſos , qui faciunt ſe à ſimplicibus ado-
rari:ſed à te,à quo omnia bona ſunt. Et quia
tunc acceptat Deus omnia opera noſtra, quã
do ſperamus in ipſo Deo:ideò ſequitur poſt-
communio:Acceptabis &c.

SVMMA.

1 Iob legitur Dominica vndecima poſt Pen.&
quid moneat. Et eius diei officium.num.2.3.

## De undecima dominica poſt Pentecoſten.

CAP. CXXV.

VNdecima dominica, in qua in-
1 cipit Eccleſia legere† Iob , qui
ſimiliter eſt liber exemplaris,
ſed eſt exemplũ perfectionis,
id eſt , perfectæ ſapientiæ quæ
non habetur niſi per prædictam refectionem
doctrinæ ſpiritualis. Nã refectio facit ſpiri-
tualiter fortes:& ideò poſt libros Salomonis
legitur liber Iob. In ordine autem bibliæ o-
mnes exemplares , ſcilicet Rub , Iob, Tho-
bias,Iudith,& Heſter præcedũt libros doctri
nales Salomonis : propter prædictam ratio-
nem:de quo etiam dicetur ſub dominica de-
cima quinta.Et quia vnanimitas facit fortes,
& patientes:ſicut fuit Iob,& concordes, ſicut
fuerunt filij Iob, qui faciebant conuiuia per
domos , vnuſquiſque in die ſuo:ideò incipit
2 † introitus : Deus in loco ſancto ſuo , id
eſt , in humilibus. Eſaias ſuper quem re-
quieſcet ſpiritus meus niſi ſuper humilem
& quietum & trementem ſermones meos?
& ſi Deus eſt cum eis , nullus poteſt eis præ
ualere. Deus enim habitare facit vnius mo-
ris in domo , id eſt ,concordes & vnanimes,
quales fuerunt filij Iob , qui dabant ſibi in-
uicem comedere . vnde verſus eſt. Exurgat
Deus & diſsipentur inimici eius . quia for-
titudo noſtra nihil valet , niſi Dominus no-
biſcum cooperetur : imò principaliter ope-
retur.In epiſtola : Notum vobis facio euan-
gelium, quę eſt.j. Corint.xv.oſtendit beatus
Paulus humilitatẽ.vnde ſequitur ibi:Qui nõ
ſum dignus vocari Apoſtolus:& propter hãc
humilitatẽ raptus fuit vſq; ad tertium cœlũ.
In reſponſorio quoq; ſequitur vox humiliũ:
In Deo ſperauit cor meum , & adiutus ſum:
& in verſi. Ad te Domine leuaui animam
meam : & quia ex tali ſpe ſequitur exulta-
tio , ideò quibuſdam Eccleſijs eſt allelu Ia.
3 Venite exultemus Domino. † Euangelium
verò eſt de humilitate & eius effectu. Duo
homines aſcẽdebãt &c.Luc.xviij.vnde ſequi-
tur:Phariſæus dicebat:Domine nõ ſum ſicut

cæteri hominum,&c.Ecce ſuperbia:ſequitur:
Publicanus dicebat:Deus propitius eſto mihi
peccatori:ecce humilitas : & ideò abijt iuſti-
ficatus in domum ſuam ab illo:quia verò hu
militatem ſequitur exaltatio (qui enim ſe hu
miliat,exaltabitur) ideò ſequitur offert.Exal
tabo te Domine : quoniam ſuſcepiſti me , id
eſt,ſurſum cœpiſti.q. d.exaltabo te Domine,
quoniam exaltaſti me. Poſtcommunio : Ho-
nora Dominũ de tua ſubſtantia &c.Prou. iij.
ca.hoc ad literam facit humilis. dat enim li-
benter pauperibus:& hoc eſt honorare Do-
minũ : quia ipſe præcepit , vt detur pauperi-
bus:vel honora Dominũ &c.id eſt,omnia bo
na tua Deo attribue.& hoc eſt propriũ humi
liũ.Hęc poſtcõmunio cõgruè hoc tẽpore ca
nitur,quãdo frugibus horrea,& vino cellaria
plenè redũdãt,qbus deuotè Dñs honoratur.

S V M M A.

1 Miſſa Dominicæ duodecimæ poſt Pent.
& eius officium.& num.3.
2 Sanctorum orationes nobis conferunt.
4 Septembris hiſtoria, bipartitur.
5 Catholicorum quidam perfecti , quidam
imperfecti.

## De duodecima dominica poſt Pentec.

CAP. CXXVI.

DVodecima dominica eſt de ora-
1 tione & quaſi exprimitur † Iob
orans & ſedens in ſterquilinio,cõ
querendo de falſis amicis:legitur
enim Iob, in duabus dominicis. Iob quidem
in ſterquilinio,moraliter eſt anima , in mor-
tali peccato , & fœtido : in quo dum reſidet,
non reſtat niſi orare Deum vt ipſam ab eo
eripiat:vnde incipit introitus:Deus in adiuto
rium meum intende:Domine ad adiu.me fe-
ſtina:confun.& re. qui quæ.animã meam. In
offertorio autem oſtenditur efficacia ora-
tionis:& totũ officiũ eſt oratio Moſi ſumpta
2 de Exod. quando rogauit pro filijs † Iſraël,
qui fecerunt ſibi vitulum conflatilem:& inci
pit:Precatus eſt Moſes in conſpectu Domini
Dei ſui &c.qui Moſes ſeipſum : expoſuit pro
ſalute populi , dicens Domino : Aut dimitte
eis hãc noxam,aut dele me &c. xlv. di. diſci-
plina.& reducit ad memoriam merita patrũ.
Memento inquit Abraham , Iſaac , & Iacob,
&c.& placatus factus eſt Dominus de ma-
lignitate,quam dixit facere populo ſuo:& ex
hoc probatur,quòd ſanctorum merita nobis
3 proſunt. Et not. † quòd in hoc offertorio fit
verborum geminatio:de quo dictum eſt ſub
ſecunda dominica poſt epiphaniam in epiſto
la: Fiduciam talem habemus per Chriſtum
ad Deum.ij.ad Corint.iij.c.oſtendit Apoſto-
lus , quòd oratio ſua , & aliorum bonorum
prælatorum no. teſt. maiorem habet effica-
ciam,quàm habuit in veteri teſtamẽto:quòd
etiam Moſes orauit cum fiducia,confiſus de
meritis patrum:ſed ne videatur hoc ex arro-
gantia facere,ſubdit : Non quòd ſufficientes
ſimus cogitare aliquid à nobis , quaſi ex no-
bis:ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt , cuius
miniſtri ſumus.In euangelio verò oſtenditur,
quòd multum valet oratio prælatorũ , quod
legitur in quibuſdam Eccleſijs, dum tranſi-
ret Ieſus per medios fines Decapoleos,addu
cunt ei ſurdum & mutum,& ſanauit eum Do
minus. Multi ſunt ſurdi, qui nolunt audire
verbum Dei.& multi muti,qui nolunt loqui,
& poſſunt : ſimiliter hos debent prælati per
prædicationem adducere ad Dominum,& in
confeſsione,& oratione ſaluabit eos.vnde in
perſona ſurdi & muti cantatur in graduali.
Benedicam Dominum in omni tempore:ver
ſus eſt:in Domino laudabitur anima mea. in
allelu Ia verò monet ad hanc laudem. Ve-
nite exultemus Domino &c. de offertorio
ſuprà dictum eſt:poſtcõmunio verò eſt : De
fructu operum tuorum ſatiabitur terra , id
eſt,prædicatores,quos Dominus replet,prius
bonis,& ipſi repleti alios replent.in alijs verò
Eccleſijs dicitur euangelium:Exiens Ieſus de
finibus Tyri.quod eſt Marci vij. Poteſt autẽ
dici,ſecundum Richardum epiſcopum Cre-
mon.in mitrali:quòd Solomone mortuo re-
gnum diuiditur : & ideò menſis Septembris
4 hiſtoria † bipartitur. Prima pars in vna hiſto-
ria conſolidatur:alia variatur : quia regnum
Iuda in Dauid familia ſtabilitur:ſed regnum
Iſraël à pluribus occupatur. Vnde & hiſto-
ria de his iuſtis , qui gentibus intermiſti fue-
rant,compilatur:vt de Iob, Thobia, Iudith,
& Heſter:cùm in prima Septembris hebdo-
mada legatur Iob , quem ipſe ſcripſit cum
reſponſorio : Si bona.in ſecunda liber Tho-
bie:quem ipſe compoſuit : in tertia Iudith:
quem Achior edidit:in quarta Heſter, quem
Marchochæus vel potius Eſdra compoſuit:
ſed & liber Eſdræ, poſt hæc opera recitatur:
& cum his cantatur reſponſorium, Peto. &
adonay Domine &c.His temporibus prophe





tizauit Helyas,qui geſsit typum Chriſti.Sic
mortuo Conſtantino Eccleſia ſeparatur.vna
pars eſt catholica : alia per multa ſchiſmata
ſeparatur:à quibus Eccleſia catholica multa
aduerſa,pro Domino tolerauit:ſicut illi,quo-
5 rum opera hoc tempore leguntur.† Inter ca
tholicos,quidam ſunt perfecti:quidam imper
fecti:perfecti ſunt prædicatores idonei:mini-
ſtri & cooperatores Dei,quod dicitur in epi-
ſtola:Fiduciam.Hi adducunt imperfectos,&
alienos,ſurdos,& mutos,ad gloriã Ieſu Chri
ſti:ſicut legitur in euangelio. Vox itaq; perfe
ctorũ eſt in introitu : Deus in adiutoriũ meũ
intende:qui adiutoriũ Dei implorãt,vt hære
ticis valeant reſiſtere,& eos ad Dei gratiam
adducere.Aut eſt vox imperfectorũ proficien
tium:qui vt proficiant,Dei implorant auxi-
lium.in graduali:Benedicam : & in allelu Ia.
Dominus refugiũ.vox ſiquidem eſt perfecto
rum gratias agentium de illis ſe à perfectio-
ne aliquoties temperãtibus,& iſtis proficien
tibus.Et quia Moſes fuit vnus eorum , qui ſe
obtulerunt pro peccatis ſubditorum : ideò in
offertorio cantatur : Precatus eſt Moſes.Hi
perfecti ſunt illa terra,quę ſatiata fructu ope
rum Domini:donis videlicet ſpiritus ſancti,
producit fœnum iumentis,id eſt,doctrinam
hominibus.Vnde communio eſt : De fructu
&c.Et attende , quòd rectè de Iob & Moſe
ſimul rectè cantatur:quoniam contempora-
nei reperiuntur , per quorum exemplum ad
patientiam & manſuetudinem inuitamur.

S V M M A.

1 Thobias legitur decimatertia dominica
poſt Pentecoſten,& eius diei miſſa:eiúſq;
expoſitio.nu.2.3.4.

## De decimatertia dominica poſt Pentecoſten. CAP. CXXVII.

DOminica decimatertia legitur li-
1 ber † Thobiæ:per quem figura-
tur genus humanũ cæcum factũ
per peccatũ primi parentis.quod
non potuit ſanari,niſi amaritudine paſsionis:
quæ per fel ſignificata eſt.Chriſtus verò,per
piſcem:quia piſcis aſſus , eſt Chriſtus paſſus.
Cæcum quidem erat genus humanum : quia
habitantibus in regione vmbræ mortis lux
orta eſt eis.Petite ergo vt veniat Dominus
ſicut promiſit. Dominica enim iſta eſt de pro
2 miſsionibus. † Vnde dicit in introitu:Reſpi-
ce Domine in teſtamentum tuum:& in pro-
miſsione tua:vt ſicut promiſiſti veniat filius
tuus:& hoc eſt,quod ſequitur:& animas pau-
perum tuorũ ne obliuiſcaris in finem:& hoc
eſt,quod dixit Thobias filio ſuo. Memento
fili:quoniam pauperem vitam gerimus.habe
bis multa bona,ſi timueris Deum.Vnde ſe-
quitur oratio:Omnipotẽs ſempiterne Deus,
de cuius munere venit &c.& rogat vt poſsit
currere Eccleſia ad veras promiſsiones.Epi-
3 ſtola :† Abrahæ factæ ſunt promiſsiones,&
ſemini eius &c. Ad Galath.iij.cap.vbi agitur
de promiſsionibus.& ſequitur ibi,quid igitur
lex,dixit Apoſtolus,ſi nõ poteſt ſanare genus
humanũ cæcum,ſicut Thobiam?& ſequitur
reſponſio:Lex quidem propter trãſgreſſores
poſita eſt,ſicut dicit pędagogus.Sequitur re-
ſponſorium:Reſpice Domine in teſtamentũ
tuum:vbi oſtenditur vehemens effectus ora
tionis.In allelu Ia: Quoniam Deus magnus
&c.oſtenditur,quis eſt qui poteſt illumina-
4 re.In euangelio † oſtenditur quòd lex nõ po
teſt ſanare:& incipit in quibuſdam Eccleſijs:
Beati oculi,qui vident,quæ vos videtis:multi
prophetæ & multi reges &c.Luc.x.cap.vbi
habetur,quòd ſacerdos & leuita pertranſie-
runt hominẽ,qui incidit in latrones.ſacerdos
inquam & leuita veteris teſtamenti:ſed ſolus
Samaritanus,ſcilicet Chriſtus, qui eſt cuſtos
noſter,ipſum ſanauit.Et quia lex non ſanat:
quoniam neminem ad perfectionem ducit,
ſed ſolus Deus in quo ſperãdum eſt:ideò ſe-
quitur offertorium : In te Domine ſperaui.
Quomodo autem ſanauit illum cæcum,pa-
tet:quia per panem angelorũ, qui factus eſt
panis hominum,id eſt,per filium Dei incar-
natum:& ideò ſequitur in poſtcõmunione:pa
nem angelorũ manducauit homo.Alię Eccle
ſiæ dicũt panẽ de cœlo &c.Sapiẽtiæ xvj.cap.

S V M M A.

1 Iudith hiſtoria cur legatur dominica decima
quarta poſt Pentecoſten.Et eius diei officiũ
quale.nume.2.

## De decimaquarta dominica poſt Pentecoſten. CAP. CXXVIII.

1 DOminica † decimaquarta legitur
liber Iudith:& cantatur quomo-
do victoria data eſt in manu fœ-
minæ : & monet nos Eccleſia ad
ſanctimoniam ſiue ad cõtinentiam exemplo
Iudith. ſicut enim interfecit Holofernẽ,qui
interpretatur eneruãs vitulum ſaginatum:ſic

monet Eccleſia vt interficiamus Holofernē,
id eſt,diabolum,qui eneruat & interficit laſci
uos mūdi:quod fit per ſanctimoniam abſcin-
dendo ei caput:nam caput diaboli eſt luxu-
ria: quia quaſi primò de ea incipit homines
tētare:& ideò Dominus dicit in Luc.ſint lum
bi veſtri præcincti.hoc eſt, præcingatis vos
contra primū vitium. Exo.xij.in comeſtione
agni renes veſtros accingetis.Alio tamen mo
do ſuperbia eſt initium omnis peccati. Quia
verò fragiles ſumus & effœminati. vnde in-
terficere nō poſſumus Holofernem,niſi ad-
iutorio Dei:ideò dicit in introitu:Protector
noſter aſpice Deus,& reſpice in faciem Chri
ſti tui.Sequitur in quibuſdam Eccleſijs epi-
2 ſtola ad Galath.v.cap. Spiritu † ambulate &
deſideria carnis nō perficietis.caro enim con
cupiſcit aduerſus ſpiritum , & ſpiritus aduer-
ſus carnem.& ſequitur:manifeſta autem ſunt
opera carnis.& nominat ea.Item alibi dicit.
Si contenditis,nōne carnales eſtis.hoc dicit,
quia contendimus de carnalibus.Et pòſt:fru-
ctus autem ſpiritus ſancti,ſunt longanimitas,
pax,patientia &c.Deuincere igitur Holofer-
nem in nobis , eſt facere iſta duo . Per hoc
quoque vitia interficimus in nobis,quòd gu-
ſtamus ſpiritum ſanctum , quo guſtato deſi-
pit omnis caro.Sed quia non poteſt ſanari in
nobis carnalitas,niſi à Domino:quia eſt ſicut
lepra.ideò in quibuſdam Eccleſijs ſequitur
euangelium:Dum iret Ieſus.Luc.xvij.cap.de
leproſis,qui venerūt ad Dominū.& dixit eis:
Ite,& oſtendite vos ſacerdotibus.ipſis tamen
prius ſanatis: per quod ſignificatur quòd
prius peccator à Domino ſanatur , & poſteà
iniungitur ei pœnitentia à ſacerdote,& abſol
uitur,quod ſignificatū eſt per hoc,quòd diſci
puli Domini inſtita Lazari ſoluerunt: & ta-
men prius ipſe erat reſuſcitatus à Domino.
Redijt autē vnus ad eum flexis genibus,gra-
tias agens,per quod ſignificatur,quòd vnitas
Eccleſiæ reddit gratias Deo:vnde vnus ſana-
batur in piſcina.Ioan.iiij.& ideò in reſpōſo-
rio in gratiarū actione dicit Eccleſia:Bonum
eſt confiteri Domino : & etiam in allelu Ia,
quod eſt in quibuſdam Eccleſijs.Confitemi-
ni Domino , & inuocate nomen eius.& quia
hoc non ſufficit,niſi & Dominus nos cuſto-
diat:ideò ſequitur in offertorio:Immittit an-
gelus Domini in circuitu timentiū eum:quia
cuſtodit nos Dominus per angelos.ſequitur:
Guſtate & videte:quid autem guſtare debe-
mus,oſtenditur in poſtcommunione, ſcilicet
panem,qui ſaginat animam,non corpus.vnde
eſt offertoriū in quibuſdam Eccleſijs ; Panis,
quē ego dedero,caro mea eſt pro mūdi vita.

S V M M A.

1 Dominica decimaquinta poſt Pentecoſten
in quo cōueniat cum antecedenti.Miſſa item
eiuſdem diei.nume.2.

## De decimaquinta dominica poſt Pentecoſten. CAP. CXXIX.

Dominica decimaquinta habet
eandem intentionem cum præce
1 denti,† & ideò in quibuſdam Ec-
cleſijs in his duabus dominicis le
gitur liber Iudith:& introitus eſt:Inclina au-
rem tuam Domine.verſus eſt: Lætifica ani-
mam ſerui tui:quoniam ad te Domine leua-
ui animam meam.quaſi dicat,nō ad carnalia
deſideria.In epiſtola quæ eſt ad Galath.vj ca.
monet nos,vt nō ſimus vitulus ſaginatus:ſed
ſimus ſpirituales.vnde dicit ibi Paulus:Si ſpiri
tu viuimus,ſpiritu & ambulemus:quia qui ſe
minat in ſpiritu,de ſpiritu metet vitam æter-
nam:qui verò in carne,de carne metet corru-
ptionem.ſequitur reſponſoriū.Bonū eſt cōfi-
dere in Domino,quàm cōfidere in homi.qui
dat victoriam in manu fœminę:quando facit
hominem vincere in carne:& quia hoc facit,
qui præparat cor ſuum ad ſeruiendum Deo:
ſequitur allelu Ia.Paratū cor meū Deus &c.
2 In euangelio:Nemo † poteſt duobus Domi
nis ſeruire : quod eſt Matth.vj.cap.docemur
ne ſeruiamus ventri.& pòſt : Nolite ſoliciti
eſſe dicētes:quid manducabimus aut quid bi
bemus &c.ſed primū quærite regnū Dei &c.
Nolite ſoliciti eſſe,ſcilicet ſolicitudine ſuf-
focationis.ſolicitudinē autē prouidētiæ ſoli-
citi eſſe debemus.In offertorio verò mone-
mur,vt ſeruiamus Dño,nō ventri. Expectans
expectaui Dñm,vt reficeret me.Quis autem
ſit iſte cibus,quo anima debet refici,oſtendi-
tur in poſtcōmunione,quæ eſt in quibuſdam
Eccleſijs:Qui manducat meam carnē,ſcilicet
per fidem:nam vt dicit Augu.Crede,& mādu
caſti. &c. Quæritur autē,quare Eccleſia poſt
libros Salo:legat librū Iob.& poſteà librum
Thobiæ & Iudith,cùm alio modo ordinētur
in Biblia?ſicut enim dictū eſt ſub ſeptima do
minica præcedūt libri exemplares : & poſteà
doctrinales:quia magis mouent facta,quàm
dicta:& ad vltimū ponūtur libri Machabæo-
rum,qui



rum,qui ſunt libri exemplares.Ad quod dici-
tur,ꝙ per doctrinā peruenitur ad perfectio-
nem patientiæ quæ magis fuit in Iob.vnde
poſteà ſequitur Thob.quia magnū etiā pa-
tientiæ ſignū fuit in Thobia,qui amiſit mul-
ta,& filium ad tempus,& oculos,qui maximè
ab homine diligūtur:ex eo,ꝙ oculi ſunt prin
cipiū cognitionis,ad quā natus eſt homo,&
quia etiam plus valet exemplum fœminæ,&
magis erubeſcentiā incutit,ideò liber Iudith
in quo habetur de victoria in manu fœminæ
poſt prædictos ab Eccleſia ordinatur:vltimo
verò liber Machabæorū legitur:quia ibi ha-
betur exemplū de cōfirmatione iuſtitiæ.Ma-
chabæi enim paſſi ſunt martyrium pro lege
defendenda,& cuſtodienda ab Antiocho fi-
dei inimico.

S V M M A.

1 Dominicę decimęſextæ poſt Penteco.offi
ciū,ex Machabæis ſumptū.& nu.2.3.4.

## De dominica decimaſexta poſt, Pentecoſten. CAP. CXXX.

1 Ecimaſexta dominica † legit &
cantat Eccleſia de Machab.vt di
cetur in ſequēti titulo,qui multa
paſſi ſunt ab Anthioco,& ſeptem
populis:& ibi habetur,ꝙ templū,quod pollu
tum fuerat ab illis populis, ab iſtis Macha-
bæis purificatū fuit:& per hoc ſignificatur ꝙ
anima quæ templū Dei eſt polluta à ſeptem
capitalibus vitijs,nō poteſt mūdari,niſi purifi
cetur à peccato:quod eſt cauſa reſuſcitari de
morte peccati.vnde habetur in euangelio de
reſurrectione filij viduę,& ideò incipit introi
2 tus:Miſerere † mei Dñe,ſcilicet vt reſuſcites
me.verſus eſt:Inclina Dñe aurē &c.In epiſto
la verò,Apoſtolus inuitat nos ad patientiā,di
cens:Obſecro vos ne deficiatis in tribulatio-
nibus &c.quæ eſt ad Ephe.iij.ca.ſic enim vin-
cuntur inimici à Machabæis,id eſt,à ſanctis.
ſequitur graduale:Timebūt gētes:quia ſicut
poſtquā illi vicerūt inimicos ſuos,& mūdaue
runt templū,& reædificauerūt, timuerūt gen
tes in circuitu,ſic & poſtquam homo vicerit
diabolū & mūdauerit ſe per cōfeſſionem,&
reædificauerit templū Dei in ſe timēt dæmo
nes.vnde ſequitur verſus:Quoniā ædificauit
Dñs Syon:ſed quia nō poteſt fieri,niſi à Do-
mino,ꝙ homo liberetur à vitijs:ideò ſequi-
tur allelu Ia.Redemptionē miſit &c.Euange
lium eſt in quibuſdam Eccleſijs.Ibat.Ieſus in
ciuitatem &c.Luc.vij.cap.& poſt.Acceſſit Ie-
ſus & tetigit loculū.& dixit:Adoleſcēs,tibi di
co ſurge.& ſurrexit:& dedit illum matri ſuæ.
Nempe tāgit Dñs loculū,vbi erat mortuus,
quādo infirmitate vel aliquo flagello tangit
corpus hominis,in qua iacet mortuus ſpiritus
hominis,id eſt,anima.& ſic excitatur à ſomno
mortis:vnde Eccle.xxj.Infirmitas grauis ſo-
3 briā reddit animā.Sequitur offertoriū:† quaſi
in voce Machabæorū.Dñe in auxiliū meū re
ſpice.ſequitur poſtcōmunio:Dñe memora-
bor iuſtitiæ tuæ ſolius:iuſtitiæ inquā:quia o-
mnis qui venit ad te,non eijcietur foras.Po-
teſt & aliter dici,ꝙ Ioſia defuncto Hieruſa-
lem deſtruitur: populus captiuatur & premi-
tur:ideò in hoc mēſe Octobri Machabæorū
4 † hiſtoria legitur & cantatur. Adaperiat &c.
quia à ſuis aduerſarijs admodū premebātur:
quorū primā partē Simon pōtifex edidit: aliā
filius eius. Ioā.poſteriorē quidā Iudæus ag-
greſtis,ſed eruditus.hi captiui militantē deſi-
gnāt Eccleſiā,in qua ſunt duces & ſatellites:
doctores & diſcipuli,perfecti & imperfecti.Do
ctores,viduam ſignificāt Eccleſiā,quæ vidua
eſt:quia militās cū ſpōſo triumphāti non eſt:
cuius filius moritur , cū diſcipuli pro quouis
crimine ab Eccleſiæ corpore ſeparātur:reſu-
ſcitātur,cū illis gratia infunditur.Hæc igitur
orat in euāgelio,pro filij reſurrectione,id eſt,
gratiæ infuſione.& hortatur in epiſtola,ne
deficiat in tribulationib9:& huius rei gratia,
flectit genua ſua.hęc eadem orat in introitu:
Miſerere:& in offertorio:Dñe.graduale:Re-
ſpice id,quod dicitur in euāgelio Accepit au
tem omnes timor.Poſtcōmunio:Dñe memo
rabor:gratiarū eſt actio. Vel hic mēſis Octo
bris,vt quidā aiūt,deſignat octauā.ſicut ergo
Iudæi finitis prælijs & templo reſtaurato,in
hymnis & cōfeſſionibus Domino benedice-
bant:ſic in octaua magnæ feſtiuitatis ſancti
feſtiuius exultabunt.

S V M M A.

1 Dñica xvij.poſt Pēte.quid moneat.& nu.2.3.

## De dominica decimaſeptima poſt Pentecoſten. CAP. CXXXI.

1 IN dñica † xvij.agitur de nuptijs
æternis:qa cōſideratione nuptia-
rū illarū libēter patimur tribula-
tiones:ſicut & Machabęi fecerūt.
Sunt autē quatuor dominicæ in quibus agit
Eccleſia de Machabæis . conſideratio enim
illa tribulationes leues facit:& propter illas
nuptias pœna quælibet leuiter ſuſtinetur.
De his

De his nuptijs dicitur in euangelio, quod in
hac die in quibuſdam Eccleſijs legitur. Cùm
inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouiſ-
ſimo loco, &c. Omnes inuitati ſumus ad nu-
ptias æternas: & ſi in nouiſsimo loco nos po-
nimus hîc: vt ſimus humiles: exaltabimur in
paradyſo: & ecõtrà. vnde ſtatim ſubiungitur:
2 Ego † autem dico vobis: quia omnis, qui ſe
exaltat, humiliabitur &c. Vnde incipit introi-
tus: Iuſtus es Domine, ſcilicet in hoc iudicio
& rectum iudicium tuum. Huic enim iudicio
concordat Eccleſia ſeu conſentit, quo Deus
exaltat humiles: & ſuperbos deprimit, dicens:
Iuſtus es Domine &c. In epiſtola, Obſecro
vos. quæ eſt ad Epheſ. iiij. cap. inuitat nos ad
humilitatem: vt dicatur nobis: Amice, aſcende
ſuperius. vbi dicitur, vt dignè, id eſt, in humili
tate ambuletis in vocatione, qua vocati eſtis,
ſcilicet ad nuptias: hoc enim eſt nouiſsimum
locũ tenere. Ad hoc idem monet in graduali:
Beata gens, cuius eſt Dominus Deus eorum,
&c. ſuperbi faciũt ſe Dominos: humiliũ verò
Deus eſt Dominus: vnde verſus eſt: Verbo
Domini cœli, id eſt, humiles firmati, id eſt,
ſanctificati ſunt. Debem⁹ ergo eſſe humiles:
quia nihil habemus, niſi à Deo: & ideò ſequi-
tur in quibuſdam Eccleſijs: Allelu Ia. Qui ti-
ment Deum ſperant in eum. quaſi dicat, non
in ſe. Poſteà ſequitur euangelium de nuptijs,
ſicut dictum eſt. In alijs verò Eccleſijs legi-
tur: Cùm intraret Ieſus in domum. Luc. xiiij.
cap. Notandum autem, quòd antequã in ipſo
euangelio dicatur de nuptijs, habetur quo-
modo ſanauit hydropicũ, per quem intelligi-
tur omnis amator mundi: prius enim oportet
quòd ſitis mundi ſatietur: quia qui biberit ex
hac aqua, ſitiet iterũ. Io. iiij. quãdiu eñ homo
erit hydropicus in illis nuptijs non poterit ſa
3 tiari. In offertorio † ſimiliter inuitamur ad hu
militatem. vnde ibi habetur oratio Danielis:
Oraui ad Deum meum &c. Daniel. ix. cap. Et
propter hanc humilitatem meruit audire ar-
changelum, qui certificauit eum de incarna-
tione Chriſti. Satis autem cõgruè fit ibi men
tio de angelo: quoniam hoc officium circa
dedicationem beati Michaëlis cantatur: in
poſtcommunione habetur de humilibus &
ſuperbis. Vouete & reddite Domino Deo ve
ſtro omnes, qui in circuitu eius offertis mune
ra, id eſt, humiles, qui attribuitis omnia bona
Deo terribili, & ei qui aufert ſpiritum princi-
pum: id eſt, ſuperbiam eorum. ecce, quia ſu-
perbos humiliat.

SVMMA.

2 Feria quarta Dominicæ decimæſeptimæ poſt
Pentecoſten, quale habeat officium.

### *De quarta feria quatuor temporum Septembris.* CAP. CXXXII.

1 IN quarta feria † legitur euan
gelium: Reſpondens vnus de
turba. Matth. ix. cap. de ſurdo
& muto, quem Apoſtoli cura
re nõ poterant, eò quòd illud
genus dæmonij non eijcitur, niſi in oratione
& ieiunio: quod bene huic diei cõuenit. Ho-
die nãque ieiunium eſt quatuor temporum.
Ideò nãque duæ lectiones leguntur, vt ordi-
nandi in duobus præceptis charitatis vel dua
bus legibus inſtruantur. Prima de calcatore
vuæ, ſcilicet: Ecce dies: Amos in fine, tempore
conuenit. Secunda videlicet, Congregatus.
Neemię viij. cap. congruit ordinandis: quibus
dicitur in introitu: Exultate Deo. qui præme-
ditari promittunt. in offertorio: Meditabor.
Communio eſt: Comedite pinguia. & ſumi-
tur de lectione ſecunda.

SVMMA.

1 Pœnitentiam exprimit ordinandorum, feria
ſexta quatuor temporum Septembris.

### *De ſexta feria quatuor temporum Septembris.* CAP. CXXXIII.

1 FEriæ † ſextæ officium pœni-
tentiam exprimit ordinando-
rum. Vnde in euangelio: Factũ
eſt. peccata paralytico dimit-
tuntur: & in lectione: Cõuerte-
re, Oſeæ vlti. cap. ad conuerſionem inſtruun-
tur: & in introitu: Lætetur. ad quęrendum Do
minum inuitantur. Graduale & poſtcommu-
nio, ſunt orationes electorum. Offerenda con
ſolatio eorundem: in alijs tamen Eccleſijs di
citur euangeliũ: Rogabat Ieſum. Luc. vij. cap.

SVMMA.

1 Sabbatum quatuor temporum Septembris,
quid moneat. & nume. 2.
3 Ieiuniorum inſtituendorum vetus mos. & nu
me. 3. Diuerſus hodie. nume. 4. Et eius ratio.
nume. 5.

De ſabbato



### *De ſabbato quatuor temporum Septembris.* CAP. CXXXIIII.

1 SAbbati † quoque officium ad do
ctrinam ipſorũ ordinandorũ fit,
ne ſint ſteriles, vt fici arbor infru
ctuoſa: de qua legitur euange-
lium: Arborem fici &c. Luc. iiij. cap. ne vita il-
lorum ſit terrenis implicita, ſicut mulier in-
curuata. In epiſtola verò tabernaculum factũ
eſt, &c. quæ eſt ad Hebr. ix. cap. vbi de primo
& ſecundo agitur tabernaculo: monentur vt
ſic ſeruiant in tabernaculo Eccleſiæ militan-
tis: vt Domino præſententur in tabernaculo
triumphantis. In lectionibus verò quare hoc
2 † Septembris ieiunium indicitur, cauſa inſtru
ctionis & eius vtilitas intimatur: quarum pri-
ma eſt decima die. Leui. xxiij. cap. ſecũda eſt:
Quintadecima die, quæ eſt ibidem. tertia eſt:
Domine Dominus noſter. Micheæ vlti. cap.
quarta eſt: Factum eſt verbũ. Zacha. cap. vij.
quinta eſt: Angelus Dñi. Danie. iij. cap. Cæte-
ra ſunt ordinandorum exhortationes, oratio-
nes, & cõſolationes, ſcilicet: Cõmunio, ſcili-
cet menſe ſeptimo, de Leuitici lectione ſumi
tur. Meritò autem in hoc menſe fit clericorũ
ordinatio: quoniam, & in hoc menſe fiebat ta
bernaculorũ celebratio. Ordinati verò ſunt
Eccleſiæ miniſtri, in die tabernaculorum per
ſeptiformem gratiã in ſeptem gradibus con-
ſtituti. Vnde & beatus Petrus legitur ordina
tionem feciſſe in Septembri ſex Epiſcoporũ,
decem presbyterorũ, & ſeptem diaconorũ. Et
celebratur ordinatio in tertia hebdomada:
quia in tempore tertio, ſcilicet gratiæ fuit ab
Apoſtolis inſtituta. Olim tamen alia ratio
3 fuit à ſapientibus aſsignata. Nam † olim in-
ſtituta fuere ieiunia in prima hebdomada
Martij: in ſecunda Iunij: in tertia Septembris.
in quarta Decembris: vt comitarentur initia
teſſeredecadis Ieſu Chriſti. Cùm enim quis
ordinatur, quodãmodo, vt Chriſto attineat,
generatur: ergo perſona primæ teſſeredeca-
dis eſt Abraham, à quo ſumitur ordinatio pri
mæ hebdomadæ Martij prima perſona. ſecun
dæ teſſeredecadis eſt Dauid, à quo ſumitur
ordinatio ſecundæ ſeptimanæ Iunij. initium
tertiæ eſt Ieconiæ: à quo ſumitur ordinatio
tertiæ ſeptimanæ Septembris. demũ eſt Chri
ſtus in quarto loco, à quo ſumitur ordinatio
quarte ſeptimanæ Decembris. Sumuntur au-
tem potius ab his perſonis, quàm ab alijs or-
dinationes: vel quia fuerunt in genealogia
maiores: vel propter nominum interpretatio
nes: dicitur enim Abraham, pater multarum
gentiũ. Dauid fortis. Ieconia, præparatio Do-
mini. ſic & illi qui ordinantur debent eſſe for
tes, præparati ad euangeliũ Chriſti: vel ſicut
à perſona in perſonã ſunt quatuordecim ge-
nerationes: ſic ab ordinatione in ordinationẽ
ſeptimanæ quatuordecim inueniũtur: vt ordi
nandi periti ſint in decalogi & in euangelij
4 diſciplina. Nunc † autẽ ieiunia ex cauſis præ-
miſsis aliter ordinantur, vt dictũ eſt ſub quar
ta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Et me-
mento, quòd apoſtolici vſque ad Simplicium
Papam in Decembri ſemper ordines celebra
bant, vt ordinãdos coaptarẽt generationi Ieſu
Chriſti. Simplicius verò addidit ordines in Fe
bruario tribuẽdos, vt ordinandos vicinius in-
corporaret corpori Ieſu Chriſti. vide de hoc
in prooemio ſecũdæ partis. Sed ſi, vt præmiſ-
ſum eſt, ieiunia cõſtituta ſunt in prædictis ſe-
ptimanis pro his, qui ad ordinationẽ accedũt,
nunquid cõmutari poſſunt, quãdo nullus tũc
ordinatur? certè nõ: niſi neceſsitate vrgẽte: de
qua in prooemio ſecũdæ partis dictũ eſt. Cùm
eñ ſit vna Eccleſia omnino, debet in actioni
bus eius eſſe cõcordia, quæ nõ eſſet ſi in tam
generali ieiunio alij veranderent: alij ieiuna-
rent. Prætereà, licet alicubi nõ fiat ordinatio:
fit tamen alibi, pro quibus ieiunare & orare
debemus: vt digni ad ordinationem perue-
niãt. omnes enim fratres ſumus, & vnanimes
in domo Domini ſumus.

SVMMA.

1 Dominica decimaoctaua poſt Pentecoſten
quid agat moneátque. & nume. 2. 3.

### *De dominica decimaoctaua poſt Pentecoſten.* CAP. CXXXV.

1 DIctum eſt in præcedenti † domi
nica, q̀ debet homo ſe ponere in
nouiſsimo loco: vt ponatur in
primo, ſicut ſunt prælati. vnde in
hac decimaſeptima dominica agitur de præla
tis, qui ſunt in primo loco. vnde in euange. eſt
in quibuſdã Eccleſijs: Super cathedram Moſi
&c. Introitus verò, qui ſumitur Eccle. xxxiij.
cap. incipit: Da pacem Domine ſuſtinentibus
te: vt prophetæ tui, id eſt, prælati fideles inue
niantur: ſupplendũ eſt, nõ infideles. ſicut Scri-
bæ & Phariſæi. verſus eſt: Lætatus ſum in his,
quæ dicta ſunt mihi, in domum Dñi ibimus,
id eſt,

id eſt,ibimus ad nuptias : & de hoc lætatus
ſum:quia inuitati ſumus ad nuptias,in quibus
erit æterna pax.In alijs verò Eccleſijs verſus
2 eſt:Bonũ eſt. † Prætereà,ſcripſerũt quidã,ꝙ
ideò dicitur introitus ipſe,quia tali die Zacha
rias Papa fecit pacem cũ Longobardis.In epi
ſtola Apoſtolus agit gratias de Epheſijs:quia
habent fidem verã de iſtis nuptijs,dicẽs:Gra-
tias ago ſemper Deo meo,pro vobis &c.j.ad
Corin.c.j.in reſponſorio verò:Lætatus ſum,
&c.oſtendit gaudium de prædictis nuptijs.&
ideò propter prædictas nuptias in allelu Ia:
Laudate Dominũ omnes gentes:hortatur ad
laudem : Euangeliũ in quibuſdam Eccleſijs:
Acceſſerũt + ad Ieſum:quod eſt Matth.xxij.
cap.de Scribis & Phariſæis,qui infideles fue-
rũt.Vnde tentauerũt Dominũ,dicẽtes:Quod
eſt mandatũ magnũ &c. Dixit Dominus:Dili
ges Dominũ Deum tuum,&c.& poſteà re-
prehendit eos,de infidelitate:quia nõ crede-
bant ipſum eſſe Deum,dicẽs:Quid vobis vi-
detur de Chriſto,cuius filius ſit?dicũt ei Da-
uid.& dixit eis.Quomodo ergo Dauid in ſpi
ritu vocat eum Dominũ,dicens:Dixit Domi-
nus Dño meo ſede à dextris meis &c.Prælati
verò nõ debent eſſe tales,id eſt,infideles:ſed
ſicut Moſes, de quo habetur in offertorio.
Sanctificauit Moſes altare Dño &c.debent
prælati ſe totos offerre incenſum : & poſteà
multas hoſtias.vnde ſequitur poſtcõmunio:
Tollite hoſtias.loquitur enim de prælatis.

SVMMA.

1 Dominica decimanona poſt Pentecoſten
quid referat,aut moneat.& nume.2.

## De decimanona dominica poſt Pentecoſten. CAP. CXXXVI.

HAec decimanona dominica re-
ſpondet præcedenti in qua di-
ctum eſt : Da pacem Domine
ſuſtinentibus te : vt prophetæ
tui,id eſt,prælati tui fideles in-
ueniantur.Reſpõdet inquam,ſi faciant,quod
3 habetur in euangelio , quod legitur † in hac
dñica,in quibuſdam Eccleſijs,ſcilicet:Aſcen-
dens Ieſus &c.quod eſt Matth.ix.cap.in quo
habetur quòd adduxerũt ad Dñm paralyti-
cum.Ieſus autẽ videns fidem illorũ,qui offe-
rebant,&c.Paralytici ſunt, qui in delitijs car
nis ita diſſoluti ſunt,quòd non poſſunt opera
bona facere.& meritò fide prælatorũ ſanan
tur:& ideò bonũ eſt habere bonos prælatos.
Quidam autem de Scribis dixit intra ſe:Hic
blaſphemat, qui peccata dimittit.Ieſus autẽ
vidẽs cogitationes eorũ,dixit:Vt ſciatis,quo-
niã filius hominis habet poteſtatẽ in terra,di
mittẽdi peccata,dixit paralytico:Tolle gra-
batũ tuum,& ambula.Et quia ſolus Deus eſt,
qui ſanat paralyſin:ideò incipit introitus:Sa-
2 lus † populi ego ſum &c.verſus eſt:Attendi-
te popule meus,legẽ meã,ſubaudi per quam
ſanãtur paralytici.In epiſtola monet Apoſto
lus paralyticos,vt erigãtur corporaliter à pa
ralyſi ad bona opera,dicens : Renouamini in
ſpiritu mentis veſtræ & induite nouum homi
nem &c.Ephe.iiij.cap.Sequitur etiã graduale
in voce paralytici : Dirigatur oratio mea,ſi-
cut incenſum &c.verſus eſt:Eleuatio manuũ
mearum,&c.iam iſte leuatur ad bona opera.
Allelu Ia verò dicitur in voce paralytici ſana
ti,ſcilicet dextera Domini fecit virtutẽ:ſub-
audi,quia ſanauit me.Sed quia nõ ſufficit ſa-
nare,niſi Dominus cuſtodiat.ſequitur offer-
toriũ:Si ambulauero in medio tribulationis:
vbicunque enim ambulant ſanati,à Domino
cuſtodit eos,quantum in ſe eſt.

SVMMA.

1 Dominica vigeſima poſt Pẽteco.quid legat.
1 Dominicæ vigeſimę poſt Pẽte.miſſa.& nu.4.
3 Nuptiæ tres leguntur in euangelio.

## De dominica uigeſima poſt Pentecoſten. CAP. CXXXVII.

1 IN dñica † vigeſima incipit Eccle
ſia legere duodecim prophetas.
& Danielem.& cantãt de Eſa.&
Daniele & Hieremia : nõ tamen
legit de Eſa.& Hiere.quia in alijs tẽporibus
plenius legũtur.De Eſa.enim legitur in aduẽ
tu:de Hiere.in paſsione.¶Queritur autẽ qua-
re legit Eccleſia prophetas,poſt librũ Macha
bęorũ cũ in Biblia præponatur.ad quod dici-
mus,quod Biblia pręponit omnes libros exẽ-
plares:eò ꝙ magis mouẽt exẽpla quàm do-
ctrina:præter librũ Machabęorũ,quẽ vltimò
ponit:& ꝓpter ꝑfectã iuſtitiã,& ꝓpter tẽpus:
quia vltimo tẽpore fuerũt.Eccleſia etiã legit
vltimũ librum Ezechiel.quia in eo agitur de
tẽplo cœleſti,in quo eſt confirmatio,& finis
omniũ.Duodecim verò ꝓphetas legit,ꝓpter
fundamentũ fidei,quod ſemꝑ neceſſariũ eſt,
quantũcũq; homo ſit perfectus:& vide quod
dictum eſt ſub dñica xv.Incipit autẽ Eccleſia
legere Ezechielẽ,in principio Nouẽbris.In
matutinali



matutinali huius dominicæ officio primũ re-
ſpõſorium eſt,in quibuſdam Eccleſijs de Eſa.
ſcilicet, Vidi Dñm ſedentẽ ſuper ſoliũ ex-
celſum.Vidit enim Eſa.quomodo thronũ Dei
Angeli ſunt,& Sancti in Eccleſia triumphan-
te,& militante: in quibus per gratiam ſedet il
le, qui eſt primus & nouiſsimus. Quia ergo
Ezechiel vidit templum cœleſte,in quo fiunt
nuptiæ ęternæ,ideò in euangelio miſſæ,quod
in quibuſdam Eccleſijs in hac dominica dici-
tur, & eſt Matth.xxij.cap. habetur in illis nu-
ptijs.Simile eſt regnum cœlorum,homini Re
gi,qui fecit nuptias, & miſit ſeruos ſuos hora
cœnæ dicere inuitatis: Omnia parata ſunt,ve-
nite ad nuptias. Illi verò contempſerunt veni
re ad nuptias. Hi ſunt Iudæi, qui contempſe-
runt venire. Et miſit tunc ſeruos ſuos, dicens:
Ite,ad exitus viarum, & conuocate omnes,&
impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium. Et vi-
dens Rex quendam non habẽtem veſtem nu
ptialem,dixit ei : Amice,quomodo huc intra-
ſti,non habens veſtem nuptialem ? & tradidit
eum miniſtris ſuis,vt proijcerent eum in tene
bras exteriores.Huic autem iudicio,quo Do-
minus eos, qui contempſerunt venire ad nu-
ptias, amouit à nuptijs : & omnes alios voca-
2 uit, congaudet Eccleſia in † introitu,dicens:
Omnia,quæ feciſti nobis Domine in vero iu-
dicio feciſti. In epiſtola verò,monet nos Apo
ſtolus, vt cautè ambulemus ad has nuptias:
quia ſine veſte nuptiali proijcimur in tene-
bras exteriores,dicens: Videte autem quomo
do cautè ambuletis,&c. quæ eſt Epheſ.v. cap.
& diſſuadet à contrario, dicens : Nolite ine-
briari vino, in quo eſt luxuria : ne ſitis in nu-
ptijs diaboli : ſed impleamini ſpiritu ſancto.
Sed quia cibum illarum nuptiarum non po-
teſt dare,niſi ſolus Deus: ideò ſequitur in re-
ſponſorio : Oculi omnium in te ſperant Do-
mine : & tu das eſcam illorum, id eſt cibum
nuptiarum æternarum in tempore opportu-
no. Et quia de nuptijs illis non poteſt come-
dere, qui eſt in peccato mortali : ſequitur in
quibuſdam Eccleſijs allelu Ia. De profundis,
id eſt de peccato, clamaui ad te Domine : vt
me eruas,à peccato : & ita peto nuptijs inter-
eſſe.In offertorio verò oſtenditur,quid ſit in-
tereſſe nuptijs, ſcilicet habere memoriam de
æternis,dicens : Super flumina Babylonis,ſci-
licet delitias ſeculi illic ſedimus & fleuimus,
dum recordaremur tui Syon, id eſt tui ô Ec-
cleſia triumphans. In poſtcommunione verò
petit,vt detur ei intereſſe nuptijs illis, dicens:
Memento verbi tui ſeruo tuo : in quo mihi
ſpem dediſti,&c.quaſi dicat memor eſto,quia
promiſiſti. qui enim promittit, & non dat,vi-
3 detur eſſe oblitus. ¶Et † nota, quòd tres nu-
ptiæ leguntur in euangelio. De primis dici-
tur,quòd ſimile eſt regnum cœlorum homi-
ni Regi, qui fecit nuptias filio ſuo. hic filius
eſt Chriſtus, qui humanam naturam ſibi co-
pulauit:vbi fuit thalamus virginis vterus: vn-
de tanquam ſponſus procedens de thalamo
ſuo: ad has nuptias homines ſub lege per Prò
phetas inuitauit. De ſecundis dicitur : Vos ſi-
miles hominibus expectantibus Dominum
ſuum,quando reuertatur à nuptijs. hic Domi
nus Chriſtus eſt verus homo, qui aſcendens,
angelicam naturam ſibi copulauit.ad has nu-
ptias gentes per Apoſtolos conuocauit. De
tertijs verò dicitur : Virgines,quæ præparatæ
erant,intrauerunt cum eo ad nuptias:hic ſpon
ſus eſt Chriſtus, qui Eccleſiam poſt iudicium
ſibi copulabit, & in thalamo glorificabit. Ad
has per prælatos Eccleſiæ quotidie inuita-
mur. De primis ſolennizat Eccleſia in Chriſti
natiuitate.De ſecundis in aſcenſione. De ter-
tijs in reſurrectione: quoniam in noſtra reſur
rectione Chriſtus ſponſam aſſumet, & de Ba
bylonia mundi introducet in cellarium para-
diſi. de quibus nuptijs hîc poteſt intelligi :
cùm intraſſet homo non habens veſtem nu-
ptialem, eiectus eſt in tenebras exteriores :
cæteri nuptialiter induti, ſunt cum Domino
epulati. Hi ſunt lapides viui, ex quibus ædifi-
cantur muri Hieruſalem. Poteſt etiam aliter
dici,quòd poſt reuerſionem à captiuitate,Hie
ruſalem reædificabitur,& templum reſtaura-
bitur per Zachariam, & Aggęum,& Eſdram,
& Malachiã:per quos aduentus Domini præ-
nuntiatur:ideóque in hoc menſe Nouembris
vſque ad aduentum Domini cantatur hiſtoria
4 de Prophetis.† Vidi Dominum.& leguntur li
bri Ezechielis, Danielis,& xij. Prophetarum.
Captiuitas illa corporalis noſtrã ſpiritualem
ſignificat. A captiuitate reuerſio,eſt peccato-
rum remiſsio.Rex itaq; Prophetarum volens
ſupernam Hieruſalẽ reſtaurare, filio nuptias
celebrauit:& ſicut legitur in euangelio,mul-
tos ad cœleſte prandium inuitauit : hi qui in-
trauerunt, ſunt lapides viui, de quibus præ-
miſſum eſt. Ne igitur ad captiuitatem ſimi-
lem reuertamur : & à nuptijs excludamur,
monet nos Paulus, in epiſtola præcedenti :
Vide

Videte quomodo cautè ambuletis:non quaſi
inſipientes : ſed vt ſapiētes.Introitus:Omnia
quę feciſti.vox eſt Danielis captiuitatē præ-
teritā recolentis,& eam ſuis meritis Dei iudi
cio adſcribentis.Similiter in offertorio:Super
flumina Babylonis.captiuitatem illam plora
mus:ſed in graduali : Oculi omnium.gratias
agimus.In poſtcommunione:Memento ver-
bi.poſtulamus , vt nuptias promiſſas in ſpe,
percipiamus in re.

SVMMA.

1 Dominica vigeſimaprima poſt Penteco.
quid moneat,eiúſq; diei officiū.& nu. 2.3.

### De dominica uigeſimaprima poſt Pentecoſten. CAP. CXXXVIII.

1 IN † præcedenti dominica inſtru
ĉti ſumus & admoniti , vt cautè
eamus ad nuptias quæ celebran-
tur in templo,quod ſcripſit Eze-
chiel:Sed quia de his nuptijs maximè inuidet
nobis diabolus:pro eo,quòd de illis eiectus
fuit:ideò in hac vigeſimaprima dominica agit
Eccleſia de bello cōtra diabolū:& de arma-
tura noſtra contra eū,ſi enim pugnauerimus,
intererimus æternis nuptijs:ſi tamen habueri
mus veſtem nuptialem,quæ eſt charitas:ali-
ter nō.Vnde quia cinis & cilicium,ſunt arma
pœnitentiæ, in introitu vtitur Eccleſia voce
Mardochæi,in cilicio,& cinere exiſtentis di-
cens Deo:In voluntate tua Domine vniuerſa
ſunt poſita:& nō eſt qui reſiſtat volūtati tuæ.
Heſter.iij.c.Sequitur:Quoniā Dominus vni-
uerſorū tu es:& ideò beati,qui tibi ſeruiunt:
quia tu liberas eos de manu diaboli,& adiu-
uas eos in bello cōtra diabolum:ſicut in hac
oratione liberaſti Mardochæum de manu
Naaman:& ſuſpenſus eſt in patibulo , quod
2 præparauerat Mardochæo.In epiſtola † mo-
net Apoſtolus armari cōtra diabolū armatu-
ra Dei,dicens:Cōfortamini in Domino,& in
potentia virtutis eius &c.quæ eſt ad Ephe.vj.
cap.& poſt:Quoniā nō eſt nobis colluctatio
aduerſus carnem & ſanguinem , ſed aduerſus
ſpiritualia nequitię in cœleſtibus,in omnibus
ſumentes ſcutum fidei &c.Sed quia etiam be
ne armati non poſſunt per ſe reſiſtere,niſi
Deus adiuuet:ſequitur reſponſoriū:Domine
refugiū factus es nobis &c.Quia ſi laſſamur
vel ſauciamur in hoc bello,nō eſt refugium,
niſi ad ipſum:vnde ſequitur in quibuſdā Ec-
cleſijs allelu Ia:Lauda anima mea Dominū:
quia verò ſauciati in hoc bello,nō ſanantur
niſi à Domino:& multi ab eo ſanantur : ideò
3 in quibuſdam Eccleſijs † ſequitur euangeliū,
de ſanatione filij Reguli.Erat quidam Regu
lus,cuius filius infirmabatur &c. Quod eſt
Ioan.ij.cap.Per iſtū regulum intelligūtur re-
ges,ſcilicet prælati,qui reges ſunt:& debent
eſſe humiles : & ita ſunt Reguli:vnde exau-
diuntur licet habeāt paruā fidem pro ſana-
tione filiorū.credebat enim iſte Regulus,ꝙ
Dominus poterat ſanare filiū ſuum:ſed non
credebat,quòd eſſet Deus : quia credebat ꝙ
non poſſet ſanare,niſi præſens.Humilitas er-
go valde neceſſaria eſt prælatis. Quia verò
per patientiam maximè vincitur diabolus:
præponitur in offertorio Iob in exemplum.
vnde in ſapientia.Melior eſt patiens viro for
ti,& qui dominatur animo ſuo , expugnatore
vrbiū.& incipit:Vir erat in terra Hus,nomi-
ne Iob &c.In verſibus autē huius offertorij
fit ſæpe repetitio:de qua dictū eſt ſub domi-
nica ſecūda poſt octauā Epiphaniæ:ſed quia
nihil valet patiētia,niſi homo ſperet in Dño,
ſequitur poſtcōmunio:In ſalutare tuū anima
mea ſperauit &c.quia ſpes patiētiā operatur.

SVMMA.

1 Dominica vigeſimaſecunda poſt Penteco-
ſten hortatur ad charitatē. Et eius diei offi-
cium.nume.2.3.4.5.

### De dominica uigeſimaſecunda poſt Pentecoſten. CAP. CXXXIX.

1 DIctū eſt ꝙ nullus † poteſt in-
tereſſe æternis nuptijs niſi ha-
beat veſtē nuptialem,quæ eſt
charitas,ideò in hac vigeſima-
ſecūda dñica monemur & inui
tamur ad habēdam charitatē,vt nō tantū be
nefaciamus ꝓximo : ſed dimittamus iniurias
nobis ab eo factas.Vnde in quibuſdā Eccle-
ſijs euangeliū eſt de ſeruo,qui debebat decē
2 milia talēta:cū † quo Dñs poſuit rationē.&
ille dixit:Patientiā habe in me,& omnia red-
dam tibi.& miſertus Dñs eius dimiſit eū:&
debitū dimiſit ei:& incipit:Simile eſt regnum
cœlorū homini regi,qui voluit rationē pone
re cū ſeruis ſuis:quod eſt Matt.xviij.ca.Siqui
dem in die iudicij ponet Dñs rationem no-
biſcū,& nullus poterit cōputare cū eo : quia
de tēpore,quomodo reddet hanc rationem;
quod tam bonū eſt.ꝙ in quolibet momento
eius poteſt homo fieri filius Dei : & ideò in-





3 cipit introitus : Si iniquitates † obſer,domine,
domine quis ſuſti.quaſi diceret nullus:& hoc
eſt:Patiētiam habe in me,&c.& ſequitur ver-
ſus: De profundis clamaui ad te Domine,&c.
In epiſtola: Confidimus,&c.ad Philip.c.j.inui
tat nos Apoſtolus ad perfectā charitatem,vt
dimittamus fratri,vt Deus dimittat nobis : qa
ſicut habetur in fine euangelij : Sic & pater
meus cœleſtis faciet vobis , ſi non remiſeritis
vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtris. Di-
cit igitur Apoſtolus in epiſtola:Fratres,confi-
dimus, id eſt confidētiam talem habemus,vt
4 poſteà ſequitur:† Obſecro autē vos,vt chari-
tas veſtra magis ac magis abūdet,vt ſitis ſyn-
ceri : & ſitis ſine offenſa, & tunc eſt vnitas in
Eccleſia, quando nō offendimus propter iniu
rias,ſed dimittimus.vnde ſequitur reſpōſoriū:
Ecce quàm bonū,& quàm iocūdum,habitare
fratres in vnū .ſed quoniā illos,qui iraſcuntur
ſanat Dominus per charitatē, dum pœnitent,
ideò ſequitur allelu Ia.Qui ſanat cōtritos cor
de,& al.con.eorum.In præmiſſo verò euange
5 lio monemur,ad perfectā † charitatē,vt cautè
ambulemus ad nuptias cum veſte nuptiali. &
quia perfecta charitas, non tantum impendit
beneficia,& dimittit iniurias:ſed etiā orat pro
inimicis:ideò ſequitur in offerto.Oratio He-
ſter ad Aſſuerū regē,quod interpretatur bea-
titudo,id eſt ad Chriſtū.& incipit: Recordare
Domine,&c.Heſter xiiij.c.in quo offerto.ro-
gat pro reconciliatione peccatorum . & quia
de hac reconciliatione gaudent angeli:ſequi-
tur in quibuſdam Eccleſijs poſtcommunio:
Dico vobis,&c.Luc.xv.cap.

SVMMA.

1 Dominicæ xxiij.officium.

### De XXIII. Dominica poſt Pentecoſt. CAP. CXL.

IN tribus dominicis vltimis,ſcilicet
1 xxiij.xxiiij.& xxv. eſt † idem offi-
cium : & in eis oſtendit Eccleſia ſe
habere veſtē nuptialem,id eſt cha
ritatem:quia orat pro Iudæis: vt conuertātur:
quod fiet in fine mundi,quando venient ad fi
dem noſtram. quod ſignificatū eſt in Ioſeph,
qui noluit longo tempore ſe manifeſtare fra
tribus ſuis:poſteà verò ad vltimum ſe manife
ſtauit eis:& petierunt veniā ab eo.& dixit eis:
nolite timere,ego paſcā vos: & inebriatus eſt
cum eis: quæ inebriatio,ſignificat lætitiā om-
nium in illa cōuerſione Iudæorū. hoc autem
erit in fine peregrinationis noſtræ: & ideò de
huiuſmodi conuerſione agitur in fine tēporis
peregrinationis. in quatuor enim partes diui-
ſum eſt tēpus anni:prout dictū eſt in procem.
huius partis . & per has tres dominicas agitur
de hac cōuerſione:quia ad fidē trinitatis con-
uertūtur.In hac ergo xxiij.dominica introitus
eſt de cōuerſione Iudæorum , & promiſſione
Domini. ipſe nāq; dicit per Hiere.xxix.c. Ego
cogito cogitationes pacis,& non afflictionis:
quia ad hoc tendūt mala,quæ vobis infero:vt
reconciliem vos mihi, & nota quòd tempore
Henrici tertij Imperatoris Bruno Tullienſis
epiſcopus, qui de multis ſanctis cantus cōpo-
ſuit:factus Papa per Henricū tertium Impera
torē:&vocatus Leo x.dum Romā pro papatu
veniret:audiuit voces angelorū canentiū & di
centiū: dicit Dominus,ego cogito cogitatio-
nes pacis,&c. ipſe verò cogitans,quòd non ha
beret canonicū ingreſſum,renuntiauit:& ite-
rum à Romanis Papa eligitur : & vitam cum
multis miraculis finiuit.In graduali verò agit
Dauid gratias de ſua liberatione, à captiuita-
te ſpirituali,& corporali,dicens: Liberaſti nos
ex affligentibus nos,&c.In verſu verò promit
tit laudē bonorum operū,dicens: In Deo lau
dabimur tota die, &c. & quia ſolus Dominus
eſt,qui ſanat:ideo in quibuſdā Eccleſijs,ſequi
tur allelu Ia.Qui ſanat cōtritos corde.in offer
torio verò petit veniā, ſicut fratres Ioſeph,di
cens : De profundis clamaui ad te Domi. &c.
& quia Ioſeph,id eſt Chriſtus reſpōdit:Noli-
te timere:ego paſcam vos: ideò quia liberalis
eſt Dominus,& citò dimittit: ſequitur poſtcō
munio:Amen dico vobis,quicquid orātes pe-
titis:credite,qa accipietis,& fiet vobis.Matth.
xviij.c.Quia verò non intrabūt ad nuptias,niſi
habeant ſimilitudinē Dei: ideò in euang. Ab-
euntes,&c. Matth.xxij.c. quod legitur in qui-
buſdam Eccleſijs. dicitur : Reddite ergo,quæ
ſunt Cæſaris,Cæſari:& quæ ſunt Dei,Deo,ſci
licet imaginē ſuam,ſimilitudine ſua inſignitā:
quia omnia ad ſibi ſimilia cōuertuntur. In epi
ſtola quoq;: Fratres imitatores,&c.ad Philip.
iij.ca.monet nos Apoſtolus,vt reddamus Deo
imaginē ſuam: & poſt ſequitur , Conuerſatio
noſtra in cœlis eſt.q.d.in hoc debetis me imi-
tari non illos,quorū venter Deus: qui ſunt ini
mici crucis Chriſti. Imitemur autē Deum &
Apoſtolū in humilitate, manſuetudine,chari-
tate,& ſanctimonia:& pòſt: Saluatorem expe
ctamus dominū Ieſum Chriſtū,qui reforma-

bit corpus humilitatis noſtræ:configuratum
corpori claritatis ſuæ. Si enim habuerimus ſi
militudinem Dei in animabus noſtris : in fu-
turo nõ habebimus illã ſimilitudinẽ in anima
bus tantùm :ſed etiam in corporibus:quia vt
dicit Apoſtolus:Similes erimus Chriſto.

SVMMA.

1 Dominicæ xxiiij. Miſſa:eiúsq; expoſitio.
Et num.2.

## De *dominica* xxiiii. *poſt* Penteco.

CAP. CXLI.

IN† vigeſimaquarta dominica
ſimiliter agitur de vocatione
& conuerſione Iudæorũ.Vnde
incipit in quibuſdam Eccleſijs
euange.Mat.ix.c.loquẽte Ieſũ
ad turbas:Ecce princeps ἀρχισυναγωγὸς ve-
nit ad eum,& dixit ei.Filia mea defuncta eſt:
ſed veni,& impone manum tuam ſuper eam,
& viuet.Dum autem iret poſt eum:ecce mu-
lier hemorrhoiſſa.dicebat ſi tetigero fimbriã
veſtimenti eius,ſalua ero: & ſanata eſt à Do-
mino:poſteà ſuſcitauit Dominus filiam archi
ſynagôgi.allegoricè archiſynagôgus iſte ſi-
gnicat Moſen vel aliquem de prophetis vel
etiam Apoſtolis : qui rogauit Dominum pro
ſynagôga. & Dominus vadit , vt ſanet eam:
quia non ceſſat corrigere : vt ſanet ipſos Iu-
dæos per varias tribulationes , & ſeruitutes:
ſed eorum ſanitas fiet in fine mundi. Mulier
verò patiens fluxum ſanguinis eſt gentilitas,
quæ dixit : Si tetigero fimbriam veſtimenti
eius , id eſt , ſi minima præcepta ſeruauero,
ſalua ero. Per fluxum ſanguinis , peccatum
2 intelligitur.Poſteà verò† ſaluabitur ſynagô-
ga,quod ſignificatur per filiam Iairi poſtmo-
dùm ſuſcitatam.Item , per Iairim , qui inter-
pretatur illuminans ſiue illuminatus:intelli-
guntur prælati:prælatus enim illuminatus à
Domino, alios illuminat:& talis debet orare
pro ſubditis ſuis, ſicut iſte pro filia ſua , ſicut
etiam orat Apoſtolus in epiſtola huius do-
minicæ:quæ eſt ad Coloſſen. j.ca.Non ceſſa
mus,inquit,fratres,orantes pro vobis.In qui-
buſdam tamen Eccleſijs dicitur hac die euan
gelium.Cùm videritis abominationem. Mat.
xxiiij.ca.Et attende,quòd hæc dominica pro-
prium cantuale nõ habet officium:quia enim
vexabitur Eccleſia perſecutionibus antichri-
ſti:ideò ſua continet organa . vel ideò , quia
præcedens officium huic euangelio rectiſsi-
mè coaptatur. vel quia hæc dominica ſæpius
ſuperabundat,idcirco proprio vacat officio.

SVMMA.

1 Dominicæ xxv. poſt Pentecoſten expoſitio.
& num.2.

## De xxv. *dominica poſt* Pentecoſten.

CAP. CXLII.

1 IN vigeſima † quinta domini-
ca agitur de illuminatione Iu
dæorum:vnde dicitur in qui-
buſdam Eccleſijs in epiſtola,
quæ eſt de Hiere.xxiij.c. Ecce
dies veniunt,dicit Dominus.& ſuſcitabo Da-
uid germen iuſtum &c. & poſt ſequitur. In
diebus illis ſaluabitur Iuda.& poſt non dice-
mus amplius,Viuit Dominus : qui eduxit fi-
lios Iſraël de terra Aquilonis : & de cunctis
terris , in quibus proieceram eos : in quibus
verbis præcedens cantulæ officium concor-
dat.Nam in introitu dicit: Dominus ego co-
gito &c.dicitur & reducam captiuitatem ve-
ſtram de cunctis locis. Soluti ergo illi , qui
nunc tenentur in captiuitate,in graduali: Li-
beraſti nos,gratiarum referunt actionem. in
offerenda : De profundis ad huc porrigunt
orationem qui ſuæ petitionis, in poſtcommu
nione:Amen dico.recipiũt ſanctificationem.
2 † Euangelium verò eſt de refectione , quam
fecit Ioſeph fratribus ſuis , quando recepit
eos ad conuiuium.Videns Ieſus , quia multi-
tudo maxima venit ad eum &c.quinq; panes,
ſunt ſpiritualis intelligentia quinq; librorum
Moſi:quos modò habent:nec eis poſſunt ſa-
tiari:quia eos frangendo per ſpiritualem in-
telligentiam non manducant : ſed tunc eos
Dominus ſaturabit. Duo verò piſces , ſunt
pſalmi & euangelium. Tunc enim reficiet
eos Dominus intelligentia legis & pſalmo-
rum & euangelij. In quibuſdam tamen Eccle
ſijs dicitur euangelium :Cùm ſubleuaſſet Ie-
ſus oculos. Ioan. vj. ¶ Rurſus in hac vltima
dominica cæteras concludente, rectè ponitur
officium, quod ad vtrunq; Domini pertinere
poſsit aduentum:vt dictum Hieremiæ pro-
pheticum:Ecce dies veniunt & ſuſcitabo &c.
Ecce primus aduentus. In diebus illis ſalua-
bitur Iuda:ecce ſecundus.Sed in euangelio re





ctè legitur de quinq; panibus:quia poſt quin
que millia annorum datus eſt nobis in primo
aduentu panis angelorum. Abhinc etiam
quinq; dominicæ computantur, vſq; ad illum
diem,in quo panis ortus in præſepio prædica-
bitur.Quidam tamen hanc epiſtolam,& hoc
euangelium ponunt cum officio trinitatis:
infra hebdomadam verò , fit ſicut in cæteris
feriatis : & congruè circa feſtum beati An-
dreæ hoc euangelium legitur : quoniam de
eo in ipſo mentio continetur. Quædam Ec-
cleſiæ faciunt in hac dominica feſtum de
Trinitate : aliæ verò, in octaua Pentecoſtes,
vbi de hoc dictum eſt.

SVMMA.

1 Dominica xxvj.poſt Pentecoſten quid le
gendum in officio Eccleſiaſtico. & nu-
mero 2.4.
3 Menſes ſinguli, ſingulis adaptantur tem-
poribus.

## De xxvi. *dominica poſt* Penteco.

CAP. CXLIII.

1 ILlud † poſtremò notandum
eſt, quòd nocturnales lectio-
nes à prima dominica , poſt
pente. vſq; ad aduentum Do-
mini , quidam non inſubtiliter
referunt ad illam temporis ſeriem , quæ fuit
à Dauid vſq; ad aduentum Domini. Sed &
ad illam congruè referri poſſunt , quæ à pri-
mitiua cœpit Eccleſia , ſicut enim Sauli ſuc-
ceſsit Dauid : vnde primò legitur de primis
libris Regum, ſic : Dæmonum cultui cultus
vnius Dei : & ſicut regnum Dauid per Ro-
boam,& Ieroboam in ſciſſuras diuiditur , vt
legitur in libris ſequentibus : ſic Eccleſiam
ſcindit hæreticorum inſania.Deinde ſequun-
2 tur† libri Salomonis, quia poſt pugnas hære-
ticorum claruerunt in Eccleſia ſanctorum
doctorum ingenia. Poſtmodùm ſequitur li-
ber Iob,vbi agitur de perſecutionibus & con
ſolationibus eius : quia quantumuis in pace
floreat Eccleſia , tentationes tamen non de-
ſunt ſpiritualium aduerſariorum : quorum
quantò eſt occultior pugna , tantò difficilior
eſt:ſed glorioſior erit acquiſita victoria.Rur
3 ſus illud † quoq; adijciendum eſt, quòd ſingu
los menſes,præteritis poſſumus adaptare tẽ-
poribus.Nam per Ianuarium in quo nouus
annus inchoatur, tempus à diluuio intelligi-
tur:vbi mundus renouatur.Per Februarium,
in quo allelu Ia deponitur , illud tempus in-
nuitur,in quo vniuerſitas linguarum confun
ditur.Per Martium,in quo quadrageſima ſæ-
pius celebratur,illud tempus accipitur,in quo
Dei populus in Aegypto affligitur. Per Apri-
lem verò,vbi Paſcha celebratur, vel obſerua
tur : illud tempus oſtenditur, in quo populus
à Pharaone liberatur. Per Maium, in quo de
Penteco.ſolẽnizatur:illud tempus recolitur,
in quo populus in terra promiſsionis gratula
batur. Iunius & Iulius,in quibus hiſtoria Re-
gum legitur,regnum Saulis & Dauid comme
morant.Auguſtus,in quo liber Sapientiæ reci
tatur , regnum ſapientis Salomonis inſinuat.
Reliqui quatuor menſes , regna principalia
notant.Babylonicum,quod eſt in oriẽte.Per-
ſarum,quod eſt in meridie. Græcorum,quod
in aquilone. Romanorum , quod eſt in occi-
dente. Igitur hiſtoria Iob,quæ legitur in Se-
ptembri,per duas hebdomadas, regnum ex-
primit orientis. Vnde ibi dicitur:Erat vir ille
magnus inter omnes orientales : & legitur
per duas hebdomadas:quia regnum illud du
rauit per duas annuales hebdomadas, id eſt,
per bis ſeptingentos annos. Tot enim anni
inueniuntur à tempore Nini , à quo regnum
Babyloniæ incœpit, vſque ad Cyrum regem
Perſarum in quo defecit.In reliqua parte Se-
ptembris , regnum Perſarum innuitur. Quo-
4 circa† duæ hiſtoriæ leguntur : eò quòd nunc
de Perſis:nunc de Medis reges aſſumeban-
tur.Hiſtoria Machabæorum , quæ legitur in
Octobri Græcorum, ſignificat regnum , ſub
quibus Machabæi fuerunt afflicti. Per No-
uembrem & Decembrem,in quibus prophe-
tæ leguntur , regnum Romanorum , in quo
Chriſti religio viget,accipitur.Prophetiæ ma
ximè de Chriſto loquuntur : cuius natiuitas
eſt in fine anni : ſicut regnum Romanorum
in fine mundi.

Finis Libri Sexti.

# *LIBER SEPTIMVS.*

SVMMA.

1 Sanctorum feſta quibus de cauſis Eccleſia
celebret.ibid.& num.2.
2 Sancti,& eorum reliquiæ an debeant hono-
rari,& venerari.& num.3.6.

4 Sanctorum noui teſtamenti quadruplex differentia.
5 Sanctorum nulli latriam, vel ſacrificium debemus.
7 Septimanæ dies qualiter nominentur ab Hebræis. Qualiter à Chriſtianis. num. 8. 10. Item, qualiter à Gentilibus. num. 9.
11 Feriæ, quid, & vnde dictæ. & vnde hoc verbum natum inter Chriſtianos. nu. 12.
13 Dies tripliciter denominãtur. Et diei Dominicæ excellentia. num. 14.
15 Dies quidam priuilegiati, in quadrageſima.
16 Dies variè incipit, iuxta variam regionis & loci conſuetudinem.
17 Solennitas, quid, & vnde dicatur.
18 Feſtiuitatum diuerſa nomina. Et num. 19.
20 Statio, quid, & vnde orta. num. 21.
22 Stationum duæ ſpecies.
23 Stationum, forma, & à quo in vrbe inſtitutæ. Et quorſum fiant. num. 24.
25 Paſchatis feſtum, eſt alijs ſuperius.
26 Iſraëliticus populus, treis potiſſimum ſolennitates colebat.
27 Encœnia, ab Hebræis ortum habuerunt. Et quid.
28 Feſta occurrunt plus quinq; millia Sanctorum, quolibet die, exceptis Calendarum diebus: vt reſpondit Euſebius Conſtantino imperatori.
29 Sanctorum catalogo nullus adſcribendus, niſi per Romanum Pontificem.
30 Feſta quę celebranda, per totum annum.
31 Feſta omnia, ſunt aut in totum duplicia, aut ſimpliciter duplicia, aut ſemiduplicia vnũquodq; percurrit ibid. & num. 32. 33.
34 Feſtorum variæ & diſſimiles ſolennitates, hierarchiam cœleſtem ſedibus & gratia diſtinctã, deſignãt, & num. 35. 36. 37.
38 Paſcha annotatiuum, quid.
39 Feſta omnis generis Sanctorum cur celebrentur tempore Paſchali, ſub nomine vnius perſonæ.
40 Feſta Sanctorum, qui immediatè cœlum aſcenderunt, celebrantur tempore Paſchali: non autem cæterorum.
41 Feſta Sanctorum veteris teſtamenti, per Græcos & Venetos coluntur.
42 Sanctorum octauæ cur celebrentur & num. 46. Non tamen omnium. num. 43.
44 Sanctorum octauæ, varij ſunt generis.
45 Octaua ſignificationis, quæ ſit. Et quæ ſuppletionis. num. 47.
48 Octauas inſtitutionis, qui habeant inter martyres, & qui inter confeſſores.
49 Sanctorum ferias quo ordine Author proſequatur.

## *De Sanctorum feſtiuitatibus.*

### CAP. I.

Poſtquàm de diuinis officijs in genere atq; dominicis, & de feſtiuitatibus ad Dominum pertinentibus in ſpecie præmiſimus: vtile eſt, vt de officijs feſtiuitatũ ſanctorum aliqua in hac vij. parte ſubijciamus.
1 † Sanè Eccleſia ſanctorum feſta multis de cauſis celebrat. Primò, vt eis vicem rependamus: quia ipſi iam celebrant feſtum de nobis, Luc. 15
quoniã gaudium eſt in cœlo angelis Dei, & animabus ſanctis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. j. di. quia tua. Secundò, quia eos honorando rem noſtram agimus. Nam eorum feſtiuitas noſtra eſt. Vnde Apoſtolus: 1. Cor. 3
Omnia noſtra ſunt: nos autem Chriſti. Charitas enim omnia communia facit. Tertiò, vt habeamus eos interceſſores pro nobis: vnde legitur in iij. Reg. j. ca. quòd, Berſabeæ, quæ interpretatur puteus ſatietatis, id eſt, Eccleſia triumphans, impetrauit filio ſuo regnum. Quartò, vt eos imitemur. Per eorum enim exempla ad eorum imitationem prouocamur. Quintò, propter augmentum noſtræ ſecuritatis, & ſpei ſubleuationem. Si enim homines mortales nobis ſimiles potuerunt ita per ſua merita ſublimari, & nos ſimiliter poterimus: quoniã manus Domini non eſt ab- Eſa. 59
breuiata. Sextò, propter honorem diuinæ maieſtatis, quam illos honorando in eis honoramus, & mirabilem prædicamus eum, qui ipſos ſanctificauit. Septimò, vt viſa eorum pulchritudine & munditia confundatur homo de peccatis ſuis, & terrena contẽnat: ſicut &
2 ipſi fecerunt. Octaua & principalis † cauſa eſt, quia ſanctorum dies & anniuerſaria in eorum honore nobis ad memoriam reducitur propter noſtram vtilitatem: quoniam in eis honoramus Deum. Ipſi nãq; cum ſint perfectè beati, orationibus noſtris non indigẽt: quia omnia eis ad votum ſuccedunt: imò iniuriã facit martyri, qui pro martyre orat. extrà de cele. miſ. cùm Marthæ. §. pen. Ioan. etiam Dama. in lib. iiij. cap. vij. ponit alias rationes quare



3 quare ſancti † & pariter eorum corpora, ſiue reliquiæ debeant honorari, quarum quædam ſumuntur quantum ad eorum dignitatem: & quædam quantum ad corporum ipſorũ pretioſitatem. Dignitas quadruplex eſt: quoniam ſunt amici Dei, & filij Dei: hæredes Dei: & duces noſtri. De j. Io. xiij. Iam non dicã vos ſeruos, &c. De ſecundo Ioan. j. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. De tertio Rom. viij. Si autem filij, & hæredes. De quarto ita dicit: Si quis multum laborat ducem inuenire, qui eum alicui regi mortali adducat, & pro eo ad ipſum verbum faciat: quantò magis duces generis humani, qui pro nobis ad Deum interpellationes faciunt, honorandi ſunt, templa illis erigendo, & eorum memoriam venerando? Quantum verò ad corporum eorum pretioſitatem manifeſtandam, ponit etiam idem quatuor rationes. Nam ipſa ſanctorum corpora fuerunt promptuaria Dei, templum Chriſti, alabaſtrum ſpiritualis vnguenti, fontes viui. Auguſtinus addit quintũ, ſcilicet organum ſpiritus ſancti. ¶ Circa primum dicit: Hi enim ſunt promptuaria Dei: cœnacula ſpiritus ſancti. De ſecundo dicit: Quoniam per intellectũ in corporibus eorũ
1. Cor. 6 habitauit Deus. Vnde Apoſtolus: Neſcitis, quoniam corpora veſtra &c. Deus autẽ, ſpiritus eſt. Honoranda ergo ſunt animata Dei templa. Homo quidem delectatur in ædificatione murorum: Deus verò in conuerſione
Pſal. 25 ſanctorum. Vnde Pſal. Domine dilexi decorem domus tuæ. decorem, ſcilicet quem præſtat diuerſitas non marmorum, ſed gratiarũ. Circa tertium dicit: Si enim ex rupe aqua manauit in eremo & ex maxilla aſini Sanſoni ſitienti: nequaquàm incredibile eſt, ex martyrũ reliquijs vnguentum bene olens, emanare ſitientibus Dei, & ſanctorum virtutẽ. Circa iiij. dicit: Iſti enim viuẽtes in veritate, cum libera præſentia Deo adſiſtunt: & fontes nobis ſalutares dominator Chriſtus ſanctorum ſuorũ præbuit: reliquias multiformia beneficia irrigãtes. Circa quintum dicit Aug. in lib. de ciui. Dei: Non ſunt contemnenda, ſed plurimũ venerãda ſanctorũ corpora, quibus dum adhuc viuerent, ſpiritus ſanctus quaſi quibuſdam organis ad omne bonum vſus eſt. Vnde Apo
2. cor. 13 ſtolus: An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur, Chriſtus? Item Ambro. in examero: Hoc eſt pretioſiſſimum, quòd homo diuinæ vocis fit organum, & corporalibus la-

4 bijs cœleſte exprimit oraculum. ¶ Eſt † autẽ quadruplex differentia ſanctorum, noui teſtamenti, quos per anni circulum colimus. Sunt enim Apoſtoli, martyres, confeſſores, & virgines: & hi ſecundum Rabanum per quatuor mundi partes ſignificantur: per oriẽtem Apoſtoli, per meridiem martyres, per aquilonem confeſſores, per occidentem virgines. Licet
5 autem feſtiuitates ſanctorum † celebrandæ ſint: & in eorum memoriam altaria conſtruẽda: nulli tamen eorum vel etiam angelis, ſed ſoli Deo ſacrificare debemus. Nemo enim antiſtitum in locis ſanctorum corporum adſiſtens altari aliquando dixit: Offerimus tibi Petre, & Paule: aut Cypriane: ſed quod offertur Deo qui ſanctos coronauit offertur apud eorum memorias quos coronauit, vt ex ipſorum locorum amore maior effectus aſſurgat ad augendum charitatem in illis, quos imitari poſſumus: & in illum, quo adiuuari poſſumus. Nec enim ipſi ſancti, vel angeli exhiberi ſibi volunt, quod vni Deo per latriã deberi norũt. Vnde Paulus & Barnabas, cùm Act. 14
quidam miraculis per eos factis commoti, ipſis tanquàm dijs immolare voluiſſent: Conſciſsis veſtibus confitentes ſe homines mortales, & non deos eſſe, hoc fieri vetuerunt. Et ſicut in Apoc. legitur angelus Ioãnem ipſum in viſione adorare volentem prohibuit, dicẽs: Vide, ne feceris: frater enim tuus, & conſer- Apoc. 9
uus fratrum tuorum ſum: Deum adora. Iam enim Chriſtus erat ſuper angelos exaltatus. Anteà verò leguntur angeli adorati, vt dictũ eſt in iiij. parte, ſub particula canonis, ſuper verbo, ſeruitutis. Et Mardochæus Naamam Heſt. 3
noluit adorare: quoniam ille diuinam ſibi vo-
6 luit adorationem impendi. Honorandi † ſunt ergo ſancti propter imitationem: non adorandi, propter religionem. honorandi ſunt charitate, non ſeruitute: vt dictum eſt ſuper dicto verbo, ſeruitutis. Tribus ergo de cauſis ſanctos rogamus: prout dictum eſt in præcedenti parte, ſub titu. de rogationibus. ¶ Et nota, quòd ſtando ſanctos rogare debemus: vt dictum eſt in procemio v. partis, vbi de reſponſorio agitur. Porrò dierum alij ſunt profeſti, alij feſtiui, ſiue ſolennes. profeſti ſunt, qui nulla ſpeciali celebritate inſigniti ſunt, quaſi procul à feſto. ¶ Et not. quòd
7 † Hebræi aliter denominant dies ſeptimanæ: & aliter gentiles, & eorum presbyteri: & aliter Chriſtiani. Hebræi denominant omnes alios


nes alios

nes alios dies, à ſabbato, qui apud omnes præ
cipuus habetur : vnde diem ſequentem poſt
ſabbatum vocant prima ſabbati. Aliam ij. ſab-
bati & ſic de reliquis. Septimam verò diem
vocant ſimpliciter ſabbatum, & quãdoq; ſab-
batum ſabbatorum. Sextam feriam, vocant
8 † paraſceue, à παρὰ, quod eſt præ, & σκευὴ
quod eſt ſtructio, quaſi præſtructio, ſeu præ-
paratio: quia tunc Iudæi præparant cibaria ad
opus ſabbati: iuxta quod eis præceptum fue-
Exod. 16 rat de manna, ſcilicet ſexta die colligatis ex
eo duplum. Quoniam in ſabbato non licebat
eis cibos præparare, ſicut manna colligere.
Nos verò hoc nomen quod eſt commune
cuilibet ſextæ feriæ appropriamus illi ſextæ
feriæ, quæ eſt proxima ante paſcha. pro eo,
quòd tunc præparatus eſt cibus ſiue manna:
quo & militans Eccleſia modo, & triumphans
in futura requie perfruetur. ¶ Et nota, quòd
παρασκευὴ, eſt nomen græcum: ſed Iudæi pro
pter varias captiuitates inter græcos diſperſi,
quædam vocabula à græcis ſumpſerunt, vt
9 παρασκευὴ & συναγωγὴ & alia quædã. ¶ † Gen
tiles autem tam vulgus, quàm philoſophi de
nominant dies à planetis. Vnde ſecundũ eos,
prima dies, dicitur dies Solis: ſecunda, dies Lu
næ &c. Quæ nomina ſacra ſcriptura non re-
cipit : licet hodie vulgari vſu teneantur. De
hoc dicetur in parte viij. vbi agetur de ſepti-
mana. Nempe vulgus ideò ſic eos denomi-
nabat, quia Solem, Lunam, Martem, & alios
planetas à quibus dies denominabant, Deos
eſſe credebant. Philoſophi verò ideò, quia
hæc ſunt nomina planetarum: ex quorum mo
tibus, & naturis omnia ſui vegetationem ſe-
10 cundum illos trahũt. ¶ Chriſtiani † verò duos
dies tanquàm proprijs deſignant nominibus.
Nam ſabbatum, ſimpliciter ſabbatum vocãt,
propter authoritatem hebraici ſermonis, &
frequentem diem dominicam vocant pro-
pter ſui primatum : de quo iam dicetur. Vel
quia ſic in legenda ſancti Ioan. vocatur, vbi
dicitur, Ioan. dominica die poſt miſſarum ſo-
lennia, deſcendit in foſſum ſepulturæ ſuæ lo-
cum. Poſſet etiam dies dominica, prima feria
appellari. Diem verò poſt dominicam, ſequẽ
tem appellabant ſecundam feriam aliam ter
tiam feriam, & ſic de alijs diebus vſq; in ſab-
11 batum. Interpretatur † enim feria, quaſi dies
* ſolennis : à * feriando dicta: vnde prima dies
ſeptimanæ ſolennis eſt. Vocantur ergo ferię,
à feriando: quia toto tempore à vitijs feria-
re, id eſt, vacare debemus, non quòd ſit à ne-
ceſſarijs vitæ operibus feriandum. Vel dici-
tur à fando, id eſt, loquendo : quoniam ſicut
legitur in Gen. Dominus dixit & facta ſunt.
Siquidem beatus Silueſter nolens imitari Iu
dæos, qui dicunt prima ſabbati, ſecunda ſab-
bati: nec gentiles qui dicunt dies ſolis dies Lu
12 næ &c. Adinuenit hoc nomen feria. In † fine
tamen ſeptimanæ ſeruauit ſabbatum propter
præmiſſam rationem, vel propter figuram:
quia ſabbatum interpretatur requies : quia
tunc Dominus requieuit ab omni opere,
quod patrauerat: vnde & nos per totam heb
domadam, id eſt, per totum tempus vitæ no-
ſtræ: quod percurritur per ſpatium. vij. dierũ
debemus laborare, & niti ſummo conamine,
vt ad requiem & beatitudinem perueniamus.
13 ¶ Dies † ergo tripliciter denominatur : primò
ſecundum ſe: vt dies Lunæ, dies Martis &c. Se
cundò, iuxta vſum Eccleſiæ: vt prima feria: ſe
cunda feria &c. Tertiò, ſecundum menſes &
hoc tripliciter. Primò modo Cal. pridie Cal.
iij. Cal. Secundo modo, Idus, pridie Idus. iij.
Idus. Tertio modo, Nonas, pridie Nonas. iij.
Nonas. Dominica verò dies primatum obti-
14 net & maior † eſt inter alios dies: quia Chri-
ſtus annuntiatus fuit & reſurrexit: & in Apo-
ſtolos ſpiritum ſanctum miſit: & Deus mun-
dum, id eſt, cœlum & terram in illa fecit, &
in eodem quoq; die, vt dicitur mundus diſſol
uetur. Dicitur autem dominica propter gau-
dium dominicæ reſurrectionis quod in eo ce
lebramus. Licet autem quædam dominicæ
omnibus alijs ſunt ſuperiores : videlicet Pa-
ſchæ & pente. & hoc propter reſurrectionẽ,
& ſpiritus ſancti miſsionem: tamen & quinq;
aliæ principales dicuntur, & ſolennes, in qui-
bus officia mutantur, ſcilicet dominica prima
de aduentu: dominica in octauis Paſchæ: do-
minica in octauis pente. dominica qua can-
tatur Lætare Hieruſalem: & dominica in ra-
mis palmarum. Addunt etiam quidam ſex-
tam, ſcilicet qua cantatur. Inuocauit me. quę-
dam etiam aliæ dominicæ dicuntur priuile-
giatæ, quibus videlicet hiſtoriæ ſunt appro-
priatę. ¶ Et nota, quòd ſunt quidam dies pri-
15 uilegiati † in tempore quadrageſimæ, videli-
cet quatuor quartæ feriæ, ſcilicet quarta fe-
ria in capitè ieiuniorum: quarta feria ſequen-
tis hebdomadæ : & quarta feria poſt Lætare
Hieruſalem: & quarta feria ante cœnam Do
mini. Item, quatuor ſabbata videlicet ſab-





batum prioris hebdomadæ : quando ordines
celebrantur : & ſabbatum quartæ: & ſabba-
tum quintæ : & ſabbatum in vigilia Paſchæ.
Item tres dies dominicæ, ſcilicet Inuocauit
me: & Lætare Hieruſalem: & Dominica in ra
mis palmarum. Item vna quinta feria, ſcilicet
cœnæ Domini. Item vna ſexta feria, ſcilicet
paraſceue. Item, tota vna ſeptimana, ſcilicet
vltima quæ maior dicitur : prout ſub domi-
nica in ramis palmarum dictum eſt. de qui-
bus priuilegijs in ſuis locis dictum eſt. Et
nota, quòd Paſcha & pentecoſt. ſunt hebdo-
madariæ feſtiuitates : vt dictum eſt in ſexta
parte, ſub titu. de ſeptem diebus poſt Paſcha,
16 & ſub pentecoſt. ¶ Incipit † autem dies natu-
ralis ſecundum Aegyptios ab occaſu ſolis,
ſiue in principio noctis, & durat vſq; ad veſ-
peram ſequentis diei : iuxta illud : Et factum
eſt veſpere, & manæ, dies vnus : ſecundum
Perſas & Græcos & ſecundum communem
vulgi vſum incipit mane ab ortu ſolis; ſecun-
dum Romanos à media nocte : ſecundum
Athenienſes & ſecundum Arabes & Aſtro-
nomicos à ſexta diei hora: quos omnes variè
imitamur: quoniam ad celebrationem diuino
rum officiorum incipit dies in veſperis: iuxta
illud: à veſpere in veſperam celebretis ſabba
ta veſtra. extrà de ferijs. cap. j. quo ad treugæ
obſeruationem in ortu ſolis. extrà de treuga
& pace. cap. j. ff. de iudicijs. l. more. quo ad
contractus incipit dies, & finitur in media no
cte. quo ad eſum carnium, poſt cœnam vſq;
ad diluculum. de conſec. diſtin. iij. de eſu. quo
ad iudicium incipit mane, & terminatur ſero
in fine diei ante noctis tenebras. de offi. dele.
conſuluit. & in authentica, de iudicijs. §. ſede-
bunt. Computatio autem Aegyptiorum vera
videtur, cùm contineat ortum & occaſum ſig
norum. Poteſt tamen dici, quòd ſecundum
Eccleſiam incipit media nocte: quia tunc ve-
rus Sol, ſcilicet Chriſtus, ortus eſt, iuxta illud:
Dum medium ſilentium &c. vel verius in
veſperis, vt præmiſſum eſt : quia nox præ-
ceſsit, dies autem appropinquauit. Licet au-
tem naturaliter dies præcedant noctes : ta-
men in nocte paſchali fit econuerſò, vt di-
ctum eſt in vj. parte, ſub titu. de ſabbato ſan-
17 cto. Solennes † verò ſeu feſtiui dies, in qui-
bus à quolibet opere ſeruili in honorem Dei
& ſanctorum abſtinendum eſt, & diuinis lau-
dibus inſiſtendum. Et notandum eſt, quòd
ſolennitas eſt communiter inſtituta: celebri-
tas pro aliqua prærogatiua: & dicitur à ſolon
quod eſt commune vel aſoluto, id eſt, firmo
atq; ſolido: quia ob religionem mutari non
debet: vel dicitur ſolennitas ex eo, quòd fieri
ſolet in anno. Celebritas verò vocatur, quia
ibi non terrena: ſed ſolum cœleſtia aguntur.
Solennitas autem alia eſt feſtiuitatum : alia
ſtationum: alia litaniarum: alia ieiuniorum,
de quarum ſingulis videamus. Solennitas fe-
ſtiuitatum, quæ eſt mors ſanctorum, pluri-
bus nominibus deſignatur. Vocatur enim fe-
ſtiuitas, feſtum, celebritas, natiuitas natalis
vel natale, ſiue natalitium, tranſitus ſeu exi-
tus obitus, paſsio, aſſumptio, depoſitio, & ob-
18 dormitio. ¶ Feſtiuitas † dicta eſt à feſtis die-
bus, quaſi feſtiuitas : eò quòd in eis ſola di-
uina res agitur, quibus contrarij ſunt feſti, in
quibus ius fatur. Dicitur quoque feſtiuitas,
quaſi ſancti natiuitas. Natiuitas propriè di-
citur feſtum illius natiuitatis, quæ eſt in car-
ne, & in mundo : & ſecundum hoc dicitur
tantùm Chriſti natiuitas, & beatæ Mariæ, &
beati Ioannis Baptiſtæ : quorum tantùm na-
tiuitates in Eccleſia celebrantur. Quare ſan-
cti dicantur in morte naſci, iam ſequitur, &
dicetur vbi de octaua agetur. De celebritate
iam dictum eſt. natalis verò vel natale vel
natalium dicitur, migratio ſanctorum ab
hoc ſeculo : quia tunc naſcuntur Deo, & ſe-
culo ad gloriam ea natiuitate, quæ tendit
ad vitam æternam. Indifferenter tamen iſta
accipiuntur. Tranſitus, dicitur feſtum de mor
te ſanctorum: quoniam animæ illorum à cor
poribus exeuntes, per ignota ſibi, & diuerſa
loca tranſeunt. xiij. q. ij. tempus. vt per cœlum
aëreum, & æthereum, & chryſtalinum, vt
19 tandem perueniant ad empyreum. ¶ Et † no-
ta, quòd maius eſt feſtum tranſitus alicu-
ius ſancti, quàm aliquod aliud. de illo dice-
tur ſub feſto aſſumptionis. Obitus dicitur:
quia tunc angeli veniunt obuiam animæ :
vt legitur de beato Martino. Paſsio dici-
tur : quia tunc maximè corpus patitur : &
etiam in anima quando per violentiam ab-
inuicem ſeparantur : & obitus vniuſcuiuſq;
poteſt paſsio nominari : quia ſine amaritudi-
ne, & ſine violentia quadam nulla anima de
corporè tollitur. Aſſumptio propriè, dici-
tur tranſitus beatæ Mariæ. Depoſitio pro-
priè, dicitur depoſitio beati Ioannis euan-
geliſtæ : qui, vt præmiſſum eſt, locum ſe-
pulturæ viuus intrauit, & ita ſeipſum

depoſuit.Obdormitio verò,dicitur mors ſan-
ctorum,quaſi quies: nam ſicut quis poſt ſom-
num integer,& validior fit:ſic ſancti ſine dif-
ficultate reſurgunt in corporibus glorifica-
tis : quaſi à ſomno euigilantes. Vnde Domi-
nus de Lazaro mortuo dixit : Lazarus amicus
noſter dormit.xiij.quæſt.ij.tempus.vnde Apo
1.The.4 ſtolus. Nolumus vos ignorare de dormienti-
bus,&c. ¶Sequitur de ſtationibus videre. ſta-
20 tio autem,ſecundum† Iſidorum,eſt obſerua-
tio ſtatorum dierum vel temporum.Dierum,
vt quartæ & ſextæ feriæ ieiuniũ ex veteri le-
ge præceptum: de qua ſtatione in euangelio:
Ma Ieiuno bis in ſabbato,id eſt in quarta & ſexta
ſabbati.Temporum,ſcilicet quæ legalibus,&
propheticis inſtitutionibus, determinatis tem
poribus,ſtatuta ſunt: vt ieiunium menſis quar
ti,quinti,ſeptimi,& decimi:vel ſicut in euange
lio dicitur:Dies ille in quibus oblatus eſt ſpõ
ſus. Statio,quoq; vocatur, proceſsio ad aliquã
Eccleſiam ad exoluendum ibi gratias Deo fa
cta:& dicitur ſtatio,quia tunc ſtantes orare:&
Deo gratias perſoluere:nõ flexis genibus de-
bemus tunc : nec ieiunamus tunc : nec in eis
ſupplicationis voces fiunt:quę omnia cum ve
ſtibus humilitatis in litanijs fiunt. Vidẽtur au
21 tem† ſtationes à veteri lege initium habuiſſe;
Deut.16 quoniam tunc populus Iudæorum , & etiam
multi gentiles conueniebant,in magnis ſolẽ-
nitatibus, ſcilicet in Paſcha & Penteco. vt ibi
orarent in templo , & Deo gratias perſolue-
rent,& offerrent: quod adhuc obſeruat Eccle
ſia,præſertim in Italia : vbi in hebdomadibus
Paſchæ,& Penteco.populus de oppidis & vil
lis adiacentibus ciuitatibus conuenit ad eccle
ſiam Epiſcopalem. Aliæ ſtationes à Romanis
habuerunt initium:qui eas maximè frequen-
tant:qui cùm interceſsionibus Sanctorũ quo-
rum ſuffragia implorabant , pericula euaſiſ-
ſent,cum proceſsioneveniebant ad Eccleſiam
illius Sancti , cuius patrocinio fuerant libera-
ti laudes Deo , cum gratiarũ actionibus per-
ſoluentes. Iſidorus dicit in vj.etymolo.quòd
ſtatio ex militari exemplo nomen accepit :
pro eò , quòd nulla lætitia caſtris obuenien-
te , ſtationem contriſtatio militum reſcindit.
22 Sunt autem duæ ſpecies † ſtationum : aliæ
nanque ſunt generales:aliæ particulares. Ge-
nerales ſunt , quæ in prædictis duabus ſepti-
manis ad matricem Eccleſiam fiunt. Particu-
lares ſunt, quæ in diuerſis Eccleſijs fiunt , pro
prædicta cauſa. Fiunt etiam quandoque ob-
ſeruationis cauſa:nulla alia cauſa intercedẽ-
te: vt cùm in feſto alicuius Sancti ad eius Ec-
cleſiam vadit proceſsio à maiori Eccleſia .
Fiunt etiam cùm in diuerſis feſtis diebus , ad
diuerſa altaria , cum proceſsione ob Sancto-
rum venerationem venimus . Inſtitutio ergo
ſtationum ex prædictis liquet.hoc tamen ad-
dito: quoniam ſicut Romani pro vitandis ſuis
periculis ſtatuerunt ſuas ſtationes in vrbe : ſic
& alij in ſuis ciuitatibus ob cauſas ſimiles ſta
tiones inſtituerunt. In diebus autem ſtatio-
num,voces ſeu cantica lætitiæ cantantur , vi-
delicet reſponſoria vel antiphonæ , vel quid
huiuſmodi. Quandoque etiam tunc miſſa ce-
lebratur in Eccleſia,ad quam vadunt: & quan
doque non: ſed poſt ſtationem oratione fini-
23 ta redeunt. ¶ † Et nota,quòd populus primò
conuenit in aliqua Eccleſia vicina illi , in qua
debet eſſe ſtatio:vt dictum eſt in quarta par-
te,ſub titulo de oratione.Nempe beatus Gre
gorius,qui ſtationes in vrbe ordinauit.xx.ho-
mil.euangelij diuerſo tempore in illis dicen-
das declarauit . alias verò ſtomacho laceſſen-
te alijs pronuntiandas commiſit. De ſolenni-
tate litaniarum in ſexta parte , ſub titu.de ro-
24 gationibus dictum eſt. ¶†Nota tamen,quòd
ſtationes fiunt propter præterita pericula.Li-
taniæ verò , quæ rogationes vel ſupplicatio-
nes interpretantur,fiunt pro periculis euitan-
dis,vt præmiſſum eſt.De ſolennitate ieiunio-
rum : & de vigilijs Sanctorum , dictum eſt in
ſexta parte , ſub quarta feria quartæ domini-
cæ de aduentu. Hoc etiam nota,quòd natale
Domini feſtum eſt patris: quia per eum filius
innotuit mundo. In hoc enim apparuit chari- 1.Ioan.4
tas Dei , quod nobis dedit filium ſuum, ſicut
dicit beatus Ioannes. Feſtum tamen patris,fe
ſtum eſt filij , & ſpiritus ſancti. In hoc enim,
quòd dicitur verbum,intelligitur pater verbi.
& etiam alia ratione : quia ſcilicet filius patrẽ
manifeſtauit mundo. Paſcha verò,eſt feſtum
filij : quia tunc Chriſtus à mortuis reſurrexit,
25 & verus Deus apparuit. ¶Et nota† quòd ſo-
lennitas Paſchæ antonomaticè,dicitur ſolen-
nitas ſolennitatum,ſicut dicitur ſancta ſancto
rum,& cantica canticorum:eò quòd alia ſan-
cta,& alia cantica excedunt.Inde eſt,quòd o-
mnes dies dominicos reciprocamus, id eſt o-
mnes dies dominicæ ſunt octauæ huius feſti.
Dicitur etiam feſtiuitas feſtiuitatũ . tum quia
prima eſt omnium feſtiuitatum:tum quia om
nes hac dominica communicare debent. ¶In
quibuſ



quibuſdã tamen locis quodlibet magnum fe
ſtum paſcha vocatur , quaſi trãſitus : quia de
vitijs ad virtutes tranſire debemus.Pente. eſt
feſtũ ſpiritus ſancti.& quælibet iſtarũ ſolen-
nitatum eſt ſolennitas totius trinitatis : quo-
niam indiuiſa ſunt opera trinitatis.de conſec.
diſt.iij.c.fi.Licet, vt præmiſſum eſt,quælibet
iſtarũ magis vni , quàm alteri approprietur.
26 ¶ Non eſt etiã † ignorandum quòd populus
Iſraëliticus tres principaliter celebrabat ſolẽ
nitates.¶ Primum erat dies paſchæ ſiue dies
azimorum,quod eſt paſcha , quia tunc Deus
eos liberauit à poteſtate Pharaonis de ſerui-
tute Aegypti : & à percuſsione angeli linitis
poſtibus de ſanguine agni immolati . Non
enim fuit domus alicuius Aegyptij,vbi mor-
tui non iacerent:niſi domus Iudæorum , vbi
nullus mortuus eſt. ¶ Secundum erat pente.
quia tunc ſuſceperunt legẽ : vt dictum eſt in
ſexta parte ſub ipſo feſto.¶Tertium ſcenope
gia,in ſeptembri:quod ex græco interpreta-
tur,dedicatio ſiue fixio tabernaculorum.Po-
pulus enim Iſraëliticus quadraginta annis in
tabernaculis habitauit,in cuius rei memoriã
adhuc Iudæi hoc feſtum celebrant : quaſi in
tabernaculis degentes. Σκῆνος, enim græcè,
tabernaculũ dicitur latinè.Hæc feſta quæ ſe-
ptem diebus protelabantur , præcipuæ dice-
bantur. & ſabbatũ quod interueniebat dice-
batur ſabbatũ ſabbatorũ,id eſt,ſabbatum ſan
ctorũ.Verùm & ſuperaddiderunt & alia feſta
27 ob euentus varios:vt † encœnia , quod cele-
brabant hebræi in hyeme , ſcilicet in Octo-
bri:& vocabant encœnia,nouam dedicationẽ
templi.Νέον, enim græcè,dicitur nouum lati-
nè : vnde quandocũq; aliquid nouum fuerit
dedicatum,encœnia vocatur. Nam & ſi quis
noua tunica induitur,encœniare dicitur. Nos
autem duo illorum ſeruamus,ſcilicet paſcha
& pentecoſt. ſed alia ratione quàm illi. ipſi
enim celebrabant paſcha:quia tunc ab Aegy
ptiaca ſeruitute liberati ſunt.nos verò , quia
tunc per Chriſtum redempti ſumus.illi cele-
brabant pentecoſt.quia tunc ſuſceperunt le-
gem:nos verò quia tunc ſpiritum ſanctũ acci
pimus.Itẽ illi ſuſceperũt legẽ in tabulis lapi-
deis , ad duritiam cordis notandã extrinſecus
ſcriptam,quoniam vſq; ad ſpiritualem literæ
intellectum non pertingebant. Sed ſpiritus
ſanctus datus eſt.lxxij. diſcipulis in corde di-
gito Dei, ſpiritualẽ intelligentiã eis dictãte.
Scenopegiam etiam quodammodo celebra-
mus in Aſcenſione Domini:quia per taberna
culum intelligimus corpus Domini : in quo
ſub humanitate diuinitas latuit.iuxta illud
pſal.In ſole poſuit tabernaculum ſuum.Hoc Pſal. 18
itaque tabernaculũ Chriſtus in mortali car-
ne non figebat:quoniam exultauit,vt gygas
ad currendam viam,diſcurrens de loco in lo-
cum:vt ſuſceptũ myſterium adimpleret:ſed
tunc fixit & ſtabiliuit tabernaculum,id eſt,
corpus ſuum,quando aſſumptus eſt in cœlũ,
ſedens ibi ad dexteram Dei patris:& requie-
ſcens in patrimonialibus patris bonis , donec
ponet inimicos ſuos ſcabellũ pedum ſuorũ.
Hæc itaque tria feſta rectè in euangelio ſpi- M vlt.
ritualiter celebramus.Nam iuxta pſal.Chri- Pſal.109
ſtus captiuam duxit captiuitatem:quando in Pſal.67
Paſcha reſurgens,vinctos ſuos eduxit de la- Zacha.9
cu,in quo non erat aqua.Aſcendit in altum.
cùm in aſcenſione exaltatus eſt ſuper cœlos
cælorum ad orientem.Dedit dona homini-
bus,cùm in Pentecoſt.effudit de ſpiritu ſan-
cto,ſuper omnem carnem. Quarta verò fe-
ria poſt dominicam de paſsione eſt de ence-
nijs prout ibi dictum eſt in ſexta parte.Erant
quoque & aliæ quatuor ſolennitates,non ta-
men ita ſolennes,ſicut præcedentes:videlicet
ſabbatũ,feſtum clangoris,feſtum propiciatio
nis,& Νεομηνία.Siquidem apud Hebræos neo
menia dicta eſt:quia ſecundum lunarem cur
ſum menſes ſupputabantur.Μήνη græcè luna
vocatur:inde νεομηνία,id eſt,noua luna.Apud
nos verò neomeniæ,ſunt Calendę.Erãt apud
Hebræos ipſi dies Calendarum:ex legali in-
28 ſtitutione ſolẽnes.¶Sanè Cõſtantinus † Im-
perator partes tranſmarinas petens, inuenit
Euſebium Ceſarieñ.Epiſcopũ virum ſanctiſsi
mum,cui dixit:Pete à me vnde Eccleſia tua
ditetur.Ille verò reſpondit:Eccleſia mea ſa-
tis abundat in diuitijs : ſed rogo te,vt mittas
per partes mundi,& nomina ſanctorũ,& tem
pora paſsionũ,& ſub quibus,& qualiter,& in
quibus locis paſsi ſunt reſcribas:quod factum
eſt.Et refert Euſebius quòd quolibet anni
die plus,quàm quinque millium ſanctorũ fe-
ſta cõcurrũt excepta die calendarũ Ianuarij,
quo intendebant gentiles epulis,& ſolennita
tibus,nõ ad martyrizandum ſanctos.& Hier.
dicit idem in epiſtola , quæ ſuo Calendario
præponitur.vnde Greg.dicit: Totus mundus
plenus eſt ſanctis .& ſimiliter Haymo dixit
de angelis . quòd ſi quis creaturas ſpirituales
videre poſſet,videret eas ebulire in aëre ſicut
 minimos

29 minimos atomos in ſolis ſplendore. ¶†Et nota, quòd nullus adſcribendus, ſeu annumerandus eſt catalogo ſiue numero Sanctorum, niſi per Romanum pontificem: & niſi facta prius clara fide de illius vita, & miraculis. extrà de reliqu.& veneratio. ſancto. cap.j. extrà de teſtamen. venerabili. Dicitur autem catalogus, ſermo.à κατὰ, quod eſt circa.& λόγος, quod
* eſt ſermo. * Et litania ſiue calendarium, in quibus enumerantur Sancti per Romanam Eccleſiam approbati, dicitur vniuerſalis ſermo, cæterum ſecundum Decretum concilij Africani, de conſecratione diſtinctio.j. placet. nulla memoria martyrum probabiliter, ſiue ſolenniter accipiatur, niſi aut vbi corpus martyris, aut certè reliquiæ ſunt, aut vbi fuit origo habitationis, vel poſſeſsionis illius. Nam altaria, quæ per ſomnia, & inanes quaſi reuelationes quorumlibet hominum vbicunque ſtatuuntur, omnino reprobantur. Item ſtatutum eſt in concilio Aurelianen. de conſecratio. diſtinctio.iij. epiſcopus. quòd epiſcopus ſi infirmitate non fuerit impeditus, Eccleſiæ cui fuerit proximus puta epiſcopali: die dominica deeſſe non debet. ¶Quæ autem feſti-
30 uitates † celebrandæ ſint, patet ex concilio Lugdunen. de conſecratio. diſtinctio.iij.cap.j. extrà de fer. cap.fina. in quo ſic ſtatutum eſt. Dies Domini feriandi ſunt à veſpera in veſperam. Item feſtum natalis Domini, ſancti Stephani, ſancti Ioannis euangeliſtæ, Innocentium, ſancti Siluestri, Circunciſionis, Theophaniæ, ſiue Epiphaniæ, Paſcha, cum tota præcedenti, & ſequentibus hebdomadibus: Rogationes cum tribus diebus: Aſcenſio Domini: Pentecoſtes, cum duobus diebus ſequentibus: ſancti Ioannis Baptiſtæ, duodecim Apoſtolorum: ſancti Laurentij: Feſtiuitates beatæ Mariæ: omnes dies Dominici: dedicatio ſancti Michaëlis: dedicatio cuiuslibet oratorij: feſtum omnium Sanctorum, ſancti Martini. Illæ feſtiuitates, ſcilicet ſanctorum Canonizatorum, quas ſinguli epiſcopi in ſuis Eccleſijs cum clero, & populo decreuerint celebrandas. Reliquis verò feſtiuitatibus, quæ per annum ſunt, non ſunt populi cogendi ad celebrandum, ſiue feriandum, nec prohibendi. Quot pſalmos, quot reſponſoria, quot lectiones, & quare in feſtis dicantur: dictum eſt in quinta parte, ſub titulo de nocturnis. ¶Quæ-
31 dam † autem feſta dicuntur in totum duplicia: quædam ſimpliciter duplicia: quædam ſemiduplicia. ¶ Dicuntur quædam duplicia in quibuſdam Eccleſijs, pro eo, quòd reſponſoria tam maiora quàm breuia: & verſus à duobus cantantur: & quia omnia incipienda à duobus incipiuntur: & quia antiphonæ in matutinis & veſperis duplicantur. dicuntur enim completæ & ante pſalmum, & poſt, ſicut eſt feſtum natalis Domini, Sancti Stephani protomartyris, ſancti Ioannis euangeliſtæ, Circunciſio Domini, Epiphaniæ, Purificationis, Annuntiationis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, ſancti Ioannis Baptiſtæ, Apoſtolorum Petri & Pauli, ſancti Laurentij, Aſſumptionis beatæ Mariæ virginis, natiuitatis eiuſ-
32 dem, & dedicatio Baſilicæ. ¶ Præmiſſa † quidem ſunt maiora duplicia feſta. Minora autem duplicia feſta ſunt, ſecunda & tertia feria, infra octauas reſurrectionis. Item, ſecunda & tertia feria infra octauas Pentecoſtes. Commemoratio ſancti Pauli apoſtoli: Octauæ Apoſtolorum Petri & Pauli, & aſſumptionis: & quodlibet feſtum, quod vnaquæque Eccleſia duplex ordinauerit celebrari. ¶ Se-
33 miduplicia † autem feſta ſunt, in quibus præmiſſa omnino non obſeruantur: ſed tantum tertium, ſextum, & vltimum. Reſponſoria cantantur à duobus, nec incipitur à duobus: nec duplantur antiphonæ: licet verſus & breuia reſponſoria à duobus dicantur: & ſunt hæc ſemiduplicia feſta Sanctorum, Andreæ, Nicolai, Luciæ, Thomæ Apoſtoli, Innocentium, octauæ Epiphaniæ, Agnetis, Conuerſio ſancti Pauli, Agathæ, Mathiæ, Cathedra ſancti Petri, Gregorij, Auguſtini, Hieronymi, Ambroſij, Philippi, & Iacobi, Marci euangeliſtæ, Inuentionis ſanctæ Crucis, Reuelationis ſancti Michaëlis, octaua Aſcenſionis, Ioannis ante portam Latinam, Barnabæ apoſtoli, octaua ſancti Ioannis Baptiſtæ, Mariæ Magdalenæ, Iacobi apoſtoli, ad vincula ſancti Petri, octaua ſancti Laurentij, Barptholomæi apoſtoli, & decollatio ſancti Ioannis Baptiſtæ, octaua natiuitatis beatæ Mariæ, Exaltatio ſanctæ Crucis, Matthæi apoſtoli, Lucæ euangeliſtæ, Simonis, & Iudæ Apoſtolorum, Martini, Ceciliæ, Catharinæ: & alia ſecundum conſuetudinem cuiuſcunque Eccleſiæ. ¶ Sanè igitur hæc varietas circa feſta ſeruatur: quoniam ſicut per Apoſtolum ſtella differt in claritate à ſtella: ſic etiam erit reſurrectio mortuorũ.

Cùm



Cùm ergo ſecũdum beatũ Dionyſium Eccleſiaſtica hierarchia, repræſentet aliqualiter in ſuis actionibus ſeu ordinationibus cœleſtem hierarchiam, in qua ſancti ſecundum diuerſitatem meritorum ſuorũ diſponuntur: ideò ad hoc repræſentandum varietas diuerſorũ officiorum in noſtra Eccleſia reperitur. ¶Quæ
34 igitur † feſta in toto duplicia, & quæ ſemiduplicia dici debeant, liquidò patet ſecũdum myſticum intellectum. Nam ſecundum ſanctos viſio Dei erit præmium omnium beatorum: quæ quidem viſio erit maior vel minor in omnibus, ſecundum quod hîc poſiti magis, vel minus in charitate: quæ eſt radix omniũ meritorũ, profecerint. Verũtamen ſunt quædam ſpecialia merita, quæ ſecundum aliqua ſpecialia præmia habentibus alia merita in futura gloria cõferentur. Vnde ſpeciale præmium ſupereſſentiale reddetur Martyribus, Doctoribus & Virginibus, quod præmium aureola dicitur, ita quòd quantũ ad hoc aliqui ſancti duplex habebũt præmiũ, ſcilicet eſſentiale, quod dicitur Dei viſio: & accidentale, aureola: & ſecundum hæc feſta ſanctorũ poſſunt dici maiora, vel minora, ſcilicet in quibus præmiorũ rationes magis, vel minus reperiri poſſunt. Quia igitur beata virgo inter omnes ſanctos ſublimiori præmio potitur, quantum ad præmium eſſentiale: & rationes etiam accidentalium præmiorũ ſibi competunt: ideò eius feſtum totum duplex dicitur eſſe: ſic eſt etiam in feſtiuitatibus ad honorẽ Chriſti ſtatutis. Quia verò poſt eos angeli ſecundum obtinent locum: & poſt illos Apoſtoli & martyres: & poſt ipſos alij: ideò ſecundum eorum plura vel pauciora eſſentialia, & accidentalia præmia ipſorum feſtum, vel totum duplex vel ſemiduplex vel ſimplex debet ab Eccleſia militãte, quæ veſtigia triumphantis imitatur, conformiter celebrari.
35 ¶†Quandoque verò alia conſideratione dicuntur feſta duplicia: quando, ſcilicet eadem die duo feſta concurrunt: & tunc minus cedit maiori. Nam die illa de feſto excellentiori officium celebratur: & de minori fit ſolũmodo cõmemoratio: & illius officium ad diem ſequentem reſeruatur: ſicut fit de beatis Petro & Paulo. Si ergo eadem die plura feſta concurrant, & omnes ſunt martyres, illius qui inter eos maioris erit nominis, officium celebretur. Si verò alter confeſſor, & alius martyr, vel martyres: ſi confeſſor maioris ſit nominis, quàm martyr, vel priuilegiatus: vt beatus Martinus: & cuius generaliter officium inſtituit Eccleſia, dicendum eſt officium de confeſſore: & cõmemoratio facienda eſt de martyre: ſinautem celebrandum eſt de martyre. item ſi feſtum Andreæ veniret in prima dominica de aduentu: fiet in ſecunda feria.
36 ¶Idem dicimus † de quolibet feſto Apoſtolorum & Martyrum, ſi occurrerent in primis dominicis priuilegiatis. item ſi feſtum habẽs vigiliam contingit in feria ſecunda: celebratur officium de vigilia: & ieiunatur in ſabbato præcedenti. extrà de obſer. ieiu. cap.j. Si autem in quacunque alia dominica à priuilegiatis, id eſt, quibus hiſtoriæ appropriatæ inueniuntur euenerit feſtum Apoſtoli vel alicuius præcipui martyris, vel alterius ſancti, qui proprium habeat officium: attendendum eſt, vtrum ſequens hebdomada ſiue ſinguli dies ipſius proprium habeant officium: quod ſi habent, fiet officium de dominica: & feſtum ſancti fiet in ſecũda feria: ſi verò nõ habent, fiat officium de feſto in dominica: & officium dominicæ fiet in ſecunda feria: & ſic dominica quandoque cedit feſto, quãdoque ecõuerſò.
37 ¶Circa vigilias † ſanctorũ, quare ſic vocantur, & vnde ortum habuerunt dictum eſt in ſexta parte, ſub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Porrò circa feſta, quæ in ſeptuageſima ſeu in tempore paſsionis, ſiue ante illud occurrũt, ſicut eſt feſtum ſanctę Agathæ: cathedra ſancti Petri: ſancti Mathiæ: Annuntiationis Domini: feſtũ ſancti Gregorij: feſtũ etiam patroni cuiuſlibet Eccleſiæ, ſi acciderit: vel anniuerſarium illius vel paſcha alicuius, annotatiuum generaliter dicimus, quòd cantica laudis, ſcilicet, Te Deum laudamus. Gloria in excelſis Deo: & Ite miſſa eſt, in illis debent cantari: & omnia quæ cantarentur in illis, ſi in alijs temporibus contingerent, præter allelu Ia. quoniam feſta huiuſmodi ad tempus paſchæ pertinere noſcuntur. Sed quare non dicitur tunc allelu Ia, ſicut alia cantica lætitiæ? Reſpondeo quia illud eſt magis canticũ lætitiæ quàm alia, quæ ſunt magis obſeruatiões, ſeu gratiarũ actiões, quàm cãtica lætitiæ. Licet & in illis ſit aliqua lætitia, ꝓſertim in cãtu. Si verò opponatur, ꝙ gloria in excelſis, quod eſt propriũ natalis Dñi: &, Ite miſſa eſt: quod eſt cãticũ ſeu laus reſurrectionis: & Te Deũ laudamus. quod ſignificat lętitiã pro dragma inuẽta: nõ debeãt in feſto annũtiatio-

nis Domini

nis Domini cantari,pro eo,quòd præmiſſa in
aduentu Domini nondum ſua tempora habe
bant:quia Dominus nondum ea in rebus hu
manis fuerat proſecutus.Reſpondent,qui ſo-
lennizare contendunt,quòd hoc feſtum eſt
omnium feſtorum Chriſti quaſi fons & ori-
go ſeu initium:quoniam & ſi natale Domini
vel paſsio vel inuentio dragmæ nōdum erāt
in re,vel in tēpore,habebantur tamen in ſpe:
quoniam in ſpe eorum prodigia præcedebāt.
38 Annotatiuum † paſcha vocatur, quando ali-
quis diē,quo baptizatus eſt,celebrat annua-
tim:quod fortè ſumitur à gentilibus,qui diē,
in quo ad miſeriam naſcebantur, natalitium
obſeruabant, in qua celebratione officium
Paſchæ debet cantari, præter allelu Ia:ſi in
tempore quadrageſimæ contingat.¶Et nota,
quòd hæc tria,ſcilicet Te Deum laudamus:
Gloria in excelſis Deo : & Ite miſſa eſt.ſeſe
concomitantur:& eſt ratio. Nam gloria in
excelſis ſignificat illud ineffabile gaudium,
quod angelus paſtoribus nuntiauit, dicens:
Annuntio vobis gaudium magnum, quia na-
tus eſt vobis hodie ſaluator. Ite miſſa eſt:
quod eſt dictum ite ad propria:miſſa eſt con
ſummata:deſignat acceſſum paſtorum ad lo
cum natiuitatis Chriſti dicētium adinuicem,
poſt angelicam annūtiationem:Tranſeamus
vſque ad Bethleem,& videamus hoc verbū,
quod factum eſt.Quia ergo poſt annuntiatio
nem angeli ſecutus eſt paſtorum acceſſus:
ideò meritò quando ſacerdos dicit:Gloria in
excelſis Deo,in quo prædictum angelum re-
præſentat,debet etiam dici,Ite miſſa eſt.Simi
liter quando hæc duo dicuntur, vel obmit-
tuntur:Te Deum laudamus.ad nocturnos di
citur vel obmittitur:quoniam ibi gaudium &
laudes cœli & terræ,creatoris,& creaturæ,ca
pitis & membrorū ſignificantur ſicut in glo-
ria in excelſis Deo.cœlum & terra,creator &
creatura,caput & membra,cum laude & gau
dio nominantur:imò ferè omnia,quæ ibi im-
plicitè continentur hîc explicitè ponuntur:
meritò igitur quando illud dicitur, hoc non
debet obmitti.Verūtamen non ſemper præ-
miſſa ſe concomitantur.Nam in feſto cathe
dræ beati Petri,etiam ſi occurrat in quadra-
geſima,quædam Eccleſiæ dicunt,Te Deum
laudamus.cæteris laudibus tacitis : quia hoc
cantico vti ſolemus ad intronizādos Epiſco-
pos in ſedes ſuas:& beatus Petrus eadem die
fuit in cathedra Antiochena intronizatus.
Item in cœna Domini dicitur Gloria in ex-
celſis,& Ite miſſa eſt.ſi Epiſcopus adſit, &
chriſmatis celebret officium. Et in ſabbato
ſancto dicitur Gloria in excelſis,ſed non Ite
miſſa eſt.In ipſis tamen diebus nō dicitur Te
Deum laudamus.Item in die natiuitatis dici-
tur,Gloria in excelſis in prima miſſa : ſed Ite
miſſa eſt nō dicitur:ne populus licentiatū ſe
credens,nō audito matutino diſcedat:& pro-
pter hoc etiam quidam tunc reſeruant fina-
lem collectam primæ miſſæ donec matuti-
næ expleantur, concludentes poſteà miſſam
ſub,Benedicamus Domino:ſed alia ratio po-
nitur in quarta parte,ſub titulo de oratione
nouiſsima.Secundā etiam miſſam eodem mo
do finiūt.In quibuſdam tamen Eccleſijs di-
citur tunc:Ecce completa ſunt omnia.nec da
tur populo licentia recedendi:vt ſciat ſe de-
bere tertiam miſſam audire in qua demū di-
citur,Ite miſſa eſt.In alijs autem, in quibus
fit officiū Ambroſianū in tempore quadrage
ſimæ nullius ſancti feſtiuitas celebratur:ſed
tantum commemoratio fit,& idipſum anti-
qua decreta in alijs Eccleſijs ſeruari iubebāt:
& antiquitus communiter ſic fiebat. In alijs
quoque Eccleſijs prius ſanctificatur, quàm
euangeliū legatur,vel cantetur.xxxiiij.q.iiij.
non oportet.& cap.ſequēti.De officio feſto-
rum,quæ tempore aduentus occurrunt,dictū
eſt in ſexta parte,in titulo de tempore aduen
39 tus.De feſtis † verò reſurrectionis, vſque ad
octauam Pentecoſt.hæc regula generaliter
in quibuſdā Eccleſijs ſeruatur,quòd in omni
bus ſanctorū feſtis cantatur hiſtoria : Beatus
vir.hoc in Apoſtolis,Martyribus, Confeſſori
bus,& Virginibus,hoc in vno & in pluribus
frequentatur.Vir enim iſte beatus Chriſtus
eſt ſecundum regulam ciconij caput & mem
bra. Hic eſt enim martyr, de quo dicitut in
antiphona:Filiæ Hieruſalem.quē ſecundū ca-
put coronauit Dn̄s ſtola immortalitatis, in
hoc tempore ſolēnitatis & lætitiæ:& ſecun-
dum membra poſteà coronabit in illo tem-
pore,quod per iſtud ſignificatur.quod erit
æternitatis & gloriæ.hic enim eſt,qui loqui-
tur in officio,quod hoc tēpore frequentatur,
ſcilicet.Protexiſti me Deus.Hic eſt vitis ve-
ra:& ſancti ſunt palmites.ſicut dicitur in euan
gelio : Ego ſum vitis vera.Ioan.xv.cap.quod
ſimiliter hoc tēpore frequētatur:& ſecundū
pręmiſſa patet,ꝙ etiā in feſtis duorū vel plu
riū ſanctorū,debet dici in p̄dicta antiphona:
Filiæ



Filiæ Hieruſalem,venite &videte martyrem,
ſcilicet Chriſtum,& non martyres : & alia in
plurali, ſicut faciunt quidam. Frequentamus
autem hoc tempore in feſtiuitatibus Sancto-
rum identitatem officiorum : eò quòd in ſuo
ſignificato, idem erit denarius omnium : &
quia tunc glorificati erimus, vnum cum Chri
40 ſto,hoc tempore glorificato. ¶ Sed † quæri-
tur, quare in tempore Paſchali non celebra-
mus feſta Sanctorum,qui cum Chriſto ſurre-
xerunt,vel cum eo cœlos aſcenderunt: debe-
mus enim de illorum glorificatione gaude-
re,& ſolennizare,ſicut & de alijs Sanctis,cùm
certi ſumus eos cœlos aſcendiſſe ? Reſpon-
deo, quòd ideò non ſolennizamus : quoniam
ad inferos deſcenderunt. Solennizamus enim
Sanctorum natalitia, quando videlicet cœlo
nati ſunt : vt præmiſſum eſt : non quando in-
ferno : de quo dictum eſt in ſexta parte ſub
Paraſceue.Poteſt etiam dici,quòd de glorifi-
catione illorum in anima in Paſcha, vel ſal-
tem in Aſcenſione feſtare deberemus : ſed
non poſſumus, propter authoritatem officio-
rum illorum dierum. Obrumbraretur enim
ſolennitas illorum authoritate maioris ſolen
nitatis:quoniam veniente principe ceſſat ma
giſtratus : & ideò ſtatutum fuit, vt per alia
tempora anni diebus,quibus eis dedicatę fue
rint Eccleſiæ feſta illorum celebrentur. Vel
ſecundum Bedam, in dedicatione Eccleſiæ in
qua nouem lectiones dicuntur, fit feſtum de
illis : ſicut & feſtum ſancti Ioannis baptiſtæ
fit ad finem Auguſti: qui tamen circa Paſcha
mortuus fuit,& feſtum beati Iacobi compo-
ſtellæ in Iulio : qui tamen fuit tempore pa-
ſchali occiſus.Beatus quoq; Petrus Apoſtolus
fuit incarceratus hoc tēpore. Facta eſt enim
prædictorum feſtorum mutatio : quia tanta
erat feſtiuitas principis omnium, quòd non
poterant tunc celebrari ſolennitates ſatelli-
tum. iuxta illud : Cede maiori. ¶ Verunta-
41 men † feſta ſanctorum veteris teſtamenti,vt
Abraham, Iſaac, Dauid, Daniel. & aliorum
per Græciam & apud Venetias coli dicuntur:
& ibi habere Eccleſias.de Machabæis dicitur
prout ſub iſto feſto dicetur. Circa octauas
notandum eſt,quòd octauam diem Leuiticus
liber inſinuat, dicens: Dies octauus erit cele-
42 berrimus atque ſanctiſsimus. ¶ Sanè † octa-
uæ ſanctorum ideò celebrantur : quia ſicut
primus dies ſignificat natiuitatem eorum,
ſcilicet qualiter naſcuntur cœlo, & in ſocie-
tātem angelorum & ſanctorum patrum.quā-
do animæ eorum à corporibus ſeparantur:
ita in octauis recolentes reſurrectionem cor
porum congratulamur reſurrectioni eorum.
43 ¶Et attende, quòd quorundam † ſanctorum
celebrantur octauæ, ne hoc myſterium la-
teat:non autem omnium, ne vileſcat.Si enim
non valemus omnia feſta celebrare ſancto-
rum,quantò minus octauas eorum ? Si igitur
aliorum ſanctorum octauæ ſolennes ſunt:
quantò magis ſancti ſanctorum, ſcilicet Do-
mini natiuitatis,octaua ſolennis erit? Videtur
autem, quòd natiuitas Domini non habeat
octauam:quia illa tendebat ad mortem. Obi
tus enim Sanctorum ideò habent octauas:
quia tunc ipſi naſcuntur ea natiuitate,quæ eſt
ad vitam æternam. Poſt illam enim natiuita-
tem,quæ eſt in morte,ſperanda eſt gloria re-
ſurrectionis, quæ datur in octaua : non poſt
natiuitatem, quæ eſt ad mortem. Secundum
hoc etiam videtur,quòd natiuitas beatæ Ma-
riæ,natiuitas beati Ioannis Baptiſtæ, non ha-
bent octauam : nec etiam reſurrectio Domi-
ni : in qua Dominus recepit ſtolam corporis:
quæ generaliter omnibus fidelibus dabitur
in octaua: Iam enim ipſa reſurrectio Domini
44 facta erat in re. ¶ Quia † igitur diuerſæ Ec-
cleſiæ in diuerſis feſtiuitatibus octauas cele-
brant : ideò ne illas reprehendere videamur:
dicimus, quòd duplex eſt octaua : ſcilicet re-
uerentiæ ſiue venerationis, ſeu deuotionis &
inſtitutionis.¶Octaua reuerentiæ,eſt feſtiui-
tatum Paſchæ, Pentecoſtes, Natiuitatis bea-
tæ virginis Mariæ : & beati Ioannis Baptiſtæ:
celebrantur enim octauę eorum pro ſola de-
uotione, non pro alio myſterio. ¶Octaua e-
tiam deuotionis eſt in ſanctis patronis Eccle-
ſiarum,& de ſancto Nicolao,& de beata Ma
ria Magdalena : & ſimilibus qui octauas non
habent:ſed quędam Eccleſiæ ob deuotionem
eas faciunt. ¶Octaua verò inſtitutionis, qua-
dripartita eſt : quia eſt octaua ſignificationis:
ſuppletionis, alterius negotij, ſignificationis
45 & futuræ glorificationis. ¶Octaua † ſignifi-
cationis eſt, vt octauæ Sanctorum vigilias ha
bentium : & feſtum dedicationis Eccleſiæ :
quod fit in ſignum, quòd dedicabitur Eccle-
ſia, id eſt extrema & pleniſsima dedicatione,
dedicabitur tunc, id eſt copulabitur Chriſto:
dedicari enim,eſt copulari: & octauæ marty-
rum : quia ipſi per ea quæ paſsi ſunt,& ex eo,
quòd hanc vitam pro nihilo habuerunt,oſtē-
derunt

derunt,quòd erat vita immortalis. Vnde octauæ Innocentium poſſunt dici octauæ ſignificationis:quia per eas reſurrectio noſtra ſignificatur:prout ſub feſto illo dicetur : & etiam octauas beatorum Petri & Pauli,& quorundam ſanctorum,quæ ſignificāt ſtolam ſecundam,ſcilicet glorificationē, quam in octaua ætate habituri ſunt.Sed quare ob ſimilē etiā cauſam non obſeruatur ſeu celebratur octaua paſsionis Domini?Sicut enim Chriſtus qui eſt ſol iuſtitiæ natus eſt,non propter ſe , ſed vt lux noſtris mentibus,qui eramus in tenebris appareret:ſicut etiam baptizatus eſt,non propter ſe : ſed vt noſtra peccata lauaret:ſic mortuus eſt,nō propter ſe:ſed vt nos moreremur peccato:per quod nos liberaret à morte.❡Reſpondeo ideò quia ſuperueniens feſtum lætitiæ obumbrat,& abolet, commemorationem triſtitiæ. ❡Prætereà,licet reddatur ratio,quare præmiſſæ octauæ fiant : non tamen vſquequaque in ſimilibus exigitur, quòd octauæ fiant. Nam Chriſtus fuit circuncìſus carnaliter,vt circuncidamur ſpiritualiter:ieiunauit,vt ieiunemus:pedes lauit,vt lauemus.Nec tantum octauam iſtorum aut ſimilium celebramus : ſed & octauæ ſanctorum ob cauſam diſsimilem celebrantur:vt præmiſſum eſt. ❡Rurſus diſsimilem habet cauſam octauæ paſchalis ſolennitas:cui non fit octauę myſterium vel miniſteriū.❡Octaua tamen additur propter octo beatitudines quæ in illa ſolenni octaua percipiūtur:prout dictum eſt ibi:& etiam octaua Pente. quæ & ideò celebratur,vt operum ſancti ſpiritus con
46 ſummatio declaretur.Eſt etiam omniū † octauarum ratio generalis : quia , ſcilicet octaua reddit ad caput:quod eſt de beatitudinibus. In libro de doctrina Chriſtiana aſſerit Augu. Idémque dies primus eſt,& octauus , ſcilicet dominicus:& ideò reſurrectio Domini dicitur facta in octaua,id eſt,in die dominica. Idcirco igitur obſeruatur celebritas octauarū, vt reuertamur ad primum innocentiæ ſtatū: in cuius innocentiæ recordatione,in octauo die circuncìſio agebatur, vt mens circuncìſa fieret ab omni carnali contagione. ❡Octaua
47 † ſuppletionis,eſt octaua natiuitatis Domini:quia in ea ſupplemus quod minus factum eſt in feſto natiuitatis.Quia enim in natiuitate multum actum eſt de partu , & parum de parturiente.ideò in octaua plenius agitur de parturiente,quod apparet in reſponſorijs,& antiphonis laudū,& in diurno officio ipſius octauæ:& ob ſimilem etiam cauſam celebratur octaua Epiphaniæ. ❡Octaua alterius rei ſignificationis eſt : ſimiliter octaua natiuitatis:prout ibi dictum eſt:& octaua Agnetis.In illa enim repræſentat, quòd beata Agnes octaua die viſa eſt glorioſa,à quibuſdam fidelibus:prout ſub illo feſto dicetur.❡Octaua futuræ glorificationis eſt : vt octaua obitus cuiuſlibet ſancti.❡Item nota,quòd tantū
48 beatus † Stephanus & Laurentius habent inter martyres octauas inſtitutionis : ſolus verò beatus Martinus inter cōfeſſores.De octauis Paſchæ & Aſcenſionis,& natalis Domini, dictū eſt in ſexta parte,ſub titulo, de Paſcha. Licet autem regulariter in octauis feſtiuitatum fiat in miſſa officium ſicut in ipſis feſtiuitatibus,pro eo quòd in octaua eadem die cum ipſo feſto cenſetur : hoc tamen fallit in octauis Apoſtolorum Petri & Pauli : in quibus dicitur officiū de martyribus.Licet enim vna & eadem die ambo paſsi fuerint:non tamen eadem die de vtroque in Eccleſia ſolennizatur:prout ſub eorū feſto dicetur. Ideóq; vtriuſque officium nequit in octaua fieri,cū vnam diem duntaxat ambo habeāt pro octaua.Oportuit ergo,quòd in eorum octaua aliquod cōmune officium inueniretur : & ideò quia eorum martyrium maximi fuit meriti: officium dicitur de martyribus , quāuis de vtriuſque præcipuis actibus mentio in ipſo officio habeatur.Fallit etiam hoc in octauis beati Laurentij,in quo tria præcipuè valde commendabilia fuerunt : videlicet pietas,in eleemoſynis:firma ſtabilitas,in fidei confeſſione:& martyrium ſpeciale. De primo agitur in vigilia:de ſecundo in feſto : & ideò de tertio agi oportuit in octaua. ❡Verùm licet
49 † eccleſiaſtica officia ab aduentu Domini, quod eſt tempus renouationis , inchoari in proœmio ſextæ partis dixerimus : in hac tamen parte ſimplicius incedentes Calendarium proſequemur à menſe Ianuarij inchoando de aliquibus anni feſtiuitatibus , ſeriatim aliqua ſpecialia opponentes , videlicet De ſanctis Fabiano & Sebaſtiano . De ſancta Agnete.De conuerſione ſancti Pauli.De ſancto Iuliano.De ſancta Agatha.De purificatione beatæ Mariæ. De cathedra ſancti Petri.De Annuntiatione beatæ Mariæ.De ſanctis Philippo & Iacobo. De inuentione ſanctæ Crucis.De reuelatione ſancti Michaëlis.

De ſanctis



De ſanctis Geruaſio & Prothaſio. De ſancto Ioanne baptiſta.De ſanctis Petro & Paulo. De feſto ſeptem fratrum.De ſancto Iacobo apoſtolo. De ſeptem dormientibus. De ad vincula ſancti Petri.De Machabæis. De inuentione ſancti Stephani. De transfiguratione Domini.De ſancto Laurentio.De aſſumptione beatæ Mariæ.De ſancto Barptholomæo.De decollatione ſancti Ioānis.De ſanctis Felice & Audacto. De natiuitate beatæ Mariæ.De exaltatione ſanctæ Crucis.De ſancto Matthæo Apoſtolo. De ſanctis Mauricio & ſocijs ſuis.De beato Luca.De Simone, & Iuda. De feſto omnium ſanctorum. De officio mortuorum.De ſanctis quatuor coronatis. De ſancto Martino.De ſancto Andræa. De ſancto Nicolao . De venerabili Beda presbytero. De ſancto Thoma Apoſtolo. De feſtis ſanctorum Stephani & Ioannis euangeliſtæ.De Innocentibus.De Apoſtolis. De Euangeliſtis.De Martyribus.De Confeſſoribus.De Virginibus.De officio feſti dedicationis Eccleſiæ.

ADNOTATIO.

* FERIANDO. *Etymologia uerbi num aliūde duci poßit,ipſe uideris.Feriæ enim, ἑορτὴ,ſiue τελετὴ, græco uerbo,uidētur potius dictæ à feriendis uictimis:uel ab epulis ferendis : qui dies erant ceſſationum ab opere : quibus epulæ fiebant ex pecorum frugúmq; prouentibus.* N. DOARD.

ADNOTATIO.

* SERMO. *Κατάλογος,natum à uerbo,καταλέγω, deligo,conſcribo,& centurio.Itē cenſeo,exiſtimo,numero & loco habeo , quod latinè dicitur , numero ſiue mauis à uerbo, καταλέγομαι, recenſeo & numero.Erit igitur κατάλογος, legio,cohors, enumeratio,recenſio, numerus.In qua poſtrema ſignificatione accipitur prouerbium illud: ὑπὲρ τὸν κατάλογον, ζῇ , ultra catalogum uiuit : de eo , qui iuſtum & præſcriptum annorum numerum præteriret.* Dictionem autem κατὰ, *author inepte uertit, pace tanti uiri.* N. DOARD.

SVMMA.

1 Fabiani & Sebaſtiani,quale officium.

## *De ſanctis Fabiano & Sebaſtiano.* CAP. II.

IN feſto beatorum Fabiani &
1 Sebaſtiani duplex † collecta in quibuſdam Eccleſijs dicitur,& in ſolito more vtraq; ſub vno, per Dominum noſtrum terminatur : tum quia ab ipſo vnico Dei filio Ieſu Chriſto mediante:ambo ad palmam martyrij peruenerunt:tum etiam quia licet diuerſis paſsi fuerunt temporibus : Eccleſia tamen propter ingentia vtriuſque merita vtrique pariter & principaliter ſolennizat:& vtrāque collectam vno eodémque fine concludit.

SVMMA.

1 Agnetis feſtum , caret octauis inſtitutionis. Et eius diei officium.

## *De ſancta Agnete.* CAP. III.

1 FEſtum † beatæ Agnetis , caret octauis , ſcilicet inſtitutionis: habet tamen octauam alterius negotij ſignificationis : vt iam dictum eſt in proœmio. Quod ergo dicitur in Calendario Agnetis ij. non dicitur propter hoc,quòd illud ſit feſtū octauarum eiuſdem in Eccleſia pronuntiatur,nec in Calēdario ſcribitur octaua: ſed eſt alia ſolennitas de eadem repetita propter miraculum quoddam quod in octaua die poſt eius obitum contingit ad tumulum illius:parentibus ſuis plorantibus. Intelligitur ergo Agnetis ſecundo , ſcilicet feſto. vnde melius diceretur ſecundo Agnetis.de hoc etiam di-
2 ctum eſt ſub quartæ ſub ſymbolo. Quia † verò Præfecti filius eam adamauit : ideò rectè in eius feſto cantatur introitus:Me expectauerunt peccatores.

SVMMA.

1 Paulus conuerſus eſt eodemmet anno , quo Chriſtus paſſus.

2 Pauli conuerſio cur potiſsimùm celebretur. & eius diei officium.& nume. 3.

De conuer

## De cõuerſione ſancti Pauli. CAP. IIII.

1 COnuerſio † ſancti Pauli Apoſtoli
facta eſt eodem anno, quo Chri-
ſtus paſſus eſt, & Stephanus lapi-
datus anno quidem non naturali,
ſed emergenti. Nam Chriſtus paſſus eſt octa
uo Calendas Aprilis. Stephanus eodem anno
tertio die Auguſti lapidatus eſt. Paulus verò
octauo Calendas Februarij cõuerſus eſt. Eius
autem conuerſio potius, quàm aliorum ſan-
ctorum celebratur triplici ratione. ¶ Primò,
2 † propter exemplum ne quiſquam quantũ-
cunque peccator deſperet de venia, quando
tantum in culpa conſpicit poſtmodum talem
fuiſſe in gratia. ¶ Secundò, propter gaudium.
Sicut enim Eccleſia magnam habuit triſtitiã
in eius perſecutione: ita maximã habuit læti-
tiam de eius conuerſione. ¶ Tertiò, propter
miraculũ quod Dominus in eo oſtendit: dum
de ſæuiſsimo perſecutore fecit fideliſsimum
3 prædicatorem. In † hoc feſto dicitur epiſto-
la: Saulus ad hoc: quæ eſt Act. ix. cap. Et euan-
gelium: Dixit Simon Petrus ad Ieſum: quod
eſt Matth. xix. cap. Dicitur etiam ad horas ca
pitulum. Erat quidam diſcipulus. Act. ix. cap.

### SVMMA.

1 Iulianus, Cenomanenſis Epiſcopus. Et quot prætereà Iuliani.

## De ſancto Iuliano. CAP. V.

1 IVlianus † iſte cuius feſtum ſit
quinto Calendas Februarij fuit
Epiſcopus Cenomañ. Qui Simon
fuiſſe dicitur, quem Dominus à
lepra mundauit, & qui Deum ad conuiuium
inuitauit. Hic etiam dicitur eſſe ille Iulianus,
qui ab itinerantibus pro inueniẽdo bono ho-
ſpitio inuocatur: eò quòd in domo eius fuit
Dominus hoſpitatus. Alij dicũt, quòd eſt ille,
qui patrem & matrem occidit: de quo ſequi-
tur: Fuit quoque & alius Iulianus de Almania,
qui deſiderio martyrij ſe vltrò perſequenti-
bus offerebat. Vnde Criſpinus cõſularis eum
iuſsit occidi: quod ipſe Iulianus audiens ſta-
tim foras proſilijt, & quærenti ſponte intrepi
dus ſe opponens protinus ictum ferientis ex-
cepit. Fuit inſuper alius Iulianus frater beati
Iuliani, qui templa idolorum permiſſu Theo
doſij Imperatoris vnà cum fratre deſtruebat:
ad cuius verbum homo viuus ſuper plauſtrũ
mortuum ſe fingens mortuus eſt. Fuit etiam
quartus Iulianus, qui vtrunque parentem ne-
ſcius occidit: ſed poſt multam pœnitentiam
ſub ſpecie mendici leproſi recipit in domo
ſua angelum, à quo audire meruit, quòd Do-
minus ſuam pœnitentiam acceptaſſet. Fuit
etiam quintus Iulianus non ſanctus, ſed apo-
ſtata ſceleratiſsimus. Primò enim fuit mona
chus, deinde Imperator romanus: vt dicetur
ſub feſto inuentionis ſanctę crucis.

### SVMMA.

1 Agathæ feſtum: & officium.

## De beata Agatha. CAP. VI.

1 BEata Agatha † poſt multa tor-
menta in carcere mortua eſt: ad
cuius caput in tumulo poſita eſt
viſibiliter tabula per angeli mini
ſterium: in qua ſcriptum erat. Mentem ſanctã
ſpontaneam, honorem Deo & patriæ libera-
tionem. Ideóque conſuetudo inoleuit, cum ta
bula eius imaginẽ cõtinente fieri ꝓceſsionẽ.

### SVMMA.

1 Maria primatum obtinet inter ſanctos.
2 Mariæ quatuor principalia ſunt feſta.
3 Maria fuit in vtero ſanctificata.
4 Mariæ conceptio num approbanda: & ſolenniter celebranda.
5 Mariæ purificatio, eſt duplex feſtum. & nu. 6.
7 Maſculi corpus in quadraginta diebus: fœminæ autem, in ſeptuaginta diebus animatur.
8 Dominus cur præceperit puerum quadrageſima die offerri in templo.
9 Purificationis feſtum, ſequitur feſta natalia, meritò. Et quòd Dominus fuerit in templo præſentatus duplici myſterio. & nume. 10.
11 Purificationis Mariæ ſolennitas, vbi, & quo tempore, & cur fuerit primùm inſtituta.
12 Purificationis proceſsio, quid ſignificet, & à quo inſtituta. nume. 15. Et cur in ea ferantur cerei ardentes. nume. 14. 16.
13 Candela accenſa, quid ſignificet.
17 Purificatio Mariæ, caret octauis.

## De purificatione ſanctæ Mariæ. CAP. VII.

1 INter cũctos ſanctos glorioſa Dei
genitrix † virgo ſemper Maria
primatum obtinet, vtpote quæ eſt
ſanctis dignior, & excellentior
vniuerſis



vniuerſis extrà de pœnitent. & remiſsio. no-
ua. In cuius honore in Eccleſia in iiij. anni tẽ-
2 poribus, quatuor † ſolennes celebrat feſtiui-
tates, videlicet annuntiationem, aſſumptio-
nem, natiuitatem, & purificationem. Omni
enim tempore ipſam in memoria habere de
bemus, quæ omni tempore ad filium ſuum
pro nobis peccatoribus intercedit: quarum
duæ ſunt ſibi & Domino noſtro communes,
ſcilicet purificatio & annuntiatio. Hę autem
quatuor feſtiuitates, fiunt ſecũdum quatuor
benedictiones, quæ in ipſius virginis ſaluta-
tione continẽtur. ¶ Prima eſt, Aue Maria gra-
tia plena: quæ primæ feſtiuitati competit, ſci
licet annuntiationi, quando videlicet eam
angelus ſalutauit: de ſpiritu ſancto concepit,
facta gratia plena. ¶ Secunda eſt: Dominus
tecum: quæ competit aſſumptioni, quando
videlicet aſſumpta eſt in cœlum: quia tunc
fuit cum Domino ſuo, id eſt, filio, vt eſt Do-
minus. Ante enim non viderat eum Dominũ
ita manifeſtè in ſe. ¶ Tertia benedictio eſt:
Benedicta tu in mulieribus: quæ competit na
3 tiuitati: quia tunc † eſt nata mulier in vtero
ſanctificata. Nulla enim mulier fuit in vtero
ſanctificata: & ideò dicta eſt caſtrum propter
ſingularitatem: quia nunquàm dæmones ca-
ſtrum illud fregerunt. ¶ Quarta benedictio
eſt: Benedictus fructus ventris tui: quæ con-
gruit quartæ feſtiuitati, ſcilicet purificationi,
quia tunc obtulit illum benedictum fructum
in templo. Quidam etiam faciunt quintum
4 feſtum, ſcilicet de † conceptione beatæ Ma-
riæ, dicentes: quòd ſicut celebratur de morte
ſanctorum non propter mortem, ſed quia
tunc recepti ſunt nuptijs æternis. ſimiliter po
teſt celebrari feſtum de conceptione: non
quia ſit concepta: quia in peccato eſt con-
cepta: ſed quia mater Domini eſt concepta:
aſſerentes hoc fuiſſe reuelatum cuidam
abbati in naufragio conſtituto, quod tamen
non eſt authenticum: vnde non eſt appro-
bandum, cùm concepta fuerit in peccato, ſci-
licet per concubitum maris & fœminę. de
conſecr. diſtin. iiij. firmiſsimè. Veruntamen
licet fuerit concepta in peccato, dimiſſum eſt
ei illud originale peccatum, cùm ſanctifi-
cata fuerit in vtero: ſicut & Hieremias & ſan
ctus Ioan. baptiſta: quare meritò natiuitas
eius & beati Ioan. baptiſtæ celebrantur. Na-
tiuitas dico ex vtero: quando videlicet in lu-
cem ſeu in mundum prodierunt. Sed natiui-
tas eorum in vtero ſcilicet, quando infuſæ
ſunt animæ in corporibus eorum non cele-
bratur: vt præmiſſum eſt. ¶ Sextum etiam fe-
ſtum eſt feſtiuitas parientis, ſcilicet feſtum
natalis: ſed quoniam tunc eſt etiam ſimul
feſtum filij, quod plenum exigit officium:
ideò nõ ſolennizatur de illa: niſi vſq; in octa
uas: tunc verò ſic, vt iam dictum eſt in prooe-
mio. ¶ Septimum quoq; feſtum eſt beatæ
Mariæ ad martyres: de quo ſub feſto omniũ
ſanctorum dicetur. Quia verò feſtum puri-
ficationis ſecundum huius vij. partis diuiſio-
nem in ordine temporis alia feſta virginis
præcedit: idcirco hic de illo dicamus. Eſt
autem hodie duplex feſtum. ¶ Primò, quo
5 † ad partum, quod dicitur feſtum ὑπαντῆς,
id eſt, obuiatio: quia in illa ſolennitate Anna
prophetiſſa & Symeon obuiauerunt beatæ
Mariæ venienti filium ſuum Chriſtum in
templum offerre. ὑπαντὴ, enim græcè di-
citur obuiatio latinè, ab ipſo quod eſt ire &
anti quod eſt contra. Aduentus Domini in
templum ſignificat aduentum eius in Eccle-
ſiam, & in mentem cuiuſlibet fidelis animæ:
quæ eſt templum ſpirituale. Hunc aduentũ
prædixit Dominus per Malachiam prophe-
tam iij. Ecce ego mitto angelum meum ante
faciem tuam, qui præparabit viam ante faciẽ
meam, & ſtatim veniet ad templum ſanctum
ſuum &c. Vel dicitur ὑπαντὴ, id eſt, præſen-
tatio, eò, quòd Chriſtus in templum eſt re-
6 præſentatus. ¶ † Secundum, quo ad parientẽ.
& dicitur feſtum purificationis: quia beata
virgo licet purificatione non indigeret, nec
legi purificationis obnoxia teneretur, quia
nullo modo immunda fuit, nec peperit con-
cepto ſemine: tamen voluit facere præceptũ
legis. Dicitur enim Leui. xij. cap. Mulier, ſi
ſuſcepto ſemine peperit maſculũ, immunda
erit vij. diebus: munda quidem erat à conſor-
tio hominũ, & ab ingreſſu templi: expletis
verò vij. diebus munda efficiebatur, quo ad
conſortiũ hominum: adhuc tamen vſq; ad
diẽ xxxiij. quo ad templi ingreſſum immun-
da erat, donec purgaretur, iuxta ritum men-
ſtrui fluxus: ſed completis xl. diebus, in die
quadrageſimo templum intrabat, & puerum
cum muneribus offerebat. Si autem fœ-
minam peperiſſet, tempus duplicabatur, &
quo ad conſortium: & quo ad ingreſſum, ſi-
cut & duplicatur quo ad corporis formatio-
7 nem. Nam † in xl. diebus corpus maſculi or-
ganizatur,

ganizatur, & perficitur, & in quadrageſimo
infunditur anima, vt ſæpius:corpus verò fœ-
minæ octoginta diebus perficitur, & in octo
geſimo anima inſpiratur, vt ſæpius fit.ergo ſi
maſculũ pepererat xl.ſi fœminam octoginta
diebus,à die natiuitatis partus à templi arce-
batur ingreſſu : hodie tamen ſtatim ingredi
non prohibetur, ne ſibi pœna in culpã verta-
tur.v.di.§. hæc ſi.& ca.ſe.extrà de purifi.poſt
par.c.vno. Veruntamen mulier dũ ſentit ſibi
imminere dolores partus, nõ intret Eccle-
ſiam:vel ſaltem caueat,ne polluat illam. Sa-
cerdos autem mulierem vicinam partui ſępe
moneat,vt confiteatur:ita cùm dolor partus
vrgebit eam, ſit parata accipere euchariſtiã.
Nam inhoneſtum eſt, quòd tempore partus
presbyter diu cum ea moretur. Eſt autem tri
8 plex† ratio quare præcepit Dominus die xl.
puerũ in templum offerri.¶ Primò,ad notan-
dũ, quòd ſicut die xl. in materiale templum
ducitur,ſic in xl.à conceptione,vt ſæpius ani-
ma infunditur in corpus, tanquàm in ſuum
templũ : prout in hiſtoria ſcholatica dicitur:
quamuis phyſici dicant quòd in xlvj. corpus
perficitur.¶ Secundò,vt anima, quæ in die xl.
corpori infuſa ab ipſo corpore maculatur,in
die xl.templũ ingrediens, per hoſtias expie-
tur.¶ Tertiò,ad inſinuandũ, quòd illi meren-
tur cœleſte templũ ingredi, qui decem præ-
cepta decalogi cũ fide quatuor euangeliorũ
obſeruauerunt. Tranſactis ergo purificatio-
nis diebus pariens ingrediebatur templum,
offerens filium vel filiam, & munera pro ſe,
ſcilicet pro peccato, pullum columbæ ſiue
turturem : pro filio verò vel filia offerebat
agnum anniculum, in holocauſtum. Quæ
agnum habere nequibat,offerebat duas tur-
tures,aut duos pullos columbarum:& alterũ
in holocauſtũ pro partu : alterũ verò pro ſe,
ſcilicet pro peccato ſuo. Vnde in euangelio
dicitur : vt offerrent par turturum &c.ſecun-
dum legis conſuetudinem, ſcilicet ſicut lex
exigere videbatur. Mulieres igitur in hoc
beatam virginem imitantur,cùm in quibuſdã
locis poſt partum tranſactis xl.diebus Eccle
ſiam ingrediuntur,ſignificantes,quòd ſi virgi
nem ipſam fuerint imitatę, poſt vitam præ-
ſentem ingredientur cum ea æternam. Cele-
bratur ergo hoc feſtũ die xl.à natiuitate Do
mini : quia beata virgo die xl.à natiuitate
Chriſti ad templum veniens ipſum ſecundũ
9 legem præſentauit.¶ Rurſus† hoc feſtum ſe-
quitur poſt feſtiuitates natalis Domini circũ
ciſionis & epiphaniæ ratione myſterij : ſicut
& ratione myſterij voluit Dominus in tem-
plũ præſentari.Et hoc dupliciter. ¶ Primum
myſterium eſt. Naſcitur enim primò Deus
per fidem in homine, & ſequitur circunciſio:
quia quando fides in homine eſt:purificatur
homo:vnde in actibus: Fide purificans corda Act. 15
eorum.Qui verò habent bonam fidem, re
linquunt omnia mala opera : & tunc apparet
Deus:ſed tunc facienda eſt pœnitentia : vt in
nobis maneat,ſicut in templo ſuo : & tunc fit
ibi oblatio:& offertur ei par turturum,id eſt,
munditia mentis, & corporis : quod non po-
teſt fieri,niſi in iugi luctu:ſicut turtur gemit
pro cantu : & duos pullos columbarũ:id eſt,
10 geminam ſimplicitatem.¶ † Secundum my-
ſterium:quia in templum venit in hac die, vt
notetur aduentus eius in mentem cuiuſlibet
fidelis animæ:ſiue in Eccleſiam,in quam ſem
per paratus eſt intrare. Vnde in introitu dici-
tur:Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in
medio templi tui:quia Chriſtus eſt lignum
vitæ in medio paradyſi, paratus æqualiter
omnibus ſubuenire,& bona ſua largiri:ſecun
dum nomen tuum Deus:ita & laus tua Deus
&c.q.d.ſicut creaſti omnes & recreaſti:ita &
laudandus es per totum mundum.Hoc etiam
expoſitum eſt in vj. parte ſub octaua domi-
nica poſt Penteco. Vt autem veniat in men
tem noſtram, hortatur Eccleſia filios ſuos:
vt occurrant. Vnde dicit in principio matuti-
nalis officij,ſcilicet in inuitatorio: Ecce venit
ad templum ſanctum ſuum dominator Do-
minus:gaude & lætare Syon,occurrens Deo
tuo, ſcilicet per fidem & per bona opera : &
propter hoc feſtum illud, dicitur ὑπαντή, id
eſt obuiatio :quia ſi volumus, quòd ille ve-
*niat in mentem noſtram,accipiamus in men-
tem noſtram eius ſimilitudinem*:vnde dicit in
reſponſorio primo. Adorna thalamum tuum
Syon,ſcilicet virtutibus purifica te,& ſuſcipe:
ſcilicet virtutes : & ſic veniet in te. Epiſtola
verò eſt: *Ecce ego mitto angelum*, quæ eſt
Malachiæ vlti. capit. Et euangelium. Poſt-
quàm impleti ſunt dies.Lucæ.ij.cap. Et poſt-
communio : Reſponſum accepit Symeon.
11 Lucæ.ij.capitu.¶ Et no. quòd tempore † Iu-
ſtiniani Imperatoris fuit magna mortali-
tas apud Conſtantinopolim : & ideò tunc
cõſtituta eſt ſolennitas purificationis Mariæ
in reuerentiã eius,ob cauſas pręmiſſas. Solet
autem



autem quæri, cùm adhuc pullulent infinitæ
hæreſes : quomodo fit verum, quod in nouo
reſponſorio dicitur,ſcilicet quòd beata Virgo
omnes hæreſes interemit. Ad hoc dicimus,
quòd hoc fecit, quantum in ſe fuit : quia ipſa
oſtẽdit eum viſibilem,qui inuiſibilis erat.Pri-
mò enim non poterat inueniri : quia quidam
ipſum quærebant in delitijs carnis: quidam in
diuitijs:quidam in libris Philoſophorũ:& non
Cantic.4 erat ibi:vnde in canticis: Quæſiui,& non inue
ni eum. Modo verò non poteſt aliquis errare
in via, niſi velit : vnde manifeſtè habetur in
Eſa.30 Eſa. Hæc erit recta via : vt etiam ſtultus non
Eſa.46 erret,per viam:& quæ erit illa via. Ecce dabo
in Syon ſalutem, & in Hieruſalem gloriam
meam. Dicitur hodie capitulũ:Ecce ego mit-
to.Malach.iij.ca.& illud:Eradicaui.Eccleſiaſt.
xxiiij.c.& illud: Quaſi cedrus,quod eſt ibidẽ.
12 ¶ Fiat autẽ hac die † proceſsio generalis,quæ
ſignificat proceſsionem illam, ſcilicet quam
beata Virgo & Ioſeph ad templum fecerunt.
Qui in proceſsione ante cancellos cãtant: Re
ſponſum accepit,&c.Significant Prophetas na
tiuitatem Domini,& miſericordiam annũtian
tes:melodia reſpondẽtium,*eſt gaudium* hanc
diei miſericordiam ſuſcipientium. Tenentes
candelas in manibus,dicamus igitur: Suſcepi-
mus Deus miſericordiã tuam, &c. quod verò
cantatur in proceſsione,& in euangelio: Acce
pit eum Symeon in vlnas ſuas, oſtendit quòd
debemus eum nõ tantum corde: ſed etiam in
Cantic.8 brachijs portare:vnde in canticis:Pone me,vt
ſignaculum ſuper brachium tuum:& vt ſigil-
1.Cori.6 lum ſuper cor tuum.ad Corinth. Empti enim
eſtis pretio magno,glorificate & portate De-
um in corpore veſtro. Debemus quidem por-
tare,nõ tantum deitatem, vel humanitatem.:
ſed vtrunque,ſicut fecit Symeon:quod ſignifi
catur per candelam,quam ferimus in proceſ-
ſione. Per ceram enim,per apes,operæ virgi-
nali,cum melle productã:nulla enim libidine
reſoluuntur : humanitas ſiue caro Chriſti ex
virgine ſumpta, per lumen,deitas : quia Deus
noſter ignis conſumens eſt. Deuteron.iiij.per
lichinum in cera,anima candidiſsima,vel dei-
tas in carne latens: vel ſecundum alios morta
13 litas intelligitur. ¶ Rurſus† candela in manu
accenſa, eſt fides cum bona operatione : nam
ſicut candela ſine lumine mortua dicitur : &
lumen per ſe abſque candela non lucet : ſed
mortuum eſſe videtur:ſic & operatio ſine fi-
de : & fides ſine operatione mortua eſſe dici-
tur.Lichinus ſub cera occultatus,recta inten-
tio eſt.vnde Gregorius:Sic fiat opus in publi-
co,vt tamen intentio maneat in occulto. Can
delæ autem benedicuntur : vt eas dignè fę-
rant omnes. Sunt enim multi habentes intus
tenebras, licet extrà lucere videantur. Dignè
ferentes ſunt, qui ſicut extra lucent per lu-
men, quod ipſi ferunt in manibus : ita lucent
interius per veram fidem : & in hoc feſtiui-
tas, & gaudium magnum. Portantur itaque
in proceſsione cerei ardentes, propter ſex
14 cauſas. † Primò, vt vnuſquiſque ſe illuminet:
& opera ſua lumine patefacta alijs inſinuet.
Secundò, vt ritum gentilium in melius com-
mutet religio Chriſtiana : Romani nanque
de quinto in quintum annum in Calendis Fe-
bruarij, ad honorem Februæ matris Martis,
qui,vt putabant,erat Deus belli, illuſtrabant
vrbem tota nocte cum cereis ac faſcibus ac-
cenſis: vt filius eius eis victoriam de hoſtibus
concederet: cuius matrem tam ſolenniter ho
norabant, quod feſtum à Burbale dicebatur.
Ipſi autem in menſe Februarij ſacrificabant
Februo,id eſt Plutoni,*cum cæteris dijs* infer-
nalibus, pro animabus anteceſſorum ſuo-
rum, vt propitiarentur ipſorum eis ſolennes
hoſtias offerentes, & tota nocte eorum lau-
dibus cum cereis,& faſcibus accenſis,vigilan-
tes mulieres quoque Romanorum his die-
bus feſtum luminum exercebant. Gentiles
nanque pro eo,quòd dicitur Pluto, Deus in-
fernalis concupiſcens Proſerpinam ſpecioſiſ-
ſimam eam in principio huius menſis rapuit,
deámque fecit, quam Ceres eius mater, &
parentes faſcibus accenſis per ſyluas de no-
cte in Aethna monte Siciliæ, multo tempore
quæſierunt:prout Poëtarum fabulæ fingunt.
idcirco & ipſe in principio menſis Februarij
in memoriam huius rei de nocte vrbem lu-
ſtrabant ambiendo ipſum cum faſcibus ar-
dentibus.Idololatræ enim ſicut legitur in li-
bro Sapientiæ,obſcura faciebant. Hos igitur Sapiẽ.17
15 luſtrandi mores Sergius † Papa mutans in
melius ſtatuit feſtum *Purificationis in ho-*
norem matris Domini in eodem menſe : &
tunc proceſsiones fieri, vt plebs vniuerſa
portans cereos ardentes in manibus per Ec-
cleſias procederet in memoriam cœleſtis re-
gni, quando omnes *electi lucentibus* bono-
rum actuum lampadibus obuiam ſponſo ve-

nientes mox cum eo ad nuptias ſupernæ ciui
16 tatis intrabūt.¶†Tertiò, vt per hoc prudētes virgines imitemur,quarū beata virgo eſt caput:vt accenſa in nobis lampade caſtitatis, & bonorū operū,cum eis in templū gloriæ, ad
Mat.29 verū ſponſum ingredi mereamur. ¶ Quartò, quia lumē quod eſt ad reuelationē gentium, ſicut dixit Symeon:hac die pro nobis eſt præſentatū.Hæc ergo proceſsio, ſignificat illam Symeonis.¶ Quintò,ad notandū diuinitatē & humanitatē Chriſti:vt præmiſſum eſt.¶ Sextò,ad oſtendendū virginis puritatem, ne quis audiens eius purificationem, credere poſſet eam purificatione indiguiſſe. Portamus ergo candelas accēſas,quaſi ipſo facto dicat Eccleſia:Virgo beata purificatione nō indiget:ſed tota rutilans,tota ſplendēs:& propter cauſas
17 prædictas candelaria nuncupatur.Hoc†feſtū caret octauis:quoniā licet Chriſtus legaliter fuerit præſentatus in templo: nullus tamen doctor nos coarctat quòd infantes die quadrageſima natiuitatis eorum præſentemus in templo. Vnde ſicut præſentatio puerorū ad tēplum ſecundū veterē ritū defecit:quia hodie fit in baptiſmo:ita & octaua ὑπαντῆς. In octauis enim ſicut per primū diē recolimus, quod factum eſt:ita per octauā rē pro qua factū eſt.De feſtis annuntiationis, aſſumptionis,& natiuitatis in ſuis locis dicetur.

SVMMA.

1 Petrus, Antiochiæ fuit incathedratus.
2 Petrus Apoſtolus fuit tripliciter exaltatus.
3 Petri feſtum triplex,propter prærogatiuas treis.
4 Petri incathedratio, antiquitus feſtum epularum Petri dicebatur.Et eius diei officium.num. 5.

## De cathedra ſancti Petri. CAP. VIII.

1 DE cathedra†ſancti Petri Eccleſia ſolennizat, quando videlicet apud Antiochiam cathedrali honore ſublimatus eſſe perhibetur: quam ſublimationem dicunt quidam factam eſſe à Theophylo principe Antiochen.cuius filium defunctū poſt annos quatuordecim, Petrus ſuſcitauit: & ipſum & populū ciuitatis cōuertit,propter quod ibi Eccleſiam conſtruxerunt, in cuius medio excelſam cathedram collocauerunt, & Petrū vt ab omnibus audiri & videri poſſet,exaltauerūt,in qua ſedit ſeptem annis. De hoc igitur honore ſolennizat Eccleſia: quia tunc prælati Eccleſiæ cœperunt loco præſtare & honore ſublimari. Tunc enim completū eſt illud pſalmiſtæ: Exaltent eum in Eccleſia plebis &c.& nota,quòd exaltatus eſt tripliciter:& ideò triplex feſtum celebratur. Pſal. cvj.
2 ¶Primò † exaltatus eſt in Eccleſia militantium,eidem præſidendo:& eam in fide & moribus laudabiliter regendo:ad quod pertinet hodierna feſtiuitas, vt præmiſſum eſt. ¶ Secundò,in Eccleſia malignantium ipſam, ſcilicet diſsipando & ad fidem conuertendo, ad quod pertinet ſecundum feſtum: quod dicitur ad vincula: tunc enim Eccleſiam malignantium diſsipauit:& plures ad fidem conuertit.¶ Tertiò,in Eccleſia triumphantium,in eam ſcilicet introeundo feliciter, ad quod pertinet tertiū feſtum,ſcilicet paſsionis eius.
3 ¶Rurſus†fit ei feſtum triplex propter alias quinq; rationes.¶Primò, propter priuilegiū: fuit enim præ alijs priuilegiatus:& ideò magis honoratus in authoritate. Nam fuit princeps Apoſtolorum, & claues regni cœlorum accepit.Fuit etiā feruētior in Chriſti amore, & efficacior in virtute. Nam ad eius vmbrā ſanabantur infirmi.¶ Secundò, propter officium. Ipſe enim officium prælationis ſuper vniuerſam Eccleſiam habuit:Quę in tres partes mundi,ſcilicet Aſiam,Africam, Europam diffuſa eſt:& ideò Eccleſia ter in anno pro eo ſolennizat.¶Tertium,propter beneficiū: quia ipſe qui poteſtatem ligandi atq; ſoluēdi habuit,liberat nos à tribus generibus peccatorum,ſcilicet cogitationis,locutionis,& operationis.Vel quia in Deum,in proximum, & in nos peccamus.Vel hoc beneficium poteſt eſſe triplex bonum,quod virtute clauiū peccator in Eccleſia cōſequitur.¶Primū eſt,abſolutionis à reatu oſtenſio.¶Secundū eſt,pœnę purgatorij in temporalē cōmutatio.¶Tertiū, pœnæ temporalis ſecundum partem relaxatio.¶Quartò,propter debitū:quia ſcilicet tripliciter pauit,& paſcit nos,ſcilicet verbo,exēplo,& temporali ſubſidio.¶Quintò, propter exemplum:vt quia, ſcilicet nullus deſperet: etiam ſi tertiò Chriſtum negauerit,ſicut ille: ſi tamen velit cum eo Deum corde, ore, &
4 opere confiteri.¶ Nec† eſt prætermittendū, quòd hoc feſtum de incathedratione ſancti Petri olim feſtum beati Petri epularum dicebatur.Fuit enim mos gentilium ſecundum

magiſtrum



magiſtrum Ioannem beleth,annis ſingulis in menſe Februarij.hac die vinum & epulas offerre Deo ſupra ſepulchra parentū.moti fortè propter illud Thobiæ iiij. Panem tuum & vinum tuū ſuper ſepulturam iuſti conſtitue. quas de nocte dæmones conſumebant. Ipſi tamē ab animabus circa ſepulchra oberrantibus,quas vmbras vocabant, vaſtari putabant:quod ſancti patres extirpare volētes,feſtum de incathedratione ſancti Petri tam de illa quæ Romæ, quàm etiā de illa, quæ Antiochiæ fuit facta,ſtatuerūt fieri,illo die,quo talia à gētibus fiebant. Vnde ab illis epulis feſtum conſueuit appellari, feſtum beati Petri epularum.Hac tamen die non dicitur in quibuſdam Eccleſijs,niſi vna collecta: & de illa incathedratione quæ fuit Antiochiæ facta.
5 † Dicitur autem epiſtola: Petrus Apoſtolus ſeruus:quæ eſt j.Pet.j.Et euangelium: Venit Ieſus in partes.Mat.xvj.tractus eſt:Tu es Petrus.Mat. xvj. ca. Ad horas dicitur ca. Petrus Apoſtolus.j.Petri.j.ca. ¶ In feſto beati Mathiæ Apoſtoli dicitur epiſtola:Exurgens Petrus in medio.Act.j.cap.Et euangelium:Confitebor tibi pater.

SVMMA.

1 Annūtiatio Marię,& eius diei officiū.ibid.
2 Annuntiatio Mariæ, iure accidit tempore Veris.
3 Deus multa operatus die xxv.Martij.

## De annuntiatione uirginis Mariæ.

CAP. IX.

1 FEſtum annuntiationis beatæ Mariæ eſt, quoniam angelus ei bonos † rumores nuntiauit & ipſa ſaluatorem concepit. Tunc autē impletæ ſunt prophetiæ. Vnde Eccleſia legit & cātat de prophetis: quare introitus eſt:
Eſa. 40 Rorate cœli deſuper, & nubes,id eſt, prædicatores pluant,id eſt, annuntient iuſtum, id eſt,Chriſtum.quia antonomaticè dicitur iuſtus Chriſtus.aperiatur terra,id eſt, beata virgo.Aperiatur inquam per conſenſum,& germinet,id eſt,concipiat ſaluatorē,id eſt,Chriſtum.De hoc dictum eſt ſub prima dominica de aduentu.Epiſtola eſt:Egredietur virga. Eſa.xj.ca.Aliæ tamen Eccleſiæ dicunt:Locutus eſt Dominus ad Acham:quę eſt Eſa.vij.c. Euangeliū eſt:Miſſus eſt Gabriel.Luc.j.c. & quod ibi dicitur:Et hic menſis &c.ſic exponi tur hic menſis, ſcilicet Martius:in quo beata virgo concepit:eſt ſextus illi,id eſt, à conceptione illius, ſcilicet Eliſabeth, quæ vocatur ſterilis:quia illa concepit Ioannē baptiſtam viij.Cal.Octobris.Dicitur etiam per horas c. In diebus illis notū faciet Deus.Hier. xxx.c.
2 ¶Cōpetit†autem hoc feſtum,tempore veris. Nam tēpore veris Deus factus eſt homo:& omnia facta ſunt noua.Hoc autē feſtū eſt de Domino & de beata Maria.quare eadē præfatio dicitur in natali & in annuntiatione Domini, de annuntiatione Domini conſueuit apponi,quòd Gloria in excelſis, & Ite miſſa eſt:& Te deum laudamus,in ea cantari non debeant:de quo dictum eſt in proœmio huius partis. Si hoc feſtū fuerit in dominica paſſionis,vel oliuarū,ad ſecūdā feriā transmutabitur.Hoc enim generale eſt priuilegiatis dominicis.Si autem in triduo ante Paſcha occurrerit:in ſabbato ante palmas,ſecundū quoſdā anticipabitur. Quidā verò illud transferunt vſq; ad octauas. Similiter ſi fuerit in die Paſchæ nō cōgruè poterit intra hebdomadam celebrari: in quo hiſtoria de aduentu compilata cantatur.vnde melius eſt quòd ad ſecundam feriam poſt octauas transferatur. In
3 hac†die dicitur per diuerſa temporum curricula Deus multa operatus eſt: quæ quidam ſic egregijs verſibus perſtrinxit.

*Salue feſta dies,quæ vulnera noſtra coërces.*
*Angelus eſt miſſus:eſt paſſus,et in cruce Chriſtus.*
*Eſt Adam factus,& eodem tempore lapſus.*
*Ob meritum decimæ cadit Abel fratris ab enſe.*
*Offert Melchiſedech:Iſaac ſupponitur aris.*
*Eſt decollatus Chriſti Baptiſta beatus.*
*Eſt Petrus ereptus:Iacobus ſub Herode peremptus.*
*Corpora ſanctorū cum Chriſto multa reſurgunt.*
*Latro per Chriſtum tam dulce ſuſcipit amen.*

SVMMA.

1 Paſchale tempus, octauam ætatem, hoc eſt vitam æternam deſignat.
2 Philippi & Iacobi minoris feſtum cur dicatum calendis Maijs.Et eius diei officium.numero 7.
3 Iacobus minor,cur dictus frater Domini.
4 Mariæ virginis genealogia.
5 Iacobi minoris, vita, dignitas, & ſanctitas. Eius deinde interitus.num.6.

## De ſanctis Apoſtolis Philippo & Iacobo.

CAP. X.

 Paſchale

1 PAſchale tempus, ſicut ſæpe di-
ctum eſt, octauam † ſignificat
ætatem: vbi bonum, quod erit
ſingulorum in diſpari charita-
te erit eorum omnium, quia
vnuſquiſq; de bonis alterius gaudebit, vt de
ſuis: & bonum omnium erit ſingulorum. Vt
ergo tempus paſchale concordare: ſolennita-
tibus, quæ intra illud eueniũt præſertim cum
Apoſtolis in Eccleſia primitiua non haberent
particulares ſolennitates, ſtatutum fuit, vt in
2 calend. Maij: celebrarẽtur † ſolẽnitates ad ho
norem omnium Apoſtolorum, vt dies varij
non viderentur diuidere: quos vna dignitas &
Apoſtolatus in cœleſti gloria fecit eſſe ſubli
mes: quod feſtum Græci celebrare dicuntur
in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli. Hac e-
tiam die feſtum eſt Apoſtolorum Philippi
& Iacobi: quia fortè die iſta paſſi ſunt. Sanè
Iacobus iſte dictus eſt minor, ad differentiam
Iacobi Compoſtellæ ſiue Zebedæi: qui di-
ctus eſt maior, non ætate, ſed vocatione: ſicut
contingit in Epiſcopis, qui loco Apoſtolorum
ſunt, quoniam qui primò cõſecratus eſt, alios
quantumlibet maiores antecedit xvij. diſtinc.
§. fina. Primò enim à Domino vocatus eſt: &
primò ei adhæſit, & ſibi magis fuit familia-
ris. In ſecretis enim illum vocabat, ſcilicet
quando transfiguratus eſt, & quando ſuſcita-
uit mortuum in domo: dictus etiam eſt iſte
3 † Iacobus Alphæi: quia fuit filius Alphæi: di-
ctus eſt etiam frater Domini ſecundum car-
nem. de conſecr. diſtinct. j. Iacobi, quia dicitur
fuiſſe conſimilis ei facie: vel quia erat filius
Alphæi, frater Ioſeph viri beatæ Mariæ: &
Mariæ ſororis eius, qui enim ex vtraque par-
te ſanguinis cõiungebantur apud Iudæos fra
tres vocabantur. Ieſus enim putabatur filius
Ioſeph. vel dicitur frater Domini, id eſt, con-
ſobrinus, quia filius ſororis beatæ Mariæ, quẽ
morem Tuſci ſeruant: ſed & Ioſeph *dicitur*
cognatus Domini, vel quia pater putatiuus:
vel quia cognatus Domini ex parte matris, ſci
4 licet beatæ Mariæ. Ad clariorem autem † prę
miſſorum euidentiam, notandum eſt quòd
Ioachim pater beatæ Mariæ accepit vxorẽ
nomine Annam, quæ habuit ſororem nomi-
ne Imeriam: hæc autem Imeria genuit Eliza
beth & Eliud: Eliſabeth genuit Ioannem ba-
ptiſtam: de Eliud natus eſt Emineud: de Emi-
neud natus eſt ſanctus *Seruatius*: cuius cor-
pus in oppido Traiecti ſuper flumẽ Moſæ: in
epiſcopatu Leodienſi requieſcit. Anna autem
tres viros dicitur habuiſſe. Ioachim, Cleophã
fratrem Ioſeph, & Salomane. De primo ha-
buit filiã, ſcilicet Mariam matrem Domini,
quam dedit Ioſeph nuptui: quæ genuit Chri-
ſtũ Generatio ipſius Ioſeph & Mariæ poſita
eſt in ſexta parte ſub feſto natalis Domini.
Primò autem viro defuncto: de ſecundo ſimi
liter genuit aliam filiam nomine Mariã: quã
Alphæo poſtmodum in coniugem dedit. Hęc
autẽ Maria genuit ex Alphęo quatuor filios,
ſcilicet Iacobum minorem, Ioſeph iuſtũ, qui
& Barſabas dictus eſt: & Simonem, & Iudam.
Ex tertio viro, ſcilicet Salomane ſecundo
mortuo, genuit aliam ſimiliter filiã nomine
Mariam, & Zebedæo in coniugem tradidit,
ex quo duos filios habuit, ſcilicet Iacobum
5 maiorem & Ioannẽ euangeliſtã. ¶ Porrò † Ia
cobus iſte meritò ſuę profeſsionis cognomi-
natus eſt iuſtus. Ex vtero enim dicitur ſan-
ctus fuiſſe. Ipſe enim à Petro & Iacobo &
Ioãne Apoſtolis ordinatus eſt primus Hiero
ſolymitanorũ epiſcopus lxvj. diſt. pono. Ipſe
vnà etiam cum Baſilio epiſcopo Cæſarien.
addidit nobis in ſcriptis miſſæ celebrationẽ.
de conſe. diſt. j. Iacobus. ipſe quoq; traditur pri
mam celebraſſe miſſam poſt Paſcha Domi-
ni, in Hieruſalem: & Petrus primus in Antio-
chia. Iſte vinum vel ſiceram non bibit: nullã
carnem comedit: nunquàm tonſus, nunquàm
vnctus, nũquàm balneo vſus eſt: & intantum
genibus terræ defixis orabat: vt eius genua
camelorum excedere duritiam crederentur.
6 Iſte † præcipitatus eſt à Iudæis de pinnaculo
templi, cùm nomen Chriſti prædicaret: & cũ
perticis fullonũ interfectus. Fullo enim eſt,
qui lineos pannos candificat. Quidam autem
dixerunt propter peccatum interfectionis
eius, Iudæos deſtructos fuiſſe per Titum
& Veſpaſianum: & ita non attribuunt de-
ſtructionem *illam morti Chriſti*. In hoc
7 feſto † dicunt quædam Eccleſiæ introitũ Ex-
clamauerunt. Neæmiæ ix. cap. epiſtolam
Stabunt iuſti. quæ eſt Sapien. v. capit. euan-
gelium: Non turbetur cor veſtrum. quod
eſt Ioan. xiiij. capit. & poſtcommunionem:
Tanto tempore. Ioan. xiiij. cap. dicitur autem
ad horas capitulum Stabunt iuſti. Sapien. v.
cap. & illud: Nos inſenſati. quod eſt ibidem,
& illud: Non eſurient. Apocal. vij. cap.

SVMMA.

1 Crucis priuilegium. & eius inuentionis offi-
cium Eccleſiaſticum. num. 2.
3 Crucis duplex feſtum.
4 Crucem inuenit Iudas.
5 Iulianus monachus, diabolo amicus, apo-
ſtata, & Chriſtianorum perſecutor: Cuius
tumulus ad hunc diem fœtorem intole-
rabilem emittit. num. 6.

## *De inuentione ſanctæ Crucis.*

### CAP. XI.

1 IN ſancta † Cruce Domini ſe-
cunda ſpes habetur: Sicut enim
beata virgo portauit Dominũ:
ita & ſancta crux ſuo modo.
Et ſicut Dominus dat aquis ba
ptiſmalibus ſanctificare, & alijs ſacramentis:
ita per tactum dominicæ carnis ſanctificatũ
fuit lignum, vt nos ſuo modo ſanctificare
poſſit: & quia ita crux ſaluat per talem effe-
ctum, quem habet, ideò de ea cantantur: O
2 † crux ſplendidior aſtris, &c. quæ ſola fuiſti
digna: ſcilicet dignitate tibi data, portare ta-
lentum mundi &c. Et quia finis crucis, eſt
gloria: ideò in fine plurium antiphonarum
de cruce dicitur allelu Ia. Dicitur autem per
horas ca. Mihi autem abſit gloriari. Gal. vlti-
3 mo. Fit autem duplex feſtum † de cruce, vide
licet exaltationis, de quo ſuo loco dicetur, &
inuentionis: quia inuenta fuit crux tempore
Euſebij Papæ à beata Helena matre Con-
ſtantini: mediante Iuda, qui tunc Iudæus erat.
Vnde in canone ipſius Euſebij de conſecra.
diſtin. iij. crucis. ita legitur: Crux Domini
noſtri Ieſu Chriſti: quæ nuper nobis guber-
nacula ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tenenti-
bus quinto nonas Maij inuenta eſt in prædi-
cto Calend. die inuentionis feſtum vobis ſo-
lenniter celebrare mandamus: eſt autem
maius hoc feſtum, quàm feſtũ exaltationis:
4 prout ibi dicetur. Legitur autem † de prædi-
cto Iuda: quòd conuerſus ad fidem, factus
eſt poſtmodum epiſcopus hieroſolymita-
nus: & mutato nomine vocatus eſt Quiria-
cus. De quo dicitur diabolus ſic prophetaſſe:
Iudas Chriſtum morti tradidit: ſed iſte Iu-
das illum mortuum exaltauit: & artes ma-
5 gicas detexit: ſed Iulianus familiaris † & ami-
cus meus, citò rex erit: qui me de iſto vin-
dicabit, quod factum eſt xj. q. iij. Iulianus j.
& ij. Nam Iulianus monachus ab ordine
apoſtatans acquiſiuit per nefas conſulatum
Romanum: & inde factus Imperator, & Chri
ſtianorum perſecutor, illum diuerſis pœnis
afflixit & interfici iuſsit. Legitur quoq; quòd
quidam miles nomine Quiriacus hunc Iu-
lianum poſteà interfecit. De iſto Iuliano le-
gitur quòd adhuc apud Conſtantinopolim
de tumba ſua fœtor intolerabilis progredi-
6 tur. Si quæratur, quare fit feſtum de † cruce,
in qua Chriſtus fuit dehoneſtatus, & flagel-
latus, non de aſina, in qua fuit valde hono-
ratus, nec etiam de alijs quæ ipſe tetigit? Reſ-
ponderi poteſt, quòd laus & honor ſuper
aſinam impenſus tranſitorius, & mundanus
fuit: nec inde ſalus noſtra prodijt: de quo cu-
randum non eſt. Præterea, per alia quæ ipſe
tetigit non leguntur miracula: & ſanitates
fieri: nec per illa redempti ſumus: dehone-
ſtatio verò in cruce facta noſtra redemptio
fuit. Dicitur hodie introitus. Nos autem.
Gal. vlt. cap. & legitur epiſtola: Confido de
vobis in Domino. Gal. v. cap. pro eo quòd ibi
dicitur: Mihi autem abſit gloriari. niſi in cru-
ce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Aliæ Eccleſiæ
dicunt: Hoc ſentite: ad Phili. ij. euangelium
eſt. Simile eſt regnum cœlorum theſauro
abſcondito in agro &c. quia crux Domini
ad literam inuenta eſt in agro: vel morali-
ter in agro Eccleſiæ inuenitur crux Domini,
quæ dicitur theſaurus: quia emptum eſt per
eam nobis regnum cœlorum, qui videt hunc
theſaurum in Eccleſia, vadit & vendit omnia,
quæ habet, id eſt, omnes tranſitorias delecta
tiones: & emit agrum iſtum, vt ſit de Eccle-
ſia. Alij dicunt. Erat homo ex Phariſæis. Ioan.
iij. cap. Et eſt notandum, quòd feſtum crucis
fit ſemper cum feſto martyrum, quia crux
ſignificat martyrium. Et ideò in feſtiuitatibus
ſanctæ crucis leguntur in quibuſdam Eccle-
ſijs ſex lectiones de martyribus, & officia
commiſcentur. De ſigno crucis dictum eſt in
procœmio quintæ partis.

SVMMA.

1 Angelorum feſtum agit Eccleſia, duplici de
cauſa.
2 Michaël, princeps eſt angelorum, qui mit-
tuntur.
3 Michaëlis feſtum cur inſtitutum. & cur po-
tius ei dicatum, quàm cæteris angelis. nu-
mero 4.

5 Michaëlis feſtum,quod habeat officium.
6 Angeli, ſemper nobis adſunt: & parati
ſunt orationes noſtras ſurſum deferre.
num.7.

## De reuelatione ſancti Michaëlis.

### CAP. XII.

1 ECcleſia facit † feſtum de angelis
duplici ratione. Prima eſt,quia no
bis miniſtrant. Omnes enim ſunt
adminiſtratorij ſpiritus ſancti in
miniſterium miſsi propter eos,qui hæredita-
tem capiunt ſalutis:ſicut habetur in epiſtola
ad Heb.j.Secũda ratio eſt, quia pugnant pro
nobis contra angelos malos: nec permittunt
nos tentari ſupra id, quod poſſumus. de hac
Apoc. 12 pugna dicitur in Apoc. Factũ eſt prælium in
cœlo.Hoc bellum erit maximè tẽpore Anti-
chriſti:& in morte martyrũ fuit:& etiam ſem
per eſt:& eiectus eſt draco,id eſt,diabolus de
cœlo,id eſt,de cœleſtibus hominibus, & de-
iectus in corda malorum hominum. Huius
autem belli princeps eſt beatiſsimus Mi-
chaël,& ideò ſit ei feſtum,licet ſit de vltima
hierarchia:de inferiore ſcilicet ordine. Sunt
enim nouẽ ordines angelorum prout dictum
eſt in quarta parte,ſub tit.de præfatione. qui
quamuis omnes mittantur, quoniam vt præ-
miſſum eſt,ſunt adminiſtratorij ſpiritus:& in
Eſa.vj.habetur quòd miſſus eſt ad eum vnus
Danie. 7 de Seraphin:raró tamen mittuntur.vnde Da-
2 niel: Millia millium miniſtrabant † ei &c.
Eorum verò, qui mittuntur princeps eſt Mi-
chaël qui fuit princeps Eccleſiæ Iudæorum:
vt habetur in Daniele.modo eſt princeps Ec-
cleſiæ Chriſtianorum. in Iudæis enim fuit
aliquando Eccleſia:quæ nunc eſt in Chriſtia-
3 nis.¶Hoc† autem feſtum,quod eſt comme-
moratio victoriæ ſancti Michaëlis,inde origi
nem ſumpſit:quia cùm barbari depopularen
tur Apuliam,Chriſtiani triduano ieiunio in-
dicto ſancti Michaëlis auxilium imploraue-
runt,per cuius viſibile patrocinium fugã ter
barbari dederunt: & Chriſtiani victoriam ha
buerunt.Vocatur etiam feſtum reuelationis:
quia in monte Gargano reuelatus eſt, vt ſe-
quitur.Sanè Michaël,Gabriel,& Raphaël,no
mina perſonalia ſunt angelorum. alia verò
ſunt ordinum: vt dictum eſt in iiij. parte,ſub
4 tit.de præfatione.¶ Sed cùm† hoc feſtum ſit
commune omnium angelorum, quare ſpiri-
tualiter denominatur feſtum ſancti Michaë-
lis, & non Gabrielis vel Raphaëlis. ¶Re-
ſpondeo,Michaël eſt,qui eſt miſſus in Aegy-
ptum, fecit illas famoſas plagas: qui diuiſit
mare rubrum,qui eduxit populum per deſer-
tum: & eduxit in terram promiſsionis. Ipſe
eſt præpoſitus paradyſi,& cuſtos:& eſt ſuſce
ptor animarum,& princeps Eccleſiæ: & ideò
eum magis venerari debemus.¶ Secunda ra-
tio eſt: quia ipſemet fundauit Eccleſiam, &
conſecrauit altare:vnde dicitur: Stetit ange-
lus iuxta aram templi &c. hoc fuit in mon-
te Gargano: poſteà verò reuelauit hoc ho-
minibus per epiſcopum illius regionis.¶Ter
tia ratio eſt,vt homines venerantes angelos,
perueniant ad conſortium angelorum: & ea
de cauſa in diebus dominicis & feſtiuis ſolen
nitatibus,nouem pſalmi,nouem lectiones, &
nouem reſponſoria cantantur,vt per cantum
iſtorum ad conſortium perueniamus nouem
ordinum angelorum: quorum proprium eſt
5 Deo cantare.Congaudendo † autem angelis
dicit Eccleſia in introitu.Benedicite Dominũ
omnes angeli eius:& quia angeli laudant, &
nos ſimiliter Deum laudare debemus. Vnde
ſequitur verſus: Benedic anima mea Domi-
num.Epiſtola verò Apoc.j.ca.ſumitur. Signi-
ficauit Deus, quæ oportet fieri citò &c.Se-
quitur ibi: Ioannes ſeptem Eccleſijs. per ſe-
ptem Eccleſias:vel per ſeptem ſpiritus quan-
tum ad intelligentiam, quæ ad hanc diem
pertinet:vniuerſitas angelorum intelligitur:
per ſeptem enim dies currit vita præſens. Se-
quitur reſponſorium: Benedicite. & verſus:
Benedic.Ratione qua ſuprà.Allelu Ia eſt. In
conſpectu angelorum pſallam tibi.hoc autẽ
6 ideò dicit Eccleſia: quia parati † ſunt angeli
deferre Deo orationes noſtras.Semper enim
nobis adſtant, & aſpiciunt nos & auſcultant.
Vnde in canticis:Qui habitas in hortis amici, Cant. 8
id eſt,angeli auſcultant te. Per iſtos ſcilicet
bonos:compaſsio.illos, ſcilicet malos:paſsio,
ſcilicet inuidiæ cogit:vt in nos aſpiciant. Se-
quitur euang.Acceſſerunt &c.Mat.viij. ca. in
quo præcipitur vitari ſcandalum paruulo-
rum: quia ibi fit mentio de angelis. Amen
dico vobis:quia angeli eorum in cœlis ſem-
per vident faciem patris mei,qui in cœlis eſt.
7 Quia verò parati ſunt deferre † orationes
noſtras:in offertorio oſtenditur:Stetit ange-
lus iuxta aram templi,Apoc.viij. Et data ſunt
ei incenſa multa,id eſt,orationes accẽſæ igne
charitatis: & aſcendit fumus aromatũ, id eſt,
oratio



oratio in conſpectu Dei de manu angeli.in
poſtcommunione verò placuit Eccleſiæ,ſicut
prius benedicere:vnde dicitur in quibuſdam
Eccleſijs: Benedicite angeli Dominum &c.
Sanè,quòd Michaël legitur cum dracone pu
gnaſſe intelligitur allegoricè Michaël,id eſt,
Chriſtus: hiſtoricè verò, quia Michaëlis &
aliorum angelorum eius miniſterio diabolus
deſcribitur in Eccleſia propter laicos eſſe de-
pulſus.In hoc feſto dicitur capitulum:Signifi
cauit.Et illud:Beatus,qui legit.& illud Ioan.
ſeptem.quæ ſunt Apoca.j.cap.

SVMMA.

1 Geruaſij & Prothaſij feſtũ, ex inſtitutio
ne Gregorij.

## De ſanctis Geruaſio & Prothaſio.

### CAP. XIII.

1 IN feſto ſanctorum † Geruaſij &
Prothaſij cantatur ex inſtitutio-
ne Gregorij introitus: Loquetur
Dominus pacem in populo ſuo:
2 ex eo quòd tali die pax inter Romanorum
Imperatorem & Agiſulphum regem Longo
bardorum extitit reformata: quem regem
Theodeſida eius vxor chriſtianiſsima, cui
Grego.librum dialog.ſcripſit,ad fidem con-
uertit.Officia nãque ſanctorum partim con-
ueniunt ipſis ſanctis,partim his euntibus,qui
in ipſorum euenere diebus.

SVMMA.

1 Ioannis Baptiſtæ feſtum duplex agit Ec-
cleſia.& cur ita.Et eius Miſſa.nu.3.& 8.
2 Ioannes Baptiſta,cur dictus Lucifer.
4 Ioannis vigilia,habet ieiunium.
5 Ioannes Euangeliſta quo die obierit.
6 Ioannes Baptiſta, & beata etiam Maria,
fuerunt in peccato originali concepti.
7 Ioanni Euangeliſtæ hymnum diaconus
canit voce recuperata, quam prius ami-
ſerat.
9 Ioannis Baptiſtæ quadrageſima.
10 Vigilia Ioannis Baptiſtæ cur ignes accen
dantur,& qua ſignificatione.& nu.11.Et
cur oſſa comburantur.nu.12.Et cur rota
voluatur.nume.13.

## De ſancto Ioanne baptiſta.

### CAP. XIIII.

1 QVia inter † natos mulierum non Matt. 11
ſurrexit maior Ioanne Baptiſta:
meritò Eccleſia celebrat feſtum
de illo: & facit ei duplex feſtum,
ſcilicet natiuitatis & decolationis. ¶Natiuita
tis propter quatuor. ¶Primò, propter hiſto-
riam.quoniam dicit Dominus de eo,per ange
lum:ſicut in euangelio habetur: Et multi in
natiuitate eius gaudebunt.quod etiam pro-
pter ſarracenos dictum eſt, qui hoc feſtum
celebrare dicuntur. ¶Secundò, propter alle-
goriam & miniſteriũ,quia per Ioannem figu
ratus eſt ortus gratiæ, quam nobis attulit
Chriſtus.Ipſum enim Ioannes præceſsit: in
annuntiatione,in natiuitate,& prædicatione:
in paſsione,& ad inferos deſcenſione. ¶Ter-
tiò,quia ſicut beata virgo ſanctificata fuit in
vtero matris, ita & ipſe. ¶Quartò, quia ipſe
primus annuntiauit gaudia æterna:& ideò di
citur Lucifer & turtur.Vnde in canticis: Vox Cantic. 2
turturis audita eſt in terra noſtra. & Iob
xxxviij.cap.nunquid duces Luciferum in tem
pore ſuo.& eius natiuitas fuit per Gabrielem
2 nuntiata. Ideò autem Ioannes † dictus eſt
Lucifer:quia obtulit nouum tempus. Et inde
eſt,quòd in quibuſdam Eccleſijs habet miſ-
ſam in mane:quia natiuitas fuit quaſi aurora:
natiuitas verò Chriſti fuit quaſi ortus ſolis.
vel ideò dicitur miſſa in ortu diei: quia legi-
tur in euangelio Lucæ,quòd ipſe fuit ſancti- Luc. 1
ficatus & ſpiritu ſancto repletus in vtero ma
tris:quare meritò laudandus eſt eius creator,
in exordio diei,qui illum dignatus eſt hono-
rare in vtero matris. Habet etiam aliam pro-
3 priã miſſam,ſicut † & alij ſancti,quæ dicitur
circa tertiam.Vel prima miſſa eſt de vigilia
euãgeliſtæ:vel alia dicitur,quia ipſe fuit mar
tyr & præcurſor. Vnde illa miſſa eſt vnius
martyris:& eſt introitus:Iuſtus vt palma flo-
rebit in domo Domini. De ipſo nãque pro-
phetauerunt Eſaias & Hieremias.Hiere.Ipſo
vitæ actu,quia fuit ei ſimilis.Eſaias vt in epi-
ſtola habetur hodierna.Audite inſulæ,& at-
tendite populi de longe.Eſa.xlix.ibi etiã ſe-
quitur.vnde ſumitur introitus: de ventre &c.
Sequitur etiam ibi: Poſuit os meum,vt gla-
dium acutum.Gladius acutus,eſt lingua præ-
dicatoris,quoniam abſcindit ſuperflua.Sequi-
tur: Poſuit me quaſi ſagittam electam. Sa-
gitta electa,eſt prædicator,qui facit quod do
cet.Sagitta acuta,fuit Ioannes,cum dixit:Ge-
nimina viperarum, quis docebit vos fugere
L 5 ab ira

ab ira ventura?reſponſorium eſt:Prius,quàm
te formarem &c.Hiere.j.cap.& eſt de natiui
tate eius,allelu Ia eſt : Tu puer. Luc.j.cap.&
illud.Inter natos &c. Matth.xj.cap. Euange-
lium eſt:Elizabeth impletum.Luc.j.cap.dici-
tur autem hac die capitulum:Audite inſulæ.
Eſa.xlix.cap.& illud:Prius,quàm te formarē.
Hiere.j.cap.& illud.Reges videbūt. Eſa.xlix.
4 cap.¶Porrò in vigilia beati † Ioannis Bapti-
ſtæ ieiunamus , quaſi compatientes ei,qui in
deſerto ieiunauit.& aſperam vitam duxit : &
vigilia ipſa plenum habet officium:quia poſt
Ioānis decollationē Chriſtus crucifixus fuit
& agnum comedit.Fuit enim Ioannes quaſi
lapis angularis,id eſt,vetus & nouum teſta-
mentum coniungens. Vnde tunc magis ſo-
lennizamus propter miſteriū,quàm propter
perſonam ipſam:& quoniam ipſe fuit medius
inter vtrunque teſtamentum : quia fuit finis
Matt. 11 veteris,& initium noui teſtamenti:nam & lex
& prophetæ vſque ad Ioannem:videlicet in-
cluſiuè:hinc eſt quòd huius diei officium par
tim de veteri , & partim de nouo eſt teſta-
5 mento.In † hac autem die Ioannes euangeli
ſta obijt:ſed eius feſtum tranſlatū eſt : prout
ſub eius feſto dicetur.Feſtum autem decolla
tionis non ita ſolennizat Eccleſia ſicut iſtud:
prout ibi dicetur . Fuit ergo , vt præmiſſum
eſt,in vtero ſanctificatus,ſicut & Hieremias.
Vnde & de Hiere legitur in hac die : quod
probatur per illud,quod dicitur in euange-
Luc.2 lio:Et repleta eſt ſpiritu ſancto Elizabeth:&
exultauit in gaudio infans in vtero meo : ſed
quo genere ſanctificationis,nō legimus. ¶Di
6 cunt † tamen quidam quòd ab omni peccato
mundatus eſt : ſed in gloſſa ſuper illo loco:
Tu vis à me baptizari:ego à te debeo bapti
zari,id eſt,ab originali peccato mundari:dici-
tur quòd in perſona generalis hominis loque
batur : fuit tamen in peccato originali conce
ptus ſimiliter,& beata virgo:de quo & quare
eius natiuitas celebretur ſub Purificatione di
ctum eſt. Paulus hiſtoriographus Romanæ
Eccleſię diaconus Caſsinēſis monachus qua-
dam die cùm vellet paſchalem cereum cōſe-
7 crare : raucæ factæ ſunt † fauces eius , cùm
prius vocales eſſent.Vt ergo vox ſibi reſtitue
retur,compoſuit in honorem beati Ioannis
hymnum : Vt queant laxis reſonare.in cuius
principio petit vocis reſtitutionem quam ob-
tinuit:ſicut & meritò ſancti Ioannis reſtaura
8 ta eſt Zachariæ.¶†In hoc feſto non cantatur
frequenter allelu Ia,ſicut fit in feſtiuitatibus
Petri & Pauli & aliorum in quorū vltimis no
cturnis perſonatur.Ratio eſt : quia ipſe figu-
rat legem,& quia natale huius fuit ante Chri
ſti reſurrectionem & ante gaudium.Quidam
tamen faciunt officium ſine allelu Ia in ini-
tio noctis propter figurā legis,& poſteà ite-
rant officium cum allelu Ia in medio noctis:
terminantes illud in principio lucis in memo
riam antiquæ obſeruationis:de qua & quare
in hoc feſto nocturni cantantur in initio no-
ctis:dictum eſt in quinta parte ſub titulo de
9 nocturnis.¶†Nota,quòd antiquitus ſolebat
vna quadrageſima celebrari ante hoc feſtum,
& alia ante natale Domini : ſed poſteà pro-
pter fragillitatem hominum , redactum fuit
ad tres ſeptimanas ante natale , & tres ante
hoc feſtum.Vnde prohibitum eſt in decretis
xxxiij.quæſtio.iiij.non oportet.& cap.ſequen
ti.in illis tribus ſeptimanis nuptiæ fiant:ſed &
hoc abolitum eſt,prout dictum eſt in prima
10 parte,ſub titulo de ſacramētis.¶Fiunt † autē
tria ſpecialia in hoc feſto.In vigilia nāque in
quibuſdam partibus ex antiqua obſeruatione
colligunt homines & pueri oſſa, & quædam
alia immunda & inſimul cremant : vt exinde
fumus in aërem producatur. Ferunt etiam
brandas ſiue faces,& cum illis circuunt arua.
Tertium eſt:quia rotam voluūt. Qui immun
da cremant,& fumum in altum produci fa-
ciunt,habēt hoc à gentibus. Antiquitus enim
dracones hoc tempore ad libidinem propter
calorem excitati,volādo per aërem frequen-
ter in puteos & fontes ſpermatizabāt,ex quo
inficiebantur aquæ:& tunc erat annus læta-
lis ex aëris & aquarū corruptione : quia qui-
cunque inde bibebant,moriebantur.aut gra-
uem morbū patiebantur : quod attendentes
philoſophi ignem iuſſerunt frequenter &
paſsim circa puteos & fontes fieri:& immun
da,& quæcunque immundum redderent fu-
11 mum,ibi cremari.Nanque per † talem fumū
ſciebant poſſe fugari dracones : & quia talī
hoc tēpore maximè fiebant,ideò hoc adhuc
ab aliquibus obſeruatur.Sunt enim dracones
animalia,vnde in pſalmo : Laudate Dominū
de terra dracones.non thracones,id eſt,mea-
tus terræ,prout quidam dixerunt : quæ qui-
dem animalia in aëre volant,in aquis natant,
per terram ambulant : nil immundum ſuſti-
nent,& fugiunt propter fumum oliferum,
ſicut elephantes propter grunitum ſuum.
Eſt etiam



12 Eſt † etiam alia ratio quare oſſa animalium
comburuntur:videlicet in memoriam quòd
oſſa Ioannis baptiſtæ à gentibus in ciuitate
Sebaſtæ combuſta fuerunt : vel poteſt hoc
referri ad nouum teſtamentum. Abijciunt
enim pueri vetera & comburunt , ad ſignifi-
candum,quod adueniente noua lege vetus
teſtamentum debet ceſſare.Dictum eſt enim
vetuſtiſsima veterum non comedetis,& no-
uis ſuperuenientibus vetera proijcietis.Ferun
tur quoq; brandæ ſeu faces ardentes & fiunt
ignes,qui ſignificant ſanctum Ioannem , qui
fuit lumen & lucerna ardens,& præcedens &
præcurſor veræ lucis,quæ illuminat omnem
hominem venientem in hunc mūdum. Vnde
dicitur Ioan.vj.Eſt lucerna ardens,lucens an-
te Dominū,qui viam Domino præparauit in
13 eremo.Rota † in quibuſdam locis voluitur,
ad ſignificandum,quòd ſicut ſol ad altiora ſui
circuli peruenit : nec altius poteſt progredi:
ſed tunc ſol deſcendit in circulo.Sic & fama
Ioannis,qui putabatur Chriſtus deſcendit,ſe-
cundum quod ipſe teſtimonium perhibet,di-
cens:Me oportet minui,illum autem creſce-
re,quod dicunt quidam dictum eſſe,eò quòd
tunc dies incipiūt minui,& in natiuitate Chri
ſti creſcere.Sed quia ante feſtum ſancti Ioan
nis decreſcunt : & ante natale Domini cre-
ſcunt intelligendum eſt de natiuitate in ma-
tre:quando , ſcilicet conceptus eſt vterque:
quoniam Ioannes conceptus fuit decreſcen-
tibus diebus:vt in Septembri : & Chriſtus in
creſcentibus : vt in Aprili , vel dic de morte
vtriuſque:nam corpus Chriſti exaltatum eſt
in cruce:corpus Ioannis capite minoratum.

SVMMA.

1 Petrus & Paulus eiſdem die, & anno paſ-
ſi ſunt.
2 Petri & Pauli officia diſtinxit Gregorius.
3 Petri & Pauli octauæ , quod habeant of-
ficium.

## De ſanctis Petro & Paulo.

CAP. XV.

1 DE Petro† & Paulo quæſtio eſt:
vtrum eadē die paſsi ſint.Nam
Henricus ſolitarius velle vide-
tur , quòd eadem die anno re-
uoluto Paulus paſſus ſit. Sed
Pelagius & Nicolaus Papæ : & Ambroſius,&
alij ſancti Patres volunt , quòd eadem die,&
eadem etiam hora, ſub Nerone Imperatore:
videlicet anno xiiij.Imperij eius: aliòquin fal
ſæ eſſent hiſtoriæ de illis ſcriptæ. Sed tamen
in diuerſis locis : licet in vrbe,& diuerſas pœ-
nas paſsi ſunt : quia Petrus in vrbe crucifixus
eſt. Paulus verò,quia ſicut legitur in Actibus
Apoſtolorum , ciuis Romanus erat : quanuis
natione Tarſenſis eſſet , extrà muros vrbis
decollatus:quæ pœna honeſtior videbatur:&
de ipſo lac pro ſanguine legitur profluxiſſe.
Verùm procedente tempore cùm Conſtanti-
nus Imperator in honorem vtriuſque Eccle-
ſias conſtruxiſſet, & Romanus Pontifex vel-
let eorum corpora ſeparare , & dubitaretur,
quę cuius oſſa forent:diuinitus reſpōſum eſt:
Maiora oſſa ſunt prædicatoris: minora piſca-
toris : & ſic adinuicē ſeparata ſunt in proprijs
Eccleſijs collocata. Poſtmodùm verò Silue-
ſter Papa , volens Eccleſias ipſas conſecrare,
tam parua , quàm magna oſſa ex æqua lance,
cum ſumma reuerentia ponderauit , & vnam
medietatem in vna Eccleſia , & aliam in alia
Eccleſia collocauit.Vnde quidam faciunt fe-
ſtum de hac diuiſione officium, in Nonis vel
octauo Idus Iulij:quia tali die facta fuit : alij
illud faciunt xv.vel xvj. die eiuſdem menſis.
Alij verò dicunt , quòd feſtum diuiſionis Pe-
tri & Pauli,quòd celebratur die illa,fit pro-
pter illam diuiſionem,quæ facta eſt in Hieru
ſalem,poſt duodecim annos,quando ſeparati
ſunt ad prædicandum gentibus,in quo feſto
cantant illam magnam ſequentiā:Cœli enar
rant gloriam:& euangelium aſcenſionis:Re-
cumbentibus &c.incipientes ibi in fine:Domi
2 nus quidem Ieſus poſtquā &c.¶Licet † autē
eorum feſta eadem die celebranda concur-
rant.Beatus tamen Gregorius inſtituit vt tan
tum officium beati Petri ipſo die celebrare-
tur:tum quia tali die Eccleſia beati Petri fuit
dedicata:tum quia ipſe prior fuit conuerſio-
ne:tum quia maior fuit dignitate , quoniam
Romanæ Eccleſiæ tenuerat primatum.Et di
citur in miſſa introitus : Nunc ſcio. Act.xij.
Collecta communis vtrique : Deus , qui ho-
diernam diem.quare non fit commemoratio
de ſancto Paulo.Epiſtola:Miſit Herodes.quę
eſt ibidem.Allelu Ia : Tu es Petrus. Matth.
xvj.Euangelium:Venit Ieſus in partes:quòd
eſt ibidem:vbi dicitur. Quem dicunt homi-
nes eſſe filiū hominis:ſed ſecundū Hieremiā
in hebræo dicitur filiū Adæ.per horas verò
dicitur capi.Miſit Herodes rex magnus.Act.
xij.c.& illud:Angelus Dn̄i:& illud:Et Petrus
ad ſe

ad ſe reuerſus,quæ ſunt ibidem.Sequenti ve-
ro die fit feſtum de beato Paulo: & dicitur in
miſſa introitus : Scio cui.ij.ad Timoth.ij.cap.
& Collecta:Deus,qui multitudinem. Gradua
le :Qui operatus eſt Petro. Galat.j.cap.verſus
eſt. Gratia Dei. ad Corinth. xv.cap. Epiſtola:
Notum vobis facio. ad Galath.j.ca.Allelu Ia.
Tu es vas electionis.Actu.ix.ca.Euangelium:
Dixit Simon Petrus.Matth.xix.cap.in alijs Ec
cleſijs dicitur : Hoc eſt præceptum. Ioan.xv.
cap.Communio.Amen dico vobis.Matth.xix.
ca.Item in nocturnali officio beati Pauli,qui-
dam verſiculi præmittuntur antiphonis lau-
dum,vt dictum eſt in ſexta parte, ſub trinita-
te:& dicitur capitulum : Bonum certamen. ij.
ad Timoth. iiij. cap. In octauis verò Apoſto-
3 lorum dicitur†illud : Confitebor tibi Domi-
ne rex. Eccleſiaſt.vlti.verùm in vigilia dicitur
introitus: Dicit Dominus.Ioan.vlti.& epiſto-
la:Petrus & Ioan.Actu.iij.Euangelium: Dixit
Ieſus Simoni Petro. Ioan.vlti.cap. Habet au-
tem hoc feſtum tria, ſcilicet ieiunium, ſolen-
nitatem,& octauã. Ieiunium,quia ſi volumus
conregnare,oportet nos & compati. In die fe
ſti,de eorum glorificatione gaudemus. In o-
ctaua,de eorum futura beatitudine in corpo-
re,& anima iam certi lætamur,& æternæ glo
rificationis meritum expectamus. De hac o-
ctaua dictum eſt in procemio huius partis. Et
nota,quòd Leo Papa ſecũdus orans pro Nea-
politanis ciuibus in mari cum Sarracenis pu-
gnantibus fecit illam collectam. Deus cuius
dextera beatum Petrum , &c. Perfectis verò
per eum muris ciuitatis Leoninæ imponens
ſeras portis,orans fecit illã collectam: Deus,
qui beato Petro collatis clauibus,&c.¶In fe-
ſto Magdalenæ dicitur epiſtola : Mulierem
fortem quis inueniet ? quæ eſt in parabolis
vlti.cap. Euangelium: Rogabat Ieſum. Lucæ
vij.cap.

S V M M A.

1 Fratres ſeptem.

## De ſeptem Fratribus. CAP. XVI.

1 CIrca feſtum ſeptem† Fratrum no
tandũ eſt,tres fuiſſe matres, quo-
rum quælibet habuit ſeptem fi-
lios , & poſt paſsiones eorũ paſſæ
ſunt : videlicet mater Machabæorum : cuius
nomen ignoratur & Felicitas, mater iſtorum
ſeptem fratrum. & Simphoriana,ſapiens mu-
lier,quæ ſancta fuit.

S V M M A.

1 Iacobus maior , filius Zebedæi : euangelium
docuit in Hiſpanijs. Et eius diei officium. nu-
me.2.Et quando fiat.nume.3.

## De ſancto Iacobo. CAP. XVII.

1 IAcobus † maior filius Zebe-
dæi , frater Ioannis euangeli-
ſtæ miſſus eſt ad prędicandum
Hiſpanis. Sed cùm non poſſet,
niſi vnum Principem ibi con-
uertere,redijt Hieroſolymam: ſed tãdem ab
Herode decollatus:& in Hiſpaniam reporta-
tus : quos viuus conuertere nequit : mortuus
diuino miraculo conuertit.Fit autem eius fe-
ſtum octauo Calend.Auguſti,pro eo,quòd in
tali die fuit apud Compoſtellam tranſlatus.
non quòd tunc obierit,quia occiſus eſt ab He
rode in diebus azimorum , videlicet octauo
Calend.Aprilis in annuntiatione Domini, ſci-
licet circa Paſcha: vt legitur in epiſtola huius
2 diei : Miſit† Herodes,&c. & ita tunc propter
dies ipſos feſtum non habuit.In Calend.verò
Ianuarij fuit ſepultus: quia ab Auguſto vſque
3 nũc ſepulchri eius fabrica fuit protelata:†vel
ideò fit octaua Calend. Auguſti hoc feſtum,
quoniam hac die dedicata eſt ſibi Eccleſia in
Compoſtella:quare dictus ſit maior : dictum
eſt ſub feſto Apoſtolorum Philippi & Iaco-
bi. Hoc autem feſtum nõ habet vigiliam vel
ieiunium: prout dictum eſt in ſexta parte,ſub
quarta feria tertiæ hebdomadæ Aduentus.
Hac die,dicunt quædam Eccleſiæ epiſtolam:
Iam non eſtis. Epheſ.ij.cap. Aliæ: Benedictus
Deus,& pater.Epheſ.j.& euangelium: Acceſ-
ſit ad Ieſum.Matth.xx.cap.

S V M M A.

1 Fratrum ſeptem , dormientium ferè trecentis
annis,feſtum.ibidémque hiſtoria.

## De ſeptem dormientibus. CAP. XVIII.

1 NVnc de feſto†ſeptẽ dormientium
dicendum eſt, ſex eorum potẽtes
fuerunt in Epheſo, tempore quo
Decius Cæſar perſecutus eſt Ec-
cleſiam Dei , qui quàm citò audierunt perſe-
cutionem,fugerunt in montem , & latuerunt
in ſpelunca quadam,& ſecum magnam pecu-
niam portauerunt : ſed parum cibi , quorum
nomina ſunt : Maximianus , Marcus , Marti-
nianus , Dionyſius , Ioannes , Serapion , &
Conſtantinus . Hi cùm eſſent in ſpelunca :
prima



prima die comederunt quicquid habuerunt
comeſtioni aptum,& dixerunt ſeruienti ſuo:
Cras emes nobis cibos:quia parum hodie co
medimus,& poſteà dormierũt. Tandem De-
cius quæſiuit eos.nam audiuit eos eſſe Chri-
ſtianos:ſed dictũ eſt ei eos aufugiſſe in alias
regiones,vel in monte latuiſſe:quod audiẽs
fecit oſtia ſpeluncæ lapidibus obſtrui.Poſt
multum verò temporis,videlicet circiter tre
centos annos,quidam voluit ſtabulum con-
tra ſpeluncam facere,& fecit magnũ ignem,
in quo ſoluti ſunt lapides , qui erant in oſtio
ſpeluncæ:& ſtatim in ſpelunca refulſit ſplen-
dor ignis:euigilati ſunt ſeptem dormientes:
& ſex qui potentes erant , dixerunt ſeptimo,
qui erat ſeruus eorum , dies eſt, vade nobis
emere cibos.Putabant enim ſe per vnam no-
ctem tantum dormiuiſſe.Iuit ergo ille ad ci-
uitatem,& venit ad macellum , miratus vltra
modum:quia cruces videbat per vicos , & in
triuijs,& in quadriuijs.Cúmque carnes emẽs,
obtuliſſet monetam,quam habebat, non co-
gnouerunt eam carnifices:& dixerunt : Vnde
habes iſtos nummos?Qui ait ex meo proprio
labore.& illi : Vnde es tu? Qui ait: De patria
iſta:tunc illi,qui ſunt parentes tui?Ille ait:Iſti
& iſti:& non cognouerunt carnifices aliquos
eorum,quos ipſe nominabat : à longo enim
tempore eorũ nomina cum illis erant ſepul-
ta.Iterum illi dixerunt:Sub quo Imperatore
fuit illa moneta:ait ille:Sub Decio.Tunc illi
admirati ſunt : tum propter monetam : tum
propter ea, quæ referebat , æſtimantes eum
inſanum eſſe.Qui ligauerunt eum , & duxe-
runt eum ante pontificem ciuitatis : cui dili-
genter inquirenti , quis ille eſſet : & vnde,&
vbi hanc monetam inueniſſet:& de alijs,quæ
ipſe retulerat carnificibus,omnia prout con-
tigerat reuelauit. Tunc Epiſcopus veniens
cum vniuerſo populo ciuitatis ad ſpeluncam,
inuenit eos ſex, qui ibi remanſerant iterum
dormientes:& euigilatos ſecum in ciuitatem
adduxit, & ſingula ſciſcitatus ab eis , inuen-
tum eſt eos in ſpelunca fuiſſe per annos ferè
trecentos.Prætereà, inuentæ ſunt plumbeæ
tabulæ, in ipſa ſpelunca : quas illi impoſue-
runt ibi,qui mandato Decij obturauerant os
ſpeluncæ:Imperatores erant tunc Honorius
& Archadius : qui cùm prius dubitarent de
reſurrectione,hoc viſo firmius crediderunt.
Fuerunt autem cum Epiſcopo prædicti ſe-
ptem iuuenes,per aliquos dies:& poſteà mor
tui ſunt,libera morte.Vnde dicti ſunt marty
res,quia tam diu in ſpelunca manſerunt.

S V M M A.

1 Petri ad vincula feſtum , quomodo inſtitu-
tum. Et quare. ibidem.& nu.2.3.4. Eiúſque
diei officium.nume.5.

## De feſto ſancti Petri ad uincula. CAP. XIX.

1 FEſtum † beati Petri ad vincula
taliter ſecundum Bedam inſtitu-
tum fuit.Theodoſia,vxor Theo
doſij ſecundi Imperatoris Hiero
ſolymam proficiſcens vidit in Alexandria fe-
ſtum celebrari in Calen.Auguſti,ad hono-
rem Cæſaris Auguſti de triumpho habito de
Cleopatra regina Aegypti:& de Marco Anto
nio viro eius.Vnde vehementer doluit,quòd
damnato & gentili tantus honor exhibere-
tur.Veniens autem Hieroſolymam,catenas
quibus Petrus ſub Herode fuit alligatus,
acquiſiuit,& Romam rediens,eas apoſtolico
præſentauit,qui alias catenas, quibus ſub Ne
rone fuerat alligatus,apportari præcepit:qui
ſe tangentes vſque adeò ſunt miraculosè con
iunctæ ac ſi ſemper fuiſſent eædem.Theodo
ſius igitur ad honorem beati Petri Eccleſiam
ædificauit:& ibi catenas impoſuit,quæ dedi-
cata eſt in Calend.Auguſti : vt ſolennitas pi-
ſcatoris obfuſcaret ſolennitatem Imperato-
ris : & catena Petri extingueret torquem Au-
2 guſti. ¶Secunda cauſa † inſtitutionis huius
feſti eſt,propter memoriam liberationis bea
ti Petri per angelum factæ à carcere , ſiue à
vinculis,quibus per Herodem Agrippam te-
nebatur : prout in epiſtola legitur hodierna:
& ſecundum hoc videtur,quòd deberet vo-
3 cari hoc feſtum à vinculis. ¶Tertia † cauſa
eſt,quia cùm Quirinus tribunus filiam habe
ret gutturoſam,illa ad mandatum ſancti Ale
xandri Papæ qui ſextus fuit à beato Petro,
quæſiuit bogas ſiue vincula , quibus beatus
Petrus fuit vinculatus Romæ , ſub Nerone:
quibus oſculatis , liberata eſt : & Quirinus
cum tota ſua familia baptizatus eſt : tunc di-
ctus Alexander Papa hoc feſtum in Calend.
Auguſti celebrandum inſtituit,& in hono-
rem beati Petri Eccleſiam in vrbe fabricauit,
vbi vincula ipſa repoſuit : & ad vincula no-
minauit:

minauit:& Calend.Auguſti dedicauit : in qua
feſtiuitate populus illic ipſa vincula hodie
4 oſculatur.¶†Quarta cauſa poteſt eſſe: quia
Dominus Petrum à vinculis miraculoſè ab-
ſoluit,& eidem ligandi atque ſoluendi pote-
ſtatem dedit.Nos autem vinculis peccato-
rum ligati, tenemur , & abſolui indigemus.
Ideò igitur in ſolennitate ipſa , quæ dicitur
ad vincula,ipſum honoramus : vt ſicut ipſe à
vinculis abſolui promeruit,& abſoluendi po
teſtatem accepit à Domino : ſic & ipſe nos à
peccatorum nexibus abſolui obtineat. Hac
5 † die dicitur epiſtola : Miſit Herodes. Actu.
xij.cap.Euangelium : Venit Ieſus in partes.
Matth.xvj.capit.

S V M MA.

1 Machabæorum feſtum cur agat Eccle-
ſia.& nume.2.& infrà.

## De Machabæis. CAP. XX.

1 MAchabæi iſti,ſunt illi,de † quibus
fuit Iudas Machabæus:de quibus
habetur in ij. Machabæorum.Et
cùm Eccleſia occidentalis nullius
alterius ſancti veteris teſtamenti feſtum cele
bret:prout dictum eſt in procœmio huius par
tis:iſtorum tamen & Innocentium feſtum
recolit.iſtorum quidem propter quatuor.Pri
2 mò,quia † paſsi ſunt propter legis obſerua-
tionem:quia,videlicet carnes porcinas contra
legem comedere noluerunt. Secundò,pro-
pter martyrij prærogatiuam:prout legitur in
hiſtoria ſcholaſtica : quia enim inaudita ſup-
plicia,ſuper ſanctos veteris teſtamenti pertu
lerunt:ideò in hoc priuilegiati ſunt,vt eorum
paſsio celebretur. Tertiò , quia ipſi fuerunt
ſeptem fratres : & numerus ſeptenarius , eſt
numerus vniuerſitatis.Vnde in eis ſignifican-
tur omnes martyres veteris teſtamenti,cele-
britate digni.& omnibus illis in iſtis reueren
tia exhibetur.Quartò,quia ipſi oſtenduntur
in exemplum martyribus noui teſtamenti:vt
ſicut illi pro legis Moſaicę obſeruatione paſ-
ſi ſunt:ita & nos maximè,ſi neceſſe fuerit,pa
rati ſimus pro euangelica : & ſecundum hoc
magis celebratur hoc feſtum,propter ſigni-
ficatum,quàm propter ſignificans . Quidam
verò dixerunt,quòd illi Machabæi , ſunt illi,
ſeptem fratres,qui fuerunt filij Felicitatis.

S V M M A.

1 Stephani protomartyris feſtum quo die aga
tur.& cur ſtatim à natali Dominico.

## De inuentione ſancti Stephani.

CAP. XXI.

1 SAncti † Stephani protomartyris
inuentio facta fuit die illa,qua ce
lebratur eius paſsio,& paſſus eſt
die illa qua eius inuentio celebra
tur,ſcilicet in Auguſto:ſed. feſta per Eccle-
ſiam quatuor de cauſis tranſlata ſunt.Primò,
quia cùm beatus Stephanus fuerit protomar
tyr:& martyrium ſanctorum ſit eorum nata
le in cœlis : meritò ſtatim poſt natale Do-
mini,natale protomartyris Stephani celebra
tur. Secundò , propter dignitatem : dignius
nanque eſt feſtum,quod eſt de morte,quàm
aliud:& ideò competenter tanquam dignius
ſtatim poſt natiuitatem collocatum eſt.Ter-
tiò,quia officium paſsionis eius concordat
officio natalis Domini.Vnde illud : Heri na-
tus eſt Chriſtus in terris:hodie Stephanus na
ſcetur in cœlis.Quartò,quia in eius inuentio
ne maxima multitudo hominum venit:qui vi
dentes miracula plurima,quæ fecit Deus in
illius inuentione:maiori cultu diem illum ce
lebrauerũt annuatim:quàm etiam diem mor
tis illius.Statuerunt ergo ſancti patres,vt fe-
ſtum paſsionis eius transferretur ad hanc
diem inuentionis:& ad feſtum inuentionis fe
ſtum paſsionis:quia feſtum paſsionis maiori
cultu dignum eſt : vt populus hunc diem,qui
natale Domini ſequitur,feruentiori cultu cę
lebret,quàm diem eiuſdem feſti in Auguſto.
Alia etiam ratio reddetur ſub iſto feſto.

S V M M A.

1 Domini transfiguratio,cur die ſancti Sixti ce-
lebretur.
2 Dominicæ transfigurationis die conſecratur
vinum nouum.Et primæ fruges,atque fabæ.
nume. 3.

## De Transfiguratione Domini.

CAP. XXII.

1 SEquitur † de feſto transfiguratio
nis Domini,quod eſt in die beati
Sixti,non quia tali die transfigura
tio facta ſit:ſed quia tunc ab Apo
ſtolis,qui ſecum fuerunt in monte , fuit ma-
nifeſtata,



nifeſtata,& publicata,& prædicata.Præcepe-
rat enim Dominus,ne alicui dicerent , donec
à mortuis reſurrexiſſet. Illi autem vſque ad
hanc diem ſuper hoc tacuerunt.Transfigura
tionem enim conſtat factam fuiſſe circa prin
cipium veris,eo ſcilicet die,quo dicitur euan
gelium de transfiguratione , ſcilicet ſecunda
2 hebdomada quadrageſimæ. ¶Et†nota quòd
in quibuſdam locis hac die conficitur ſan-
guis Chriſti de nouo vino, ſi inueniri poſsit:
aut ſaltem aliquantulum de matura vua in
calice eliquatur.Benedicuntur etiam racemi
ex quibus populus communicat,& eſt ratio
hæc.In die enim cœnæ dixit Ieſus diſcipulis:
Amen dico vobis:Amodo non bibam de hoc
genimine vitis,donec bibam illud nouum in
regno patris mei.Quia ergo hoc quod dixit
nouum,& etiam transfiguratio pertinet ad il
lam glorioſam innouationem , quam Chri-
ſtus habuit poſt reſurrectionem,& quam fi-
deles poſt reſurrectionem ſunt habituri:ideò
in hoc feſto ſanguis Chriſti ex nouo vino
cõficitur,& ꝓpter hoc etiã hac die nouæ vuę
benedicũtur.Euticianus Papa ſtatuit,vt primę
3 †,fruges & fabæ ſuper altare benedicantur.

S V M M A.

1 Laurentius poſt beatum Stephanum,pri-
matum obtinet inter martyres.Et cur ho
norificentius præ cæteris colatur , & eius
diei vigiliæ officium.nu.2.Et diei.nu.4.
3 Leuita,quis.
5 Laurẽtius tria ſingularia habet priuilegia.

## De ſancto Laurentio. CAP. XXIII.

1 BEatus † Laurentius,quia poſt bea
tum Stephanum,inter alios mar-
tyres primatum obtinet,vigiliam
habet:non quia maiorem pœnam
ſuſtinuerit,quàm alij,nam multi tantam pœ-
nam ſuſtinuerunt,ſicut beatus Vincentius,&
beatus Georgius,& alij quidam:ſed propter
officium prædicationis & propter martyrij
locum:quia Romæ:& propter bonam admi
niſtrationem theſaurorũ Eccleſiæ. Vnde inci
2 pit introitus † in vigilia ipſius:Diſperſit : de-
Pſal.110 dit pauperibus.In die verò habet proprium
officium,videlicet,confeſsio & pulchritudo,
&c.& hoc ideò dicitur : quia propter confeſ-
ſionem fidei fuit aſſatus,& exaltatus,& appa
ruit eius ſanctitas,cùm non timuerit ſic tor-
mẽtari pro Chriſto:quia verò ipſe in tormen
tis poſitus iubilabat : ac Domino laudes can-
tabat,ideò ſequitur verſus:Cantate Domino
canticum nouum.In collecta verò illa : Da
nobis quæſumus Domine &c. orat Eccleſia
ſe ſic liberari per Dominum ab igne vitiorũ,
& ipſa vitia in ſe extingui, ſicut beatus Lau-
rentius fuit liberatus ab igne tormentorum.
Vnde ipſe dicebat tyranno:Diſce miſer,quan
ta eſt virtus Domini.nam carbones iſti nõ do
lorem,ſed refrigerium mihi præſtant.In epi-
ſtola verò:Qui parce.ij. Corint.ix.cap. agitur
de largitate eleemoſynarum facienda paupe
ribus:quod præceptum ſtrenuè impleuit bea
tur Laurentius,qui theſauros Eccleſiæ dedit
pauperibus,& vt eum in hoc imitemur,dici-
tus:Iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.Re-
ſponſoriũ de paſsione eius eſt,eò quòd igne
probatus fuit,ſicut aurũ in fornace proba-
tur:& hoc eſt,quod dicit : Probaſti cor meũ, Pſal.16
& vi.no.quia ad literã de nocte fuit aſſatus:
& à Domino viſibiliter viſitatus:& ideò dice
bat:Mea nox obſcurum nõ habet:ſed omnia
in luce clareſcunt . Verſus eſt:Igne me exa.
& non eſt inuenta in me iniquitas,id eſt,in-
æqualitas:quia ſemꝑ & ꝑfectè in fide cõſtãs
fuit.Vel nõ fuit Inuẽta in eo iniqtas,ſcilicet
peccati. Allelu Ia eſt de nobili miniſterio
eius.Et quia erat præcipuus miniſter,ideò in
virtute Domini præcipuè operabatur. Leuita
(inquit) Laurentius bonũ opus operatus eſt:
qui per ſignũ crucis cęcos illuminauit.Leuita
3 † idem eſt,quod aſſumptus vel offerens:quia
ad literam aſſumptus fuit ad miniſterium di-
uinũ.Vnde legitur ipſum dixiſſe beato Sixto:
Quò progrederis ſine filio pater?nunquid de
generẽ me probaſti ? experire certè : vtrum
idoneum miniſtrum elegeris , cui promiſiſti
dominici ſanguinis cõſecrationem. item fuit
Leuita,id eſt , ſeipſum offerens. Vnde ipſe in
tormentis poſitus dicebat : Ego me obtuli
hoſtiam Deo,in odorẽ ſuauitatis & ideò de
eo in nocturnali officio cantat Eccleſia:Me-
ruit eſſe,hoſtia beat9 Lau. qui dum aſſaretur,
dñm nõ negauit:& ideò inuẽtus eſt ſacrificiũ
laudis.Et qa Deus laudãdus eſt de tãta patiẽ-
tia conceſſa martyri:ideò prædicta ſub alle-
4 lu Ia cantatur.¶In euangelio†verò.Niſi gra
num frumenti cadens in terram bonã : quod
eſt Ioan.xij.agit Dñs de miniſtris ſuis : & de
præmio ipſorum , dicens . Primò de opere
ipſorum.Qui mihi miniſtrat,me ſequatur.&
poſt de

poſt de primo adiungit, dicens: Et *vbi* ſum
ego, illic & miniſter meus erit: ſi quis mihi
miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus
&c. Cùm igitur inter miniſtros præcipuus
fuerat beatus Laurentius: ideò iſtud euange-
lium in eius feſtiuitate cantatur. Sed quia pri
uilegiatũ miniſterium eſt prædicatio & con-
feſsio nominis Domini corã regibus & prin-
cipibus: ideò ſequitur offertorium: Confeſ-
ſio & pulchritudo in conſpectu &c. in poſt-
communione quoque agitur de miniſtris &
merito *ipſorum*. Qui *mihi miniſtrat*, me ſe-
quatur &c. Ad horas dicitur capitulum: Qui
5 parcè. ij. Corint. ix. cap. ¶Et nota quòd † iſte
ſanctus propter tres prærogatiuas ſupra in
principio poſitas, in tribus priuilegiatus eſt.
Primò, quoniam ipſe ſolus inter martyres ha
bet ieiunium inſtitutionis. Secundò, in octa-
uis: quoniam iſte tantum, & beatus Stepha-
nus octauas habent inter martyres: ſicut bea
tus Martinus inter confeſſores. De hac octa-
ua dictum eſt in fine *proœmij huius* partis.
Tertiò, in regreſsibus antiphonarum. in hoc
enim feſto quidam verſiculi præmittuntur
antiphonis: vt dictum eſt in ſexta parte, ſub
dominica de trinitate. Beatus Laurentius fuit
archidiaconus Romæ, poſt quem nullus di-
citur ibi archidiaconus fuiſſe.

SVMMA.

1 Maria virgo an fuerit aſſumpta, vnà cum
corpore. Et quoto ætatis anno. nume. 2.
3 Adſumptionis Mariæ officium. & nu. 5.
4 Adſumptio Mariȩ celebratur æſtiuo tem
pore. idque congruè.
6 Adſumptionis die cur euangelium lega-
tur de Maria & Martha. Et quid illȩ duæ
ſorores deſignent. nume. 7.
8 Euangelia, ſunt quatuor de beata Maria.
9 Adſumptio Mariæ, habet ieiunium, &
octauas.
10 Adſumptionis die cur colligantur herbȩ,
& benedicantur.

## *De adſumptione uirginis glorioſæ Mariæ.* CAP. XXIIII.

HIeronymus dicit: quomodo
1 beata Maria † adſumpta fue-
rit ſiue in corpore, ſiue extra
corpus, neſcio: Deus ſcit. Aug.
verò dicit, quòd in corpore, ve
ritas tamen eſt, quòd primò adſumpta eſt in
anima. vtrum verò corpus in terra remanſit,
incertum habetur: & melius eſt piè dubitare,
quàm aliquid circa hoc temerè diffinire. piè
tamen credendum eſt, eam totaliter fuiſſe
adſumptam. Verùm quædam religioſiſsima
mulier Eliſabeth nomine, de partibus Saxo-
niæ aſſeruit ſibi reuelatum fuiſſe, quòd poſt
quadraginta dies poſt adſumptionem animȩ,
adſumptum fuit corpus: & inde compoſuit
quendam tractatum: qui tamen non eſt au-
thẽticus. Refert Ephirius, quòd beata virgo,
quando Chriſtum concepit, erat annorum
quatuordecim, & in decimoquinto anno
ipſum peperit: & cum eo manſit annis xxxiij.
& poſt mortẽ Chriſti ſuperuixit annis viginti
quatuor: & ſecundum hoc tempore obitus
ſui erat annorum lxxij. Probabilius, vt vide-
2 tur dicunt alij: quia † duodecim annis filio ſu
peruixit: & ſic ſexagenaria eſt adſumpta: cùm
Apoſtoli totidem annis prædicauerunt in Iu
dæa: & circa partes illas. ¶In hoc feſto quæ-
3 dam dicuntur, quæ in Eccleſiarum † dedica-
tionibus *dicũtur*, quia ad eam pertinent. Can-
tatur etiam de libro canticorũ, ſcilicet: Oſcu- Canti. 1
letur me oſculo &c. Reſponſoria enim anti-
phonæ & lectiones eædem ſumuntur: qui li-
ber eſt de amoribus: quia in carne manens
maiorem habuit dilectionem, quàm aliqua
creatura in carne viuens: excepto Chriſto. &
ideò propter excellentem charitatem, quam
habuit in terris, meruit aſcendere ſuper ange
los. in carne enim præter carnem viuere, non
4 terrena ſed cœleſtis vita eſt. Et † competit
hoc feſtum æſtiuo tempori, quia per calo-
rem ignis charitas aſcendit. Rurſus legitur &
cantatur de cantico amoris, eò quòd beata
virgo figuram tenet Eccleſiæ. Sicut enim ipſa
mater eſt, virgo & ſponſa: ſic & Eccleſia, ma-
ter ſanctorum nomen, tenet virginitatis, &
ſponſæ. virginitatis inquam mentis, & fidei,
quæ præualet virginitati carnis, & ſponſæ:
quia ipſa eſt ſponſa Chriſti. Vnde Apoſtolus.
Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhi 2. Cor. 9
bere Chriſto. Eſt autem, vt dicunt quidam,
cantici legenda medietas vſque ad octauas:
alia verò medietas vſque ad natiuitatẽ eiuſ-
dem virginis reſeruetur. Huic ergo congruè
accedit, quòd circa feſtum iſtud libri Salomo
nis legãtur, & præmittuntur antiphonis qui-
dam verſiculi: vt dictum eſt in ſexta parte,
ſub dominica de trinitate. In Calcedoñ. con-
cilio, quod beatus Leo celebrauit, ſtatutum
fuit, quòd virgo Maria mater Dei appella-



retur. Alij tamen dicunt, quòd in Epheſino
iuſſu Celeſtini Papæ primi celebrato. ¶Item
nota, quòd ille ſermo Hierony. Cogitis me,
5 ô † Paula & Euſtochium: qui à quibuſdam in
Eccleſia, in hoc feſto legitur: ſed non debet
legi, niſi in refertorio vel capitulo: quia ad
hoc factus fuit. Dicitur autem ad horas capi-
tulum: In omnibus requiem quæſiui. Eccle-
ſiaſt. xxiiij. cap. In vigilia aſſumptionis, dicitur
epiſtola. Ab initio, & ante ſecula. Eccleſiaſt.
xxiiij. ca. Aliæ Eccleſiæ dicunt: Ego quaſi. quæ
eſt ibidem. ¶Euangelium eſt. Exurgens Ma-
ria. Lucæ j. cap. Aliæ Eccleſiæ dicunt: Loquen
te Ieſu ad turbas. xj. cap. Offertorium: Oratio
mea munda. Iob xvj. cap. Cæterùm in miſſa
diei legitur epiſtola: In omnibus requiem
quæſiui, &c. In omnibus enim quæſiuit vitam
æternam: & ideò habuit illam. Sequitur: Et
qui creauit me, requieuit in tabernaculo, id
eſt in vtero meo. Et quia Dominus in vtero
beatæ Mariæ virginis requieuit, ideò ipſe de-
dit illi ſuum tabernaculum, id eſt cœlum. Et
ſicut ipſa, duo fecit thronum grandem. Vnde
ipſa dicit? Magnificat anima mea Dominum.
& iij. Regum x. Thronum fecit rex Salomon
de èbore grandem: & ita ei fecit Dominus
thronum grandem in cœlo, quando exalta-
uit eam ſuper Angelos. ¶ Euangelium legi-
6 tur † de Martha & de Maria, ſcilicet Intrauit
Ieſus. Luc. x. quod prima facie pertinere non
videtur: tamen bene pertinens eſt ſecundum
allegoriam. Intrauit enim Ieſus, in quoddam
caſtellum, id eſt in beatam Virginem, quæ di
citur caſtellum: quæ eſt terribilis dæmoni-
bus: & bene ſe muniuit contra diabolum, &
vitia. Diminutiuè autem dicitur caſtellum,
propter humilitatem. Et dicitur quoddam,
propter ſingularitatem: quia nec primam ſi-
milem viſa eſt, nec habere ſequentem: & Mar
tha, id eſt actiua vita recipit eum. Diligentiſ-
ſimè enim nutriuit puerum ſuum, & tulit in
Aegyptum: & prius ſe probauit in actiua vita,
eundo ad Elizabeth, & ſeruiendo ei, & ſicut
ipſa fuit Martha in actiua vita: ita & fuit Ma-
ria Magdalena in contemplatiua. Vnde in a-
lio euangelio habetur: Maria conſeruabat
verba omnia, hæc conferens in corde ſuo.
7 † Hæ autem duæ ſorores ſignificant vitam
actiuam, & vitam contemplatiuam, quæ ple-
nè fuerunt in beata virgine Maria, per quas
ipſa ſublimiter, honorabiliter atque delecta-
biliter in ſeipſa recepit Chriſtum. ¶Illud au-
tem notandum eſt, quòd quatuor ſunt euan-
8 gelia de beata Maria virgine. † Vnum eſt:
Miſſus eſt Angelus. quod non debet dici, niſi
in aduentu Domini, & in Annuntiatione eius.
Alia tria poſſunt cantari, quoties de ipſa pe-
culiaris miſſa cantatur: tanquam communia,
quæ ſunt ipſa: Extollens vocem mulier, &c.
aliud: Abijt Maria in montana, &c. aliud: Sta-
9 bat iuxta crucem, &c. ¶ † Item nota, quòd hoc
feſtum habet ieiunium & octauas: quod non
habet aliud feſtum de illa. Hoc enim feſtum
maius eſt omnibus alijs, quæ fiunt de illa. Si-
militer & de quolibet ſancto maius feſtum
eſt tranſitus illius, quàm aliud de illo, quia de
miſeria tranſit ad vitam: excepto de Ioanne
10 Baptiſta. ¶ † Quare autem herbæ colligan-
tur, & benedicantur, in hoc feſto, ipſa legen-
da indicet: quia beata Maria comparatur ro-
ſæ & lilio. ¶Vnde ſicut ſpina roſam genuit Iu
dæa Mariam. Officium beatæ Mariæ virgi-
nis debet quotidie, ſed in ſabbato ſolenniter
dici: prout dictum eſt in ſexta parte, ſub titu-
lo de tempore aduentus. In quibuſdam ta-
men Eccleſijs *non dicitur* à quinta feria cœ-
næ Domini, vſque ad octauas Pentecoſtes, di
centes, quòd tunc in Eccleſia omnia breuia
debent eſſe. ¶Legitur tamen, cùm quidam ſa
cerdos aliam fortè miſſam neſciens, omni die
miſſam de beata Virgine celebraret, Epiſco-
pus eum ab officio ſuſpendit: ſed virgo bea-
ta ipſi Epiſcopo ex hoc grauiſsimè commi-
nata eſt: & ideò ipſe ſuſpenſionem huiuſmo-
di relaxauit.

SVMMA.

1 Barptolomæi feſtum, variè celebratur.
2 Barptolomæi ſtatura.

## *De ſancto Barptolomæo Apoſtolo.* CAP. XXV.

1 BEatus † Barptolomæus, primò
prædicauit: vt dixit beatus
Theodorus abbas in Lugdo-
nia: poſteà in India: *deinde in*
Albania in ciuitate Armeniæ,
vbi primò excoriatus, & poſteà decollatus
eſt: deinde tranſlatus dicitur. Beneuentum:
quanuis hodie Romæ eſſe dicatur. Quidam
autem celebrant feſtum excoriationis, & qui-
dam decollationis, ſicut dictum eſt in ſexta
parte, ſub quarta feria tertiæ hebdomadæ ad-
2 uentus: Et † nota, quòd inquirentibus beatum

Bartholomęum, Dæmon ipſum ita deſcripſit,
dicens: Capilli eius nigri, & criſpi: caro candi-
da: oculi grandes, nares coæquales, & dire-
ctæ: barba prolixa, habens paucos canos:
ſtatuta æqualis, collobio albo eleuato, &
purpura veſtitur: induitur albo pallio: quod
per ſingulos angulos habet gemmas pur-
pureas.

SVMMA.

1 Ioannis decolatio.
2 Herodes, treis fuere.
3 Ioannis Baptiſtæ caput, vbi humatum. Et vbi, quando, & à quo inuentum. num. 4.
5 Ioannis Baptiſtæ officium Eccleſiaſticum in decollatione.

## De decollatione Sancti Ioan. Bapt.

### CAP. XXVI.

1 FEſtum † decollationis beati Ioã.
celebrat Eccleſia: quia pro veri-
tate mortuus eſt: ſed non ſic ſo-
lenniter ſicut feſtum natiuitatis
eius, eò quòd deſcendit ad inferos, ſicut dicit
Greg. ſuper illud: Tu es, qui venturus es, an
alium expectamus. Fuit autem decollatus in
tempore paſchali per Herodẽ regem anno
xxxij. à natiuitate Domini, ſcilicet anno præ-
cedente paſsionem Domini. & ipſe in anno
xxx. cœpit prædicare: & ita hoc feſtum eſt de
2 decollatione. Et no: quòd tres fuerunt † He-
rodes, quos eorum infamis credulitas fecit fa
moſos. ¶ Primus dictus eſt Herodes aſchalo-
nita: ſub quo natus eſt Dominus, à quo inno-
centes occiſi ſunt. ¶ Secundus, Antippas: qui
Ioan. decollauit. ¶ Tertius Agrippa: qui Iaco-
bum occidit, & Petrum incarcerauit. Vnde
verſus: Aſchalonita necat pueros, Antippa
Ioannem, Agrippa Iacobum: claudens in car-
cere Petrum. Sanè decollato Ioanne diſci-
puli eius corpus ſepelierunt in Sebaſta, vrbe
Paleſtinæ: & caput in Hieruſalem humatum
3 eſt iuxta † Herodis habitaculum: & vbi cor-
pus ſepultum iacebat: multa Deus mira-
cula operabatur. Vnde multitudo Chriſtia-
norum illuc confluebat. Quod videns Iulia-
nus apoſtata iuſſu eius gentiles ad dedecus
ſancti Ioannis confregerunt mauſeolum: &
oſſa eius per agros ſparſerunt. Sed cum Chri
ſtiani illuc venirẽt, & miracula non ceſſa-
rent, iterum gentiles oſſa collegerunt, &
conbuſſerunt: ſed digitus ille, quo Domi-
num ad Iordanem venientem monſtrauit,
dicens: Ecce agnus Dei, &c. non potuit con-
buri. Multi tamẽ Chriſtiani monachi à Hie-
roſolymis, qui intererant cũ gentilibus oſſa
colligẽtibus, quot occultare poterãt reſerua
uerunt, tulerúntq; oſſa ad Philippum Hie-
roſolymitanum epiſcopum, qui miſit ea per
Iulianum diaconum Anaſtaſio Alexandriæ
epiſcopo, quæ poſt Theophylus vrbis eiuſdẽ
epiſcopus, in templo Serapis repoſuit, & Ba-
ſilicam in honorem eius conſecrauit. Vnde
hoc feſtum de decollatione & combuſtione
oſsium eſt, ſecundum magiſtrum Guilber-
tum, quod celebrat Eccleſia, quaſi pro iam
mortuo, ſecundum martyrium. quia in ſuis
oſsibus quodammodo paſſus eſt. Alij dicunt,
quòd beata Tecla digitum beati Ioannis,
qui comburi non potuit, de vltra marinis par
tibus afferens in Morianam ibi ad honorem
beati Ioannis fundauit Eccleſiam, & hac die
dedicata eſt ei Eccleſia. Ideóq; ſtatutum fuit
à Domino Papa, vt hæc dies ad honorem
beati Ioannis, per totum mundum ſemper
celebris haberetur: & ſecundum hoc vide-
tur, quòd debet dici feſtum dedicationis.
4 ¶ Rurſus † beatus Ioannes, caput ſuum quod
in Hieruſalem fuerat, humatum, reuelauit
duobus monachis orientalibus: qui Hieru-
ſalem adorare venerant, qui iuxta Herodis
habitaculum illud vij. Calen. Martij inuene-
runt: ſed poſt ab alijs perlatũ eſt in Ediſſam
ciuitatem, & in quoddam ſpecu ignobiliter
reconditum, donec denuò Marcello presby-
tero fuit reuelatum, & per eiuſdem vrbis
epiſcopum iiij. Calen. Septembris reuelatum:
ex quo tempore cœpit in eadem vrbe decol-
latio celebrari: ea die, vt arbitror: quo caput
eſt reuelatum: & ita hoc feſtum poteſt dici
reuelationis. Hoc ergo feſtum poteſt eſſe de
decollatione, vel de collectione oſsium: vel
de dedicatione Eccleſiæ ad honorem illius:
5 vel de reuelatione. Hac † die dicunt quidam
epiſtolam: Expectatio. prouer. x. ca. Et euan-
gelium: Miſit Herodes. Mar. cap. vj. & alle-
lu Ia. Erat lucerna. Ioan. v. cap.

SVMMA.

1 Felix eſt Audactus, ſocij in paſsione. Et vnde nomen ſortitus Audactus.

## De ſanctis Felice & Audacto.

### CAP. XXVII.





1 SCiendum eſt, quòd cum bea-
tus † Felix traheretur ad mor-
tem, pro nomine Chriſti qui-
dam repentè ſe in medio pro-
tulit, dicens: Ego ſum Chriſtia
nus. Dixerunt carnifices, ergo venies & tu.
Cùm autem nomen illius ignoraretur, voca-
tus eſt Audactus, quaſi beato Felici audacter
aſſociatus: ſicut & beatus Ioannes Alexandri
nus epiſcopus ob eximiam in pauperes Chri-
ſti pietatem Ioannes eleemoſynarius dictus
eſt. Cuius feſtum nono Calendas Februa-
rij celebratur.

SVMMA.

1 Mariæ natiuitas cur celebretur ab Eccleſia.
2 Natiuitas Mariæ, antiquitus non celebrabatur.
3 Natiuitas Mariæ non habet ieiunium inſtitutionis.
4 Eccleſia treis natiuitates celebrat: quæ deſignant treis natiuitates ſpirituales

## De natiuitate beatæ Mariæ.

### CAP. XXVIII.

1 FEſtum † natiuitatis beatæ Marię
virginis: quando videlicet in mun-
do nata eſt, ideò celebratur: quia
fuit in vtero ſanctificata, iuxta
illud pſal. Sanctificauit tabernaculum ſuum
altiſsimus. In hoc feſto legitur genealogia
ſaluatoris: imò ipſius beatæ Mariæ virginis:
quia de eadem fuerat genealogia: vnde legi
tur euangelium. Mat. j. ca. Liber generationis
Ieſu Chriſti: de qua dictum eſt in ſexta par-
te, ſub natali & ſub feſto Apoſtolorum Phi-
lippi & Iacobi. Et epiſtola: Ego quaſi. Eccle-
ſiaſtici xxiiij. ca. Aliæ Eccleſiæ dicunt: Domi-
nus poſſedit me. Prouer. viij. ca. Cantatur etiã
hiſtoria de laudibus ipſius virginis Mariæ. In
quibuſdam tamen Eccleſijs leguntur cantica
canticorum, quæ magis pertinent ad feſtum
aſſumptionis virginis Marię: prout ibi dictum
eſt. dicitur etiam ad horas capitulum Ego
quaſi vitis. Eccle. xxxiiij. cap. Sanè hoc feſtum
2 olim † non celebrabatur: ſed quidam vir re-
ligioſus pluribus annis audiuit angelos in
hac noctę ſolennizantes in cœlis, cui cauſam
quærenti reuelatum eſt angelos gaudere:
quoniam beata virgo nata fuit in illa nocte:
quod Apoſtolicus authenticauit: & feſtum
celebrari præcepit: vt in ſolennizando cœ-
3 leſti curiæ conformemur. Non † autem ha-
bet feſtum hoc ieiunium inſtitutionis: poteſt
tamen habere deuotionis. Olim etiam non
habuit octauam: ſed Innocentius Papa quar
tus eam inſtituit. Vacante enim Romana
Eccleſia per obitum Greg. Papæ, nonis car-
dinalibus concordare nequeuntibus: Romani
poſt plures dies eis incluſis multiplices mo-
leſtias inferebant: propter quod Cardinales
regine cœli vouerunt, quòd ſi eius meritis
concordarent, & abire libere poſſent, octauã
ſuæ natiuitatis diu, neglectam celebrandam
de cętero ſtatuerent. Sicq; ad Celeſtinum Pa
pam conuenerunt, & liberati ſunt. Sed quia
idem Cœleſtinus vixit ſolum xviij. diebus
non potuit votum implere: quod poſtmo-
dum dictus Innocentius eius ſucceſſor im-
4 pleuit. ¶ Et † nota quòd Eccleſia tres natiuita
tes ſolennizat, ſcilicet Ioannis bap. & beatæ
Mariæ & Chriſti: ſiquidem Ioannes fuit lu-
cifer: quia ſicut lucifer præcedit ſolem: ſic
ipſe Chriſtum Primus enim apertè prædica-
uit. Maria fuit aurora: natiuitas Chriſti ortus
ſolis: quia in eo ſplendor patris apparuit. Præ-
dictæ autem tres natiuitates deſignant tres
ſpirituales natiuitates. Nam renaſcimur cum
Ioan. in aqua: cum Maria, in pœnitentia: &
Cum Chriſto in gloria. Cum igitur opor-
teat, quòd contritio præcedat natiuitatem
baptiſmi in adultis, & natiuitatem gloriæ ſi-
militer, ideò meritò illę duæ vigilias habent.
Sed cùm pœnitentia tota ſit pro vigilia: non
oportuit, quòd ipſa vigiliam haberet: & ideò
hoc feſtum vigiliam ſiue ieiunium non ha-
bet. ¶ Et eſt ſciendum, quòd beatus Fulber-
tus epiſcopus Cardinalis fecit illa tria reſpon
ſoria: Stirps Ieſſe. Solem iuſtitiæ: &, chorus
noue Hieruſalem.

SVMMA.

1 Crucis exaltatio, vnde ortum duxerit.
2 Crucis inuentio, ſuperior eſt exaltatione.
3 Crucis exaltatio, quod habeat officium.

## De exaltatione ſanctæ Crucis.

### CAP. XXIX.

1 EXaltatio † ſanctæ crucis dici
tur: quia Coſdroës rex Perſa-
rũ Hieroſolymam venit: & li
gnum Domini cum inde ſe-
cum tulit: & facta domo cœlo

ſimili,& in eadem ſedem ſibi fecit:& lignum
à dextris poſuit loco filij : gallum verò à ſi-
niſtris,loco ſpiritus ſancti:& ipſe ſtans in me-
dio,ſe Deum vocari iuſsit.Quod audiens Era
clius Imperator Romanus,aciem mouit iux-
ta Danubium,qui fluuius eſt Perſarum : non
hunc,qui in Sueuia naſcitur:ſed alium eiuſdẽ
nominis , inde victo filio Coſdroë ſingulari
certamine crucem Domini tulit : & cùm ap-
propinquaret in magna pompa Hieruſalem,
portæ ciuitatis per angelum clauſæ ſunt , ne
intraret : qui cùm vehementer admiraretur,
audita eſt vox de cœlo dicens: Regem regũ
non ſic intraſſe Hieruſalem phaleratum:
quando pro omnibus pati venit:ſed humilem
& ſuper aſinam ſedentem.Et ſtatim recogno
ſcens elationem ſuam, de equo deſcendit , &
humiliatus eſt valde:& portæ ei ſponte aper
tæ ſunt:& nudis pedibus ciuitatem intrauit:
& in eius introitu multi diuerſorum morbo-
rum generibus detenti , curati ſunt per cru-
cem : & Imperator ipſe in hac deuotiſsi-
mas crucis prorupit laudes , dicens : O crux
ſplendidior cunctis aſtris , mundi celebrior
hominibus &c. Ille ergo crucem exaltauit,
& exaltationis diem in futurum epiſcopis ſi-
bi conſentientibus in ſuo imperio ſtatuit eſſe
ſolennem.Sergius verò Papa, longis pòſt tẽ-
poribus in ſacrario beati Petri inuenit ca-
pſam argenteam,& in ea crucem , ex ſaluti-
feri ligni magna portione compoſitam:lapi-
dibus pretioſis adornatam:quæ poſita in ba-
ſilica ſaluatoris , adoratur à populo in die
2 exaltationis.¶ †Eſt autem maius feſtum in-
uentionis,quàm exaltationis,propter autho-
ritatẽ inſtituentis.Nam illud à Papa , ſcilicet
Euſebio : iſtud ab Imperatore ſtatutum eſt.
3 ¶In † hoc feſto dicitur epiſtola, quæ dicitur
in ramis palmarum:quia in ea agitur de exal
tatione ſanctæ crucis.Alij legunt illam:Chri
ſtus factus eſt. Ad Philip. ij. cap. ¶ Legitur
etiam in quibuſdam Eccleſijs euãge.in quo
fit mentio de aduentu Chriſti & fulgere. Si-
cut fulgur exit &c. quod dici conſueuit tem-
pore aduentus. In alijs verò dicitur euange.
de Nicodemo . quod quidam dicunt in feſto
inuentionis ſanctæ crucis. ibi enim dicitur:
Sicut Moſes exaltauit ſerpentem in eremo:
ita exaltari oportet filium hominis. Com-
muniter tamen dicitur, quòd melius eſt euã.
ge. Nunc iudicium eſt mundi.Ioan.xij.cap.in
quo dicitur: Cùm exaltatus fuero à terra
omnia traham ad meipſum. ¶ Præfatio verò
illa dicitur , quæ ante Paſcha per xv.dies ſeu
in quibuſdam Eccleſijs per quinq; dicitur,
vel vt alij volunt,illa,quæ dicitur in tempo-
re paſchali. dicitur etiam ad horas capitu-
lum:Chriſtus factus eſt pro nobis.ad Philip.
ſecundo capitulo.

SVMMA.

1 Matthæus,Leuita fuit,& hebræus.
2 Matthæus,item alij euangeliſtæ,quibus tem
poribus ſcripſerint euangelia.

## *De feſto ſancti Matthæi Apoſtoli & euangeliſtæ.* CAP. XXX.

1 BEatus† Mattheus Leuita fuit.Erat
autem hebræus:& ideò hebraicè
ſcripſit hebræis in Iudæa: ſed po-
ſteà liber eius fuit tranſlatus in
græcum : deinde in latinum. Et nota , quòd
euãgelium quod ipſe proprijs manibus anno
Domini xl.ſcripſit,cum oſsibus beati Barna-
bæ repertum eſt.Quod quidam euan beatus
Barnabas ſecũ ferebat : & ſuper ægros illud
ponens tam fide Barnabe,quàm merito beati
Matthei continuò liberabat.Mat.verò edidit
Aquileiæ euangelium anno Domini xliiij.
¶ Dicitur hodie epiſtola. Vnicuiq; veſtrum
Ephe.iiij.c.Alij verò dicunt : Similitudo vul-
tus.Ezechiel.j.c.euangelium eſt Dum tranſi-
ret Ieſus.Mat.ix.c.in vigilia verò eſt euange
lium:Vidit Ieſus publicanum,Luc.v.c.¶ Præ-
2 dicauit † autem ſub Caio Caligula Impera-
tore:quæ ſic dictus eſt,quoniam natus eſt in
expeditione : & coopertus eſt caligis. Ioan.
autem ſcripſit ſub Neuia , Marcus ſub Ne-
rone. de Luca incertum eſt : quidam tamen
dicunt quòd ſub Nerone.

SVMMA.

1 Mauricij & ſociorum vita,& finis
2 Tebæ,plures.

## *De ſancto Mauricio & ſocijs.* CAP. XXXI.

1 CVm Galli† exercuiſſent exer-
citum in Romanos,dux Aegy
pti collegit exercitum in quo
fuit beatus Mauricius, qui ſub
ſe habebat legionem , in qua
erant vj. M. cccccclxvj. Cùm ergo eſſent in
exercitu:tyrannus voluit eos cogere adora-
re idola : qui noluerunt : & propter ea deci-
mam partem accepit tyrannus , & interfecit
quod videns beatus Mauricius conuertit ſer-
monem ad ſocios , orans vt viriliter ſtarent,
& ſic ab eo confortati,paſsi ſunt martyrium.
Fuerant autem baptizati antè , quàm Romã
2 venirent.¶Et nota,quòd dicitur † de Mauri-
cio & Thebæa legione : quòd inueniuntur
plures Thebæ : vna in Aegypto , vbi ſunt
Mauri.altera in Græcia,vbi ſunt Thebani alia
in India : vbi ſunt Theſbytæ.Iſti ſocij Mau-
ricij erant de Aegypto.



SVMMA.

1 Lucas , cuias fuerit. & quando ad fidem
noſtram acceſſerit.
2 Lucas , à quo acceperit potiſsimùm, quæ
ſcripſit.

## *De feſto ſancti Lucæ euangeliſtæ.* CAP. XXXII.

1 LVcas Syrus † fuit natione , &
Anthiochenus patriarcha : &
prædicauit in Bithinia : vbi ſua
morte , non martyrio vitam
finiuit . Fuit etiam pictor &
medicus. & ſecundum Hiero. fuit diſcipulus
Apoſtolorum,& non Domini. venit enim ad
fidem poſt Domini reſurrectionem : vt legi-
tur in glo. ſuper Exod.licet quidã dicãt,quòd
fuerat de lxxij. diſcipulis Domini : & ſcripſit
euãgeliũ in Achaia. Vixit autẽ octogintaqua
tuor annis . ipſe euangelium & actus Apo-
ſtolorum compoſuit . Fuit diſcipulus beati
2 Pauli:à quo† didicit,quod docuit,ſicut & bea
tus Marcus à beato Petro.In prologo tamen
euangelij ſui inuenitur,quòd ipſe didicit mul
ta à quibuſdam, qui in principio cum Domi-
no fuerunt.Sed beatus Paulus non fuit à prin
cipio cum Domino. ergo non didicit ab eo,
quod docuit. Solutio. quædam didicit ab eo,
& quædam ab alijs:ſed maximè à beato Pau
lo.Creditur tamen quòd ipſe ad beatam vir-
ginem tanquàm ad arcam teſtamenti recur-
rens,ab ea de multis certificatur fuit , præci-
puè de his, quæ ſibi ſoli conſtabant : ſicut de
angelica annũtiatione : & Chriſti natiuitate,
& huiuſmodi de quibus ſolus Luc.agit.

SVMMA.

1 Iacobus minor,& Simon,fratres Domini.
2 Iudas variè appellatus eſt.
3 Simon,vbi prædicarit.

## *De feſto Apoſtolorum Simonis & Iudæ.* CAP. XXXIII.

1 IAcobus† minor frater Domi-
ni:& Simõ & Iudas & Ioſeph,
qui & Barſabas,& etiam iuſtus
cognominatus eſt, ne propter
iniuſtitiã ab Apoſtolatu fuiſ-
ſe reprobatus credatur : fratres fuerunt filij
Mariæ Cleophæ:quæ Alphæo nupta fuit. Si-
mon autem iſte dictus eſt zelotes. dictus eſt
& Simõ Cananeus,à cana vico Galileæ:quod
idem eſt. cana enim zelus interpretatur.Ha-
buit enim magnum zelum animarum. Iudas
2 † enim multipliciter cognominatus eſt. Di-
ctus eſt enim Iudas, Iacobi,ſupple frater : vt
præmiſſum eſt.Dictus eſt etiam Thadæus, à
tracha quod eſt regia veſtis.& Deus.vel Tha
dæus interpretatur , apprehendens principẽ.
Ipſe enim fuit veſtis regia per ornamenta
virtutum : per quas apprehendit principem
Chriſtum.Dictus eſt etiam lebæus, quod ſo-
nat cor,vel corculus,id eſt, cordis cultor.In-
ter præmiſſum Ioſeph & Mathiam ſortes
iactatæ ſunt:& de Simone dicitur , quòd cru-
cifixus mortuus eſt.Alij tamen dicunt , quòd
non eſt iſte:ſed Simon , qui fuit filius Cleo-
3 phæ,crucifixus eſt.Iſte † Simon prædicauit in
Aegypto: poſteà verò venit in Hieruſalem:
& ibi fuit epiſcopus poſt beatum Iacobum
minorem,qui dictus eſt frater Domini.& ibi
crucifixus eſt.Vixit autem cxx.annis, & ſuſci-
tauit antequàm moreretur . xxx. mortuos.
Vnde in eius legenda inuenitur , quòd ter-
denos mortuos merſos fluctibus humanæ
vitæ reddidit vſibus.Filium enim hoſpitis ſui
merſum fluctibus ſuſcitauit. Mortuus autem
eſt in bothoro , non in poſtophorio. Poſto-
phorium, vt quidam volunt , eſt porticus tẽ-
pli, in quo iacebant cuſtodes templi. Iudas
autem prædicauit apud Perſas & Mædos : &
mortuus eſt apud Armenos.

SVMMA.

1 Pantheon à quo,quo tempore,& cur Romæ
ædificatum.
2 Sanctorum omnium feſtum , vnde primùm.
& num. 3.Et quibus de cauſis inſtitutum.nu-
mero 4.
5 Sanctorum omnium feſtum ieiunium habet
inſtitutionis.Et eius diei officium.num.6.8.
7 Sanctorum omnium die , quo ordine legan-
tur lectiones.

## *De feſto omnium Sanctorum.*

CAP. XXXIIII.

CVm ſingula idola Romanorum
1 Romæ templum † habere non
poſſent, Romani vnum tēplum
in honorē Cibelles matris Deo
rum: & omnium Deorum ipſo-
rum fecerunt, quod dictum eſt πάνθειον, à
πᾶν, quod eſt totum: & θεός, Deus. Succeſſu
verò temporū Bonifacius Papa petijt à Pho-
ca Cæſare Imperatore Conſtantinopolitano,
qui præerat Romanis, templum illud ſibi da-
2 ri. Quo† obtento, abiectis inde idolis, dedica-
uit illud quarto Idus Maij, ad honorem bea-
tæ Mariæ virginis, & omnium Martyrum: &
dictum eſt feſtum illud beatæ Mariæ ad mar
tyres. Nondum enim fiebant feſta de Con-
feſſoribus: ſed ſolum de Martyribus. Vnde
tunc inſtitutum fuit feſtum beati Ioannis an-
te portam Latinam, occaſione martyrij: quod
quātum in ſe fuit, ſuſtinuit. Statuit ergo idem
Papa, vt ſingulis annis illa die celebraretur fe
ſtum de Martyribus, ſicut in calēdis eiuſdem
menſis celebrabatur feſtum Apoſtolorum: &
in honorem beatæ Mariæ, & omnium marty
rum cantauit ibi. Terribilis eſt locus iſte, in
quo eſt ſalus, &c. Quod tantum in dedicatio-
ne Eccleſiæ ſolet dici. Verum Grego. quartus
hoc feſtum martyrum tranſtulit ad calendas
3 † Nouembris, vt tunc collectis terræ frugi-
bus conuenienter ad hoc feſtum poſſent co-
pioſius victualia inueniri. inſtituens tunc fieri
feſtum non ſolum Apoſtolorum & martyrū:
ſed etiam Trinitatis, & Angelorum, & Con-
feſſorum generaliter omnium Sanctorum &
Sanctarum, & etiam electorum: vt patet in
hymno, & illius officium ordinauit. ¶ Inſtitu-
4 tum† autem fuit hoc feſtum quatuor de cau-
ſis. Primò, propter præmiſſam templi dedica-
tionem. Secundò, propter omiſſorum feſto-
rum ſuppletionē. Non enim propter ipſorum
multitudinem de omnibus feſtare ſpecialiter
valemus. Tertiò, propter negligentiarum in
feſtis, quæ celebramus commiſſarum expia-
tionem. Et hæc ratio tangitur in ſermone, qui
hac die in Eccleſia recitatur, vbi ita dicitur:
Decretum eſt, vt die iſta omnium Sāctorum
memoria habeatur: vt quicquid humana fra-
gilitas per ignorantiam, aut negligētiam, vel
per occupationem rei ſecularis in ſolennita-
tibus Sanctorum minus peregiſſet, in hac ſan
cta obſeruatione perſoluatur. Quartò, pro-
pter faciliorem orationum noſtrarum impe-
trationem. Facilius enim quod petimus, obti-
nebimus, ſi ſimul omnes intercedant pro no-
bis: quia impoſſibile eſt multitudinem non
exaudiri. Vnde in oratione hodierna dicitur:
multiplicatis interceſſionibus largiaris. ¶ Qua
re autem feſta Sanctorū celebrentur: dictum
5 eſt in procemio huius partis. Hoc† feſtum ha
bet ieiunium inſtitutionis: nec debet quis co-
medere illa die vſque ad veſperas, nec ieiu-
nium debet mutari, vt quidam faciūt propter
ſanctum Quintinum. Quia verò hoc feſtum
omnium Sanctorum eſt generale, ideò varia-
6 tur illius † officium, prout habetur varietas
omnium Sanctorū. Prima enim antiphona, &
prima lectio, & primū reſponſorium de Trini
tate cantatur: quia feſtū eſt trinitatis: ſecundo
loco, cantatur de beata Maria: tertio, de Ange
lis: quarto, de Prophetis: quinto, de Apoſtolis:
ſexto, de Martyribus: ſeptimo, de Confeſſori-
bus: octauo, de Virginibus: nono, de omnibus
7 ſimul. ¶ † Authoritas autē illius officij obſer-
uatur in lectionibus, nā in quibuſdā Eccleſijs
in hoc feſto maior in Eccleſia, etiā Epiſcopus
ſi præſens fuerit, lectionem legit de trinitate,
ſcilicet primam, vel Decanus, vel ſaltē Sacer-
dos: & ſic fit deſcenſus per perſonas in legen-
do vſq; ad pueros. Octauā nanq; lectionem de
Virginibus, legit vnus ex pueris: nam ſemper
nonam lectionē maioris eſt legere. Octauum
etiā reſponſoriū dicunt de Virginibus, ſcilicet
Audiui vocem: quod cantatur à quinq; pueris
coram altare beatæ Mariæ virginis, ſi fuerint
ibi cādelas in manibus tenētes ad repræſenta
tionē quinq; prudentiū virginum lāpades or-
8 natas accenſas habentiū. † Dicitur etiā capitu
lum: Vidi turbā. Apoc. viij. Ad miſſam verò di
citur epiſtola: Ecce ego Ioan. quæ eſt Apoc. v.
c. Allelu Ia. O quàm glorioſum. Apoca. vij. ca.
Euangel. Videns Ieſus turbas. Matth. v. c. In vi
gilia verò, dicitur Epiſto. Ecce ego Ioan. Apo-
ca. v. c. Euange. Deſcendens Ieſus. Luc. vj. c.

SVMMA.

1 Mortuorum officium, dicitur, agenda, vel exe
quiæ. & quare.
2 Mortuis cur officium inſtitutum, & à quibus
primùm. nume. 3. & 4.
5 Mortuorum memoria, à varijs variè fit. quæ
percurrit generatim per nume. 6. 7. 8. 9. 10.
11. 12. & 13.

Mortu



14 Mortuorum anniuerſarium, obſeruatur,
triplici de cauſa. & num. 15. 16.
17 Anniuerſarium an celebrari debeat aut
poſſit die feſtiuo.
18 Mortuorum officium quotidie vſurpare,
an indecens. & num. 19.
20 Mortuorum nomine ſuffragia facta, quid
proſint.
21 Eleemoſyna facta nomine vnius ſpecia-
lis defuncti, an plus proſit, quàm com-
munis.
22 Mortuis an proſint ſuffragia hominis, in
peccato iacentis vide & num. 23.
24 Mortui an ſciant ſuffragia, quæ eorum
nomine fiunt. & num. 25.
26 Mortui an curent viuos.
27 Mortuorum officium, imitatur Chriſti
ſepulturam. & num. 28. 29.
30 Pax dari non debet in Miſſa defuncto-
rum. & num. 32.
31 Mortui corpus non debet eſſe in Eccle-
ſia, quandiu de tempore concurrenti di-
citur.
33 Mortuorum officium, vnde incipiat. &
eius forma. & num. 34.
35 Sacerdos Miſſam defunctorum cele-
brans, vt eius mortē incurrat, deponatur.
36 Mortui cadauer lauare, quid referat.
37 Mortuus à quibus ſit portandus ad ſepul
turam.
38 Mortui corpus qua forma & ſolennitate
condatur in ſpelunca. & qualiter ſepelia-
tur. num. 39. aut quo habitu. 40. 41.
42 Chriſtus, an poſt reſurrectionem fuerit
aliquibus veſtibus vſus.
43 Homines an erunt nudi, poſt diem iudi-
cij, an verò amicti.
44 Defuncti an loqui poſſint.
45 Miſſa defunctorum.

## *De officio Mortuorum.*

CAP. XXXV.

HOc loco de officio mortuo-
1 rum dicendum eſt. Et † quan-
doq; vocatur: Agenda. ab ago
agis: quia inter cæteras ſui ſi-
gnificationes agere idem eſt,
quod celebrare. Inde ergo officium ordina-
tum ad celebrem defunctorum memoriam,
agenda vocatur. quandoq; etiam vocantur
exequiæ. ab exequor exequeris: quia inter
aliàs ſui ſignificationes, exequi idē eſt, quod
extra alia ſequi. Officium ergo ſeu obſequiū
in ſepulturis mortuorum exequiæ vocantur:
quia celebratur dum mortui extra viuos ſe-
peliendi feruntur, vel quia extra horas cano-
nicas ſpeciales, & ſingulares habent obſeruā
tias. Sanè hoc officium continuatur feſto
omnium ſanctorum: & ſunt tres dies conti-
nui tribus myſterijs deputati. Nam vigilia
omniū ſanctorum, dies eſt afflictionis: ſolen-
nitas, dies exultationis. hodie verò dies ora-
tionis. In primo nos ieiunando affligimus,
præſentis vitæ miſeriam recolentes. In ſecun
do beatitudini ſanctorum congaudemus, gra
tiarum actiones Domino referentes. In ter-
tio pro his, quæ in purgatorio detinentur ora
mus: eis modo pœnam minorem, modo ple-
nam abſolutionem orationibus impetrantes.
2 Siquidem† commemoratio omnium fideliū
defunctorum inſtituta eſt fieri ab Eccleſia
tali die, vt generalibus beneficijs adiuuētur:
quia ſpiritualia habere non valent. de conſe.
diſt. j. viſum. ſicut & de feſto omnium ſancto
rum præmiſſum eſt. Sicut enim Petrus Da-
mianus ait: Sanctus Odilio comperiens, quòd
apud Vulcanum Sciciliæ crebræ voces &
vlulatus dæmonum audiebantur plangen-
tium, pro eo, quòd animæ defunctorum per
eleemoſynas & orationes de eorum mani-
bus eripiebantur, ordinauit in ſuis monaſte-
rijs, vt poſt feſtum omnium ſanctorum fieret
commemoratio defunctorum, quod fuit
poſtmodum à tota Eccleſia approbatum.
Primò, ergo videamus, à quibus inſtitutū fuit
officium mortuorum. Secundò, vbi habuit
initium. Tertiò, de modo celebrandi illud.
3 Quartò, de modo ſepeliendi. ¶ † Fuit ergo
primò inſtitutum ab Apoſtolis. ſed ab Ori-
gene, vt teſtatur Iſido. in lib. de Eccleſiaſticis
officijs fuit adauctum: & ex maxima parte
ordinatum. Vnde ipſum commendat beatus
Aug. in enchiridion, dicens eum fuiſſe ſecun-
dum in Eccleſiaſticis officijs poſt Apoſtolos.
4 Hoc† officium initium habuit in veteri lege.
Nam ſicut ait Ambro. xij. q. ij. quia mortuo
Iacob Ioſeph, & alij fratres ſui cum multis
Aegyptijs attulerunt eum in Ebron: ſed prius
fleuerunt xl. diebus in Aegypto: & poſteà fle
uerunt eum vij. diebus in area Achad. Geñ. l.
c. Item legitur in Deut. vlti. ca. quòd mortuo
Moſe fleuit populus Iſraël xxx. diebus: & ſi-
militer fecerūt de Aarō & de Maria, Itē, dicit
Salomon: Luctus filij ſapientis mortui, ſeptē

 diebus:

Eccl.23 diebus:Luctus ſtulti filij, ſempiternus : ideò
quia in æternum morietur. ¶ Nota autem,
5 quòd†quidam faciunt memoriam,pro defun
ctis die tertia, ſeu per tres dies repræſentan-
tes triduanam Domini ſepulturam:ſeu reſpe
ctum habentes ad reſurrectionem Chriſti:
qui tertia die reſurrexit.reſurrectionem cum
Chriſto mortuis peroptantes : ſeu ad trinita-
tē : vel vt quia viuentes tripliciter peccaue-
rūt,videlicet cogitatione,verbo, & opere,re-
mittantur eiuſdem. Alij verò faciunt miſſam
celebrari ſeptem diebus ſeu per vij. dies , &
vtrūq; oſtenditur in lib.Num.xix.ca.vbi dici·
tur , quòd qui tetigerit cadauer mortui ho-
minis , immundus erit ſeptem diebus . vnde
aſpergatur aqua tribus diebus & ſeptem. &
ſic mundabitur.de conſecr. diſt.j.aqua.¶Sanè
immundus propter cadauer mortui hominis,
ſignificat pollutam animam propter mortua
opera.Celebratur ergo per ſeptem dies.Pri-
6 mò,vt†defunctus ad ſabbatum æternæ quie-
tis citius valeat peruenire. Secundò , vt ei re-
mittantur omnia peccata , quæ commiſit in
vita,quæ per ſeptem dies ducitur. Tertiò,pro
pter ſeptenarium animæ & corporis. Anima
enim tres habet vires , ſcilicet rationabilita-
tem, concupiſcibilitatem , & iraſcibilitatem.
Corpus verò conſtat ex quatuor elementis,
vt ergo peccata,quæ homo,per hoc ſeptena-
rium ſiue in hac vita,quæ per ſeptem dies du
citur,commiſit,deleantur ſeptenarium mor-
tuis celebratur. Quartò ſicut filij Iacob de-
functi fleuerunt per ſeptem dies , vt præmiſ-
ſum eſt:ita & Eccleſia pro ſuis defunctis ce-
lebrat officium ſeptem diebus. ¶ Quidam
7 †autem faciunt nouendinale,id eſt, officium
nouem dierum,vt per hoc officium mortuo-
rum animæ à pœnis liberatæ, nouam angelo
rum ordinibus aſſocientur. Hoc autem à qui
buſdam non approbatur , ne gentiles imitari
videamur : à quibus hoc ſumptum eſſe vide-
tur,qui nouē diebus lugebant mortuos ſuos:
& in ix.die cineres eorum pyramidibus,vel in
buſtis recondebant.¶ Alij verò celebrari fa-
8 ciunt † pro defunctis xxx. dies vel trigeſimo
die.Primò,quia filijs Iſraël tot diebus fleue-
runt Moyſen & Aaron,vt præmiſſum eſt. Se-
cundò,ideò, quia ter decem faciunt xxx. per
ter enim trinitatem: per decem decalogum
intelligimus.Ter denarium ergo mortuis fa-
cimus:vt quod in obſeruatione decalogi ſeu
præceptorum Chriſti & contra trinitatem
peccauerunt , eis Dei miſericordia condone-
tur.¶Tertiò,quia numerus lunæ xxx. diebus
perficitur, ideò triceſima die. vel xxx. diebus
fit mortuis officium : vt opera eorum coram
9 Deo plena eſſe intelligātur.¶† Quidā quoq;
quaterdecies celebrant ſiue quadragenarium
faciunt:vt quod illi in doctrina quatuor euā-
geliorum & in x.præceptis legis peccauerunt
10 ſibi condonetur. ¶ † Rurſus, qui diem qua-
drageſimum ſeruant, repræſentant dominicā
ſepulturam , optantes mortuos gloriam ha-
bere cum Chriſto qui quadraginta horis , ia-
cuit in ſepulchro computata hora , in qua
emiſit ſpiritum.& vlt.hora noctis dominicæ,
in qua reſurrexit ſecundum Aug. Repræſen-
tant etiam , quòd vt præmiſſum eſt mortuo
Iacob filij eius luxerunt quadraginta diebus.
11 ¶ † Alij quinquagenarium faciunt. quoniam
ſicut Bæda & Greg. dicunt in gl. ſuper locū
illum,vbi habetur, quòd Abraham , quæſiuit
à Domino volente ſubuertere Sodomam , ſi
quinquaginta fuerint ibi , nunquid deſtrues
eos?& reſpondit Dominus:non. Quinquage-
narius numerus perfectus eſt : & ſignificat
annum iubileum, id eſt, octauam ætatem,in
qua erit remiſſio , & plena libertas. Vt ergo
animæ defunctorum plenariam libertatem,
& peccatorum ſuorum remiſſionem adipi-
ſcantur : quinquaginta diebus pro illis cele-
brant officium. Præterea dicitur in Marco:
Vnum granum afferebat xxx.& vnum quin-
12 quaginta:& vnum centum.¶ Alij† exagena-
rium,pro eo quia ſexageſima ſignificat mœ-
rorem Eccleſiæ propter abſentiam ſponſi: &
ei in conſolationem duæ alæ dantur:vt di-
ctum eſt in vj.parte ſub dominica quadrage
ſimæ:ſic & hic repræſentāt mœrorē, propter
abſentiam defuncti ſui,in quorū conſolatio-
nē & animę defuncti expiationē ſacrificiū do
mino offertur : & pauperibus eleemoſynæ
13 largiuntur.¶Nonnulli etiā† celebrant cēteſi
mū diem,vt mortui tranſeant à læua,in dexte
ram,à militia,in triumphū:à terra,in cœlum:
à miſeria,in gloriā:à morte,in vitam.Optant
enim illis æternam beatitudinem , quæ per
centenarium , vltra quem non eſt numerus,
14 deſignatur.¶ † Quidam verò anniuerſarium
obſeruant triplici de cauſa. ¶ Primò , vt de-
functi de annis calamitatis perueniant ad
annos æternitatis : ſiue ad vitam æternam,
quæ ſine fine eſt : & quaſi annus in ſe reuo-
luitur:vel quia ibi eſt idētitas & nulla reperi





15 tur varietas. ¶†Secundò,quia ſicut ſanctorū
anniuerſarium ad ipſorum honorem & no-
ſtram vtilitatem celebramus , prout dictum
eſt in proœmio huius partis:ſic & anniuerſa-
rium defunctorum,ad ipſorum vtilitatem,&
noſtram deuotionem.¶Tertiò,dies anniuer-
16 ſarij pro defunctis † ideò repetitur:quoniam
ſecundum Augu.qualiter ſit eis in alia vita,
neſcimus:& melius eſt,vt eis ſuperſit benefi-
cium noſtrum,quàm deſit.xiij.quæſtio.ij.non
æſtimamus.Anniuerſarium autem ſi contin-
gerit in die dominica, vel in aliqua celebrari
ſolennitate,non debet mutari ad ſequentem
diem prout fit in feſtis ſanctorum:ſed fiat in
die præcedēti,vt citius occurratur pœnis de-
functorum:quas in purgatorio ſuſtinent.de-
functi enim noſtro indigent auxilio & bene-
ficio : ſed non ſancti. ¶Die quidem feſtiuo
17 † anniuerſariū celebrari nō debet:nec miſſa
pro defunctis dici,niſi corpus præſens fuerit:
tunc ſic quia omni tempore poteſt miſſa pro
defunctis celebrari cadauere præſente,niſi in
paraſceue:tunc enim non debet corpus intu-
mulari , nec miſſa pro eo cantari. quia tunc
corpus Chriſti immolari nō debet:ſed vſque
in craſtinū reſeruetur:& tūc, ſcilicet in ſabba
to poteſt miſſa pro illo cantari,& corpus ſe-
peliri. Similiter,ſi quis in die Paſchæ moria-
tur,corpus eius vſque in craſtinum reſerue-
tur ſuper terram.& tunc cum celebratione
miſſæ ſepeliatur.Non enim debet corpus ſe-
peliri abſque miſſa,quāuis contrarium fiat in
18 pleriſque locis.¶†Licet autem ſecūdum Ga-
bilonen.concilium de conſecratione.diſtin.j.
viſum quotidie ſit pro defunctis orandum,&
ſacrificandum:in præmiſsis tamen diebus hoc
ſpecialiter agitur ab amicis. Siquidem aliqui
omni tempore,feſtiuis diebus dūtaxat exce-
ptis,generaliter orant pro defunctis,in offi-
cio veſpertinali,& matutinali.alij miſſam pro
eis quotidie celebrant.alij in menſis initio no
uem pſalmos,nouem lectiones,& nouem re-
ſponſoria cantant.& quidem ſancta & ſalu-
bris eſt cogitatio pro defunctis exorare,vt à
peccatis ſoluantur.¶In quibuſdam locis non
dicitur in Eccleſia officium mortuorū,à quin
ta feria cœnæ Domini,vſque ad octauas Pen
tecoſt.dicētes,quòd omnia officia illius tem
poris debent eſſe breuia : nec in dominicis
diebus.¶Legitur autem,quòd quidam Abbas
prohibuit monachos ſuos celebrare domini-
cis diebus pro defunctis : ſed mortui propter
hoc duriſsimis verberibus eum afflixerunt:&
ideò prohibitionem huiuſmodi reuocauit.
19 ¶Et nota†quòd ſuffragia quæ fiunt in Eccle
ſijs pro defunctis valde bonis , actiones ſunt
gratiarum.Ille enim animæ quæ ſunt perfe-
ctè bonæ ſtatim cum egrediuntur à corpori-
bus euolant ad cœlos : nec ſubſidijs noſtris
egent:extrà de celeb.miſ.cum Marthæ.ad ſi.
xiij.quæſtio.ij.tempus.Pro valde malis fiunt
qualeſcunque conſolationes viuorū.Eis enim
ſubſidia noſtra non proſunt,quoniam animæ
illorū ſtatim deſcendunt ad infernū.Pro me-
diocriter bonis,qui,ſcilicet ſunt in purgato-
rio,fiunt expiationes,pro mediocriter malis,
qui,ſcilicet ſunt in inferno.fiunt propiciatio-
nes,ſiue pœnarum mitigationes.Nam ſecun
dum Augu.quibus proſunt, aut proſunt,vt ſit
plena remiſſio : aut certè,vt tollerabilior ſit
damnatio.xiiij.quæſtio.ij.tempus.in fine.qui-
dam tamen pro eodem ſumunt mediocriter
bonos:& mediocriter malos,quos vocant nō
valde bonos,qui videlicet intrant purgato-
rium:qui viuentes iniunctam pœnitentiā non
perfecerunt,quibus proſunt eleemoſynæ ora
tiones,ieiunia,& ſacrificia,quæ pro eis fiunt:
nam vt dicunt,eis,qui ſunt in inferno nihil
20 proſunt ¶Illud † etiam nota,quòd ſecūdum
Hierony.de cōſecra. diſtin.v.mediocriter.cū
pro cunctis animabus pſalmus vel miſſa dice
tur:non minus,quàm ſi pro quolibet dicere-
tur,accipitur.Circa hoc tamen dici, poteſt, ꝙ
ſi ſuffragia fiunt in ſpeciali,magis proſunt il-
lis,pro quibus ſpecialiter fiunt,quàm alijs.Si
fiunt in genere ſeu in cōmuni magis proſunt
illis,qui plus meruerunt in hac vita , vt ſibi
prodeſſent,vt in dicto cap.nō æſtimemus.&
cap.tempus.ſi inæquali vel maiori neceſsitate
exiſtunt.Licet enim ſecundum Augu.xiij q.ij.
nō æſtimemus.nō proſint omnibus,pro qui-
bus fiunt:quia tamē neſcimus quibus proſint,
vel nō,pro omnibus facienda ſunt:ne aliquis
prætermittatur.melius nāque ſuperérūt eis,
quibus nec obſunt,nec proſunt , quàm deſint
eis,quibus proſunt:& ideò dies anniuerſarij
21 fit vt præmiſſum eſt.¶Sed † nunquid ſuffra-
gia eius,qui propter mortale peccatū in cha-
ritate nō eſt,proſint ei,qui in charitate deceſ-
ſit?Reſpondeo opera ſacramentalia,vt miſſa,
officium mortuorum,collectæ & ſimilia,per
talem facta,bene valēt.ſed & defuncto pro-
ſunt.extrà de cleri.excō.mini.ca.fin.tum quia
illa à Deo nō ab operante efficaciam habēt.

tum quia ille non proprio nomine,ſed quaſi
ſyndicus omnium, videlicet totius Eccleſiæ
nomine hoc agit,ſecũdum ea,quæ dicta ſunt
in prooemio quartæ partis. Si verò tanquam
priuata perſona, alia ſuffragia facit: aut hoc
agit alio nomine, aut ſuo proprio.ſi alieno,
vt quia defuncti ſeu alterius in charitate exi-
ſtentis iuſſu:de illius bonis eleemoſynam tan
quam miniſter pro eo facit.tunc quidem illi
prodeſt:quoniam is intelligitur facere,cuius
mandato facit.extrà de ſenten.excommu.mu
lieres.& qui mandat ſolui,ipſe ſoluere vide-
tur.ff.de ſolu.qui mandato. Hinc eſt, quòd
peregrinationis votum ab vno emiſſum,alter
eius iuſſu exequi poteſt: extrà de voto.licet.
Idem quoque eſt ſi duo quorum alter in cha
ritate eſt,alter non pro defuncto pſalterium
legunt.Et ſi eleemoſyna datur iuſto,vt oret
pro defuncto. His etenim caſibus prodeſt
defuncto,ratione charitatis hominis iuſti ad-
iuncti.ff.quod cum fal.tu.vel act.§.extrà de
elec.illa contra.extrà de offi.dele.cum nup.
Si autem ſuo priuato nomine, & de proprio
quis pro illo eleemoſynam dat,vel orat,vel
ieiunat,vel aliter ſe affligit:quaſi cõmuniter
dicunt theologi,quòd talia in nullo proſunt
ei.Nam legitur Ioan.ix.Scimus,quia peccato
res Deus non exaudit.ſed illuc cæci & non
Euangeliſtæ fuit verbum.& Eſa.j.cum mul-
tiplicaueritis orationes,nõ exaudiam. Manus
enim veſtræ ſanguine,id eſt,peccatis plenæ
ſunt.imò ſecundum Augu.iij. quæſtio.vij.in
granibus.Dum is,qui diſplicet ad interceden
dum mittitur,irati iudicis animus ad deterio-
ra prouocatur. Deus enim iniquorum dona
non reſpicit:& iuſtorum ſolum orationes ex-
audit.Item Dominus per Amos prophetam:
Vota pinguium terræ,id eſt,peccatorum nõ
recipiam.xxiiij.q.j.odi. Verùm cum pauci ſine
crimine viuant.de pœnitẽ.diſtin.ij.ſi enim.in
princi.l.diſtin.quia tua. talis ſententia, quæ
miſericordiam,& tot ſuffragia defunctis adi-
mit,& viuorũ charitatem ad illos refrigeſce-
re facit,nimis dura: & ideò nõ ſequenda vi-
detur.l.diſtin.ponderet.extrà de renun.niſi.§.
j.Si enim ominum quos conſcientia culpæ ar
guit,ſuffragia condemnamus,illi paucorum
23 ſuffragijs iuuabuntur. † Dicendum ergo vi-
detur,quod quãquàm ſuffragia eius,qui & ſi
non in charitate,in fide:tamen illi,qui in cha
ritate deceſsit, non proſunt ex merito vitæ
agentis:quia tamen illa fiunt ſecundum do-
ctrinam Eccleſiæ:& per eum,qui in fide eſt:
& pro eo,qui talia recipere meruit beneficia.
vbi deficit charitas agentis:ſupplet meritum
fidei, & charitas Eccleſiæ talia dictantis,ac
defuncti capacis ſuſcipientis:necnon & libe-
ralitas Dei miſerentis:qui ſecundum Ambro.
de pœniten.diſtin.j.quantũlibet.beneficia nõ
reuocat: imò cumulos liberalitatis amplifi-
cat:& ſua liberalitate opus ab alio factum
proinde reputat,ac ſi per illum pro quo fit,fa
ctum eſſet.Nam ſecundum iura,aliquo alie-
num debitum exoluente,ipſe debitor libera-
tur.ff.de pig.ac.ſolutum.§.ſolutã.& ſi ſeruo
legata ſit libertas:ſi Titio decem præſtiterit,
quomodocunque illa decem præſtiterit.liber
tas eſt.ff.de ſta.homi.Arethuſa.Sed & per eũ,
qui capax nõ eſt,alteri legatum & hæreditas
acquiri poteſt.ff.ad Trebel.l.cogi.§.hi,qui.ff.
ſi quis aliquem teſtari prohi.l.j.§.ſed ſi lega-
tum.Et is qui ob crimen pro alijs poſtulare
prohibetur pro ſe,& pro his,quorũ curã ge-
rit,admittitur.iij.quæſtio.vij.§.tria.Et ſecun-
dum Augu.j.quæſtio.j.ſi fuerit.quãquam in
lapideo canali nil generetur.tamen aqua in-
de tranſiens, terram fœcundat. Et Hiero.de
pœniten.diſtin.j.poteſt fieri.& diſtin.iij.pium.
Si quando videritis inter multa opera pecca-
torũ quẽquam aliqua facere,quæ iuſta ſunt:
non eſt tamen iniuſtus Deus,vt propter mul-
ta mala paucorũ bonorũ obliuiſcatur. ¶Sanè
24 defuncti † ſciunt ſuffragia,quæ pro eis fiunt
tribus modis,ſecundum Augu.xiij.quæſtio.ij.
fatendum.Primò,per diuinam reuelationem,
quando ſcilicet Deus eis reuelat. Secũdò,per
bonorũ angelorum manifeſtationem.Ange-
li enim qui hîc ſemper nobiſcum adſunt,&
omnes actus noſtros conſiderant,quaſi in in-
ſtanti poſſunt ad eos deſcendere,& eis proti-
nus nuntiare.Tertiò,per animarũ hinc exeun
tium intimationem.Quartò,per experientiã:
cum videlicet, ſe à pœnis ſentiunt releuari.
25 ¶Sciendũ autẽ, quòd defuncti valde † mali
neſciunt,quid à viuis agitur,niſi quatenus eis
ſcire permittitur. Similiter nec mediocriter
boni adhuc in igne purgatorij conſtituti,qui
nondum Dei viſione fruuntur, niſi quate-
nus per aliquẽ de præmiſsis modis permitti-
tur eis ſcire:Sed valde boni,qui iam ea fruun
tur,bene ſciunt quid hîc agitur. Iuxta illud
Grego.Quid eſt,quod neſciunt,qui videntem
omnia vident? Alij tamen dicunt, eos ſcire
omnia,quæ eis neceſſaria ſunt, & non alia,
Vnde



Vnde Eſa.ex perſona populi offlicti ait.Abra
ham pater noſter,neſciuit de hoc.xiij.q.ij.de
26 mortuis.Et † vtrũ mortuis cura ſit de viuis.
Augu.latè proſequitur lib.de cura pro mor-
tuis habenda. Adhuc ſicut Augu.ait xiij.q.ij.
fatendum. Multi aliquos ex mortuis vel in
ſomnis,vel alio quocunq; modo viuis appare
re credunt.Et vbi eorum inhumata iacerent
corpora,atque vt eis ſepulchra fierent,& alia
huiuſmodi innumera ſæpe admonuiſſe,& illa
vera,repertum eſſe in dialo.Grego.& in alijs
pleriſque ſcriptis authenticis reperitur.Ve-
rũtamen,vt idem Augu.in præmiſſo libro ait,
quãuis mortui talia in ſomnis iudicare vel pe
tere videantur: non ideò putandum eſt eos
iſta ſentire:nam & viuentes plerunque appa-
rent in ſomnis dormientibus, dum ipſi ſe ne-
ſciunt apparere: & ab eis,qui hoc ſomniaue
runt audiſſe dicentibus, quòd eos in ſomnis
agentes aliquid vel loquẽtes viderũt.vnde, vt
dicit,credẽdũ eſt,quod hæ ſunt angelicę ope
rationes,propter diſpenſationem prouiden-
tiæ Dei ad qualecunque ſolatium viuorum.
Concilium etiam Anquiritañ.xxvj.quæſtio.v.
Epiſcopi.in prin.ait,quòd plerique dęmonum
illuſionibus & fantaſmatibus ſæpe ſeducun-
27 tur.¶Officium mortuorũ † imitatur omni-
no triduanam Chriſti ſepulturam:ſicut enim
in illo triduo: ita & in hoc officio omnia lau
dis cantica ſubticemus,& ſolẽnitates quaſli-
bet ſubtrahimus:nam in miſſa benedictiones
ab Epiſcopo non petimus:nec in agenda dici
mus:Domine labia mea.nec Deus in adiuto-
rium meum intende. nec Benedicamus. nec
Inuitatorium:niſi corpus præſens ſit:& etiam
in vigilijs.nec Gloria patri ad reſponſoria,
vel in fine pſal.nec ad lectiones benedictio-
nem petimus,vel damus.nec dicimus:Tu au-
tem.vel Deo gratias: nec in miſſa allelu Ia:
nec Gloria in excelſis:nec Ite miſſa eſt.Nam
in veteri lege prohibitum fuit oleum lætitiæ
& tus ſuauitatis pro peccato offerri.mors et-
enim eſt vindicta peccati,vnde vbi peccatum,
ibi tenebræ,nec debet eſſe lætitia,nec canti-
corum lætitiæ decantatio, vbi eſt luctus &
contriſtatio mentis: ac exequiæ pro mor-
tuis celebrantur cum luctu.¶Ruſus laudes
28 † ſupprimimus, quia quò mortui tranſeunt,
ignorantes, neſcimus vnde laudare Domi-
num debemus de iuſtitia, vel miſericordia
gaudium reprimimus: quia triſtes in hunc
mundum intramus,& triſtiores eximus.nõn
ergo ſequentia debet dici, quæ eſt canticum
exultationis.¶Adhuc licet in miſſa pro viuis
29 debeant omnes † turificari ad ſignificandum,
quòd illorum orationes ad cœleſtia dirigun-
tur:in miſſa tamen pro defunctis non debet
tus per chorum portari,nec offerri,id eſt,al-
tare turificari: ſed circa corpus tantum:quia
hoc in lege prohibitum fuit: vt iam præmiſ-
ſum eſt.Nullus ergo in hoc officio turifica-
tur: ad notandum,quòd mortui nil amodo
valent orationibus ſuis promereri.vnde pſal.
Non mortui laudabunt te Domine.Ipſa au-
tem defunctorum corpora turificantur, &
aqua benedicta aſperguntur, non vt eorum
peccata tollantur: quæ tunc per talia tolli
nequeunt: ſed vt omnis immundorum ſpiri
tuum præſentia arceatur.& fiunt etiam in ſi-
gnum ſocietatis,& cõmunionis ſacramento-
rum,quam nobiſcum dum vixerunt habue-
runt.vnde & Dionyſius tradit,quòd antiqui-
tus viui mortuos oſculabãtur,in ſignum vni-
tatis,quam cum ipſis habuerũt:proſunt etiam
hæc & ſimilia, inquantum per talia ipſi Deo
reuerentia exhibetur.¶Quare autem duplex
verſus ponitur in introitu pro defunctis,ſcili-
cet:Te decet:& exaudi orationẽ meam &c.
dictum eſt in ſexta parte ſub ſabbato tertiæ
hebdomadæ quadrageſimæ. Item in miſſa
pro defunctis non debet intermiſceri oratio
pro viuis: prout dictum eſt in quarta parte,
30 ſub titulo de oratione.Pax † etiam,triplici ra
tione,non datur.¶Primò, quia hoc officium
vt iam dictum eſt triduanam Chriſti ſepul-
turam veſtigio ſequitur: vbi pax non datur
propter Iudæ oſculum deteſtandum. ¶Secun
dò,quia non communicamus mortuis: quia
non nobis reſpondent. Nos enim ſumus in
ſexta ætate: illi in ſeptima. Inde eſt, quòd
31 † corpus nunquam debet eſſe in Eccleſia,
quãdiu miſſa de die celebratur: imò prius ſi
eſſet, ibi debet aſportari, extra Eccleſiam,
in veſtibulo Eccleſiæ,quantacunque autho-
ritate viuens fulgeret, & poſteà ad miſſam
32 de mortuis reportari. ¶ † Tertiò, quoniam
ſicut ex multis granis ſimul collectis vnus
panis conficitur & ex multis racemis vi-
num eliquatur: ſic ex multis fidelibus:
quorum quidam boni, quidam mali ſunt
vna Eccleſia conſtruitur & coadunatur.
Quia ergo de mortuo homine neſcimus
adhuc

adhuc,vtrū ſit ipſe de conformitate Eccleſiæ
& pacem habeat cum ſuo creatore,& recon-
ciliationem.ideò pacem ad miſſam non da-
mus:nec aliquas laudes pro mortuis referi-
mus:quia non eſt vnde agendū ſit.Non enim
adhuc apparet eorum requies. ¶Quarta ra-
tio, poſita eſt in quarta parte : vbi agitur de
33 oſculo pacis.¶Illud † quoque notādum eſt,
quòd officium mortuorū incipit à veſperis:
poſteà ſequuntur *vigiliæ* quarū tria ſunt ge-
nera. ¶In quibuſdam enim Eccleſijs legun-
Iob 7 tur nouem lectiones de Iob,& incipiūt:Par-
ce mihi Domine &c.In alijs leguntur de lib.
Eccle.7 Sapien.& incipiunt : Melius eſt ire ad.&c.In
alijs verò de quodam ſermone Augu.ſed vn-
decunque ſumantur abſolutè,ſine,Iube dōne
benedicere.& ſine,Tu autem Domine : vel
alibi incipiuntur, & finiuntur , prout in exe-
quijs,quas in dicto triduo pro Chriſto cele-
bramus ſeruatur. Verūtamen in quibuſdam
Eccleſijs loco,Tu autem Domine:termina-
tur,Beati mortui,qui in Domino moriuntur:
quæ verba ſunt Apoca.xiiij.cap. ¶Frequenta-
34 tur autē in hoc officio pſal.Te decet† hym-
nus Deus.quoniam ibi agitur de reditu filio-
rum Iſraël à captiuitate in terram promiſſio-
nis.ſic & defuncti de captiuitatis miſeria ad
vitam proficiſcuntur æternam,dicitur etiam
pſal.Domine , ne in furore tuo arguas me.
qui cum ſit ſextus in ordine pſalterij,tamen
pro octaua intitulatur quaſi in ſex ætatibus
per hunc pſalmum Deum rogantes,vt ſepti-
mæ ætatis poſſumus ornamenta euadere,&
ad octauā gloriæ peruenire. ¶Officium mor
tuorum nō habet ſecundas veſperas : vt dictū
eſt in ſexta parte,ſub titulo de veſperis.¶In
35 † concilio Tholetañ.xxvj.queſtio.v.quicun-
que ſtatutum eſt,quòd ſacerdos miſſam de-
functorum celebrans,vt eius inimicus mor-
tem incurrat, deponatur , & tam ipſe quàm
eum ad hoc incitans exilio perpetuo punia-
tur.Nunc videndum eſt qualiter corpus ſepe
liendum ſit:& quidem quando homo vide-
tur agere in extremis,debet poni ad terram,
ſuper cineres,vel ad minus ſupra paleas : per
quod innuitur quòd cinis eſt , & in cinerem
reuertetur : & ſit hoc exemplo beati Marti-
ni.qui vt in ſe alijs daret exemplum,in cinere
iacens vitam finiuit. Et ſi moriens literatus
ſit,legi debet paſſio Domini,vel ſaltem pars
illius ante eum,vt ſic ad maiorem punctio-
nem moueatur : & debet eſſe crux erecta ad
pedes,vt moriens eam cernens magis conte-
ratur,& conuertatur.debet etiam ſupinus ia-
cere,vt ſemper erecta facie aſpiciat cœlum,
exemplo beati Martini : & prius, quàm expi-
36 ret,eius anima Domino cōmendetur.† Poſt-
quàm verò expirauerit campanæ debent pul-
ſari:prout dictum eſt:in prima parte,vbi agi-
tur de campanis:deinde corpus niſi viuens nō
uiter inunctus fuerit,debet lauari,ad ſignifi-
candum,quòd ſi anima per confeſsionem &
contritionem à culpa mundata ſit,vtrunque,
ſcilicet anima & corpus æternam glorifica-
tionem & claritatem in die iudicij conſeque
tur:quodque illi ſecundum Iob,verè in Do-
mino moriuntur,& beati ſunt,qui nullam ſe-
cum portant maculam : ſed in hoc mundo
per pœnitentiam derelinquunt. Sed cùm de
hac lotione,neque in veteri teſtamento,ſcili
cet Leuiti.x.cap.neque in nouo,ſcilicet Act.v.
cap.nil agatur:ſi obmitteretur,non multum,
vt aiunt quidam,curandum eſſet.Et Augu.di
cit in libro de cura pro mortuis agenda.Cor-
pori humano , quod poſt mortem impendi-
tur,non eſt ſalutis præſidium,ſed humanita-
tis officium.Verūtamen cum Maria Magda-
lena vnxerit Dominū ante paſsionem.Matt.
xxxvj.cap.fecit enim morituro quod non po
tuiſſet facere mortuo.Marci xiij.cap.Præue-
nit,inquit,vngere corpus meum in ſepultu-
ram.ex hoc probari poteſt corpora defun-
ctorum laudanda eſſe. Nam ſicut Hierony.
ait in originali ſuper illud.Matth.vj.cap.vn-
ge caput tuum in illis partibus vnguentis pro
balneis vtebantur.Canon Tholetañ.concilij.
xiij.quæſtio.ij.qui diuina.ſtatuit quòd qui di-
uina vocatione ab hac vita recedunt , cum
pſalmis tantùmmodo & pſallentibus voci-
37 bus ad ſepulchrum deferantur:debet † autē
defunctus portari à conſimilibus ſuæ profeſ-
ſionis , vt ſi fuerit diaconus à diaconibus : ſic
ſacerdos à ſacerdotibus,ſi ſint ibi : aliter non
eſt vis : quia neceſsitas legi non ſubiacet:de
conſecratione diſtinctione j. ſicut. extrà de
obſeruatione ieiun. cap.ij.clericus à clericis:
catholicus à catholicis.Si verò fuerit de ali-
qua fraternitate , deportetur ab illis , qui
ſunt eiuſdem fraternitatis , mulieribus ve-
rò non licet corpora ferre , ne cogantur
corpora ſua laſciuia incitantia denudare,
quod facilè contingere poſſet. dum autem
de domo



de domo ad Eccleſiam ſeu ſepulturam por-
tantur,ſecundum quorundam locorum mo-
rem ter in via pauſatur.¶Primò,ad ſignifican
dum,quòd ipſe in hac vita exiſtens,vt poſſet
dignè Domino præſentari,& cum alijs ſan-
ctis perpetua quiete perfrui:in tribus ſpecia-
liter ſeipſum exercitauit,videlicet,in Dei di-
lectione:in charitate proximi : & in cuſtodia
ſui.ſiue quòd in fide ſanctæ trinitatis vixit,
atque vitam finiuit. ¶Secundò,ad repræſen-
tandū,quòd Dominus triduo in ventre terræ
pauſauit. ¶Tertiò,tres pauſæ fiunt in via : vt
per tres dietas pſalmodiæ , quæ tunc dicitur
trina fiat ei abſolutio à delictis tribus mo-
dis,ſcilicet cogitatione,verbo,& opere com-
miſsis.Exod.iij.Viam trium dierum ibimus in
ſolitudine.Deinde ponitur in ſpelunca in qua
in quibuſdam locis ponitur aqua benedicta
38 † & prunæ cum ture.Aqua benedicta ne dæ-
mones,qui multum ea timent,ad corpus acce
dant.Solent nāque deſeruire in corpora mor
tuorum:vt quod nequiuerunt in vita , ſaltem
poſt mortē agant.Tus verò ibi ponitur pro-
pter fœtorem corporis remouendum:ſeu vt
defunctus creatori ſuo acceptabilem bonorū
operum odorem intelligatur obtuliſſe.ſeu
ad oſtendendum,quòd defunctis proſit auxi-
lium orationis.carbones in teſtimoniū,quòd
terra illa ad cōmunes vſus amplius redigi nō
poteſt.plus enim durat carbo ſub terra,quàm
aliud.Hædera quoque vel laurus & huiuſmo
di,quæ ſemper ſeruant virorem in ſacropha-
go corpori ſubſternuntur:ad ſignificandum,
quòd qui moriuntur in Chriſto viuere non
deſinent.Nam licet mundo moriantur,ſecun
dum corpus,tamen ſecūdum animam viuunt.
& reuiuiſcunt Deo.Alia tamen conſideratio-
ne habebant in funeribus antiqui cypreſſos:
quia videlicet ſicut cypreſſus cæſa non iterū
ſurculeſcit,ſed tota moritur : ita homo mor-
tuus non reuiuiſcit.Fiunt etiam hæc,nō quia
cadaueribus inſit ſenſus:ſed in figuram,vide-
licet,vel ad reſurrectionem ſperandam,vel
ad Dei miſericordiam : ſeu beneuolentiam
prouocandam : cui talia pietatis officia pla-
39 cent.debet autem † quis ſic ſepeliri,vt capite
ad occidentem poſito,pedes dirigat ad orien
tem,in quo quaſi ipſa poſitione orat:& innuit
quòd promptus eſt , vt de occaſu feſtinet ad
ortum:de mundo ad ſeculum.Et in quocunq;
loco extra cœmeterium Chriſtianus ſepelia-
tur,ſemper crux capiti illius apponi debet:ad
notandum illum Chriſtianum fuiſſe : quia
hoc ſignum diabolus valde veretur,& timet
accedere ad locum crucis ſignaculo inſigni-
40 tum. ¶Debent † quoque fideles Chriſtiani
ſepeliri induti ſudarijs : prout prouinciales
obſeruant:quod ſumunt ex euangelio,in quo
legitur de ſudario & ſyndone Chriſti. Quidā
verò cilicio inſuuntur : vt hac veſte inſignia
pœnitentiæ repræſentent. nam cinis & cili-
cium, arma ſunt pœnitentium. Nec debent
indui veſtibus communibus : prout in Italia
fit.& vt quidam dicunt,debent habere cali-
gas circa tibias:& ſotulares in pedibus,vt per
hoc ipſos eſſe paratos ad iudicium repræſen
41 tetur.Clerici † verò,ſi ſunt ordinati , illis in-
ſtrumentis induti ſint,quæ requirūt ordines,
quos habent.Si verò non habent ordines ſa-
cros more laicorum ſepeliantur. Verūtamen
licet in alijs ordinibus propter paupertatem
hoc ſepius obmittatur:in ſacerdote tamen &
Epiſcopo nullo modo prætermittendum eſt.
Veſtes enim ſacerdotales , virtutes ſignifi-
cant,cum quibus præ cæteris ſunt duo præ-
ſentandi. Eutitianus Papa ſtatuit vt nullus
martyres ſepeliat ſine *dalmatica : aut collo-*
42 *bio purpurato*.¶†Circa hoc autem conſide-
randum eſt , vtrum Chriſtus veſtitus fuerit
poſt reſurrectionem,& vtrum cœlum veſti-
tus aſcenderit.& vtrū duobus diſcipulis eun-
tibus in Emaüs,& cæteris mulieribus,& diſci
pulis veſtitus apparuit. Siquidem angeli le-
guntur veſtiti apparuiſſe,iuxta illud Ioā. Vi-
dit angelos ſedentes in albis : & alibi : Ecce
duo viri adſtiterunt iuxta illud in veſtibus al-
bis:qui & dixerunt : Hic Ieſus qui aſſumptus
eſt à vobis in cœlum,ſic veniet, quemadmo-
dum vidiſtis eum euntem in cœlum. Nempe
Chriſtus veſtitus aſcendit in cœlum:iuxta il-
lud:Quis eſt iſte,qui venit de Edon , tinctis
veſtibus de boſra.Item angeli dixerūt:Qua-
re rubrum eſt indumentum tuum. ¶Quæri-
43 tur † etiam,vtrum homines erunt nudi poſt
diem iudicij:an veſtiti?& videtur quod veſti-
ti.Nam ſemper angeli apparere ſolent veſti-
ti:& Chriſtus etiā poſt reſurrectionem cum
veſte apparuit:& in transfiguratione veſtitus
fuit.vnde & apparebāt veſtimenta eius alba,
ſicut nix.Econtrà videtur , quòd nudi erunt:
quia habet authoritas quòd in eadem forma
erimus,in qua fuit Adam prius,quàm pecca-
ret,& etiam in meliori : ſed tunc fuit nudus:
ergo ſimiliter nudi erimus. Solutio.nil diffi-
nimus

nimus de veſte,ſed hoc ſolum dicimus,quod
ibi non erit difformitas : nec vlla aduerſitas,
vel infirmitas,& erimus veſtiti & ornati veſti
mentis virtutum.¶Quis autem & in quo lo
co ſepeliri debet : & vtrum locus ſepulturæ
aliquid conferat,dictum eſt in prima parte,
vbi de cœmeterio agitur.¶Illud autem no-
ta,quòd quia ſcriptum eſt Leuiti.xxj.cap.Pon
tifex ad omnem mortuum etiam patrem vel
matrem non ingredietur , neque egredietur
de ſanctis.hinc eſt , quòd Romanus pontifex
ad nullius defuncti domũ accedit.item quia
ibidem dicitur:Sacerdotes non radent caput,
non barbam, nec in crinibus ſuis facient in-
ſciſſuram.ideò qui charorum morte triſtan-
tur,barbam nutriunt:nec crines pręſcindunt,
& etiam nigris veſtibus ornantur : vt per ni-
gredinem & dolorem conſepulti mortuo vi-
44 deantur.¶Hic etiam † quæri poteſt , vtrum
voces mortuorum loquatur?& videtur quòd
ſic iuxta illud prophete. Exultationes Dei in
gutture eorũ.Hormiſda Papa l.diſtin.ſi quis
diaconus.dicit,quòd illi,quibus cum falſa mi
ſericordia indulſerimus,ante tribunal Chriſti
contra nos facient quæſtionem.& Augu.xiij.
quæſtio.ij.fatendum.dicit quòd defuncti,qui
neſciunt , quæ hîc fiunt, dum hîc aguntur,
poſteà audiunt ab his,qui moriendo hinc re-
cedunt.Sed Apoſtolus contradicere videtur,
dicens : quòd tunc linguæ ceſſabunt.& pſal.
Non mortui laudabunt te.Et nota ſecundum
Auguſti.quòd tempus , quod inter hominis
mortem & vltimam reſurrectionem interpo
ſitum eſt,animas abditis,id eſt,nobis occultis
receptaculis continet.¶Poſtremò nota, ſecun
dum magiſtrum Ioan. beleth.quòd antiqui
ſolebant dicere,quòd quando animæ in hu-
manis ſunt corporibus : vocantur animæ in
infernis manes:quando verò cœlos aſcẽdunt:
ſpiritus.quando autem recens erat ſepultura,
ſiue quando ſpiritus circa ſepulturas errabat,
vmbram vocabant.vnde pſal. Nam ſi ambu-
lauero in medio vmbræ mortis,non timebo
mala:quoniam tu mecum es:& ideò tunc pa-
nem & vinum ponebant ſupra ſepulcha mor
tuorum : vt dictum eſt ſub titulo de cathe-
45 dra Petri. ¶In † miſſa pro mortuis dicitur
quandoque epiſtola:Vir fortiſsimus Iudas.ij.
Machab.xij.cap.quandoque : Nolumus vos
ignorare de dormientibus ,ſicut & cæteri,qui
ſpem non habent.j. Theſſalo.iiij cap.quan-
doque.Audiui vocem de cœlo.Apocal.xiiij.
cap.quandoque,Ecce myſterium vobis dico.
j.Corint.xvj.cap. Dicitur etiam quandoque
euangeliũ:Amen dico vobis,quia venit.Ioan.
v.cap.quandoque : Dicit Martha ad Ieſum.
Ioan.xj.cap.quandoque:Sicut enim pater ſu-
ſcitat mortuos , & viuificat &c. Ioan.v.cap.
quãdoque:Omne,quod dat mihi pater.Ioan.
vj.cap.quandoque.Ego ſum panis viuus , qui
de cœlo deſcendi.Quod eſt ibidem.

SVMMA.

1 Sancti coronati,& eorum nomina.nume.2.

## *De quatuor coronatis martyribus.*

CAP. XXXVI.

1 DEt † quatuor coronatis hoc nota-
bile reperitur quòd quinque fue-
runt,qui venerant ad conſtruen-
dum templum.& Diocletiano co-
gnito,quòd eſſent Chriſtiani martyrio ſunt
coronati:quorum nomina quia nota fuerunt,
idcirco in collecta ponuntur.Poſt duos verò
annos alij quatuor martyrium ſuſceperunt,
quorum corpora ſepulta ſunt,iuxta corpora
prædictorum quinque,quorum nomina quia
fuerũt ignota,ideò ſtatuit Melchiades Papa,
vt dies eorum ſub nominibus prædictorum
quinque celebris habetur,& ſic vocatum eſt
feſtum quatuor coronatorum. poſteà verò
fuerunt cuidam religioſo eorum nomina re-
2 uelata,ſcilicet †Seueri,Seuerini,Carpophori,
& Victorini : nomen tamen feſti propter ea
mutatũ non eſt:nec etiam dies in calendario.

SVMMA.

1 Martinus , dicitur par Apoſtolis. Et qua id
ratione.
2 Martinus,ſolus inter Confeſſores habet octa
uas inſtitutionis.

## *De beato Martino Epiſcopo & Confeſſore.* CAP. XXXVII.

1 DE beato † Martino ſciendum,
quòd dicitur par Apoſtolis , non
propter ſuſcitationem mortuo-
rum quorundam,vt quidam pu-
tant:cùm idem multi alij fecerint martyres,
& confeſſores , vel propter multitudinem
miraculorum : ſed ſpecialiter propter vnum
miraculum.Cùm enim eſſet Thuroñ.Archi-
epiſcopus venit ad eum , quidam pauper &
inops tunicam ab eo petens , & ipſe con-
ceſsit. Iuſsit ergo procuratori ſuo vt eme-
ret.Ille



ret. Ille verò iuit ad forum , & tardus re-
dijt , tunicam vilem portans : quæ ferè pe-
nula , quaſi penè nulla poterat dici : quam
vir ſanctus ſibi monſtrare fecit. Erat autem
breuis fortè , vſque ad genua : manicæ vſque
ad cubitum,extrahens ergo ſuam,pauperi de-
dit: & ipſe pauperis tunicam induit. Nec mul-
tò poſt præparauit ſe ad celebrandum miſ-
ſam,& ſtans ante altare: ſicut mos eſt in præ-
fatione,leuauit manus ad Dominum manicis
laxis retrò labentibus : licet nec groſſa eius
brachia nec multum carnoſa eſſent : & cum
præfata penula,non niſi vſq; ad cubitum pro-
tenderetur , remanſerunt eadem brachia nu-
da.Tunc venerunt miraculosè aurei torques,
ipſáq; decenter operuerunt, & globus igneus
apparuit ſuper caput eius : per quod demon-
ſtratum eſt Spiritum ſanctum ſuper deſcen-
diſſe ad robur : ſicut ſuper Apoſtolos in Pen-
tecoſte. Vnde propter hoc non immerito di-
ctus eſt par Apoſtolis eſt etiam eis par in of-
2 ficio.¶ † Conſiderandum autem eſt,quòd ipſe
ſolus inter Confeſſores inſtitutionis habet o-
ctauas : ſicut beatus Laurentius inter marty-
res.ille enim dixit:igne me examinaſti:& non
eſt inuenta in me iniquitas . & Martinus in a-
gone mortis dixit dæmoni adſtanti:Nil inue-
nies in me cruenta beſtia. ecce quomodo con
cordant . ille præpollens martyr : quare præ
omnibus alijs octauas, & vigiliam habet iſte
confeſſor excellens:quare præ omnibus alijs
octauam habet. Cappam eius reges Franco-
rum conſueuerunt portare in prælijs : vt di-
ctum eſt in ſecunda parte,vbi agitur de ſacer-
dote. Fortunatus Poeta vir vita egregius , &
ingenio præclarus , de Italia Thuronis ve-
niens, geſta beati Martini cõſcripſit tempore
Ioannis Papæ tertij.

SVMMA.

1 Andrææ Apoſtoli ſtatura.Et vbi ille præ-
dicarit.nume.2.eiúſque diei officium.nu-
me.3.

## *De beato Andræa Apoſtolo.*

CAP. XXXVIII.

1 SAnctus Andræas†niger fuit co-
lore,barba prolixa, ſtaturæ me
diocris.hoc ideo dicitur vt ſcia-
tur qualis in Eccleſia debet de-
pingi:quod de vnoquoque Apo
ſtolorum , & aliorum multorum Sanctorum
2 ſciendum eſſet. Prædicauit autem in†Achaia
& Athenis : & circa partes illas. Excellentis
fuit valde meriti , nec ſine cauſa beatus Gre-
gorius fuit ſibi adeò deuotus , quòd ſibi fecit
proprium officium:& monaſterium condidit,
& ibi monachus extitit, vigiliam ex inſtitutio
ne nõ habet: quia eſt in tempore ieiuniorum,
quare non fuit neceſſe inſtitui ei vigiliam : &
idem eſt de beato Thoma Apoſtolo. Sanè
oſſa eius ac beati Lucæ euangeliſtæ tempore
Conſtantini ſecũdi Imperatoris tranſlata ſunt
apud Conſtantinopolim. Hac die dicitur epi-
3 ſtola : Corde†creditur ad iuſtitiam. Roma.x.
cap.& euangelium: Ambulans Ieſus iuxta ma
re. Matth.iiij.cap. ¶ Poſtcommunio : Venite
ad me . quæ eſt ibidem. ¶ In vigilia verò eſt
introitus: Dominus ſecus mare.Matth.iiij.ca-
pi. Et euangelium: Stabat Ioan. & ex diſcipu-
lis. Ioan.j.cap. ¶ Poſtcommunio : Dixit An-
dræas.Ioan.j.cap.

SVMMA.

1 D.Nicolai hiſtoria vnde introductum, vt le-
gatur in Eccleſia.

## *De beato Nicolao.* CAP. XXXIX.

LEgitur , quòd cum in quadam Ec-
cleſia,quæ dicitur Crux , ſubiecta
1 monaſterio beatæ Mariæ de cha-
ritate,†nondum hiſtoria beati Ni
colai cantaretur : fratres eiuſdem loci prio-
rem ſuum,vt eam ſibi cantare liceret, inſtan-
ter rogauerunt . ille verò hoc præcisè nega-
uit , dicens incongruum fore priſtinum mo-
rem nouitatibus immutare. Illis verò inſtan-
tibus indignatus reſpõdit : recedite à me:quia
noua cãtica . imò ioculatoria quædam in mea
Eccleſia non cantabuntur.Adueniente autem
eiuſdem Sancti feſtiuitate , fratres cum qua-
dam animi triſtitia matutinales vigilias pere-
gerunt. Cúmque omnes ſe in lectis recepiſ-
ſent , ecce beatus Nicolaus priori viſibiliter
terribilis apparuit:quem à lecto extrahẽs per
capillos,dormitorij pauimento alliſit, & inci-
piens antiphonã: O paſtor æternæ,per ſingu-
las vocũ differẽtias virgis,quas in manu tene-
bat, grauiſsimos ictus ſuper dorſum illius in-
geminans:per ordinem moroſè cantando an-
tiphonam ipſam,ad finem vſque perduxit : o-
mnibus ergo illis clamoribus excitatis, ſemi-
uiuus ad lectum deportatur , qui tandem ad
ſe rediens, dixit : ite & hiſtoriam nouam ſan-
cti Nicolai decantate . Tempore Henrici
quarti

quarti Imperatoris oſſa ſancti Nicolai apud
vrbem Beneuentum tranſlata ſunt.

SVMMA.

1 Beda, cur dictus venerabilis. & nume. 2.
Et vbi ſepultus.ibid.in fin.

## De uenerabili Beda Presbytero.

CAP. XL.

BEda venerabilis presbyter, &
monachus egregius, expoſitor,
claruit in Anglia, circa annum
Domini ccccccclxvj. qui licet in
Sanctorum catalogo compute
1 tur: non tamen ab Eccleſia † Sanctus, ſed vene
rabilis appellatur, duplici ratione. ¶ Primò,
quia cùm præ nimia ſenectute eius oculi ca-
ligarent, faciebat ſe duci per villas, & caſtra,
vbiq; verbum Domini prædicando, cúmque
quadam vice per quandam vallem magnis la-
pidibus plenam tranſiret, quidam ex ductori-
bus deriſoriè dixit ei, quòd ibi erat magnus
populus, congregatus, expectans eius prædica
tionem auidè & ſilenter: & tunc incepit ille
prædicare feruenter: & cum in fine concluſiſ-
ſet: per omnia ſecula ſeculorum: mox omnes
2 lapides alta voce clamaſſe dicũtur. Amen † ve
nerabilis pater. & ideò venerabilis pater ap-
pellatur. Alij verò aſſerunt, quòd angeli re-
ſponderunt, bene dixiſti venerabilis pater.
¶ Secunda cauſa eſt: quia poſt eius mortem
clericus quidam ſibi deuotus quendam ver-
ſum edere cupiebat: quem in illius tumulo
ſculpi facere intendebat, incipiendo ſic: Hac
ſunt in foſſa. volens verſum terminare, Bedæ
ſancti oſſa: ſed quia talem finem verſus cõn-
gruitas non patiebatur: & ſedula mente re-
uolueret, nec congruum finem videret. dum
quadam nocte multum ſuper hoc cogitaſſet:
mane ad tumulum properans manibus ange
licis taliter verſum ſcriptum reperit finitum.
Hac ſunt in foſſa Bedæ venerabilis oſſa. Eius
autem corpus apud Ianuam deuotione con-
grua dicitur coli.

SVMMA.

1 Thomæ Apoſtoli officiũ eccleſiaſticum.

## De ſancto Thoma Apoſtolo.

CAP. XLI.

1 HIſtoria † ſeu legenda de ſancto
Thoma Apoſtolo: & ſi quid ex ea
in reſpõſorijs vel antiphonis ſum-
ptum reperitur inter apocripha
deputatur: in ipſo autem feſto legitur ad miſ-
ſam euangelium: Thomas vnus ex duode-
cim. Ioan. xx. cap.

SVMMA.

1 Stephani, & Ioannis Euangeliſtæ, & Innocen
tium feſtum cur comitẽtur natiuitatẽ Dñi.
2 Martyrium eſt triplex.
2 Stephani officium. & nume. 4. 15.
5 Alchuinus compoſuit ſancti Stephani hiſto-
riam.
6 Ioannes euangeliſta paſſus eſt martyrium:
quod eſt voluntate, non opere.
7 Ioannis Euangeliſtæ officium.
8 Ioannes Euangeliſta obijt in feſto Ioannis
Baptiſtæ. & nume. 9.
10 Innocentes tertium martyrium ſuſtinuerũt,
quod eſt, opere & non voluntate. Et cur illud
feſtum celebret Eccleſia. nume. 14.
11 Innocentium feſtum cur non admittat canti-
ca lætitiæ. Et eorum officium. nume. 12. 13.

## De ſanctis Stephano, & Ioanne euangeliſta, & Innocentium. CAP. XLII.

POſt Domini natiuitatem ſequen
ti die fit feſtum de obitu beati
Stephani protomartyris: & ta-
men ipſe fuit paſſus in Auguſto.
Quare autem hoc feſtum fiat ſub feſto in-
uentionis eius dictum eſt. ¶ Quæritur, quare
1 † hæc tria feſta, videlicet ſanctorum Stepha
ni, Ioannis, & Innocentium, immediatè poſt
feſtum natiuitatis Domini ordinantur? Re-
ſpondeo. Primò, vt Chriſto capiti & ſponſo
omnes ſui comites adiungantur. Natus enim
Chriſtus ſponſus Eccleſiæ in hunc mundum
tres ſibi comites adiunxit: de quibus dicitur
in canticis: Dilectus meus candidus & rubi-
cundus electus ex milibus: candidus quantũ
ad Ioannem euangeliſtam prætioſum virgi-
nem, & confeſſorem: rubicundus quantum ad
Stephanum protomartyrem. electus ex mili-
bus, quantum ad magnam turbam Innocen-
tum. Secundò vt ſic Eccleſia omnium marty
rum genera: quorum quidem martyrij Chri-
ſti natiuitas cauſa fuit inſimul adunaret. Tri-
2 plex † eſt enim martyrium. Primum volun-
tate, & opere: & tale fuit martyrium beati
Stephani, & hoc eſt digniſsimum in genere.
Hoc autẽ dicimus: quia aliqua circunſtantia
facere poſſet, quòd aliquis confeſſor aliquo
martyre



martyre dignior eſſet: & ideò feſtũ eius prę-
cedit alia, & continuatur feſto dominicæ nati
uitatis. Vnde in ipſo feſto legitur: Mortem,
quam Saluator dignatus eſt pro omnibus pa-
ti: hanc ille primus præ omnibus reddidit ſal-
uatori. Et iterum: Chriſtus heri natus eſt in
terris, vt hodie naſceretur. Stephanus in cœ-
3 lis. ¶ In † feſto beati Stephani introitus eſt:
Etenim ſederunt Principes, & aduerſum me
loquebantur. in quo oſtenduntur inſidiæ prin
cipum Iudæorum beato Stephano inſidian-
tium. Epiſtola eſt. Actu. vj. cap. Stephanus ple-
nus gratia & fortitudine, quæ ſicut dicit Au-
guſtin. in ſermone huius diei cum plurimum
habeat admirationis, in ipſa ſpecie non minus
continet in myſterio dignitatis. in qua narra-
tur tam paſsio ipſius, quàm paſsionis cauſa, &
meritum ſeu remuneratio: & hæc etiam inſi-
nuantur, & repræſentantur in reſponſorio:
quod eſt: Sederunt Principes, & aduerſum me
loquebantur: & in illo, quod eſt: Video cœlos
apertos, & Ieſum ſtantem à dextris Dei. Actu.
viij. cap. Et in offertorio, & in poſtcommunio-
ne: Video cœlos apertos. Actu. vij. cap. Et in
nocturnali etiam officio idem repetitur, vt
oſtendatur, quòd ſæpe & ſæpius cõſiliati ſunt
principes Sacerdotum in mortem eius. Euan-
4 geliũ eſt: Ecce † ego mitto ad vos. Matt. xxiij.
cap. Et ſequitur: Hieruſalem, hieruſalem, quæ
occidis Prophetas, & lapidas eos, &c. Stepha-
nus enim fuit lapidatus: dicitur etiam ibi à
ſanguine Abel iuſti, ſicut enim ille fuit Pro-
tomartyr in veteri teſtamento: ſic iſte in no-
5 uo. ¶ Hiſtoriã ſancti Stephani compoſuit † Al-
chuinus Caroli magiſter, & Capellanus no-
cturnales antiphonas de pſalmis, quibus atti-
tulantur, accepit: cætera de actibus Apoſto-
lorum: antiphonis etiam laudum quidam ver
ſus præmittuntur, prout dictum eſt in ſexta
parte, ſub dominica de Trinitate. Frequenta-
tur autem in verſiculis allelu Ia: vel propter
ſolennitatem dominicæ natiuitatis: vel pro-
pter gaudium de conſortio. Stephani angeli-
cæ concionis. Dicitur enim illud capitulum:
Stephanus plenus gratia & fortitudine. & il-
lud: Surrexerunt quidam. quæ ſunt: Actu. vj.
cap. & illud: Cum eſſet Stephanus plenus. A-
6 ctu. vij. cap. ¶ Secundum † martyrium eſt vo-
luntate, & non operæ, quale fuit martyrium
Ioannis euangeliſtæ, qui martyr fuit, ſicut pa-
tet in illa antiphona: In feruentis olei dolium
miſſus Ioannes Apoſtolus, diuina ſe prote-
gente gratia illæſus exiuit: vt ſicut non ſen-
ſerat carnis æſtum, quia virgo fuit mente &
corpore: ſic nec æſtum feruentis olei ſenſit.
In natali autem eius canitur, in quibuſdam
Eccleſijs vna miſſa in exordio lucis, ad notan
dum, quòd ipſe accepto lumine huius mundi
ſacrificium virginitatis ſemper obtulit Deo:
quia enim non poterat habere vigiliam pro-
pter feſtum beati Stephani, ſtatutum fuit, vt
duas miſſas haberet. In miſſa de beato Ioan-
7 ne epiſtola: Qui timet † Deum, faciet bona.
Eccleſiaſt. xv. cap. Euangelium eſt: Dixit Ieſus
Petro. Ioan. vlt. cap. & cantatur allelu Ia. Val-
de honorandus eſt, &c. quod ibi dicitur: Qui
ſupra pectus Domini, in cœna recubuit: ſumi
tur Ioan. vlti. cap. introitus eſt: In medio Ec-
cleſiæ aperuit: Eccleſiaſti. xv. cap. & reſponſo-
rium. Exijt ſermo inter fratres, &c. Ioan. vj. ca.
Item allelu Ia. Hic eſt diſcipulus. Ioan. vlt. ca.
communio: Exijt ſermo. quæ eſt ibidem: Di-
citur etiam ad horas capitulum: Cibauit. Ec-
cleſiaſt. xv. cap. & illud: Benedictus Deus, & pa
ter. Epheſ. j. ca. & illud: Qui timet Dominum.
8 Eccleſiaſt. xv. cap. ¶ † Et nota, quòd beatus Io-
annes euangeliſta in feſto beati Ioannis Ba-
ptiſtæ obijt: ſed quia non poterat tunc eius fe
ſtum fieri tranſlatum eſt ad tertium diem na-
talis Domini: vt omnes comites ſuos haberet
ſponſus, vt pręmiſſum eſt. Et feſtum beati Io-
annis Baptiſtę, in ſuo die remanſit. nec mirum
quia dies illa ab angelo gaudio natiuitatis
præcurſoris authentica fuit. Nec eſt dogma-
tizandum, quòd euangeliſta Baptiſtæ, tanquã
maiori ceſſerit: & pro eo quòd legitur: Inter
natos mulierum, non ſurrexit maior Ioanne
Baptiſta: nam quòd nõ debet de ipſorum ma-
ioritate diſputandum, diuinitus eſt oſtenſum.
Cum enim duo magiſtri, quorum vnus Bapti
ſtam, alter præferebat euangeliſtam ſolẽnem
ad hoc indixiſſent diſputationem, & quilibet
ſolicitè inueſtigaſſet authoritates, & rationes
efficaces, quibus ſuum Ioannem præferre poſ
ſet, tandem die diſputationis adueniente, qui-
libet Sanctorum æmulatori ſuo apparuit di-
cens: Bene concordes ſumus in cœlis: de no-
bis non diſputetis in terris. Tunc illi ſibi ad-
inuicem, & omni populo viſionem publica-
uerunt, & Dominum benedixerunt: vel ideò
fuit ad tertium diem poſt Domini natiuita-
tem tranſlatum: quia fortè illa die dedicata
eſt ei Baſilica: vel quia fortè ea die redijt de
Pathmos inſula, vel inſulatus eſt: fuit enim

9 patriarcha Epheſinus.¶ Aiunt † quidã quòd
beatus Io. cum poſt celebratam miſſam de-
ſcendiſſet in tumulũ, euanuit ab oculis cir-
cunſtantium:& cum terra ibi ſcaturiat,de pro
fundo addunt eum viuere, & terram eius an
helitu ſcaturire:alij in cœlum tranſlatum.
igitur partim ex euangelio partim ex eius tri
bulatione hodierna copulatur hiſtoria:in cu
ius vltimo reſpõſorio.ſcilicet in medio Eccle
ſiæ:quod ſumitur de lib.Sap.in quo agitur de
ſpiritu intellectus neuma iubilatur:quia per
ſpiritum intellectus fuit de ineffabili verbo,
10 ſcilicet de Deo vero locutus.¶ † Tertium
martyrium eſt opere & non voluntate:quale
fuit martyrium Innocentum:quod ſicut ter-
tium locum obtinet indignitate: ita & inter
feſta martyrum.Sed quare feſtum Innocen-
tum celebratur ante feſtum ſtellæ, id eſt,epi
phaniæ cum mortui fuerint poſt apparitionẽ
ſtellæ quando, ſcilicet Herodes vidit quòd
illuſus eſſet à Magis.Reſpondetur, quòd He
rodes auditis rumoribus de Chriſto nato,
turbatus eſt valde, timens amittere regnum
vnde cogitauit facere interfici omnes pue-
ros:& ſic Chriſtus non euaderet,ſed fuit im-
peditus tunc:quoniam Aug.Cæſar mandauit
ei,quòd ad eum veniret cum Ariſtobolo &
Alexandro, filio ipſius Herodis, reſponſuris
coram eo:& quia non fuit auſus non ire: iuit:
poſtmodum verò reuerſus reuoluto anno
poſt natale Domini fecit omnes pueros in-
terfici à bimatu,id eſt,biennio & infra: *διετία*
enim græcè,dicitur latinè biennium.¶ Quæ-
11 ritur † quare in feſtiuitate Innocentum in
miſſa Gloria in excelſis: & Allelu Ia: & alia
cantica lætitiæ non cantantur?Dicunt magi-
ſtri ideò,quia mortui ſunt ante Domini paſ-
ſionem: & ſic ad inferos deſcenderunt. Sed
pari ratione,& in feſto beati Io.bap.ſubticeri
deberent.Dicẽdum eſt igitur,quòd hoc ideò
contingit:quia author officij,voluit nos con-
iungi in hac feſtiuitate animabus deuotarũ
mulierum de morte Innocentum plangentiũ,
& dolentium.Vnde cauſa triſtitiæ earum illa
dimittimus:& ideò legitur prophetia. Hier.
xxxj.ca.de innocentibus. Vox in rama audita
eſt:quæ ad literam de Beniamitis exponitur:
qui interfecti ſunt,propter vxorem læui, quã
oppreſſerãt:& Rachel fuit mater Beniamin.
Vel per Rachel quæ interpretatur ouis vel
videns:intelligitur Eccleſia,quæ plorat filios
ſuos,ſcilicet triplices.¶ Primi ſunt martyres
conſiderans eos eſſe ſibi ſubtractos: & nos
vult conſolari in præſenti, ſed omnem conſo
lationem trãsfert in futurum:quia non ſunt,
ſcilicet præſentes. ¶ Secundos filios luget
Eccleſia:quia ferè ad partum veniunt,in qui-
bus patitur abortum.Tertij verò,ſunt,qui iã
renati in baptiſmo erant:ſed per peccata re-
trocedunt:hos & illos luget Eccleſia:quia nõ
ſunt,id eſt, damnati ſunt: & ideò quia luget
Eccleſia cantica lætitiæ ſubticentur. Poteſt
eſſe & alia ratio:nam cantica lætitiæ propriè
poſt victoriam cantari debent: vnde Ezech.
dictum eſt.Diſpone domui tuæ:quia morie-
ris:quia poſt victoriam habitam non cecinit
cantica lætitiæ:ſed Innocentes non habue-
runt victoriã:nõ enim eſt victoria,vbi pugna
non eſt.Media ratio melior eſt. Quidam ta-
men pro allelu Ia cantant in miſſa: Laus tibi
Chriſte.Alij:Cantemus eia.Et dicitur epiſto-
12 la:Vidi†ſupra montẽ Syon agnum ſtantem.
Apoc.xiiij.c.& euangelium. Angelus Domini
apperuit in ſomnis.Mat.ij.c.Si autem feſtum
illud in dominica contingit, nullum canticũ
lætitiæ ſubticetur,propter gaudium reſurre-
ctionis. In octauis quoq; eorum cantica læ-
titiæ cantantur, pro ſignificatione gaudij,
quod accepturi ſunt in octaua,id eſt,in reſur-
rectione:quia licet ad inferos deſcenderint:
reſurgent tamen nobiſcum in gloria.Octauę
enim feſtiuitatũ celebrantur in memoriã ge-
neralis reſurrectionis,quã ſignificant.¶ Rur-
ſus quia hac die triſtitiam mulierũ repræſen
tamus:in multis Eccleſijs diaconi nõ vtuntur
dalmaticis: nec ſubdiaconi ſubtilibus,id eſt,
tunicellis,ad notandũ,quòd Innocentes ſta-
tim in morte primã ſtolam nõ receperũt:ſed
ad infernũ deſcenderũt:de hoc in tertia parte
13 dictũ eſt:ſub ti.de coloribus.¶ In† hoc feſto
dicitur.c.illud Vidi ſupra montẽ.Apoc.xiiij.c.
illud: Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt
coinquinati.& illud:Hi empti ſunt:ibidẽ.¶Et
aduerte,quòd antiphonę nocturnales de pſal
mis ſumuntur:cætera de epiſtola & euange-
lio.Quòd autẽ dicuntur cxliiij.milia:finitum
ponitur pro infinito: quia Deus omnes ſub
certo numero cõprehendit. Quod etiã dici-
tur:Vidi ſub altare Dei animas interfectorũ:
ſic eſt accipiendum: quia Ioannes vidit ani-
mas interfectorum ſub altare, id eſt, humi-
liatos capiti ſuo: vel quia in abſconſo: quia
nemo percipit hîc, quomodo ibi ſit. ¶ Sed
14 quare† ſolennizat Eccleſia pro morte Inno-
centum,

centum,



centum, qui nõ habuerũt voluntatẽ patiẽdi?
Videtur enim,quòd eadem ratione ſi aliquis
tyrannus interficeret,tot pueros deberet Ec-
cleſia ſimiliter ſolennizare pro illis, quod ve
rũ non eſt.Reſpõderi poteſt quòd hoc feſtũ
propter tria celebrandũ eſt:licet voluntatem
non habuerunt patiendi. Primò, quia Chri-
ſtus in eis quærebatur, & occidebatur. Se-
cundò,quia Chriſtus in eis celebratur diabo-
lo & Herodi. Tertiò, quia nomen Domini
non loquendo, ſed moriendo cõfeſsi ſunt:
quia pro Chriſto & vice Chriſti ſunt occiſi.
Erat Innocẽtes autem, quia circuncisi. nam
circuncisio erat tunc remedium contra ori-
ginale peccatum: licet non ita ſufficiens,ſi-
cut nunc baptiſmus eſt.¶ Illud autem ſcien-
15 dum eſt,quòd in quibuſdam Eccleſijs†in die
natalis Domini diaconi veſperis finitis in
honorem beati Stephani, qui eximius diaco
nus fuit in tripudio conuenientes cantant
antiphonam de ſancto Stephano: & ſacer-
dos collectam. Nocturnos autem & offi-
cium in craſtinum celebrãt & benedictio-
nes ſuper lectiones dant: quod tamen fa-
cere non debent.Et eodẽ modo faciunt ſacer
dotes in feſto beati Stephani in verſperis in
honorẽ ſancti Ioãnis:quia ipſe ſacerdos fuit:
& pueri in feſto ſancti Io.ad honorẽ Innocẽ
tium.Subdiaconi verò faciũt feſtũ in quibuſ-
dã Eccleſijs in feſto circũciſionis:vt ibi dictũ
eſt:in alijs in epiphania,& etiã in alijs in octa
ua epiphaniæ:quod vocãt feſtum ſtultorum.
Quia enim ordo ille antiquitus incertus erat.
nam in canonibus antiquis: extrà de æta. &
qua à multis quandoq; vocatur ſacer.& quan
doq; non. ideò ſubdiaconi certũ ad feſtan-
dum non habent diem, & eorum feſtum offi
cio celebratur confuſo.

SVMMA.

1 Apoſtolus,quis dicantur.Et qualiter offi-
cium Apoſtolorum exequatur Eccleſia.
2 Apoſtolorum officium.& num. 3.4.5.
6 Apoſtolis treis tantùm Romæ: & treis
Euangeliſtæ.

## De Apoſtolis. CAP. XLIII.

1 Aπόστολος,grę̨cè†interpretatur miſ-
ſis latinè inde Apoſtoli dicti ſunt:
quia à Chriſto miſsi fuerunt euan
gelizare per vniuerſum orbẽ Sa-
nè Eccleſia in communi de Apoſtolis ſolenni
zat & canit in matutinis:Ecce ego mitto vos
&c.quia omnes electi ſunt ſimul à Domino,
poſt ſermonẽ ad eos factũ in monte:ſicut ha
betur in Mat.& Marco:qui, videlicet, electi
ſunt xij.De quibuſdã tamẽ facit Eccleſia offi
cium propriũ, ſicut de beato Petro, propter
priuilegiũ dignitatis.De beato Paulo, quãuis
non ſit de xij.propter priuilegiũ prædicatio-
nis. De beato Ioanne, propter priuilegium
amoris,ſiue virginitatis.Et de beato Andræa,
propter priuilegium crucis: quã ita ardenter
prædicauit,concupiſcit & habuit.¶ Per horas
2 capitulũ illud:Iã non eſtis†hoſpites & adue-
næ. Ephe. ij.& illud. Non vos me elegiſtis:
quod eſt ibidẽ.& illud.Beatus vir, qui ſuffert
tentationẽ.Iac.j.c.& illud Magnificauit eum
in timore inimicorũ.Ecc.xlv.Et illud: Statuit
illi Dominus teſtamentũ ſempiternũ:ibidem
& illud in fide & lenitate illius ſanctũ fecit
illũ ibidẽ:& illud:ibant Apoſtoli gaudentes.
Act.v.& illud.Nã quos præſciuit,hos & præ-
deſtinauit cõformes.Ro.viij.ca.& illud.Cor-
pora ſanctorũ in pace ſepulta ſunt.Ecc. xliiij.
c.& illud: Non eſurient,neq; ſitient amplius.
Apo.vij.ca.& illud:Nos in ſenſati vitam illo-
rum.Sap.v.& illud. Ipſo ſummo angulari la-
3 pide Chriſto Ieſu.Ephe.ij.ca.habent† autem
vigilias & octauas: quia ſi compatimur &
conregnabimus.de hoc dictũ eſt in.iiij.parte
ſub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduen-
tus.Inſtantia tamen eſt de beato Ioanne euã
geliſta,quo ad ieiunium quod contingit:tum
quia vt dicunt quidam non fuit martyr, niſi
animo:tum propter feſtum ſancti Stephani
quod eſt in vigilia feſti eius. ¶ In vigilijs
4 † Apoſtolorum dicitur epiſtola: Benedictio
Domini ſuper caput eius. Prouer.xv.cap. Et
Eccle.xlv.c.Item illa: Per manus autem Apo
ſtolorum fiebant ſigna & prodigia.Act. v.ca.
Et euangelium.Ego ſum vitis vera. Ioan. xv.
5 cap.In†feſtis verò Apoſtolorum dicitur epi-
ſtola.Iam non eſtis hoſpites & aduene.Ephe.
v.cap. Item illa. Hi ſunt viri miſericordiæ.
Eccle.xliiij.Item illa.Scimus,quia diligenti-
bus Deum.Rom.viij. cap. item illa. Benedi-
ctus Deus,& pater Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti. Ephe. j. capit. item illa: Spectaculum fa-
cti ſumus ad Corinthios iiij. capitu. item
illa: Vnicuique veſtrum data eſt Epheſ.iiij.
cap. item Allelu Ia. Ego vos elegi. Ioan. xv.
Item illud.Venite ad me omnes,qui laborat.

Mar.xj.c. euange. verò : Hoc eſt præceptum
meum:vt diligatis inuicem &c. Ioan.xv.ca.&
illud.Hoc mando vobis.quod eſt ibidem.itē
illud:Ecce ego mitto vos.Mat.x.c.item illud:
Facta eſt contentio inter diſcipulos Ieſu.
Luc.xxij.ca.item illud: Deſignauit Dominus
& alios.Luc.v.c.& illud.Ego ſum vj.ve.Ioan.
xv.c.item illud.Dixit Simon Petrus. Mat.xix
c.Poſtcommunio:Amen dico vobis,quòd vos
qui ſe.Mat.xix.cap.item illa. Vos , qui ſecuti
6 eſtis me:quæ eſt ibidem. ¶ † Et nota , quod
tres Apoſtoli leguntur tantùm viui fuiſſe Ro
mæ , ſcilicet Petrus & Paulus & Ioannes.&
tres euangeliſtæ ſcilicet Ioannes Marcus &
Lucas.¶ Notandum eſt etiam Apoſtolos ſiue
Chriſti diſcipulos non ideò tantū fuiſſe paſ-
ſos:quia prædicabant de Chriſto : ſed quia
ipſum deificatum aiebant,ſine Romanorum
authoritate,quod ipſi prohibuerant. Eccleſia
olim ſtatuit fieri cōmuniter feſtum de omni-
bus Apoſtolis in Cal.Maij.vt dictū eſt in ſex
ta parte ſub feſto Apoſtolorum Philippi &
Iacobi.

## SVMMA.

1 Euangeliſtæ quatuor,deſignant fluuium
Paradyſi in quatuor capita deriuatum.Et
recta eſt ea comparatio.num.2.5.
3 Euangeliſtas quatuor, & quatuor Docto
res tantùm,cur admiſerit Eccleſia.
4 Euangeliſtæ quatuor , per quatuor ani-
malia figurantur. Item per quatuor anu-
los aureos rotundos arcæ.num.6.
7 Euangeliſtarum officium Ecclaſiaſticum
communem eis.variè.& num.9. Excepto
Ioanne habente proprium.num.8.

## De Euangeliſtis. CAP. XLIIII.

POſt Apoſtolos Eccleſia venera
tur etiā euangeliſtas : qui non
tantū prędicauerunt,ſed etiam
euangelia ſcripſerunt. Legitur
1 enim in Gene.iiij.c.quòd† flu-
uius egrediebatur de loco voluptatis,ad irri-
gandū paradyſum : qui diuiditur in quatuor
capita:ſcilicet phyſon:gyon:tygrim & eufra
trem.Sane allegoricè fluuius ille, euangelica
prædicatio eſt,quæ à Chriſto procedit,à quo
generaliter omnis voluptas emanat. Venite
inquit ad me omnes,qui laboratis:& onerati
eſtis:& ego reficiam vos:& inuenietis requiē
animabus veſtris. Iugū enim meū ſuaue eſt:
& onus meū leue.Guſtate & videte,quoniam
ſuauis eſt Dominus: beatus vir , qui ſperat in
2 eo.¶ Rectè autē hæc prædicatio fluuio† com
paratur:tum quia reficit abluit & fecundat:
tum quia fluuius,dicitur aqua fluens & vt Sa-
lomon ait:Aqua profunda verba ex ore viri,
& torrens,inundans,eſt fons ſapientiæ:qui tā
longè latéq; defluxit,vt mundum repleuerit,
vniuerſum. iuxta illud. Euntes in vniuerſum
mundum,prædicate euangelium &c.quapro-
pter in omnem terrā exiuit ſonus eorū:& in
fines orbis terræ verba eorū. Hoc irrigat pa-
radyſum, id eſt fœcundat Eccleſiam : iuxta
illud,quod dicit Apoſtolus:Ego plātaui,Apol
lo rigauit, Deus autem incrementum dedit.
Hic eſt enim fons hortorū , putens aquarum
viuentium,quæ fluunt impetu de libano.Flu-
uius autem iſte , in quatuor capita diuiditur:
quia prædicatio Ieſu Chriſti in quatuor euā-
gelia deriuatur : nam licet ſcripſerint multi
euāgelia : quia Luca teſtante : Multi conati
ſunt ordinare narrationem rerum, quæ in no
bis completa ſunt:tamen non niſi quatuor re
cepta ſunt ab Eccleſia : videlicet , Matthæi,
3 Marci,Lucæ & Ioannis : quod † vtiq; factum
eſt quadruplici ratione.¶ Primò ad oſtenden-
dum duorū teſtamentorum concordiam:ſi-
cut enim in veteri teſtamento vnus fuit le-
giſlator:ſcilicet Moſes , & quatuor maiores
pphetæ,ſcilicet Eſaias, Hieremias,Ezechias,
& Daniel &.xij.minores prophetæ : & multi
ſapientes:ſcilicet Iob,Dauid,Salomon,& Ie-
ſus Syrach ita & in nouo teſtamento vnus
fuit legiſlator ; ſcilicet Chriſtus : & quatuor
euangeliſtæ:duodecim Apoſtoli:& multi alij
doctores:vt Hieronymus, Auguſtinus , Am-
broſius,& Gregorius , vt per hoc oſtendatur
quia rota continetur in medio rotæ : & duo
Cherubin ſeſe reſpiciunt verſis vultibus in
propiciatorium. ¶ Secundò , pro miniſterio
quadrigæ Aminadab , de qua ſponſa in can-
ticis dicit : Anima mea turbata eſt propter
quadrigas Aminadab. Aminadab , enim in-
terpretatur ſpontaneus Domini:hic eſt Chri-
ſtus qui factus homo , oblatus eſt quia ipſe
voluit : huius quadriga eſt euangelica do-
ctrina,per quam eius fama per mundum ve-
hitur vniuerſum : cuius quatuor rotæ ſunt
dicti quatuor euangeliſtæ:propter hanc qua
drigam ſponſa,id eſt,Eccleſia ſalubri dolore
turbatur



turbatur ad pœnitentiam.¶ Tertiò , ad deſi-
gnandum liberationem generis humani à
morte quadrifica,id eſt,à tranſgreſsione qua
druplici:prima tranſgreſsio , fuit mandati in
paradyſo:ſecunda,legis naturalis:tertia,legis
ſcriptæ:quarta,euangelij : vel potius peccatū
fragilitatis per impotentiam : ſimplicitatis
per ignorantiam:ſecuritatis,per negligentiā:
malignitatis per inuidiam.His enim quatuor
modi peccandi anima moritur,& ſeparatur à
Deo.¶ Quartò , pro miniſterio formæ qua-
drigæ:ſicut enim in cæteras formas quadra-
tum,ſic inter cæteras doctrinas euangelium
ſolidius & ſtabilius perſeuerat:nam illud vn-
diq; ſtat:& ideò legitur Apoc.xxj. cap. quòd
ciuitas in quadro poſita eſt : & iſtud propter
ſtabilitatem appellatur æternum : per cuius
gratiam homo quadratur in moribus : & in
virtutibus ſolidatur. Cæterùm iſtorum po-
tius, quàm aliorum euangelia recepta ſunt:
tum quia ipſi diligentius & apertius hiſtoriā
euangelicam deſcripſerunt : tum quia licet
aliquando varia ſeu diuerſa, nunquàm tamen
contraria ſeu aduerſa ſcripſerunt : tum quia
4 iſti quatuor † animalium figuris in viſione
Io.& Eze.præfigurati ſunt Eze.j.c.Matthęus
per hominem:eò , quòd eius intentio præci-
puè circa ſcribendam Chriſti humanitatem
verſatur. Vnde eius liber ab humana Chri-
ſti natiuitate ſumit exordium. Liber , inquit,
generationis Ieſu Chriſti &c. Marcus per
Leonem,in deſerto rugientem:eò,quòd eius
intentio præcipuè circa deſcribendam eius re
ſurrectionem cōſiſtit.Vnde eius euangelium
antonomaticè in die reſurrectionis legitur.
Dicitur autem quòd leo rugitu maximo ter-
tia die ſuos excitat catulos:ita & Deus pater
immenſa potentia ſua,filium ſuum tertia die
ſuſcitauit : vnde & Marcus ab exclamatione
incipit:ſcilicet à prædicatione Ioā.in deſerto
clamantis & dicentis: Vox clamantis in de-
ſerto.Et ſcias quòd Marcus fuit longo naſo,
ſubducto ſupercilio, pulcher oculis , caluus,
barba prolixa , habitudinis optimæ , ætatis
mediæ,canos aſperſus.Lucas per vitulum:eò
quòd præcipuè circa deſcribendam Chriſti
paſsionem eius intentio verſatur:in qua Chri.
ſtus ſe obtulit hoſtiam Deo patri , idem ſa-
cerdos & hoſtia.Vitulus enim erat hoſtia ſa-
cerdotalis. vnde à ſacerdotio incipit dicens:
Fuit in diebus Herodis regis Iudeæ ſacer-
dos quidam &c.Ioannes per aquilam:quia cę
teris cum Domino gradientibus ipſe in cœlū
ad deſcribendam Chriſti diuinitatem vola-
uit,dicens:In principio erat.& de hoc dictum
eſt in prima parte ſub tit. de picturis. Hæ ſi-
quidem quatuor principales intentiones de-
ſignatæ ſunt per figuras illorum quatuor
animalium:& quorum quodlibet ſecundum
viſionem Ezechielis. iiij. habet facies quo-
niam omnes de ſingulis agunt : licet quidam
principalius de quibuſdam , præſertim cum
omnes agant de Chriſto cui quatuor ille fi-
guræ conueniunt : fuit namq; homo naſcen
do,vitulus moriendo,Leo reſurgendo,aquila
aſcendendo.Quæ vt melius intelligas , ima-
gina aliquod animal habens caput quadra-
tum:& in qualibet ſuperficie imagina vnam
faciem , videlicet à parte anteriori , faciem
hominis : à dextris, faciem Leonis:à ſiniſtris,
faciem vituli:à parte poſteriori,faciem aqui-
læ à ſuperiori. Quia verò facies aquilæ ſuper
alias eminebat propter colli longi produ-
ctionem : ideò dicitur quòd erat deſuper.
Quolibet etiam horum habebat quatuor
alas.de pœ.di.ij. pennata.Finge enim quodli-
bet animal quaſi quadratum : in quadrato
ſunt quatuor anguli : & in quolibet angulo
erat vna ala.Porrò hi quatuor ſignificati ſunt
5 per prædicta† quatuor flumina : per phyſon
Ioannes : per gyon Matthæus : per tygrim
Marcus,per eufratem , Lucas. Sic enim clarè
probat Innocen.iij.de euangeliſtis in ſermo-
6 ne.Sunt† etiam ſignificati per quatuor anu-
los arcequi aurei & rotundi erant. In auro
claritas:in rotunditate , quæ initio caret , &
fine deſignatur æternitas:ipſi enim æternam
Chriſti claritatem : & claram æternitatem
deſcribunt per duos anulos à ſiniſtris duo
euangeliſtæ,ſcilicet. Matth. & Ioannes , qui
ab ipſo Chriſto fuerunt edocti , ſignifican-
tur. Quidam tamen per duos anulos à ſini-
ſtris Matth. & Ioannem : qui adhuc paſsibili
& mortali adhæſerant , accipiunt : per duos
à dextris Marcum & Lucam , qui poſt aſcen-
ſionem ei iam facto immortali & impaſsi-
bili adhæſerunt accipiunt:per ſiniſtram enim
mortalitas : per dextram immortalitas deſi-
gnatur , ſecundum illud. Læua eius ſub ca-
pite meo : & dextera illius amplexabitur
me. Et propter hanc cauſam in picturis ec-
cleſiarum Paulus ad dexteram : & Petrus
ad ſiniſtram ſtatuuntur ſaluatoris:& in bulla
papali caput Pauli à dextris crucis : & caput

7 Petri à ſiniſtris.¶Sanè in† quibuſdam Eccle-
ſijs antiphona ad Magnificat, in eorum offi-
cio eſt: Ecce ego Ioannes vidi oſtium aper-
tum in cœlo &c.Apoc.iiij.¶Per horas autem
dicitur capitulum:In medio Eccleſiæ aperuit
os eius.Eccle.xv. cap. & illud: Cibauit illum
Dominus pane vitæ,& intellectus:ibidem.&
illud:Iucunditatem & exultationem theſau-
rizauit:quod eſt ibidem. Omnia reſponſoria
ſumpta ſunt de Eze.Primum de viſione Dei,
ſcilicet Vidi coniunctos &c. ¶ In laudibus
verò habetur de miniſterio prædicationis
eorum:Dilecti Deo & hominibus &c.Eccle.
xlv.cap.¶Introitus miſſę propriè eſt:Os iuſti
8 meditabitur ſapientiam. Tamen † Ioan̄es
euangeliſta habet introitum proprium, pro-
pter priuilegium amoris & dignitatis, vide-
licet.In medio Eccleſiæ aperuit os eius. &c.
quia ipſe non tantùm fuit euangeliſta, ſed
etiam propheta:quod patet in principio libri
Apoc. vbi dicitur: Beatus, qui legit, & qui
audit verba prophetiæ huius, & ſeruat ea,
quæ in ea ſcripta ſunt. ¶ Notandum tamen
eſt, quòd iſte introitus propter priuilegium
prædicationis: ſecundariò competit Auguſt.
9 Grego. & alijs expoſitoribus. ¶ † Epiſtola in
quibuſdam Eccleſijs eſt de figura quatuor
animalium:Ecce ego Ioan.vidi oſtium aper-
tum.Apoc.iiij.cap. Aliæ Eccleſiæ dicunt illã:
Ezech.j.cap.Similitudo vultus &c.¶ Reſpon
ſorium eſt: Beatus vir qui timet Dominum
&c.verſus eſt.Potens in terra erit ſemen eius
&c.quòd intelligitur de ſemine verbi Dei,&
bonorum operibus.Sequitur: Generatio re-
ctorum benedicetur:quia euangeliſtæ gene-
rant filios Dei,qui benedicuntur.¶ Allelu Ia
in quibuſdam Eccleſijs eſt. Primus ad Syon
dicet ecce aſſ. & hieruſalem. euang. Dabo.
Eſa. xlj. cap. In alijs verò Eccleſijs dicitur
allelu Ia: Beatus vir. *Euangelium* eſt: Deſi-
gnauit Dominus & alios ſeptuagintaduos
diſcipulos.Luc.x. cap. & ſequitur. Et dicebat
illis. Meſsis quidem multa: operarij verò
pauci.xx.diſtin.in nouo. Offertorium eſt.Po-
ſuiſti Domine ſuper caput &c. Poſtcõmunio
eſt:Magna eſt gloria eius in ſalutari &c.

SVMMA.

1 Martyr, id eſt, teſtis. Et an habeat octa-
uam & vigiliam.
2 Martyrum officium. variè per diſcur-
ſum num.3.4.9.
5 Martyrum præmium. & eius expoſitio. &
num.6.
7 Arundinetum,quid.
8 Melota, quid.

## *De Martyribus.* CAP. XLV.

1 Mἀρτύρ Græcè, dicitur teſtis† la-
tinè:martyres enim teſtes ſunt
quòd Chriſtus paſſus eſt pro
omnibus, & ipſi pro Chriſto.
¶Sanè ſolus beatus Laurentius
inter martyres vigiliam habet & octauam:
prout ſub eius feſto dictum eſt omnes enim
martyres ſingulares habent communia offi-
cia exceptis Stephano:Laurentio:Ioanne ba-
2 ptiſta & alijs quibuſdam.Et eſt† introitus ad
miſſam:Gloria & honore coronaſti eum Do
mine.vel, Sapientia ſanctorum. Eccle.xliiij.
cap.vel Iudicabunt ſancti. Sap.iij.cap. vel Sa-
cerdotes Dei. Dañ.iij. vel, Lætabitur iuſtus.
Hi tamen in paſchali tempore habent aliud
officium eò, quòd in illo tempore oportet
quòd frequenter repetatur allelu Ia propter
gaudium reſurrectionis,& tunc eſt introitus:
Protexiſti me à conuentu malignantium,&c.
& quia corona debetur eis tanquàm victori-
bus:ideò ſæpe fit mentio de corona:vnde Ste
phanus,interpretatur coronatus.Epiſtola ve-
rò quandoq; dicitur pro vno martyre. Iuſtus
cor ſuum.Eccle.xxxix.cap.quandoq; illa:Bea
tus homo,qui inuenit ſapientiam. Prouer.iij.
cap.quandoq;: Iuſtorum animæ. Sap. iij.cap.
quandoq; illa:Iuſtus in morte præoccu.quæ
eſt ibidem.iiij.cap. quandoq; illa. Beatus vir,
qui in ſapientia.Eccle. xxiiij. cap. & xv.quan-
doq; illa: Benedictus Deus, & pater.ad Co-
rinth.j.cap.quandoq; illa: Memor eſto.ij. ad
Timo.ij.cap. quandoq; illa: Nemo militans:
quæ eſt ibidem:quandoq; illa:Beatus vir, qui
inuentus eſt. Eccle. xxxj. cap. quandoq; illa:
Benedictio Domini ſuper caput. Prouer.xxv.
cap.quandoq; illa:Stabunt iuſti. Sapien.v.cap.
Euangelium verò dicitur quandoq;: Si quis
vult poſt me venire. Mat.xvj. cap. quandoq;
illud: Si quis venit ad me. Lucæ. xiiij. quan-
doq; illud:Niſi granum. Ioan. xij. cap. quan-
doq; illud:Nolite arbitrari. Mat. x.quandoq;
illud:Nihil opertum.quod eſt ibidem. quan-
doq; *illud :Si quis venit ad me, & non odit.*
Luc.xiiij.cap.¶Pro pluribus verò martyribus
3 † dicitur quandoq; epiſtola: Lingua ſapien-
tium



tium.Prouerbio.xv.cap.quandoque illa: Be-
nedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu
Chriſti. j.Petr. j.cap. quandoque: Iuſtorum
animæ in manu Dei ſunt. Sapien.iij. quando-
que: Rememoramini priſtinos dies.Hebræ.
x. quandoque: Sancti per fidem. Hebræ.xj.
cap quandoq;: Expectatio iuſtorum lætitia.
Prouerbio.xj.cap. quandoque: Hi ſunt viri.
Eccleſiaſt. xliij. cap. quandoque: Abſterget
Deus. Apocalyp.vij.cap.quandoque: Reddet
Deus. Sapient. x. quandoque. Iuſti autem in
perpetuum viuent.Sapient.v.cap.quandoque.
Quis ſeparabit nos à charitate Chriſti. ad
Roman.viij.cap. ¶Allelu Ia eſt:Hi ſunt duæ
oliuæ. Apocalyp. xj. cap. euangelium verò
quandoque dicitur: Cùm audieritis prælia.
Luc. xxj. quandoque: Deſcendens Ieſus de
monte. Luc. vj. cap. quandoq;. Videns Ieſus
turbas. Matt. v. cap. quandoq;. Egrediente
Ieſu de templo.Mar.xiij.cap. quandoq;.Attẽ
dite à fermento Phariſæorum. Luc. xij.cap.
quandoq; illud: Sedente Ieſu ſuper montem
oliueti.Matt.xxiiij. cap. quandoq; illud: Væ
vobis, qui ædificatis. Lucæ. xij. quandoque
illud:Qui vos audit. Luc. x. cap. quandoque
illud:Confitebor *tibi* pater. Matt.xxvj.¶ Di-
citur poſtcommunio:Amen dico vobis,quod
vni.Matt.v.cap.quandoq;:Et ſi coram homini
bus. Sap.iij.cap. quandoq;: Quicunq; fecerit.
Mat.xij.quandoq;: Dico autem vobis.Mat.x.
cap.quandoq;: Signa autem. Mar. vlt.cap.&
4 quandoq;:Multitudo. Luc.vj. cap.¶ In† no-
cturnali verò officio primum reſponſorium
eſt: Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit
vſq; ad mortem &c.& eſt quinti toni:quia pe
tulantia quinq; ſenſuum fuit mactata in eis.
In tempore verò paſchali primum reſpon-
ſorium eſt:Beatus vir,qui metuit Dominum:
& eſt octaui toni:propter octauam, quæ ſi-
gnificat gloriam reſurrectionis: quia verò
ſancti martyres in tolerandis tormentis ſe
habuerunt conſtanter: & conſtantia à ſolo
Deo eſt,ideò illud reſponſorium:O veneran-
da martyrum &c. cantatur pro eis. & eſt
quinti toni:quia martyres quinq; ſenſus Deo
immolauerunt.de martyribus etiam canta-
tur illud reſponſorium: Fulgebunt iuſti, &
tanquàm ſcintillæ in arundineto diſcurrent.
Iudicabunt nationes, & dominabuntur popu
lis,& reg.dom.in æternum &c. Sap. iij.cap.&
5 eſt ſenſus:Iuſti† fulgebunt in futuro diuerſis
beatitudinibus: prius tamen in hoc ſeculo
diſcurrent, id eſt, per diuerſas mundi partes
curſitando diuina verba alijs annuntiabunt:
& hoc faciunt more ſcintillarum diſcurren-
tium per arundinetum: ſicut enim ſcintillæ
vel fauillæ ignis arundinetum, id eſt, mate-
riam fragilem arundinum atterunt, & anni-
hilant:ſic & ſancti ſua prædicatione ignita,
id eſt, diuino igne accenſa, vitia quæ reſpe-
ctu fortium virtutum fragilia ſunt, deſtruẽt.
Iudicabunt, id eſt, dominabuntur nationes,
id eſt, illos, qui in peccatis ſuis permanſe-
runt.& regnabunt in æternum, id eſt,in æter
nitate cum Deo recipient immortalitatem,
& impaſsibilitatem,cæteráſq; virtutes.¶ Rur
6 ſus in *his* † verbis exprimitur ſtola carnis,
quam ſancti recipient, quæ conſiſtit in qua-
tuor,ſcilicet in claritate,ſubtilitate,agilitate,
& impaſsibilitate. Nam fulgebunt clari &
tanquàm ſcintillæ ſubtiles in arundineto,
diſcurrent agiles, & regnabit Dominus eo-
rum in perpetuum: & ipſi cum Domino im-
paſsibiles.Nam abſterget Deus omnem la-
crymam ab oculis ſanctorum &c.imò exul-
tabunt in gloria, & de cubilibus ſuis: quod
ad ſtolam ſpiritus refertur, quam etiam re-
7 cipiunt ſancti.& nota quòd † arundinetũ eſt
locus, in quo ſunt multæ arundines ſiue can-
næ: ſicut in paludibus flante autem auſtro
ex aſsidua confricatione arundinum ignis
accenditur.ſcintillæ vndiq; aduolant & accen
ditur arundinetum,quod allegoricè contin-
git in ſanctis. de martyribus etiam canta-
tur. Circuierunt in melotis. Hebræorum.xj.
8 quaſi dicat in petra: Melota eſt† veſtis facta
de pillis vel de pelle *cuiuſdam animalis:*
quod melota vocatur ſiue taxus. Eſt enim
habitus neceſſarius ad exercitia operis.¶ Per
horas etiam dicitur capitulum illud: Beatus
9 vir†qui ſuffert.Iac.j.cap. & illud: Beatus vir
qui inuentus eſt ſine macula. Eccle.xxxj.cap.
& illud:Beatus vir, qui in ſapientia morabi-
tur.Eccleſiaſt.xiiij.cap.& illud: Iuſtorum ani-
mæ. Sapient. v.capi. & illud: Iuſti autem in
perpetuum viuent. ibidem. & *illud: Sancti*
per fidem. Hebræ. xj. *& illud:* Potuit enim
tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus. Eccle-
ſiaſt.xxxj.cap. & illud: Corona aurea ſuper
caput eius.Eccle. xlv. & illud: Stolam iucun-
ditatis induit.ibidem.ibi tamen dicitur: Sto-
la gloriæ. *& illud. Sancti* ludibria & verbe-
ra. Hebræo. xj. & illud: Tanquàm aurum
in fornace. Sapien.iij. cap. & illud: Hi ſunt,

qui venerunt de tribulatione. Sap. vij.cap.& illud: Non eſurient neq; ſitient. ibidem.& illud.Iuſti tulerunt ſpolia impiorum. Sap.x. cap. & illud. In bonis iuſtorum exaltabitur ciuitas.Prouerb.xj.c.¶ Illud etiam ſciendum eſt,quòd Eccleſia celebrat feſtum quorundã martyrum veteris teſtamenti prout dictum eſt in feſto Machabæorum.

SVMMA.

1 Confeſſores, dicuntur laudatores quod verbum commune etiam eſt & martyribus,& virginibus,& veris ſancti.
2 Confeſſores diſtinguuntur in Epiſcopos & Presbyteros. Et vtrorumq; aliquando idẽ officiũ :ſæpe diuerſum.vide & 3.4.5.

### *De Confeſſoribus.* CAP. XLVI.

1 COnfeſſores,dicuntur† laudatores : licet autem tam martyres,quàm virgines, quàm etiã omnes ſancti veri ſunt Chriſti confeſſores.Martyres tamen, quia in iraſcibili vincunt, tranſcendunt & ſuperlucrantur ſpeciale vocabulum martyrũ: & virgines quia vincunt in concupiſcipili nomen virginum,& doctores, quia alios ſuperant in rationabili doctorum: hinc eſt, quòd martyres, & virgines, & doctores, aureola
2 decorabuntur.¶ Sanè† confeſſores diſtinguuntur in epiſcopos & presbyteros. De epiſcopis dicitur introitus:Statuit. Eccle. xlv.ca.Et epiſtola:Ecce ſacerdos magnus.Eccle.xliiij. Ipſi enim ſunt magni ſacerdotes. & illud de epiſcopis dicitur : Inueni Dauid ſeruum meum oleo ſancto meo vnxi eum:quia non tantùm vncti fuerũt in baptiſmo, & in cõfirmatione, & ordinatione in presbyteros : ſed etiam in conſecratione in epiſcopos:vt habeant miſericordiam ſuperfluentem,& officia illa, quæ incipiunt ſacerdotes,propriè competunt epiſcopis:cætera ſunt communia , & plura ſunt reſponſoria octaui toni : quia afflixerunt & crucifixerunt carnem ſuam cum vitijs,& cõcupiſcentijs, propter octauas reſurrectionis.
3 ¶ Rurſus† de confeſſoribus dicitur quandoq; epiſtola:Dilectus Deo.Eccle.xlv.c.quandoq;. Teſtificator coram Deo.ij.ad Tim.iiij. quãdoq;:Plures facti ſunt ſacerdotes.ad Heb.vij. ca. quandoq;: Dedit Dominus confeſsionem Eccle.xlvij.c.quandoq;: Iuſtus cor ſuum quæ eſt Eccle.xxxix.c.quandoq; : Sapientia laudabit animam.Eccle.xxiiij.quandoq;:Iuſtum deduxit Dominus.Sap.x.ca.quandoq; : Doctrinis varijs.ad Hebræ.xxiij.ca. quandoq; : Ego enim iam delibor.ij.Timot.iiij.Allelu Ia:Iuſtus germinabit. Eſa. xxxv. cap. Euangelium verò dicitur quandoq;:Sint lumbi veſtri præcincti. Luc.xij.quandoq;:Vigilate. Mat.xxiiij. quandoq;:Homo quidam peregrè. Matth.ij. cap.quandoq;:Videte & vigilate.Mar.xiij.ca. quandoq; : Homo quidam nobilis. Luc. xix. cap. quandoq; : Nemo accendit lucernam. Luc. xj. cap. quandoq; : Vos eſtis ſal terræ. Matth.v. cap. quandoq; : Nolite timere puſillus grex. Luc. xij.cap. Poſtcommunio eſt: Quinq; talenta.Matth.xxv. & quandoq; : Fidelis ſeruus.Matth. xxiiij.cap.& Luc. xij.cap.
4 ¶ Per † horas verò dicitur capitulum illud: Ecce ſacerdos.Eccle.xliiij.cap.& illud:Benedictionem omnium gentium &c. quod eſt ibidem. & illud. Cognouit eum. ibidem. & illud:Iuſtum deduxit. Sap.x.cap.& illud : Iuſtus cor ſuum.Eccle.xxxix.cap. & illud : Magnificauit eum in conſpectu regum. Eccle. xxv.cap.ſed quòd hîc dicitur : Magnificauit: dicitur ibi glorificauit.& illud : Labia ſacerdotis cuſtodiunt.Malach.ij.cap.& illud.Non eſt inuentus ſimilis illi: Eccle. xxiiij. cap. & illud. Fungi ſacerdotio & habere laudem. Eccle. xlv. cap. & illud : Talis decebat, vt eſſet nobis pontifex : ibidem. & illud : Collaudabunt multi ſapientiam eius. & vſq; in ſeculum non recedet memoria eius. Eccle. xxxix. cap. & illud : Honeſtauit illum in laboribus.Sap.x.cap. & illud : Cuſtodiuit illum
5 ab inimicis:quod eſt ibidem.¶† Illud autem notandum eſt, quòd ſi plura feſta in eadem die concurrant, illius qui inter eos maioris erit nominis officium celebratur. De hoc dictum eſt in procemio huius partis.

SVMMA.

1 Virginum officium.& num.2.3.5.
4 Virginis quænam habeant proprium officium.

### *De Virginibus.* CAP. XLVII.

1 OFficium matutinale† virginum maximè ex parte ſumitur de pſalmo epithalamico,ſcilicet: Eructauit cor meum : in quo agitur de laudibus ſponſi & ſponſæ. Virgines enim, ſunt ſponſæ Chriſti : quæ ſe



quæ ſequuntur agnum, quocunque ierit, in corpore & in anima, propter integritatem corporis & animæ. ¶Notandum autem eſt, quòd illud reſponſorium quod eſt de ſponſo,ſcilicet:Audiui vocem de cœlo &c. quod in quibuſdam Eccleſijs dicitur : eſt primi toni:quia vnicus eſt ſponſus animarum Chriſti: & ſumitur de Matth.xxv.ca.illud verò,quod eſt de contemptu mundi, ſcilicet:Regnum mundi & omnem ornatum ſeculi contempſi &c.eſt quinti toni:quia ibi oſtenditur concul
2 catio quinque ſenſuum. ¶De † virginibus enim cantatur illud:Fulcite me floribus.Cantic.ij.& quod expoſitum eſt in quinta parte, ſub titulo de ſexta. In quibuſdam Eccleſijs dicunt verſiculum de virginibus,illum : Elegit eam Deus, & præelegit eam.ſed alij rectius conſiderantes, quòd ſola beata virgo Maria præelecta eſt, in honorem eius tantùm dicunt illum : pro alijs vero virginibus dicunt:Elegit eam Deus,& dilexit eam.¶Per horas etiam dicitur capitulum : Qui gloriatur.j.Corinth.ij.cap. &.j. Corinth.x.cap.& illud:Aemulor enim.j.Corinth.xj.cap.& illud: Sapientia vincit.Sapien.viij.& illud : Memorati ſunt Domine miſericordiæ tuæ.Eccle.lj. cap.& illud : Liberaſti me à perditione.ibidem.& illud : Accinxit fortitudine lumbos
3 ſuos.Prouerbio.xxxj.cap. In † officio miſſæ ſi ſit virgo & martyr proprium officium eſt: Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regnũ &c. Alia cõmunia ſunt:excepto, quòd de beata Agatha dicitur introitus : Gaudea-
4 mus † omnes in Domino. pro eo, quòd ipſa excellenter lætiſsima venit ad paſsionem: ſicut de ea ſcriptum eſt:Agatha lætiſsimè & glorianter ibat ad carcerem:ideò eius lætitię noſtram lætitiam ſociamus,& cum in ea Domino congaudemus.¶De beata etiam Agnete,officium miſſæ eſt:Me expectauerunt.ratio,quare, poteſt ex eius legenda haberi.Et nota quòd de virginibus dicitur quandoque
5 epiſtola:Confitebor † tibi Domine.Eccle.lj. cap.quandoque : Qui gloriatur.ij.Corinth.x. cap.quandoque:Domine Deus meus,exaltaſti.Eccle.ij.cap. quandoque:Sapientia laudabit animam:ſcilicet Sapien.xxiiij.quandoque: Sapientia vincit malitiam. Sapien.viij.quandoque:De virginibus.j.ad Corinth.vij.quandoque:Dominus poſſedit me.Prouerbio.viij. cap.Allelu Ia. Et poſtcommunio : Quinque prudẽtes.Matth.xxv.cap.Euangelium quandoque dicitur : Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro. Matth.xxiiij. cap.quandoque:Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus.Matth.xxv.cap.

SVMMA.

1 Dedicationis Eccleſiæ feſtum,reſpondet feſto encæniorum.
2 Dedicatio Eccleſiæ,vnde duxit initium.
3 Dedicatio Eccleſiæ, cur octo diebus celebretur.
4 Dedicationis Eccleſiæ officium:& eius expoſitio.& nume.5.& 6.
7 Dedicationis Eccleſiæ feſtum,differri reijci.

### *De feſto & officio dedicationis Eccleſiæ.* CAP. XLVIII.

QVoniam in parte prima dictum eſt qualiter Eccleſia dedicanda ſit : reſtat, vt hîc aliqua de officio,quod in feſto dedicationis Eccleſiarũ dicitur ſubijcia-
1 mus.Feſtum ergo illud † ſolenniter ab Eccleſia celebratur:de quo in Ioanne habetur:Facta ſunt encænia, id eſt, feſta dedicationis in Hieroſolymis:& Ieſus ambulabat in templo in porticu Salomonis,ad confirmationem illius feſtiuitatis.de conſecratione diſtinctio.j. ſolennitates. Et dicitur porticus Salomonis: quia Salomon ſolebat ibi orare:& ibi orauit
2 in die dedicationis. Hoc † etiam feſtum in veteri teſtamento fiebat:vnde legitur in primo libro.Machab.iiij.cap.Elegit Iudas Machabæus ſacerdotes ſine macula:& mundauerunt ſancta.Eccleſia enim militans poteſt mundari : ſed non triumphans : & Augu.dicit in homilia ſuper prædicto verbo : Facta ſunt encænia.Illum diem quo templum dedicatũ eſt,Iudæi ſolenniter celebrant.Celebrauerũt
3 autem Iudæi encænia † octo diebus : quare videtur quòd nos ſimiliter feſtum dedicationis debemus octo diebus ſolennizare : vt in prædicto cap.ſolennitates.§.j. Sed mirum eſt quare octo diebus celebrauerint encænia, cum Paſcha & ſcenopegiam non celebrauerunt,niſi per ſeptem dies tantùm.vt de conſecratione diſtinctio.j.§.j.Ad hoc eſt reſponſio : quia hæc feſtiuitas ſpecialiter ſignificat æternam dedicationem,in qua Eccleſia illa,

ſcilicet anima ſancta ita Deo dedicabitur, id eſt, copulabitur, vt non poſsit ad alios vſus transferri: quod erit in octaua reſurrectionis: & ideò in nouo teſtamento habet hoc feſtum octauas. ¶Hæc Eccleſia conſtruitur in baptiſmate & in doctrina & in pœnitentia. Hîc enim auditur ſecuris & omnis generis ferramentum: id eſt, omnia genera flagellorum, & diſciplinarum: ſcilicet in Eccleſia militante, quæ per tabernaculum Moſi ſignificatur. Tabernacula, enim militantium ſunt. Templum verò illud Salomonis, ſignificat Eccleſiam triumphantem, in qua hæc nõ au-

4 diuntur. ¶In † matutinali officio dicũtur illi pſalmi in quibus fit mentio de portis, quæ ſpecialiter ſunt, timor & amor. ſicut habetur in pſalmo illo: Domini eſt terra. ibi: Attollite portas principes veſtras &c. Item illi, in quibus fit mentio de altari ſicut in pſalmo illo: Iudica me Deus, & diſcerne &c. Item illi, in quibus fit mẽtio de ciuitate, vt ſunt illi: Deus noſter refugium &c. & Magnus Dominus noſter. Item illi, in quibus fit mentio de atrijs & de portis: vt ſunt illi: Quam dilecta tabernacula. &, Fundamenta eius in montibus ſanctis. Sed quæritur quare tunc dicitur pſalmus ille: Domine Deus ſalutis meæ? ad quod quidam dixerunt quòd ideò, quia ibi fit mentio de ſepulchris: ſed hæc ratio non valet: quia ibi non fit mentio de talibus ſepulchris: in quibus habitant, ſiue ſepeliuntur corpora fidelium, iuxta Eccleſiam: ſed de ſepulchris malorũ. vnde dicimus, quod dicitur ille pſalmus, eò quòd eſt pſalmus pœnitentialis. & ſpecialiter ibi de oratione habetur, quæ in Eccleſia facienda eſt. Vnde ibi dicitur: Intret oratio mea in cõſpectu tuo. Dicit autem Dominus de Eccleſia: Domus méa, domus orationis vocabitur. Octauus verò pſalmus eſt: Qui habitat in adiutorio altiſsimi, id eſt, in Eccleſia: quia ibi dicitur: Altiſsimum poſuiſti refugium tuum: quia ſuper omnes montes in vertice montium fundata eſt Eccleſia. Vlti-

5 ma verò antiphona: ſcilicet ad † Magnificat in veſperis eſt pax æterna: quia ad hoc celebratur dedicatio, vt dedicemur & habeamus illam pacem æternam. Per horas autem dicitur capitulum illud: Vidi ciuitatem. Apocal. xxj. cap. & illud: Ecce tabernaculum. quod eſt ibidem: & illud: Vnuſquiſque propriam mercedem. j. Corinth. iij. & illud: Fundamentum aliud nemo poteſt ponere. ad Corint. iij.

Sanè huic feſto competit, quòd Iacob vidit ſcalam & angelos aſcendentes, & deſcendentes, id eſt, totam Eccleſiam vidit vna viſione, & erexit lapidem, id eſt, Chriſtum, qui eſt lapis in ſummo: & eſt lapis angularis, & fundamentum, qui omnia ſuſtinet. Erexit inquam in titulum præconialem, memorialem, & triumphalem, fundens oleum deſuper. Siquidem Iacob, id eſt, prælatus fundit oleum ſuper lapidem: id eſt, Chriſtum, ad oſtendendum eius chriſmata. & idem prophetauit Iacob, dicens. Terribilis eſt locus iſte: non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cœli: verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Terribilis eſt enim Eccleſia dæmonibus, propter Dei ſimilitudinem, quam habet: & propter hoc ad miſſam eſt introitus: Terribilis

6 † eſt locus iſte. Geñ. xxviij. Sequitur, & vocabitur aula Dei. hoc appoſuit beatus Gregorius de ſuo: pro eo, quòd ibi paratus eſt Deus exaudire ſicut dixit Dominus Salomoni. iij. Regum. xiij. Exaudiui orationem tuam &c. Quare autem terribilis ſit: oſtenditur in verſiculo: Dominus regnauit decorem induit, ſcilicet in membris ſuis: & ideò terribilis eſt Eccleſia dæmonibus. In conſecratione verò altaris eſt introitus. Dicit Dominus ſermones mei. Eſa. xix. & xvj. Epiſtola ſumitur de Apocal. xxj. Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem &c. reſponſorium eſt: Locus iſte, ſcilicet Eccleſia materialis, ſanctus eſt: quia ſanctificata eſt ad hoc, vt ibi Dominus exaudiat preces: & ideò præſtat orantibus ſanctitatem. Salomon enim orauit, vt Dominus orantes ibi exaudiret: & Dominus dixit ei. Exaudita eſt oratio tua: hoc enim ſignificatum eſt. iij. Regum. viij. cap. vbi Salomon dedicato templo ait. Quicunque orauerit in loco iſto, exaudies in loco tabernaculi tui in cœlo: & cùm exaudieris, propitius eris. Allelu Ia eſt in quibuſdam Eccleſijs: O quàm metuendus eſt. Geneſ. xxviij. cap. euangelium verò eſt: Egreſſus Ieſus. Luc. xix. cap. eò quòd ibi habetur: Hodie ſalus huic domui facta eſt. in quibuſdam tamen Eccleſijs legitur euangelium de Matthæo: in quo habetur: & non potuerunt ſubuertere domum illam. Fundata enim erat ſupra firmam petram. ſequitur offertorium de verbis Dauid in Paralipomenon j. vlti. cap. vel ſecundum alios, ſunt verba Salomonis: Domine Deus in ſimplicitate cordis mei lætus obtuli vniuerſa hæc. Obtulerat

Gene. 28

enim



enim ſacrificia inæſtimabilia, quæ ſignificant bonas operationes, ſiue cogitationes, & bona deſideria, quæ inæſtimabilia ſunt & numero & pretio. ¶Sequitur poſtcommunio: Domus mea &c. Eſaiæ lvj. & Matthæi vij. cap. ¶No-

7 ta, quòd † ſi feſtum dedicationis Eccleſiæ occurrerit in paſsione Domini, fit in ſequenti hebdomada: ſi verò in feſto aſcenſionis, de aſcenſione fiet officium: & officium dedicationis differtur. Salomon enim dedicauit templum duodecima die menſis: & decima die menſis occurrebat ſcenopegia: celebrauit autem dedicationem templi per ſeptem dies, & prorogauit ſcenopegiam vſque poſt dedicationem.

Finis Libri Septimi.

# *LIBER OCTAVVS.*

## SVMMA.

1 Computi rationem tenere debent ſacerdotes.
2 Computus, quid. & vnde dicatur. nu. 3.
4 Tempus, quid. & eius partes.
5 Annus, eſt triplex.

### De *computo & Calẽdario, & pertinentibus ad illa. Pulcherrimus enim eſt liber iſte, & clericis & laicis neceſſarius ualde.* CAP. I.

1 QVoniam, ſicut † ait beatus Auguſtinus xxxviij. diſtin. quæ ipſis. Sacerdotes computum ſcire tenentur: aliôquin vix eis nomen ſacerdotis conſtabit: ſub quo verbo notitiam curſus temporis, Lunæ ac Calendarij intelligimus, quoniam computus, eſt

2 ſcientia certificandi † tempus, ſecũdum Solis & Lunæ progreſſum. Idcircò ad ſimplicium ſacerdotum inſtructionem, in hac octaua & finali parte de hoc aliqua claro compendio perſtringemus: prout ad vſum Eccleſiæ di-

3 gnoſcitur pertinere. Dicitur † autem computus, à computo computas: quia in ipſo computando procedimus: non quia in ipſo computare doceamur: & eſt duplex computus, ſcilicet aſtronomicus, ſeu philoſophicus: & vulgaris ſeu eccleſiaſticus: ſed de aſtronomico nil ad præſens. Vulgaris computus eſt, ſcientia diſtinguendi tempus certa ratione: ſiue ſcientia temporis diſcretiua, ſecundum

4 Eccleſiæ vſum. Tempus † verò, prout hic ſumitur, eſt ſecundum Tullium, quædam quantitas anni, menſis, diei, ſeu alterius ſpacij. Vel tempus, eſt mora motus rerum variabilium: cuius partes decem eſſe dicuntur, ſcilicet annus, menſis, ſeptimana, dies, quadrans, hora, punctum, momẽtum, vncia, & atomus. Annus continet duodecim menſes, & quinquaginta duas ſeptimanas, & diem vnam: & trecentos ſexagintaquinque dies, & ſex horas. Menſis continet quatuor ſeptimanas vel paulò plus. Septimana ſeptem dies. Dies, quatuor quadrantes. Quadrans, ſex horas. Hora, quatuor puncta. Punctum, decem momenta. Momentum, duodecim vncias. Vncia, quadragintaſeptem atomos. Atomus indiuiſibilis eſt. Nam ἄτομος, grecè, indiuiſio dicitur: vnde ἄτομος græcè, indiuiſio latinè. Anni ergo ſolaris ferè duodecima pars, menſis eſt. Septimana verò, eſt ferè quarta pars menſis. Dies naturalis, ſeptima pars ſeptimanæ. Quadrans, quarta pars diei naturalis. Hora, ſexta pars quadrantis. Punctum, quarta pars horæ. Momentum decima pars puncti. Vncia, duodecima pars momẽti. Atomus, quadrageſimaſeptima pars vnciæ. Et eſt alia temporis diuiſio, ſcilicet per æuum, per ætatem, per ſeculum, per luſtrum, per olympiadem: & per indictionem, de qui-

5 bus infrà dicetur. ¶Cæterùm † tria ſunt tempora annorum: ſiue triplex eſt annus, ſcilicet ſolaris, lunaris, & magnus. de quibus præuidimus in hac octaua parte tractare, quæ duas principaliter habet partes: in quarum prima agitur de anno ſolari, & de magno: in ſecunda verò de lunari.

## SVMMA.

1 Huius octauæ partis quadruplex diuiſio. Et quid quælibet tractet. & nume. 2. 3. 4.

### *Prima pars de anno ſolari incipit.* CAP. II.

1 IN hac † prima huius operis parte de anno Solari tractatur: quæ in quatuor ſubdiuiditur particulas. In quarum prima agitur, quid ſit annus. De initio anni: de multiplici anno. De

duodecim

duodecim ſignis. De biſſexto. De quatuor an-
ni temporibus. De ieiunijs illorum. De ſolſti-
tijs. De æquinoctijs. De magno anno. De ęra.
De olympiade. De luſtro. De ætate. De ſecu-
2 lo. De æuo. ¶ † In ſecunda parte agitur de
menſe. De Calendis. De Nonis. De Idibus.
Vnde & qualiter dies denominentur. De die-
3 bus ægyptiacis ac canicularibus. ¶ † In tertia
agitur de ſeptimana : & quæ ſit litera Calen-
darum cuiuſlibet menſis. In qua die ſeptima-
næ quilibet menſis incipiat. ¶ Et de literis do-
minicalibus. De regularibus ſolaribus. De
4 concurrentibus. Et de indictione. ¶ † In quar-
ta agitur de die. De momento, & de hora.
Occaſione horæ annectitur de quantitate lu
centium horarum noctis.

SVMMA.

1 Annus ſolaris, quid. Et nume. 4. & vnde di catur.
2 Anni initium, à varijs variè cœptum.
3 Annorum varia nomina.
5 Zodiaci ſigna. & quid zodiacus.
6 Zodiaci ſignorum explanatio. Primùm de ariete : proximè de cæteris ordine, per num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.
18 Biſſextus, quid. Et vnde, & quando contin gat. nume. 19.
20 Biſſextus quomodo dignoſcatur.
21 Anni quatuor tempora. Et eorum explicatio.
22 Ieiunia quatuor temporum, cur ſic dicta. Et cur fiant. nume. 23.
24 Solſtitia duo ſunt in anno ſolari. Et quid ſolſtitium. & vnde dictum.
25 Aequinoctium, quid.
26 Annus magnus. Item, mundanus. Ibid.
27 Aera, quid.
28 Olympias, quid.
29 Luſtrum, quid.
30 Annus indictionalis, Romanis : Iubileus, Hebræis: Chriſtianis, benignitatis & gratiæ eſt. ibid. & nume. 31. 32.
33 Aetas, quid. Et quomodo accipiatur.

ADNOTATIO.

*ANNVS, EST. Imò *annus ( qui eſt triplex ) Græco uerbo ἐνιαυτὸς, ἔτος, à temporis circuitu, dicitur ab am, quòd ueteres, circum dixerunt, & nare, fluere. Fluant enim anni, ſicut dies & menſes. quòd annus conficiatur menſibus in ſe confluentibus. Aut, ſi mauis, ab ἀνά, νεόω. re-nouo, quia ſemper renouatur. Varij tamen uaria ſuper hoc uerbo. Cæterùm, de annorum differentia apud uarios, uide Plinium, natural. hiſtor. lib. 7. cap. 48. ubi etiam fusè de anni obſeruatione rationéq;. Item quot diebus conſtet: quinam intercalaris, lib. 18. cap. 25. 26. Eius partes & initia, ibid. Annus porrò Athenienſium, erat dierum quatuor & quinquaginta ſupra trecentos: quoniam menſes ipſi ſuos lunari curſu metiebantur. Et quod deerat dierum ad annuum iuſtum ſolarémque rationem, id intercalatione ſupplebatur.* N. DOARD.

## *Quid ſit annus Solaris.* CAP. III.

* A Nnus, eſt * ſolis † anfractus, cũ per
1 actis trecentis ſexaginta quinque
diebus, ad eadẽ loca ſyderum re-
dit. Dicitur ergo annus: quia men
ſibus in ſe recurrentibus voluitur ab an, quod
eſt circum: & eo eis : quaſi circulariter rediẽs.
Vnde & annus dicitur, quaſi annulus, id eſt cir
culus: eò quòd in ſe redit. vnde Virgilius:

*Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus:*

& ob hoc ante inuẽtas literas: ſic apud Aegy
ptios annus indicabatur: pingebant enim dra-
conem, caudam ſuam mordentem : quia in ſe
recurrit : & ſic adhuc à quibuſdam figuratur.
Alij annũ, ab innouatione dicunt: ſemper enim
2 renouatur. ¶ Annus ſecundũ † diuerſos, diuerſa
habet initia: quoniã Arabes & Aegyptij illum
inchoant poſt ſolſtitiũ æſtiuale, ſcilicet à Se-
ptẽbri: pro eò, quòd legitur arbores in princi
pio mundi fructũ habuiſſe: & quia hoc in Se-
ptẽbri cõtingit: putãt tũc mundũ factũ fuiſſe:
ideóq; ibi incipiunt annũ. Numa verò Pompi
lius & Romani annum à Ianuario inceperũt:
pro eò, quòd tũc vel paulò antè Sol nobis in-
cipit appropinquare. Iudæi à Martio incepe-
runt: quia in eo, cõditus eſt mũdus: & ideò di-
citur quòd decimusoctauus dies eius, eſt pri-
mus dies ſeculi, quos omnes quo ad aliqua cõ
potiſtæ imitãtur : ipſi nãq; à Septẽbri incipiũt
regulares lunares: & emboliſmos & epatas: &
omnes annos lunares. A Ianuario verò inci-
piunt aureũ numerum: & quaſdã literas domi
nicales: à Martio regulares ſolares concurren
tes: & quaſdam literas dominicales : prout in
ſecunda



ſecunda parte apparebit. Sanè, quidam mo-
derni ob reuerentiam ſaluatoris computant
annos à natiuitate eius. Alij verò ab eius in-
carnatione, id eſt, à conceptione beatæ Ma-
riæ: quando illa dixit : Ecce ancilla Domini
&c. ſtatim enim fuit Chriſtus homo, & ple-
3 nus ſpiritu ſancto. ¶ Annorum † alius eſt na-
turalis, alius vſualis, alius legitimus, alius
emergens, alius ſolaris, alius magnus, alius
olympias, alius luſtralis, alius indictionalis,
alius iubileus, alius benignitatis, alius æterni-
tatis & gloriæ. ¶ Annus naturalis eſt cum Lu-
na Soli opponitur: vnde ſol eclipſim patitur.
¶ Vſualis ſiue temporalis eſt, qui ſecundum
vſum hominum, ſumit initium : videlicet à
Ianuario vſque ad ſequentem Ianuarium.
¶ Legitimus ſiue ceremonialis eſt, qui com-
putatur ſecundum lunationes ab Aprili vſque
in Aprilem. Aprilis enim eſt primus menſis
apud Hebræos. ¶ Emergens eſt, in quo ali-
quod magnum Iudæis vel alijs contingit: à
quo facto in illius memoriam annum inci-
4 piũt cõputare, ſcilicet à quouis die. ¶ † Annus
ſolaris, eſt ſpacium, in quo circuit ſol duode-
cim ſigna zodiaci : quem circulum facit vt
præmiſſum eſt in ccclxv. diebus & ferè ſex
horis: ferè dixi, propter quædam momenta,
quæ adijciuntur, ſicut infrà dicetur. Hæ autẽ
ſex horæ de quarto in quartum annum, fa-
ciunt vnum diem naturalem biſſextilem: &
annus iſte cõmunis eſt omnibus gentibus, &
incipit qualibet die, & qualibet die finitur
tranſactis prædictis diebus: & iſte poteſt etiã
5 dici naturalis. ¶ † Signa verò prædicta ſunt
iſta. Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Vir-
go, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus,
Aquarius, & Piſces: vnde verſus.

*Hæc ſunt ſigna poli, quæ ſemper ſunt via ſoli.*

Eſt Aries, Thaurus, Gemini, Cancer, Leo, Vir-
go, Libráque, Scorpio, Chiron, Capricornus,
Vrnula, Piſces. Et nota, quòd cœli habitatio
ſtat circulorum diſtincta zonis, Zonæ autem
ipſæ ſunt quinque, quæ ideò zonæ vel circu-
li appellantur, quia in circunductione ſphærę
exiſtunt. Zodiacus autem circulus eſt, qui ex
linearũ quinque angulis, & ex vna linea con-
ſtat. Rurſus ζωδιακὸς, græcè dicitur animalis,
ab effigie animaliũ. Siue ſignum latinè : inde
zodiacus, dicitur animal ſeu ſignifer circu-
lus, ex eo quòd in medio firmamenti ſunt
duodecim ſigna, per trãſuerſum poſita æqua-
liter per circulum diſtincta, quæ formis &
nominibus animalium deſignatur : quia ſol
intrans in illas, proprietates animalium quo-
dammodo ſortitur : vel quia ſtellæ in ſignis
diſpoſitæ ſunt animalium figuris. Signũ autẽ
dicitur duodecima pars zodiaci : Sol quidem
intrat in aliquod de prædictis ſignis, quolibet
menſe in xv. Calen. ſecũdum Eccleſiam. vnde
in Martio intrat in Arietem. xv. Calen. Aprilis.
in Aprili intrat in Taurum. xv. Calen. Maij. &
ſic per ordinem menſium & ſignorum. ¶ Pri-
6 mum igitur ſignum eſt † Aries, in quo Sol di
citur eſſe factus, in quo ſigno eſt Sol circa
principia veris, ſic dictum: quia ſicut Aries eſt
animal retro debile habens aliquid ante ro-
boris : ſic poſtrema Solis illo tempore debi-
lia ſunt frigore eius fortitudinem minuente:
anteriora verò, quæ æſtatem reſpiciunt, ali-
quid fortitudinis, id eſt, caloris habent, vel ſi-
cut Aries in hyeme, cubat in latere ſiniſtro:
in vere autem incipit cubare in dextro: ſic Sol
ante illud tempus moratur in ſiniſtro latere
firmamenti, ſcilicet in meridie. tunc verò in-
trat latus dextrũ, ſcilicet verſus aquilonem.
Antiqui hoc ſignum propter amorem Iouem
vocauerunt in cuius capite, qui ſimulachra fa
7 ciunt Arietis cornua fingunt. ¶ † Secundum
ſignum eſt Taurus: ſic dictum: quia ſicut Tau
rus fortior eſt Ariete : ſic fortioris eſt efficã-
ciæ Sol in illo tempore, quo ad nos, quàm in
præcedenti. verũtamen antè eſt efficacior,
quàm poſt : ſicut Taurus antè fortior eſt,
quàm retrò. Antiqui ideò Taurum inter ſyde
ra in honorem Iouis collocauerunt: quia ille
fabulosè fingitur in bouem conuerſus, quan-
8 do Europam traſuexit. ¶ Tertium † Gemini
ſic dictum: quia illo tempore vis Solis gemi-
natur. incipit enim eſſe calidus & ſiccus effe-
ctiuè. vel quia tunc præcipuè res geminan-
tur, id eſt, multiplicantur: aues enim & anima-
lia fœtus producũt: vel propter geminos ſiue
duos gradus, quibus ſub illo ſigno magis,
quàm ſub alio Sol eleuatur à terra. Antiqui
autem hoc ſignum Gemini vocauerunt pro-
pter Caſtorem & Pollucem, quos poſt mor-
tem inter notiſsima ſydera conſtituerunt.
9 ¶ † Quartum, Cancer, ſic dictum, quia Cancer
eſt animal retrogradum: & Sol tunc retrogra
ditur, diſcedens à nobis, cum prius appropin-
10 quauerit nobis. ¶ Quintum Leo, ſic † dictum:
quia Leo eſt animal crudele, & ſemper febri-
citans : ſic & tempus illud crudele & gene-
rans febres. Rurſus quia Hercules Leonem
fortiſsimum

fortiſsimum in græcia occidit : ideò propter
ſuam virtutem hunc inter duodecim ſigna
11 ſtatuerunt.¶Sextum virgo,quia † ſicut virgo
nil generat,ſic tempus illud ſterile nil noui
generat:generata tamen matureſcere facit:
eſt enim tempus canicularium dierum.¶Se-
12 ptimum † libra ſic dictum eſt ab æqualitate
menſis ipſius:quia Sole ibi exiſtente dies &
nox æquiponderata eſt:quia tunc eſt æquino
ctium autumnale. ¶Octauum eſt Scorpius:
13 ſicut † enim ſcorpius venenoſus eſt & pun-
git:ſic & tempus illud morboſum eſt , pro-
pter inæqualitatem aëris:eſt enim mane fri-
gus pungens,& in meridie calor vrens.¶ No-
14 num,Sagittarius, ſic dictum : quia † venatio
quæ per ſagittarios fit,plerũque tunc exerce
tur : vel propter fulgura , quæ tunc ſæpe ca-
dunt,quæ Italici ſagittas vocant.¶Decimum
15 Capricornus:†ſicut enim Capricornus in ab-
ruptis montibus ſiue in excelſis præcipitijs
paſcitur,ſic Sol tunc eſt in altiſsimo gradu
verſus meridiem:vel ſicut Capricornus mon-
tes ſolet aſcendere,ſic Sol tunc ad nos aſcen-
dere incipit.Rurſus antiqui Capricorni figu-
ram inter ſydera finxerunt, propter capram,
Iouis nutricem , cuius poſteriorem partem
corporis in piſcis effigiem formauerunt,vt
pluuias deſignarẽt,quas plerũque idem men
ſis in extremis ſolet habere. ¶Vndecimum,
16 eſt † Aquarius,ſic dictum:quia tempus illud
aquis & ventis abundat. ¶Duodecimum eſt
17 piſces:quia † ſicut piſcis eſt animal aquaticũ,
ſic & tempus illud propter multas pluuias
aquaticum eſt:vel quia tunc aquis reſolutis
eſt tempus piſcationis.Verum licet ſicut pa-
tet ex præmiſsis ſigna æqualia ſint ſecundum
aſtronomicos:Eccleſia tamen illa non ponit
æqualia : nam quandoque plures dies ſunt in
vno ſigno,quàm in alio,cum vnus menſis plu
res dies habeat,quàm alius:vnde plures erũt
gradus vnius,quàm alterius ſigni.Gradus au-
tem,dicitur ſpacium,quo Sol motu ſuo trãſit
in zodiaco die naturali. Ex iam dictis facilè
ſciri poteſt in quoto gradu alicuius ſigni ſit
18 Sol quocunque die. Porrò † dies biſſextilis
de qua dictum eſt , dicitur biſſextilis ſecun-
dum Philoſophos:quaſi ex biſſe momento-
rum collecta:quod ſic poterit comprehendi.
Sol enim in quolibet ſigno moratur triginta
diebus:& xxx.trientibus horarũ:& xxx. biſſe
momentorum:& triens eſt tertia pars alicu-
ius rei,cõſtantis ex tribus partibus.Biſſe verò
ſunt duæ partes:ſed multiplicatis duodecies
xxx.diebus habemus ccclx. dies xxx.trientes
horarum conſtituunt decem horas,quæ mul
tiplicatis duodecies faciunt quinque dies.xxx.
biſſe momentorum continent viginti mo-
menta,& ita duo puncta : ſed multiplicatis
duodecies duobus punctis,habemus ſex ho-
ras ex biſſe momentorum collectas,quæ de
quarto in quartum annum conſtituunt vnum
diem quæ dicitur biſſextilis. ¶Rurſus ſecun-
dum Iſidorũ,per ſingulos annos creſcit pars
quarta aſsis:ac vbi quarto anno aſsis comple
19 ta † fuerit, biſſextũ vnum facit : & ideò per
quatuor annos vnus biſſextilis adiectus eſt.
Dictus autem eſt ſecundum eum biſſextus:
quia bis ſexies ductus aſſem facit quod eſt
vnus dies.In quo loco Calendarij poni de-
beat illa dies,his verſibus continetur.
*Biſſextum ſextæ Martis,tenuere Calendæ.*
*Poſteriori die,celebrantur feſta Mathiæ.*
Hoc eſt dicere,quòd in illa litera vbi dicitur
in Calendario vj.Calend.Martij , debet poni
dies biſſextilis:& tunc ſtamus ſiue ſedemus
duobus diebus ſuper illa litera:& feſtum ſan
cti Mathiæ quod deberet illa die celebrari,
celebratur tantùm in ſequẽti:ita tamen quòd
inter ipſum feſtum, & vigiliam nullum ſit
medium:extrà de verbo.ſignifi.quæſiuit.non
intereſt tamen vtrum ipſum feſtum in prima
vel in ſecunda die prædictarum duarum ce-
lebretur : ſed regionis in hoc cõſuetudo ſer-
uetur.Iſidorus dicit,quòd à ſexto nõ.Martij
vſque in diem Calend. Ianuarij Lunæ curſu
biſſextus apponitur,atque inde detrahitur.Si
20 autem † volumus ſcire , quando ſit annus
biſſextilis:debemus diuidere annos Domini
per quatuor,quoties poſſumus,& ſi nullus ſu
perauerit,tunc erimus in anno biſſextili:ſi au
tem aliquis remanſerit,tunc nõ erit biſſex-
tus.Vnde verſus.
*Anni diuiſi Domini,per quatuor æquè,*
*Monſtrant Biſſextum,qua ratione ſcias.*
Hoc autem verum eſt,ſecundum illos,qui di
uidunt annos Domini incipiendo à natiuita-
te,vel à Ianuario:nõ ſecundum illos ,qui in-
cipiunt ab incarnatione.Alia etiam doctrina
ad inueniendum biſſextum ponetur infrà,vbi
21 de concurrentibus agetur. ¶Tempora † ſiue
partes anni ſolaris ſunt quatuor,ſcilicet,Ver,
AEſtas,Autũnus,Hyems,vt dictũ eſt in ſexta
parte,ſub quarta feria tertię hebdomadæ ad-
uentus.Dicta autem ſunt tempora,à commu
nionis



nionis temperamento , eò quòd inuicem ſeu
humore,ſiccitate,calore,& frigore contempe
rent.hęc & curricula dicuntur:quia non ſtant,
ſed currunt.Ver dictum eſt,quia viret. Aeſtas
dicitur,ab æſtu,id eſt calore: inde æſtas,quaſi
vſta & arida. Autumnus , à tempeſtate voca-
tur , quando & folia cadunt, & omnia matu-
reſcunt.Hyems dicitur,ratione hemiſphærij:
quia tunc Sol circulo voluitur breuiori. vnde
& hoc tempus Bruma dicitur , quaſi βραχὺς,
id eſt breuis : vel à cibo : quia tunc maior eſt
veſcendi appetitus:edacitas enim Græcè,bru-
* ma appellatur. * Principia autem partium an
ni , ſecundum Eccleſiam his verſibus conti-
nentur :
*Feſtum Clementis,Hyems caput eſt Orientis.*
*Cedit Hyems retro,cathedrato Simone Petro.*
*Ver fugat Vrbanus:Aeſtatem Simphorianus.*
*Id tibi,quod reſtat,Autumni tempora præſtat.*
Hoc eſt dicere feſtum Clementis , quod eſt
octauo calen.Decembris, eſt principium hye
mis,& durat vſque ad feſtum cathedræ ſancti
Petri:tunc incipit Ver:& iſtud feſtum eſt octa
uo calend.Martij,& Ver durat vſq; ad feſtum
ſancti Vrbani , quod eſt octauo calend.Iunij:
tunc incipit Aeſtas : & durat vſque ad feſtum
Simphoriani,quod eſt octauo calen. Septem-
bris:tunc incipit Autumnus,& durat vſque ad
feſtum Clementis , in quo incipit Hyems. In
22 † his quatuor partibus anni triduana ieiunia
celebramus : & ideò ieiunia quatuor tempo-
rum appellantur.Ieiunium Veris,eſt in prima
ſeptimana quadrageſimæ , ſcilicet in quarta
feria poſt cineres. Ieiunium Aeſtatis,eſt in pri
ma die Mercurij poſt Pentecoſten. Ieiunium
Autumni , eſt in tertia die Mercurij Septem-
bris , ſcilicet in quarta feria poſt feſtum ſan-
ctæ Crucis. Ieiunium Hyemis , eſt in quarta
feria poſt feſtum beatæ Luciæ , prout ibi di-
ctum eſt vnde verſus:
*Vult Crux Lucia,cineres chariſmata dia.*
*Vt det vota pia,quarta ſequens feria.*
23 ¶ Fiunt autem † hæc ieiunia in quarta feria :
quia in quarta feria Chriſtus à Iuda traditus
eſt : & in ſexta feria, quia in ea crucifixus eſt:
& in ſabbato : quia tunc Apoſtolorum triſti-
tiam de nece Saluatoris repræſentamus: nam
ſi compatimur,& conregnabimus. de conſec.
diſtinct.iij.ieiunia.& cap.ſabbato. ¶ Aduentus
autem Domini,quãdo celebretur, dictum eſt
in ſexta parte,ſub titulo de aduentu. ¶Adhuc
24 in † anno Solari contingunt duo Solſtitia , &
duo Aequinoctia. Solſtitia in Aeſtate , & in
Hyeme.Aequinoctia in Verè,& in Autumno.
Eſt autẽ Solſtitium,maxima inæqualitas diei,
& noctis:ſiue ingreſſus Solis inCapricornum,
vel Cancrum : & dicitur Solſtitium,quaſi So-
lis ſtatio , eò quòd tunc Sole ſtante creſcunt
25 dies,vel noctes. Aequinoctium,eſt† maxima
diei & noctis æqualitas:quia tunc quaſi ſpatio
horarum conſiſtunt.ſiue ingreſſus Solis in A-
riete,vel Libram. Vbi autem ſit locus Solſti-
tiorum,& Aequinoctiorum his verſibus con-
tinetur:
*Solſtitium decimo Chriſtũ præit,atq; Ioannem.*
*Aequa Crucis feſtũ dat tempora Martis & Idus.*
Hoc eſt dicere,quòd SolſtitiumHyemale,eſt
ante natiuitatem Chriſti decem diebus: vide-
licet xviij.calend.Ianuarij : quo tempore Sol
incipit altiores circulos petere : & Solſtitium
Aeſtiuale,eſt ante natiuitatem Ioan.Bap.toti-
dem diebus,videlicet xviij.calend. Iulij : quo
tempore incipit Sol ad inferiores circulos re-
meare.Vnde æſtiualis Solſtitij dies maximus,
ſicut & hyemalis dies minimus inuenitur.Sed
ſecundum Aegyptios Hyemale eſt xij.calen.
Ianuarij,ſecundum Græcos ix.calen.Aeſtiua-
le verò ſecundum Aegyptios xij.calen.Iulij,
ſecundum Græcos ix. calend. ¶ Item in feſto
Crucis,vel ſecundum alios xij.calẽ.Octobris
eſt Aequinoctium Autũnale : & vbi dicitur in
calen.Idus Martij,vel ſecundum alios xij.ca-
lend.April.eſt Aequinoctium Vernale. Olim
enim annus in duas partes tantum diuideba-
tur,ſcilicet Aeſtiuale,& Hyemale Solſtitium,
& in duo hemiſpheria. ¶ Magnus autem an-
26 nus † completur reuerſis Planetis omnibus
ad loca ſua creationis, quod fit annis non pau
cioribus.ccccccxxx.Mundanus verò annus,erit
omnibus ſtellis ad prima loca reuerſis , quod
fit demum poſt quindecim millia annorum.
Magiſter ſententiar. dicit in hiſtoria Geneſ.
vbi agit de ebrietate Noë, quòd magnus an-
nus impletur per circulationem ſexcentorum
27 annorum. ¶Aera,qua vtuntur † Hiſpani, ſin-
gulorum annorum eſt conſtituta à Cæſare
Auguſto , quando ad primum cenſum orbem
deſcripſit.Dicta eſt autem æra,ab ære,ex eo,
quòd omnis orbis æs reddere profeſſus eſt
Reipublicæ Romanorum. Prius autem fue-
runt indictiones , poſteà æræ. ¶ Olympias
28 † conſtituta eſt apud Græcos , in Elide ciui-
tate : alijs à Gentibus agonem & quinquen-
nale certamen ; quatuor medijs annis va-
cantib

eantibus:& ob hoc tempus elidij certaminis
olympiadem vocauerunt:quadriennio in vna
29 olympiade ſupputato.¶ Luſtrũ † eſt πεντα-
τηρίς,id eſt,quinquennium.quod quinto anno
dicitur .condi. propter olympiades à Roma-
nis inſtitutas : nondum enim erant conſules
neq; ære:quinquennale quidem tempus ideò
ſic vocatum eſt:quia cenſu per quinquenniũ
in republica peracto,vrbs Romana luſtraba-
30 tur.¶Apud † Romanos eſt annus indictiona-
lis,qui ter quinos continet annos, vt infrà di-
31 cetur,& premiſſum eſt.¶Apud † Hebręos eſt
annus iubileus,id eſt, remiſsionis , qui ſepte-
nis completis annorum hebdomadibus cele-
bratur:de quo dictum eſt in.vj. parte ſub tit.
32 quinquageſimæ.¶Apud † Chriſtianos eſt an-
nus benignitatis & gratiæ:in quo Chriſtus ve
nit , & nos ſola benignitate redemit. ¶ Apud
ſanctos comprehenſores, eſt annus æternita-
tis & gloriæ:in quo exultabunt ſancti in glo-
ria ſine fine.¶ Rurſus ſecula generationibus
conſtant:ſic dicta:quia ſequuntur abeuntibus
enim alijs alij ſuccedunt.¶ Hoc tempus qui-
dam quinquageſimum annum dicunt , quem
hebræi iubileum vocant , vt iam dictum eſt.
Et ob hanc cauſam hebræus propter vxorē
& liberos amans Dñm ſuum,aure pertuſa ſer
uitio ſubiugatus,ſeruire iubetur in ſeculum,
id eſt, vſq; ad annum quinquageſimum.Aetas
33 † autē plerũq; dicitur pro vno anno , & pro
ſeptem, & pro centũ,& pro quouis tempore.
Vnde & ætas eſt , quòd de multis ſeculis in-
ſtruitur : & ideò dicta eſt ætas quaſi æuitas:
quia ſimilitudo æui.Nam æuũ eſt ætas perpe
tua:cuius neq; initium neq; finis noſcitur. De
riuatũ eſt autē æuũ,ab αἰων, quod apud græ-
cos aliquando pro ſeculo:& aliquando poni
tur pro æterno.Proprie verò ætas duob⁹ mo
dis dicitur : videlicet hominis , ſicut infantia,
iuuētus ,ſenectus,aut mũdi. Cuius prima ætas
eſt ab Adã,vſq; ad Noë.Secunda à Noë, vſq;
ad Abrahã. Tertia ab Abrahã vſq; ad Dauid:
& Quarta à Dauid vſq; ad tranſmigrationē
Iudæ in Babyloniam. Quinta de Iuda vſque
ad aduentum ſaluatoris in carne. Sexta , quæ
nunc agitur , vſquequo mundus iſte finiatur.
Quod autem ſunt anni ab origine mundi,di-
ctũ eſt in ſexta parte ſub ti.de ſeptuageſima.

ADNOTATIO.

* APPELLATVR. *Dicta certè Bruma, quaſi βραχύμερον, id eſt, breuis dies.*

SVMMA.

1 Menſis,quid.& vnde dicatur.
2 Menſes habet duodecim annus.
3 Menſium enumeratio : & etymologia pri-
mùm de Ianuario.vnde dicatur. Inde de ſe-
quentibus,per diſcurſum.nume.4.5.6.7.8.9.
10.11.12.
13 Menſis quilibet,quot diebus conſtet.
14 Mẽſis quilibet habet treis dies celebreis:Ca-
lendas,Nonas,& Idus.
15 Calendæ vnde dictæ.& cur inſtitutæ.
16 Nonæ.& cur inſtitutæ.
17 Idus.& cur ſic dicantur.nume.18.
20 AEgyptiaci dies.
21 Dies fœlices & infœlices.

## *Incipit ſecunda pars: & primò de menſe.*

### CAP. IIII.

DIcto de anno , ſequitur videre
1 de menſe.Eſt † autem menſis
ſpaciũ temporis : quo à Phœ-
bo Phœbe recedens,eidē com
pleto ſuo circulo ſociatur. Et
dicitur menſis,à menſurando:eo quòd annus
per menſes menſuratur : vel à μήνις,quod eſt
defectus,eò quòd luna ſingulis menſibus,vi-
ſu deficit ab humano. Vel ſecundum Iſido-
* rũ à μηνη,græcè,quod eſt Luna latinè. * Apud
græcos enim menſes legitimi , non ex ſolis
circulo : ſed ex lunæ curſu connumeran-
tur : quod eſt de nona ad nonam. Diuiditur
2 † autem annus per duodecim menſes : quia
ſol peragrando zodiacum duodecim circuit
regiones ſignorum.Et in his duodecim men-
ſibus cõmoratur. Romulus tamen voluit tan
tum decem eſſe menſes in anno,incipiens à
Martio:quem Marti Deo belli,quem patrē
ſuum eſſe putabat, dedicauit. Vnde Ouidius
in primo faſtorum:Tempora digereret,cùm
conditor vrbis in annum , Inſtituit menſes
quinque bis eſſe ſuos. ¶Sed Numa Pompi-
lius videns,quòd annus nõ bene decem men
ſibus complebatur:ſuperaddidit duos princi-
3 pio, ſcilicet † Ianuarium & Februarium.Ia-
nuarius dicitur à ianua.lxxxvj.diſtin.ieiuniũ.
quia ſicut per ianuam intramus domum : ita
per Ianuarium intramus annum:eſt enim li-
mes anni:vel dicitur à Iano Deo,qui ab anti-
quis dicebatur principium,& finis omniũ re-
rum.Ei enim fuit à gẽtilibus menſis iſte con-
ſecratus:vnde & idem Ianus bifrons pingi-
tur:vt anni introitus & exitus demonſtretur:
de quo



de quo dictum eſt in ſexta parte, ſub tit.de
circunciſione.¶Februarius,dicitur à febribus
4 †quæ tunc de facili contingunt:vel à februis,
id eſt , purgationibus. Sunt autem februæ,
oblationes factæ pro mortuis. Romani au-
tem illo menſe memoriam animarum habe-
bant : & eas purgabant celebrando exequias
mortuorum vnde ſecundum Iſido. dicitur à
febru.id eſt,Plutone, cui eo menſe ſacrifica-
5 batur.¶Martius dicitur à Marte † patre Ro-
muli:vel quia eo tempore cuncta animantia
aguntur ad marem , & ad concubendi volu-
ptatem : appellatur etiam quandoq; menſis
nouorum : quia eſt anni initium. & quandoq;
nouum ver : quia in eo viridantibus fructi-
bus nobis tranſactorum probatur occaſus.
6 ¶Aprilis dicitur†quaſi aperilis:quia tunc ter-
ra aperitur ad germinandum : etiam flores
aperiuntur , & arbores incipiunt pullulare:
vel Aprilis pro Venere dicitur : quaſi Aphri-
lis,ἀφροδίτη,gręcè, dicitur latinè Ven⁹.¶Ma
7 ius à maioribus†natu dicitur: qui erant prin-
cipes reipublicæ, vel à Maia matre Mercu-
8 rij.¶ Iunius à iunioribus dicitur:erant † enim
olim maiores , ſcilicet ſeniores,qui appella-
bantur patres : & hi in ciuitate ſemper rema-
nebant vrbis regimini conſulentes : erant &
minores , qui ibant ad pugnandum pro re-
publica: & ideò Maius à maioribus. Iunius à
iunioribus nomē acceperunt : & in illorum
honorem inſtituti ſunt:vel dicitur à Iunone.
9 ¶Iulius†dicitur à Iulio Cæſare:quia tũc na-
tus fuit : vel quia tunc de hoſtibus trium-
phauit.vicit enim Cleopatrã reginam Aegy-
pti,cum Antonio viro ſuo bello nauali : Iu-
lius tamen prius quintilis dicebatur,eò quòd
eſt quintus à Martio:qui ſecundum Romulũ
10 principiũ erat anni.¶Auguſtus † eſt dictus ab
Octauiano Auguſto,qui tunc natus fuit: vel
quia tunc hoſtes ſuperauit : prius tamen di-
cebatur Sextilis : eò , quòd ſextus eſt à Mar-
11 tio.¶September †nomen habet à numero &
imbre:quia ſeptimus eſt à Martio: & imbres
habet:ſic & October: Nouember: atq; De-
12 cēber ex numero † & imbribus vocabula
acceperũt:quē numerum decurrentem Decē
ber finit:pro eò quòd denarius numerus præ
cedentes numero clauſit. Quot autem dies
quilibet mẽſis habeat, his verſibus cõtinetur:

*Iunius, Aprilis, September, Nouémq; tricenos:*
*Plus vnũ reliqui: ſed habet Februs octo vicenos.*
*Cui, ſi Biſſextus fuerit, ſuperadditur vnus.*

Hoc eſt dicere,quòd Iunius,Aprilis,Septem-
ber , & Nouember habent triginta dies. re-
liqui autem menſes habent.xxxj.ſed Februa-
rius tantùm habet.xxviij. & quando biſſex-
13 tus.xxix.Sciendum autem eſt,quòd † quilibet
menſi primo dati fuerunt triginta dies : qui
multiplicati duodecies conſtituunt tricenos
lx.dies de quinq; verò reſiduis, datus eſt vnus
Ianuario:eò,quòd eſt principium anni,& etiã
ratione ipſius numeri : quia impar numerus
mundus eſt:& numero Deus impari gaudet.
xxxij.q.j.nuptiæ. ſecundus datus eſt Martio
propter eandem imparitatem. tertius Maio.
quartus Iulio.quintus Octobri.Cæſar autem
Auguſtus volens ſuum menſem eſſe æqualē
menſi Iulij , abſtulit Februario vnam diem:
quia erat menſis triſtitiæ atque luctus:& attri
buit eam Auguſto:& ita remanſerunt Februa
rio tantum.xxix.& augu.xxxj.Demum Aſtro
logi Romani abſtulerunt aliam diem Fe-
bruario:& addiderunt Decembri: ad hoc , vt
finis principio reſponderet. & ſic Februario
remanſerũt tantùm. xxviij.& Decēbri.xxxj.
Veruntamen quandam ad compenſationem
vna dies,videlicet biſſextilis eſt de quarto in
quartum annum Februario reſtituta. ¶ Qua
verò die,vel qua feria quilibet menſis intrat,
iam ſub titulo de ſeptimana dicetur.¶Sanè in
14 quolibet † menſe ſunt tres dies celebres:qui
ſoli proprijs nominibus nominantur:& ab eis
cęteri denominãtur,ſcilicet Cal.Nonę,Idus,
quos Romani propter dies feſtos vel pro-
pter officia magiſtratuum inſtituerunt. His
enim diebus in vrbibus conueniebant.de con
15 ſe.diſt.j.ſi quis.Calendæ ſunt† primi dies mē
ſis dicuntur,quaſi colendæ:quia tunc ſemper
erat feſtum Iunonis. Vnde Ouid.

*Vendicat Auſonias, Saturnia Iuno Calendas.*

Vel qa tunc à Romanis populo principia mē
ſiũ celebrabantur : ſicut fit ab Hebræis.xxvj.
q.vlti.non licet.& cap.ſeq. vnde Ouidius:

*Salue feſta dies, meliórque reuertere ſemper,*
*A populo rerum, digna potente coli.*

Vel dicuntur à καλῶ, quod eſt voco.Primò,
nanq; die menſis præco de morte populũ ad
nũdinas vocabat:clamans toties, καλῶ, quot
dies erãt vſq; ad Nonas:& ideò pluraliter Ca
lēdę à pluribus vocationibus vocabantur:vel
à κάλον, quod eſt bonũ,omen per totum mē
ſem habendum. xxvj. q. vlt. non obſeruetis:
tunc enim ſibi mutuo encænia tranſmitte-
16 bant.†Nonæ verò ſunt quatuor,vel ſex dies



in quo

in quolibet menſe,qui ſequuntur poſt Calendas, & dicuntur à nundinis, quaſi nundinæ: quia tunc Romæ nundinas colebant. Ideò autem in aliquo menſe erant Nonæ ſiue inchoatio nundinarum in die.v. & in aliquo in die.vij.ne prædones certum tempus ad inſidiandum mercatoribus haberent:vel dicuntur Nonæ,à Nonis:quia ille dies nouus erat ante Idus,vel à non:quia tunc nullum fiebat feſtum:vnde Ouid.

*Nonarum tutela Deus erat.*

Idus verò ſunt octo dies qui ſequuntur poſt
17 Nonas.Eſt † autem idus ſemper in. xiij. vel. xv.die ſecundum quòd nonæ præcedunt. Si enim menſis habet quatuor Nonas Idus eſt in.xv.die. Si autem ſex nonas Idus eſt in.xiij. Quod autem concilium Antiocheñ. xviij. di. propter. dicit, quòd Idus eſt in die. x. hæc alia conſideratione dicit & dicuntur Idus, quaſi diuiſio, quia tunc fiebat diuiſio nundinarum:vel quia in Idibus fit diuiſio menſis. Dicitur autem Idus ab iduo,as, id eſt, ſeparo ras.vnde vidua, dicitur quaſi idua, id eſt, diuiſa.Plerique Latinorum putant Idus dici ab edendo: eò, quòd hi dies apud veteres epularum eſſent.Dies autem,qui ſequuntur ſtatim poſt Calend.ita denominantur. Si enim eſt menſis qui habet quatuor Nonas debemus dicere, in Calendario ſtatim poſt Calendas. iiij. Nonas. In tertio. iij. Nonas. in quartò pridie Nonas. in quinto verò Nonas dicimus: vt patet in Ianuario & ſimilibus. Si verò eſt menſis, qui habet ſex Nonas, debemus dicere ſtatim poſt Calendas ſexto Nonas. in tertio die quinto Nonas: in quarto.iiij.Nonas:in quinto.iij.Nonas: in ſexto pridie Nonas: in ſeptimo Nonas, vt
18 patet in Martio & ſimilibus. † Dies autem qui ſequuntur poſt Nonas ita denominantur: in quolibet menſe.viij. Idus.vij. Idus.vj. Idus.v. Idus.iiij. Idus.iij. Idus.pridie Idus: & Idibus: ſicut hæc apparent in Calend. manifeſtè. Dies verò, qui ſequuntur poſt Idus denominantur, à Calend. menſis ſequentis hoc modo: Ianuarius habet. xxxj. dies: de iſtis accipe vnum pro Calend. & viij.pro Idibus.& iiij. pro Nonis: & ſic remanent tantùm. xviij. adde ergo iſtis. xviij. diebus Calend.ſiue diem Calendarum ſequentis menſis:& ſic erunt.xix. Vnde in menſe Ianuario debemus dicere ſtatim poſt idus.xix.Calend. Februarij:in ſequenti die xviij. Calend. & ſic per ordinem vſq; ad finem menſis ſemper minuendo.¶ Nota tamen, quòd dicitur pridie Idus & pridie Nonas, & pridie Calend. & non ſecundo: quia ſecundus dicitur à ſequor:ſed illa dies non ſequitur:ſed præcedit. ¶ Et exponitur hæc præpoſitio præ, id eſt, antè, vel prius: vnde pridie quaſi priori die: ſiue præ. id eſt, ante diem.& cùm dicitur.iiij. Nonas intelligitur.iiij.dies ante Nonas & ſic
19 de alijs.¶ Quot† autem dies denominentur à Nonis: quot ab Idibus, & quot à Calendis omnium menſium,his verſibus continetur:

*Sex nonas Maius,October,Iulius,& Mars,*
*Quatuor at reliqui:tenet Idus quilibet octo.*
*Ianus & Auguſtus denas,nonáſq; December:*
*Iulius,October,Mars,Maius epta decémque.*
*Iunius,Aprilis,September,& ipſe Nouember.*
*Ter ſenas retinent:Februúſq; bis octo Calend.*

Hoc eſt dicere quòd Maius October Iulius, & Martius habent dies ſex pro Nonis: ſed reliqui menſes habent tantùm quatuor. Et quilibet menſis habet octo dies pro Idibus. Item, quòd Ianuarius Auguſtus, & December habẽt.xix.dies pro Cal. Iulius verò Martius October & Maius habent. xvij. Iunius autem, Aprilis, September & Nouember habent.xviij.Februarius habet.xvj.& ſi fuerit biſſextus ſuperadditur ei vnus. ¶ Illud
20 autem†notandum, quòd in quolibet menſe ſunt duos dies Aegyptiaci, id eſt, ab Aegyptijs depræhenſi.in Aegypto enim erant quidam aſtrologi,qui quaſdam conſtellationes nociuas,humanis actibus in illis diebus inuenerunt,ideóq; illas notas eſſe hominibus voluerunt:tamen illarum conſtellationum pũcta ſcire propter errorem noſtri compoti non valemus:vel fortè inuenerunt illos dies bene conſtellatos,& ideò eos in Calendario notauerunt,vt in illis diebus potius, quàm in alijs actibus inſiſtatur: quorum errorem ne Eccleſia ſequi,videatur,à talibus cauetur.Vel dicuntur Aegyptiaci ſecundũ quoſdam: quia Dominus in illis diebus percuſſit Aegyptios, nouem plagis:Quotus autem ſit dies Aegyptiacus à principio,vel à fine menſis,his verſibus continetur.

*Augurior decies,audito lumine clangor:*
*Liquit olens abies,coluit colus,excute gallum.*

In his verſibus ſunt xij.dictiones xij.mẽſibus ſeruientes:prima primo:ſecunda ſecundo: & ſic per ordinem ſumpto initio à Ianuario:ita quòd quota die erit prima litera primæ ſyllabæ



alicuius iſtarum dictionum in alphabeto: totus erit dies Aegyptiacus in illo menſe cui ſeruit illa dictio coputando à menſis principio verſus finem.Item,quota erit prima litera ſecundæ ſyllabæ in alphabeto, totus erit dies Aegyptiacus in illo menſe, cui ſeruit illa dictio,computando à fine verſus principium. verbi gratia: Augurior,eſt prima dictio,& ſeruit primo menſi,ſcilicet Ianuario. au,eſt prima ſyllaba: & a eſt prima litera ipſius ſyllabæ:& eſt prima in alphabeto:ergo dies prima Ianuarij eſt Aegyptiaca. Item gu,eſt ſecunda ſyllaba:& g,eſt prima litera ipſius ſyllabæ:& g, eſt ſeptima in alphabeto: ergo ſeptimus dies Ianuarij numerando à fine verſus principium eſt Aegyptiacus: & ſic in alijs.hoc obſeruato,quòd h,in hoc loco pro litera non ponatur. Quilibet autem præmiſſorum dierum propter vnicam horam ſui denominatur Aegyptiacus: de hoc dictum eſt in fine operis.
21 ¶ De diebus † verò felicibus vel infelicibus, quos quidam Aſtrologi notauerunt in præſenti opuſculo,nõ agitur, quia Eccleſia prohibet fidem talibus adhiberi.xxxvj.q.vlt.non obſeruetis.& cap.qui æſtimaret.& cap.ſequ.In quibuſdam quoq; mẽſibus,ſunt quidam dies, qui caniculares dicuntur, à cane,vel canicula ſtella,ſita in fronte Leonis, & ante genua Tauri: quæ æſtiuis menſibus eſt in medio centro cœli:& dũ Sol ad eam aſcenderit,coniuncta cum Sole, vel ei proxima duplicatur calor ipſius, ex quo diſſoluuntur corpora & vaporantur: vnde vocatur canis,quia corpora morbis afficit, & ſunt ſeptuagintaduos dies,in quibus propter temporis crudelitatem,& calorem Solis intemperiem,malum eſt minui ſanguinem,& potionari. Quando autem illi dies incipiant, & finiantur,his verſibus continetur:

*Incipiunt Iulij pridie Idus Caniculares:*
*Et pridie Nonas Septembr.ſine reſultan.*

Secundum aliquos verò, incipiunt xiiij. Calend.Auguſti.

ADNOTATIO.

*LATINÈ. Doctorum eſt opinio, ut menſis Latinè, Græcè μὴν, deducatur à Metior, metiris. quaſi res numero dierum menſa. Quod confirmat Tullius lib.ij. de natura Deorum,his uerbis: Qui quia menſa ſpatia conficiunt,Menſes nominantur.*

N. DOARD.

SVMMA.

1 Septimana,quid.& vnde dicatur.
2 Dies ſinguli à quo denominentur.
3 Dies cur ita non ordinentur in ſeptimana, ſicut planetæ in cœlo.
4 Menſis quilibet,qua die ſeptimanæ intret.
5 Solis regulares,& vnde dicantur.
6 Concurres, qui. Et qualiter demonſtretur. nume.7.& 8.
9 Indictio,quid.

## De Septimana. CAP. V.

1 SEquitur de Septimana.†Nempè continet Septimana ſeptem dies naturales,quorum repetitione & menſes, & anni ſecula peraguntur: & hæc apud Græcos hebdomada: ſed apud Hebræos Sabbatum appellatur: & dicitur ſeptimana à ſeptẽ, & manè,quaſi ſeptem & manè: pars pro toto, ſcilicet manè, pro tota die: vel à ſeptem, & manet: quia manet per ſeptem dies. vel dicitur ſeptimana,quaſi ſeptem luces. nam manè lux eſt,ſecundum Iſidorum, idem etiam ſpatium vocatur hebdomada, ab ἑπτὰ Græcè, quod eſt ſeptem, & πρόπος, quod eſt dies, vel modus, quod eſt menſura: & ſecundum hoc hebdomada eſt cõmunius nomen, quàm ſeptimana.vnde Daniel:Poſt ſeptuaginta hebdomadas,&c.& ſumuntur ibi hebdomadæ annorum, id eſt ſeptuagies ſeptem anni. Septimanę autem nequeunt habere certa nomina, quia neq; habent certa initia.Singulis nanque annis variantur,propter vnũ,vel propter duos dies: qui quandoq; ſunt ſuper integras ſepti-
2 manas. ¶ Omnes † autem dies ſeptimanarum inſcribuntur ſeptem primis literis alphabeti. item dies ſecundum Gentiles denominantur à planetis. Primus à Sole,qui Princeps eſt omnium ſyderum:ſic & idem dies caput eſt cęterorum dierũ.Secundus,à Luna,quæ & ſplẽdore & magnitudine Soli proxima, eſt & ex eo mutuat lumẽ.Tertius,à ſtella Martis,quæ veſper vocatur. Quartus, à ſtella Mercurij, quam quidam candidum circulum dicunt. Quintus, à ſtella Iouis, quam Phaëtontem aiunt. Sextus, à ſtella Veneris, quam Luciferum aſſerunt: quia inter cuncta ſydera plus lucis affert. Septimus, à ſtella Saturni, quæ ſexto cœlo locata triginta annis fertur explere curſum ſuum. de hoc dictum eſt in proœmio octauæ partis. ¶ Sed quæ-

3 ritur, quare † dies non ita ordinantur in ſeptimana ſicut planetæ in cœlo, quoniã in cœlo ordinantur ſecundum hunc verſum:

*Sol, Ve. Mer. & Luna, Saturnus; Iupiter, & Mars:* vel ſic.

*Saturnus, Ioue, Mars, Sol, cum Vene. Mer. Luna.*

Solutio. dicimus, quòd dies in ſeptimana non ordinantur ſecundum ordinem Planetarum, ſed ſecundum regimen eorum, in ſingulis diebus. vnde quia viderunt, Philoſophi, quòd Sol regnabat prima hora diei Dominicæ, ideò illam diem denominauerunt à Sole. item quia viderunt, quòd Luna regnabat prima hora ſecundæ feriæ: ideò diem illum denominauerunt à Luna: & ſic de cæteris: ſicut patet ex diſtinctione horarum diei facta inter planetas, per ordinem ſucceſsiuè. Rurſus à dictis planetis philoſophi nomina ſumpſerunt, eò quòd à ſingulis aliquid in homine eſſe voluerunt: vt à Saturno, candiditatem: à Ioue, temperantiam: à Marte, feruorem: à Sole ſpiritum: à Venere, voluptatem: à Mercurio, eloquentiam: à Luna, cor. Et quia ordo planetarum vltra numerum ſeptenarium non procedit, ſed ad primum reuertitur: ideò tantùm ſeptem dies
4 in ſeptimana ſunt, à ſapientibus conſtituti.

¶ Nunc † videndum, eſt qua die ſeptimanæ quilibet menſis intret: de hoc duplex ratio habetur. Prima per hos verſus.

*Alta domat Dominus, gratis beat, æqua gerẽtes.*
*Contemnit fictos, augebit dona fideli.*

In iſtis verſibus ſunt duodecim dictiones duodecim mẽſibus ſeruiẽtes: prima à primo: ſecũda à ſecũdo: & ſic per ordinem ſumpto initio à Ianuario: ita quòd quæcunq; fuerit initialis litera alicuius iſtarum dictionum, eadem erit litera Calendarum menſis, cui ſeruit illa dictio: verbi gratia: alta eſt prima dictio, & ſeruit primo menſi, id eſt, Ianuario. & a eſt prima litera illius dictionis alta: ergo a, eſt prima litera Ianuarij: item domat, eſt ſecunda dictio, quæ ſeruit ſecundo menſi, ſcilicet Februario: & d, eſt prima litera iſtius dictionis: ergo d, eſt prima litera Februarij: & ſic de alijs. Item, dicit ſequens verſus per ſyllabas: quod præcedentes per dictiones.

*Adam degebat, ergo κιυὸς ἀδριυὸς.*

Habita autem litera Calendarũ facilè poſſumus ſcire, qua feria quilibet mẽſis intret. Per literam enim dominicalẽ illius anni procede cõputando dies per literas ſubſequentes vſq; ad literam, quæ eſt in Calend. menſis cuius diei, introitum ſcire optas: & in qua feria occurret in tali feria, intrabit ille menſis. Secunda ratio, per quam ſcire potes, qua feria quilibet menſis intret, eſt per regulares & concurrentes. Nota ergo, quòd in anno ſolari ſunt quinquagintaduę ſeptimanæ & vnus dies, vel duo, ſi ſit biſſextilis. propter quam diem variantur ſingulis annis principia menſium. Si enim hoc anno incipiat Ianuarius à die Dominico: toto illo anno a: quæ eſt prima litera Ianuarij, erit *dominicalis*. Cum ergo ventum fuerit ad finem anni: illud à finale Calendarij, quod inſcribitur illi diei, quę eſt vltra integras ſeptimanas, repræſentabit diem dominicam: ergo ſequens a, quod iterum eſt initiale Ianuarij, repræſentabit ſecundam feriam: & ſic toto illo anno erit illa variatio. eodem modo ſingulis annis variantur initia menſium per diuerſas ferias. Et ſi ſit biſſextus duplex, erit variatio: prima in Calẽ. Ianuarij: ſecũda in feſto ſancti Mathię. Vt ergo cõpotiſtę ſcire poſſent, qua feria quolibet anno, quilibet mẽſis inciperet, inuenerũt duos numeros. vnũ inuariabilem, qui vocatur regularis, ſolaris, ferialis. alium variabilem, qui vocatur concurrens, de quibus
5 breuiter eſt dicendum. ¶ † Videndum eſt autem, primò, quid ſit regularis ſolaris: vnde dicatur, & vnde habeat ortum: & quot regulares quiſque menſis habeat. Regularis Solis, eſt numerus inuariabilis datus menſi: qui adiunctus concurrenti, declarat, qua feria ſeptimanæ quilibet menſis intret, cuius fuerit regularis. Dicitur autem regularis à regula: quia inuariabilis eſt, ſicut regula. iij. diſ. canon. Solaris dicitur, ad differentiam lunaris: de quo infrà dicetur. Habent enim ortum regulares à Martio: nam in menſe Martij ſunt. v. regulares ſeu. v. pro regulari. Martius enim non habuit initium in primo anno mundi, ſeu ſeculi. imò dicitur mundus factus fuiſſe in illo menſe, in die, in quo dicitur. xv. Calen. Aprilis, vel vt alijs dicunt. viij. Calen. Si enim compures ordine retrogrado, dies ſeptimanæ vſque ad Calen. Martij, inuenies quòd quinta feria mundus incœpit: ſi tamen ante Martium fuit. & hæc eſt cauſa, quare Martius quinarium numerum habuit pro regulari. Regulares verò aliorum mẽſium ſic formantur. Iungas regulares menſes cum diebus eiuſdem: & ab illa



illa ſumma ſubtrahe vij. quoties poteris & regularem ſequentis menſis, quod remanſit iudicabit. verbi gratia. Martius habet quinq; regulares, & dies eius ſunt xxxj. redige in ſummam, & ſunt xxxvj. ſubtrahe vij. quoties poteris, & remanet vna dies, qui datur menſi ſequẽti pro regulari. Item Aprilis habet xxx. dies & vnum regularem, qui cõſtituunt xxxj. ſubtrahe vij. quoties poteris & remanebunt tres: quæ dantur Maio pro regularibus: & ita de alijs vſq; ad Martium. Poſſumus etiam ſcire menſium regulares per hos verſus:

*Eſt aſtris clara fulgentibus ara Deorum.*
*Grata bonis extat, gratiſſima cuique fideli.*

In iſtis verſibus ſunt xij. dictiones xij. menſibus ſeruientes: prima primo, ſecunda ſecundo: & ſic per ordinem ſumpto initiò à Martio: ita quòd quota fuerit litera prima alicuius iſtarum dictionum in alphabeto, tot regulares habet ille menſis, cui ſeruit illa dictio Verbi gratia Eſt: eſt prima dictio, & ſeruit primo menſi, ſcilicet Martio: & e, eſt prima litera iſtius dictionis eſt: & eſt quinta in alphabeto: ergo Martius habet v. regulares. item aſtris eſt ſecunda dictio. & ſeruit ſecundo menſi, ſcilicet Aprili. & a eſt prima litera iſtius dictionis, quæ eſt etiam prima in alphabeto: ergo Aprilis habet vnum regularem, & ſic de alijs. ¶ Nunc dicamus de concurrenti-
6 bus. Dicuntur autem † concurrentes quia ſibi inuicem concurrunt ſicut videtur in formatione, vel ideò, quia concurrunt cum regularibus ad demonſtrandum initialem feriam menſium ſingulis annis. Eſt autem concurrens, ſuperexcreſcentia vnius diei, vel plurium ſuper quinquagintaduas ſeptimanas anni ſolaris: ideò dixi vel pluriũ: quia in anno biſſextili ſuper excreſcunt duos dies: in alijs verò vnus tantum: & ab illa ſuperexcreſcentia habent originem concurrentes. Alij verò concurrentes, qui ſequuntur, poſt primum, formantur vno addito ſingulis terminis ſiue annis: ſic tamen, quòd ſeptenarium numerum non excedunt: quia non ſunt niſi ſeptem feriæ: & quandocumq; eſt ſeptimus concurrẽs: illo anno menſes habent eadem principia, quæ in primo in anno mundi ſeu ſeculi habuerunt: quælibet enim feria diſtat, per ſe-
7 ptenarium à ſemetipſa. † Concurrentes etiã in hac linea demonſtrantur. j. ij. iij. iiij. vj. vij. j. ij. iiij. v. vj. vij. ij. iij. iiij. v. vij. j. ij. iij. v. vj. vij. ij. iij. iiij. v. vj. Nam primus annus cycli ſolaris, habet vnum concurrentem: ſecundus duos: tertius, tres: quartus, quatuor: quintus, ſex, propter biſſextum: ſextus, ſemptem: ſeptimus, vnum: quia vltra ſeptenarium non proceditur: ſed reuertitur ad vnum: & ita debemus procedere vſque ad xxviij. annos: tunc reuertimur ad primum annum cycli, & procedimus ſicut prius. Vnde tranſcurſus xxviij. annorum vocatur cyclus ſolaris, vel concurrentium: & dicitur cyclus quaſi circulus per ſimilitudinem. Si autem volumus ſcire, quotus ſit annus cycli ſolaris, debemus diuidere annos Domini per xxviij. quoties poſſumus: & addere illis ix. antè, quàm diuidamus: quia quando Chriſtus natus fuit, tantùm iamproceſſerat ille cyclus: & quotus annus remanſerit ſupra diuiſionem: annorum totus erit cyclus, & ſi nullus remanſerit, tunc ſumus in vltimo anno cycli ſolaris: vnde verſus:

*Annis adde nouem Domini partire per octo:*
*Viginti cyclus, ſic tibi notus erit.*

8 Poſſumus etiam ſcire concurrentes † cuiuſlibet anni, per literã dominicalem illius anni, ſicut declarant verſiculi ſubſequentes. A ſex. b. quinque. c. quatuor. e. duo. tres. d. Primus concurrens. f. litera ſeptimus eſt. g. & ſic de ſimilibus. Hoc eſt dicere, quòd quando a, eſt litera dominicalis, in illo anno ſunt ſex, pro concurrente: quando. b. quinq;: quando. c. quatuor: quando. e. duo: quando. d. tres: quando. f. vnus: quando. g. ſeptem. Inuento autem concurrente debemus iungere cum regularibus menſis, cuius feriam Calendarum, id eſt, introitum ſcire volumus. & quota fuerit illa ſumma, ſi non tranſcendet ſeptem. tota ſiue tali feria ſeptimanæ ille menſis intrabit. Si verò tranſcendat ſeptem, quotum fuerit reſiduum tota feria ſeptimanæ ille menſis intrabit. Sicut autem concurrentes: ita & dominicales literæ variantur. Nam in primo anno cycli ſolaris eſt. f. litera dominicalis: in ſecundo. e. in tertio. d. in quarto. c. in quinto. a. tunc enim propter biſſextum pertranſitur. b. quo in his verſibus declaratur.

*Fert ea, dux, cor amet, gens, fautor, cũ coluit bis,*
*Ars genus eſt de corde bono, gignit ferus enſis.*
*Dicta beant aqua gens, frons dat cunctis bonus author.*

In his verſibus ſunt viginti octo dictiones viginti octo annis cycli ſolaris ſeruientes, prima primo: ſecunda ſecundo: & ſic per ordinem ſumpto initio à primo anno cycli, ita quòd quæcunque fuerit initialis litera

alicui iſtarum dictionum eadem erit litera dominicalis in illo anno, cui ſeruit illa dictio. Verbi gratia. fert eſt prima dictio, & ſeruit primo anno cycli ſolaris: & .f. eſt prima litera: ergo .f. eſt litera dominicalis in primo anno cycli ſolaris: & ſic de alijs. Et nota, quòd ille annus eſt biſſextilis, cui deſeruit aliqua dictio deſinens in t. & ita primus annus cycli ſemper eſt biſſextilis: cùm ei deſeruiat dictio deſinens in .t. ſcilicet fert & propter hoc prima litera dictionis deſinens in .t. non erit litera dominicalis illo anno, cui ſeruit illa dictio, niſi à loco biſſextili vltra: quia litera dominicalis cum biſſexto ſimul mutatur. A Calendis verò Ianuarij præcedentis ipſum biſſextum vſq; ad locum biſſexti erit litera dominicalis illa, quæ immediatè ſequitur in Calendario poſt illam quæ deberet eſſe litera dominicalis: vnde in primo anno cycli .f. eſt litera dominicalis à loco biſſextili vſque ad Calendas Ianuarij ſequentis. A Calendis verò Ianuarij præcedentis vſque ad locum biſſexti .g. eſt literalis dominicalis: & ita in alijs. Annus autem cui ſeruit illa dictio ſciri poteſt per rationem ſuperius dictam de cyclo ſolari: nam ratio litere dominicalis tunc currentis ratione ſimili incipit & finitur.

9 ¶ Nunc † aliqua de indictione dicamus. Eſt autem indictio, ſpatium temporis quo Romanus princeps tributum gentibus indicebat. Si autem volumus ſcire quota ſit indictio, debemus addere tres annos annis Domini: & poſtmodum diuidere annos Domini per quindecim, quoties poſſumus, & quotus annus remanſerit, facta diuiſione tota erit indictio: & ſi nullus ſuperauerit, in vltimo anno indictionis ſumus: & tunc ad primam indictionem reuertimur: quia indictio non tranſcendit quindecim: vnde verſus: Si tribus adiūctis Domini diuiſeris annos.

*Per te quinque datur indictio certificata.*

De indictione plenius diximus in ſpeculo iudiciali. in tractatu de inſtrumentorum editione. §. j. verſi. poſt annos: & infrà, vbi de cyclis agetur. De æra ſupradictum eſt.

S V M M A.

1 Dies, eſt duplex.
2 Diei, parteis.
3 Dierum alia differentia.
4 Momentum, quid.

## De die. CAP. VI.

1 Licet † iam ſuperius in pleriſq; locis de die tactum eſt & nihilominus hic ſpecialiter dicendum eſt. Sciendum eſt igitur quòd duplex eſt dies, ſcilicet naturalis & artificialis ſiue vſualis. naturalis, eſt ſpatium, quo Sol ducitur circa totam terram ab oriente vſq; in occidentem, ſcilicet ſpatium diei, & noctis: quod ſemper continet xxiiij. horas. Dicitur dies iſta à dijs, quorum nomina Romani quibuſdam ſyderibus ſacrauerunt: vnde quælibet dies ab aliquo Deo antiquitus vocata eſt: vt à Ioue. & alijs prout ſub ſeptimana dictum eſt: vel à δύα, quod eſt duo: quia continet duo tempora noctem, ſcilicet & diem vſualem. Quando autem incipiat, dictum eſt in procemio ſeptimæ partis. Artificialis, eſt ſpatium, quo Sol moratur ſuper noſtrum hemiſphærium, ab ortu Solis, vſq; ad occaſum: & hic ſecundum Solis aſcenſum & deſcenſum creſcit pariter & decreſsit. Dicitur autem dies eſt claritas. Et dicitur vſualis ſiue artificialis, quia ſolùm hoc tempus aptum eſt vſibus & artificijs exercendis. Reliqua pars diei, dicitur nox à noceo: quia nocet viſui & vſui: & ideò vocata eſt dies à meliori parte ſine commemoratione noctis: iuxta illud: Et factum eſt veſpere & mane dies vnus.

2 ¶ Rurſus partes † diei ſunt tres ſecundum Iſid. ſcilicet mane meridies & ſuprema. Mane eſt lux matura & plena nec iam crepuſculum. Meridies dicitur quaſi medi dies, id eſt, medius dies: vel quia tunc purior dies eſt. Suprema eſt poſtrema pars diei. Serò dicitur, à clauſis. ſeris. Noctis verò partes ſunt ſeptem, ſcilicet veſperæ crepuſculum, conticinium, intempeſtum, gallicinium, matutinum, & diluculum. Veſperum dicitur à veſpere, occidentali ſtella, quæ tenebras ſequentes præcedit: & dicuntur tenebræ quaſi tenentes vmbram. Crepuſculum, dicitur dubia lux, ſcilicet inter lucem & tenebras. Conticinium, eſt quando iam omnes ſilent. Intempeſtatum, eſt medium noctis tempus, quando nil agi poteſt: & omnes ſilent quaſi importunum. Gallicinium, dicitur propter gallos lucis prænuntios. Matutinum, eſt inter abſceſſum tenebrarum & auroræ aduentum. Diluculum dicitur, quaſi incipiens parua diei lux & aurora, quæ ſolem

præcedat.



præcedat. Eſt enim aurora Diei clareſcentis exordium.

3 ¶ Et nota, quòd dies alij † ſunt ſyderales, in quibus ſydera mouentur, & homines à nauigationibus excluduntur: alij præliales de quibus in lib. Regum. quibus reges ſolent ad bella procedere: alij interſcalares quos ſcimus duodecim menſibus ſupereſſe: alij caniculares, alij ſolſtitiales, alij æquinoctiales, de quibus iam præmiſſum eſt: alij faſti, in quibus iura fantur: alij ne faſti eis contrarij: alij feſti, id eſt, feſtiui: vt dies azimorum, alij profeſti, quaſi procul à feſtis: vt feriales, alij mali ſunt, quoniam in eis plus ſolito homines affliguntur: vnde Apoſtolus: Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt: & econtrariò ſunt boni alij Aegyptiaci, de quibus præmiſſum eſt: etiam dies ſalutis, in quo Dominus venit ad ſaluandum: eſt etiam dies iudicij in quo Dominus veniet ad iudicandum: qui erit bonis dies lætitiæ: malis autem calamitatis & miſeriæ. Momen

4 tum vero, eſt † minimum atq; anguſtum tempus à motu ſyderum dictum: eſt enim extremitas horæ in breuibus interuallis, cùm aliquid ſibi cedit atque ſuccedit, ſecundum Iſidorum. ὥρα, græcum nomen eſt: & tamen latinum ſonat: eſt enim finis temporis: quod autem horas continet dies naturalis dictum eſt in principio huius partis.

## *Rubricæ ſecundæ partis tractantis de anno lunari.*

Sequitur ſecunda pars de anno lunari. In qua agitur primò quid ſit annus lunaris: & quot dies contineat. Secundò, de regularibus lunaribus. Tertiò de æpacta. Quartò, de emboliſmo. Quintò, de aureo numero. Sextò, de termino paſchali & aliarum mobilium feſtiuitatum. Septimò, de cyclis.

S V M M A.

1 Annus lunaris quid.

## *Quid ſit annus lunaris: & quot dies contineat.* CAP. VII.

1 Annus lunaris dicitur tribus modis. Primo modo, annus † lunaris eſt ſpatium, quo luna circuit totum zodiacū: quòd facit, in .xxvij. diebus. & xij. horis. Secundò modo, dicitur annus lunaris, ſpatium, quo luna circuit Solē ab vna aſcenſione, vſq; ad aliam & hoc facit in xxix. diebus. & xij. horis. Nam cum luna ſeparatur à Sole ad peragrandum zodiacum, & poſteà reuertitur ad eundem punctum, in quo dimiſerat Solem, non inuenit illum ibi: quia ſol tantum proceſsit ſuo motu: quia luna laborat recurrere ad eum ſiue attingere ipſum duobus diebus, & tribus horis. Tertiò dicitur annus lunaris, ſpatium xij. lunationum in anno communi: & tredecim in emboliſmali: de quibus infrà dicetur. Cum ergo lunatio quælibet conſtet ex xxix. diebus. & xij. horis: quia non curat Eccleſia de minutis: & ex xij. horis præcedentis lunationis: & ex xij. ſequentis conſtituitur vna dies naturalis, quæ ſemper lunationi præcedenti attribuitur, ita quòd lunatio præcedentis mēſis ſemper habeat xxx. dies, & ſequentis xxix. niſi aliud ſit, propter biſſextum, vel emboliſmum, vel ſaltum lunæ vnde verſus.

*Luna paris menſis, nunquàm trigeſima fiet*
*Impar triceno, nunquàm niſi ſine carebit.*
*Tempore Biſſexti Febri, triceſima Luna eſt.*
*Nam Iulij Luna, tunc eſt viceſimanona.*

Parmenſis dicitur: quia numerando à Ianuario per ordinem cadit in numerum parem, vt Februarius Aprilis Iunius Auguſtus October December: quorum lunatio ſemper eſt xxix. dierum. excepto Februario, cuius lunatio eſt xxx. quando eſt biſſextus. Impar verò eſt, quando cadit in numerum imparem: vt Ianuarius, Martius, Maius, Iulius, September, & Nouember: quorum lunatio ſemper eſt xxx. dierum: excepto Iulio, qui in vltimo anno cycli lunaris propter ſaltum lunæ habet tantum xxix. Ex his autem xij. lunationibus conſtituuntur trecenti quinquaginta quatuor dies in anno lunari: & ſic annus lunaris in xj. diebus exceditur à ſolari: ex quo exceſſu omnis varietas ætatis lunæ conſurgit: ita quòd vbicunque fuerit luna prima in primo anno, ſit in ſecundo xj. propter quam varietatem duorum numerorum genera ſunt inuenta: regulares videlicet & epactæ: de quibus breuiter videamus.

S V M M A.

1 Regularis lunaris, quid. & nume. 2.

## De regularibus Lunaribus.

### CAP. VIII.

1 NVnc videamus† de regularibus.Et
quidem regularis lunaris, eſt nu-
merus inuariabilis, datus menſis
ad inueniendum lunam in Calen.
menſium ſingulorum. Habent autem ortum
regulares ab illis quinque diebus, qui ſuper-
ſunt in anno ſolari ſupra *CCCLX. dies*: vnde
quinque regulares dati ſunt Septembri, à quo
annus lunaris ſumit initium. Regulares verò
aliorum menſium ſic formantur. Iunge regu-
lares menſis cum diebus eius: & ab illa ſum-
ma ſubtrahe lunationem eius: & reſiduum
quod remanſerit, erit regularis illius menſis:
verbi gratia. September habet quinque regu-
lares, & dies eius ſunt triginta, qui coniuncti
regularibus conſtituunt xxxv. & lunatio Se-
ptembris eſt triceſima: qua ſubtracta rema-
nent quinque, quæ ſunt regulares ſequentis
menſis, ſcilicet Octobris: & ſic de alijs vſque
ad Septembrem. Nam Aegyptij ſuum an-
num incipiunt à Septembri: & ideo nos an-
num lunarem incipimus à Septembri. De re-
2 gularibus† traditur iſte verſus:
*Dic e, g, bis i, k, bis: & poſt manet ordo.*
Quaſi dicat: Dic, e, bis, quæ eſt quinta in al-
phabeto, id eſt primis duobus menſibus annis
lunaris dantur quinque pro regularibus. Item
dic bis, g, quæ eſt ſeptima in alphabeto, id eſt
tertius & quartus menſis habent ſeptem pro
regularibus. Item dic bis, i, quæ eſt nona in al
phabeto, id eſt quintus & ſeptimus menſis ha
bent nouem pro regularibus. Item dic bis, k,
quæ eſt decima in alphabeto, id eſt ſextus &
octauus menſis habent decem pro regulari-
bus. Et nota, quòd hic tranſitus de quinto ad
ſeptimum, & de ſexto ad octauum, vt patet in
formãdo in ipſos regulares: quia Ianuarius, &
Martius ix. & Februarius, & Aprilis x. habent:
ſed poſt manet ordo, id eſt Maius xj. Iunius
xij. Iulius xiij. Auguſtus xiiij. habent.

### SVMMA.

1 Epacta, quid. Et qualiter deſignetur & in-
ueniatur. nume. 2. & 3.

## De Epacta. CAP. IX.

1 SEquitur de epacta. † Eſt autem
epacta numerus variabilis, datus
anno, ad inueniendum Lunam in
Calend. cuiuſlibet menſis: & dici-
tur epacta ab ἐπὶ, quod eſt ſupra, & aucta:
quia eſt ſuperexcreſcentia anni lunaris à ſola-
ri. Ideóq; annus primus cycli lunaris nullam
habet epactam, quia nullius annus præceſſit à
quo vndecim accepiſſet. Secundus verò habet
vndecim pro epacta, quia epacta oritur ab il-
lis vndecim diebus quibus annus lunaris exce
ditur à ſolari. Tertius verò annus habet xxij.
quia ſemper adduntur xj. ſi non tranſcendat
xxx. ſi verò tranſcendat xxx. abiectis xxx. reſi-
duum erit epacta illius anni: & ideò in quar-
to anno, quia ſumma aſcendit ad xxxiij. abie-
ctis trigintatres ſunt epactæ illius anni. Epa-
ctæ verò Græcè dicuntur, Latinè adiectiones
annuæ lunares, quæ per numerum xj. vſque
ad tricenarium in ſe reuoluuntur, quas Aegy
ptij ideò adijciunt, vt lunaris emerſio ratione
Solis coæquetur. Luna enim iuxta curſum
ſuum xxix. ſemis dies lucere dignoſcitur, &
fiunt in annum lunarem dies trecenti liiij. re-
manent ad curſum anni ſolaris dies vndecim,
quos Aegyptij adijciunt. Abſque his non in-
uenies lunam quota ſit in quolibet anno, men
ſe, & die. Epactæ omnium annorum cycli lu-
naris, per hanc tabulam denotantur: ita quòd
hoc verbum nulla reſpondet primo anno, &
ſinguli ſequentes numeri reſpondent ſingu-
lis annis cycli vſque ad xxix. vt nulla xj. xxij.
iij. xiiij. xxv. vj. xvij. ix. xxj. xij. xiij. v. xvj. xxvij.
viij. xix. xxx. Sed hoc idem etiam oſtenditur
per hos verſus:
2 *Annis † adde monos Domini partire per vnde.*
*Viginti Lunæ cyclis, & inde patet.*
Hoc vult dicere, quòd ſi volumus ſcire quo-
tus ſit annus epactalis, ſiue cycli: debemus di-
uidere annos Domini per decemnouem quo-
ties poſſumus, & addere vnum: quia quando
Chriſtus natus fuit tantum proceſſerat ille
cyclus: & quota fuerit ſumma, quæ remanſe-
rit totus erit annus cycli epactalis: verbi gra-
tia. Hoc anno computamus annos Domini
mille cclxxxvj. quorum mille ducenti ſeptua-
gintatres, ſunt rectè per decem & nouem di-
uiſi: ſuperſunt tredecim de prædicto numero:
addito ergo vno fiunt quatuordecim, vnde
hoc anno eſt decimusquartus annus cycli lu-
naris in anno ſequenti erit xv. & ſic vſque ad
decemnouem: poſteà reditur ad primum: &
hoc verum eſt, ſecundum illos, qui incipiunt
computare annos Domini à natiuitate Chri-
ſti: vel in Calendis Ianuarij: non autem ſecun
dum eos, qui illos immutant in Calendis Se-
ptembris,



ptembris, & faciunt ibi diuiſionem: nam tunc
addendi ſunt duo anni. Poteſt etiam & † ali-
3 ter inueniri epacta, vt ſi ſummam, quæ rema
net de præmiſſa diuiſione annorum Domini
per tres iuncturas pollicis numerus. Si enim
numerus finitur in prima iunctura debemus
demere vnum de ipſo numero: ſi in ſecunda
debemus addere nouem: ſi in tertia, debe-
mus addere x. & ix. & ſumma inde proueniẽs
eſt epacta: & hoc ſi triginta non tranſeat. Si
verò tranſiret: abiectis triginta reſiduum eſt
epacta. Vnde verſus.
*Deme vnũ, poſt adde nouem, poſt dena nouémq;.*
¶ Inuenta igitur epacta debemus eam iunge
re cum regularibus menſis, cuius lunam vo-
lumus inuenire, & quota fuerit ſumma, inde
proueniens tota erit luna in Calendis illius
menſis: dummodo triginta non tranſeat: ſi
verò triginta tranſiret abiectis xxx. reſiduum
erit ætas Lunæ: & ſi ſumma illa fuerit xxx. in
Calen. menſis: tunc luna erit triginta: ſi autẽ
epacta nulla fuerit, puta in primo anno cycli
lunaris: tunc ad inueniendum lunam ſufficit
regularis. Sed quoniam epactarũ ratio quan-
doque fallit, propter emboliſmum ſiue ſal-
tum Lunæ: ideò de ipſo breuiter videamus.

### SVMMA.

1 Emboliſmus, quid.
2 Emboliſmalis annus.
3 Annus communis.
4 Epacta, vbi fallat.
5 Lunæ ſaltus. & nume. 6.

## De Emboliſmo. CAP. X.

CIrca emboliſmum ſiue Lunæ
1 ſaltum notandum eſt † quòd
ἐμβόλισμος græcè, interpreta-
tur latinè ſuperaugmentum,
ſeu ſuperexcreſcentia anni ſo-
laris ſuper lunarem. Quia ergo annus ſolaris
excedit lunarem in xj. diebus ex illo exceſſu
conſtituuntur ſeptem lunationes in xix. annis
cycli lunaris multiplicatis illis vndecim die-
bus. Et dicuntur lunationes emboliſmales,
quarum quælibet eſt xxx. dierũ: & attribuun-
tur vij. annis emboliſmalibus: ita ꝙ in quoli-
bet cyclo lunari ſunt ſeptem anni emboliſ-
2 males: & xij. cõmunes. ¶ Appellatur † autem
annus emboliſmalis: quia quartadecima luna
præcedentis paſcha, vſque ad quartãdecimam
ſequẽtis habet xiij. lunationes ſiue xiiij. men
ſes lunares, id eſt, trecentos lxxxiiij. dies: &
iſte eſt annus ſancto Moyſi diuinitus reuela
tus. Cõmunis verò habet tantum xij. lunatio-
nes, id eſt, trecentos quinquagintaquatuor
dies: quorũ diſpoſitiones cõtinet iſte verſus.
*Cur fles has lachrymas, odioſum quare tyrannũ.*
¶ In iſto verſu ſunt ſeptem dictiones ſeptem
annis emboliſmalibus ſeruientes: prima pri-
mo: ſecunda ſecundo: & ſic per ordinem: ita
quòd quota eſt prima litera alicuius iſtarum
dictionũ in alphabeto, totus annus cycli epa
ctalis erit annus emboliſmalis: verbi gratia
Cur eſt prima dictio, & ſeruit primo anno
emboliſmali: & c, eſt prima litera illius di-
ctionis, quæ eſt tertia in alphabeto: ergo ter-
tius annus cycli lunaris eſt emboliſmalis: &
ita de alijs hoc obſeruato, quòd hæc dictio
3 has, debet ſcribi cũ h. Et dicitur annus† com-
munis: quia ſępe duo ita cõiunctim incedunt,
vt inuicem ſe in paſchali ſolennitate ſequan-
tur: emboliſmalis enim ſemper ſolus eſt.
Ordo autem iſtorum annorũ communium &
emboliſmalium, patet in linea ſubſequenti.
Cõmunis communis emboliſmalis: cõmunis
cõmunis emboliſmalis: cõmunis emboliſma
lis: cõmunis cõmunis emboliſmalis: cõmunis
cõmunis emboliſmalis: communis emboliſ-
malis: communis communis emboliſmalis.
Habita autem anno emboliſmali, poſſumus
ſcire, in quo menſe lunatio emboliſmalis con
tingat per hunc verſum.
*Mobilis & Chriſtũ modò liber habeto coëuum.*
¶ In iſto verſu ſunt ſeptem dictiones ſeptem
menſibus ſeruientes, in quibus contingunt lu
nationes emboliſmales in præfatis ſeptem
annis: prima primo: ſecunda ſecũdo: & ſic per
ordinem: ita quòd quota erit prima litera ali
cuius iſtarum dictionum in alphabeto, toto
menſe illius anni, cui ſeruit, illa dictio contin
git lunatio emboliſmalis. Item, quota erit pri
ma litera ſecundæ ſyllabę in alphabeto: tota
die menſis incipit lunatio emboliſmalis: ver-
bi gratia. Mobilis eſt prima dictio: & ſeruit
primæ lunationi, quæ cõtingit in tertio anno
cycli lunaris: & m, eſt prima litera huius di-
ctionis & eſt xij. in alphabeto: ergo in xij.
menſe contingit lunatio emboliſmalis. Item
b, eſt prima litera ſecundæ ſyllabæ, & eſt ſe-
cunda in alphabeto: ergo in ſecunda die il-
lius menſis incipit illa lunatio & ſic de alijs.
Si autem velis plenius huius rei veritatem

 inquirere,

inquirere, recurre ad epactam, & regulares illius anni, de quo vis ſcire, & ita inuenies.

4 ¶Nunc † videamus vbi fallit epacta iuncta regularibus propter emboliſmum ſeu ſaltũ Lunæ. Circa quod nota, quòd licet in cyclo lunari ſint ſeptem anni emboliſmales: vt ſuperius dictum eſt: nõ tamen fallit epacta, niſi in tribus, ſcilicet in viij. xj. & xix. vnde verſus.

*Octauo vndecimo, poſtremò fallit epacta.*

¶In quo autem loco vel menſe, vel quot locis fallit epacta, iuncta regularibus, his verſibus denotatur:

*Iulius vndenis, ter Maius, octo vicenis,*
*Biſſextus niſi ſit, Mars peccat: in vnde tricenis.*
*In totidem Maius, Auguſtus verò duobus.*

¶Hoc eſt dicere, quòd in viij. anno cycli lunaris fallit epacta cum regularibus in Maio & Iulio: quia in Calen. Maij cum luna deberet eſſe xxviij. ſecundum epactam, non reperitur niſi xxvij. propter emboliſmum. Item fallit in Calen. Iulij eodem anno: quia tunc luna deberet eſſe xxx. ſecundum epactam, tamen non reperitur, niſi xxix. propter emboliſmum, vbi credendum eſt emboliſmo, & non epactæ. Item in xj. anno fallit epacta: quia in Calen. Martij ſecundum epactam deberet eſſe luna xxix. ſed propter emboliſmũ reperitur tantum xxviij. Verũtamen ſi in illo anno fuerit biſſextus, tunc corrigitur ille error, quoniam propter biſſextum additur vna dies. Item xix. anno fallit epacta in duobus locis: nam ſecundum epacta luna deberet eſſe xxix. in Calen. Maij, ſed propter emboliſmum non reperitur niſi xxviij. & in eodem, fallit in Calen. Auguſti: quia ſecundum epactam luna deberet ibi eſſe ij. ſed propter ſaltum Lunæ ibi tertia inuenitur: quia lunatio Iulij quæ dẽberet eſſe xxx. in illo anno eſt tantũ xxix. & hoc contingit propter errorem noſtri compoti: & tunc annus in ij. diebus exceditur à ſolari.

5 De ſaltu † Lunæ traditur iſte verſus:

*Luna facit ſaltum, quintilis luce ſuprema.*

¶Retrocedit enim Luna vna die, ſicut diximus propter errorem noſtri compoti vt in ſequenti anno in Calen. Septembris, Luna redeat, ſicut debet: niſi enim ſaltus Lunæ colligeretur, contingeret error, vt in xiiij. cyclis diceretur Luna prima quando eſſet plenilunium. Colligitur autem ſic iſte dies: quælibet enim lunatio ad hoc, vt lunationes ſint equales, haberet xxix. dies, & dimidium minus iiij. momentis, & vna vncia, & vna atomo: ſunt autem in cyclo ducenti trigintaquinque lunationes: erũt ergo quater tot momenta: quę ſunt in vniuerſo non ingenta quadraginta quæ diuiſa per xl. conſtituunt xxiij. horas & dimidiam. Poſteà ccxxxv. vncijs conſtituuntur xix. momenta & remanẽt vij. vnciæ: & ex cccxxxv. atomis conſtituuntur v. vnciæ: quæ vnciæ cum vij. prioribus faciunt vnum momentum: quod iunctum ad xix. momenta præhabita, facit dimidiam horam: quæ iuncta cum alijs xxiij. & dimidiam facit vnam diem, quæ ſubtrahitur vltimo anno, à lunatione Iulij: & dicitur ſaltus Lunæ: poteſt etiam facilius hoc modo colligi. Annus lunaris conſtat ex cccliiij. diebus minus vna hora & iiij. parte vnius horæ. & lxxvj. parte quarta vnius horæ. ergo in xix. annis habentur xix. horæ, & xix. quartæ horarum. & xix. lxxxvj. partes quartæ vnius horæ, quæ faciunt in xix. annis quartam partem vnius horæ: & ita erunt xx. quarte horarũ quæ faciunt v. horas quæ iunctæ xxiij. horis præhabitis, faciunt vnũ diem.

6 Eſt † igitur ſaltus Lunæ quidam dies collectus in xix. annis ex eo ſuperfluo quod datur lunationibus: & dicitur ſaltus Lunæ, nõ quòd Luna magis ſaliat illa die, quàm alia: ſed quia nos Lunã computãtes diem illam, ſuper quã in alijs annis lunatio Iulij dicitur xxx. ſalimus ſiue prætermittimus, non computantes Lunã in vltimo anno cycli decemnouennalis, niſi xix. ideò autem ſubtrahitur dies illa à lunatione Iulij in vltimo anno cycli decẽnouennalis: quia Iulius eſt vltimus in anno epactali, inter menſes habentes xxx. dies in lunatione: vnde vltimo anno lunatio Iulij non computatur triceſima: ſed viceſimanona: & ideò aureus numerus illius anni, ſcilicet decẽnouennalis, quãuis creſcat, ſequitur ſine interuallo minorem, & per cõſequens in alijs menſibus ſequentibus, vſque ad Ianuarium ſicut infrà dicetur: ſaltus ergo Lunæ facit duas lunationes pariter eſſe xxix. dierum: ad præfatos ergo errores facilius corrigendos inuentus eſt aureus numerus, de quo breuiter eſt dicendum.

SVMMA.

1 Numerus aureus, quid. Et cur ſic dictus. & à quo inuentus.
2 Numerus aureus, vnde formetur. & nu. 3.

## De Aureo numero. CAP. XI.

1 AVreus numerus † eſt ille, qui ponitur in Calendario, qui in quolibet menſe indicat lunam primam ad priuatos errores facilius corrigendos, inuentus. Et dicitur Aureus numerus, per ſimilitudinem: quia ſicut aurum ſuperat omnia metalla: ita iſte numerus omnes alias rationes lunares excellit: quem Iulius Cæſar tanta tam diligentia dicitur inueniſſe, qui incipiens à quocunque anno cycli lunaris, vbicunque inuenit lunam primam in primo anno cycli poſuit, j, in Calendario in latere extrinſeco, iuxta literas feriales, ſcilicet in quolibet menſe: & in ſecundo anno vbicunque inuenit primam poſuit, ij, in quolibet menſe: & in tertio iij. & ſic de alijs: & ideò in Calen. Ianuarij ternarius eſt numerus: quia ibi luna inuenitur tertio anno prima. nec ibi debet poni alius numerus, quàm ternarius: quia in nullo anno Calend. Ianuarij luna eſt prima, niſi in tertio anno cycli decemnoualis. ¶In qui-

2 buſdam † tamen Calendarijs numeri ipſi deſignantur, per literas alphabeti: nam pro vno interponitur ibi, a, pro duobus, b, pro tribus, c, & ſic de alijs numeris & literis, & ſeriatim vſque ad literam, t, quæ eſt decimanona in ordine alphabeti. Formatur autem Aureus numerus ab illo ternario, qui ponitur in Calenda. Ianuarij: nam illis tribus adduntur octo, & conſtituuntur vndecim, qui numerus debet poni in tertia litera Ianuarij. Item illis vndecim adduntur octo, quæ conſtituunt decemnouem, qui numerus debet poni eum interuallo in quinta litera Ianuarij. Item illis xix. adduntur octo: & ſic ſiunt xxvij. Sed quia Aureus numerus non tranſit xix. ideò abiectis xix. reſiduum, ſcilicet octo, debet poni immediatè poſt xix. & ſic per totum Calenda. Patet ergo, quòd quando maior numerus ſequitur minorem: tunc debet inter vtrunque numerum dimitti vna litera, & quando minor ſequitur maiorem, tunc nulla debet litera intermitti. vnde verſus:

*De tribus octo canens ſuperet dedena nouẽmq;.*
*Maior ſit ternus. Minor aureus eſto ſecundus.*

Veruntamen formatio illa fallit in omni menſe: cuius lunatio eſt xxix. dierum, ſcilicet in Februario: Aprili: Iunio: Auguſto: Octobri: & Decembri: in quibus poſt minorem nume-

3 rum maiori immediatè locatur ſequitur † circa principium menſis, quod patet hoc verſu:

*Menſe breuis Lunæ Februs eſt ars dat cito gãger.*

In iſto verſu ſunt ſex dictiones ſex menſibus deſeruientes, quòrum lunatio eſt xxix. incipiendo in medio verſu, vbi dicit Februs: ita quòd quæcunque fuerit initialis litera alicuius iſtarum dictionum ſuper eadem litera in Calendario maior numerus ſequitur minorem ſine ſpatio, id eſt, nulla litera dimiſſa in illo menſe, cui ſeruit illa dictio: verbi gratia. Februs eſt prima dictio. & ſeruit. j. menſi cuius lunatio eſt xxix. ſcilicet Febru. &, f, eſt prima litera: ergo ſuper primum, f, menſis Februarij maior numerus ſequitur minorem immediatè: ſimiliter ſuper primum, e, April. & ſic de alijs: ſed ſuper primum, g, Decembris maio, ſcilicet xiij. ſequitur immediatè minorem, ſcilicet ij. & ſuper eadem litera: quia ibi eſt duplex aureus numerus quod deſignat geminatio huius literæ, g, in hac dictione ganger. Item fallit in Iulio, & reliquis menſibus vſque ad ianuarium in quibus circa finem numerus xix. ſequitur immediatè ad xj. numerum: vnde verſus:

*Iulius & reliqui, qui reſtant denam nouẽmq;.*
*Iungunt vndeno, ſic eſt ratus aureus ordo.*

Item ſciendum eſt, quòd quando xix. immediatè ſequitur xj. tunc octauus, qui ſequitur debet tertio loco poni: vnde verſus.

*Quando continuas vndenis dena nouẽmque,*
*Maiori trinus, tunc octonarius eſto.*

SVMMA.

1 Paſchatis terminus. & num. 4. 5. 6. 7. 8. & 11.
Et paſchatis claues. Et num. 2
3 Clauium ſedes, vbi inueniantur.
9 Septuageſimæ inueniendæ terminus. Item Pentecoſtes. num. 10.

## De termino Paſchali. CAP. XII.

1 DE termino paſchali † triplex datur ratio. Prima per claues Moſaycas. Secũda per ætatẽ Lunæ. Tertia per tabulas manuales, de quarũ qualibet videndũ eſt. Sed primo de clauibus: & ideò dicendũ eſt, quid ſit clauis: & vnde dicatur: & vnde habeat ortũ: & ad quid

2 inuẽta fuerit. Clauis eſt numerus † variabilis datus anno ad inueniẽdũ principia quinq; mobiliũ feſtiuitatũ. ſ. ſeptuageſimæ, quadrageſimę, paſchalis, rogationũ, & pẽtecoſtes: & ideò ſunt quinq; claues: & quęlibet pdictorũ feſtorũ habet xxxv. dies in qbus ſemp celebrãtur. A ſe de autẽ cuiuſlibet clauis numerãtur dies xj. vſq; ad initiũ ipſorũ xxxv. dierũ prout hîc infrà

infrà patebunt. Et dicitur clauis per ſimilitudinem: quia ſicut per claues oſtia reſerantur: ita per talem numerum principia dictarum feſtiuitatum nobis denotantur. Habent enim ortum iſte claues terminorũ à xix. annis cycli lunaris & vij. diebus ſeptimanæ. vnde prima clauis eſt xxvj. Claues autem aliorum annorum, ſic formantur: addamus enim ſemper claui præcedẽtis anni xix. & ſumma inde perueniens erit clauis ſequentis anni, ſi non ſuperat quadraginta. ſi verò ſumma ſuperat quadraginta abiectis xxx. reſiduum erit clauis ſequentis anni. verbi gratia. Clauis primi anni eſt xxvj. cui ſi iungantur xix. erunt xlv. vnde abiectis xxx. remanẽt xv. qui numerus eſt clauis ſequentis anni. & ita formantur vſque ad xix. annos, per ordinem: quia non proceditur vltra xix. numerum: ſed reuertitur ad priorem: vnde cyclus clauium aurei numeri, & epactarum non differunt quantitate: differunt tamen principio: quia cyclus epactarum incipit à Septembri: cyclus autem aurei numeri & clauium à Ianuario: vnde ſi velimus ſcire, quotus ſit annus cycli aurei numeri, & clauium, poſſumus ſcire per diuiſionem annorum Domini factam ſuperius in titulo de epacta. Inuento, quotus ſit annus clauium, poſſumus ſcire, quæ ſit clauis illius anni per aliam hanc rationem: numerus enim ille, qui remanet de diuiſione annorum Domini numerari debet per ſummitates quinque digitorum, inchoando à pollice, & ſi numerus terminatur in pollice debemus addere xxv. & ſumma inde proueniens erit clauis illius anni: ſi verò numerus finitur in indice, debemus addere xiij. ſi in medio xiij. ſi in annulari xix. ſi in auriculari vij. & ſi ſumma inde proueniẽs acceſſerit xl. adiectis xxx. quod remanſerit, erit clauis: quę additio his verſibus cõtinetur:

*Vigintiquinq; tredecim plus eſſe tricenos:*
*Vnde vicena epa, digitus pro clauibus apta.*

3 ¶Sedes quidem † clauium nunquam inueniũtur in Calendario, niſi ſuper hanc literã g. prima ergo Ianuarij g. eſt clauis ſeptuageſimæ: vltima g. eiuſdem menſis eſt clauis quadrageſimæ, & ſecunda g. Martij eſt clauis paſchalis: tertia g. Aprilis eſt clauis rogationũ: vltima g. Aprilis eſt clauis Pentecoſtes: vnde verſus.

*Vltima, g. prima Iani, Martiſque ſecunda.*
*Aprilis terna tibi ſignat, & vltima clauem.*

¶Habita ergo claue anni incipe computare à ſede clauis, & comple illam & diebus Calendarij per ordinem procedendo: & vbi terminabitur ibi erit terminus ſolennitatis: ita quòd in proximo die dominico ibi ſequenti erit initium ſolennitatis: cuius eſt clauis: ſed rogationes incipiunt in ſequenti die Lunæ: & ſi fuerit biſſextus cuilibet claui eſt vna dies
4 addenda. † Poſſumus etiam ſcire paſchales terminos per ætatem Lune cuius rationem ſequimur iuxta cõſuetudinem Iudæorum: de quo talis datur regula. Accipe Lunam quecunque eſt in feſto epiphaniæ, & perfice illam percedendo, per dies calendarij ordinatè vſq; ad quadraginta dies, & ſi fuerit biſſextus, vſque ad quadraginta vnum. in proxima die dominica ſequenti erit initium ſeptuageſimę: vnde verſus.

*A feſto ſtellæ numerando perfice Lunam.*
*Quadraginta dies poſt Septuageſima fiet.*
*Biſſextus, quando fuerit ſuperadditur vnus.*
*Si cadit in lucem Domini, tunc ſume ſequentem.*
*Si cadit in feriam ſeptenam, ſitq; Biſſextus.*
*Linque diem Domini primum, ſumaſq; ſecundũ.*

¶Habita ergo ſeptuageſima terminos aliarũ mobilium feſtiuitatũ facilè ſcire potes. Nam à ſeptuageſima vſque ad quadrageſimam, ſunt tres integræ ſeptimanę. à quadrageſima, vſque ad Paſcha ſunt ſex integræ ſeptimanæ: à Paſcha verò vſque ad diem lunæ rogationum, ſunt quinque ſeptimanæ, & vnus dies: à Paſchate verò vſque ad Pentecoſten compu-
5 tantur quinquies decem dies. † Terminum quoque paſchalem his verſibus ſcire potes:

*Poſt Nonas Martis, vbi ſit luna noua require.*
*Tertia lux Domini, proxima Paſcha tenet.*

¶Rurſus vbicunque poſt duodecim Calendas Aprilis luna decimaquarta reperitur, in dominica proxima paſcha celebratur. Item qualiſcunque luna fuit in Calendis Ianuarij, talem fac eam in feſto ſancti Benedicti ſiue duodecimo Calendas Aprilis: & illam computes vſque ad vigeſimamquartam: & ibi erit
6 paſcha Hebræorum. ¶†Rurſus ab octauo Idus Martij, vſque ad Nonas Aprilis, ſunt dies vigintinouem: quocunque ergo illorum luna fuerit prima: computetur vſque ad quatuordecim, & ibi erit paſcha Hebræorum. Eſt etiam & alia ratio inueniendi paſcha per ætatem Lunæ: quoniam quando Luna currit per vnum, erit paſcha dominica prima: poſt Nonas Aprilis: quando currit per duo, erit dominica prima poſt viij.

Calen.



Calend. Aprilis: quando currit per tres erit dominica prima poſt Idus Aprilis: quando per quatuor erit dominica prima poſt Nonas Aprilis: quando currit per quinque, erit dominica prima poſt xj. Calen. Aprilis: quãdo currit per ſex, erit dominica prima poſt quarto Idus Aprilis: quando currit per ſeptem, erit dominica, poſt iij. Calendas Aprilis: quando currit per octo, erit dominica prima poſt quartumdecimum Calendas Maij: quando currit per nouem, erit dominica prima poſt ſeptimum Idus Aprilis: quando per decem, erit dominica prima poſt vj. Calendas Aprilis: quando per vndecim, erit dominica prima poſt xvij. Calendas Maij: quando per duodecim, erit dominica prima poſt pridie Nonas Aprilis: quando per tredecim, erit dominica prima poſt ix. Calendas Aprilis: quando per quatuordecim, erit dominica prima poſt ij. Idus Aprilis: quando per quindecim, erit dominica prima poſt Calendas Aprilis: quando per ſexdecim, erit dominica prima poſt duodecim Calendas Aprilis: quando per decemſeptem, erit dominica prima poſt v. Idus Aprilis: quando per viij. erit dominica prima poſt iiij. Idus Aprilis: quando per xix. erit dominica poſt xv. Calendas Maij. ¶Tabulas inſuper
7 † manuales nonnulli ad inueniendos paſchales terminos conficere: ſicut Dionyſius, Iſidorus, & quidam alij, quas ad præſens duximus dimittendas, ne difficultas ſit nimium oneroſa. Ad præſens igitur ſufficiant carmina noſtra infrà ſcripta.

*Eſſe grauem nobis bello carmen caueamus.*
*Bellum ſæpe gerens, etiam puto deijcit hoſtem.*
*Mox animæ lucrum inuenies, cum religioſis.*

In his verſibus ſunt xix. dictiones, xix. annis cicli lunaris ſeruientes, prima primo: ſecunda ſecundo: & ſic per ordinem: ſumpto initio à primo anno cicli: & quota fuerit prima litera dictionis in ordine alphabeti, quæ non deſignat in m. tota die Aprilis computãdo à menſis principio, verſus finẽ, erit terminus Paſchę Hebræorum, id eſt, Luna xiiij. & in proxima dominica ſubſequenti erit Paſcha noſtrum: ſicut in ſexta parte ſub tractatu de Paſcha plenè dictum eſt. Ibi etiam patet quare ſuper v. Calen. Aprilis ſcribitur in Calendario reſurrectio Domini. Si verò dictio deſinit in m. quota eius erit prima litera in alphabeto tota die Martij computando à menſis fine, verſus principium, erit terminus paſchalis Iudæorũ: & in primo die dominico, qui poſteà occurrerit deſcendendo verſus finem erit Paſcha noſtrum: hoc cautius obſeruando: quia carmen & caueamus in prefatis verſibus debent ſcribi per k. & hoſtem debet ſcribi per h. quæ in hoc loco pro litera reputatur. Poteſt & aliter Paſcha facilè inueniri. Pone enim in Calendario tuo in margine aureum numerum ſequentem, videlicet iuxta xij. Calen. Aprilis pone xvj. iuxta xj. Calen. pone v. iuxta ix. Calen. xiij. iuxta viij. Calen. ij. iuxta vj. Calen. x. iuxta iiij. Calen. xviij. iuxta iij. Calen. vij. item iuxta Calen. Aprilis. xv. iuxta iiij. Noñ. Aprilis iiij. iuxta ij. Noñ. xij. iuxta Noñ. j. iuxta vj. Idus xix. iuxta v. Idus xvij. iuxta iiij. Idus vj. iuxta ij. Idus xiiij. iuxta Idus iij. iuxta xvij. Calen. Maij xj. iuxta xv. Calend. xix. iuxta xiiij. Calen. viij. Volens ergo terminũ Paſchæ
8 inuenire adde † vnum annis Domini tunc currentibus: poſteà diuide ipſos quoties poteris per xix. & ſi diuiſio perficiatur in xix. ita quòd nil ſuperſit: recurre ad Calendarium tuum: & in die illa, iuxta quam inuenies ſcriptum xix. erit Paſcha Hebræorum, quod ſemper celebrant in xiiij. luna: & in ſequenti dominica erit Paſcha noſtrum. Si verò aliquid ſuperſit ſuper vltima xix. puta quinque vel x. vel xv. dies: tunc Paſcha Hebræorum erit in die illa, iuxta quam ſcriptum inuenies v. vel x. vel xv. & ſic de alijs præmiſſis numeris & diebus. & in ſequenti dominica erit Paſcha noſtrum, quod nõ poteſt eſſe ante xj. Calen. Aprilis: nec poſt vij. Calen. Maij. verbi gratia. Hoc anno computantur anni Domini mille. cclxxxvj. quorum mille. cclxxiij. ſunt rectè diuiſi per xix. ſuperſunt ergo xiij. de præmiſſo numero quibus additur vnus & fiunt xiiij. vbi ergo inueneris in tuo Calendario hunc numerum, ibi erit hoc anno Paſcha Iudæorum, in ſequenti verò anno erit, vbi inuenies ſcriptum xv. & ſic vſque ad xix. poſteà verò reditur ad primum: & ſic perpetuò fiet. ¶Per
9 eundem † quoque modum poteris terminũ ſeptuageſimæ inuenire. Pone enim in Calendario tuo in margine iuxta xvj. Calen: Februarij hunc numerum xviij. item in eadem linea pone xix. iuxta xv. Calen. Februarij pone v. iuxta xiij. Calen. xiij. iuxta xij. Calen. ij. iuxta x. Calen. x. iuxta viij. Calen. viij. iuxta vij. Calen. vij. iuxta v. Calen. xv. iuxta iiij. Calen. iiij. iuxta ij. Calen. xij. item iuxta Calen. Februarij xix. item iuxta iij. Noñ. Februarij vj. iuxta vj. Idus iij.

Idus iij.iuxta v.Idus iij.iuxta iij. Idus xj.iuxta Idus xix.Diuiſis ergo annis Domini per xix. vt præmiſſum eſt:vide qui numerus ſupereſt. ſuper xix.& vbi illum in ipſo Calendario inueneris, ibi erit terminus ſeptuageſimæ,qui ſemper eſt in luna xj.& in ſequenti dominica,ſeptuageſimam celebramus,quæ non poteſt eſſe ante xv.Calen.Februarij,nec poſt ix. Calen. Martij. Sic nec quadrageſima poteſt eſſe ante vj.Idus Februarij: nec poſt ij.Idus
10 Martij.¶Eodem etiã modo † terminus Pentecoſtes inueniri poteſt. Pone enim in tuo Calendario in margine iuxta vij.Idus Maij xvj.iuxta vj. Idus v.iuxta iiij.Idus xiij.iuxta iij.Idus ij.iuxta Idus x.item iuxta xvij.Calen. Iunij xviij.iuxta xv.Calen.vij.iuxta xiij.Calẽ. xv.iuxta xij.Calen.iiij.iuxta x.Calen.xij.iuxta ix.Calen.j.iuxta vij.Calen.xix.iuxta quintum Calen. xij. iuxta quartum Calen. vj.iuxta ij. Calen. xiiij. item iuxta Calen.Iunij iij.iuxta iij.Noñ.xj.iuxta Noñ.xix.iuxta viij.Idus viij. Diuiſis ergo annis Domini per xix.numerum illum, qui ſupererit. ſuper decem & nouem quære in præmiſſis locis Calendarij: & vbi illum inueneris ibi erit Pentecoſte Hebræorum,quod ſemper eſt in luna quarta:& in ſequenti die dominica erit Pentecoſte noſtrũ, quod non poteſt eſſe ante vj.Idus Maij: nec poſt Idus Iunij:ſicut nec rogationes eſſe poſſunt ante vij.Calen. Maij:nec poſt iij.Calen. Iunij.Poteſt etiam Paſcha aliter inueniri per
11 hanc tabulam † quinque quindecim tredecim duo vigintiduo decem triginta decem,& octo ſeptem xxvij.quindecim quatuor xxiiij. xij.vnum xxj.nouem xxix.decem & ſeptem. Iſti numeri repræſentant quoſdam dies Aprilis & Martij.in quibus contingit Paſcha Hebræorum,computando dies illos à principio ipſorum menſium,ita quòd ipſi numeri à viginti infrà reſpondeant Aprili à viginti ſupra Martio:hoc vult hæc dicere tabula,quòd in primo anno cicli lunaris eſt Paſcha Hebræorum in v.die intrantis Aprilis:in ſecũdo anno eiuſdem cicli eſt quintadecima die intrantis Martij: & ſic de alijs,donec numeri ipſius tabulæ compleantur:poſteà reditur ad primum annum cicli.Qualiter autem inueniãtur anni cicli,dictum eſt ſuprà,vbi agitur de epacta. Quare feſta ſaluatoris excepto feſto natalis ſiue natiuitatis ſint mobilia,dictũ eſt in ſexta parte ſub feſto natalis.Vltimò ſecundũ Iſidorum, ſciendum eſt quòd inter Latinos & Græcos eſt varietas ſuper termino feſtiuitatis paſchalis: quod prouenit: quia Latini à tertio Noñ.Martij, vſque ad tertium Noñ. Aprilis primi menſis, Lunam requirunt,& ſi quindecima Luna dies dominica peruenerit: in aliam dominicam Paſcha protrahunt, vt præmiſſum eſt.Græci verò,obſeruãt primam Lunam ab viij.Idus Martij, vſque in diem nonam Aprilis.

## SVMMA.

1 Cyclus,quid.
2 Cycli,ſex numero: ſolaris decemnoualis,lunaris,epactalis,magnus,& indictionalis.quos percurrit ibidem.& nume. 3.4.5.6.7.

## *De Cyclo.* CAP. XIII.

QVia in pleriſque huius partis locis de Cyclo mentio facta eſt: ideò de Cyclo aliqua dicamus.
1 ¶Notandum † eſt ergo, quòd Cyclus eſt ſpatium aliquorum annorum,in ſe rediens ſecundum aliquos numeros:& dicitur quaſi circulus,per duplicem ſyncopam.Eſt enim Cyclus vocatus eò quòd in orbem digeſtus ſit, & quaſi in circulum diſpoſitum ordinem complectatur annorum
2 ſine varietate, & ſine arte. Sunt autem † ſex Cycli.¶Primus ſolaris incipiens in vj.Calen. Martij in feſto Mathiæ. conſtans ex xxviij. annis continens concurrentes & regulares ſolares,& dominicales, & annos biſſextiles &
3 communes.¶Secundus † Cyclus,eſt decem nouenalis.conſtans ex xix.annis: & incipit à Ianuario continens in ſe aureum numerum,
4 & claues terminorum. ¶Tertius†eſt Cyclus lunaris incipiens ſimiliter à Ianuario:habens xix.annos: incipit autem quarto anno cycli decemnouenalis hunc inuenerunt Romani, vt ſcirent qua hora Luna à Sole accederetur: ſed quia proceſſu temporis hæc inuentio falſificata eſt: nihil operamur ſecundum hunc
5 Cyclum.¶Quartus eſt epactalis † incipiens v.Calen.Septembris habens ſimiliter annos xix.continens in ſe regulares: & lunares & epactas:& annos communes,& emboliſma-
6 les.¶Quintus † eſt Cyclus magnus,conſtans ex quingentis xxxij.annis:vel ſecundum alios quingentis triginta annis: ſecundum quem formatur tabula Dionyſij. ¶Sextus eſt Cy-
7 clus † indictionalis, conſtans ex xv.annis & continens



continens indictiones. Romani enim quia difficile erat de remotis mundi partibus venire ſingulis annis Romam,ad ſoluenda tributa per eos prouincijs indicta: ſtatuerunt quòd ſaltem ſingulis quinquennijs ſoluerentur:ita quòd primo quinquennio apportarent pro tributo ferrum pro fabricandis armis. In ſecundo quinquennio argentum,pro ſtipendijs militibus erogandis.In tertio aurum pro ſimulachris fabricandis: & ſic ſemper poſt aurum,quod in anno xv.ferebatur incipiebat quinquennium:quo ferrum iterum ſoluebatur:& ſic erat quaſi quidam circuitus temporis:quia ergo Romani ſic fieri indixerũt:ideò illi anni indictio nuncupati ſunt: de quo dictum eſt ſupra. Præmiſſum autem ſpatium quinque annorum,vocatum eſt luſtrum:quia venientibus nuntijs prouinciarum cum tributo:cum cereis & alijs pretioſis ſumptibus vrbem luſtrabant.

## *Concluſio operis.* CAP. XIIII.

NEmo in hoc opere diuina officia ſufficienter exiſtimet expoſita:ne fortè opus extollendo humanum diuinum improuidè extenuet ſacramentum:in diuinis nãque officijs miſſæ tot & tanta ſunt inuoluta myſteria: vt nemo niſi per vnctionem edoctus,ea ſufficiat explicare:quis enim nouit ordinem cœli:& ponit rationes eius in terra?Scrutator quippe maieſtatis, opprimetur à gloria.Ego verò non præualens lippientibus oculis,Solem in rota conſpicere:tanti myſterij maieſtatem quaſi per ſpeculũ in ænigmate mihi viſus ſum intueri: nec penetrans ad interiora cœnaculi: ſed præforibus aſsidens in veſtibulo egi diligenter,vt potui,non ſufficienter vt volui. lxix.diſtinctione.ſi officia. in principio.cum in humanis inuentionibus, nil fit ex omni parte perfectũ.vij.quæſtio.j. nihil.Nempe propter innumeras atq; ineuitabiles negotiorũ apoſtolicæ ſedis iniunctas neceſsitudines quotidie moræ fluctuũ emergentes,quæ ſtudentis & ad ſuperiora tendentis obtundunt animum:quaſi perplexus atque varijs & ineuitabilibus irretitus nexibus,vacare ad plenum nequiui, vt vellem: quinimo vix valui meditata dictare, nedum concipere meditanda: nam cuiuſque animus ad plura diuiſus ſit, profectò ad ſingula minor. Quocirca non ſolum benignum ſedulò imploro Lectorem:verũetiam liberum deſidero correctorem. Enimuerò negare nequeo, quin plura inſerta ſint in hoc opuſculo: quæ poſſunt iuſto iudicio, nulla temeritate culpari. ix.diſtinctione.negare. Verum ſi quid fortè laude dignum reperietur in eo, diuinæ gratiæ penitus adſcribatur: nam omne datum optimum,& omne donum perfectum,deſurſum eſt:deſcendens à patre luminum.j.quæſtio.ij.quàm pio.Si quid verò indignum inſufficientiæ deputetur humanæ: nam corpus quod corrumpitur aggrauat animam.& deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem: aut ſiquidem propriè:aut eorum fortaſsis,quorum dicta plerunque potius recitando, quàm approbando hîc introducta noſcuntur.Hoc enim tam ex diuerſis aliorũ libellis & commentarijs more mellificantis apis,quàm ex his quę mihi diuina gratia propinauit fructuosè collegi:& hanc doctrinam in terno fluentem nectare,velut fauum mellis in diuinis officijs ſpeculari volentibus,diuino ſuffultus præſidio propinaui, hanc ſolum apud homines ex ingenti perpeſſo labore mercedem expectans, vt apud miſericordiſsimum iudicem pro peccatis meis deuotas orationes effundant.

FINIS.

Regeſtum.

A,B,C,D. a, b,c.d,e,f,g,h,i,k,l,m,n,o,p,q,r,ſ, t,v,x,y,z.A,B,C,D,E,F,G,H,I,K,L,M,N,O. Omnes ſunt quaterniones: preter D, qui eſt duernus.

¶Prochiri diuinorum officiorum, Gulielmo Durando authore finis. Omnia clariſsimorum Virorum, hæredum Iacobi Giuntæ, opere & impenſis reſtaurata & ſumma fide ſtudióque recognita.

LVGDVNI,
EXCVDEBAT
THEOBALDVS PAGANVS.
1551.